DECISIONVM
NOVITER NOVISSIMARVM DIVERSORVM SACRI PALATII APOSTOLICI AVDITORVM,

Volumen Quartum.

OPVS OMNEM CITRA CONTROVERSIAM VTILISSIMVM, & in foro versantibus summè necessarium,

CVM IN ILLO VARIÆ TAM IVRIS CANONICI, QVAM CIVILIS Decisiones, Quæstiones, Cautelæ, Obseruationes, ac Instructiones contineantur,

Maxime quæ ab Anno 1572. vsque ad annum 1610. in Foro Apostolico occurrerunt, & disputatæ fuerunt.

Adiunctis Summarijs, & Indicibus non tantum Nominum Auctorum, & Decisionum, sed etiam verborum, ac rerum notandarum, nec non in cotidiana praxi contingentium locupletissimis.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDCXVIII.

APVD ANDREAM BABA.

PERILLVSTRI,
ET REVERENDISS.^MO
DOMINO AC PATRI,
D. ANGELO GRILLO
CONGREGATIONIS CASSINENSIS ABBATI.

M. ANTONIVS BROIOLVS BIBLIOPOLA. S. D.

MVlta edunt hac nostra tempestate Iurisprudentes, quæ ad publici, priuatiq. Iuris rationem apprime conferunt, siue sanciendo, siue interpretando, siue consulendo ingenij præclara monumenta. Inter cetera præstat videre, quantum excellat illud, quod Decisiones vocant, in quo vno reliqua continentur aliorum argumenta, & quod vtriusque Iurisprudentiæ sacratissimarum Legum sensus, veterum Iureconsultorum dogmata, mores gentium, & populorum, vno verbo praxim, ac theoriam nobilissimæ, ac pręclarissimæ facultatis breui quodam gyro, atque ambitu comprehendit. Licet hoc non vnius aut alterius ciuitatis, sed omnium Prouinciarum testimonio confirmare. non enim Itali solum, Galli quoque & Germani, & qui fere Romanorum Ius non agnoscunt, Decisiones suas in honore habent. Quanquam verò multi in hoc scribendi genere laudabiliter sese, & cum fructu gerunt; tamen, quod omnium pace dictum velim Romana, vt appellant, Rota aliorum vel industriam, vel fortunam superare videntur. Hinc tot ab illa Decisionum volumina semel atq; iterum impressa, ea auctorum laude, eo Iuris Studiosorum commodo manarunt, vt postrema desiderium non expleant, ne dum pariant satietatem. Sed veteres Rotæ Romanæ Decisiones, Nouas pariter, & Nouissimas docti antea & viderunt, & probarũt, nos in pręsentia Nouiter Nouissimas typis damus. Hæ verò suum cum iam sibi patronum habeant, non est, cur quærant. Tibi enim Grille Reuerendissime non tam dedicationis titulo, quàm deuotionis testimonio debentur. Nam & illæ abs te ornari desiderãt, & ego multis magnisq. tibi nominibus obstrictus, quo debitum persoluam, non nihil in nostras rationes referre laboro. Iure igitur quodam tuo ad te veniunt Decisiones nostræ, & ad te confugiunt, vt pote ad omnium bonarum artium parentem, & principem. Tu enim Poetarum flos, tu

a 2 Musarum

Musarum delicium, tu literarum splendor, tu literatorum columen. In te vno ætas nostra doctrinam cum eloquentia, probitatem cum vrbanitate, generis nobilitatem cum morum lenitate coniunctam intuetur, amatque: posteritas prudentiam, & sapientiam, & nouum ac sine exemplo virtutum exemplar admirabitur, fortasse etiam nobis sæpius inuidebit. Nolo elogium virtutum tuarum conscribere. nam, etsi vnicuique Apollinem laudare facile est, mihi tamen te longe Apolline clariorem laudare non ita facile, ne dicam congruum. Satis de te scribunt, quæ ipse scripsisti, & de te prædicant, quæ gessisti; neque ea fortasse non vltima inter tuas laudes, laus est, atro humiliq. cucullo splendidiores, ac magnificentiores purpuras referre, & placidissimo Monachorum regimine arduam, ac difficilem bene regendorum populorum normam designare. Temperabo itaque longiori sermone, teq. enixe rogabo, vt munus hocce materia saltem, & rerum de quibus agitur magnitudine non paruum libenter accipias, & voluntatem nostram æqui boniq. consulas. Vale & tibi, & Musis.

IVRISPRVDENTIÆ
PRACTICÆ STVDIOSO LECTORI.
Typographus S. P. D.

INter tria illa ab augustissimo Imperatore Iustiniano in legalium suarum Institutionum principio constituta iuris præcepta, quæ sunt, honeste viuere, neminem lædere, & suum cuique tribuere, quod ratione ordinis in postremum locum remissum fuit, cum potius propter eximias, & multiplices commoditates, quarum vbertatem in omnes cuiuscumque status, atque conditionis personas, instar fragrantis violæ suauissimum odorem longe, lateq; de se diffundit, in primo loco collocari debuisset, plurimum ad conseruandam hominum societatem & tranquillam vitam peragendam emolumenti confert. Nam cum homines non tantum à natura ad dissentiendum sint proclines, & ad varia litigiorum fomenta insufflanda inclinati, verum etiam alienarum rerum desiderio, & inordinata appetendi illas affectione mirifice teneantur, in diuersas partes rapiantur, quandoque etiam ad extrema quæq; molienda adigantur, hoc diuino elogio singulos commonefacere, & quodam quasi repagulo continere in debito officio æquum fuit, vt præuio amoris ac beneuolentiæ mutuæ ductu potius, quam magistratuum auctoritate, vel per legitimos iudiciorum tramites suum cuique tribueretur. Quod quidem si fieret, nihil credo pulchrius, neque iucundius, neque quod maiorem laudem, & apud omnes perpetuam deprædicationem mereretur, sub Sole aspici, suspicive posset. Verum proh dolor ad eos res hodiernæ limites sunt deductæ, vt profligata caritate, relegato pudore, & rupto honestatis freno omnia fere ad Prætorum subsellia deferantur, & multo labore, magnisq; sumptibus quis suum repetere ac recuperare cogitur, quod sine aliqua molestiæ ac vexationis difficultate esset restituendum. Ad hanc hominum temeritatem coercendam, & ad inueniendum faciliorem modum, viamque tam quærendi, quàm tuendi patrimonium licet multa multi in medium attulerint, atque ceteris communicarint remedia, cautelas, atque instructiones: attamen ex omnibus, quæ nostra tempestate videre licuit, principem semota omni controuersia locum obtinent celeberrimæ illæ Rotæ Romanæ Decisiones, paucis ab hinc annis in augustissimo illo Tribunali super grauissimis causis & maximis litibus ad suum cuique tribuendum disputata, & per præstantissimos Iurisperitos studio minime contemnendo collectæ, & vt inuicem cognosci possent in Nouissimas & Nouiter Nouissimas distributæ. De quibus licet nunc temporis plura addere non desit voluntas, neque facultas: attamen ideo supersedendum censui, cum illas satis superque Tribunalis auctoritas, quo nullum sanctius, maiusve, Auditorum vel Iudicum dicendi, ac legalis scientiæ vbertas, quibus nulli pares neque superiores, & denique causarum tam ecclesiasticarum, quàm sæcularium grauitas, amplitudo, ac difficultas, de meliori nota commendet. Ea igitur de causa & ego commotus fui, vt meum studium aliqua ex parte hac in re declararem, & potissimum Decisiones Nouiter Nouissimas nuncupatas, quas Prosper Farinacius Iurisperitus Romanus paulo ante hoc tempus collegit, & in Germania primum typis excusæ fuerunt, iterum sub meum prælum reuocarem, & boni publici ergo, præsertim autem in singulorum priuatam vtilitatem, Patriæ Italiæ, eiusque incolis communicarem. Quapropter ad tam egregium opus manus admouens, sub initio dedi operam sedulo, vt non tantum Vtriusque Iuris allegationes atque auctoritates citatæ integritati pristinæ restituerentur, verum etiam ipsius orationis structura accurate emendaretur, cum vtraque tanta deformitate ac dissonantia laborabant, quantam quis vix imaginari potuisset. Id cum annuente diuina gratia ac ope, nec non felici omine ad finem perductum fuit, licet nequaquam dubitem, quin omnibus secundum possibilitatem humanæ diligentiæ satisfecerim: nihilominus tamen tibi, Beneuole Lector, hanc meam operam etiam atque etiam commendo, & vt illum æqui bonique consulere haud dedigneris maiorem in modum peto. Quo impetrato habebis me vicissim in omni officiorum genere obstrictum, & quæ præ manibus habemus simili modo ad celerius finiendum, & libentius communicandum promptiorem, firma spe fretus, quod eo nomine tuo fauore atque beneuolentia non sim indignus. Bene vale.

Dabatur Venetijs Non. Febr. Anno à Saluatore nato M. DC. XVIII.

NOMINA ILLVSTRIVM, ET CLARISSIMORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM,

Qui harum Nouiter Nouissimarum Decisionum in hac Quarta Parte contentarum, sunt Auctores.

Adiuncto cuiuslibet Decisionis numero, vt studiosus Lector facilius reperire, & secum perpendere possit, quid singuli pro suo de iure respondendi concredito talento posteritati reliquerint.

F I N I S.

INSCRIPTIONES,

SIVE TITVLI OMNIVM NOVITER NOVISSIMARVM DECISIONVM

Diuersorum Rotæ Romanæ Auditorum,

Quæ in hac Quarta Parte reperiuntur, per Alphabeti ordinem digestæ in quibus materia cuiuslibet intelligi potest.

Iuris

FINIS.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM RERVM,
AC VERBORVM MEMORABILIORVM,

Quæ in Quarta Parte Nouiter Nouissimarum Decisionum Diuersorum Rotæ Romanæ Auditorum,

A DOMINO PROSPERO FARINACIO

paucis ab hinc annis collectarum, continentur,

Secundum ordinem Alphabeticum diligenter congestus, & ita dispositus, vt studioso Lectori numerus prior decisionem, posterior autem decisionis numerum marginalem indicet; Sed vbi non reperitur numerus posterior, eo Decisionum argumenta denotantur.

A

Agnatio-

Bene-

Ciuitas

F I N I S.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM,
AC VERBORVM MEMORABILIORVM,

Quæ in Quarta Parte Nouiter Nouissimarum Decisionum Diuersorum Rotæ Romanæ Auditorum,

A DOMINO PROSPERO FARINACIO paucis ab hinc annis collectarum, continentur,

Secundum ordinem Alphabeticum diligenter congestus, & ita dispositus, vt studioso Lectori numerus prior decisionem, posterior autem decisionis numerum marginalem indicet; Sed vbi non reperitur numerus posterior, eo Decisionum argumenta denotantur.

A

Agnatio-

B

Bene-

C

I N D E X.

E

F.

Fidei-

I N D E X.

Hæredem

I

C

Instru-

vt

L

M

Manda-

Maritus

N

O

P

 fione

intra

Regi-

S

T

V

Ven-

Verbum

FINIS.

NOVITER NOVISSIMARVM DECISIONVM DIVERSORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM.

PARS QVARTA.

LITTÆ.

Romana, Nullitatis prætensarum mercium, Vener. 30. Maij 1597.

ARGVMENTVM.

Sententia an, & quando censeatur esse nulla.

SVMMARIA.

1 *Sententia A.C. secundum Dd. resolutionem est nulla, & quibus modis.*

2 *Hec conclusio quomodo procedit.*

3 *Dd. resolutio est, quod sententia ex defectu citationis sit nulla, maxime cum quis personaliter prius nunquam citatus fuerit, & commode citari potuerit. & num. 4.*

5 *Quod sententia sit nulla, vti Dd. resoluerunt, defectu iuramenti calumnia.*

6 *Responsum ad hoc fuit, quod hoc in casu non processit vigore facultatum, sed tanquam iudex.*

DECISIO PRIMA.

1 DOCTORES resoluerunt † sententiam A.C. esse nullam.

Primò, ex defectu mandati illius, qui nomine creditorum comparés eam obtinuit: nam cum in actis fuerit protestatum, *nisi prius doceatur de legitimo mandato*, non potest iudex valide ad vlteriora procedere, nisi in actis producto ipso mandato, quod minime factum fuit. Bald. in l.1. in 2. lect. nu. 3. ff. de procurat. & in consi. 122. nu. 1. lib. 3. Alex. consil. 146. circa fin. lib. 5. Aym. consil. 118.

2 Quæ conclusio † procedit etiam, quod post ipsam sententiam appareat, illum verum procuratorem nunc fuisse, ita Guid. decis. 208. & tenuit Rota in illa Romana Secretariatus 20. Nou. 1952. corã Reuer. P.D. Melino, & in illa Romana de Nardonib. 10. Octob. 1594. coram Eodem.

3 Secundò, ex defectu citationis, † quia cum A.C. vigore specialis cõmissionis processerit, debuit Magnipanus personaliter citari, ad sententiam, & non domi dimissa copia, prout factum fuit, maxime cum prius
4 personaliter nũquam citatus † fuerit, & potuerit cõmode citari. Abb. & alij in l. cùm causam. de dol. & cont. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou. Bart. Alex. & commun. Dd. in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. inf. Dec. consil. 461. nu. 25.

5 Tertiò, ex defectu iuramenti † de calumnia, quod prius præstari petitum fuit. cap. 1. de iuram. cal. in 6. Rot. decis. 7. eo. tit. in antiq.

6 Et ad illud, quod A. C. inter Mercatores † possit procedere sine figura iudicij, fuit responsum, quod non processit hoc in casu, vigore facultatum, sed tanquam iudex communis, quo casu seruatis de iure seruandis procedere debuit.

Quantum verò ad iustitiam dictæ sententiæ, Dd. nihil firmarunt, sed pro veritate eruenda mandarunt exhiberi liberos D. Magnipani, & interim probationem creditorum coadiuuari.

MELLINI.

Anagnina, Legati, Ven. 16. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Sententia an sit exequenda, si aditio ex bonorum hæredis possessione probetur.

SVMMARIA.

1 *Controuerti Dominis non videtur, quod Metellus non fuerit Horatij hæres, dum eius bona possidet.*

2 *Recognitio, parte non opponente, quandocunq; fieri potest.*

DECISIO II.

FVit per Dominos resolutum, sententiam esse exequendam, quia est iusta, & valida, & fecit transitum in iudicatũ; Iustitia est clara quia Horatius legauit Virginiæ pro dote, scuta 1200. & cũ ei data solum fuerint scuta 600. remanebat creditrix in alijs scutis 600. ad quorũ solutionem Metellus fuit condẽnatus.

1 Nec videbatur Dominis † posse controuerti, quod Metellus non fuit hæres Horatij, quia possidet illius bona, & ex hac possessione probatur aditio l. si quis bonis paternis. ff. de acq. hæred. & licet Metellus prætendat possidere vigore fideicommissi, tamen vltra quod non constat de purificatione fideicommissi, neque quod sit vniuersalis fideicommissarius, non potuit capere possessionem propria authoritate. Put. decis. 3. de testam. Et ideo cum Metellus non ostendat cepisse possessionem authoritate Iudicis, præsumitur possedisse vti hæres, non vt fideicommissarius. Rom. cõs. 147. & fuit resolutum coram me, in Romana Casalis 18. Iunij 1593.

2 Non obstat, quod sententia † non iustificatur ex actis; cum iura sint recognita post sententiam, quia recognitio potest fieri quandocunque parte non opponente. Peregr. decis. 151. lib. 3.

Non obstat, quod sententia est nulla, ex defectu productionis mandati, de quo fuerat productum in actis ante protestationem.

LITTÆ.

Imolensis, seu Fauensis, Nullitatis Bonorum, Ven. 25. Iun. 1593.

ARGVMENTVM.

Executio, & subhastatio in casu, quo ad effectum, quo de agitur, an sustineri possint.

SVMMARIA.

1 *Quibus ex causis subhastatio secundum Dd. resolutionem fuit nulla.*

3 *Consuetudo asserta, vt in facto consistens, quando non præsumitur, sed ab allegante probari debet.*

3 *Mandatum si fuit decretum cum intimatione, cum de ea ex actis non constet, executio, subhastatio, & omnia indè secuta, merito nullius sunt momenti.*

DECISIO III.

DVbitatum, an executio, & subhastatio sustineri possint in casu, & ad effectum, de quo agitur.

1 Et Doctores † resoluerunt subhastationem fuisse nullam; Primò quia fuit facta habita fide de pretio, contra text. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor, &c. ibi, *oportet res captas pignori & distractas præsenti pecunia distrahi*, ff. de re iudic. vbi Alex. not. sub num. 5. Angel. num. 2. & Ias. num. 1.

Et ita fuit alias decisum in illa Tiburtina Castri
2 Sambuci, 27. Ianuarij 1578. coram Nuncio. Nec † obstare dixerunt Dd. econtrario assertam cõsuetudinem quia illa, vt in facto consistens, non præsumitur, sed ab allegante debet probari. l. præscriptione. vbi gl. C. si cõtr. ius, vel vtil. publ. Bart. in l. de quib. in fin. ff. de leg. cum alijs per Aym. cons. 134. num. 2. vers. similiter ex consuetudine, imò cum agatur de consuetudine iuri contraria, debet concludenter probari, & in specie, vt alias decisum fuit in illa Ciuitat. Castelli. Bonorum 21. Iun. 1578. coram bonæ memoriæ Lauterano.

3 Secundò, quia mandatum † fuit decretum cum intimatione, vnde cum de ea non constat ex actis, merito & executio & subhastatio & omnia inde sequuta, nulla sunt, Put. decision. 174. libro 1. Marci. decision. 108.

Eadem, Lunæ 16. Maij 1594.

SVMMARIA.

1 *In decisis Dd. conclusionibus standum est.*
2 *Consuetudo subhastandi habita fide de pretio, testibus diuersimode deponentibus, non probatur.*
3 *Vbi populi vsus varius est, tunc dispositioni iuris communis inhærendum est.*
4 *Mandatum executiuum quando a non habente illud, fuit obtentum.*
5 *Nullitas ex non intimatione decreti proueniens, an cesset, & quando.*

DECISIO IV.

1 COncluserunt Dd. standum esse in † decisis, sub die 25. Iun. anni proximè præteriti, determinationi factæ nam consuetudo prætensa subhastandi
2 habita fide de pretio nõ probatur; cum testes † diuersimode deponant fuisse obseruatum, & idem appareat ex instrumentis hinc inde productis, quo fit, vt intrare videatur conclusio illa, quæ se habet, quod ex difformi obseruantia nõ inducitur cõsuetudo aliqua cõsiderabilis, Bart. & alij in l. 2. in fin. princ. ff. sol. matr.
3 Vsus namq; † populi vbi varius est, tũc inhærendum est dispositioni iuris communis. l. nemo alieno. §. temporaria. ff. de reg. iur. Alex. consil. 1. & cons. 127. lib. 1. Dec. consi. 8. num. 4. vers. 2. quia. Mynsing. sing. obser. cent. 6. obseru. 42. Præterea de nullitate eius constat
4 ex eo, quod mandatum † executiuum fuit obtentum à non habente mandatum. Nec tolli debere nullitatem dixerunt Dd. ex eo, quod nunc constet de mandato illius, stante quod tunc fuerat oppositum. Vnde tunc debebat iustificari, & non in alia instantia, vt alias resolutum fuit in illa Romana Secretariatus, coram Reuerendo q. D. Melino. Nec cessare nullitatem
5 illam † prouenientem ex non intimatione, Decreti, dixerunt Dd. ex eo, quod tunc probatur dictam intimationem fuisse factam, cum ex lectura processus de partibus, non appareat de reproductione illius, quæ in omnem casum necessaria erat, ad effectum vt iudici de ea ex actis constare possit, vt in simili dicitur de citatione, & relatione ipsa, Bart. & Bald. in l. multum interest. ad finem, ff. de condit. & demonstrat. Bald. in cap. cum ex parte. num. 4. de appellat. Cald. consil. 8. de sentent. & re iudic. Abb. in cap. quoniam contra. num. 11. de probat. & in cap. cum ex officij. num. 18. de præscript.

CORDVBÆ.

Perusina, Executionis, Vener. 17. Nouemb. 1600.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum contra aliquem relaxatum, an sit reuocandum.

SVMMARIA.

1 *Dd. ob mandatum executiuum contra D. Liuiam relaxatum, esse reuocandum fuerunt moti, & cur.*
2 *Mandatum executiuum ex defectu potestatis, quæ in quolibet actu requiritur, est nullum.*
3 *Dd. additio hic plurimum valet, atque vtilis est, quod fideiussio est limitata ad summam scutorum 200.*

DECISIO V.

FVit resolutum, Mandatum executiuum relaxatũ
1 contra D. Liuiam esse reuocandũ. Moti † fuerunt Doctores, quia Franciscus Alexius emptor constituit se depositarium in scutis 100. plus, vel minus, prout fuerat liquidatum, per arbitros electos, vel alios eligendos in euentum discordię, soluendis ex pretio Casalis venditi pro interesse Ioannis patris Alexij, d. possessionis conductoris: In præsenti tamen laudum non apparet latum ab illis, in quos fuerat compromissum, nec infra tempus constitutum, nec de aliqua discordia: vnde merito d. obligatio intrare non potuit. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. non à iudice. §. fin. ff. de iud. l. pen. ff. iud. sol.

Non obstabat secundum compromissum, postea factum, quia cum in illo non interuenerit Balleonus, qui erat principalis, sibi nõ potuit præiudicari. l. non distinguemus. ff. de arbitr. Gozad. cons. 72. nu. 5. Rol.
2 cons. 76. nu. 3. lib. 1. Imò dictũ mandatum fuit † nullũ ex defectu potestatis, quę requiritur, in quolibet actu. l. cum tibi. ff. de donat. ante nupt. c. cum super. de offic. deleg. & tanquam nullum venit reuocandum. c. inter cetera. vbi Abbas. nu. 3. Felyn. & reliqui Scribentes. de re iud. Soc. iun. cõs. 18. nu. 4. lib. 1. Borgn. dec. 28. n. 11.
3 Quibus addebant † Dd. plurimum cõducere, quod fideiussio erat limitata ad summam scutorum 200. & tamen non est multum verisimile, quod fuerit intellectum & conuentum de tanta summa, scilicet scutorum 1595. quæ in laudo continetur. l. hæc adiectio. & quæ ibi notantur. ff. de verb. signif. Menoch. de arbitr. cas. 145.

Nec obstabat, quod Franciscus, vti depositarius nõ poterat huiusmodi exceptiones opponere, nam cessat obiectum ex supradictis nullitatibus, &c.

PENIÆ.

Esina, Fideicommissi. Vener. 14. Maij 1604.

AGRVMENTVM.

Donatio inter viuos an sit valida, si per diuisionem inter fratres factam, fideicommisso non fuit renunciatum.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter virum & vxorem licet regulariter prohibita sit, tamen in hoc casu iuramentum adest, cuius vigore donatio mox confirmatur.*
2 *Donatio si in vita non fuerit reuocata, ac traditio secuta, per mortem confirmatur.*
3 *Solennitates constitutionis Marchiæ hac in donatione seruatæ non sunt.*

DECISIO VI.

PRæsupposita donatione inter viuos, quam fecit
2 Ioannes Georgius ad fauorem Lauræ suæ vxoris, & quod idem Ioann. ab intestato decesserat, & decisione in hac causa facta sub die 16. Iun. anni 1603. vbi fuerat resolutum per diuisionem factam inter fratres, non fuisse renunciatum fideicommisso, & constitutioni Marchiæ lib. 5. c. 25.

1 Vtraque parte † informante super dubio dato: An donatio esset valida? Rota validam fuisse censuit. Nã licet regulariter inter virum, & vxorẽ donatio sic prohibita, l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Gabr. titul.

de

de donat.concl.3.nu.27. tamen in hoc casu aderat iuramentum, cuius vigore donatio fuit statim confirmata, Gabr.concl.63.nu.5. vers.non autem.lib.1.Iul. Clar.in §.donatio.q.9.nu.1.lib.1.

2 Item cum non fuerit † in vita reuocata, & sequuta fuerit traditio, per mortem fuit cōfirmata,l.cum hic status.32.§.ait oratio.ff.de donat.inter vir.& vxor.l. Papinianus. vbi gl.Bart.& alij.ff.de donat. Surd.consil.171.nu.16. Paris.consil.128.nu.12.& 14.lib.1.Soc. consi.66.nu.3.vers.sed donatio.lib.1.

3 Nec refragabatur cōstitutio † Marchiæ, lib.5.c.25. cuius solēnitates,vt prætendebatur,nō fuerant in hac donatione seruatæ. Quia fuit respōsum,primo Constitutionē Marchiæ extēsam à Paulo III. ad Prouincias, vrbes,& oppida ditionis Ecclesiæ, loqui solū de contractibus minorū: Eam verò particulam eiusdē Constitutionis . quā vrebantur Informantes pro Dominis Georgiis fideicommissarijs, quæ agit de contractib. mulierum, esse additionem Cardinalis Carpensis ibi, *quam quidem constitutionem nos Rudolphus Cardinalis, &c.*quæ nō similiter extendebatur ad omnes prouincias,&terras status Ecclesiastici vt patebat ex eiusdem Pauli Papæ III. cōfirmatione, volēns additiones Cardinalis Carpensis in prouincia Marchiæ obseruari,ibi,*in eadē Prouincia obseruari debere.* Vnde cū hæc donatio esset facta non in Prouincia Marchiæ, sed in prouincia Vmbriæ.in oppido de Saxoferrato, nō erāt adhibendæ solennitates requisitæ à constitutionibus Marchiæ,cum respectu solennitatum in contractibus attendantur statuta locorum, in quibus celebrantur. Ca sat de Grassis,decis.2.nu.16.de donat.Gabr.de statutis conclus.8.nu.29. Et fuit decisum in causa Perusina executionis,coram me,die 16.Nouembr.1597.

GYPSII.

Romana de Magdalenis, Mercur. 1.Iulij 1598.

ARGVMENTVM.

Mandatum per Rotam relaxatum,an sit exequendum.

SVMMARIA.

1 *Secundum Dd.resolutionem mandatum per Rotam relaxatum est exequendum. Et quæ huius ratio.*
2 *Sententia præterita an condemnent Mandatum huiusmodi relaxari non debet contra bona D.Antoninæ tantum,sed solum pro tertia eius parte. ibid.*
3 *De liquido ad non liquidum non fit compensatio, præsertim ad retardandam executionem duarum conformium,vim trium obtinentium.*
4 *Fructus per Magdalenos percepti Antoninæ, vel eius heredi non veniunt restituendi,& cur.*

DECISIO VII.

1 Dubitaui, An mandatum per Rotam relaxatum esset exequendum. Ex causa pluries † proposita, Dd.d.die 1.Iulij esse exequendum resoluerunt. Resolutionis ratio fuit ; quia duæ sententiæ conformes in Rota latæ,ad fauorem Dom.de Magdalenis,respectu quatuor ex quinq; partib.Casalis Valeriani,de quib. agitur, fuerūt ritè & rectè latæ,& nihil contra eas deducitur,quod releuet,merito eis locus executioni, cū duæ sententiæ inter Romanos vim trium obtineant. Propterea locum sibi vendicauit deducta in Clem. vt calumnijs. de sent.& re iud.Paris.post Bald.quem citat consil.169. nu.15.lib.4.Fab.decil.37.par.3.diuers.

2 Nec ad rem pertinet, quod præteritæ † sententiæ condemnent, tam Antoninam, quàm Iacobum eius patrem,qui decessit tribus relictis hæredibus. Quocirca mandatum huiusmodi relaxari non debuisset, contra bona tantum D.Antoninæ, sed solum pro eius tertia parte,iuxta tex.in l.1.& 2.C.de hęred.act.quoniam onus soluendi totum istud debitum ex clara testatoris dispositione ad D.Antoninam spectabat, maxime , quia, vt dicitur, ipsa adierit hęreditatem, absque inuentarij confectione. Vnde fit, vt cēseatur,quasi cum creditoribus contraxisse, l.apud Iulianum , in fin.cum l.seq.ex quibus caus.in possess.eat.§.hæredes Instit. de obligat.quæ ex quasi contr. & consequenter se obligari ad omnia in testamento contenta , quæ obseruare tenetur,l.vnum ex familia.§.si rem.de leg.2.l cum à matre.C.de rei vend. Ruin.consil.2.nu.8. lib.4. Paris.cons.2.nu.29.cum 2.seqq.vol.3.

Non obstat , quod prædicta testatoris dispositio videatur inducta ad fauorem cohæredum Antoninæ, non autem creditorum ; quoniam verba testamenti ostendunt Antoninam grauatam fuisse ad vtrumque, videlicet ad soluendum ,& ad restituendum omnia ea,quæ soluenda & restituenda essent, ac etiam indēnes conseruandum alios cohęredes : Idcirco iuste fuit relaxatum dictum mādatum exequendum solidū in bonis D.Antoninæ, hodie possessis per D.Alphōsum.

3 Minusque obstant ea , † quæ de prætenso spolio attentato , ac de perceptione fructuum quintæ partis d.Casalis , per plures annos facta ab ipsis de Magdalenis , ad quorum restitutionem eos teneri prætendit D.Alphons.hæres D. Antoninæ, Ideo petit compensari , quoniam talis compensatio,& aliæ prætensiones D.Alphonsi sunt adeo turbidæ , quod nec impedire , nec retardare exequotionem dicti mandati possint,siquidem de liquido ad non liquidum non fit cōpensatio, præsertim ad retardādam exequutionē duarum conformium, quæ vim triū obtinent, vt dixi, Peregr. dec.215. in vna Rom. de Pichis, lib.2.cū alijs citatis.

Et cum hodie super istis prætensionibus iudicium pendeat , & sint necessariæ duæ sententiæ conformes, satis patet,quod non est locus compensationi,vt bene per Pure.decis.2.de except.

4 His accedat, ꝙ fructus percepti † per Magdalenos, nō venerint restituēdi Antoninę, vel eius heredi, quia ipsi solū vigore hypothecæ , quā in d.5.parte Casalis occasione d.cēsus habebat, fuit immissa in possessione illius retinenda , donec de suo credito satisfacta esset.

Et in omnem euentum cum Antonina fuerit hęres Fabij,principalis debitoris census,& Iacobi sui patris, creditoris eiusdem census, dicendum videtur, frustra & sine actione agere, quia in hoc casu negari non potest saltem effectu confusas esse actiones : Nam si ex persona patris Antoninæ petat hos fructus,eos vti hæres Fabij sibimet soluere tenetur, vt bene deducitur in facto per Dom.de Magdalenis,E.

Burgi S.Sepulchri,Bonorum, Lun.15.Ian.1592.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo decretum an sit confirmandum, & cur.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ex defectu citationis tollitur ex relatione nūcij.*
2 *Defectus iurisdictionis ob ferias, quando non obstet, vt nec defectus mandati,& nu.3.*

DECISIO VIII.

Fvit per Dominos resolutum , esse confirmandum mandatū de manutenendo decretū ad fauorem
1 D.Andouini. Nā † nullitas ex defectu citationis tollitur ex relatione nuncij,ext.fol.9.vbi dicit,se exequutum fuisse, iuxta literarum formā, & per consequēs, præsumitur domi citasse,post factas diligentias de repetiendo, personaliter D.Griffonum,& potuit exequi dictam citationem, cum decretum emanasset ab A.C. quod dirigitur omnibus, & quibuscunque nuncijs.

2 Defectus iurisdictionis propter † ferias nō obstat, qa Decreta principalia emanatūt tēporib.nō feriatis.

3 Defectus mādati nō obstat, quia fuit etiam processum per audientiam contra decretū,ex quib.cum fuerit acquisita possessio, D.Andouino,ipse venit manutenendus,l.1.ff.vti possid. Et bene omnibus obiectionibus respondent Scribentes pro D.Andouino.

Quæ dñr de iniustitia dicti mandati, etsi respiciant

Stante

E 3 *Suspicio*

Testa-

V

Verbum

FINIS.

NOVITER NOVISSIMARVM DECISIONVM DIVERSORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM.

PARS QVARTA.

LITTÆ.

Romana, Nullitatis prætensarum mercium, Venet. 30. Maij 1597.

ARGVMENTVM.

Sententia an, & quando censeatur esse nulla.

SVMMARIA.

1 *Sententia A.C. secundum Dd. resolutionem est nulla, & quibus modis.*

2 *Hec conclusio quomodo procedit.*

3 *Dd. resolutio est, quod sententia ex defectu citationis sit nulla, maxime cum quis personaliter prius nunquam citatus fuerit, & commode citari potuerit. & num. 4.*

5 *Quod sententia sit nulla, vti Dd. resoluerunt, defectu iuramenti calumnia.*

6 *Responsum ad hoc fuit, quod hoc in casu non processit vigore facultatum, sed tanquam iudex.*

DECISIO PRIMA.

1 DOCTORES resoluerunt † sententiam A.C. esse nullam.

Primò, ex defectu mandati illius, qui nomine creditorum comparés eam obtinuit: nam cum in actis fuerit protestatum, *nisi prius doceatur de legitimo mandato*, non potest iudex valide ad vlteriora procedere, nisi in actis producto ipso mandato, quod minime factum fuit. Bald. in l. 1. in 2. lect. nu. 3. ff. de procurat. & in consi. 122. nu. 1. lib. 3. Alex. consil. 146. circa fin. lib. 5. Aym. consil. 118.

2 Quæ conclusio † procedit etiam, quod post ipsam sententiam appareat, illum verum procuratorem nunc fuisse, ita Guid. decis. 208. & tenuit Rota in illa Romana Secretariatus 20. Nou. 1592. corā Reuer. P.D. Melino, & in illa Romana de Nardonib. 10. Octob. 1594. coram Eodem.

3 Secundò, ex defectu citationis, † quia cum A.C. vigore specialis cōmissionis processerit, debuit Magnipanus personaliter citari, ad sententiam, & non domi dimissa copia, prout factum fuit, maxime cum prius

4 personaliter nūquam citatus † fuerit, & potuerit cōmode citari. Abb. & alij in l. cùm causam. de dol. & cont. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou. Batt. Alex. & commun. Dd. in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. inf. Dec. consil. 461. nu. 25.

5 Tertiò, ex defectu iuramenti † de calumnia, quod prius præstari petitum fuit. cap. 1. de iuram. cal. in 6. Rot. decis. 7. eo. tit. in antiq.

6 Et ad illud, quod A. C. inter Mercatores † possit procedere sine figura iudicij, fuit responsum, quod non processit hoc in casu, vigore facultatum, sed tanquam iudex communis, quo casu seruatis de iure seruandis procedere debuit.

Quantum verò ad iustitiam dictæ sententiæ, Dd. nihil firmarunt, sed pro veritate eruenda mandarunt exhiberi liberos D. Magnipani, & interim probationem creditorum coadiuuari.

MELLINI.

Anagnina, Legati, Ven. 16. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Sententia an sit exequenda, si aditio ex bonorum hæredis possessione probetur.

SVMMARIA.

1 *Controuerti Dominis non videtur, quod Metellus non fuerit Horatij hæres, dum eius bona possidet.*

2 *Recognitio, parte non opponente, quandocunq; fieri potest.*

DECISIO II.

FVit per Dominos resolutum, sententiam esse exequendam, quia est iusta, & valida, & fecit transitum in iudicatū; Iustitia est clara quia Horatius legauit Virginiæ pro dote, scuta 1200. & cū ei data solum fuerint scuta 600. remanebat creditrix in alijs scutis 600. ad quotū solutionem Metellus fuit condēnatus.

1 Nec videbatur Dominis † posse controuerti, quod Metellus non fuit hæres Horatij, quia possidet illius bona, & ex hac possessione probatur aditio l. si quis bonis paternis. ff. de acq. hæred. & licet Metellus prætendat possidere vigore fideicommissi, tamen vltra quod non constat de purificatione fideicommissi, neque quod sit vniuersalis fideicommissarius, non potuit capere possessionem propria authoritate. Put. decis. 3. de testam. Et ideo cum Metellus non ostendat cepisse possessionem authoritate Iudicis, præsumitur possedisse vti hæres, non vt fideicommissarius. Rom. cōs. 247. & fuit resolutum coram me, in Romana Casalis 18. Iunij 1593.

2 Non obstat, quod sententia † non iustificatur ex actis; cum iura sint recognita post sententiam, quia recognitio potest fieri quandocunque parte non opponente. Peregr. decis. 151. lib. 3.

Non obstat, quod sententia est nulla, ex defectu productionis mandati, de quo fuerat productum in actis ante protestationem.

LITTÆ.

Imolensis, seu Fauensis, Nullitatis Bonorum, Ven. 25. Iun. 1593.

ARGVMENTVM.

Executio, & subhastatio in casu, quo ad effectum, quo de agitur, an sustineri possint.

SVMMARIA.

1 *Quibus ex causis subhastatio secundum Dd. resolutionem fuit nulla.*

3 *Consuetudo asserta, vt in facto consistens, quando non præsumitur, sed ab allegante probari debet.*

3 *Mandatum si fuit decretum cum intimatione, cum de ea ex actis non constet, executio, subhastatio, & omnia inde secuta, merito nullius fuit momenti.*

DECISIO III.

DVbitaui, an executio, & subhastatio sustineri possint in casu, & ad effectum, de quo agitur.

1 Et Doctores † resoluerunt subhastationem fuisse nullam; Primò quia fuit facta habita fide de pretio, contra text. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor, &c. ibi, *oportet res captas pignori & distractas præsenti pecunia distrahi*, ff. de re iudic. vbi Alex. not. sub num. 5. Angel. num. 2. & Ias. num. 1.

Et ita fuit alias decisum in illa Tiburtina Castri 2 Sambuci, 27. Ianuarij 1578. coram Nuncio. Nec † obstare dixerunt Dd. econtrario assertam cõsuetudinem quia illa, vt in facto consistens, non præsumitur, sed ab allegante debet probari. l. præscriptione. vbi gl. C. si cõt. ius, vel vtil. publ. Bart. in l. de quib. in fin. ff. de leg. cum alijs per Aym. cons. 234. num. 2. vers. similiter ex consuetudine, imò cum agatur de consuetudine iuri contraria, debet concludenter probari, & in specie, vt alias decisum fuit in illa Ciuitat. Castelli. Bonorum 21. Iun. 1578. coram bonæ memoriæ Lauretano.

3 Secundò, quia mandatum † fuit decretum cum intimatione, vnde cum de ea non constat ex actis, merito & executio & subhastatio & omnia inde sequuta, nulla sunt, Put. decision. 174. libro 1. Marci. decision. 108.

Eadem, Lunæ 16. Maij 1594.

SVMMARIA.

1 *In decisis Dd. conclusionibus standum est.*

2 *Consuetudo subbastandi habita fide de pretio, testibus diuersimode deponentibus, non probatur.*

3 *Vbi populi vsus varius est, tunc dispositioni iuris communis inhærendum est.*

4 *Mandatum executiuum quando a non habente illud, fuit obtentum.*

5 *Nullitas ex non intimatione decreti proueniens, an cesset, & quando.*

DECISIO IV.

1 COncluserunt Dd. standum esse in † decisis, sub die 25. Iun. anni proximè præteriti, determinationi factæ nam consuetudo prætensa subhastandi 2 habita fide de pretio nõ probatur, cum testes † diuersimode deponant fuisse obseruatum, & idem apparet ex instrumentis hinc inde productis, quo fit, vt intrare videatur conclusio illa, quæ se habet, quod ex difformi obseruantia nõ inducitur cõsuetudo aliqua cõsiderabilis, Bart. & alij in l. 2. in fin. princ. ff. sol. matr. 3 Vsus namq; † populi vbi varius est, tũc inhærendum est dispositioni iuris communis. l. nemo alieno. §. temporaria. ff. de reg. iur. Alex. consil. 1. & cons. 127. lib. 1. Dec. consi. 8. num. 4. vers. 2. quia. Mynsing. sing. obser. cent. 6. obseru. 42. Præterea de nullitate eius constat 4 ex eo, quod mandatum † executiuum fuit obtentum à non habente mandatum. Nec tolli debere nullitatem dixerunt Dd. ex eo, quod nunc constet de mandato illius, stante quod tunc fuerat oppositum. Vnde tunc debebat iustificari, & non in alia instantia, vt alias resolutum fuit in illa Romana Secretariatus, coram Reuerendo q. D. Melino. Nec cessare nullitatem 5 illam † prouenientem ex non intimatione, Decreti, dixerunt Dd. ex eo, quod tunc probatur dictam intimationem fuisse factam, cum ex lectura processus de partibus, non appareat de reproductione illius, quæ in omnem casum necessaria erat, ad effectum vt iudici de ea ex actis constare possit, vt in simili dicitur de citatione, & relatione ipsa, Bart. & Bald. in l. multum interest. ad finem, ff. de condit. & demonstrat. Bald. in cap. cum ex parte. num. 4. de appellat. Cald. consil. 8. de sentent. & re iudic. Abb. in cap. quoniam contra. num. 11. de probat. & in cap. cum ex officij. num. 28. de præscript.

CORDVBÆ.

Perusina, Executionis, Vener. 17. Nouemb. 1600.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum contra aliquem relaxatum, an sit reuocandum.

SVMMARIA.

1 *Dd. ob mandatum executiuum contra D. Liuiam relaxatum, esse reuocandum fuerunt moti, & cur.*

2 *Mandatum executiuum ex defectu potestatis, quæ in quolibet actu requiritur, est nullum.*

3 *Dd. additio hic plurimum valet, atque vtilis est, quod fideiussio est limitata ad summam scutorum 200.*

DECISIO V.

1 FVit resolutum, Mandatum executiuum relaxatũ contra D. Liuiam esse reuocandũ. Moti † fuerunt Doctores, quia Franciscus Alexius emptor constituit se depositarium in scutis 200. plus, vel minus, prout fuerat liquidatum, per arbitros electos, vel alios eligendos in euentum discordię, soluendis ex pretio Casalis venditi pro interesse Ioannis patris Alexij, d. possessionis conductoris: In præsenti tamen laudum non apparet latum ab illis, in quos fuerat compromissum, nec intra tempus constitutum, nec de aliqua discordia: vnde merito d. obligatio intrare non potuit. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. non à iudice. §. fin. ff. de iud. l. pen. ff. iud. sol.

Non obstabat secundum compromissum, postea factum, quia cum in illo non interuenerit Balleonus, qui erat principalis, sibi nõ potuit præiudicari. l. non distinguemus. ff. de arbitr. Gozad. cons. 72. nu. 5. Rol. 2 cons. 76. nu. 3. lib. 1. Imò dictũ mandatum fuit † nullũ ex defectu potestatis, quę requiritur, in quolibet actu. l. cum tibi. ff. de donat. ante nupt. c. cum super. de offic. deleg. & tanquam nullum venit reuocandum. c. inter cetera. vbi Abbas. nu. 3. Felyn. & reliqui Scribentes. de re iud. Soc. iun. cõs. 18. nu. 4. lib. 1. Borgn. dec. 28. n. 11.

3 Quibus addebant † Dd. plurimum cõducere, quod fideiussio erat limitata ad summam scutorum 200. & tamen non est multum verisimile, quod fuerit intellectum & conuentum de tanta summa, scilicet scutorum 1595. quæ in laudo continetur. l. hæc adiectio. & quæ ibi notantur. ff. de verb. signif. Menoch. de arbitr. cas. 145.

Nec obstabat, quod Franciscus, vti depositarius nõ poterat huiusmodi exceptiones opponere, nam cessat obiectum ex supradictis nullitatibus, &c.

PENIÆ.

Esina, Fideicommissi. Vener. 14. Maij 1604.

AGRVMENTVM.

Donatio inter viuos an sit valida, si per diuisionem inter fratres factam, fideicommisso non fuit renunciatum.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter virum & vxorem licet regulariter prohibita sit, tamen in hoc casu iuramentum adest, cuius vigore donatio mox confirmatur.*

2 *Donatio si in vita non fuerit reuocata, ac traditio secuta, per mortem confirmatur.*

3 *Solennitates constitutionis Marchiæ hac in donatione seruatæ non sunt.*

DECISIO VI.

PRæsupposita donatione inter viuos, quam fecit, Ioannes Georgius ad fauorem Lauræ suæ vxoris, & quod idem Ioann. ab intestato decesserat, & decisione in hac causa facta sub die 16. Iun. anni 1603. vbi fuerat resolutum per diuisionem factam inter fratres, non fuisse renunciatum fideicommisso, & constitutioni Marchiæ. lib. 5. c. 25.

1 Vtraque parte † informante super dubio dato: An donatio esset valida? Rota validam fuisse censuit. Nã licet regulariter inter virum, & vxorẽ donatio sit prohibita, l. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Gabr. titul.

de

de donat.concl. 3.nu.27. tamen in hoc casu aderat iuramentum, cuius vigore donatio fuit statim confirmata, Gabr.concl.63.nu.5. vers.non autem.lib.1.Iul. Clar.in §.donatio.q.9.nu.1.lib.1.

2 Item cum non fuerit † in vita reuocata, & sequuta fuerit traditio, per mortem fuit cõfirmata, l.cum hic status.32.§.ait oratio. ff.de donat. inter vir. & vxor.l. Papinianus. vbi gl.Bart.& alij.ff.de donat. Surd.consil.171.nu.16. Paris.consil.128.nu.12. & 14.lib.1.Soc. consi.66.nu.3.vers.sed donatio.lib.1.

3 Nec refragabatur cõstitutio † Marchiæ, lib.5.c.25. citius solẽnitates, vt prætendebatur, nõ fuerant in hac donatione seruatæ. Quia fuit respõsum, primo Constitutionẽ Marchiæ extẽsam à Paulo III. ad Prouincias, vrbes, & oppida ditionis Ecclesiæ, loqui solũ de contractibus minorũ: Eam verò particulam eiusdẽ Constitutionis, qua vtebantur Informantes pro Dominis Georginis fideicommissarijs, quæ agit de contractib. mulierum, esse additionem Cardinalis Carpensis ibi, *quam quidem constitutionem nos Rudolphus Cardinalis, &c.* quæ nõ similiter extendebatur ad omnes prouincias, & terras status Ecclesiastici vt patebat ex eiusdem Pauli Papæ III. cõfirmatione, volẽtis additiones Cardinalis Carpensis in prouincia Marchiæ obseruari, ibi, *in eadẽ Prouincia obseruari debere.* Vnde cũ hæc donatio esset facta non in Prouincia Marchiæ, sed in prouincia Vmbriæ, in oppido de Saxoferrato, nũ erãt adhibendæ solennitates requisitæ à constitutionibus Marchiæ, cum respectu solennitatum in contractibus attendantur statuta locorum, in quibus celebrantur. Cæsar de Grassis, decis.2.nu.16.de donat.Gabr.de statutis conclus.8.nu.29. Et fuit decisum in causa Perusina executionis, coram me, die 16.Nouembr.1597.

G Y P S I I.

Romana de Magdalenis, Mercur. 1.Iulij 1598.

A R G V M E N T V M.

Mandatum per Rotam relaxatum, an sit exequendum.

S V M M A R I A.

1 *Secundum Dd.resolutionem mandatum per Rotam relaxatum est exequendum. Et quæ huius ratio.*

2 *Sententia præterita an condemnent Mandatum huiusmodi relaxari non debet contra bona D.Antoninæ tantum, sed solum pro tertia eius parte. ibid.*

3 *De liquido ad non liquidum non fit compensatio, præsertim ad retardandam executionem duarum conformium, vim trium obtinentium.*

4 *Fructus per Magdalenos percepti Antoninæ, vel eius heredi non veniunt restituendi, & cur.*

D E C I S I O VII.

1 Dubitaui, An mandatum per Rotam relaxatum esset exequendum. Ex causa pluries † proposita, Dd.d.die 1.Iulij esse exequendum resoluerunt. Resolutionis ratio fuit; quia duæ sententiæ conformes in Rota latæ, ad fauorem Dom.de Magdalenis, respectu quatuor ex quinq; partib. Casalis Valeriani, de quib. agitur, fuerũt ritè & reclè latæ, & nihil contra eas deducitur, quod releuet, merito est locus executioni, cũ duæ sententiæ inter Romanos vim trium obtineant. Propterea locum sibi vendicant deducta in Clem. vt calumnijs. de sent.& re iud.Paris.post Bald.quem citat consi.109. nu.15.lib.4.Fab.decis.37.par.3.diuers.

2 Nec ad rem pertinet, quod præteritæ † sententiæ condemnent, tam Antoninam, quàm Iacobum eius patrem, qui decessit tribus relictis hæredibus. Quocirca mandatum huiusmodi relaxari non debuisset, contra bona tantum D.Antoninæ, sed solum pro eius tertia parte, iuxta tex.in l.1.& 2.C.de hęred.act.quoniam onus soluendi totum istud debitum ex clara testatoris dispositione ad D.Antoninam spectabat, maxime, quia, vt dicunt, ipsa adierit hęreditatem, absque inuentarij confectione. Vnde fit, vt cẽseatur, quasi cum creditoribus contraxisse, l.apud Iulianum, in fin.cum l.seq.ex quibus caus.in possess. eat.§.hæredes Instit. de obligat.quæ ex quasi contr. & consequenter se obligari ad omnia in testamento contenta, quæ obseruare tenetur, l.vnum ex familia.§.si rem.de leg.2.l cum à matre.C.de rei vend.Ruin.consil.2.nu.8. lib.4. Paris.cons.2.nu.29.cum 2.seqq.vol.3.

Non obstat, quod prædicta testatoris dispositio videatur inducta ad fauorem cohæredum Antoninæ, non autem creditorum; quoniam verba testamenti ostendunt Antoninam grauatam fuisse ad vtrumque, videlicet ad soluendum, & ad restituendum omnia ea, quæ soluenda & restituenda essent, ac etiam indẽnes conseruandum alios cohęredes: Idcirco iuste fuit relaxatum dictum mãdatum exequendum solidũ in bonis D.Antoninæ, hodie possessis per D.Alphõsum.

3 Minusque obstant ea, † quæ de prætenso spolio attentato, ac de perceptione fructuum quintæ partis d.Casalis, per plures annos facta ab ipsis de Magdalenis, ad quorum restitutionem eos teneri prætendit D.Alphons.hæres D. Antoninæ, Ideo petit compensari, quoniam talis compensatio, & aliæ prætensiones D.Alphonsi sunt adeo turbidæ, quod nec impedire, nec retardare exequutionem dicti mandati possint, siquidem de liquido ad non liquidum non fit cõpensatio, præsertim ad retardãdam exequtionẽ duarum conformium, quæ vim triũ obtinent, vt dixi, Peregr. dec.225. in vna Rom. de Pichis, lib.2.cũ alijs citatis.

Et cum hodie super istis prætensionibus iudicium pendeat, & sint necessariæ duæ sententiæ conformes, satis patet, quod non est locus compensationi, vt bene per Pute.decis.2.de except.

4 His accedat, ꝙ fructus percepti † per Magdalenos, nõ venerint restituẽdi Antoninę, vel eius hęredi, quia ipsa solũ vigore hypothecæ, quã in d.5.parte Casalis occasione d.cẽsus habebat, fuit immissa in possessione illius retinenda, donec de suo credito satisfacta esset.

Et in omnem euentum cum Antonina fuerit hęres Fabij, principalis debitoris census, & Iacobi sui patris, creditoris eiusdem census, dicendum videtur, frustra & sine actione agere, quia in hoc casu negari non potest saltem effectu confusas esse actiones: Nam si ex persona patris Antoninæ petat hos fructus, eos vti hæres Fabij sibimet soluere tenetur, vt bene dedocitur in facto per Dom.de Magdalenis, E.

Burgi S.Sepulchri, Bonorum, Lun.15.Ian.1592.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo decretum an sit confirmandum, & cur.

S V M M A R I A.

1 *Nullitas ex defectu citationis tollitur ex relatione nũcij.*

2 *Defectus iurisdictionis ob ferias, quando non obstet, vt nec defectus mandati, & nu.3.*

D E C I S I O VIII.

Fuit per Dominos resolutum, esse confirmandum mandatũ de manutenendo decretũ ad fauorem

1 D.Andouini. Nã † nullitas ex defectu citationis tollitur ex relatione nuncij, ext.fol.9. vbi dicit, se exequutum fuisse, iuxta literarum formã, & per consequẽs, præsumitur domi citasse, post factas diligentias de reperiendo, personaliter D.Griffonum, & potuit exequi dictam citationem, cum decretum emanasset ab A.C. quod dirigitur omnibus, & quibuscunque nuncijs.

2 Defectus iurisdictionis propter † ferias nõ obstat, qa Decreta principalia emanarũt tẽporib.nõ feriatis.

3 Defectus mãdati nõ obstat, quia fuit etiam processum per audientiam contra decretũ, ex quib.cum fuerit acquisita possessio, D.Andouino, ipse venit manutenendus, l.1.ff.vti possid. Et bene omnibus obiectionibus respondent Scribentes pro D.Andouino.

Quæ dĩr de inualiditia dicti mandati, etsi respiciant

peritionem, & de illis poterit agi postea, tamen apud Dd. maximam patiũtur difficultatẽ, quia de emptione terrarum constat, de impedito effectu, ex sentẽtijs Rotalibus etiam apparet, ita vt executioni Brachij locus factus videatur, tamen erunt particulariter discutiendæ. Interim D. Andouin. manutenendus, quia authore Prætore possidet, l. iuste possidet. ff. de acq. poss.

Burgi S. Sepulchri, Bonorum, Ven. 13. Maij. 1594.

ARGVMENTVM.

Eiusdem cum superiore argumenti est.

SVMMARIA.

1. *Hypotheca in casu euictionis quando competat.*
2. *Possessor non debet a possessione sua remoueri, donec de sententia lata iustitia cognitum sit.*
3. *Pro sententia præsumitur.*
4. *Mandatum de associando non complectitur damnum, & interesse, ex clausula sine præiudicio.*

DECISIO IX.

FVit per Dd. resolutum, mandatum de manutenẽdo esse exequendum, Hypotheca enim in † casu [1] euictionis nadum competit pro restitutione pretij rei euictę, sed pro damnis expẽsis, & interesse per emptorem passis, l. si cum vendere. l. si euicta. ff. de euict. l. nõ dubitatur. C. eod. tit. & creditor ex vna causa potest retinere pignus ex alia, præcipue ducente originem à priori iure sibi cõpetente, l. 1. C. etiã ob Chirographariã pec. vbi Petr. de Bellapert. nu. 1. Neguś. de pign. 4. mẽb. 5. part. 1. nu. 2. sicut resolutum fuit coram me in causa Romana, Vineæ, de Brunis. 8. Iun. 1587. donec igitur de omnib. damnis, & interesse Andouino sit satisfactũ, datur eidẽ retentio, & venit manutenendus.

His non obstat deducta executio, & primo quod Andouinus sit creditor tantum scutor. 1898. pro quibus obtinuit mandatum de associando sine præiudicio damnorum, ex quibus cum habeat 1360. scut. in manibus sibi pro redemptione rei venditæ relicta, & residuũ sibi in continenti offeratur, solutione eius quod debetur, obligatio extincta remanet, quia Andouinus est creditor pretij soluti pro re euicta, scilicet medietatis prædiorum, quorũ venditionem, tanquam nullam reuocarunt tres sententiæ Rotales, & summa est liquida, quia cum id, quod debebat cedere in redemptionem prædiorum, cesserit in solutionem fructuũ, male perceptorum, nõ potest executio computari in commodum D. Griffoni, quo ad sortem principalem, sed tanto minor debetur Turino occasione damnorũ quæ ex causa nullitatis venditionis passus fuit.

Non obstabat, quod à liquidatione dictorum dãnorum fuerit appellatum, quia sententia transiuit in [2] rem iudicatam, & donec † de iustitia illius sit visum, non debet possessor à sua possessione amoueri, quamuis enim Rota nõ soleat exequi sententias, extra Rotam latas, nisi gustato bono iure, non solet etiam illas reuocare, nisi eodẽ stylo seruato. Si igitur possessionẽ restituendam D. Griffono declararet, virtualiter iniusta sententia liquidatoria pronunciaretur, & in his ter- [3] minis pro † sententia præsumitur, fuit resolutum in vna Sabinensi Castrorum. 17. April. 1582. coram bon. memoriæ Lauretano.

Non obstat quod euictio processerit culpa Taurini, quia contrarium apparet ex tenore sententiarum, quæ declarant, venditionem factam à Brachio fuisse nullam.

Non obstat vltimo, quod mandatum de associando [4] non complectatur † damnum, & interesse ex clausula sine præiudicio, quia non ex hoc sequitur, quando Andouin. non possit liquidatis postea damnis, & interesse, retinere ratione suæ hypothecæ, eadem bona, donec fuerit sibi satisfactum, quod si D. Griffonus vult omnia soluere, tunc erit locus restitutioni, nec erit agendum de manutentione.

ROBVSTERII.

Romana, Computorum. Lun. 22. Mart. 1568.

ARGVMENTVM.

Testi singulari an sit credendum?

SVMMARIVM.

1. *Testi singulari non creditur, maxime si dictum eius est inuerisimile.*

DECISIO X.

FVit resolutum nõ constare de renunciatione, quia vltra quod Ioan. Bellonus patitur plures exceptio- [1] oes: est etiam † singularis, & dictum ipsius est admodum inuerisimile, vt patet ex his, quæ gesta fuerunt, & duo vltimi testes, coram me examinati deponentes de extraiudiciali cõfessione sunt singulares; Et licet testes deponẽtes de cõfessione possent coniungi cũ vno deponẽte de veritate facti, tñ est verũ, quãdo sunt plures cõtestes, super illa cõfessione, quia Rota nõ tenet, vt cõfessio probetur p testes singulares. Pur. dec. 3. de prob. Ani. de Aug. de test. dec. 23. Ideo vnus testis de cõfessione, & alius de veritate nõ cõiũgũtur. Affl. dec. 364. Curr. Iun. Paris. & alij per D. Informãtẽ allegati, præsertim, stantib. tot præsumptionib. in contrariũ, quæ præpõderãt his testib. ita imperfecte deponẽtib.

Burgi S. Sepulchri, Bonorum. Ven. 2. Dec. 1594.

ARGVMENTVM.

Causa mandati de associando, & an transportatio actorum in diuersis causis requiratur.

SVMMARIVM.

1. *Transportatio in diuersis causis necessaria non est.*

DECISIO XI.

[1] REsolutum fuit, non esse necessariam † transportationẽ omnium actorum in Rota, inter Baliones, & Tenum, & Taurinũ, quia sunt diuersæ causæ, ab ea, quæ nũc agitur. Sufficit enim Taurino ostendere euictionem sequutam, & de ea docetur ex his, quę modo sunt in actis, & cum propter dictam euictionẽ sequutam obtinuerit mandatũ de associando, & de manutenẽdo ab A. C. de cuius executione hodie tractatur in Rota, D. Griffon. appellans, qui dicit vtrunq; mandatum iniustum, si id vult ostendere ex præfatis actis, tenetur illa transportare, omnia enim quæ pro parte ipsius allegantis allegantur, procedunt, quando ipsa acta fuerunt producta, coram iudice à quo, tũc enim omnia sunt producenda coram iudice ad quem, & ita procedunt allegatæ decisiones per ipsum, secus quando causa, quæ agitur, licet habeat aliquam cõsequẽtiam à prima, tamen non est vna, & eadem cum illa, si autem voluerit audiri, an ex his quæ hactenus reperiuntur producta, tam coram A. C. quam coram me, constet de iniustitia d. mandati ex eo, quod Taurinus spoliauerit Turenum, particulariter dubitabo.

LVDOVICI.

Nullius Beneficij, Vener. 28. Maij 1604.

ARGVMENTVM.

An quodlibet beneficium de iure residentiam requirat, & quid de consuetudine in simplici beneficio.

SVMMARIA.

1. *Beneficium quodlibet residentiam exigit, Fallit in simplici beneficio, ibid.*
2. *Breue Apostolicum quando non probet.*

DECISIO XII.

FVit conclusum beneficium nõ requirere residentiam, & sine ea Lucaotum lucrari fructus, licet [1] enim de iure quodlibet † beneficium requirat residentiam, c. pen. de cler. non resid. c. ad hoc. de præb. generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus. Abbas in c. extirpandi. §. qui verò. nu. 31. de præb. cum alijs. Mandos. in 1. reg. q. 13. nu. 8. Car. de Grass. decis. 4. nu. 3. de præb. beneficium

autem

autem de quo est cōtrouersia, est simplex, vt præsumitur. Aegid. decis. 676. Rebuff. in praxi, sub titul. sæcul. benef. quotuplex. nu. 11. Staphil. de lit. gra. 2. p. tit. de qualit. & stat. benef. in princ. fuit decisum in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, & sæpius in alijs, nisi aliud ex statuto, consuetudine, vel priuilegio caueatur. Innoc. in c. clericis. de cler. non resid. Ex Breui autem quod exhibetur, nō videtur probatum, nec priuilegium, nec onus residendi,
2 cum non † constet Breue habuisse effectum, & beneficium, de quo agitur, etiam de illis erectis ex sumptibus Parochialis dismembratis.

BLANCHETTI.

Burgi S. Sepulchri Bonorum. Lun. 13. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

Valor rei euictæ iuxta tempus euictionis æstimatur, non autem celebrati contractus.

SVMMARIA.

1 *Valor rei is inspicitur, qui fuit tempore euictionis, non verò celebrati contractus.*
2 *Ex natura euictionis etiam damna, & interesse veniūt.*
3 *Testis, qui circa rei valorem deponit iuxta communem æstimationem, probat.*
4 *Testes non de priuata opinione, sed vera scientia deponere debent.*
5 *In partitis etiam fructus debentur.*
6 *Depositarius ad restitutionē fructuū depositorū cogi pōt.*

DECISIO XIII.

DD. dixerunt liquidationem factam per A.C. sustineri, quoad omnes partitas expensarum, quæ tam in Curia, quàm extra fuerunt taxatæ, ac etiā quo
1 ad valorem prędij euicti, qui debet † attēdi de tempore sequutæ euictionis, non autem contractus celebra-
2 ti, cum ex natura euictionis veniant † damna, & interesse, inter quæ computatur amissio augmenti valoris prædij euicti. l. si controuersia. l. si cum quæstio. l. empti actio. C. de euict. cum illud sit lucrum iam radicatum. Bald. in l. cū te. in prin. de donat. an. nupt. & fuit resolutum coram me in causa Placentina euictionis, 10. Iunij 1591. Valor autem ad summam 4000. pro-
3 batur per testes, † qui non deponunt de proprio iudicio, sed iuxta communem æstimationem.

Quo verò ad partitam 2210. respicientem fructus, DD. dixerunt coadiuuari probationem; Testes enim
4 potius de eorum † priuata opinione, quam de vera scientia deponere videntur, quod etiam statuerunt
5 DD. quoad partitam scutorum 975. licet † fructus debeantur, quia cum Taurinus pro fructib. decussis fuerit coactus dare Zeno dimidiā medietatis alterius prædij, debet communicari illorum amissio, inter damna passa, nec isti dicuntur fructus fructuū, sed fructus rei propriç, quos si rem ipsam dare io solutum non fuisset coactos, percepisset. Partitæ autē onerum non iustificantur. Nec hoc casu DD. dixeront, habendam rationem ad effectum diminuendi fructuum quantitatem de summa scutorum 1300. qui remanent penes Taurinū, quia illos non retinuit vti emptor prædij, sed vti
6 depositarius, ad cuius restitutionē † statim cogi poterat, vt fuit alias resolutū. Nec cōstat, quod ex prędicta summa aliquos fructus ipse perceperit. Et ex his, & alijs deductis pro DD. de Taurinis ita fuit decisum.

PEGNÆ.

Romana, Pecuniaria. Ven. 4. Iul. 1594.

ARGVMENTVM.

An pars parti iura & scripturas in instrumento venditionis enunciatas edere cogatur. Et quid nominatim in cessione nominis debitoris.

SVMMARIA.

1 *Pars petenti parti iura, in instrumento venditionis comprehensa, edere tenetur.*
2 *In legato crediti instrumentum crediti legatario consignari debet.*
3 *In cessione nominis debitoris instrumentum petenti parti edendum est.*

DECISIO XIV.

INformante sola Lucretia Pallearia, proposito dubio, an Franc. Raimūdus teneretur consignare Lu-
1 cretiæ iura & scripturas † enunciatas in instrumento venditionis: Rota affirmatiue respondit. Cum enim Francisc. pro parte pretij domus sibi venditæ, cesserit Lucretiæ creditū scutor. 698. quæ deberi sibi asseruit Albert. Palcariū, tenetur consignare Lucretiæ iura & scripturas in dicto instrumento denunciatas, l. cum seruus. ff. de cond. & demonst. Verall. decis. 104. incip. ces-
2 sio facta. p. 1. sicut in legato nomine debitoris † debet instrumentum crediti legatario consignari. Bald. in l. instrumentorum. num. 4. vers. quarto, quid si testator. vbi Paul. de Castr. no. 3. vers. sed pone. C. de fideic.

Sed neq; excusabatur Franc. à consignatione, ex eo, quod dicebat se indicasse prædicta iura, & instrumēta reperiri penes quendā Notarium, deputatum, à quo Lucretia habere poterat, quoniā quicquid sit in alijs casibus, in cessione nominis debitoris instrumentum
3 ipsius † respectu & cū effectu est parti consignandū, vt cōsiderant DD. in l. instrumēta, vt in facti specie, in qua Lucret. nedū indicauerat domum venditam, sed realiter etiam tradiderat. Vnde cum cessio esset facta, correspectiue ad pretiū domus de reali cessione, quæ fit per realem consignationem, erat intelligendum.

Burgi S. Sepulchri, Bonorum. Ven. vlt. Ian. 1597.

ARGVMENTVM.

Liquidatio in casu euictionis iuxta minorem taxam per testes probatum fieri debet: Et quo ad valorem fructuum standum est libris redditũum.

SVMMARIA.

1 *Liquidatio in euictionibus iuxta minorē æstimationem per testes probatam, admittenda est.*
2 *A tempore secutæ euictionis interesse partis incipit.*
3 *Testis vnicus, & alternatiue deponens non probat.*
4 *Redituum quorundam designationes.*
5 *Libris confraternitatum, seu redituum quo ad valorem fructuum, standum est.*

DECISIO XV.

DD. reiectis ijs, quæ denuo in dubium reuocātur; aduersos decisiones iam factas dixerūt liquida-
1 tionem † esse faciendam iuxta minorē taxam probatam per testes, & à tēpore sequutæ euictionis, à quo
2 incipit † interesse partis. l. si sterilis. §. per venditorem. de act. empt. Bald. in l. si traditio, q. 4. C. eo. & fuit resolutum corā me in Senegalliēsi prædij. 27. Ian. 1595. & corā R.P.D. meo Litta in Bononiēsi euictionis, anno præterito. Vnde deueniēdo ad specialem liquidationē, conclusum fuit, vt granū taxetur ad staria centom pro parte Domini, quia in hac summa concordat secundus testis, & tertius, licet quartus dicat, de 90.
3 vel 100. in circa, sed quia solos, † nō attenditur, maximè cū deponat alternatiue, & de quibusdā annis tantū, qui videntur compensandi cum præcedentib. fertilioríb. Quantum ad vnum liquidata fuit ad salmas quadraginta, licet testes, vt plurimum deponant de quinquaginta. 3. super 12. 8. super eo. 9. super eo. & 12. super eo. quod tamen intelligitur in totum tam pro parte Domini, quàm coloni, vt deponunt ijdē testes.
4 Item, staria 10. Bladi, & duo † miliaria cū dimidio, quadi & libris 200. carnis porcinæ, & oua 200. & 4. paria caponum, singulis annis. Quantum verò ad va-
5 lorem fructuum dixerunt DD. standum † libris Confraternitatis, ex quibus habetur quotidianus valor istarum specierum, pro singulis annis, quib. libris ad hunc effectum censuerunt fidem esse adhibendam, cum careant omni suspicione, & ita conclusum.

ORANI.

Burgi S. Sepulchri, Bonor. 18. Maij, 1597.

ARGVMENTVM.

An iudex appellationis super nouis prætensionibus, & in priori causa non deductis dependentibus tamen ex eodem fonte, iudicare possit.

SVMMARIA.

1 *Iudex appellationis an quem in maiori summa condemnare possit, quam iudex primæ instantiæ.*
2 *Clausula, quam & quas, vna cum incidendo, dependendo, emergendo, operatur vt iudex appellationis etiam super nouis iuribus deductis pronunciare possit.*
3 *In relaxatione literarum remissorialium sufficit, vt principalis & procurator eius, ab initio sint citati, si contra eos in contumaciam sit actum.*
4 *Iurisdictione committentis examinationem testium exspirante, an etiam eius cui delegata est, deficiat.*
5 *An propter verba, intra sex dies recipias testes etc. iudici delegato certa et limitata potestas præscripta cesseatur.*
6 *Procurator dominus litis effectus in terminis substantialibus valide citatur.*
7 *Colonus de fructibus prædij valide deponit.*
8 *Testis informatus de prædijs vicinis circa fructus prædij valide deponit.*
9 *Libris cōfraternitatū, quoad valorē fructuū rectè statur.*
10 *Sententia prior in minori summa lata, per posteriorem non tollitur.*

DECISIO XVI.

DD. tenuerunt sentent. esse confirmandam. Nam quæ contra illius iustitiam opponuntur, alias fuerant coram Illustriss. D. Card. Blanchetto tunc Iudice causæ discussa, & resoluta. Nullitates verò allegatæ, visæ sunt nullius esse momēti. Quod enim prætendebatur, R. P. D. meum Decanum Iudicem appellationis à sententia A. C. non potuisse 1 condemnare DD. à Balleonibus in maiori summa, quam ea, quæ in sentent. A. C. continebatur, fuit eo facto sublatum, cū 2 iudex appellationis † possit pronunciare super nouis prætensionibus dependentib. ab eod. fonte. Præsertim stante clausula, *quam & quas vnà cum incidendo, dependendo, emergendo,* Ægid. dec. 618. Altera etiam nullitas ex defectu citationis deducta. Quia in relaxatio-3 ne literarum † remissorialium, non fuerat citatus D. Galeottus, principalis in causa, nec D. Lucas Antonius procurator dominus litis effectus dicebatur cessare, ex quo ab initio fuerunt citati omnes, & contra eos processus in eorum contumaciam pro ante dictis decretus: Vt etiam contra Alexādrum & Lucam Antonium, qui lite pendente se absentauerat.

Pariter tertia nullitas respiciens examen testium in vim literar. remissorialium, non fuit alicuius considerationis, cū fundetur in falso defectu iurisdic. propter promotionē Illustrif. D. Blāchetti ad Cardinalatum, 4 quasi, ex spirata † eius iurisdictione, etiam iudicis deputati ad examinandum testes in vim remissoriæ potestas conquieuerit. Quoniam certum est iurisdictionem Illustriss. D. Cardinalis remansisse penes coadiutores, Rota dec. 9. de rescrip. in antiq. cū immissiones, quæ fiunt Auditorib. non sint, nisi distributiones. Minus placuit, quod dicebatur, iudici remissoriæ fuisse præscriptā certam formam procedendi, & recipiendi iuramenta testium intra sex dies, & propterea illis exspiratis non licuisse ad executionem illius deuenire, 5 Nam 6. † dies in literis remissorialib. adiecti non tendunt ad limitandum eius potestatem, sed acceptandū onus sibi commissum, vt eo elapso, & non acceptante posset per cēsuras ad id compelli. Postremæ autē nullitates, quarū vna fundabatur in eo, quod in toto pro-6 cessu † non fuerat citatus nisi procurator D. Grifuni, omissis D. Galeotto, &.... principalib. Brachio & Fedenio. Altera etiā, quod in obseruatione terminorum substantialium non fuerit citatus Galeot. & Alex. nō videbantur releuantes, cum cōtra eorum procuratorem dominū litis effectum fuerint lectæ contradictæ.

Non obstant, quę de iniustitia liquidationis opponuntur, quia nec in facto, nec in iure subsistūt, & satis tolluntur ex decisionib. factis die 13. Maij 1596. & 3. Ian. anni preteriti. Nam de quantitate terrarū constat nedum ex dictis testium, sed etiā ex fide mēsuratoris à partib. electi, & ex quietantijs solutionis integrum pretij secundū dictam mensurationē. Identitas pariter terrarū iustificatur ex testib. deponēt ub. de eisdem terris, quos Taurin. possedit, & Tenus euicit, cum declaratione loci, & vocabuli prædiorum euictorum. De quantitate fructuū perceptorum constat etiam ex 7 testium depositione, † quorum aliqui fuerunt coloni 8 istarum terrarū, & reliqui sunt informati ex † prędijs 9 cōnicinis. Pretiū verò fructuū ex lib. † Confrat. probatur sufficienter, cuius extractio fuit firmiter facta.

Nec obstat, quod liquidatio facta per Reu. Pat. D. meum Decanum, non conueniat cum illa, de qua per A. C. quia in illa fuerunt calculati fructus decursi post 10 liquidationem A. C. cuius iustitia non † potest controuerti, cum fuerit facta in minori summa.

LANCELLOTTI.

Romana Donationis de Calandris. Merc. 5. Maij 1604.

ARGVMENTVM.

Solennitates circa materiam donationis, à statutis requisitæ, in donatione facta filio, locum non habent.

SVMMARIA.

1 *Solennitates statutariæ necessariæ non sunt in donatione filio à matre facta.*
2 *Confessio facta inter personas, inter quas est prohibita donatio, præsumitur facta in fraudem legis.*

DECISIO XVII.

Licet in donatione quam fecit Beatrix Paulo filio, non fuerint adhibitę solennitates à statuto requisitæ, cū non interuenerit Henric. qui erat proximior, nihilominus domini eam validam esse resoluerunt, 1 cum † tales solennitates statutariæ non sint necessariæ, quando mater donat filio, iuxta consil. Bald. 407. post nu. 4. lib. 2. Aym. cons. 39. nu 14. Ceph. cons. 161. nu. 5. Tiraq. de legib. connubial. gl. 8. nu. 110. Lambert. super statut. Mediol. in fin. nu. 109. & fuit alias in Rota resolutum, vt per Sarn. dec. 110. lib. 1.

An autem talis donatio sustineatur, vt facta de credito mulieris, quod non probatur aliunde, quam per confessionem mariti, quæ tanquā inter personas, inter 2 quas † est prohibita donatio, pręsumitur facta in fraudem legis, erit alterius inspectionis, in qua videndum erit, an fuerit per mortem confirmata, attento, quod non interuenit traditio rei donatæ in vita, & in omnē euentum ista donatio facta Paulo sustineri posset ratione consuetudinis Regni Portugalliæ, iuxta quam fuit contractū matrimonium, cuius vigore cum Beatrix post obitum viri participare debeat medietatem omnium bonorum mariti, videtur potuisse disponere de dicta medietate ad fauorem Pauli in donatione, circa quā considerandum erit, quod illa non loquitur de dicta medietate, sed est restricta ad creditum, & an saltem mater teneatur de euictione ad fauorē Pauli.

Terracinensi, Molendini. Lun. 14. Maij 1590.

AGRVMENTVM.

Deiectus à possessione molendini, ad quod subditi sui accedere tenebantur, restituendus est ad omnes commoditates, & fructus, quos percepisset, etiam si deijciens non perceperit.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus restituendus est ad omnes fructus, & etiam illos, quos percepisset, licet deijciens non perceperit eos: Idem & expensas consequitur. nu. 3.*

2 Idem

3 *Idem in Capitulo impedimentum alteri in capienda possessione præstante obtinet.*

4 *Dominus ratum habens factum procuratoris deijcientis alium de possessione sua, tenetur.*

DECISIO XVIII.

FVit resolutum sententiam esse confirmandam, & D. Antonium iuste fuisse condemnatum in fructibus, & expensis. Constat enim ex resolutione alias in hac causa facta, D. Petrum fuisse in quasi possessione exigendi ab hominib. Castri Rocchæ Sorglæ molituram, & pœnam in euentum, quod ipsi non accederent ad eius molendinũ in flumine Amaseno, ad quod vigore instrumẽti diuisionis factę inter filios Raymundi tenebantur accedere. Vnde cum hodie Petrus sit spoliatus sua quasi possessione, & in huiusmodi exactione impeditus, facto & culpa Antonij, qui committendo causam iactationis & molestationis constituit se in quasi possessione transmittendi suos vasallos ad molendina sibi bene visa, & super hoc diu litem sustinuit: debuit merito redintegrari ad suam quasi possessionẽ & Anton. condemnari ad id, quod interest Petri, non fuisse spoliatum, & sic ad omnes commoditates & fru- 1 ctus, quos † percepisset, si non fuisset impeditus, etiam quod ipse Antonius illos non perceperit. l. in interdicto. & l. si vi me deieceris la 2. ff. de vi, & vi armat. Bal. cons. 331. col. 1. vers. præterea. lib. 5. & in c. querelam. nu. 5. de elect. Abb. c. conquerenti. nu. 13. de restit. spol. & facit, quod in simili de Capitulo præstante impedi- 2 mentum alteri in † capienda possessione canonicatus, tradit Put. decis. 383. incipit, Capitulum Cęsaraugustanum. lib. 1. & per consequens tenetur etiam † ad ex- 3 pensas, in quibus Rota semper solet condemnare. Cassad. decis. 13. nu. 2. de rescript. nulla habita ratione, an fuerit iusta, vel iniusta causa litigandi. Sarn. de annal. q. 41. nu. 3. Ant. Aug. in tit. de expens. nu. 1. Caputaq. decis. 126. lib. 1. in manoscript.

Nec obstat, quod commissio iactationis & molesta- 4 tionis fuerit obtenta, per † Procuratorem ad lites, qui non habebat mandatum ad delinquendum, & sic ad spoliandum Petrum, Put. dec. 218. lib. 3. quia satis cõstat de ratificatione ipsius Antonij, qui habita notitia litis, nedum illi non renunciauit, l. qui patitur. ff. mandat. l. semper qui nõ prohibet. ff. de reg. iur. Aegid. decis. 551. Oldr. cons. 99. sub num. 6. quod imò per suas literas missiuas constituit procuratorem in partibus ad dandum interrogatoria, & nominandum interpretem in terra Pipeni pro examine testium, quod in hoc iudicio ad probandum spolium à Notario causæ ad partes destinato faciendum erat.

Alia in contrarium deducta, vel tolluntur ex supradictis, vel sunt reseruanda ad iudicium petitorium, vt in resolutione alias coram Reu. P. D. Gypsio facta, optime consideratum fuit, & deducunt informantes pro Petro cum quibus DD. transiuerunt.

MELLINI.

Auximaoa, Bonorum, Ven. 11. Apr. 1603.

ARGVMENTVM.

Stante statuto transactio vt vltra decretum iudicis insinuetur, deficiente illa, transactio nulla est.

SVMMARIA.

1 *Transactio, quæ vi statuti insinuationem requirit, illa deficiente, nulla est.*

2 *Solennitatibus duabus copulatiue requisitis à statuto, vna deficiente, actus nullus est.*

DECISIO XIX.

FVit resolutum transactionem non obstare Aure- 1 lio, quia est nulla propter defectum † insinuationis, quam statutum requirit vltra decretum iudicis; nec secundum DD. in hoc casu potest intrare difficultas, an statutum comprehendat contractum transactionis, quia est conceptum verbis amplissimis, & in specie exprimit casus remissionis, cessionis, & quietationis, in quibus terminis statutũ sine difficultate comprehendit contractum transactionis, quia in ea de necessitate interuenit remissio, & quietatio. Caputaq. decis. 195. par. 2. & fuit resolutum in causa Romana de Scappuccinis. 15. Iunij 1576. coram Illustrissimo Blanchetto.

Non obstat, quod iudex in interpositione decreti mandauerit, quod ista transactio insinuaretur, quatenus opus esset, & quod haberetur pro insinuata, quia statutum requirit copulatiue decretũ iudicis, qui con- 2 tractum insinuet intra decem † dies in actis, & propter ea cum statutum requirat vltra decretum ipsum factum insinuationis in actis, non sufficit solum decretum, & tãto magis, quia statutum in hac parte redderetur elusorium, si sufficeret solum decretum iuris.

PENIÆ.

Virdunensis, Nullitatis Repetitionis Fructuum, Lun. 21. Ian. 1597.

ARGVMENTVM.

Acta in causa appellationis integra edi debent, quod si non fiat, processus super ijs factus, nullus censetur.

SVMMARIA.

1 *Appellans ad iudicem appellationis acta prioris instantia integra adferre debet.*

2 *Imperfectio actorum ex quibus elucescat.*

3 *Enunciatiua contra enunciantem probat.*

4 *Clausula quam, & quas, & incidendi, emergendi, & coniunctim, vel diuisim, in commissione causa quid operetur.*

5 *Processu imperfecto declarato, instrumenta tamen in eo producta, nulla non censentur.*

DECISIO XX.

ROta vtraq; parte informante censuit cum instrumentis, & iurib. hactenus per Capitul. Virdunense productis non potuisse in causa procedi ad vlteriora, contra Decanum, super repetitione fructuum & pecuniarum eidem Decano vigore sententiæ à Card. Lotharingiæ latæ, solutarum, quia processus non erat 1 integer, & tamen notum est, appellantem † ad iudicẽ appellationis integra acta transferre oportere, Concil. Trid. sess. 24. c. 20. §. præterea. alias enim iudex legitima iurisdictione carere censetur, vt fuit resolutum in causa Valentina di Campanar, mense Ian. 1580. coram D. Cardinali Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, & corã me in causa Compostellana Parochialis, 21. Maij 1590.

2 Imperfectionem verò processus † aperte suadebant acta continentia sententiã Capit. Virdunensis contra Decan. latam die 29. Maij 1593. in qua enunciabantur quædam acta coram Capitulo, pro expeditione causæ gesta: Nempe cõparitio, & petitio facta die 16. Martij 1593. Item respõsio cum omnibus conclusionibus, & alijs iuribus, & actis, die penult. mensis Martij, & prim. die sequentis mensis April. gestis, quæ tamen non reperiebantur in processu.

Cum enim ista essent enunciatiua Capituli ad effectum, de quo agebatur: sufficientem probationem fa- 3 ciebat, quia enunciatiua † cõtra enunciantem probat, l. optimam. C. de contrah. stipul. Put. decis. 243. num. 2. lib. 1. Gozad. consil. 99. num. 6. Rota decis. 1. de fid. instrum. in antiq.

Neque Capitulo suffragabatur, commissio causæ 4 contra Decanum, cum clausulis, *quam*, † *& quas*, *& incidendi, emergendi, & coniunctim, vel diuisim*, quasi propterea potuisset in causa procedi, tanquam in prima instantia, omisso artic. appellationis, nam cum fuisset causa appellationis, clausula quam, & quas intelligenda etiam erat super præmissis, & ita integraliter erant transportanda acta.

Ceterum, quamuis Rota censuerit processum pro- 5 ductum † fuisse imperfectum, non tamen censuit omnia

nia instrumenta, seu iura producta in eo contenta, fide carere, quam putauit adhibendam iuribus haben tibus solennitates requisitas.

PENNÆ.

Monopolitana, bonorum, siue retractus, 12. Dec. 1597.

ARGVMENTVM.

Defectum mandati procuratorij, vt & iurisdictionis, sententiam nullam reddere.

SVMMARIA.

1 *Defectus mandati procuratorij sententiam nullam reddit.*
2 *Procurator absque speciali mandato iurisdictionem tribuere vel propagare non potest.*

DECISIO XXI.

Rota censuit sententiam Vicarij Tarentini fuisse 1 nullam. Primò, ex defectu † mandati Procuratoris Indelli, secundo ex defectu iurisdictionis, quia fuit lata pendente superiessoria, obtenta à Præfecto signorum, per Fabium Indellum. Marant. de ord. iudic. part. 6. in tit. & demum ferrur sententia, nu. 103.

Et licet prætensus Procurator Fabij produxerit iura, non potuit tamen consentire in iurisdictionem, ne-2 que eam † tribuere, vel prorogare, absque speciali mādato Fabij. Paris. cons. 15. num. 3. ver. ad sequens dubium. lib. 4. & sic tollebatur iudicium processisse de consensu partium. Vnde non probato mandato, sententia remanet nulla.

CORDVBÆ.

Agathæ Gothorum, Iuris Patronatus, 9. Iul. 1597.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente appellatione reuocatur ex nomine attentatorum.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta pendente appellatione reuocanda est.*
2 *Notorietas colorate impugnari non potest.*

DECISIO XXII.

Dvbitaui, an possessio Angeli esset attentata, & reuocanda, seu sequestranda, & Dominis placuit apponendum esse sequestrum, quia fuit capta à Ioan-1 ne, † pendente appellatione, vel tempore dato ad appellandum, & inde attentata. c. non solum. de appell. in 6. Mohed. decis. 150. num. 2. Guid. decis. 104. & inde sequestranda. Calder. consil. 1. vt lite pendente. Anton. Aug. in epit. tit. de sequestr. ex officio. §. 3. & 6. Capuaq. dec. 70. p. 5. & decis. 157. p. 3. Put. decis. 414. lib. 3. & fuit sæpe resolutum. Iudex enim gratiæ *in forma dignus* est mixtus executor, ac debet assumere partes iudicis: cap. fin. de præsumpt. & ab eo datur appellatio, vt fuit decisum in causa Piscien si, coram Sanctissimo D. N. & sæpius resolutum.

Nec obstat, quod notorie constat de non iure Federici, & bono iure Angeli, ex transactione, quia ad hunc 2 effectum requiritur notorietas, † quæ nec colorate possit impugnari, vel aliquo modo velari. Aegid. dec. 103. Peregr. decis. 173. Rota decis. 624. num. 2. ac inde per dictam transactionem non potest dici notorie constare de non iure.

GYPSII.

Burgensis, Iuris Patronatus, Lun. 18. Dec. 1595.

ARGVMENTVM.

Examinatio testium nulla est, si pars locum, vbi examinandi erant, ignorauit.

SVMMARIA.

1 *Examinatio testium inualida est, si locum vbi illa fiat, pars ignoret.*
2 *Si testes examinandi sint in locis diuersis, & omnes causæ, de quib. agitur, in articulis expressæ fuerint, an per hoc procurator aduersæ partis notitiam locorum, in quibus examinatio instituatur, dicatur habere.*

DECISIO XXIII.

Dvbitaui, an testes Abbatis de Cardenna essent valide examinati, ita vt ei dandum esset, vel ne mādatum de manutenendo. Domini vtraque parte informante resoluerunt, examen dictorum testium esse nul1 lum, moti præcipue fuerunt, ex nullitate † incertitudinis loci examinis, quæ pro parte Archiepiscopi deducitur. Nam receptoria ad examinandum testes per totam diœcesim Archiepiscopatus Burgensis fuit data cuidam Ioanni de Arce Notario, vt vbi conueniret in toto Archiepiscopatu, faceret hanc probationem, & ipse in nonnullis oppidis, & locis d. Archiepiscopatus examinauit dictos testes, absque eo, quod intimauerit Procuratori Archiepiscopi, in quib. locis præcise examen deberet fieri, ad effectum, vt ipse posset interesse iuramento testium & dare interrogatoria, quo fit vt examen sit nullum, Capuraq. decis. 279. p. 3. Cæs. de Graff. decis. 45. nu. 10. de consess.

Nec dicatur Procuratorem Archiepiscopi notitiam locorum, in quibus testes examinati fuerunt, habere 2 potuisse, ex eo quod † omnes causæ, de quibus agitur, sunt specificatæ in 6. art. pro Abbate dato, prout in sententia anno 1516. quæ quidem specificatio ad hunc effectum sufficere videtur, vt voluerunt Dd. coram Reuerendiss. Oriolensi, in vna Pampinolensi oblationū, & coram Reuerendiss. Perusino in alia Calaguritana oblationum, & in Pampilonensi emolumētorum, coram Reuerendo Patre D. Orano de Mense Ianuarij 1586. quià non tenet consequentia, Procurator ex d. art. habuit notitiam articulorū, in quibus Abbas prætendit ius consequendi, ergo etiam sciuit, vbi deberent examinari testes maxime quia hodie lis tantum est super illo beneficio de Castillo.

GYPSII.

Seguntina, Admissionis ad Capitul. Ven. 5. Iun. 1587.

ARGVMENTVM.

Statutum prohibens clericos forenses esse de Capitulo, an validum sit, ita vt eius vigore clericus forensis à Capitulo repelli possit.

SVMMARIA.

1 *Sententia ex actis non iustificatur, stante nullitate examinis testium.*
2 *Statutum prohibens clericos forenses esse de Capitulo, iniustum est, & non attendendum.*
3 *Index præsumitur motus ex his, quæ eius sententiam sustinent.*
4 *Clausula veris existētibus narratis in confirmatione statuti apposita, eam conditionatam reddit, nec contra iuris dispositionem quid operatur.*
5 *Sententia ad alia nulla se referēs, notorie iniusta dicitur.*
6 *Sententia lata super actis nullis, ex testibus rite examinatis, & alijs deductis, recte iustificatur.*
7 *Sententia vt sustineatur, sufficit quod notoria iniustitia turbida sit, & pacto aliquo velata.*

DECISIO XXIV.

Prætendebat Capitulum de Aylon sententias de partibus ad fauorem Ioan. de Rorale latas, vti notorie iniustas esse reuocandas. Notoriam autem iniustitiam ex eo potissimum deducebat, quia dictæ sen1 tentiæ ex actis † non iustificabantur, stante nullitate examinis testium, ad cauter ceteros. vbi Fel. post alios, nu. 10. de re iudic. Paris. cons. 107. lib. 4.

Præsertim, quia habent relationem ad acta. Mohed. decis. 290. cum alijs allegatis, quibus tamen non obstātibus Domini contrariam sententiam sequuti fuerūt; Ratio Dominorum fuit, quia statutum, de quo agi2 tur, † prohibens clericos forenses esse de Capitulo, est contra ius, ideo non valet, ad c. decorem. de inst. Beltr. cons. 1. nu. 2. lib. 3. Quo fit, vt talis intentio clericorum forensium fundata sit, & cōsequenter notoria iniustitia excludatur, maxime quia ex articulis, & confessione

ne vnius ex deputatis à Capitulo ad respondendum positionibus emanata constat, statutum non fuisse visu
3 receptum, & iudex præsumitur † motus ex his, quæ eius sententiã sustinent. Dec.cons.43.nu.5.idque multum fit verisimile, propter clausulam *veris existentibus*
4 *narratis* † in confirmatione statuti insertam, qua stante, ipsa confirmatio conditionalis, & in forma cõmuni redditur, nec contra iuris dispositionem aliquid operatur, nisi narratiua iustificata sit. Abbas in c.1.num.7. de confirm.vtil.vel inut.Rom.cons.218.num.1. Paris. cons.49.num.30.lib.4.

Non obstat, quod sententia referens se ad acta nul-
5 la, notorie † iniusta dicatur, Fel.d.c.inter ceteras.nu.2. & 3. siquidem eius opinio locum sibi non vendicat, quando in actis sunt aliæ probationes, ex quibus iudex ad sic iudicandum se mouere potuit. Afflict.decis.47. nu.1.Mohed.d.dec.290. Put.dec.401.lib.1.& fuit decisum in vna Burgensi Decimarum coram Cotta, 23. Iunij 1564.& quia prædictæ sententiæ expresse ad acta non se referant, cum dicant iuxta stylum illarum partium inuenisse intentionem & positionem Io. de Rotales probatam extare, bene declarat Afflict. d. decis. 47.num.4.

Nec hæsitandum esse Dd. existimabant, quod istæ sententiæ in possessorio latæ fuerint, nec naturales loci de Ayllon, ad dictum Capitulum admissos fuisse appareat, quoniam vt alias diximus, ex admissione Francisci Orter & aliorum obiectum cessat.

Eoque magis prædictæ sententiæ reuocandæ non
6 sunt, quia ex testibus † formiter examinatis, & ex alijs deductis bene iustificantur: quod fieri posse non dubitatur, gl.in clem. appellanti. in verb. nec processus. de appellat. quam sequuntur omnes Dd.communiter, vt meminit Caputaq.decis.114.num.3. His accedit, quod de nullitate exanimis tunc non fuit oppositum, & ad
7 hoc vt sententiæ sustineantur, sufficit quod † notoria iniustitia fit turbida, & aliquo pacto velata. Franc.in c.dilectæ.q.52.nu.141.circ.med.& q.55.nu.155.ad fin. vers. ex quibus de appell.& facit decis. Aegid. 404. Corn.cons.10.nu.3.lib.4.

GYPSII.

Feretiana, Matrimonij, Lun.28.Iun.1593.

ARGVMENTVM.

Promittens matrimonium futurum, & sub ea spe virginis pudicitiam imminuens, promissionem illam adimplere cogitur, etiam sub censuris Ecclesiasticis.

SVMMARIA.

1 *Sponsalia per apocham & anuli missionem recte contrahuntur.*
2 *Subscriptio apochæ per testem vnicum, qui de mandato vtriusque partis scripserit, & illam subscriptionem, tanquam factum proprium, absque tamen interesse proprio, recognoscit, recte probatur.*
3 *Ex eo, quod quis aliquam vxorem suam appellat, matrimonium præsumitur.*
4 *Ex eo quod quis apocham omni conatu, etiam auxilio armatorum recuperare tentat, eam subscripsisse censetur.*
5 *Coniectura, & præsumptiones cum semiplena probatione concurrentes, probant.*
6 *Sponsalia promittens, & spe futuri matrimonij virginis pudicitiam imminuens, ad consummandum illud Ecclesiasticis censuris cogi potest.*
7 *Dispositio Concilij Tridentini non intrat, quãdo promissio puella facta continet sponsalia de futuro, qua in matrimonium transire debebant.*

DECISIO XXV.

Resolutum fuit sententiam de partibus, quæ in iudicatum transeat, esse iustam, & exequendam, quoniam ex lectura apochæ in actis productæ, apparet Illustrissimum D.Federicum Fregosum sponsalia cum D.Lauinia de Bonaguillis contraxisse, & illam per
1 † anuli missionem subarrhare promisisse.

Nec ad rem pertinet, quod solus ille testis, qui apo-
2 cham de mandato vtriusque † partis scripsit, recognoscat subscriptionẽ præfati Illustr.D.Federici, quia formiter fuit examinatus, & medio iuramento, bene tractatum præcedentem, & totam seriem huius facti, & de facto proprio absque eius interesse, deponit, quo fit, vt magis ei credendum sit, Innoc.in c.inquisitione, de accus.Aym.cons.2.nu.9.& cõs.73.nu.30.in fin. maxime, cum in quatuor literis missiuis D.Federicus La-
3 uiniam eius † vxorem appellet, & multa alia dicat, ex quibus satis huiusmodi probatio coadiuuatur.

His accedit, quod si apocham non fuisset ab eo sub-
4 scripta, non fecisset † omnem conatum, & etiam mittẽdo homines armatos, pro illius recuperatione, prout deponunt testes.

Et quando cum semiplena probatione concurrunt
5 coniecturæ, † & præsumptiones, tunc bene probatur matrimonium, Gem.in c.1.§.& quia in gl.in verb.manifestas. de vsur.in 6. Dec.cons.163.nu.28. Grat.cons. 18.in fin.vol.2.

Erit igitur cogendus Illustriss.D.Federicus, etiam
6 sub † censuris Ecclesiasticis, ad contrahendum matrimonium cum D.Lauinia, quã sub promissione & spe futuri matrimonij deflorauit, c.1.& 2.de adult.c.ex literis.c.sicut.& c.requisiuit.de spons. esto quod sponsalia non fuerint iurata. c.de illis, c.ex literis, in 3. not. Felyn.in c.1.num.12.de pac.cum alijs citatis, & sæpius fuit resolutum, & nouissime coram Reuerendo Patre D.meo Blanchetto, in vna Abulensi, matrimonij, 28. Maij præsenti.

Non obstat, si dicatur, matrimonium esse clandestinum, propterea intrare Concilium Tridentinum, de reform.matrim. c.1.sess.23. quoniam promissio Fede-
7 rici solum continet † sponsalia de futuro, quæ in matrimonium transire debebant, secundum præcepta S.Romanæ Eccl. propterea non intrat d.Concilium Tridentinum, & ita concluserunt Domini, vna tantum parte informante.

ORANI.

Illerdensis, Iuris Decimandi, Vener.4.Iul.1597.

ARGVMENTVM.

Sententia ex defectu citationis ad audiendam sententiam nulla redditur.

SVMMARIA.

1 *Deficiente citatione ad audiendam sententiam, sententia nulla est.*
2 *Sententia plus debito continens nulla est.*

DECISIO XXVI.

Domini tenuerunt Archidiaconi Illerdensis & eius executionem, ex capite nullitatis esse reuo-
1 candam. Defectus enim † citationis, ad sentẽtiam manifestus est. Nam cum mandaret Priorem de Romeral, citari ad sententiam pro die vltima Aprilis, quatenus esset iuridica, alias pro prima die non feriata, debuit in omnem euentum pronunciasse secunda, vel quarta, non autem quinta mensis Maij sequentis l.1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sentent. sine appel. resc. Cresc.decis.10.de dol.& contum.Put.decis.152. lib.2.

Cui etiam altera accedit nullitas, ex eo proueniens, quod in eadem sententia condemnauit eundem Priorem ad relaxationem possessionum decimarum, vna cum refusione omnium fructuum in solidum, cum tamen certum esset, ad Priorem S.Ioann. in hoc iudicio non vocatum, partem illorum peruenisse. Ideoq; tan-
2 quam plus debito continens, nulla † redditur in totũ. Put.decis.323.lib.1. & consequenter in vim illius executio facta, l.ea quæ. C.quomodo & quando. Bald. in c.si clericus.de pac.tenen.in vsib.feud.

ORANI

ORANI.

Seguntina, Præstimonij, Vener. 1. Iun. 1590.

ARGVMENTVM.

Commissa iudici facultate procedendi extraiudicialiter, licet testes coram eo non sint examinati, nihilominus probant.

SVMMARIA.

1 *Testes licet non coram iudice examinentur, probant tamen, si modo iudici facultas extraiudicialiter procedendi commissa sit.*

2 *Etiam non interueniente citatione partis.*

DECISIO XXVII.

Fuit decisum, testibus de partibus super non tuto accesso examinatis, adhibendam fidem, quia quando commissio dat iudici facultatem procedendi extraiudicialiter, etiam quod coram eo † testes non sint examinati, sufficit ad validitatē processus, vt quouis modo de non tuto accessu sibi constet, Ferret. consil. 82. nu. 1. lib. 1. Moder. ad clausul. de annal. q. 71.

2 Neque enim hoc casu partis citatio, † aut alia solennitas requiritur. Gabr. de citat. concl. 1. num. 194. Testes autem super eo optime concluduni.

Neque in contrariū faciunt dec. 17. de dol. & cont. in antiq. cum addictis per Vantum de nullit. ex defect. citat. num. 177. quia etiam, quando concluditur, non posse procedi per edictum, nisi sumptis informationibus super non tuto accessu, non tamen præsupponunt, huiusmodi informationem nō posse ex testibus alibi examinatis accipi. Decisio autem Putei 164. lib. 1. allegata retorquetur, quia in illius themate exequuta fuerant citatio, & lata sententia, & quoniā datum fuerat de non tuto accessu, causa commissa, cum clausula *summarie & extraiudicialiter*, etiam quando testis fuerat nulliter super non tuto accessu receptus, nihilominus ideo conclusum dicit, pro validatione processus, ex quo iudex potuit aliunde moueri ad credendum, non esse ad locum tutum accessum.

Minus vrget, quod prætenditur, ideo illos testes nō mereri fidem, quoniam in eorum examine non interuenit Notarius, iuxta not. in c. quoniam contra falsam de probat. quia hoc tollitur ex facto, nam procurator D. Dominici petijt, & obtinuit examen fieri per officialem qualemcunque coram Notario suæ Curiæ, & illo absoluto dari sibi illius transumptū, ad effectum, illum præsentandi in Curia.

PENIÆ.

Veneta, Illegitimitatis, Ven. 2. Maij 1597.

ARGVMENTVM.

Transportatio actorum & processus integer præsumitur, nisi contrarium ostendatur.

SVMMARIA.

1 *Transportatio actorum in dubio integra præsumitur, nisi contrarium probetur.*

2 *Actorum coram laico productorum, coram Ecclesiastico productio non est necessaria. Ratio ibidem.*

DECISIO XXVIII.

Rota vtraque parte informante censuit constitisse de integra transportatione actorum, ac iurium ad Curiam Episcopalem Taruisinam, quia præter quā 1 quod in dubio † præsumitur integra transportatio actorum, & processus integer, nisi contrarium ostendatur, vt Rotæ seruat stylus, & tenuit in vna Calaguritana, de Narbaia, die 13. Ian. 1595. coram Reu. P. D. meo Corduba, & in alia Pientina Cappellæ, die 7. Iun. 1596. coram R. P. D. meo Litia, in hac facti specie præter istam præsumptionem concurrebat petitio vtriusque partis coram Vicario Taruisino, & cuius sententiæ validitate agebatur, in statutis & prætensis ab eo, vt sententiam proferret, cū iam omnes scripturæ hinc inde fuissent productæ, & in forma authentica exhibitæ. Hæc enim confessio demonstrabat omnia acta ad causam decidendam spectantia fuisse producta.

Sed illud imprimis constituerunt, non debuisse Alphonsum transportare processus factos coram iudici-2 bus laicis, † pertinentes ad causam legitimitatis, cum ista cognitio nō pertineat ad illorum iurisdictionem.

Et propterea fuit ordinatum, vt omissis istis cautelis, & subterfugijs videretur de bono iure in negotio principali super legitimatione Alphonsi.

COCCINI.

Agrigentina S. Angeli, Ven. 30. April. 1604.

ARGVMENTVM.

Iudex an possit procedere ad executionem literarum Apostolicarum, quando in literis commissionis datus est certus executor.

SVMMARIA.

1 *Nullitas iurisdictionis & mandati sententiam euertit.*

2 *Beneficialis causa est, cum super titulo beneficij agitur.*

3 *Commissarius an possit esse executor literarum Apostolicarum.*

4 *Citatio necessaria est ad firmandam iurisdictionem.*

5 *Vigore antiquarum facultatum Commissarius non potest esse executor literarum Apostolicarum, quando est datus executor in literis, secus iuxta nouas.*

6 *Intellectus verborum facultatum nouarum, de non derogando constitutionibus antiquis.*

7 *Commissione effecta de actis, citatio vlterior ad dicēdum contra constitutionem, non est necessaria.*

8 *Procurator generalis non habens facultatem comparēdi pro monasterio particulari alium substituere non potest. Fallit, ex concessione Bonifacij IX. nu. 9.*

10 *Mandato procuratorio deficiente sententia nulla est.*

11 *Per hoc, quod pars citauit aliquem vt procuratorem, de legitimo eius mandato doctum videtur.*

12 *Protestatione in singulis actibus non repetita, ab ea discessum videtur.*

13 *Et ideo mandatum quandocunque produci potest.*

DECISIO XXIX.

Contra sententiam A. C. duæ opponebantur nul-1 litates, Iurisdictionis scilicet, † & mandati, quæ non placuerunt Dominis, & quantum attinet ad primam, licet A. C. in beneficialibus non habeat iurisdictionem, Achill. decis. 24. de appell. & fuit resolutum in causa Casertana beneficij, 5. Maij 1595. coram Illustriss. D. meo Cardinali Blanchetto, & in alia Britana Patochialis 12. Decemb. 1587. coram bonæ memoriæ D. Peregrino, & in alia Gerundensi, beneficij de Cenciana, 13. Octob. Anno Iubilæi coram Reuer. Patre D. meo Penia, tamen causā non erat beneficialis, cum nō 2 ageretur † super titulo beneficij, sed super validitate vnionis. Achill. decis. 4. nu. 4. & decis. 5. num. 6. de pensio. Put. decis. 496. num. 2. lib. 2. Verall. decis. 19. p. 1. & fuit late deductum, corā me in causa Veronensi Præpositutæ, 3. Febr. & 26. Octobr. 1601.

3 Sed vtcunque sit, A. C. est executor † literatū Apostolicarum, & ideo potuit procedere ad executionem Breuis, tam vigore suarum facultatum, quàm Commissionis in actis præsentatę, qua illi committitur causa super exequutione literarum Apostolicarum, in forma Breuis firma remanente causa Iuris patronatus in Rota.

Nec est verum, quod A. C. non potuerit procedere ad executionem literarum Apostolicarum, cum esset datus certus exequutor in literis, nec minus vigore Commissionis, cum altera pars non fuisset citata ad dicendum contra Commissiones, quæ quidem ci-4 tatio est necessaria † ad firmandam iurisdictionē, alioqui omnia gesta sunt nulla, Cassad. decis. 1. in tit. de appell. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 7. de restit. spoliat. & fuit pluries resolutum.

Nam fuit responsum, quod licet in facultatibus antiquis A. C. prohibeatur, ne procedat ad exequutionē 5 literarum † Apostolicarum, quando est datus certus exequutor,

exequutor tamen postea in nouis facultatibus tam felic. record. Gregorij XIV. quam Sanctiss. Domini Nostri Clementis VIII. datur facultas, quando est datus certus exequutor accumulatiue cum illo exequendi.

Nec facit, quod in fine facultatum Gregorij, & San 6 ctiss. Domini Nostri dicatur, *quod non intelligunt* † *derogare Constitutionibus antiquis Pij IV. & Pij V.* quia hæc verba intelliguntur, nisi quo ad expressa, Iasin l. doli clausula. r 19. nu. 2. ff. de verb. oblig.

Ex quibus appatet, quod cum A.C. haberet iurisdictionem, vltra quod vtraque pars fuerat vsa commissione præsentata, & sic illa fuerat effecta de actis, 7 non erat necessaria alia citatio ad dicendum † contra constitutionem, quia commissio non erat principalis, tribuens iurisdictionem, sed excitatoria iurisdictionis, vt fuit resolutum in causa Romana Castri Feliciani, 12. Martij 1537. coram b. m. mem. de Rubeis, quæ est sub nu. 212. in manuscr.

Quantum attinet ad aliam nullitatem, ex defectu mandati, minus etiam placuit, quia in actis constat de mandato Mutij, qui fuit substitutus.

Nec facit quod Mutius fuerit substitutus à procu- 8 ratore generali, † qui non habet facultatem comparendi pro monasterio particulari, Fastol. dub. 13. Fely. in c. eam te, nu. 14. & in c. cum dilecta nu. 6. ante vers. ampla primo. de rescript. Dec. consil. 61. nu. 3. & tenuit Rota coram me in causa mandati realis iurisdictionis.

Nam fuit responsum, quod Bonifacius IX. concessit priuilegium ordini Prædicatorum, quod vigore 9 communicationis extenditur etiam ad † Carmelitas, quod procurator generalis possit comparere pro quocunque monasterio particulari, & causas per se, vel per alium tractare, & sic tollitur huiusmodi obiectũ.

Non obstat, quod in actis non constat de mandato 10 procuratoris generalis, † & tamen fuit protestatum neminem audiri, nisi doceatur de legitimo mandato, & ideo sententia est nulla. Rota decis. 1. de procurat. in antiq. Aym. consil. 108. num. 1. quia fuit protestatum, 11 non audiri Mutium, nisi doceatur † de legitimo mandato, qui dixit iam suum mandatũ produxisse, & pars postea nullam aliam fecit protestationem, imò citauit Mutium, tanquam procuratorem. Vnde cessat omnis 12 difficultas. quia † protestatio non fuit repetita in quolibet actu, & ideo censendum est ab ea fuisse recessum, Mohed. decis. 2. de iudic. & fuit resolutum in causa Romana nullitatis subhastationis, 15. Nouemb. 1577. coram Bracco, & alias sæpius. Ideo potest quando- 13 cunque † mandatum produci, Rota decis. 19. de procur. in antiq. quam seruari testatur Put. decis. 383. nu. 8. lib. 2. Aym. d. consil. 108. nu. 1.

An autem A.C. excesserit in prononciando, reseruarunt Domini particulariter videndum.

COCCINI.

Aretina, Spolij, Mercur. 12. Decembr. 1603.

ARGVMENTVM.

Omissa citatione ad videndum iurare & examinari testes, & si de eorum iuramento, non aliter quam per enunciatiua verba Notarij constat, an examen testium sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Testi iurato qui mediate deponit, de stylo Rotæ non creditur.*

2 *Vigente stylo, quod solum citatur pars ad videndũ produci capitula, non etiam ad videndum iurare testes, citatio talis valida est.*

3 *Testis iuratus notatur ex illis verbis, testis inductus, iuratus & examinatus.*

4 *In his quæ ordinatoria iudicij, non decisoria respiciunt, sufficit, quod de aliquo extraiudicialiter constet.*

5 *Nullitas ab vtraque parte æqualiter commissa, non attenditur.*

6 *Præfixio termini habet vim nominationis factæ per Iudicem, & citationem supplet.*

DECISIO XXX.

Placuit Dominis, quod videretur particulariter de probationibus Chiusini, interim tamen firmarunt examen testium pro parte Socini fuisse validum, non obstantibus tribus nullitatibus, quæ opponebantur, scilicet citationis ad videndum iurare testes, iuramenti ipsorum testium, cum solum de eo constet per ver- 1 ba enunciatiua Notarij, alter testis iuratus, † qui mediate deponit, cui de stylo Rotæ non creditur. Verall. decis. 123. p. 2. & dec. 146. ead. part. 2. & dec. 295. par. 3. Et defectus citationis pro die certa ad videndum testes examinari.

Quantum attinet ad primam, & secundam nullitatem, visum fuit eas esse sublatas ex stylo illarum par- 2 tium, nam ibi solum citatur † pars ad videndum induci & produci capitula, & non etiam ad videndum iurare testes, & ipsorum testium iuramentum, notatur 3 illis verbis, testis inductus & iuratus, † & examinatus, qui eius mediatione dixit, absque verbo tactis, de quo stylo constat ex fide Aduocatorum, & procuratorum illarum partium, licet enim non doceatur formaliter, 4 sufficit tamen quod de eo extraiudicialiter † constat, ex quo respicit ordinatoria, non decisoria iudicij. Pedem. decis. 22. Cæs. de Graff. decis. 7. num. 1. de probat. & tenuit Rota coram Reuer. Patre Domino meo Sacrato, in causa Mediolanensi, rescissionis contractus, die 17. Iunij 1602.

Nota, quod quantum attinet ad primã nullitatem, scilicet ad citationem ad videndum iurare testes, responsum fuit, quod nec in examine testium partis aduersæ adest huiusmodi citatio, & ideo cum iste modus 5 fuerit † seruatus ab vtraque parte, sufficit, tot. tit quod quisque iuris, & adest in terminis decis. Rub. sub die 16. Feb. 1582. quæ datur.

Quod attinet ad tertiam nullitatem, minus placuit Dominis, quia die 7. fuit facta citatio, per Chiusinum ad videndum produci capitula, quæ eadem die fuerunt producta, & Socinus præsens protestatus fuit, non deueniri ad examen absque interrogatorijs, & die 13. fuit exequuta alia citatio contra Socinum, & Socinus protestatus est non examinari, nisi cum suis interrogatorijs, & die 14. fuit facta citatio ad instantiam Socini, ad videndum exhiberi quandam petitionem eademque die idem Socinus comparuit in iudicio, & perijt copiam capitulorum, cum termino ad conficien 6 dum interrogatoria, & † iudex assignauit terminum trium dierum, ad dandum interrogatoria, quæ fuerũt data die 20. & eadem die testes examinati, ex qua facti serie constat, testes fuisse valide examinatos, cum post terminum concessum ad dandum interrogatoria, fuerunt examinati, quæ quidem præfixio termini habet vim monitionis factæ per iudicem, quæ citationem suppler. Marant. de ordin. iud. part. 6. pr. in prima parte Iud. de citat. prim. memb. nu. 48.

ROBVSTERII.

Romana, Artis Fumariæ, Merc. 11. Iun. 1574.

ARGVMENTVM.

Sententia defectum in neglectione terminorum substantialium passa, in ciuilibus nulla est: Et idem, si lata fuerit contra protestationem partis.

SVMMARIA.

1 *Ex defectu nõ obseruationis terminorum substantialium sententia nulla est.*

2 *Bulla Pontificis in Rota tantum locum habet.*

3 *Obseruatio terminorum substantialium defectum citationis percutit.*

4 Facul-

4 *Facultates Gubernatoris urbis in criminalibus, vel mixtis saltem intrant.*
5 *Sententia lata contra protestationem partis nulla est.*
6 *Protestatio non in singulis actibus reiteranda est.*
7 *Subscriptio Notarij requiritur ad hoc, vt fides habeatur.*
8 *Pars, si Iudice exceptionem ad vlteriora procedendi reijciente, non appellauerit, reiectioni illi acquieuisse censetur.*
9 *Iudice ad vlteriora procedente, non sufficit opponere exceptionem, sed requiritur etiam appellatio.*

DECISIO XXXI.

1 FVit resolutum sententiam per locum tenentem Gubernatoris latam fuisse nullam, ex † defectu non obseruationis terminorum substātialium, in quibus ciuiliter tantum agebatur, prout videbatur agi respectu summæ debitæ, nec Bulla Pij I V. quicquam 2 facit, cum habeat locum tantum in Rota, † & obseruationes terminorum substātialium sint defensiones, 3 & percutiant defectum † citationis, nec facultates Gu 4 bernatoris intrant, nisi in causis † criminalibus, vel mixtis: In his tamen factum fuit modicum fundamentum, nam licet is, qui illam obtinuit, esset procurator Beth, tamen cum de illius mandato satis non constaret ex actis, & pro parte Christophori fuerit sæpius oppositum, illum non audiri, nisi doceatur de legitimo mandato, sententia est ipso iure nulla, ex quo 5 est lata contra † protestationem partis, quamuis verè ille erat procurator, vt hic per Informantem, & plures hoc fuit in alijs causis firmatum, quod procedit etiam in procuratore minoris, stante dicta protestatione, vt per Ias. & alios in l. minor. C. de procurat.

6 Non obstat, quod non sit facta in † omnibus actibus, quia imò fere semper repetita est generalis de gestis, & gerendis. Non obstat, quod nominauerit Notarium, quia hoc nō sufficeret parte opponente, & tunc 7 deberet plene doceri, saltem † per fidem subscriptam ab eodem met Notario.

Non obstat, quod dicitur, quod pars contentabatur, si ille esset verus procurator, quia DD. intelligunt illa verba, compareat, vt probet in actis mandatum, prout fere semper protestatur ex gl. vlt. in l. 1. si men. falsum mod. dixerit, Alex. & alij per Afflict. decis. 91. nu. 2.

Non obstat, quod iudex videtur reiecisse hanc ex- 8 ceptionem, procedendo † ad vlteriora, & pars non appellando videtur acquieuisse tacitæ reiectioni, & propterea dicunt DD. quod non sufficit opponere exce- 9 ptionem, si Iudex † procedit ad vlteriora, nisi etiam pars appellet, nam ista pars semper fere repetijt hanc protestationem, ex quo apparet de illorum voluntate & quomodo acquieuerit reiectioni Iudicis, item in eo ipso actu probationis sententiæ fecit hanc ipsam protestationem, & postea appellauit in tempore à sententia, & sic appatet, quod iste nullo modo acquieuit huic reiectioni, & saltem sententia est nulla propter oppositionem, & reiectionem, supra tradita decisio fuit confirmata die Ven. 12. Decemb. 1574. quo die fuit iterum proposita causa ad instantiam partis aduersæ.

Reatina Pensionis, Ven. 11. Mart. 1588.

ARGVMENTVM.

Resignatio pensionis simulate facta rescinditur.

SVMMARIA.

1 *Resignatio pensionis simulata nulla est.*
2 *Vicinitas actuum collusionem, & simulationem prodit.*
3 *Pij V. Bulla super confidentijs edita.*

DECISIO XXXII.

1 FVit resolutum, pensionem, de qua agitur, esse nullam, tum quia resignatio † non fuit vera, sed simulata ad effectum, vt pensio reseruaretur nepoti ipsius resignantis, & Archidiaconatus statim retrocederetur ipsi Fabricio, l. qui sic soluit. ff. de solut. Mohed. decis. 2 244. quod colligebant ex † vicinitate actuum, & ex eo quod nulla dabatur probabilis ratio, cur aliud in hoc casu statuendum sit iuxta Bullam fel. record. Pij V. super 3 confidentijs editam, quæ capit etiam pensiones.....nisi detur resipiscentia.

Eadem, Ven. 10. Iun.

ARGVMENTVM.

Eiusdem cum superiore est argumenti.

SVMMARIVM.

1 *An ex eo, quod Papa resignationem admittit, resignatio effectum sortita censeatur.*

DECISIO XXXIII.

1 DOmini steterunt in decisis, quod pensio, de qua agitur, sit nulla, nam quod dicitur resignationem fuisse sortitam effectum, statim, quod Papa illam admisit, & per huiusmodi resignationem fuisse in continenti abdicatum omne ius, & possessionem beneficij à resignante, iuxta decis. Cassad. 2. de renunciat. non applicatur huic casui, vbi ex vicinitate actuum, & alijs pro Archidiacono deductis, constat resignationem non fuisse veram, sed simulatam ad effectum, vt nepoti ipsius resignantis reseruaretur pensio, & Archidiaconatus statim ipsi resignanti retrocederetur, prout factum fuit, quod si Papa sciuisset, saltem difficilius hanc pensionem reseruasset, ad not. in c. super literis. de rescript.

MANTICAE.

Sabinensis, Pensionis. 12. Dec. 1594.

ARGVMENTVM.

Pensio ante expeditionem literarum, super ijs conficiendarum, exigi non potest: vbi & de decreto irritante exactionem, an pœnale dicatur.

SVMMARIA.

1 *Pensio ante literarum super ijs conficiendarum expeditionem, non recte exigitur.*
2 *Decretum an ex eo, quod nullitatem actus inducit, dicatur pœnale.*
3 *Ad pœnam euitandam qualibet causa excusat.*
4 *Decretum pœnale dicitur, quando inducit nullitatem actus in odium personæ, actum illum contra prohibitionem legis, efficientis.*
5 *Nullitas qua personam non lædit, nec patrimonium imminuit, pœna non dicitur.*
6 *Decretum quando nec personam lædere, nec patrimonium imminuere dicatur.*
7 *Verba decreti conditionata contrariam & conditionatam voluntatem monstrant.*
8 *Decretum ignorasse non præsumitur, qui reseruationem in eo factam pensionis scit, eamque exigit.*
9 *Pensio etiam ante expeditionem literarum, à volente solui potest.*

DECISIO XXXIV.

1 IN hac causa die 13. Iun. proxime præteriti conclusum fuit, † pensionem reseruatam pro D. Leandro esse nullam, quia ante expeditionem literarum contra formam decreti irritantis appositam in supplicatione, eam exegit, verum quia fuit reseruatum vt videretur: An ipse haberet aliquam excusationem. Ideo in hoc dubio vtraque parte informāte proposito, fuit resolutum nullam excusationem eidem posse suffragari: Neque enim obstat, quod dicitur, huiusmodi de- 2 cretum esse † pœnale, ex eo, quod inducit nullitatem actus, c. super literis. & c. dispendia. iunct. principio. cū sin. de rescript. in 6. & l. senatus. ff. de contrah. empt. Fel. in cognoscentes. nu. 2. vers. in contrarium, de cōst. 3 & consequenter ad euitandum † pœnam quamlibet causam posse sufficere, l. igitur. de liber. caus. gloss. vn. §. vltimo. si quis Ius dicent. non obtemp. quia fuit re- 4 sponsum, decretum esse † pœnale, quando inducit nullitatem actus in odium personæ efficientis actum

contra

contra prohibitionem legis, vt in iuribus allegatis. Aliud autem est, quando reddit actum nullum propter defectum formæ, vt in casu proposito Bal. in l. non dubium. num. 5. C. de leg. Abbas in c. cognoscentes. num. 5. de constit. nam si aliud dicemus, certe sequitur, quod omnes leges, quæ certam formam, & solennitatem inducunt in testamentis ordinandis, in contractibus celebrandis sint pœnales, quia forma non obseruata, testamentum est nullum, l. hac consultissima. & l. si quis. Cod. de testam. similiter forma legis neglecta contractus nullius est momenti l. si quis ita. de verb. oblig. & l. contractus. C. de fid. instrum. & l. 1. C. de præd. minor. sine decret. non alien. quod tamen absurdum est, quia nullitas, † quæ nõ lædit personam, nec patrimonium minuit, non dicitur proprie pœna. Innoc. in cap. si vero. num. 9. de vsur. & decis. 52. num. 10. de reg. Cancell.

In proposito autem decretum non lædit † personam, nec diminuit patrimonium, quia non tollit ius quæsitum, nec ius cœptum quæri, sed impedit principium acquisitionis, & excludit ius quærendum, vt ex verborum contextu apparet, ibi, pensionem annuam vigore literarum desuper conficiendarum, nec antea aliter reseruatio huiusmodi nulla sit, eo ipso persoluẽdam autoritate Apostolica reseruamus: Ergo non inducit pœnã. Bald. in l. nemo martyres, C. de sacrosanct. Eccles.

Neque enim pensio pure, neque sub modo est reseruata sed sub conditione expressa, nam licet ista conditio respiciat exactionem ipsius pensionis, tamen, ipsa reseruatio redditur nulla, nisi vigore literarum Apostolicarum persoluatur, vt ex verbis Decreti apparet, quia illa verba, † nec antea aliter reseruatio sit nulla, contrariam inducunt voluntatem, & sequentem orationem efficiunt conditionalem, l. diuortio. post pr. & ibi gl. in verbo aliter. ff. sol. matrim. Bar. in l. 1. num. 17. de cond. & demonstr. Car. consil. 513. nu. 2. lib. 4. & late Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gl. 6. nu. 1. Igitur cessat omnis scrupulus dubitationis, vt in decisione latius.

Non obstat, quod Dominus Leander asserat, se huiusmodi decretum ignorare, quia cum ipse sciuerit reseruationem pensionis, † eamque exegerit, vt ex quietantijs apparet, non potest dici, decretum insertum in supplicatione ignorasse, l. non est ferendus. ff. de transact. nam simili quoque modo corã D. Rubeo in vna Cremonensi pensionis, die 13. Iunij 1578. fuit decisum, eum qui de commenda fecit mentionem, sciuisse etiam consensum super illa in Bullis præstitum, per d. l. non est ferendus.

Non obstat quod pensio recipi possit † à sponte soluente, etiam ante expeditionem literarum, quia nullum potest ex hoc fieri præiudicium successori, vt notissimi iuris est, & ex quietantijs apparet, Dom. Leandrum pensionem exegisse etiam à bon. memor. Cardinali Sabello.

Multo minus refragatur, quod decretum sit ambiguum, quia cum in verbis nulla sit ambiguitas, omnis dubitatio excluditur. l. ille, aut ille. §. in verb. de leg. 3.

Neque etiam poterit probabiliter dubitari, an pensio literis non expeditis exigi possit, sed solum an literæ possent quandocunque expediri, quod etiam magis receptum est, vnde ipse D. Leander ante expeditionem literarum, potuit & debuit ab exactione pensionis abstinere, & postea literis expeditis eam exigere, seruata forma decreti.

SACRATI.

Brixiensis, Beneficij, Vener. 3. Mart. 1600.

ARGVMENTVM.

Validitati examinis testium non obstat, quod testes coram vno tantum iudice, qui cum altero deputatus fuerat, examinati sint, & de iuramento ab ipsis præstito, non nisi per enunciatiuam Notarij, constet, qui itidem in hac causa non iurauit, & testes iniuratos ex commissione iudicis recepit.

SVMMARIA.

1 *Commisso examine testium duobus an vnus eorum testes ad iuramentum rite recipiat.*
2 *Ex præsentia Iudicis præsumitur testes iuramentum præstitisse.*
3 *Iuramentum à Notario initio officij sui præstitum sufficit, vt iterare illud in examine testium non cogatur.*

DECISIO XXXV.

Dubitaui circa validitatem examinis testium de partibus, & quo ad primam nullitatem quæ deducebatur ex eo quod testes † iurassent in manibus vnius Iudicis, cum tamen duo fuissent delegati, difficultas fuit sublata ex facto, quia informantes pro S. Agnesio, se restrinxerunt ad 1. 6. 7. 10. 17. 18. 19. 20. testes, qui in manibus vtriusque iudicis iurauerunt.

Alia nullitas, quod ex enunciatiua Notarij nõ probetur iuramentum non fuisse præstitum, cessat, stante præsentia † iudicis. Bald. in l. iurisiurandi. nu. 2. Salyc. nu. 4. C. de testib. Alex. in l. nam & posse. §. 1. de iureiur. & fuit alias sæpe decisum.

Quod certo loco dicebatur, Notarium debere esse iuratum iuxta formam remissoriæ, non fuit habitum in consideratione, sed sufficere † visum fuit iuramentum ab initio officij Notariatus præstitum, ad glo. in Clem. 1. §. porro. de hæret.

Quarta nullitas quod respectu receptionis examinis per Notarium fuit reiecta, quia Iudex potuit committere Notario examen testium, Veral. decis. 319. lib. 1. in manuscr. Rot. dec. 3. de offic. deleg. in nouis. Aegi. decis. 43. Et fuit resolutum in causa Hispalensi Decimarum, 28. Ian. 1580. coram D. Vicecomite.

Vltima nullitas circa recusationem Notarij visa fuit Dominis magis releuans. Ideo firmato quod aliæ minime obstarent, resoluerunt, vt de hac particulariter videretur.

Ciuitatensis, Constructionis Cappellæ. Lun. 20. Febr. 1587.

ARGVMENTVM.

Sententia in causa an ob nullitates allegatas reuocanda sit.

SVMMARIA.

1 *Signatura Sanctissimi manu signata, an tollatur posteriore commissione auocatoria.*
2 *Signatura iustitiæ an clausulam appellatione remota dare possit.* & nu. 7.
3 *Examen testium extra tempus præscriptum institutum an valeat.*
4 *Citatio particularibus Capituli facta num subsistat.*
5 *Sententia lata sine citatione, & conclusione causæ, an sustineatur.*
6 *Subreptionem allegans eam probare tenetur.*
8 *Comparens coram aliquo, eũ recusare amplius nõ potest.*
9 *Testes modo infra terminum iurauerint, post elapsum examinari queunt, vbi & aliæ nullitates circa examen discutiuntur.*
10 *Pro actus validitate præsumitur, nisi cõtrariũ appareat.*
11 *Citatio facta sine die, intelligitur facta pro prima die iuridica.*
12 *Citatio facta particularibus de Capitulo valida est, ex eo, quod Capitulum procuratorem constituit.*
13 *Notario enuncianti testem iurasse, de stylo Rotæ creditur.* & nu. 14.
15 *Testis qui die feriata iuramentum præstitit, licet reijciatur, non tamen processus ex eo nullus redditur.*
16 *Præter partium conclusionem, etiam iudicis conclusio in causis accedere debet.*

DECISIO XXXVI.

FVit dubitatum, an processus huius causę, & sententia sit nulla, & pro parte Capituli plures deducebantur nullitates.

Prima, quod commissio directa Reuer. Nuncio 1 non tribuebat † iurisdictionem, ex quo erat auocatoria à Cauriensi, cui fuerat causa prius commissa, per rescriptum manu propria Sanctiss. signatum, neque constabat de impedimentis Cauriensis, neque de consensu partium, qui in d. commissione enunciatur.

Secunda, quod signatura iustitiæ non potest dare clausulam appellatione remota, neque possunt pro- 2 curatores sine speciali mandato † appellationi renunciare, vt notat. in c.olim. de offic. delegat. Mohed. decis. 89.

Tertia, quod Illustriss. D. Nuncius non poterat deputare suum Auditorem, nisi in casu discordiæ partium, vt habetur in constitutione, cuius forma non fuit seruata.

Quarta, quod nulla data D. Paulo Auditori facultas extrahendi iura, & ideo totam iurium extractionem nullam esse, & sine iurisdictione.

Quinta, quod examen testium est nullum, cum fue- 3 rint examinati extra tempus, † cum terminus esset 40. dierum tantum, & Auditor non fuit deputatus ad admittendum articulos, sed ad recipiendum iuramenta tantum, & articuli non fuerunt referendariati, prout debebant, per Notarium, qui subscripsit commissionem receptoriæ & citatio ad videndum iurare testes 4 sine die. Item fuit facta citatio † particularibus Capituli, non autem ipsi Capitulo capitulariter congregato, prout fieri debet iuxta doct. DD. in c. eam te. de rescript. Put. decis. 10. lib. 1. nec constat de iuramento testium, cum Notarius dicat, iurasse in forma iuris, non autem tactis. &c. Verall. decis. 123. p. 2. præterea duo ex illis iurarunt in die feriata, nempe 11. Nouembr. quæ est dies S. Martini.

Sexta, quod processus ex eo redditur nullus, quia non fuit præsentata, neque facultas erigendi Cappellam per fel. record. Gregorium concessa, neque facultas testandi Cardinali.

Septima, quod dict. sententia fuit lata non præstito iuramento calumniæ, petito expresse per partem Put. decis. 298. lib. 2. c. 1. §. 1. gl. de iur. cal.

5 Octaua, quod d. sent. † lata fuit sine citat. & sine conclusione in causa, & ideo sustineri nō posse, iurib. vulg.

Has tamen exceptiones nullitatum Domini non habuerunt pro releuantibus. Et quantum ad primam, nunquam Rota solita est reficare in dubium potestatem signaturæ iustitię, hoc respectu cum Cardinalis illi præfectos rescribat de mandato Papæ, siue processu in presentia, &c. cui est credendum. Aret. cons. 23. & in c. cum à nobis, col. 3. & ibi Fel. col. 1. de test. pręterea, quod dicitur de subreptione, tollitur, cum fuerit signata commissio de partium cōsensu, qui in commissione stat assertiue, non autem conditionaliter, & pars, 6 quę dat de † subreptione, tenetur de ea clare docere.

Secunda nullitas nullius est momenti, quia clausu- 7 la appellatione † remota, apposita fuit in priore, non in posteriore commissione, in qua tantum dicitur, vt procedatur iuxta formam præinsertam, quæ fuerat à Papa signata.

Tertia, quæ deducitur ex deputatione Auditoris, tollitur tum ex eo, quod non constat prius non fuisse factam diligentiam, de habendo consensu partium, in aliquem eligendum, iuxta formam Commissionis, nā hæc fieri solet extraiudicialiter partibus præsentibus, & plerumque nō adnotatur in actis, sed quicquid sit, 8 Comparitio Capituli † coram Auditore deputato, tollit omnem difficultatem, nam licet aliquando fuerint factæ aliquæ protestationes, tamen plures comparitiones & actus fuerunt simpliciter facti, ex quib. confirmata fuit iurisdictio de partium consensu, quæ data fuerat à delegato Apostolico, qui potestatem habet subdelegandi. Rot. decis. 15. de offic. deleg. in nou. cap. super quæst. de offic. deleg. Mohed. decis. 44.

Quarta, quæ concernit extractionem iurium, tollitur ex lectura deputationis, ex eo, quod pars citata nihil opponit, vltra quod ex dictis testium abunde iustificatur.

Quinta, quæ est multiplex circa examen testium facile tollitur, & primo non est verum examen esse extra terminum, cum terminus veniat computandus à die ingressus Ciuitatis Ciuitatensis, vltraq; sufficit te- 9 stes infra † terminū iurasse, nam postea quādocunque possunt examinari, sed hic omnia in tempore gesta fuerunt, nec verum est, quod data esset ei restricta facultas, ita, vt non posset admittere articulos, quia ex lectura deputationis hoc tollitur, prout etiā constat ex narratione nuncij, articulos esse referendiatos, & præ- 10 sumendum est pro actus † validitate, nisi contrarium 11 clare ostendatur. Citatio verò si facta est † sine die intelligitur facta pro prima die iuridica, Put. decis. 225. 12 lib. 2. Citatio verò facta † particularibus, & non Capitulo, licet ex se nō sustineatur, sustinetur tamen ex eo, quod Capitulum constituit procuratorem, qui interesset examini, & comparuit in omnibus actibus: Præterea plures aliæ citationes successiue factæ fuerunt capitulariter, ex quibus tollitur prætensus defectus.

Quantum verò ad iuramentum testium, licet Notarius non dicat *tactis*, tamen vbi examen factū est sub die, sub quo eadem citatio & Notarius enunciat testē 13 esse † iuratum, Rota solet adhibere fidem, etiam quod non dicatur, *tactis &c.* vt fuit resolutum in plurib. causis, & in specie in causa Toletana decimarum, de Brea, coram Reu. P. D. Blanchetto. 21. Iun. 1583. & idem in vna Clusina Pensionis, coram eodem. 30. Martij 1576. maxime verò, vbi Notarius procedit aliquid adden- 14 do, ex quo deprehendi potest, iuramentū fuisse † præstitum *tactis scripturis*, vt in causa Vicensi, feudi. 27. Ian. 1574. coram Illustriss. Aldobrandino, vbi dictum fuit, fuisse hoc idem alias decisum in vna Beneuentana, de anno 1564. coram Reu. P. D. Scoppario, & coram me idem fuit decisum in vna Calaguritana, beneficij, 5. Decemb. 1586. vbi iuramentum conceptum erat eodem fere modo in forma iuris, cum enim forma iuris sit, vt iuramentum præstet *tactis corporaliter scripturis*, in his verbis, *virtualiter tactas fuisse scripturas*, & iste modus est valde frequens, & familiaris in processibus Hispaniarum, & stylo vniuersali receptus, & ideo vtilitatis causa, ne processus hoc pacto immutentur, sustineri debet iuramentum sub hac formula præstitum, testes autem ipsi qui iurarunt die feriata, 15 possunt † reijci, neque enim super illis fundatus est processus, ita vt ex eorum defectu corruat.

Sexta nullitas, quæ deducitur ob non præsentatam licentiam ædificandi, & facultatem testandi, nullius est momenti, quia super eo non erat lis, sed super eo, an ædificando in loco destinato, fieret præiudicium, nec ne Ecclesiæ Cathedrali. Reliqua enim apud partes erant in confesso, vti notoria, pręterea ista non concernunt fundamentum iurisdictionis, sed merita causæ, ideo non causant nullitatem, l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. publ. & ibi Fulg. nu. 8. Ias. num. 22. Bero. in c. super literis num. 30. & in repetit. nu. 23. de rescript. cum alijs per Informantes allegatis.

Septima nullitas concernens iuramentum calumniæ optime in facto tollitur, cum fuerit præstitum de mandato Nuncij in præsentia eius Auditoris, per eum qui ad hoc habuit speciale mandatum.

Quantum ad vltimam nullitatem ex defectu citationis Domini habuerunt eum pro releuante, nam 16 non satis est partes † concludere in causa, nisi etiam

Iudex

Iudex ipse concludat, & ideo fuit ordinatum, vt pars Dominorum executorum cedat, & renūciet huic sententiæ, & petat sententiam, prout in prima, velut vnico contextu reuocem præsentem sententiam, vti nullam, & pronunciem, vt in prima ad fauorem executorū, prout fieri posse docet Put. decis. 72. lib. 3. Aegid. decis. 295. Achil. 14. de commiss.

Toletena, Partis Decimarum. Lun. 1. Mart. 1573.

ARGVMENTVM.

Sententia etiam iusta, parte opponente, non confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non validatur, si pars contra eam opponat.*

DECISIO XXXVII.

PRo nullitate sententiarum circumscripto stylo, si de eo aliquid pro fabricis poterit ex inspectione processuum de partibus, quæ res erit curæ Agentibus, pro d. fabricis alias non potest procedi ad aliquam cō-
1 firmationem sententiarum, de partibus, † cum parte opponente sententia nulla confirmari nō possit, etiam quod esset iusta.

PAMPHILII.

Eugubina, S. Petri, Ven. 13. Mart. 1592.

ARGVMENTVM.

Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, parte non citata, non probant, maxime si instrumenta exhibita, recognita non fuerint.

SVMMARIA.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam, parte non citata, examinati, non probant.*
2 *Examen testium contra dispositionem iuris institutum non probat.* & nu. 3.
4 *Instrumenta non recognita, fidem non faciunt.* & 5.

DECISIO XXXVIII.

DOmini dixerunt, non esse adhibendam aliquam fidem testibus exhibitis, pro parte Reuerendis-
1 simi D. Episcopi Tudertini, quia fuerunt † examinati ad perpetuam rei memoriam, & parte non citata, l. si quando. C. de testibus. c. in nomine Domini. ext. eod. tit. per quem textum concludunt ibi communiter Dd. quod nec etiam faciant indicium. Abb. num. 14. Aret. in pr. Felyn. nu. 3. & communem fatetur Dec. nu. 27. licet ipse contrarium videatur sentire. Idem etiam voluit Bart. l. maritus. sub num. 3. lib. 1. Ruin. cons. 46. nu. 2. lib. 4. Cresc. dec. 2. nu. 4. de test. Accedant etiam nullitatea multæ per informantem consideratæ, ex quib. apparet, testes dum receptos contra omnes Regulas
2 † Iuris, loquentes in materia testiū, vnde fuit, vt nullum penitus præstent adminiculum, vel præsumptionem, sed sint in totum reijciendi. Anchar. cons. 64. sub num. 3. Soc. cons. 118. sub num. .. lib. 1. Grat. cons. 89. num. 41. lib. 2. Mars. sing. 385. Rol. cons. 3. num. 48. lib. 3. Ceph. cons. 65. nu. 17. lib. 1. cum alijs, de quibus per Menoch. de arbitri. cas. 99. nu. 7. quicquid dicant Dd. in contrarium allegati, quorum dicta forsan possent
3 procedere, si testes † vnum tantum defectum paterentur, prout etiam ipsi loquuntur.

Addebant etiam Domini, quod de depositionibus prædictorum testium non constat, nisi per quædam instrumenta exhibita, pro parte Episcopi, quæ nul-
4 lam merentur fidem, cum non † fuerint recognita, Innoc. in cap. 1. de fid. instrum. Oldr. consil. 227. nu. 6. Socin. consil. 32. sub num. 1. vers. secunda conclusio. lib. 1. Paris. consil. 115. num. 4. lib. 4. prout parte op-
5 ponente † debent recognosci, saltem eo modo, quo recognoscuntur antiqua ex adminiculis, vel probando notariatum eorum, qui illa scripserunt, etiam per exhibitionem eorum instrumentorum, eorundem Notariorum, iuxta decis. Afflict. decis. 195. Put. dec. 9. & 13. de fid. instrument. & decis. 151. lib. 1. Paleot. dec. 330. cum alijs multis, quæ allegari possunt.

COMITVLI.

Conchensis Limitum, Merc. 13. Ian. 1591.

ARGVMENTVM.

Examen testium ex defectu legitimæ eorum ætatis, & omissa citatione partis ad videndum iurare testes, nullum est.

SVMMARIA.

1 *Citatione ad videndum iurare testes, omissa, examen testium sustineri non potest.*
2 *Et idem obtinet, si sine certa die, & loco facta fuerit.*

DECISIO XXXIX.

IN causa fuerunt pro parte Rectoris de los Pedroñoras producti, & examinati in partibus varijs, in locis, ac diuersis temporibus, plures testes, quorum omnium depositiones ex defectu legitimæ ætatis eorum nullitati esse obnoxias facile Domini declaratūr, nam examen anno 1579. expeditum fuisse, nulla præ-
1 uia † citatione ad videndum iurare testes, constat ex actorum inspectione c. quoniam cōtra falsam. de probat. Dec. consil. 483. num. 4. in repetit. versic. sent. à qua non est appell. qui solus defectus etiam cessantibus alijs obiectionibus destruit fidem testium, l. si quando. Cod. de testibus. c. 2. & ibi not. eod. tit. Caputaq. 168. part. 1. sed neque magis validum est examen anni 1580. licet præcesserit citatio ad videndum iurare te-
2 stes, cum illa fuerit sine die † & loco, nec certificari potuerit ex subsequenti commissione data receptori, siquidem & illa generalis fuit & vaga, pro recipiendis iuramentis & examinandis testibus in oppido de los Pedroneras, & alijs in locis Episcopatus Conchensis, prout examinati fuerunt in diuersis locis: nec docetur de illa notitia, aut præsentia partium vnde citatio, aut examen sustineri valet contra incertitudinem loci. Ioan. Andr. in c. fin. num. 4. de elect. lib. 6. Rot. decis. 17. de re indic. in nou. Put. dec. 258. lib. 1. Caputaq. decis. 274. p. 3.

MANTICAE.

Romana, Iurreti, Vener. 8. Martij 1591.

ARGVMENTVM.

An in contractu emphyteutico ob non solutum canonem, locus sit deuolutioni.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra defunctum lata, nulla est,*
2 *An verba,* pro canone *in decreto apposita, contractum emphyteuticum reddant.*
3 *Emphyteuta census decursos opportuno tempore deponente, deuolutioni locus non est. & Ratio* ibid.
4 *Mora semper purgari potest, quando aduersarius detrimentum passus non est.*

DECISIO XL.

FVit resolutum, altera tantum parte informante, sententiam contra Vincentiam latam non posse sustineri, primò, quia est nulla, cum eo tempore, quo
1 lata † fuit, ipsa esset defuncta. l. in summa. §. vlt. ff. de re iud. l. pen. ff. quæ sent. sin. appell. rescind.

Secundò quia est iniusta, non enim constat de emphyteusi, in qua propter Canonem non solutum, deuolutio locū habet. l. 2. de iur. emphyteutic. c. potuit. de loc. & cond. Nam licet in decreto Vicarij dicatur, quod quolibet anno soluātur Priori & Fratribus quatuor Iulij pro annuo canone, seu responsione Iurreti, ex hoc non sequitur, contractum esse emphyteuticū,
2 quia hæc verba † pro Canone, seu responsione sunt ambigua, & possunt etiam intelligi, ex causa census, & si non apparet, vtrum quis sit emphyteuta, vel censuarius, non soluendo, iure suo priuari non potest. Alber. in l. 2. num. 3. ver. quid de quæsit. à me quæsit. de iure emphyt. & Ias. ibid. nu. 42. & 146. cum seq. eodem tit.

Soc.sen.consil. 167. num.6. vers.quin imo. Ruin.cons. 42.num.7.& 10 consil.160.nu.5.& 6. Dec.in cons.138. num.5.Bart. in cons.3. num.1.in fin. & 2. Cresc.decis. 242.aliter 3.de præsumpt.

Præterea supponendo sine veri præiudicio, hunc esse contractum emphyteuticum, Domini dicebant de-
3 uolutioni locum † non esse, cum Antonius tempore opportuno census decursos deposuerit, quia ex hoc mora intelligitur purgata, quæ ex æquitate Canonica
4 semper potest † purgari, quando aduersarius nullum passus est detrimentum, Alex. in l.si quis maior. num. 7. in fin. & sequent. Curtius sen. ibid. num.44. C. de trans. & Decius consil.138. & Caputaq. decis.230. in 2.part.

Non obstat declaratio caducitatis, & acceptatio ipsorum fratrum, quia facta non sunt contra Antonium, sed contra Orintiam, quæ nullum ius habet.

Atque ex his placuit sententiam contra Orintiam latam, non posse subsistere, & reuocari debere.

SERAPHINI.

Anconitana, Nullitatis Separationis, 9 Aprilis 1590.

ARGVMENTVM.

Sententia, de qua in casu, ob nullitates, de quibus hic, nulla est, maxime cum sit lata contra sententias tres conformes.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio delegati morte delegantis expirat.*
2 *Defectus citationis sententiam nullam reddit.*
3 *Citatio emissa sede vacante nulla est.*
4 *Ratio.*
5 *Procuratorem nouum constitutum esse ignorare non potest, qui ab eo alimenta recepit.*
6 *Sententia, contra tres conformes sententias lata, nulla est.*
7 *Vxor viro cohabitare tenetur, licet iuratoriam cautionem saltem præstet, & de sæuitia eius constet.*
8 *Vxori alimenta a viro sæuiente præstari debent.*
9 *Procurator an in expensas condemnandus.*

DECISIO XLI.

FVit, bis causa proposita resolutum, sententiam pro Gratiano latam esse nullam, & iniustam. Nullitas deducitur ex defectu iurisdictionis, cum fuerit processum in vim memorialis, per quod non tribuitur iu-
1 risdictio, & dato, quod tribueret, † expirauerat morte delegantis, Felyn. in c.cæterum. nu.1 5. de rescript. præsertim cum eo viuente neque decreta, neque exequuta fuisset citatio, Felyn. in c.relatum. num.11.& 17. de offic. deleg. Nec suffragatur commissio signaturæ iustitiæ, cum adesset commissio Papæ manu signata, qui commiserat causam, appellatione remota, cuius vigore fuerat lata tertia sententia pro Comitissa, c. vt de-
2 bitis. de appellat. Secundò deducitur ex defectu † citationis, quia non apprehensa, prius principalis fuit processum per affixionem ad valuas, Clem.2. de re iudic. Caputaq. decis.117. p.p. Neque potest excusari, ex quo vigore Memorialis fuerat principaliter citata, id
3 enim factum fuit nulliter sede † vacante, ex quo
4 † expirauerat omnis iurisdictio, neque etiam potest sustineri ex citatione exequuta, contra D. Ioan. Dominicum Guelphum, quia fuerat reuocatus per constitutionem alterius procuratoris in alia instantia, Rota decis.25. de procurat. in antiq. nec poterat præten-
5 dere ignorantiam, cum à nouo † procuratore accepisset alimenta decreta.

Iniustitia verò deducta fuit ex eo, quod contra te-
6 norem trium sententiarum † conformium, iudex pronunciauit Comitissam teneri ad cohabitandum viro,
7 non aliter data per eum cautione, † quam iuratoria, cum tamen ex probationibus cõstaret de sæuitia eius, & etiam noua causa odij, ex quo ea obtinuerat sibi adiudicari bona mariti, eaque subhastari pro recuperatione suæ dotis, ideo ei erat cautione prospiciendum. Paris.cons.54. num.13. lib.4. Bald. cons.176. lib. pr. Alex. in l.si constante. §.quoties. num.3. solut. matr. Ias. in l.si donatione, nu.5. C. de collat. Abb. in c.literas. num.23. de restit. spol.

Item quia in ea reuocatur onus alimentandi, quod
8 tamen † constito de sæuitia non debet cessare. Afflict. decis.10. per tot.

Postremo, quia frater Comitissæ condemnatur in
9 expensas, qui tamen vt † procurator comparuerat in causa, contra text. in l.procurator. de procurat.

Et ex his conclusum pro reuocatione sententiæ.

Vicentina, Feudi, Merc.27. Ian.1573. coram Sanctiss.

ARGVMENTVM.

Testes extra terminum assignatum examinati, an probent, & quid si Notarius eos iurasse attestetur per verba, & suo iuramento deposuit, an ex hoc iuramentum ab ipsis præstitum fuisse probetur.

SVMMARIA.

1 *Omissa citatione ad videndum transumi & collationari acta, processus nullus redditur.*
2 *Testes extra terminum examinati, non probant.*
3 *Idem obtinet, citatione omissa.*
4 *In repetitione examinis an nouum iuramentũ exigatur.*
5 *Verba Notarij*, & suo iuramento deposuit, *iuramentum testium probant.*

DECISIO XLII.

DOmini habuerunt processum compulsorialem
1 pro nullo, ex defectu citationis, cum † deficiat citatio ad videndum transumptari, & videndum collationari.

Testes etiam habuerunt pro nulliter examinatis, defectu citationis; licet enim Portia citata 5. Maij. ad videndum admitti articulos, & iurare testes, tamen in eadem citatione fuerat sibi datus terminus trium dierum, ad dandum interrogatoria & eadem die fuerunt
2 † examinati duo testes, sic nulliter.

Reliqui etiam 29. Iulij. examinati fuerunt absque
3 vlla † citatione, sed quia præfati duo primi fuerunt postea repetiti super interrogatorijs partis, & alij etiã fuerunt quoque examinati, cum præfatis interrogatorijs, fortasse iste defectus sanabitur, secundum Dominos, cum Commissione, quod illis fides adhibeatur arbitrio, & quamuis in repetitione non fiat mentio de iuramento, tamen dicebant aliqui non requiri nouum
4 iuramentum, quando fuit † præstitum super articulis, & tota causa.

Quo verò ad iuramentum res habuit difficultatem, quia aliqui ex Dominis dicebant non sufficere illa verba *iuratus, & suo iuramento deposuit*. Alij contra: Quia licet non sufficeret attestatio Notarij, quando iuratus &c. tamen quando procedit vlterius aliquid addendo, ex quo deprehenditur, quod fuit præstitum iuramentum vt eis videbatur esse factum in isto casu
5 propter illa verba † & suo iuramento deposuit, dicebant hoc sufficere, & fuit dictum, quod similiter fuit resolutum de anno 1564. in vna Beneuentana coram D. Gropperio.

Quoad reliqua nihil firmatum, sed decisum, quod particulariter detur copia subscriptionum Notariorum, qui se subscripserunt instrumentis illorum actorum, particularium, super quibus Valerianus, & fratres se volunt fundare, cum eorum recognitione, & dubitetur, an sint in forma probati.

PAMPHILII.

Amerina, Bonorum, Lun.9. Mart.1598.

ARGVMENTVM.

Possessio clandestina & turbatiua, etsi authore iudice, sine citatione tamen partis præcedente, capta manutentionem possessionis anterioris non impedit.

SVM-

SUMMARIA.

1 *Possessio clandestina, & turbida possessionem anteriorem non impedit.*
2 *Etsi iudice authore facta. Et quomodo hoc procedat.*
3 *Processus in dubio integer praesumitur, nisi contrarium appareat.*

DECISIO XLIII.

Conclusum pro manutentione Pottiae, & litis consort......domus, & praedij, de quo agitur, constat enim ex testibus deponentibus de obitu Calphurnij ab anno 1596. citra continuata per.....mortua Venusta. §. retinend. vbi Fab. nu. 16. Inst. de interd....huius autem vbi Bar. in prin. & in §. quod ait. nu. 14....d. late Couar. pract. quaest. cap. 17.

Neque obstare possessionem postea captam per DD. de Mandosijs,....iunior dicitur claodestina, & turbatiua, & non impedit manutentionem 1 † possessionis anterioris c. licet causam. cum ibi notat. de prob. gl. Ang. & alij in l. 1. ff. vti possid. Bart. in l. si duo. num. 4. eod. tit. maxime cum Portia & litis consortes nunquã habuerint se pro spoliatis. Put. decis. 198. nu. 4. lib. 1. & decis. 418. in vna Paduana. lib. 2.

Nec possessio recipit aliquod fomẽtum, ex eo, quod 2 fuit capta † authore praetore ex l. iuste possidet. ff. de acquir. possess. quia habet locum vbi iudex rite & recte procedit, secus si nulliter, prout hic, vbi procedendo fine partia citatione dicitur processisse tanquã priuatus, c. conquerendum, vbi Abb. nu. 8. de rest. spoliat. Aym. cons. 18. nu. 8. cum vulg. placuit Dominis, quod dicebatur, non constare de defectu citationis, ex quo acta non sunt integre transportata, quia licet Portiae, & consortibus negare se fuisse citatas, ad not. in l. cum illa. ff. de verb. oblig. vltra quod DD. de Mandosijs nõ probant processum non esse integrum, & in dubio 3 † praesumitur integer, donec doceatur de contrario, gl. l. cum de leg. ff. de probat. Bart. in Rubr. ff. de nou. oper. nunc. nu. 8. & las. col. fin. Aym. cons. 35. num. 5. & saepius fuit decisum.

PAMPHILII.
Romana, Census. Lun. 4. Decemb. 1595.
ARGVMENTVM.

Mandatum quod ex actis prioris instantiae iustificari non potest, non est exequendum.

SVMMARIA.

1 *Acta prioris instantia solum attenduntur, quo ad exequendum mandata.*
2 *Obligatio omnino producenda est, ad effectum vt quis condemnari possit. & 5.*
3 *Productio instrumenti coram Notario causa fieri debet.*
4 *Ad obligationem Cameralem iustificandam etiam existentia crediti probari debet.*
6 *Intellectus clausula Commissionis quod in primis, & ante omnia, quid exequendum, exequatur.*

DECISIO XLIV.

Fuit resolutum, mandatum ad fauorem Illustrissimi D. Cardinalis non esse exequendum, & Domini alijs omissis, quae non placuerunt, moti sunt, quia non iustificatur ex actis prioris instantiae, quae sola 1 sont attendenda, ad effectum † clausulae, si quid exequendum.

In actis enim huius causae non fuit productum instrumentum emptionis census, nec alias constitit de aliqua obligatione Illustrissimi Domini Iuliani, ex qua potuerit condemnari, vt requiritur, ex not. per Galeslo tract. de obligat. Cam. in tit. de process. in pr.

Praesertim, quia pro parte Iuliani coram A. C. fuit protestatum, quod non constabat de instromento census, nec de eius obligatione, & quod ideo nihil fieret, 2 nisi constito de illis, quo fit, vt † omnino esset necessaria illius productio, nec sufficeret re vera adesse instrumentum census, nisi in actis producatur, sicut in simili non sufficit aliquem esse procuratorem vere, nisi de mandato doceatur in actis, vbi pars opponit, Bal. in l. t. in 2. lect. nu. 1. de procur. & cons. 121. sub num. 1. lib. 3. Alex. cons. 146. circa fin. lib. 5. Aym. consil. 188. Guido. decis. 129. & saepius fuit resolutum.

Non obstat, quod instrumentum census fit rogatũ apud acta Borcarini alterius Notarij eiusdem tribu- 3 nalis, quia † isti Notarij A. C. habent rogitus instrumentorum, & acta separata, & vnus non se intromittit in negotijs & causis alterius, vt notissimũ est. Et ideo non sufficit, quod instrumentum fuerit penes alium Notarium, A. C. nisi producatur in officio Fabrij, qui erat Notarius actuarius huius causae, parte etiam ad dicendum contra legitimationem citata, cum alias nõ dicatur esse de actis. Bar. in Extrau. ad reprimendum, io verf. de plaoo. Rom. cons. 119. nu. 3. Cassad. decis. 7. in fin. de appell. Sarn. de annali. q. 4. circ. med. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 1. ou. 5. vbi quod non sufficit exhibitio instrumenti, coram Notario & testibus, nisi formiter coram iudice producatur. Felyn. in c. quoniam contra falsam. ou. 36. de probat.

Non obstat, quod in officio Fabrij Actuarij huius causae fuerit rogata cessio huius census, ad fauorem D. Cardinalis, quia ea sola non sustinetur processus, 4 eum Cardinalis, vt possit agere in vim † obligationis Cameralis, non solum tenetur ostendere se cessionariom, Alex. cons. 115. circ. fin. lib. 7. Paris. cons. 107. nu. 88. lib. 5. Gall. de oblig. Camer. in 2. q. ad p. p. formulae. nu. 3. sed & iustificare existentiam crediti, l. si nomen. vbi not. C. de haered. vel act. vend. sicut obligatus fuisset ipsemet cedens, qui in eius locum successit.

Non obstat, quod hodie in Rota sit productum in- 5 strumentum census, quia vt supra dictum est, non sufficit ad effectum † executionis mandati relaxati, ante illius productionem, quod non est exequendum, cum ex eisdem actis non iustificetur. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. praesid. Abb. in c. inter ceteras. num. 8. Felin. col. fin. de re iud. Franc. io c. dilecti. q. 55. de appell. & 6 clausula Commissionis *quod inprimis & ante † omnia, si quid exequendum, exequatur*, intelligitur pront de iure. Ias. in l. caueat. ou. 7. de transact. Cresc. decis. 47.

SERAPHINI.
Calaguritana, Paois. Lun. 17. Maij 1597.
ARGVMENTVM.

Interueniens in causa appellationis, interuenit vti tertius, & damnum ex sententia lata non percipit.

SVMMARIVM.

1 *Interueniens vt tertius, damnum ex sententia non percipit.*

DECISIO XLV.

Cum in hoc iudicio Don Ioicus non sit principalis: Maioratus enim non ad eum, sed ad Donnam Catharinam spectat, Domini censuerunt, neque acta, 1 neque sententias † posse ei nocere, & multo minus Donnae Catharinae, quae nunquam fuit citata ad causam, & tamẽ Rota perpetuo obseruauit, vt saltem fiat citatio per proclama contra interesse putantes, Put. decis. 91. & 236. nu. 3. lib. 3. Achill. 3. de re iud. Quantum verò ad Don Innicum, licet commiserit causam appellationis, cum clausola restitutionis in integrum, tamen in eadem commissione adest etiam clausola, quam, & quas, cuius rigore potuit procedere, tanquã in prima, etiam sine eo, quod hoc specialiter declarauerit, sufficit enim, quod in prosecutione causae non se restrinxerit, maxime cum nulla fuisset re vera iuterposita appellatio, de qua constet, vnde non poterat causam appellationis nõ existentis prosequi. Veniens autem tanquam in prima venit vti tertius, nec facit sua acta, neque sententias, neque sibi praeiudicat, ad decis. Rot. 10. de re iud. in nou.

ORANI.

Calaguritana, de Onnasi, Panis recentis. Lun. 6. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Beneficiatis oblationes & alimenta integra præstanda sunt, potest tamen panis recens in locum oblationum substitui, absque spolij commissi nota.

SVMMARIVM.

1 *Releuantia partis vbi clara est, remissoria à Iudice rectè datur.*

DECISIO XLVI.

Conclvserunt Domini, remissorias moderno Comiti concedendas, quia † causa est prophana, in qua passim solent concedi, vbi est releuans, l. iudices, C. de fide instrum. etiam absque fumo. Anton. Aug. de remiss. nu. 3. Releuantia autem clara est, nam inter ceteros pro eius parte datur articulus, per quem probare intendi, quod beneficiati habeant sufficientes reditus perpetuos, prouenientes occasione beneficiorum, qui sufficiunt pro alimentis, quo probato, nullibi dubium est, quin Comes liberandus veniat ab alia præstatione panis recentis, cum ille fuerit assignatus loco panis duri oblationum, in tantum, quod cessabit spolium, ex quo oblationes sunt dimissæ ipsis beneficiatis, qui nihil aliud prætendere possunt, vltra dotem sibi assignatam in alimentis, quæ Comes prætendit ostendere, quod habeant absque ista assignatione panis recentis, subrogati ex benignitate Comitis loco panis duri oblationum.

Non obstat, quod beneficiatis debeantur oblationes, & alimenta, nam ideo non infertur ad spolium panis recentis, si absque eo habentes sufficientes reditus pro alimentis, cum hoc casu panis recens fuerit præstitus loco panis oblationum, siquidem cessat, vel saltem controuertitur status beneficiatorum, percipiẽdo eodem tempore oblationum reditus sufficientes pro alimentis & panem.

SERAPHINI.

Calaguritana, Panis. Lun. 17. Maij 1599.

ARGVMENTVM.

Eadem est cum superiore, & illi connectitur, spectans successorem prætensi spoliatoris.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra non citatum lata nulla est.*
2 *Exceptio dominij quando non impediat executionem sententiæ in spolio.*
3 *Successor in dignitate, interdicto vnde vi, sicut & antecessor tenetur.*

DECISIO XLVII.

Domini censuerunt satis constare de testibus Dominæ Comitissæ, de maioratu, cui sunt annexæ decimæ ad effectum impediendi executionem sententiarum latarum, contra Comitem prædecessorem. Cũ enim fuerit resolutum sententias eam non afficere, cũ 1 † nunquam citata fuerit, de eo tempore, & venerit ad causam cum noua commissione, sequitur aduersus eã non fuisse probatum spolium, & ideo non posse contra eum procedi ad executionem, cum ad hunc effectum requiratur saltem citatio per proclama. Achil. decis. 3. de re iud. Pur. decis. 91. lib. 3. neque potest dici, quod successerit in spolio, cum non sit hæres panis, sed possideat Maioratum ex propria persona, neque requiritur tamen exacta probatio circa ius percipiendi decimas, quemadmodum requiritur, si de decimis esset quæstio, hæc causa panis præsupponit virtualiter decimas spectare ad Comitem de Onnasi, quarum ratione tenetur, & prætenditur pro parte Abbatis & beneficiatorum, dare eis hunc panem, à qua præstatione fuerunt per Comitem seniorem spoliati, vt fuit in iudicio contra ipsum agitato probatum, & faciũt tradita per Felyn. in c. veniẽs il 2. nu. 13. de testib. Couar. pract. quæst. c. 16. nu. 1. in fin. Nec facit quod exceptio 2 dominij non impediat † executionẽ sententiæ in spolio, quia procedit, vbi petitur executio sententiæ, contra eum, qui spoliauit, & condemnatus extitit, vt bene declarant Dd. in cap. 2. de ord. cogn. Nec refert, quod 3 successor in dignitate, teneatur interdicto vnde vi sicut antecessor, vt no. Abb. in c. cum dilectus. num. 57. de ord. cogn. cum alijs allegatis, quia non negatur beneficiatos posse agere spolio contra Comitissam, recusantem tradere panem, sed necesse est probare contra eum huiusmodi spolium, cum præstatio resultans ex actis factis contra Comitem seniorem non afficiat eã, vt iam fuit resolutum. Ideo opus est nouo processu, & ita exceptio dominij, & possessionis tendit tantum ad euitandum executionem sententiarum, inter alios latarum, non autem ad elidendum actionem spolij, si quæ aduersus eam competit. Et ita conclusum.

ORANI.

Burgensis, Quindeniorum, Ven. 5. Mart. 1599.

ARGVMENTVM.

Abbas habens liberam administrationem, validè in causa monasterij citatur.

SVMMARIA.

1 *Abbas pro monasterio rectè citatur.*
2 *Iudex ante citationis reproductionem absque nullitate non procedit.*
3 *Iudex vt de sua iurisdictione certus sit, sufficit probabilis credulitas, partem fuisse citatam.*

DECISIO XLVIII.

In vna Burgensi Quindenniorum fuit decisum, sententiam nullam, neque in citatione, neque in eius relatione pati defectum, nõ quidem in citatione, quia ritè & validè fuit contra Abbatem monasterij della 1 Vid. exequuta, cum enim haberet † liberam administrationem, tenebatur ad defensionem, ideoque eius apprehẽsio pro validitate sufficit, cap. edoceri. vbi no. Imol. num. 2. vers. item nota. Ant. de Butr. nu. 3. Fely. num. 2. de rescript. & quando oportuisset interpellari conuentum, satis est, quod monitus fuerit Abbas, vt illum congregaret, eo enim id facere negligente, aut recusante, rectè in eum, penes quem ius est congregãdi, facta fuit exequutio. glo. in cap. si capitulo. in vers. factum, de conc. præb. lib. 6. Minus etiam adfuit defectus in eius reproductione, quoniam licet Iudex non 2 possit ante citationis reproductionem † procedere, sine vitio nullitatis, Franc. in cap. cum parati, num. 45. de appell. cum relat. per Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 146. tamen hoc non quadrat huic casui, in quo die 5. Iunij, priusquam Iudex decerneret processum, per auditorem contradictarum, fuerat facta reproductio citationis verbo cum promissione de causa exhibenda facto, prout die 7. eiusdem mensis successit, & demum obseruatio terminorum, & actuum indicialium sequuta est, nam realis reproductio facta retrotrahitur ad diem verbalis illius productionis, Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4. nu. 5. 6. & 7. & ad effectum 3 quod Iudex dicatur † certus de sua iurisdictione, probabilis iudicis credulitas, quod pars fuerit citata, suffragatur, quod tanto magis procedit, cum constet contumacẽ fuisse Abbatem, quo etiam casu, licet tunc Iudici de eo non constaret, sustinetur processus per Audientiam contradictarum fulminatus. Cresc. decis. 1. de sent. & re iud.

DECANI.

Perusina, Executionis, Lun. 10. April. 1595.

ARGVMENTVM.

Contra defuncti hæredem non rectè proceditur, nisi legitimè fuerit citatus.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Contra filium defuncti, cum quo lis fuerat instituta, non rectè agitur, nisi legitimè citetur.*
2 *Nuncij relationi creditur.*
3 *Mandatum procuratoris expirat morte constituentis.*
4 *An sententia contra aliam sententiam, quæ in iudicatum transiit, ferri possit.*
5 *Sententia iniusta nunquam in rem iudicatam transit.*

DECISIO XLIX.

COntra sentent. in Rota latam oppositum fuit de nullitate & iniustitia. Nullitas deducebatur primo ex eo, quod defuncto Ioan. Baptista patre, † cum quo lis fuerat legitimè introducta, non poterat procedi contra eius filios, nisi ipsis legitimè citatis, vnus autem ipsorum tantum fuit personaliter citatus, alij verò domi dimissa copia, sed fuit per Dominos decisum, hanc citationem fuisse validam, cum præcesserint diligentiæ de illis reperiendi, quod sufficit tam de iure communi, vt per Abb. in c. causam, nu. 5. de dolo & contum. Rom. consil. 454. num. 7. quàm etiam inspecta forma decreti positi in citatione. Achill. decis. 17. de dol. & contum. vbi hoc procedit, etiam non facta executione in ecclesia, cum clem. causam de elect. procedat in beneficialibus tantum: Bart. in l. 4. §. prætor ait. de damn. infect. nam affixio, de qua fit mentio in citatione, tunc est necessaria, si ad habitationem citandi tutus non pateat accessus, vt dictum fuit in causa Indens. de Rosal. coram Reuer. Patre D. meo Penia, qui non est casus noster. Cursori verò, siue nuncio, de diligentijs, & alijs attestanti † creditur, vt per Put. decis. 187. in vna Romana, sequestr. lib. 3. Verall. 266. n. 2. Accedit, quod semper fuit citatus Odoardus, qui sæpius comparuit, & licet eius † mandatum expirarit per obitum constituentis, tamen ex quo comparebat, verisimile est, eum certiorasse Martinellum: ad cons. Rom. 485. nu. 8. in fin.

Secùndò adducebatur alia nullitas, ex eo † quod lata est sententia contra sententiam, quæ transiuerat in iudicatum. l. 1. & ibi Dd. C. quando prouoc. nõ est necess. Aret. cons. 73. nu. 4. Felyn. in c. cum cõtingat. nu. 7. de offic. deleg. Sed fuit responsum, quod Domini putent hanc nullitatem non adesse, si sententia lata erat iniusta, prout ex decis. Rot. detectum fuit, ex † enim nunquam transit in iudicatum, vt per Dd. in l. 4. §. cõdemnatum. de re iud. Fely. in c. super literis, nu. 15. de rescript. & Rot. nunquam attendat sententias extra eam latas, nisi sint iustæ. Put. decis. 204. & 318. lib. 1. & fuit decisum coram me in vna Auximana dotis, 14. Martij 1585.

Tertiò deducebatur, quod sentẽtia fuit lata ad fauorem solius Crescij, qui tamen habebat cohæredes, qui participare debebant de medietate prædij petiti, sed responsum fuit, non constare, quod de illo tempore existerent cohæredes, & ex petitione Martinelli contra solum Crescium, videtur contrarium apparere.

Quantum ad iniustitiam, quæ opponitur, licet Domini ex decisione alias facta in hac causa, eam sublatam esse censuerint, tamen quia facta fuit vna tantum parte informante, ordinarunt, vt super ea Martinelli audiantur.

SERAPHINI.

Parmensis, Status, Vener. 10. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Nullitates duæ reducuntur, prima testes examinati coram aliquo, cui prius causa fuerat commissa, ante motum proprium causæ auocatorium, an probent. Altera, Aetas minor alicuius, ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 *Examen testium ante motum proprium, auocatorium causa per iudicem rectè fieri potest.*
2 *Causa auocata non censetur, nisi expressè dicatur.*
3 *Papa examen testium impedire velle non censetur.*
4 *Datio tutoris in praiudicium illius tantum probat, ad cuius petitionem tutor datus est.*
5 *Tempus præteriti conditio non est consideranda in ijs, quæ tractu temporis mutari possunt.*
6 *Probatio minoris ætatis ei incumbit, qui in ea, aduersus alium, se fundat.*
7 *Minoritas an ex eo, quod quis in testamento non sit nominatus, probetur.*

DECISIO L.

DVæ nullitates fuerũt deductæ pro parte DD. de Rangonibus, contra examẽ testium DD. de Pallauicinis, altera de defectu iurisdictionis, altera de defectu personæ Sigismundi comparentis, ratione minoris ætatis.

Prior nullitas deducebatur ex eo, quod testes isti de mense Octobr. Anni 1576. fuerunt examinati, coram bon. memor. Dario, à quo tunc temporis causa fuerat auocata, & commissa Cardinali Simonettæ, ad referendum Sanctiss. Verum hæc nullitas reiecta fuit per Dominos, quia examen testium fuit factum, ante motum † proprium auocatorium causæ, de quo tempore licet Simonetta posset se informare extraiudicialiter, ratione commissionis sibi oretenus datæ à Papa, tamen hoc non impediebat processum coram suo iudice, vt quotidie practicatur, maximè cum ante motum proprium Cardinalis nunquam inhibuerit, & in processu causæ istis testibus vsus fuerit, & idem sensisse apparet Rangonos, qui post dictam verbalem Commissionem examinarunt testes eodem modo, & receptum est causam † nunquam censeri auocatam, nisi expressè dicatur. Cassad. par. 2. de rescript. nam in dubio non est præsumendum, Papam auocare velle, Paris. cons. 49. nu. 21. lib. 4.

Neque hic agitur de sustinenda sententia interim lata, quod posset pati maiorem difficultatem, sed de examine sustinendo, quod Papa non † censetur voluisse impedire. Neque obstat, quod in motu proprio subsecuto Papa testetur, se viuæ vocis oraculo commisisse causam Cardinali, ad referendum, quia non dicit, se id fecisse cum causæ auocatione, prout postea enim in dicto motu proprio auocat, & ita respondetur ad actum transportationis actorum factũ de partium cõsensu penes Cardinalem, quia hoc erat necessarium, vt ipse posset capere saltem extraiudicialẽ informationem, non autem ad effectum, vt causa censeretur tunc temporis auocata, quod patet, quia non obstante transportatione, vtraque pars testes induxit, & examinauit coram Dario.

Altera nullitas ob minoritatem Sigismundi fuit similiter per Dominos reiecta, nam omissa disputatione, an valerent gesta per maiorem ad eius fauorem, de qua Dd. in l. non ideo minus. C. de procurat. Bald. in l. si curatorem. C. de in integr. restit. min. cum videatur obstare patris oppositio, ex deductis in decisione Chirogæ, quamuis responderi possit, oppositionem non suffragari, ex quo non fuit in singulis actis, neque in isto examine repetita, quod tamen erat necessarium, iuxta decis. Mohed. 44. Hoc inquam omisso, dictum fuit, non probari minorem ætatem Sigismundi, de anno 1536. quia aut deducitur ex datione curatoris, & illa probat † tantum in præiudicium illius, ad cuius instantiam fuit datus curator: Salicet. in l. minorem. in pen. q. de in integ. restit. min. Alex. consil. 25. cum seq. lib. 1. Dec. consi. 549. nu. 4. Iacob. de Sengio. in l. de ætate. num. 12. de minor. & fuit decisum in causa Sartionatensi, 28. Ian. 1585. coram D. N. Præterea cũ fuerit datus de anno 1534. non concludit fuisse minorem anno 1536. cum similis † in ijs, quæ tractu temporis mutantur. l. spadonem. §. qui absolutus. de excus. tut. & probatio minoris ætatis incumbit ei, qui

se in

6 se in ea fundat, † ad subuertendum examen. Aot Ranponi nituotur ex dictis testium, & illi minus probāt, iuxta Bart. doct. quam communiter sequuntur Dd. in d. l. minor. Caputaq. dec. 167. & 285. lib. 1. Aut deduci-
7 tur † minoritas ex eo, quod non fuerit nominatus in testamento, de anno 1511. & non concludit, cum vsq; ad annum 36. intercedant anni 25. Obiter quoque dixerunt Domini, nullitatem ex recusatione Interpretis non probari, & ideo conclusum examen sustineri, maximè cum istę nullitates opponantur post lapsum tanti temporis, & post commissionem præfixionis termini, ad docendum de nullitate. Cassad. 4. oum. 5. de dilat. cum alijs.

LVDOVISII.

Romana, Vineæ, Lun. 2. April. 1601.

ARGVMENTVM.

Venditio pignoris non præsente pecunia facta, nulla est.

SVMMARIA.

1 *Pignoris venditio non præsente pecunia facta, nulla est. & 3.*
2 *Verbum, oportet, arbitrium Iudicis excludit.*
4 *A mandato hominis, ad mādatum legis rectè arguitur.*

DECISIO L.

Domini non dubitarunt venditionem & delibera-
1 tionem pignoris à Iudice factam non † præsente pecunia, esse nullam, cum hoc sæpius in Rota fuisset firmatum, & præsertim in Tiburtina Castri Sambuci, 27. Ian. 1578. coram Sanctiss. & in Fauensi, seu Imolensi Bonorum, 25. Iunij, 1593. coram Reu. P. D. Litta, & in alia Perusina, dotis, 1. Iulij, coram Reuer. P. D. Penia. Cū enim in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. iūctis ibi traditis, per Dd. caueatur, quod præsente pecunia ad huiusmodi venditionem deueniri debeat, alias aufeatur res ab emptore, perinde ac si venditio facta non esset, necessario dicendum, venditionem sine interuentu pecuniæ esse nullam, prout arguebatur in tempore, quo ipsa venditio celebratur, præsumitur pro forma inducta, ita, quod eius omissio vitiet ipso iure. Batt. in l. vniuersa. sub num. 5. C. de prec. Imperat. offer. Bald. in rubr. C. de resciod. vendit. nu. 1. Atet. consi. 69. oum. 2. Felyn. in c. cum debita. sub num. 6. vers. quartum signum. de rescript. Nō obstat, quod Bart. in d. §. sed si emptor. velit, hoc esse de consilio, qoia eius dictum communiter non tenetur, & propterea in dicta Tiburtina Rota ab eo recessit ex-
2 pressè, repugnat enim verbis illius tex. dū dicit, oportet res pignori captas, &c. Verbum enim † oportet, excludit arbitrium Iudicis, l. verbum oportere. ff. de verb. sign. & potius inducit necessitatem, glo. in c. 1. in verb. oportet. de præscr. in 6. Franc. in l. oblatio. nu. 4. de lit. contest. eod. lib. & propterea Alex. in d. §. sed si emptor. post nu. 5. & 6. Ang. col. 1. vers. in sexta capiatur. Imol. in vlt. no. Iason sub ou. 5. vers. ratio, quia prima venditio, & alij expressè dicunt, Iudicem nō pos-
3 se † vendere sine præsentia pecuniæ. doctr. Bald. in l. certa ratio. C. quand. prouoc. non est necess. quod vbi lex tradit modum annullandi, non annullatur, non est statim nullum, sed debet cassari & anoollari, non applicatur, quia in §. sed si emptor. non datur modus annullandi venditionem, quia ipsa habetur pro non facta, sed dicitur, quod debet auferri res illi, cui est vendita, perinde ac si vendita non fuisset: nec etiam potest dici contractus aliquis, ex Bald. per Informātes allegato in l. inciuile sub num. 2. C. de rei vend. quia Bald. loquitur in procuratore simpliciter ad vendendum constituto, & propterea secus est in procuratore, qui in mandatis habeat, ne detur præsenti pecunia, dicit Salyc. ibi. post no. 4. vers. primo casu. Rom. sing. 619. Vinc. de Her. in d. §. sed si prætor. no. 11. Soc. iun. consi. 21. sub ou. 1. vers. nec obstat. lib. 3. vnde arguen-
4 do à mandato hominis, † ad mandatum legis ad no. in l. & quia. ff. de iorisdict. omn. iudic. sicuti procurator ad vendendum præsente pecunia, si habendo fidem de pretio, vel aliter sine pecuniæ præsentia vēdat, nulla est venditio, ita in Iudice dicendum, cui sub eadem forma à lege mandatur, vt procedat ad deliberationē pignoris, ex quibus remanet firma conclusio, deliberationem pignoris nō præsente pecunia factam, esse nullam, An autem deliberatio & venditio vineæ, de qua agitur, possit dici facta præsente pecunia, erit particulariter videndum.

SERAPHINI.

Calaguritana, de Focano, 5. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Omissio iuramenti de calumnia, processum nullum reddit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti de calumnia omissio processum reddit nullum.*

DECISIO LI.

Causa iterum super iisdem proposita Domini steterunt in decisis, & ex duabus sententijs, de quarum validitate agitur, censuerunt priorem esse nullā, posteriorem verò validam; Prioris nullitas oritur ex
1 eo, quod petitum est iuramentum calumniæ, † cuius omissio vitiat, & annullat processum, & sententiam, vt sæpius fuit resolutum, quicquid dicat Arat. in l. 2. §. sed quia. & Salyc. C. de iuram. calumn. Maria. in c. ceterum. nu. 10. ext. eod. tit. & ista nullitas attenditur, etiam, quod noo fit ex tribus, quia potius concernit iuramentum, quam processum.

Esina, Restitutionis Dotium, 13. Martij 1600.

Litta.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla an confirmari possit, & an processus omissione iuramenti de calumnia nullus reddatur.

SVMMARIA.

1 *Sententia nulla confirmari potest.*
2 *Fallit.*
3 *Iuramentum de calumnia si petatur, & à parte non præstetur, processum nullum reddit.*

DECISIO LII.

Domini tenuerunt mandatum A. C. quamuis infectum foret, vti nullum esse in primis & aote nimia ad instantiam D. Theodori Galuani reuocādom,
1 ea ratione moti, quia licet sententia † nulla possit confirmari, vbi de iustitia illius constat, Innoc. in c. 1. vbi etiam Dec. in fin. hoc no. de confirm. vtil. vel inutil. Rot. decis. 7. de re iud. in antiq. non tamen procedit d.
2 conclusio, parte † opponente, vt fuit decisum in vna Patauina, decimarum. 4. Iulij 1576. coram D. de Grassis, & in Vercellensi prætensi spolij. 5. Maij 1586. corā nunc Illustrissimo Domino Platto in Perusina nullitatis executionis 26. Martij 1593. coram Reuerend. Patre D. Penia, & in alijs pluribus causis, quas breuitatis causa non refero.
3 Nullitas autem † decreti A. C. est clara, & deducitur ex eo, quod cum pro parte Theodori fuisset corā eo petitum iurari de calumnia, per aduersarium siue alia &c. non fuit præstitum, prout præstari debuit ad validitatem dictæ sententiæ siue decreti. cap. 1. de ior. cal. in 6. Rot. decis. 2. de iur. calum. in antiq. Put. decis. 398. lib. 2. & quod omissio dicti iuramenti, vbi tamen petitum sit ante sententiam, operetur nullitatem ipsius sententiæ, tenuit pluries Rota, & signanter in vna Bononiensi attentatorum. 24. Nouemb. 1588. coram nunc Illustriss. D. Mantica, & in alia Vrbeuetana, iuris visitandi, 18. Decemb. 1598. coram bon. mem. Orano.

PLATI.

Vercellensis, Prætensis Spolij. Lun. 5. Maij 1586.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Sententiam ex defectu citationis nullam reddi.

SVMMARIA.

1 *Commissio facta legato ad successorem an transeat.*
2 *Defectus citationis sententiam reddit nullam.*
3 *Maxime magno temporis interuallo interueniente.*
4 *Sententia nulla parte opponente confirmari non potest.*

DECISIO LIII.

PRoposui dubium, an sententia in partibus lata ad fauorem Marci Antonij Baldi veniret confirmanda vel infirmanda, contra quam obijciebantur duæ nullitates, altera ex defectu iurisdictionis, altera ex defectu citationis. Iurisdictionis quidam, quia cum causa fuisset primo loco cõmissa Octauio à S. Cruce, tunc Nuncio Apostolico, apud Serenissimum Sabaudiæ Ducem, non fuit per eum expedita, sed per eius successorem, videlicet per Illustriss. D. Episcopum Metensis Cathedralis, nũc S. R. Eccles. Cardinalem, & re-1 gulariter commissio † facta legato non transit ad successorem, Gomin c. statutum. sub num. 8. vers. sed concludendo de rescr. in 6. Felyn. in c. quemadmodum. Abbas nu 8. de offic. deleg post Abb. Imol. & alios, & ibid. Dec. num. 63. sed Domini super huiusmodi nullitate non admodum se fundarunt, quia dixerunt, hoc pendere à facultatibus successori concessis, in quibus vt plurimum solet apponi, vt reassumant causas, quæ penderent indecisæ, coram antecessore. Nullitas autẽ 2 ex defectu † citationis visa est releuans, quia in monitione ad audiendam sententiam 6. Septembr. 1581. facta, non solum non est apposita dies, sed nec mensis, nec annus: Verum hæc omnia relicta fuit in albis, & exinde lata fuit sententia die 23. Iun. 1582. quare nulla videtur adesse citatio ad sententiam, maximè 3 stante tanto temporis † interuallo, nam etsi haberet continuationem dierum, tanquam inducens speciem seruitutis non valeret. Cresc. decis. 44. lib. . . . alias 10. de dol. & cont. Put. decis. 152. & 182. lib. 2. nec habita est ratio styli harum partium, quem allegant Informantes, pro D. Baldo, quia non fuit probatus, quib. sic stãtibus, visum fuit superfluum agere de iustitia, vel 4 iniustitia d. sententiæ, cum sententia † nulla parte opponente, non possit confirmari, sed debeat omnino supra nullitate pronunciari, Bald. in l. tale pactum. §. fin. q. 11. ff. de pact. Bart. in l. si vt proponis. in fin. C. quomodo, & quando iudex. Franc. in c. dilecta. num. 25. vers. vlterius. de appellat. Alex. consil. 3. sub num. 4. vol. 5. Aym. consil. 270 circa finem. vers. posito. & fuit tentum in vna Patauina coram Reuerend. Patre D. de Grassis, 4. Iulij 1576.

PAMPHILII.

Asculana, Dotis, Lun. 3. Iun. 1599.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuratorium in iudicio realiter exhibendum esse; vbi & discutitur, quietatio solutionis dotium quando sit facienda.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratoris in iudicio realiter exhiberi debet, maxime stante protestatione aduersarij, vt nemo audiatur, nisi de legitimo mandato doceat.*
2 *Literis missiuis mandatum procuratorium etiam probari potest.*
3 *Suspicio antidata in literis ex post facto non tollitur.*
4 *Quietatio super solutione dotis quando facienda.*

DECISIO LIV.

FVit decisum sententiam A. C. esse nullam, ex defectu mandati illius Lælij, qui sentẽtiam obtinuit, stante enim partis protestatione, quod nemo audire-1 tur, nisi docto de mandato, non sufficit, quod † verè esset procurator, sed necessaria erat exhibitio mandati, in actis causæ, Bald. in l. 1. in 2. lect. num. 3. ff. de procurat. & in consil. 122. num. 1. lib. 3. Alex. consil. 146. circa fin. lib. 5. Guidobon. decis. 129. & sæpius tenuit Rota in pluribus causis, & ita non obstat, quod dictũ mandatum extaret in actis alterius Notarij eiusdem Tribunalis, quia Notarij A. C. habent rogitos instrumentorum, & acta separata, & vnus non se ingerit in negotijs, & causis alterius, & ideo exhibitio est facienda in actis Notarij actuarij causæ, & alibi facta, non iuuat, vt fuit resolutum in causa Romana census, 4. Decemb. 1595. coram me: Et hoc modo respondetur 2 etiam ad literas † missiuas, quæ licet probent mandatum in iudicio, tamen non fuerunt exhibitæ, nisi post sententiam, vltra quod in eis militat suspicio an-3 tidatæ ad validandum sententiam, quæ ex † post facto ratificari nõ potest. Rota dec. 1. de procurat. in antiq. Cassad. 4. super regul.

Dicebant tamen Domini sententiam istam esse iustam, stante promissione dotis, per Marcellum facta Petro Angelo, cui non obstat exceptio non adimplementi quietationis faciendæ per Claridam eius vxorem de bonis paternis & maternis, quia ista quietatio 4 † erat facienda præcedente solutione dotis, vel saltem in ipso actu solutionis, & antea non fuit in mora. Bald. in l. 1. nu. 2. C. de vsur. & fruct. leg. Soc. consi. vlt. nu. 3. lib. 3. Ruin. consil. 46. nu. 8. vol. 1. Bero. cons. 200. in fin. lib. 1. & consil. 136. num. 3. lib. 11. maximè quod Clarida nunquam recusauit, prout nec etiam hodie recusat facere iustam quietationem, sed offert separatam renunciare transmisso ad hunc effectum speciali mandato in persona mariti: Quod prætenditur in contractu dotis, vt innominato, fuisse locum pœnitentiæ, visum est Dominis, nullius esse momenti, postquam matrimonium ab anno 1575. citra est effectuatum, & res non est amplius integra.

LITTÆ.

Romana, Census. 28. Iun. 1598.

ARGVMENTVM.

Nullitates quædam in casu deducuntur, ex quibus patet, censu nullo declarato, etiam sententiam super eo latam, nullam esse, & acta pendente lite, ex capite attentatorum esse reuocanda, vt & testamentum prius per posterius tolli docetur.

SVMMARIA.

1 *Census vbi nullus est declaratus, etiam sententia super eo lata corruit.*
2 *Pro herede se gerens, probare debet, se esse heredem.*
3 *Factum pendente lite tam pro nullo, quam attentato iudicari debet.*

DECISIO LV.

DOmini informantibus solis heredibus, q. Equitis de Perbenedictis, tenuerũt, pro nullitate executionis, de qua in dubio, & quamuis plures nullitates adducerentur per informantes, attamen inter ceteras tres tantum, tanquam magis claras delegerunt Domini pro fundamento decisionis. Prima est, quia fuit actum executiuè, cum tamen non posset, stante quod 1 per sententiam Bracelli, fuerat declaratus † census nullus, & ita per consequens, fuerat vulnerata ipsa obligatio Cameralis, cuius vigore agebatur, & tenuit Rota in vna Romana census. 27. Iun. 1580. coram bon. memor. Cantuccio, in Firmana pensionis, 14. Decemb. 1592. coram Reuer. P. D. Mellino, & in alijs pluribus causis.

Secunda est, quia cum mãdatum fuit relaxandum, ad fauorem Isabellæ, & mortua non potuit exequi ad instantiam Lupani hæredis prætensi, nisi prius eo 2 verificato, quod verè esset † illius heres. l. cum ignorat. vbi Bart. C. qui accus. idẽ Bar. in l. falsus tutor. C. quando tutores. cum alijs per Menoch. de adipisc. possess. rem. 3. nu. 164. maximè obstante etiã, quod Iuba hæres vera d. Isabella fuerat admissa ad causam, & vbi

talis

talis prætendebat testamentum primum d. Isabellæ, in quo Lupanus erat institutus hæres, fuisse reuocatum per secundũ, in quo ipsa instituta erat, & vlterius protestata fuerat, nihil fieri in iudicio, ad instantiam Lupani, nisi ipsa citata, & tamen ex resolutione processus, constat, quod esequutio, subhastatio, & deliberatio fuit facta, D. Iulia non citata, ad decis. Put. 242. lib. 2. & Afflict. 358.

3 Tertia est, quia fuit facta † pendẽte lite, inter præd. partes, quo fit, vt non tantum nulla iudicari debeat, sed etiam attentata. c. non solum. de appell. in 6. cum alijs hic allegatis per Informantes.

PEREGRINI.

Cesenatensis, de Cacciaguenis, Lun. 9. Martij 1598.

ARGVMENTVM.

Mandatum, de quo in themate, ex nomine attentatorum, esse reuocandum, & quibus de causis.

SVMMARIA.

1 *In obligatione Camerali, quacunque appellatione non obstante, ad executionem proceditur.*
2 *Via ordinaria processus vbi obseruatur, locus est appellationi.*
3 *Sententia libello conformis esse debet.*
4 *Vigore facultatum Tribunalis Basilicæ S. Petri si proceditur, appellatio locum non habet.*
5 *Hæreditate paterna priuatus debita hæreditaria persoluere non tenetur. & nu. 6.*
7 *Legitima ab omni onere libera esse debet.*

DECISIO LVI.

Mandatum relaxatũ ad fauorem Comitis Christophori Cacciagueni, cum omnibus inde sequutis, tanquam attentatum, fore reuocandum Domini vnanimiter censuerunt, ex regula c. non solũ. de appell. in 6. nec obstare visum fuit, quod actum fue-
1 rit via executiua † obligationis Cameralis, & quod propterea non obstante quacunque appellatione, & pẽdente termino ad appellandum, executio fieri potuisset. Salyc. ad form. Cam. c. quæstionum. de liquid. nu. 18. & 20. in pacticula de processu, quia fuit dictũ, non viam executiuam, sed ordinariam fuisse intentatam, vt apparet ex lectura sententiæ, qua non fuit relaxata executio, sed declaratum, Com. teneri & obligatum esse ad dandum, & restituendum, quo casu
2 † admittitur appellatio, ad quod optimè faciunt tradita per Imol. in l. fin. num. 4. vers. iusta prædicta. ff. à quibus appell. non licet, & ita vidi semper in Signatura obseruari, stante enim dicta sententia, condemnatus amplius non audiretur, super repetitione soluti, nec iuuaret vulgatum illud, solue, & repete, cum dicta sententia pariat condemnato perpetuum præiudicium, quod quidem non facit iudicium executiuum. Imol. in l. fi. nu. 5. in prin. ff. à quib. appell. non licet, & quoniam replicabatur, imò fuisse actum executiuè, licet in sententia reperiatur aliter pronunciatum, fuit dictum, hoc stante, sententiam esse notorie, & ipso iu-
3 re nullam, vt libello non † conformem, Bald. in l. 1. col. 2. cum oppono. & in fin. C. si plures vna sententia condemnati sunt. l. fin. C. de fideicommiss. liber. Alex. consil. 171. vol. 2. in fin. lib. 6. latè tradit Vantius de nullitat. ex defectu proc. num. 96. & 97.

Nec fuit habitum in consideratione, quod fuerit
4 processum vigore facultatum † Tribunalis Basilicæ S. Petri, & sic appellatione remota, cum d. clausula non operetur, stante notoria iniustitia, gl. in c. ex conquest. vers. post appell. de restit. spol. vbi omnes: Abb. in c. pastoralis. nu. 14. de appell. Alex. consil. 67. lib. 6. Dec. consil. 49. Verall. decis. 33. par. 1. Cæs. de Graffis decis. 147. num. 8. Iniustitia autem manifesta deducebatur, quia eadem die, videlicet in alia schedula idem Iudex pronunciauit Cacciaguenum priuandum fore hæreditate paterna, prout illum priuauit, vnde postea non
5 erat condemnandus † ad debita hæreditaria persol-
6 uenda. Si enim † priuatus est honoribus dicitur etiã priuatus oneribus hæreditarijs, alias diceretur bonis proprijs priuatus, quod quidem testator non disposuit, neque occasione legitimè sibi in sentent. reseruatæ, ad dicta opera tenebatur, quia liberam ab omni
7 onere eam debebat † habere. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. videlicet, quod in Signatura in causa de Magdalenis, & Boiardis, multi ex DD. Referendarijs, ex quibus vnus ego fui, tenuerunt facultates respicientes solum causas super bonis ad Canonicos, & Beneficiatos, vti tales spectantibus, & propterea causa appellationis fuit commissa in Rota coram Orano, & certo modo proprio interpretãdo, alias sequerentur infinita absurda, & illud præcipuè, quod infimi officiales d. Ecclesiæ, qui gaudent ijsdem priuilegijs, quibus Canonici ipsi, essent magis priuilegiati, quam Illustriss. sacri Collegij Cardinales, & quidem ponderando motum proprium Sisti Quinti, qui dictas facultates concessit, hoc manifestissime videtur allegari, licet verè super dicta interpretatione nihil Domini firmarent, quia ex alijs firmari potuit, mandatum, cum omnib. inde sequutis, iure reuocandum.

PEREGRINI.

Eadem 5. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Eiusdem cum superiore est argumenti, accessere tamen nonnulla alia, quæ discutiuntur.

SVMMARIA.

1 *Obligatione Camerali vulnerata, via executiua locum non habet.*
2 *Intellectus clausulæ commissionis, quod procedere ad executionem obligationis Cameralis, pro fructibus censuus decursis, & non solutis.*
3 *Hæredem se dicens se qualitatem illam probare tenetur.*
4 *In executiuis etiam legitimatio personarum, & citatio partis necessaria est.*
5 *Procurator Domini facto suo conditionem meliorem reddere potest non deteriorem.*
6 *Ad renunciandum speciale mandatum requiritur, cum expressione iuris renunciandi.*

DECISIO LVII.

Domini steterunt in resolutis, sub die 28. Iunij anni præteriti, & præsertim fundamento, quod
1 non potuerit executiuè procedi, stante, quod † obligatio Cameralis fuit vulnerata, per sententiam Brunelli, vt latius dicitur in dicta decisione.

Nec Dominis placuerunt deducta per informãtes, pro Rentijs, quod sequitur obligatio Cameralis non dicitur vulnerata, vbi pro validitate contractus, cui cohæret obligatio ipsa, plures sententiæ latæ sint, & tandem vna fetatur, qua dictæ sententiæ reuocentur, & contractus ipse nullus declaretur, sed duntaxat, vbi per primam sententiam contractus cohæret obligatio declaratur nulla, siquidem hæc distinctio iure non probatur, & negati cum veritate non potest dictum vulnus, quia aut ista sententia Bracelli reuocatoria præcedentium, & quæ censum ipsum nullum, & inexequibilem declarat, fecit transitum in iudicatum, & hoc casu vulnus lethale remanet, cum talis posterior sententia percutiat censum, & sentent. canonicatorias illius, per prius datas faciat, quod vt dici solet, de nigro album. Aut fuit suspensa per appellationem, prout verè suspensa fuit, & vulnus remanet, sed verè in pendente, donec tollatur per contrariam sententiam, vel lethale efficitur, confirmatione posterioris sententiæ. Vnde interim non potuit exequutiuè procedi cum causa semel effecta appellabilis, duret appellabilis, & appellatione pendente nihil fit innouandum, vulg. tur.

Neq

Nec clausula illa, de qua in Commissione d. appellationis, *quod* † *procederet ad exequutionem obligationis Cameralis, pro fructibus census decursis, & non solutis, &c.* quicquã facit stantibus illis verbis subsequentibus, *quatenus de iure exequendum esset, &c.* quæ illam restringit ad terminos iuris, secundum quos exequi non debet, ex supradict.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum decisionis deductum ex non legitimatione personæ Lupanis, & ex defectu citationis Iuliæ Capocephalæ, quia cum Lupanus se faceret † hæredem Isabellæ, & peteret exequi mandatum, alias relaxatum, ad fauorẽ D. Isabellæ, & Iulia verè hæres illius vigore secundi testamenti, & admissa in iudicio, prædicto, se opposuisset, negando illum talem esse, qualem se facit, & protestatur, &c. tenebatur Lupanus inprimis, & ante omnia iustificare illam qualitatem hæredis, nec ad ulteriora procedere poterat, maximè non citata Iulia, ex deductis in d. decisione.

Quibus non obstat, quod executiuẽ procederetur, quia vt dictum est, non poterat procedi executiuè vltra quod etiam in executiuis necessaria est † legitimatio personarum, & partis citatio, vt respectu d. legitimationis post alios testatur de cõmuni, & tenet Dec. l. fin. nu. 47. C. de edict. Diui Adr. toll. & respectu dictæ citationis prob. tex. in l. 1. ibi si cœperit ex sententia conueniri. C. de iur. & fact. ignor. & ex pluribus tenet Afin. in sua prax. p. 1. §. 31. c. 40.

Non obstat, quod Eques de Perbenedictis fuerit in quolibet actu dicti Iudicij citatus, quia cum hodie de Perbenedictis non tantũ veniant vt hæredes Equitis, sed etiam vti cessionarij D. Iuliæ, non prohibentur vti vtriusque, & sic etiam exceptione, qua ipsamet Iulia vti posset, Aym. conf. 116. in fin. conf. 198. num. 8. Dec. conf. 247. in fin. & Paris. conf. 12. nu. 27. lib. 4.

Et ad deducta circa cautionem petitam per procuratorem Equitis de Perbenedictis, fuit responsum, ex ea non posse inferri ad renũciationem nullitatis subhastationis, de qua agitur, Et quæ ipsa petitione longe præcesserat, tam defectu potestatis ipsius procuratoris qui facto suo conditionem † Domini meliorem, non autem deteriorem facere potest, l. si quis mihi. §. sed si mandauerit. ff. de acquir. hæred. cum alijs per Crescẽ. dec. 8. & 9. de renunciat. in impress. tum quia ad renunciandum requiratur speciale † mandatum, cum expressione Iuris renunciandi, Rol. conf. 10. num. 18. lib. 1. Put. dec. 100. nu. 1. lib. 7. tum etiam quia deducta circa huiusmodi cautionem nõ applicantur respectu Iuliæ, quæ illam non petijt, nec ei aliquo modo consensit. Vnde cum hodie Domini de Perbenedictis non tantum veniant vti hæredes d. Equitis, sed etiam vti cessionarij D. Iuliæ, iure merito non prohibentur dare de nullitate dictæ subhastationis, & altorũ, quæ subsequuta sunt ex supradictis, & alijs hic latius deductis per Informantes.

PENIÆ.

Romanæ, Pecuniaria, 21. Octob. 1598.

ARGVMENTVM.

Sententia super censu in casu lata, ob defectum citationis & iniustitiæ nulla est.

SVMMARIA.

1. *Procurator an vi clausula, cum libera, & quod posset facere omnia, quæ Dominus, si præsens esset, facere possit, actum Domino præiudicialem, aut pœnalem facere possit.*
2. *In criminali causa citatio principali fieri debet.*
3. *Probatio ex publico instrumento desumpta, dicitur probatio probata, & veritas apparens.*
4. *Vt contra instrumentum iudicetur, concludentissima probatio requiritur.*
5. *Testes qui contra instrumentum suscipiuntur, omni exceptione maiores esse debent.*
6. *Testes in causa criminali absque partis citatione examinati, probationem non faciunt. Ratio nu. 8.*
7. *Imò nec indicium.*
9. *Ex partitarum libris etiam probari potest integra pecuniarum solutio.*
10. *Vt & libris mercantilibus, in quibus quis creditor summa quæsita est scriptus.*

DECISIO LVIII.

TRansmiserat Steph. Garbannus Nobilis Genuensis Bononiam notabilem pecuniarum summã ad Dominos de Scappis mercatores Bononiens. vt emerent sibi annuos census, Scappi die 17. Febr. 1593. opera Ioann. Andreæ sui Institoris ab Antonio Spontano Ciue Bononiensi iuxta mandatum receptum emerũt annuum cẽsum 300. scut. auri, in auro impositum super nonnullis bonis ipsius stabilib. pretio scut. 4000. auri in auro, cui venditioni tanquam principalis, principaliter & in solidum accessit Valerius Fatianinus, indeq; fuit confectum publicum instrumentum, continens omnes qualitates, pro validitate census requisitas, iuxta formam constitutionis Pij V. Papæ.

Anno 1596. Antonio Spontano decocto, Valer. Fatianinus coram Auditore Torioni Curiæ criminalis Bononiensis, querela contra Antonium Spontonum, & quod super rebus alteri obligatis, & hypothecatis censum imposuisset, & contra Stephanum principalẽ, & Ioann. Andream Institorem, & quod contractus cẽsus fuisset initus absq; numeratione reali ab eodem Auditore procedente per Edictum, seu affixionem ad valuas, vigore depositionis duorum testium pro informatione Curiæ examinatorum, super non numeratione pecuniarum, sententiam fauorabilem reportauit, qua continebatur condemnatio contra prædictum Antonium, iuxta tenorem querelæ, & contra Stephanum declaratio prætensi census inualidi, & feneratitij, ob non numerationem pecuniarum.

Causa per appellationem in Rota introducta dubitaui: An prædicta sententia esset confirmanda, vel reuocanda, & Rota vna tantum parte informante, ex capite nullitatis, & iniustitiæ, nemine discrepante, reuocari censuit.

Nullitas erat clara ex defectu iurisdictionis, & citationis, nam respectu Stephani principalis, qui pecunias transmiserat, nullum crimen aderat, cum non dedisset mandatum ad creandum censum contra formã Bullæ Pij V. vel aliter delinquendi, l. si procurator. vbi Bar. ff. de cond. indeb. Alex. conf. 32. num. 7. & conf. 33. nu. 6. lib. 2. & consil. 83. nu. 4. lib. 5. quod procedit, quãuis in mandato adesset clausula *cum libera*, & clausula, *quod procurator posset facere omnia, quæ Dominus, si præsens esset, facere posset*, † ex ijs enim non censetur data potestas faciendi aliquem actum Domino pœnalem, aut præiudicialem. Grat. conf. 99. nu. 1. lib. 1.

Defectus citationis erat etiã patens, quia fuit processum contra Stephanum principalem per edictum, & tamen prima citatio † principali fieri debuit in causa præsertim criminali. Pau. de Cast. in l. seruum quoque. §. publicè, nu. 12. ff. de procurat. Cassad. decis. 2. de dol. & contum. nu. 3.

Nec sanabatur iste defectus vigore statuti Bononiensis sancientis delinquentes posse per contradictas citari, quoniam vt mox dicetur, nullum Stephani delictum fuerat legitimè probatum, & consequenter non potuit Iudex criminalis, contra ipsum sententiam ferre super census nullitate, l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic.

Iniustitia sententiæ erat manifesta ex defectu probationis, nam cum super isto contractu census esset formatum publicum instrumentum, cum omnib. solemnitatibus requisitis, & Notarius de eo rogatus testificaretur,

ſtificaretur, de numeratione integri pretij, coram eo, & teſtibus inſtrumẽtarijs facta, & conſeqnẽter adeſſet probatio † probata, & veritas apparens, reſultans ex d. publico inſtrumento. Bal. in l. Imperator. ff. de ſtat. homin. nu. 10. Gram. deciſ. 45. onm. 9. Crauet. conſ. 31. nu. fin. ad iudicandum contra d. inſtrumentũ concludentiſſima probatio requirebatur, probata ſaltem per teſtes † idoneos, qui ſufficiunt ad probandũ inſtrumentum, vt cenſuit Rota in cauſa Parmenſi, ſtatus, die 5. Iun. 1596. coram Reu. P. D. Seraphino, vbi fuit reprobata ſentẽtia Philippi Probi, ad Ioan. Monacum, in c. 1. nu. 11. lib. 6. aſſerentis tales † teſtes debere eſſe omni exceptione maiores, nã in hac cauſa duo illi teſtes, neq; idonei dici poterant, nam præter exceptiones quas patiebantur; cum eſſent examinati ex Iudicis officio in cauſa criminali ſine partis citatione, nullum † faciebant probationis gradum. Bart. in l. fin. in fin. ff. de quæſt. Boſſ. in tit. de delinquente, num. 6. Abb. in c. graue. num. 9. de præbend. Rota in vna Ciuitatis Caſtelli Bonorum de Vitellis, die 7. Decembr. coram Reuerend. Patre D. Seraphino, imò † neque aliquod ex eorum atteſtationibus oriebatur indicium, Rota in voa Tullenſi, Simoniæ, die vltim. Ianuar. & die 21. April. 1597. corã Reuer. Patre D. Orano, opus enim erat hoc caſu citare partem, & † exquirere, an vellet habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, alias repetendi erant, vt fidem facerent, Rota in vna Romana, de Rambiolettis, die 24. Maij 1591. coram Illuſtriſſimo D. Mantica tunc Rotæ Auditore.

Præterea ex partitis librorum DD. de Scappis, colligebatur, venditorem cenſus recepiſſe pecunias ſub eodem die, quo fuit celebratus contractus, & die ſequenti † eas ad bancum reportaſſe, & poſtea integrum pretium fuiſſe ſolutum diuerſis creditoribus venditoris, quemadmodum creditor mandauerat.

Vlterius etiam apparebat, Antonium Spontanum d. cenſus venditorem, fuiſſe io d. literis mercantilibus ſcriptum creditorem tantæ ſummæ, quanta fuerat † cenſus pretium, ex quibus quoq; aliũde, quam ex tenore d. inſtrumeoti conſtabat venditorem cenſus habuiſſe effectualiter integrum pretium,

Vnde, quamuis totius pretij numeratio oon apparuiſſet, aut probata non fuiſſet facta in ipſo contractu realis tamen dicebatur interfuiſſe numeratio per depoſitum pecuniarum in bancho, maxime cum venditor fuerit contentus depoſito, & mercator ipſum creditorem in partitis conſtituerit, ex ijs enim numeratio ſolutio ſufficienter inducebatur. Iaſ. in l. qui in aliena. nu. 41. & ſeq. ff. de acq. hæred. Soc. Iun. conſ. 12. nu. 13. lib. 4. & conſ. 39. nu. 53. in fin. lib. 3.

Ex hac etiam tam apparente veritate arguebatur iniuſtitia ſenteotiæ.

LVDOVICI I.

Fulginatenſis, Nullitatis Executionis, Venet. 30. Mart. 1601.

ARGVMENTVM.

Contra tertium interuenientem via executiua procedi non debet, maximè ſtante proteſtatione per ipſum facta.

SVMMARIA.

1 *Via executiua contra tertium interuenientem locum non habet.*
2 *Stante maximè proteſtatione per eum interpoſita.*

DECISIO LIX.

FVit conclusum ſenteotiam A.C. eſſe confirmandã. Iuſtè enim reuocauit executionem factam contra Petrotios, contra quos vti † tertios, non potuit procedi, via executiua. Aret. conſ. 88. in fin. Alex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ſub nu. 28. verſ. & hoc bene facit. ff. de re iud. Gall. ad form. Cam. 2. p. q. 2. nu. 3. & fuit deciſum in vna Romana computorũ. 18. Martij 1594. corã Reu. Patre D. meo Mellino. Præſertim, † quia proteſtati fuerũt, ne exequutio fieret in bonis, per ipſum poſſeſſis ſecundum cautelam, de qua per Ang. in d. §. ſi ſuper rebus. nu. 1. & Caſtr. num. 2. propter qoam proteſtationem taoto magis reddebatur nulla exequutio poſt facta. Bal. in l. ob meritorũ, verſ. quare ne quid pendente proteſtatione. C. ne vxor pro mar. Alex. in d. § nu. 9. verſ. additis quod Bald. & Iaſ. nu. 9. ad fin. Coler. p. 2. c. 3. nu. 252.

Nec obſtat decretum de exequẽdo, niſi ipſi de Perrotijs docuiſſent de eorum titulo, quia fuit notoriè iniuſtum, ex quo enim ipſi poſſidebant, incumbebat volentibus facere executionem, de iure ſui debitoris ſuper dictis bonis oſtendere. Bald. & alij in d. l. ob meritorum. Bart. in d. §. ſi ſuper rebus, nu. 4. Ang. ad fin. Pau. de Caſt. nu. 8. Alex. nu. 9. Iaſ. num. 9. Pau. de Caſt. conſi. 143. ſub nu. 3. verſ. & ſi quæritur.

GYPSII I.

Auximana, Tutelæ, Vener. 24. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Computatio terminorum à Iudice ad ſubhaſtationem, & deliberationem tenutæ bonorum datorum, quomodo inſtituenda.

SVMMARIA.

1 *Subhaſtatio & deliberatio bonorum facta intra terminum a Iudice aſſignatum, nulla eſt.*
2 *Monitorium ad reluendum bona ſubhaſtata emanatum a die executa executionis computandum.*
3 *Dictio A. in materia reluitionis aſſignata excluſiuè ſtat.*
4 *Dies cœptus pro completo habetur.*
5 *Dictio infra extrema ſua includit.*
6 *Iudex nulliter procedens ſpoliare dicitur.*

DECISIO LX.

DOmini concluſerunt, vna parte tantum informante, † ſubhaſtationem & deliberationem tenutæ bonotum, de quibus agitur, eſſe nullas, quoniã factæ fuerunt durante termino 15. dierum, ad reloendum..... & poſſeſſoribus à Iudice dato, cuius officiũ quieſcebat, donec tempus dilationis effluxerit, l. ſiue pars. C. de dilat. cap. ſignificante, de appellat. Rot. deciſ. 30. eodem titulo in ant. cum alijs congeſtis per Gabr. de dilat. conſ. 1.

Quod autem pẽdente huiuſmodi dilatione ad ſubhaſtandum, & ad deliberandum, deuentum fuerit, negari non poteſt, ſiquidem monitorium, ad reluendum tenutam, & bona infra dictum tempus, à die exequutionis exequutæ † computãdum fuit 21. Auguſt. 1584. & tria bandimenta ex diſpoſitione Conſtitutionis Marchiæ emanarunt 30. eiuſdem menſis, prima, & tertia Septembr. & ſucceſſiuè die 4. bona plus offerenti deliberata extiterunt, ad hanc enim deliberationem deueniri non poterat, niſi tota die 5. immediatè ſequenti exacta, quoniam termious currere incipiebat die 21. Auguſt. cum † hęc dictio A. regulariter, maximè in hac materia, ſtet excluſiuè, gloſ. cap. ſtatuta. verbo numerando, ante fin. & ibi DD. de præb. in 6. Tiraquell. de retr. con. §. 1. gloſ. 11. num. 51. & fuit deciſum coram bonæ memoriæ Reuerend. Patre D. Lauretano, in vna Tiraſonenſi Canonicatus, 21. Aprilis, 1538. præter id, quod ad omne..... 7. Septembr. ſub qua vt dictom eſt, bona fuerunt deliberata, comprehendebatur in dicto termino 15. dierum. Nec releuat quod dies † cœptus pro completo habeatur, ad no. l. 1. ff. ſi quis caut. Doct. poſt gloſ. l. qua ætate, de teſtam. quoniam non procedit in odioſis, gl. Dd. & alij l. 3. §. minorem. verb. momentum, iuxta fin. de min. & voluit Rota, in d. cauſa Tiraſonenſi Canonicatus, præſertim, quia io caſu propoſito dict. terminum in accuſatiuo poſuit, quo fit, vt tempus completum requiratur. Bald. l. ſi annos. de cond. & demonſt. & l. ſi cui legetur, 2. oppo. vbi Alex. num. 2. Iaſ. nu. 13. de leg. 1. &

dictio

5 dictio † *infra* includit sua extrema.l.1.§.1.vbi Bart. & alij.de off.præf.vib.

Stante igitur dicta nullitate, Bartholom.& alij donatarij veniunt redintegrandi ad pristinã eorum pos-
6 sessionem, quia Iudex † nulliter procedendo spoliat.c. ex insinuatione.de procur.c.cum quæ tenet. de cõstit. spol.cum vti priuatus procedere censeatur, Aym.consil.140. nu.3. & fuit resolutum in vna Tiburtina Castri Sambuci,de anno 1578.coram Sanct.Domin.Nostr.& coram D.meo Decano.in vna Romana,domus, 6.Iun.præsent,

Et eo magis DD.in hanc venerũt sententiam, quia ex resolutionibus in hac causa vltimo loco factis, apparet,d.executionẽ prorsus iniustam esse, cum Bernhard, tutor.non solùm pro neglectis, & omissis, non teneatur, ad scut.9000. sed potius remaneat creditor d.tutelæ,seu Equitus Francisci Minori.

BRAVI.

Romana, Nullitatis Subhastationis,30. Octobr.1597.

ARGVMENTVM.

Deficiente legitimo mandato, acta non subsistunt.

SVMMARIA.

1 *Quæ iuris regulis saluari possunt, processum irritum non faciunt.*
2 *Defectus citationis per comparitionem citati tollitur.*
3 *Defectus mandati processum nullum reddit.*

DECISIO LXI.

PRoposita causa nullitatis subhastationis circa dubium, An decretum D. Pinelli, stantibus hinc inde deductis sit confirmandum, vel reuocandum Domini dixerunt confirmandum, & sic pro nullitate subhastationis, pro qua parte licet deducantur pro parte D. Paridis Philippensis ad irritandam subhastationem, quę Dominis non placebat, cum possint iuris regulis
1 excusari, prout est defectus citationis, qui † satis sanatur comparitione subsequuta, ex his, quæ tradunt informantes per D.Claudium, minusq; placebat caput
2 illud nullitatis quod † mandatũ executiuum à Reuerendiss. Maceratensi,& executio fuerit prosequuta coram A.C. quia defectus iste non subsistit stantibus facultatibus A.C. concessis, de quibus Dominis erat satis consiti. Placuit tamen caput illud nullitatis ex de-
3 fectu mandati, quæ nullitas † non excusat, licet de eo hodie constet stante protestatione facta die 6. April. 1573. pro parte Paridis, vt nemo econtrario comparens audiatur, nisi docto de legitimo mandato, quo casu cum fuerit oppositum de mandato, licet de eo hodie constet,non conualidantur gesta,vt bene deducit Bal.consil.122.num.1.versic. sed in hac allegatione non insisto, volum.3.& Aym.consil.108. & est decisio Guid.129. & fuit tentum anno præterito, coram D. Robusterio, in vna Gerundensi, & rursus coram eodem in alia Romana artis fumariæ, & ita cessant quæ adducuntur pro parte D.Claudij,quæ procedunt, nõ obstante illa protestatione. Placuit tamen illud caput nullitatis deliberationis, quia oblatio 1475. scut. fuit facta 18. Iul. 1574. Et in ea dicitur, quod non erat alius maior oblator. Et decretum mandati ad deliberandum fuit datum per Iudicem 5. Octobr. eiusdem anni,pro summa scut.1500. quæ oblatio reperitur facta 12.Octobr.eiusdem anni,& sic post 17.dies, mandati relaxati,non valuit, cum de ea, tanquam de non existente, Iudex non potuerit iudicare.

BRAVI.

In eadem 5. Nouembr.1577.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est cum superiore, argumenti.

SVMMARIVM.

1 *Verba secundum naturam actus, cui apponuntur, sunt interpretanda.*

DECISIO LXII.

CIrca mandatum de deliberando domum, Domini dixerunt, satis comprehendere oblationem scutorũ 1500. ex verbis in eo expressis, nisi infra mensem, quæ ad talem oblationem subsequutum referenda fuit, siquidem intra d.tempus designatum à iudice fuit facta,& ita d.verba DD.susceperunt,cum iux-
1 ta naturam † actus, de quo agebatur, sint interpretanda.l.miles ad fotorem.l.cũ pater.§.donatum.de leg.2. l.si vno.ff.locati.l.in leg.ff.eod.Alex.consil.202.nu.38. Sylu,consil.3,num.5.

ALDOBRANDINI.

Tiburtina,Castri Sambuci,20.Decemb.1577.

ARGVMENTVM.

Subhastatio & deliberatio absque præsenti pecunia facta, nulla est, & possessionem arripiens sine ea,spolium committere dicitur.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio absque præsenti pecunia facta, pro non facta habetur.*
2 *Precium rei cursu temporis augeri præsumitur.*

DECISIO LXIII.

DOmini inclinabant subhastationem & deliberationem factam 4.Septembr.1527.Zambeccarij, plus offerentis non fuisse talem, vt possit eum excusare à spolio, cum enim fructus, in quibus fuerunt condemnati Maria,& Antonia de Anticchio liquidati fuissent ad instantiam Mariæ della Scarpa, ad ducat. 3630.& pro illis facta fuisset prædicta subhastatio, in qua plus offerens fuit D. Iacobus Zambeccarius, qui obtulit ducat.4000. Hinc sequitur secũdum Doctor. quod non potest dici deliberationem præfatum habuisse effectum,cum pretium, vt dictum est, ab initio solutum non fuit, & consequenter bene videtur pronunciasse Sarpen.3.Iulij 1531.contra Iacobum, dicentem ipsum spoliasse has mulieres, ex quo reperiebatur in possessione ante solutum pretium, quo pretio
1 nõ soluto habetur deliberatio † pro non facta.l.à Diuo Pio.§.sed si emptor. ff. de re iudic.

Nec potuit prædicta deliberatio cõualidari, ex decreto Crescentij, facto de anno 1535. quia tale decretum ex triplici capite fuit notoriè, secundum ita tenentes,iniustum.

Primum, quia cum inter deliberationem & depositum factum à Iacobo Zambeccario intercessissent
2 11.anni, tanto tempore verisimile fuit † pretium auctum. Grauatæ igitur fuerunt istæ mulieres de Anticchio dãdo castrum pro eo pretio,quod repertum fuerat in 10.annis ante. Nec potest fieri fundamentum super commissione præsentata bon.mem. Crescentio, in qua dicitur, quod inhærendo prædictæ oblationi, bona consignentur Alphonsinæ filiæ, & hæredi Mariæ della Scarpa, pro concurrenti quantitate sui crediti, quia Signatura respondet in ea commissione. Placet de legitima executione, ergo non videtur fuisse hæc exequutio,de qua pars fuit grauata.

Secundum caput fuit,quia cum Maria & Alphonsina toto hoc tempore percepissent fructus,illi veniebant computandi in sortem, & nihilominus mandatur Alphonsinæ solui totam summam sui crediti.

Tertium caput est, quia Iacobus non deposuit totã summam,& cum dubium tẽdat, vt videatur: An detur appellatio à sententia Reuerendiss.D.Cottæ, quæ non potest dari ratione iniustitiæ, nisi ea sit notoria, hæc non videtur talis,cum hæc subhastatio & deliberatio patiatur has difficultates.

ALDOBRANDINI.

Eadem 14.Martij 1578.

C ARGV-

ARGVMENTVM.

Eiusdem sententiæ & tenoris cum superiore, cuius pars est, esse deprehenditur.

SVMMARIVM.

1 *Iuri suo renunciare videtur, qui à sententia contra se lata, vel non appellat, vel nihil opponit.*

DECISIO LXIV.

FVit resolutum D. Paridem sibi præiudicasse, quoad domum, de qua agitur, & pretium pro quo fuit deliberata, quia licet appellauerit à decreto de consignandis pignoribus, & fuerit repositus ea ratione, postea ista repositio fuit reuocata ad instantiam D. Claudij: Debuit enim appellare ab intimatione facta 8. Octobr. 1574. dum citatus ad videndum deliberari, nisi infra mēsem, & cum nihil † opposuerit, neque appellauerit, videtur iuri suo renunciasse, & etiam iuri prioritatis respectu domus. arg. l. si eo tempore, C. de remiss. pign. Bald. consi. 25. num. 2. lib. 1. quod bene ostendit Oldrad. cōs. 3. nu. 8. neque repetitio iutium, & verba generalia contra, &c. possunt inducere istum effectum, quia illa repositio fuit facta ad alium finē, vt deducitur pro parte Claudij. Item, quia multum ante decretum deliberationis domus, de qua agitur, à qua declaratione nihil dictum fuit, pro parte Paridis, sed post multos menses fuit reclamatum.

BRAVI.

Anconitana, Terrarum 24. Nouemb. 1598.

ARGVMENTVM.

Non obseruatis terminis substantialibus, & mandato procuratorio, citati neq; deficiente, processus redditur nullus.

SVMMARIA.

1 *Termini substantiales omnino obseruandi sunt. Fallit, si per contradictas agitur. num. 4.*
2 *Dilatio data a iudice reuocari potest.*
3 *Per hanc termini substantiales tolluntur.*
5 *Defectus mādati procuratorij processum nullum reddit.*
6 *Idem obtinet, si citatio deficiat.*

DECISIO LXV.

PRoposita causa Anconitana Terrarum, Domini tenuerunt sententiam esse nullam ex pluribus sequentibus.

Primò ex defectu iurisdictionis, quia termini substantiales, quos die 12. Iulij cœpit Iudex seruare, non 1 repetiūtur seruati, † prout fieri debebat, & ita corruit potestas, vt bene per Ægid. decis. 27. & 160. Cassad. decis. 2. de iud. & 8. de rescr. nu. 7. Rut. decis. 22. p. 18. & ex alijs deductis, per Vant. tit. de nullit. ex defect. pro. nu. 59. & pendente ista dilatione Iudex non potuit pronuntiare, arg. l. siue pars. C. de dilat. c. significante. de appellat. vbi bene Franc. nu. 11. cap. alleg. 2. & 81. Anchar. conf. 26. lib. 2.

2 Et licet hæc dilatio † possit per Iudicem reuocari, vt no. per Bald. in d. l. siue pars. nu. 4. Ant. in d. c. significante. nu. 13. Cassad. decis. 9. nu. 2. de appell. tamen hic 3 non adest reuocatio, & si adesset, † termini substantiales non essent seruati, & reiterationem nō intrat, quia non adest commissio, cum Innocētiana solum habeat locum in Rota.

Non obstat, quod termini substantiales non erant 4 necessario seruandi, quia procedebatur per † contradictas, vt dicitur pro parte Monasterij, quia Reuerendiss. Episcopum dicebant Domini esse extra omnem dubitationem, non potuisse procedi per Auditorem Contradictarum, stante acceptatione protestationis, qui omnino citādus erat, & firmatur de acceptatione protestationis, quæ fuit data Dominis, cum in ea dicatur, quod comparuit Ascanius Bonaellus, vnà cū D. Ioan. Baptista Cunaeom, &c. influūt in orationem præcedentem, cum ipse Ioan. Baptista videatur etiam comparuisse, aliter superflua esset illa adnotatio, cum Ascanius esset procurator Francisci tantum & non Aeneæ, & actus esset pro duobus explicatus, pro Francisco & Aenea necesse est, quod vnus & alter dicātur pro Francisco, & Aenea comparoisse.

Placuit etiam Dominis, quod sententia sit nulla ex 5 defectu mādati † procuratoris fratrum quia vera est in iure concessio, quod procurator generalis totius ordinis, non potest pro vno conuentu comparere, vt per Fastol. dub. 23. Dec. consil. 61. num. 3. arg. l. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Rom. consi. 400. nu. 5. & 436. & num. 5.

Neque obstat mandatum generalis, qoia placuit responsio data pro parte D. Aeneæ, quod illius vigore procurator, qui obtinuit, sententiam, non fuit substitutus.

Ex quibus etiam tertiā nullitatem Domini collige 6 bant, ratione † citationis, & mandati respectu Aeneæ, quia cum adesset in actis procurator, acceptans, non potuit procedere per contradictas, vt dictum est, & mandatum procuratoris durabat, in causa restitutionis, vt per Cassad. decis. 2. de procurator.

SERAPHINI.

Auximana, Dotis, Vener. 5. Maij. 1581. (1587.)

ARGVMENTVM.

Obseruatio terminorum substantialium in tantum necessaria est, vt ijs non seruatis, processus reddatur nullus.

SVMMARIA.

1 *Sententia an pendente dilatione ferri possit.*
2 *Termini nulliter facti reiterari possunt, & num. 3.*
4 *Lis calumniosa attentata non inducit.*

DECISIO LXVI.

FVit resolutum pro validitate sententiæ, non obstantibus nullitatibus allegatis.

Prima enim quæ deducitur ex eo, quod pendente 1 dilatione † fuit lata sententia, cum penderent termini substātiales. Fuerūt enim seruati 17. Iunij 1581. & sententia lata 4. Iulij. l. siue pars. C. de dilat. nō placuit Do- 2 minis, ex quo A. C. habet facultatem † reiterandi terminos etiam malè & nulliter tentos, sub vnica citatione, & sufficit de stylo Palatij, quod à die introductionis causæ, vsq; ad diem latæ sententiæ intercedāt tot audientiæ, vt potuerint seruari termini, quia licet postea inordinatè ac nulliter seruētur per reiteratio- 3 nem † sanantur huiusmodi defectus, nec commissio alterauit iurisdictionem ordinariam ipsius A.C. Fely. in c. cum ex officio. nu. 19. de præscript. & c. licet. in princ. de offic. ordin.

Secunda nullitas, quæ deducitur ratione pendentiæ iudicij super attentatis, pendet à negotio principali, An scilicet hoc casu esset locus constitutioni, ita quod potuerit procedi executiuè, nam si potuit pro- 4 cedi, nulla sunt attentata, & † lis calumniosa non inducit attentata. Bisigoet. decis. 2. de rer. permut. Cassad. vt lit. pendent. nu. 3. Sarn. de Anoali. q. 49. in fin.

DE GRASSIS.

Rauenatensis, Prædij, seu Bonorum. Lun. 7. Martij 1578.

ARGVMENTVM.

Sententia intra terminum, & dilationem præstitutam lata, nulla est.

SVMMARIVM.

1 *Pendente termino dato ad articulandum, sententia non rectè fertur.*

DECISIO LXVII.

SEntentia, de qoa in puncto, lata fuit spacio 10. dierum, vel 11. tantum. Nam commissio non fuit præsentata iudici, nisi die 25. Iun. & sententia lata fuit 5. Iulij immediatè sequenti. Vnde oō placuit Dominis, & di-

& dixerunt eam etiam esse nullam, & notoriè iniustam.

1 Nullitas secunda colligitur, cum quia est † lata pẽdente termino ad articulandum, quia erat 15. dierũ, & ita pendente dilatione l. siue pars. C. de dilat. tum quia à dicta die, quod vt dixi spacium est 10. vel 11. dierum commissioni, vsque ad diem sententiæ, nõ intercedit tantum tempus vt potuerint seruari termini substantiales. &c. Cetera desiderantur.

ROBVSTERII.

Romana de Iustinis Grani, Merc. 4. Nou. 1573.

ARGVMENTVM.

Materia confessionis debiti, hic proponitur, & an eius vigore, & quatenus ad executionem procedi possit, vbi & de compensatione agitur.

SVMMARIA.

1 *Sententia conditionalis an executioni mandanda.*
2 *An vigore confessionis debiti ad executionem deueniendum.*
3 *Confessio in maiori summa, an & in minori sustineatur.*
4 *Confessio certæ summæ, si in parte vitiata fuerit, tota corruit.*
5 *Idem in pensione obtinet.*
6 *Exceptio compensationis an confessioni factæ obstet.*
7 *Et quid quo ad hoc inter mercatores, & nu. 8.*
9 *Ad compensationem inducendam extraiudicialis confessio sufficit.*
10 *Compensatio non opposita, executionem non impedit.*

DECISIO LXIX.

In ista disputatione fuit præsuppositum sine veri præiudicio, quod sententia sit iusta, & quo ad primum caput.

An vigore sententiæ possit procedi ad exequutionem, Domini fuerunt concordes, quod non, quia est
1 conditionalis, † & capitula sunt connexa, & non possunt diuidi, vt per informantes, Felyn. in c. si duobus. col. 1. cir. princ. de appellat. & Rot. deci. 365. in Nouis. l. in hoc iudic. ff. fam. ercisc. & ibi Bal. Bar. l. 1. de re iudic. latè Fely. in cap. cum inter. col. 3. ad fin. vers. fallit primò. de re iudicata. vbi declarat, quando dicatur vnum capitulum, vel plura.

Quo verò ad secundum caput, an vigore confessio-
2 nis debiti possit † ad exequutionem deueniri, fuerunt excitatæ plures difficultates. An appellatio impedierit illius exequutionem propter implicitam liquidationem, quã dicebatur, fuisse necessariam, sed in hoc aliqui dicebant; quod appellatio deuoluit regulariter, sed non suspendit, vt per Moder. de oblig. Camer. in varijs locis. Fuit etiam dubitatum per aliquos, an
3 † Confessio facta in maiori summa sustineatur in minori, vel potius sit indiuidua, & corruat in torũ, quia moderni allegant de for. Cam. loquitur in censuris, quæ regulariter sunt indiuiduæ, nihilominus replicabant aliqui, quod confessio non sustineatur, quia sententia lata super certa summa, quæ si est nulla, in maiori summa, tum non sustinetur in aliquo. Put. lib. 1. decis. 327. manuscr. & 323. impress. & confessio certæ summæ continet quoddam integrale, cõtinens certam
4 speciem, quæ vitiata in aliquo † tota corruit, vt per Doct. in l. 1. §. si stipulanti. de verb. oblig. Ideo consti-
5 tutio † pensionis 200. ducat. si est nulla in vna parte, tota corruit, vt in Cæsaraugustana, coram D. Grato, ann. 1564. vel 65. & creditor non potest partem petere nec debitor partem debiti offerre, Ias. post alios in l. quidam existimauerũt. ff. si cert. petat. nu. 1. & col. 3. in gl. mag. num. 8. & fuit etiam dictum, quod quando quis confitetur se debitorem in aliqua summa, si
6 executioni opponitur exceptio † compensationis ista exceptio compensationis nõ inualidat confessionem, nec illi cõtradicit ex Pau. de Cast. & alijs allegat. Pau. de Cast. d. l. eius. C. de compensat. Bar. in l. si cum dos. ff. rerum amot. Bal. in l. si constat. C. de compensat. imò præsupponit, & fatetur dubium, Bart. Aret. & alij per Dec. in l. non videtur rem amittere. nu. 4. de reg. Iur.
7 Paul. in cap. nemo, nu. 9. de elect. lib. 6. præsertim † inter mercatores, qui constituunt debitorem, & creditorem. Imol. in l. 1. colum. fin. de solut. & procedunt
8 † per viam compensationis, & non solutionis, sed extinctionis debiti, Alex. cons. 85. col. 1. vers. 3. Rim. cõsi. 35. vers. 14. in..... An verò in casu nostro ista compensatio induxit extinctionem debiti, an cõfessionem, vel non, dixerunt Domini esse aduertendum ad pactum de instrumento, an sit facultatum, vel præcisum, & ad commissionem, de qua in extractu coram A. C. f. 29. An ex illis appareat de aliqua compensatione opposita, quia secundum aliquos sufficit extraiudicialis de-
9 claratio, † ad inducendum compensationem, vt tenet Bar. in l. verum. C. de cõpensat. & licet Salic. ibi. nu. 3. dubitet de doctr. Bart. tamen aliqui ex Dd. comprobant doctrinam Bart. Zandet. de compensat. art. q. 6. 66. vbi dicit, quod cum Bart. fuit iudicatum, vt ex Ias. allegato in §. bona fide. Instit. de act. Item ex can. de..., Instrum. q. 26. nu. 20. & etiam ex eo, quod quando exceptio est in ventre instrumenti, non est opponenda, Zendel. d. art. 6. q. 17. & 67. Aliqui etiam ex Dd. considerabant, esse animaduertendum, an debita & computa sint exacta, in extinctione debiti, quia tunc intraret dictum Negus. in memotabil. allatum, in tract. de pignor. alioquin intraret quod d. appellatione compen-
10 sationis, quod nõ opposita compensatio non † impediri executionẽ debiti quoque distinctio io illud te-cidit, cũ suppradictis & sic videbantur DD. concordes, quod nisi appareat de sufficienti oppositione & cõputatione ante confessionẽ debiti dicta cõfessio erat valida, & illius vigore posset procedi ad executionem.

Non obstat, quod sententia illa valuerat, quia dicebatur quod imò non, sed mandat excomputari, & sic noluerunt nisi exequutionem in parte computandam. Poterit igitur dubitari, an constet de sufficienti oppositione compensationis, ante confessionem debiti, vt d. confessio fuit falsa, vel erronea saltem parte.

Maioricensis, Canonicatus, Lun. 4. & 18. Febr. 1591.

ARGVMENTVM.

Sententia vti lata à iudice non visis actis probatorijs, an sustineatur, & quid si in transportando ea, negligens sit, aut processus primæ instantiæ non sit integer.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata non visis actis probatorijs, nulla est.*
2 *Fallit.*
3 *Dispositio Concilij Tridentini de transportatione actorum coram iudice a quo, ad iudicem appellationis integrè facienda, & nu. 4.*

DECISIO LXX.

Aduersus sentẽtiam Rotalem, duæ potissimum nullitates opponebantur, quarum altera in eo versatur, quod ante probationem dictæ sententiæ, non fuerunt transportata nulla acta, coram iudice subdelegato, facta pro liquidatione fructuum cum altera quod processus primæ instantiæ A. C. non erat integer.

Quod attinet ad primam nullitatem Domini concluserunt pro validitate sententiæ, nam licet regulari-
1 ter sententia † non visis actis probatorijs sit nulla, tan quam sine cognitione causæ lata. l. propter andum. §. & si quid. vbi Bart. C. de iudic. Idem Bart. in l. 2. C. de edend. & ibi Alex. nu. 8. & sequent. Cagn. nu. 68. vers. sed oppositum. Dd. in l. qui iussit. ff. de re iudic. Fely. qui articulum discussit, de magis communi testatur in capit. Ecclesia S. Mariæ. numero 17. de constitution.
2 & nihilominus hoc non procedit, quando † vna pars

produxerit suas probationes, & altera fuit admodum negligens in transportãdo, quo casu iudex super productis pronunciare potest. Alex. vbi supra, nu. 6. Rim. nu. 12. vers. limit. & in fin. Cag. nu. 7. Fel. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, in 1. limitat. no. 18.

Negligentia verò ex parte Ioan. qui distulit per tot menses suas probationes, coram Iudice suo delegato exhibere, clarè patet ex deductione per Menoch.

Nec refragatur, quod saltem requirebatur monitio Iudicis ante sententiam, vt animaduertit Cagn. post alios quos citat d. nu. 70 & seqq. quoniam termini substantiales pluries reiterati pro huiusmodi monitione, ac iussu iudicis sufficere videntur, quando quidem respiciunt defensionem rei, ac causæ cognitionẽ, vt per Modern. de nullit. ex defectu procur. num. 59.

3 Non obstat † decretum Concilij Tridentini, sess. 24. 25. §. præterea de reformatione, quia loquitur in causa appellationis, & sic quãdo à Iudice à quo, ad iudicem ad quem omnia acta erant transmittenda, non autem quando vna partium eidem met iudici non exhibet aliqua acta, de mandato ipsius coram subdelegato facta, ideo casus iste, tanquam omissus remanet in iuris communis dispositione, l. commodissimè. de liber. & posth. cum concord.

Circa verò aliam nullitatem, Domini dixerunt esse

4 locum † dispositioni Concilij Tridentini, à qua recedere non licet, vt pluries fuit per Dominos resolutũ, vt patet ex decisionibus per Informãtes citatis, & consequenter ex isto secundo capite resoluerunt sententiam vt nullam, esse reuocandam.

DE GRASSIS.

Paduana, Decimarum, Mercur. 4. Iul. 1576.

ARGVMENTVM.

Defectus citationis sententiam nullam reddit, & hinc etiam secunda super primam hanc lata, corruit.

SVMMARIA.

1 *Ex citationis defectu sententia corruit.*
2 *Sententia prima annihilata, etiam secunda in altera instantia deficit; Maxime si principaliter deducta ibi sit nullitas.*
3 *In tantum vt confirmari tunc sententia nulla non possit.*
4 *Ab iniustitia ad nullitatem ville infertur.*
5 *Iniustitia notoria nullitati æquiparatur.*
6 *Spoliatus quando non restituatur.*

DECISIO LXX.

NVllitas ex defectu iurisdictionis non placuit, quia sumus in ipso Episcopo litigante, & agente, vnde in eius causa visus est competens Iudex Nuncius Apostolicus.

1 Defectus autem citationis † ad sententiam, visus est releuans, & nullitatem claram inferens, quatenus non fuit seruatus terminus, nec per actorem accusata contumacia partis, non comparentis, qui defectus operatur, quod citatio dicatur circumducta, & sic sententia redditur nulla sine citatione. Alex. in l. si finita. §. Iulianus, nu. 24. ff. de damn. infect. Ias. in l. properandum. §. & si quid. nu. 7. de iud. Rom. cons. 454. nu. 13. Tiraq. de retract. lign. §. 15. gloss. 2. sub num. 9. vers. & idem cum pars aduersa.

Stante ergo nullitate præfatæ sententiæ, secunda

2 etiam † redditur nulla, cum enim coram secundo Iudice fuerit principaliter intentata nullitas, non debuit secundus iudex primam confirmare, ac confirmando fecit iniustitiam. Bar. in l. si vt proponis, in sio. C. quomodo & quando Iud. Bal. in l. tale pactum. § qui vocatur, in fin. ff. de pact. Franc. in cap. dilecto. num. 25. col. 10 vers. sicul. vlterius aduerte. de appellation. Alexand. consil. 111. sub nu. 4. versicul. secus, quando esset non solum appellatum, sed etiam de nullitate dictum, volum. 5. ex Inn. & Bar. vt per eum, vt tũc sententia nulla

3 confirmari non possit, iniustitia † autem notoria ex actis facit nullitatem, Pet. 103. ou. 9. & 11. in 4. cũ vulg.

Placebat etiam alia nullitas, nempè quod de dominio constitit, vt propterea non potuit pronunciari in possessorio, quod tamen in suo loco erit bene discutiendum, & firmandum. Et licet hoc caput videatur potius percutere iniustitiam, quam nullitatem sen-

4 tentiæ, tamen infertur † etiam ad nullitatem, quia

5 hoc modo iniustitia esset † notoria, quæ æquiparatur nullitati, vt dixi. Quæ nullitas comprobatur per aliquos Dominos, nam si etiam suspenso petitorio quando ex probationibus antea factis cõstat de bono iure,

6 vltimus † spoliatus non restituitur. Ægid. decis. 404. cum seqq. nisi, vt dicit Ægid. aliqualiter reddantur dubiæ probationes, ergo idem in casu proposito, quod tamen caput, & alia super iniustitia sententiarum fuerunt reseruata per Dominos, si quid releuans pro parte Episcopi deducatur, fuit tamen resolutum intrare nullitatem ex d. capite circumductæ citationis.

Et licet D. Episcopus obtinuerit Commissionem sanatoriam, tamen in ea explicitè excipiuntur nullitates ex tribus & dum legerent Domini verba d. commissionis, dixerunt nullitatem præfatam non esse sanatam, imò eam in specie exceptam, quia, vt dixi, iste est defectus citationis ad sententiam.

LANCELLOTTI.

Calagurritana, Decimatum de Acopa, Ven. 11. Octob.

ARGVMENTVM.

Examen testium ob defectum iurisdictionis corruit.

SVMMARIA.

1 *Defectus iurisdictionis examen testium nullum reddit.*
2 *Prorogatio terminorum fatalium petenda, non obstante disputatione dubiorum.*

DECISIO LXXI.

1 COnclusum, pro nullitate examinis dictorum 4. testium propter defectum † iurisdictionis, quia non fuerunt prorogata fatalia, Fely. in c. cùm ter monasterij nu. 33. vers. 3. tempora. de re iud. cum alijs adductis, & quod acta facta non probant.

Non obstat pendentia remissoriæ, quæ cum fuerit obtenta per beneficiatos, non possunt in illa se fundare. iux. decis. Cassad. 9. de appell. vt per Franc. in c.

2 ex ratione. col. 7. vers. circa tex. de appell. non † releuat etiam impedimentum, propter disputationes dubiorũ, quia nõ propterea minus quis excusatur à petitione prorogationis fatalium: propterea dempto tempore remissoriæ, & renuncij, etiã adhuc vacuum remaneat tempus, vt hic per informantes.

DE GRASSIS.

Hispalensis, Pensionis 200. Ven. 4. Nouemb. 1575.

ARGVMENTVM.

Defectus Iurisdictionis sententiam nullam reddit.

SVMMARIA.

1 *Citatio iuxta stylum iudicij facta, valida est.*
2 *Suspensio iudicij petitorij inter easdem non diuersas personas procedit.*
3 *Clausula ob non paritionem, petitorium continet.*
4 *Agenti iudicio possessorio, per progressum in petitorio non præiudicatur. & 5.*

DECISIO LXXII.

FVit dictum, nullitatem ex defectu citationis non esse considerabilem, tum quia citatio (ad modum) sufficit, Rot. de dol. & contum. decis. 8. in antiq. in pr. eod. tit. in Nouis. cũ maximè dicta citatio est se-

1 cundum styluo, † cum fuerit facta in acie campi Floræ, & ad domum secundum solitum, & licet relatio non adsit per vnum cursorẽ, dictũ est, sufficere, quod adsit

adsit per duos, & visa est Dominis hæc obiectio multum leuis.

Altera nullitas ex defectu mandati pariter non placuit, nam imò clausulæ mandati è contrario ponderatæ, visæ sunt sufficientes, & placuit allegata decisio Ægid. 5. quam sequitur Felyn. in cap. sedes. colum. 10. versic. considera. 4. de rescript. Rota decision. 375. in Nouis.

Alia nullitas ex defectu iurisdictionis, quia esset suspensum petitorium, coram A. C. pariter non placuit, quia suspensio petitorij procederet in eodem iu-2 dicio & inter † easdem personas, non inter diuersas: suspensio ergo facta inter Dominicum & Alphõsum non præiudicabit in alio iudicio Dominico, aut Didaco, cum maximè Didacus noua persona nouam etiam cõmissionem iactationum obtinuit, etsi etiam possit dici, non esse nouum iudicium, quod ex parte non placebat, tamen videbatur per Dominos esse recessum à dicta suspensione petitorij per ipsum Dominicum pensionarium, quatenus ipse obtinuerat ab A. C. post dictam suspensionem petitorij declinatorium contra Alphõsum, ob non paritionem literarum, quæ 3 clausula *ob † non paritionem* continet petitorium cap. ratio nulla. de præbendis. Vnde facto eiusdem D. petentis d. suspensio est sublata, & ista nullitas non placebat.

Alia nullitas in d. sententia D. Veralli visa est Dominis considerabilis, ex defectu iurisdictionis, nempe, quia commissio Didaci fuit reformata, vt staret sine retardatione solutionis pensionis, arbitrio Rotæ, quod intelligi debuit, prout de iure, & erat, quod constito de literis & possessione Dominici, quod deberet procedi cum d. clausula, *& manutenendus in sua possessione*, nec debe † præiudicare Dominico, in hoc suo iudi-4 cio, † possessorio, per progressum, & expeditionem in petitorio, sed etiam respondebatur, quia cum præcederent tres sententiæ super nullitate pensionis, super qua consensus erat præstitus, & consequenter cũ constaret de notorio non iure pensionarij, in petitorio.

5 Item pensionarius non erat manutenendus in dicta possessione, quia ageret iudicio retinendæ, obstat exceptio rei iudicatæ in petitorio, de communi. Ripa in §. nihil commune, num. 93. post alios omnes ibi Card. in Clem. vnica. q. 15. cum seqq. de caus. possess. & propr.

Dubitabant tamen Domini, an illæ sententiæ nocerent Dominico pensionario, & an ipse fuit legitimè citatus, in illo iudicio, vt sibi obstet dicta exceptio rei iudicatæ, An magis dicatur res inter alios acta, voluerunt igitur in specie de hoc dubitare, An exceptio rei iudicatæ obstet Dominico, agenti retinendæ, in casu de quo agitur.

BLANCHETTI.

Nucerina, Castri. 6. Iun. 1583.

ARGVMENTVM.

Apparente vitio citationis, & examinis testium processus corruit.

SVMMARIA.

1 *Verba in rescriptis propriè, non impropriè sunt interpretanda.*

2 *Examen testium nullum est, si non apparet testes tactis scripturis iurasse.*

DECISIO LXXIII.

FVit resolutum, iura in processu compulsoriali, quæ egent recognitione, non esse in forma probanda. Primò, quia Illustriss. Cardinalis non fuit citatus in loco, in quo secundum formam literarum compulsorialium citari debebat. c. cum dilecto. de rescript.

Nec obstat, quod Ecclesia S. Benedicti de Gualdo sit Ecclesia maior in d. loco, quia non est Cathedralis, 1 & in rescriptis † verba propriè, non impropriè sunt intelligenda. Adest etiam defectus iuramenti, Nam primo non constat, an Index, vel Notarius, de mandato suo receperit illud, cum fol. 18. mandet recipi testes.

Secundò non apparet, an testes iurauerint tactis 2 scripturis, † cum deficiant ea omnia, quæ ad præsumendum ritè & rectè testes iurasse adesse debent, iuxta tradita per Alex. in rubr. de iureiurand. prop. fin.

MANTICÆ.

Compostellana, Fructuum Metc. rt. Dec. 1591.

ARGVMENTVM.

Testes, qui eodem die, quo facta est citatio ad videndum eos iurare, iuramentum præstiterunt, non probant, maximè, stante in contrarium protestatione partis aduersæ.

SVMMARIA.

1 *Testes pro legitimè examinatis non habentur, qui eodem die, quo facta est citatio ad videndum eos iurare, præstiterunt iuramentum.*

2 *Vigore styli diœcesis Compostellanæ, testes eodẽ quo emanauit citatio die ad eos videndum iurare, præstare possunt iuramentum.*

3 *Non attenditur, stante in contrarium protestatione partis.*

4 *Consuetudo tantam habet potentiam, quantam vsus ei tribuit.*

5 *Consuetudo specialiter in casu de quo agitur, probanda est.*

DECISIO LXXIV.

PLacuit Dominis non esse recedendum à decisione in hac causa facta, die 27. Nouemb. proximè præ-1 teriti, in qua dictum est, † testes non esse legitimè examinatos, cum præstiterint iuramentum eadem die, quo fuit facta citatio ad eos videndum iurare.

Nec obstat stylus diœcesis Compostellanę, qui obijcitur, ex decisione in alia causa Compostellana, iuris patronatus, facta coram Illustrissimo D. Lancelloto, die 24. Nouembr. 1578. quia primum respõsum fuit, 2 stylum inductum † coram iudice ordinario, non habere locum coram iudice delegato, de quo agit Put. decis. 127. lib. 1.

Secundò, quia illa decisio loquitur, de eo stylo, quod citatio facta sine die ad videndum iurare testes, debeat sustineri pro termino probatorio, etsi sit nimiũ prolixus, quia terminus probatorius intelligitur in citatione repetitus, at in casu proposito eodem die, quo fuerunt admissi articuli, factum est decretum de recipienda informatione testium, quod eodem die fuit aduersario intimatum, & simpliciter facta est ad videndum iurare testes, qui & eodem ipso die iurarunt, non obstãte protestatione, quæ fuit facta de nullitate, nisi aduersario assignetur dies, hora, & locus, quia nolebat iuramento testium interesse.

Vnde ille stylus potest habere locum, quando nul-3 la facta fuit † protestatio, diuersum est, si protestatio fuit interposita, vt in casu, quo agitur, quia hoc casu non probatur, nec debet extendi, nam consuetudo 4 tantam † habet potentiam, quantam vsus ei tribuit, & nihil amplius. l. quod verò contra. l. quod non ratione. ff. de leg. Bald. in cap. 1. num. 11. qui feud. dar. poss. & in l. vlt. num. 30. comm. vtriusque iud. Curt. sen. consil. 11. num. 8. Soc. iun. consil. 101. num. 13. & 5 seqq. lib. 2. & ideo consuetudo † etiam debet probari specialiter in casu, de quo agitur, nec sufficit protestatio generalis, Pau. Cast. in consil. 164. ad fio. versic. superest videre. lib. 1. Crau. consi. 46. nu. 4. Purp. consil. 253. nu. 18. vers. 2.

ALDOBRANDINI.

Esina, Bonorum, Lun. 18. Decemb. 1581.

ARGVMENTVM.

Testes intra terminum præfixum examinati, pro nulliter examinatis habentur.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad examinandum testes præfixus, continuus est, non vtilis, & testes extra eum examinati, non probant.*

DECISIO LXXV.

DOmini non obstante constitutione & attestatione duorum Notariorum, steterunt in resolutis. Quicquid enim sit de veritate d. attestationis, examē 1 est † nullum, quia testes iurarūt extra terminum triū dierum, præfixum ad probandum, qui terminus, vti dilatio probatoria, dicitur continuus, & non vtilis. Mar. de ordin. iud. par. 6. tit. de dilat. num. 18. quo fit, vt nihil referat, quod intra illos tres dies inciderit festum Annunciationis Beatissimæ Virginis, quod festum sanatur per constitutionem, vt iam fuit resolutum.

PLATI.

Syracusana, 1596.

ARGVMENTVM.

Exceptio de mandato in quolibet actu iudiciario reiteranda est.

SVMMARIA.

1 *Exceptio de mandato in quolibet actu repetenda venit.*
2 *Maximè in termino solutionis sententiæ.*

DECISIO LXXVI.

1 NOn sufficit semel fuisse appositum † de mandato, sed debet opponi in quolibet actu, & præsertim in actu solutionis sententiæ, quia aliter per pro-2 cessum iudicij † factum ad vlteriora illi oppositioni censetur renunciatum, Ioan. de Anan. consil. 93. col. 2. circa princ. & ita conclusum.

BINDARI.

Romana bonorum, Vener. 15. Mart. 1572.

ARGVMENTVM.

Iniusta sententia est si ex actis probatorijs iustitia illius non appareat, & hinc executioni non mandanda.

SVMMARIA.

1 *Sententia iustitia ex probationibus elucescit.*
2 *Iniustitia sententiæ nullitati æquiparatur, proinde non exequenda.*

DECISIO LXXVII.

1 SEntentia dicitur notoriè iniusta, si ex † actis probatorijs non constet de illius iustitia, quæ æquipara-2 tur † nullitati, & non exequenda, reiecta decis. Afflict. 28. & ita alias fuit tentum reiecta d. decisione, vt attestatur Prosper de S. Cruce, decis. 179. & hoc fuit decisum per Dominos, in vna Portugallensi, pecuniaria, coram Reuer. Patre D. Robusterio, Vener. 20. Octob. 1564. & in vna Mondonensi Canonicatus & præbend. coram Aldobrandino, die Lun. 31. Ian. eiusdem anni 1564. & fuit decisum, quod Domini nō tenent, quod iudex potuerit informare animum suum extra actū, imò tenent, quod negligentia sufficienter probetur ex actis. Ideo resoluerunt, quod cum in illa causa non cōstaret ex inspectione actorum, de quadam re, quod dicebatur constare de notoria iniustitia ad effectum impediendi exequutionem, vt tradit Franc. in c. dilecto. §. 4. col. 42. vers. dummodo sit talis, de appellat. Felyn. in c. inter cęteras. in vlt. col. de re iudicat.

SERAPHINI.

Auximana, Dotis, 19. Nouembr. 1574.

ARGVMENTVM.

Sententiam ex capite iniustitia maximè impugnari & nullam reddi, etiam lapsu fatalium non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia sententiam euertit, etsi fatalia elapsa sint.*

DECISIO LXXVIII.

1 FVit decisum sententiam impugnari posse ex capite iniustitiæ, quatenus adsit, non † obstante lapsu fatalium, quia causæ iniustitiæ est principaliter commissa, Franc. in c. dilecto. q. 18. de appell. Ruyn. consil. 114. lib. 4. & hoc maximè procedit, quādo vbi iam de iniustitia, vel nullitate constare dicitur, vtpote ex ijsdem actis, Achill. de commiss. nu. 14. sed etiam ex capite restitutionis in integrum, posset agi, enim iniustitia sit iusta causa restituendi, ideo ordinarunt, vt informarunt super negotio principali.

PAMPHILII.

Romana, Expensarum, Culturæ, 29. April. 1591.

ARGVMENTVM.

Sententiæ duæ conformes in causa liquidationis, in rem iudicatam transeunt: & vi statuti etiam laicos ligare solent.

SVMMARIA.

1 *Duæ sententiæ conformes in materia liquidationis in iudicatum transeunt.*
2 *Statuto vrbis etiam Clerici ligantur.*
3 *Mandatum quandocunque produci potest.*

DECISIO LXXIX.

FVit resolutum procedendum esse ad executionem mandati, per bon. mem. D. Massam contra Abbatem S. Anionij relaxati, pro expensis culturæ factis, per quondam D. Marcum Antonium in casali, de quo agitur, quia cum fuerint liquidatæ per duas senten-1 tias conformes, quæ † in materia liquidationis faciūt rem iudicatam, Bart. in l. ab executore. ff. de appellat. 2 præsertim, stante statuto vrbis, quod ligat † etiam Clericos, vt fuit sæpius resolutum, & per consequens Abbatem, qui dicitur Clericus, in loco Monasterij, Bart. in l. 1. nu. 13. & ibi Alexan. ff. ad.... subintrat promissio Abbatis, qui in adeptione possessionis casalis obligauit se in forma Cameræ, pro refectione istarum expensarum, facta liquidatione, ad notata per Moder. de obligat. Camerali. in tit. de liquidatione.

Neque obstat quod dicitur de nullitate sententiæ 3 ex defectu mandati, quia cum ex † mandato, quod potest quandocunque produci, Rot. dec. 19. de procur. in antiq. Put. decis. 303. lib. 2. constat illum tunc temporis verè fuisse procuratorem, quod in hoc casu sufficit, non obstante protestatione, quia versamur in pupillis, quibus etiam ad validandas sententias, datur restitutio in integrum, aduersus negligētiam Procuratoris, non exhibendo mandatum, vt fuit resolutum in Romana artis Fumariæ. 7. Febr. 1555. coram D. Orolensi.

PLATI.

Syracusana, Ven. 20. Iun. 1586.

ARGVMENTVM.

Causa in canonizatione priuilegiorum ordinum, semel commissa & introducta super possessorio, mutari, vt super petitorio agatur, non potest: vbi & de defectu mandatorum procuratoriorum agitur.

SVMMARIA.

1 *Clausula, quam & quas, in commissione posita, quid operetur.*
2 *Priuilegium si habeat decretum irritans & titulum atque possessionem sufficiens, Iudex super possessorio agere non potest.*
3 *Potestas omnis in collegijs Iesuitica societatis penes Patrem Generalem consistit.*
4 *Mandatum procuratorium an in vltima saltem instantia produci valeat.*

5 Pro-

5 *Protestatione in singulis actibus non repetita, ab ea recessisse pars videtur.*
6 *Ex eo, quod quis aliquem citauit vt procuratorem, personam eius approbasse censetur.*
7 *Procurator an Domino suo praeiudicare possit.*

DECISIO LXXX.

PRoposui dubium, An sententiæ latæ ad fauorem Collegij Syracusani essent confirmandæ, vel infirmandæ, & Domini vnanimiter concluserunt, esse confirmandas, non obstantibus his, quæ contra eas deducebantur. Nam quod primo loco dicebatur, non potuisse illas ferri super canonizatione priuilegiorũ, ex quo causa fuerat commissa, super possessorio, contra quatuor ordines minores, adeo vt collegium veniens ad causam pro suo interesse, non potuerit alterare statum litis, agendo super petitorio, Rot. decis. 12. vers. de tertio. de rescript. in Nouis. Aegid, decis. 448. cum 1 alijs allegatis, tollitur ex clausula, † quam & quas, posita in Cõmissione Sarnen. in regula de infirmis. q. 39. nu. 4. Put. decis. 56. 58. de iud. Peregr. decis. 94.

Nec obstat suspensio petitorij facta per procuratorem Episcopi, quia dicebant Domini, quod ex quo priuilegium fel. record. Gregorij XIII. habet decretum irritans, quod inficit titulum, & possessionem, Iudex 2 non debebat, † nec poterat insistere in iudicio possessorio, vt in proprijs terminis horum priuilegiorum, fuit resolutum coram Reuer. Patre D. Blanchetto die Ven. 14. Maij 1585. præterquam quod fuit reuocata suspensio petitorij ante sententiam, quod fieri potest, cum ex stylo Rotæ non soleat concludi in causa, nisi in actu ferendæ sententiæ.

Dum verò opponebatur mandatum Reuerendissimi Episcopi fuisse limitatum, vt in causis passiuis prima citatio exequeretur, in persona ipsius rei, modo ex facto sublatum fuit, primo quia ipse Reuerendiss. Episcopus non fuit reuocatus ad causam, sed vocauit procuratorem Collegij, vt ex actis apparet, secundo, quia vbi opus fuisset citatione exequuta in personam ipsius, illa etiam adest.

Nec Dominis visa sunt obstare, ea quæ contra mandatum Collegij deducebantur, cum ex priuilegijs Societatis Iesu satis constet, potestatem omnem residere 3 penes Patrem Generalem, † non autem penes Collegium, adeo vt sufficiat mandatum factum ab ipsomet Patre Generali.

Non obstat quod mandatum factum per Patrem Generalẽ in P. Ribera, qui deinde substituit alios pro4 curatores, non fuerit † productum nisi in hac vltima instantia, & propterea omnia acta videntur nulla, stante protestatione, de qua in actis, vt nihil fieret, nisi docto de legitimo mandato, quia ad hoc fuit multipliciter responsum, & duæ responsiones placuerunt Domi5 nis, prima, quod cum † protestatio non fuerit repetita in quolibet actu, iuxt. decis. Seraphin. 74. lib. 2. nec appellatum ab vlteriori processu cẽsetur ab ea recessum, iuxta decis. Mohed. 44. Caputaq. decis. 403. part. 2. Put. decis. 8. de re iudic. & 32. & 35. de iud. Secunda quod sæpius procurator Episcopi citauit D. Lucam Gualterottum vti procuratorem Collegij Syracusani, & sic 6 † eius personam approbauit. Neque huic responsioni 7 obstat, quod dicitur, non potuisse procuratorẽ † præiudicare Episcopo principali suo, nam hoc posset procedere, si Gualterottus verè non fuisset procurator, verũ cum cõstet eum verè fuisse procuratorem, potuit eius persona approbari, nec huiusmodi approbatio & confessio, cum erronea non fuerit, potest reuocari, ad tradita per Bal. in l. edita. in 2. lect. vers. sæpe accidit. C. de edend. Butr. & alij in c. fin. de confess.

Quod verò dicitur, plus continere sententiam Canonizatoriam priuilegiorum, quam contineant ipsa priuilegia, tollitur ex inspectione sententiæ & priuilegiorum quæ sunt amplissima.

ALDOBRANDINI.

Castaginensis, Pensionis, 24. Febr. 1584.

ARGVMENTVM.

Defectu citationis sententia vitiatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio vitium passa processum euertit.*

DECISIO LXXXI.

IN causa Castaginensi Pensionis contra declaratoriam obtentam per Erasmum ab A.C. plures opponebantur nullitates, & omissis ad causam non facientibus: &c.

His itaque reiectis, restrinxerunt hanc difficultatem ad 3. nullitates, ad defectum citationis, eo, quia coram Reuerend. patre D. meo Cantuccio erat productum mandatum in personam Bernardi de Castro, qui acceptauerat, de quo notitiam habebat Erasmus, & nihilominus processum fuerat per Auditorem contradictarum,

VICECOMITIS.

Prænestina, Hæreditatis. Lun. 12. Octob. 1579.

ARGVMENTVM.

In processu summario etiam mandato insufficienti existente, iudex procedere potest.

SVMMARIA.

1 *In processu summario omne ius à principio deductum esse censetur.*
2 *Iudex super incidentibus causa etiam in causa fine pronunciare potest.*

DECISIO LXXXII.

DOmini discussa nullitate contra sententiã de qua agitur opposita, ex capite insufficientis mandati, dixerunt, non esse releuantem, cum enim simus in iu1 dicio summario, omne ius † censetur à principio deductum, & super eo potest Iudex fine aliqua partium specificatione pronunciare, & iustitiam administrare, vt fuit resolutum in illa Romana, ... coram Reueren. Patre D. Aldobrandino, maxime cum iam fuerit commissa super fideicommisso, & Illustriss. D. Iulius excepetit de pacto, ex quo in necessarium antecedens, tacite videtur dotem obtinuisse, cum aliter iuuari non posset.

Præterea, cum dubium non sit, hunc articulum es2 se ex incidentibus causæ, super eo potuit Iudex † pronunciare in fine causæ. Neque obstat, quod allegatur ex decis. Cresc. 212. & ex 95. Soc. 112. in lib. 1. quia respõsiones datæ per D. Quintiliũ placuerunt Dominis.

DE RVBEIS.

Interamnensis, Officij. Lun. 27. Febr. 1576.

ARGVMENTVM.

Mandato deficiente, subhastatio corruit: Idem obtinet appellatione & recusatione Iudicis interposita.

SVMMARIA.

1 *Mandato deficiente, ea quæ per coniunctam personam gesta sunt, quæ ad mandatum se restrinxit, nulla sunt.*
2 *Recusatio Iudicis, & appellatio interposita acta subsecuta nulla reddit.*
3 *Oblatione noua facta, noua etiam intimatio requiritur.*

DECISIO LXXXIII.

DOmini reiectis pluribus nullitatibus, ex deductis pro parte D. Antonij de Rusticis, &c. ....illa reseruatur.

An Regulæ Domini iudicando in forma supplicationis, cum non fuerint productæ, obstet gestis per locumtenentem Reuerendiss. D. Vicarij. Ex tribus dixerunt subhastationem nullam, & per cõsequens, actionem spolij Antonio competere.

1 Primò ex defectu mandati, quod produci debebat, stante protestatione, vt produceretur, 5. Aprilis 1563.
2 & per illius non productionem † non suffragantur, nec

nec possunt sustineri gesta per Valeriom, ex eo, quod sit coniuncta persona, quia restrinxit se ad mandatum. Ias. in l. exigendi. de procurat. num. 9. vers. sexto limita.

Secundò recusationis Iudicis factæ per Hieronymum 21. supradicti mensis, in qua est inserta appellatio, quæ reddit inde sequuta nulla. Achill. decis. 3. de recus.

Tertiò, qoia de nouo veniebat citandus Antonius cum licitatio scut. 711. cuius vigore fuit mandata deliberatio, nisi infra mensem non fuit sortita effectum, & noua oblatio à Valer. fuerit subsequuta, † debebat fieri noua intimatio, nec sufficit referri ad istam, de qua nondum constabat.

Aliqui etiam ex Dominis dicebant, qood oblatio Valerij facta fuit intra termioum datum Antonio, ita intimatum sibi fuit decretum deliberationis die 10. Septembris. & 9. Octobr. Valerius obtulit, quod tempus erat præfixum Antonio ad satisfaciendum, & concordandum, non autem destinandum nouæ subhastattoni.

Non obstat, qood in hniusmodi officijs non detur actio, quia contrarium fuit resolutum io vna Maioricensi, cotam R. P. D. Seraphino.

SERAPHINI.

Romana, Domus. Vener. 1. Febr. 1591.

ARGVMENTVM.

Vendita per procuratorem ex mandato domo, an solum vsus eius & commoditas, num vero etiam proprietas diuendita fuerit.

SVMMARIA.

1. *Domo vendita per procuratorem mulieris, an etiam ius, quod in ea ipsi competebat, venditum censeatur.*
2. *Id quod sub qualitate bonorum stabilium venditur, stabilium iure censetur.*
3. *Stabilium bonorum appellatione non veniunt iura & actiones.*
4. *Vendita domo cum membris & pertinentijs suis, magis ipsa domus, quam ius super ea competens venditum videtur.*
5. *Consensus domini directi in vendenda commoditate domus non est necessarius.*
6. *Actus in continenti post alium factus, ad declarationem actus præcedentis multum conducit.*
7. *Allegans præsentiam eam concludenter probare tenetur.*
8. *Idem in absentiam alicuius allegante obtinet.*
9. *Actu aliquo iudiciali facto in præsentia procuratorum, etiam sequentia verba continuata aliorum actuum, in præsentia eorundem facta præsumuntur.*
10. *Ex quantitate pretij præsumitur qualitas rei vendita.*
11. *Tempus contractus celebrati, non pensionis postea auctæ, inspiciendum in materia venditionis domus.*
12. *Clausula* nullo iure, *quousque ex stylo Rotæ extendatur.*
13. *In sustinenda forma contractus etiam id attendi solet, quod prudens paterfamilias facere solet.*
14. *Vendens rem, eam pleno iure vendere præsumitur.*

DECISIO LXXXIV.

COnstituta fuerat regula ad fauorem Galbiani, quod in venditione domus, de qua agitur, facta per Procuratorem suum, vti Procuratorem Magdalenæ vxoris Victorio Palitto, censebatur † venditum ius tantum, quod ipsa habebat in dicta domo, nempe durante vita sua. l. qui tabernas. de contrah. empt. Cynus & Baldus post glossam io l. 1. C. si pignus pignor, dat. sit. & idem Baldus io rubric. de contrah. empt. Alexand. post alios in l. si domus. §. fin. num. 4. & ibi Iason num. 24. ff. de leg. 1. sed quia in contrarium deducebantur aliquæ coniecturæ, fuit dubitatum, An stantibus dict. coniecturis esset recedendum à dicta regula, & fuit per Dominos conclusum, pro affirmatiua, ex sequentibus coniecturis.

Primò, quia mandatum datum ad vendendum cātat de vendendo bonis stabilibus, & in specie dicta domo, vnde cum voluerit illam vendi † sub illa qualitate bonorum stabilium, satis videtur de re ipsa sensisse, non autem de aliquo iute super ea sibi competente tantum, cum stabilium † appellatione non veniant iura, & actiones, secundum propriam vocabuli significationem, ad notat. per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 7. oum. 9. cum sequent. tamen si sola adesset huiusmodi coniectura, non multum vrgeret, cum de iuribus, & actionibus idem iudicetur, quod de re ipsa, super qua consistunt, vt tradit idem num. 14.

Secundò, quia in effectuationem dicti mandati fuit cessa, & vendita Vittorio de Palittis, domus sub ista forma quandam domum (soleratam) & testatam cum membris, & pertinentijs suis, quæ verba magis ipsam domum denotant, † quam ius super ea competens, vt supra dictum est. Accedunt præterea alia verba, eo, quia pro melioramentis, & pro omni eo, qnod prædictæ Magdalenæ competere posset, super dicta domo, iuribus, & melioramentis quibuscunqoe habeat à D. Victorio, &c. quæ verba videotur continere omnimodam cessionem, & translationem Iuris sui, cum tamen secundum intellectom partis aduersæ, dicendum sit, translatam tantum fuisse commoditatem istius iuris, durante vita ipsius Magdalenæ.

Tertiò, quia in præsenti venditione fuerunt vocati, & adhibiti Cappellani Cappellaniæ ad Altare S. Hieronymi in Ecclesia S. Mariæ Maioris, directorum dominorum pro duabus tertijs partibus dictę domus ad effectum, vt consentirent dictæ venditioni, nec non promisit idem procurator facere consentiri infra triduum D. Bartholomæum de Caprancia Cappellanū Cappellaniæ Visitationis B. Mariæ, in Ecclesia S. Marci, dominum directom, pro alia tertia parte, qui quidem cōsensus erat † omnioo superfluus, si actum fuisset de vendenda tantum commoditate, quæ competebat Magdalenæ, vita durante, vt not. Doctor. in §. finitur. Instit. de vsufr. Sed pro translatione iuris totalis necesse erat adhibere consensum directorum dominorum, l. final. C. de iure emphyteut.

Quartò, & fortius consideratom fuit, quod eodem instanti, loco, Notario, & testibus, quod colligitur ex illa particula, *deinde ijdem Cappellani S. Hieronymi, capitualiter congregati, reseruato beneplacito, & consensu S. Sedis Apostolicæ, locauerunt eidem Victorio supradictam domum, ad tertium genus masculinum, & femininum, filiorum, & nepotum D. Victorij, & in defectu ad nominatum.* Nam ille actus in cootinenti factus multum facit ad declatationem actus † præcedentis, cum nullo modo fieri potuerit, nisi in præcedenti translatum fuisset omne ius in D. Victorium, qnod etat quoquo modo penes ipsam d. Magdalenam, & cum statim antequam deuerterent fratres ad alios actus extraneos, fuit facta hæc cōcessio, apparet præsente procuratore Magdalenæ factam fuisse, cum iste sit quodammodo vnicus actus, propter continuationem, & correspectious vnico contextu explicatus. Bald. in l. petens. num. 14. vers. & ideo. C. de pactis. Aym. consil. 298 num. 13. & 356. nu. 1. & 293. num. 2.

Neque obstat, quod allegans † præsentiam teneatur eam concludenter probare, vt per Aymon. consil. 240. col. 2. vers. sed tamen verios. Ruyn. in rubr. solot. matrim. nu. 300. quia hoc casu satis visum est probare, ex tenore instrumenti, cum dubitari non possit venditionem fuisse factam à procuratore. Vnde potius hic agitur de præsumenda absentia, & discessu à dicto loco; quo casu incumberet onus probandi alleganti † absentiam & discessum, cum semel probata fuerit præsentia, per ea quæ tradit Bald. in l. fin. §. necessitate. in fin. C. de bonis quæ liber. quem citat, & sequitur Tiraquellus in legib. connub. in vers. de sorore Marij, glo. 8. num. 31. & ideo pluries in Rota fuit resolutum,

quod

quod si aliqui actus iudiciales fuerint facti præsenti-
9 bus procuratoribus, etiam deinde sequentia † verba continuata aliorum actuum præsumuntur ipsi facti in præsentia eorundem procuratorum, prout fuit resolutum coram bon. memor. D. Canuccio, in vna Cæsaraugustana, de Lanse, & in vna Conchensi Decimarum, coram Reuer. P. D. meo Blanchetto, & in multis alijs causis.

Quintò fuit consideratum, quod ex quantitate pre-
10 tij facile † arguitur, quid in venditione veniat, Bart. in l. semper in stipulationibus. num. 2. de regul. iuris. Alex. consil. 47. nom. 7. lib. 8. Bologn. consil. 2. num. 21. Pretium autem 300. aureorum, esset nimis excessiuũ, pro habendo reditu tantum cum solutione Gabellæ, & Laudemij. Nam pro domo soluebatur Cappellis canon annuus ducatorum 45. de.... & quamuis postea aucta fuerit pensio domus, tamen illud tempus nõ est
11 attendendum, sed tempus † contractus, maxime si probantur meliorramenta facta, prout per testes probati prætenditur.

12 Sextò non est parui momenti clausula illa, † *nullo Iure, &c.* quæ ex stylo solet extendi, sibi nec suis successoribus de cetero reseruato, sed etiam sine ista reseruatione operatur, quod ostendit lus locationis, sibi non reseruasse, quod tamen si vera esset pensio partis aduersę, non fuisset ab ea cessum, sed commoditas tantum vita durante.

Septimò, cõsiderarunt Domini verisimilitudinem, quod quis velit satis notabilem summam pecuniarum exponere, pro habendo iure, quod ex aliena vita om-
13 nino pendeat, hoc enim non faceret prudens † paterfamilias, qualem fuisse Victorinum est in comperto.

Octauò, facit confessio in libello D. Galbiati, super recessione ex capite lęsionis; quod res implicat conditionem cum resolutione contractus. l. nam etsi sub conditione. §. post defectum aorem. de ioiust. rupt. irrit. testament. l. ad dissoluendum. de disponsat. impub. illud verò proprium, quo mittur limitatio, quæ hic assumitur pro regula, quod emptor fuerit certificatus iuris ad ipsam Magdalenam, pertinentis, non multum visum est vrgens, nam cum hæc regula sit in contra-
14 rium, quod † vendens rem, censetur vendere eam pleno iure. Bald. in l. ex his prædijs. vers. quæro, vtrum vendens. C. de euict. & in Rubr. C. de contrah. empt. quæst. 6. Cæpoll. consil. ciu. 8. num. 12. Alex. consil. 63. num. 10. lib. 8. Ludouic. Bologn. consil. 2. num. 14. Ias. in leg. si domus. §. si fundus. num. 4. de leg. 1. Aretinus consilio 63. num. 6. Aym. conf. 102. num. 2. ab ea nõ est facile recedendum, stantibus tot coniecturis, & quod narratione illa, quod domus esset concessa, ad tertiam generationem, videtur facta ad aliom effectum, nempe, vt sciret emptor rem esse sub dominio Ecclesiæ, & non censeatur venditum dominium directum, quod penes se erat potius, quam ad effectum, vt restringeretur venditio sub tot verbis generalibus, & prægnantibus ad ius finiendum cum ipsius venditricis vita.

Ex quibus omnibus censuerunt Domini, ex supradictis coniecturis, recedendum esse à regula alias in fauorem actoris constituta, in casu isto, de quo agitur.

G Y P S I I.

Romana, Domus, de Palettis, Ven. 5. Martij 1595.

A R G V M E N T V M.

In mandato generali, & in forma Camerali, ad vendendum rem emphyteuticam, cum facultate promittendi de euictione, non rei liberæ, sed vtilis duntaxat dominij valet traditio.

S V M M A R I A.

1 *In generali mandato, id quod illicitum est, non venit.*
2 *Clausulæ in mandato debent intelligi secundũ subiectam materiam, & naturam contractus.*
3 *Coniecturis locus est, vbi ius tertij non læditur.*
4 *Procurator constitutus ad vendendum, non potest sibi ipsi vendere, nisi in mandato id expressum sit.*

D E C I S I O   L X X X V.

Dominus Hieronymus Galbianus de Pontremulo constitutus fuerat procurator à D. Magdalena eius vxore, ad vendendum inter cetera, domum in vrbe existentem, de qua agitur, cum facultate promittendi de euictione, obligando eius bona, ex causa d. euictionis, etiam in forma Cameræ, & consentiendo omnibus clausulis in instrumento venditionis apponi solitis, & consuetis, & generaliter, &c. promittendo, &c.

Prætendebat Dominus Caspar dictum procuratorem eius excessisse fines mandati, cum domum non liberam, sed vt emphyteuticam vendidisset, & ex isto capite præcipue coram me deducto, existimabat sententiam Capituli appellationis esse infirmandam; Sed dicta die vtraque parte informante, contrarium resolutum fuit, quoniam ex verbis mandati, supra relatis non satis apparet intentionem Magdalenæ fuisse vendere domum tanquam liberam in euentu, quod non esset, ideo procurator certioratus per instrumentum inuestituræ factæ patri Magdalenæ, quod domus erat emphyteutica, non excessit fines mandati vendendo solum vtile dominium, quin imo, si eam liberam tradidisset, errasset, & constituentem in pœnam deuolutionis incidere fecisset. l. fin. C. de iure emphyt. quod
1 facere non poterat, cum in † generali mandato non veniat aliquod illicitum, l. si patet. de his, quæ in fraudem creditor. l. si patroni. §. item Labeo. de condict. indeb. Anchar. consil. 367. num. 1. Dec. consil. 125. nu. 8. vers. confirmatur hoc.

Non obstat, quod mandatum sit datum cum clausulis solitis, & consuetis, quasi quod Magdalena illam
2 liberam vendere voluerit ab † omni censu, & canone, prout in dubio præsumitur, etiam in præiudicium directi domini, de commun. Bero. conf. 101. nu. 68. lib. 1. quia quicquid dicendum sit, quod Dominus vendit rem propriam, hoc non procedit in procuratore, per allegat. propterea dictæ clausulæ debent intelligi, secundum subiectam materiam, & naturam contractus celebrati, Alex. consil. 27. num. 2. & ibi Adden. lib. 2. & de clausula, quicquid voluerit faciendo, tradit Bald. consil. 465. num. 5. lib. 1.

Nec dicatur, Magdalenam ignorasse domum fuisse emphyteuticam, & sic voluisse illam, vti liberam alienare, quia propter id, quod huiusmodi ignorantia nõ præsumitur, scientia eiusdem bene probatur, ex deductis pro parte aduersa, maxime si de Canonis solutis credendum est Domino directo.

Non obstat, quod istis stantibus concludendum esset, Magdalenam solum recedere voluisse ius, quod ipsa eius vita durante habebat, & non generationem suorum filiorum, ad l. qui tabernas. de contrah. empt. quia ex coniecturis Rota alias contrarium censuit, quę quidem coniecturæ etiam hodie Dominis placuerũt,
3 † maxime, quia non agebatur de præiudicio filiorum, cum pretium ex domo extrahendum deberet inuestiri in tot alijs bonis, in dict. terra Pontremuli.

Ex his igitur & alijs deductis in decisione Reuer. Patris D. mei Decani, conclusum fuit sententiam Capituli appellationis esse confirmandam.

Procurator constitutus ad vendendum, non potest
4 sibi ipsi † vendere, nisi in mandato id expressum fuisset, vt fuit sententum in illa DD. de Lilijs, contra Oncellarum, corã Pegna, Rom. seu Lugdunensi, redditũum computorum, 4. Febr. 1591.

L I T T Æ.

Romana, Prætensæ Executionis Contractus, Vener. 27. Mart. 1594.

ARGV-

ARGVMENTVM.

In obligatione Camerali parata est executio, vt non admittatur alia exceptio, nisi solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo.

SVMMARIA.

1 *Proprium obligationis Cameralis est habere executionem paratam.*

2 *Cardinalis Camerarius ex generali mandato Papæ potest exercere ea omnia, quæ requirunt speciale mandatum. Eius ratio.* num.3. & num.4. decis. seq. *vbi repetitur.*

4 *Decretum iudicis super instrumento facit præsumere omnia rite, & recte in eo facta esse.*

5 *Stante statuto siue agnatorum, siue cognatorum in contractibus adhibeatur consensus, perinde est.*

6 *Et idem in contractu super rebus immobilibus inito.*

7 *Annui redditus, vt immobilia, alienari nequeunt, sed ex iis pars quædam obueniendorum fructuum.*

8 *Prohibitus alienare, non censetur prohibitus alienare fructus.*

9 *Verba statuti propriè sunt intelligenda, non impropriè.*

10 *Casus in statuto non expressus, relinquitur dispositioni iuris communis.*

11 *Maxima læsio non præsumitur, nisi probetur ab allegante.* & nu.12.

13 *In probatione, celebrati contractus tempus attendi debet, nec impeditur obligatio Cameralis.* nu.14.

15 *Qui primo contrauenit, non potest aduersario opponere exceptionem non adimpleti contractus.*

DECISIO LXXXVI.

Domini resoluerunt pro vlteriori executione contractus ex ratione, quia proprium obligationis 1 Cameralis est † habere executionem paratam, & non admittere regulariter loquendo, nisi exceptionem solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo. Cassad. decisione vnic. num.2. de mut. petit. Gallesius in 4. part. obligat. Cameral. quæst.1. num.2. Rota in illa Romana Executionis, de Anguillaria, 6. Martij ann. 1592. & in illa Illustrissim. de Sfortia, 12. Aprilis. 1593. coram Reuerend. Patre Dom. Orano, quarum exceptionum cum nulla nunc proponatur, ideo, &c.

Nec obstare exceptiones propositas nullitatis ipsius contractus, dixerunt Domini, non illam motus proprij Gregorij fel. record. prohibendo emptionem frumenti vltra proprium vsum, quia adest licentia Illustriss. Cardinalis Camerarij, qui habet generale man- 2 datum à Papa, & potest circa huiusmodi † exercere etiam ea, quæ requirunt mandatum speciale. Caputaq. decis.9. lib.3. in manuscript. & cessat omnis diffi- 3 cultas ex eo, quod ipse attestatur id † sibi commissum à Papa, viuæ vocis oraculo. Alciatus resp.136. num.7. tom.2. lib.5. & fuit dictum in illa Auximana, grani, 20. April. 1592. coram Reuerend. P.D. Blanchetto. Non illam quod non fuerit seruata forma statuti Vrbis, cap.113. de alienatione rerum minorum, quia ex lectura instrumenti omnes interuenisse solennitates apparet cum decreto Iudicis, quod facit omnia præsu- 4 mere † rite & recte facta, & omnem de medio tollit sinistram opinionem damni, scilicet doli & fraudis. Bald. consil.399. num.4. lib.5. Ias. consil.119. nu.1. lib.1. Marsil. sing.438. num.1. late Roland. consil.39. nu.43. lib.1. Nec ex eo, quod non agnatorum, sed cognatorũ consensus interuenerit, potest talis contractus impu- 5 gnari stante quod † statutum illud tam in cognatis, quàm in agnatis habeat locum. Crescent. decis.4. nu.6. de constit. in impress. Et fuit resolutum in illa Romana, de Scaputijs, 15. Iun. Ann. 1576. coram Reuer. Patre Domino Blanchetto. Vlterius, omnem ex eo cessare difficultatem dixerunt Domini, quod statutum 6 † procedit in alienatione rerum immobilium, vnde non sibi vendicat locum in casu, de quo agitur, quia 7 licet annui redditus † reputentur inter immobilia ad effectum, vt non possint alienari, sine solennitate, attamen hic non fit alienatio annui redditus, sed solum promittitur tradi, & consignari certa quædam pars fructuum obueniendorum ex annuis redditibus, & 8 prohibitus alienare † non censetur prohibitus alienare fructus. l. codicillis. §. instituto. de leg.2. l. pater. in princ. ff. de leg.3. Ias. in l. filiusfamil. §. Diui. in 2. lect. num.83. vers.12. limita. ff. de leg.1. Tiraq. de retractu lignag. §.1. gloss.7. num.47. & cum in obligatione non sint deducti annui reditus, sed certa quædam quantitas fructuum, nō propria auctoritate percipiendi per Visanum, ideo statuti dispositio non applicatur, cum vere hoc in casu annua præstatio, de qua loquitur contractus, non comprehendatur inter immobilia. Bart. in l. sciendum. num.10. vers. quod si iste. ff. qui satisd. cog. Ruin. consil.82. num.3. vers. quandocunque & 3. lib.2. quod præsertim videtur dicendum stante, quod 9 verba in statutis sunt † propriè intelligenda, non autem impropriè. l.3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & casus 10 in statuto non expressus, † est regulandus secundum dispositionem Iuris communis, vulgat. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. l. final. Cod. de pactis, & conuent.

Et ad illud, quod pro Illustrissimo Vrsino deducebatur de maxima læsione respondebant Domini, eam 11 non † præsumi. l.3. §. si minor. ff. de minorib. Parisiens. consil.49. num.29. lib.1. Alex. consil.92. num.15. 12 & 35. lib.6. ideo ab allegante † probari concludenter deberi, Gabr. de emption. & vendit. conclus.1. nu.63. 13 & in tali probatione attenditur solum tempus † celebrati contractus, Gabr. vbi supra. num.47. & interim 14 obligationem Cameralem † non impediri, Mohed. decis.3.. & 39. Ioann. Paulus decis.46. incip. Romana obligationis. Ant. August. decis.72. lib.3. & fuit decisum in illa Tiburtina, Castri S. Poli, 12. Martij 1564. coram Cotta.

Ad illud autem, quod pro eodem Illustrissimo deducebatur, de non implemento ex parte Domini Visani, & sociorum, fuit per Dominos responsum, ex deductis per Informantes pro eis, & ex scripturis exhibitis satis apparere de integrali implemento, vsque ad mensem Septembr. 1590. licet pro parte Illustriss. Vrsini fuisset cessatum in adimplemento vsque ad mensem August. eiusdem anni, & sic per mensem ante, quo fit, vt initiate videatur, absque controuersia notabile Matth.50. quod scilicet, qui primo contrauenit, non 15 † potest ex post aduersario opponere exceptionem nō adimplementi, quod comprobant Dec. consil.412. nu.10. vers. præterea. & 2. Romanus consil.225. num.7. & Doctores passim in l. cum proponas. la 2. C. de pactis. ideo Domini pro vlteriori executione dicti contractus concorditer resoluerunt.

Votum Reuerend. Patris, D. Riuæ, super Eadem.

ARGVMENTVM.

Proposita in superiore decisione causa, in hac vberius examinatur.

SVMMARIA.

1 *Cur instrumento Camerali obligatione vallato danda sit executio.* & nu.2.

3 *Authent. res quæ. &c. num habeat locum, vt bona fideicommisso subiecta pro dotis restitutione possint alienari.*

4 *Rescriptum Papæ contra ementes granum, &c. excommunicationem comminatur.*

5 *Intellectus statuti Vrbis,* cap.113. & 150. lib.1. *&c.*

6 *Statutum vbi consanguinei proximiores æquiparantur, quorum interest, de quo interesse intelligatur.*

7 *Exceptio quantitatem grani non esse probatam, non obstat, cum verba non restringunt permissionem ad illud granum, sed stant demonstratiue.*

8 Ex

8 *Ex interpellatione facta probatur, aliquem paratū fuisse ad recipiendum.*

9 *Pro decreto iudicis semper præsumitur, in tantum vt non liceat allegare deceptionem vltra dimidium iusti pretij.*

10 *Læsio etiam detecta, non impedit executionem obligationis Cameralis, & illius exceptio respicit petitorium.*

DECISIO LXXXVII.

Dominus Antonius Visanus petiji coram me exequutionem instrumenti obligationa Camerali vallati, contra Illustriss. & Excellentissimum Dominum Ioannem Antonium Vrsinum, vt sibi præstarentur, & seu consignarentur rubia 1200. grani, & passus lignorum num. 2435. quolibet anno debita, & promissa annuatim per nouennium per dictum Illustrissim. Dominum Ioannem Antonium, ex eo, quod vice versa ipse Visanus promittit soluere in termino 9. annorum scuta 4700. debita, per dictum Dominum Ioannem Antonium, diuersis creditoribus ex causa censuum, vnà cum fructibus, vt latius in instrumēto publico desuper rogato in actis Vgolini.

Et sum in sententia dandam esse exequutionem d. instrumento Camerali obligatione vallato, non obstātibus deductis pro parte d. Illustriss. D. Ioan. Anton, ex infra dicendis.

Primò, quia constat contra obligationem Cameralem non posse opponi aliquam exceptionem, † nisi solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis, siue pacti de non petendo, Cassad. decis. vnica. de mutuis petit. Galles. de obligat. Cameral. p. 4. q. 1. in princip.

Secundò, quia partes ipsę expresse etiam in dicto instrumento, fol. 7. † conuenerūt, & cum iuramento renunciauerunt cuicunque appellationi, reclamationi, & recursui, pro effectu suspensiuo exequutionis dicti instrumenti, & contentorum in eo, & ibi in illis verbis, *renunciauerunt, &c. cuicunque appellationi, &c. pro effectu suspensiuo exequutionis huius instrumenti, & contentorum in eo, & ita iurauerunt, &c.* & sic cum in casu non concurrat dispositio legis exequentis obligationem Cameralem, & expressa partium conuentio, tanto magis non debet retardari exequutio. §. sancimus. in Authentic. de non alien. Baldus in leg. 1. in 7. oppos. C. de pactis. Alex. in l. filiusfam. §. Diui. de leg. 1. dum dicunt Auth. res quæ. non habere locum, vt possint alienari bona subiecta † fideicommisso pro dotis restitutione, quando concurrit cum prohibitione legis, etiam prohibitio testatoris expressa, vt per Ruyn. cons. 123. nu. 12.

Non obstat constitutio S. memoriæ Gregorij XIII. contra ementes granum, &c. cum pœna excommunicationis, † ibidem comminata: Quoniam fuit obtenta licentia à Sixto V. quę est inserta in dict. instrumento, per literas patentes Illustriss. Cardinalis Camerarij, cui est omnino fides adhibenda, cum habeat viuæ vocis oraculum, & etiam tanquam Cardinalis in Curia existens, & in respectando ad eius officium, vt post omnes, quos allegat Mascardus de probation. conclus. 269. vol. 1. Rot. decis. nouiss. diuers. p. 2. decis. 253. nu. 2. Vltra, quod non dicitur proprie emptio grani, sed emptio fructuum, quod fieri potest.

Non obstat statutum Vrbis, c. 113. & 150. lib. 1. quia d. capitula nō intrant d. casu, de quo agitur, quia † loquuntur de venditione immobilium, & iurium pupilli, seu minoris, & ad arguendum fuerunt seruata respectu solennitatum.

Non obstat, dum dicitur, quod æquiparantur consanguinei † proximiores, quorum non intersit, & hic agebatur de eorum interesse, cum Excellentiss. Dominus Honoratus Caetanus, bon. mem. esset obligatus in nonnullis censibus Illustriss. Dom. Ioann. Antonio, & ideo intereat Illustriss. Cardinalis, & Patriarchæ, eius fratrum eximere dictum Dominum Honoratum ab illa obligatione. Quoniam statutum non intelligitur neque loquitur de huiusmodi interesse, vt sint suspecti, sed solum respectu personæ pupilli, vt in materia, vbi pupillus educari debeat, vt per Crescent. d. decis. 2. de constit. Vltra quod non est verisimile d. Illustriss. Viros voluisse præstare consensum tali alienationi, vt præcipitarent eorum nepotem, & tali damno afficerent, propter modicam obligationem, & fideiussionem factam per Excellent. Do. Honoratum in aliquibus censibus.

Non obstat, pro parte Visani agentis non fuisse probatum, quæ quantitas grani fuerit recollecta annuatim, cum tamen promissio Illustrissimi Domini Vrsini fuerit restricta ad granum proueniens ex responsionibus Castrorum, & tenutæ montis maioris, Quoniam est aduertendum, † quod illa verba non restringunt promissionem ad illud granum, sed stant demonstratiue. Vnde absolute remanet Illustrissimus Dominus Vrsinus obligatus ad præstationem annuam rubiorū grani 1200. quia solum demonstrant modum solutionis faciendæ. Dec. consil. 183. de eo, qui promiserat soluere de primis denarijs, qui exigentur à communibus creditoribus, vt illa verba stent demonstratiue, nō autem restrictiue, Vnde si non obligatur in tanta quantitate, aliunde debentur, arg. ff. de trit. vin. & ol. leg. l. ex eo, & l. vini Falerni, ff. de ann. leg. cū simil. adduct. per Rot. decis. 11. de test. in antiq. sub nu. 1. vltra quod in instrumento in cap. incip. Et in casu, &c. prouidetur expresse huic casui.

Non obstat etiam, quod Visanus non probauerit se fuisse in loco, & in tempore debito paratum ad recipiendum. Quoniam dicitur, in facto, pro parte Visani constare ex † interpellatione facta se fuisse paratum ad recipiendum, sed omnis culpa est imputanda Illustrissimo Domino Vrsino, vltra quod forsan procederet, quando ageretur, ad caducitatem contractus, respectu moræ, vt per Put. decis. 8. lib. 1. Sed hic non agitur ad aliquam pœnam, sed ad recuperationem terminorum decursorum, & pro quibus petitur exequutio, cum Illustriss. D. Vrsinus cessauerit per biennium, tam in solutione grani, quàm lignorum.

Non obstat prætensa læsio adducta pro parte Illustrissimi Domini Vrsini, quia pro nunc cōtra eam militat decretum Iudicis, pro † quo præsumi debet, quo etiam stante quis non potest allegare deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, & præsumitur contractus in vtilitatem. Curtius senior consil. 43. nu. 14. Dec. consil. 86. Alex. consil. 92. num. 13. & 14. vol. 1. cum alijs per Mascard. de probat. concl. 489. alleg.

Et quod læsio prætensa non possit, neque debeat retardare exequutionem obligationis Cameralis, fuit in simili casu resolutum coram Reuerend. Domino meo Orano, sub die 2. April. 1593. in vna Romana, exequutionis obligationis Cameralis, inter Illustriss. Dominum Cardinalem Sfortiam, ex vna, & Excellent. D. Ducem Sfortiam ex altera. Imò in fortioribus terminis, & in casu, in quo jam Rota resoluerat, constare de læsione enormissima, fuit tentum coram eodem Orano in vna Romana, exequutionis, de Auguillaria, sub die 6. Martij 1592. læsionem † etiam detectam non posse impedire exequutionem obligationis Cameralis. Et ratio est, quia ista exceptio de læsione requirit altiorem indaginem & respicit petitorium.

Ad vnum tantum aduertendum est, An Visanus docuerit se adimpleuisse pro parte sua, quia ista exceptio potest opponi, Galles. p. 4. q. 1. in princip. & nu. 7.

GYPSII.

Anellina, Vnionis, Mercur. 28. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Transactio confirmatur, nisi de sub, vel obreptione constet.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Gratia obtenta ad supplicationem partis, intelligitur concessa veris existentibus narratis.*
2 *Cessante transactione, etiam clausula adiecta cessant.*
3 *Accessoria easdem conditiones recipit, quas & principalis dispositio.*

DECISIO LXXXVIII.

VNa tantum parte informante conclusum fuit, sententiã in Rota latam non esse nullam, quamuis in confirmatione transactionis, de qua agitur, apposita fuerit clausula, sublata cum decreto irritante.

Quoniam gratia ad supplicationem partis obtenta nil operatur, nisi coniuncta sit cum clausula, quod de 1 subreptione, vel obreptione dari non possit, quia † intelligitur veris existẽtibus narratis, vt resolutum fuit, coram bon. mem. Decano in vna Calaguritana, Iurisdictionis. 30. Maij 1580. præsertim, quia Pius Quintus, fel. record. qui transactionem confirmauerat, voluit effectum sortiri, vt patet ex literis Illustrissimi Cardinalis Alexandrini, & alijs deductis, quocirca cessan- 2 te ipsa transactione, † cessare etiam debet dicta clausula. Gemin. in c. in præsenti, in princip. vers. nota, quod eo ipso. & ibi Franciscus in 3. not. de offic. leg. in 6. Gabriel. de Clau. conclus. 5. num. 81. Rota censuit apud Cottam, in vna Romana pecuniaria, 23. Iun. 1570. si- 3 quidem tanquam accessoria † easdem conditiones recipit, quas ipsa principalis dispositio Put. decis. 1. lib. 1. & voluerunt Domini in vna Vrgellensi Canonicatus, coram R. P. D. Blanchetto. 30. Octobr. 1592.

ORANI.

Romana, Executionis de Anguillaria, Vener. 6. Mart. 1592.

ARGVMENTVM.

Obligationem Cameralem exequendam esse, deciditur, ex causis hic deductis, etiam non obstante enormissima læsione.

SVMMARIA.

1 *Contra executionem obligationis Cameralis nulla exceptio admittitur.*
2 *Nec enormissima læsio.*
3 *Executio non suspenditur, ea capite enormissimæ læsionis, vbi eius probatio altiorem indaginem requirit.*
4 *Rota non solet executioni mãdare sententias, extra suum tribunal latas.*
5 *Enormissima læsio etiam ex instrumẽto apparet.* & nu. 6.

DECISIO LXXXIX.

ILlustrissima D. Portia de Anguillaria, instrumento publico obligatione Camerali vallato per viam cõcordiæ post suum ab hac vita recessum, Illustriss. DD. de Anguillaria concesserat Castrum Bassani, & 20. mill. scut. intra sex menses à die sui decessus per.......... persoluenda, facto loco concessioni, cum etiam solutionis dies venisset, causa desuper mihi commissa proposui dubium, an locus esset exequutioni præd. instrumenti. Maior pars Dominorum fuit in sententia affirmatiua.

Quia stante obligatione Camerali nullus præte- 1 xtus ad † illius executionis retardationem admittitur, præterquam falsitatis, quietationis, & solutionis, Cassad. decis. vni. de mut. petit. Gall. in tract. de oblig. Camer. in 4. part. q. 1. ou. 1.

Quare etiam, quod eius habilitas fuerit ex capite 2 enormissimæ † læsionis in dubium reuocata, tamen quia adhuc super illo lis pendet, & eiusdem discussio requirit altiorem indaginem, non debet interea retardari exequutio. Galles. eodem tractatu quæst. 1. num. 17. Antonius Canar. in tractat. de exeq. instr. quæstio. 51. & sequent. Anton. August. in tit. de iureiurand. §. de obligat. in forma Camer. numero 4. Ioann. Paulus decis. 65.

Quibus in contrarium allegata non obstant, nam Bero. consil. 177. lib. 1. loquitur in casu, quo enormissima læsio probata fuit, in continenti, vt apparet num. 5. & idem continetur in caus. decis. diuers. 87. lib. 2. vbi 3 enim latius † repetenda est illius probatio, non secus, ac regulariter in omnibus iudicijs priuilegiatis accidit, exequutio non suspenditur. Neuizan. consil. 65. nec applicatur decisio Caputaq. 274. lib. 2. in impressis, quia complectitur casum exceptionis ex capite falsitatis, decisio autem eiusdem Caputaq. 182. lib. 1. in manuscr. facile euitatur, ex quo ibi tractabatur de exceptione laudi, & aderat commissio signata cum clausula, si quid exequendum.

Nam cum veniret degustanda iustitia aliarum sententiarum, latarum extra Rotam, non.. . . . . si fuit 4 expensa exequutio sententiæ, quia Rota † non solet mandare exequutioni sententias, extra suum tribunal latas, nisi prius degustata iustitia. Caputaq. 84. lib. 1. cum vulg.

Minus facit decisio Ioan. Paul. lib. 1. siquidem fundatur super quodam stylo, qui tunc temporis vigebat, per quem attenta qualitate personarum, non admittebatur exequutio, præterea in illo casu habita fuit ratio, quod comitissa, quæ vrgebat pro exequutione, prodigalius viuens, omnia dissipabat, hoc enim stante iuste mutari poterat, ne discussio plenior & detecta causæ suæ iniustitia frustratoria esset, rei in executionem deductæ repetitio. Quo tamen non obstante, est in confesso, quod veniebat relaxandum mandatum, nisi Episcopus in continenti exceptionem probasset.

Postremo, non aduertatur, quod cum exceptio enor- 5 missimæ † læsionis oriatur ex lectura ipsius instrumenti, videatur admittenda, vt per Galles. ad dict. form. Camer. quæst. 2. ad 4. part. nu. 5. Cæsar de Grassis, decis. 61. num. 30. cum allegat. quia eorum dictum procedit, in casu, quo simulatio est adeo clara, vt vlteriori probatione, vel disputatione non egeat, vel etiã quod 6 in continenti probari † possit, vt per Couarru. in dict. tractat. de execut. instrument. quæst. 13. nu. 31. Math. sing. 465. alias, si altiorem inspectionem desideret, non impedit exequutionem, vt per eundem Galles. & Ant. August. in decis. 61. lib. 3. & in tit. de iureiuran. §. de obligat. in form. Camer. num. 6. prout idem videmus in exceptione vsuraria, & ita conclusum.

ORANI.

Romana, Executionis Cameralis. Ven. 2. Apr. 1593.

ARGVMENTVM.

Instrumentum obligatione Camerali, interuenientibus omnibus solennitatibus requisitis, vallatum, de quo in casu, executioni demandandum est.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum obligationis Cameralis clarum, & solenne cum interuentu proximorum, decretoque iudicis cõfirmatum, an & quas exceptiones admittat.*
2 *Vt executio instrumenti obligationis Cameralis retardetur, defectus, vel error, qui opponitur, euidens & apertus sit, oportet.*
3 *In donatione si plurium rerum coaceruatio concurrit, sit vsus ad aliam compensatio.*
4 *Exceptio non adimplementi, obstat executioni obligationis Cameralis.*
5 *Aliud est reseruare, aliud factum promittere.*

DECISIO XC.

PRoducto pro parte Illustris. Domini Cardinalis Sfortiæ instrumento obligatione Camerali vallato, & in vim facultatis A. C. mihi delegatæ eius executione petita, cum illud econtrario sub prætextu erroris, & enormissimæ læsionis in dubiũ reuocaretur, dedi dubium, An esset exequendum, & DD. die 29. Martij primum in contumaciam agentium, pro Excellentiss. D. Duce, & deinde die Veneris, 2. April. vtraque parte

parte informante, vnanimiter affirmatiue responderunt, quia cum sit † clarum, & liquidum, ac cũ interuentu proximiorum Excellentiss. Dom. Ducis Sfortiæ minoris, & decreto Iudicis celebratum, non admittit exceptionem, nisi solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis, Bart. in l. 2. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Cassad. decis. vnic. de mut. petit. Gallesf. de oblig. Cam. p. 4. q. 1. in pr. Defectus autem vel error causæ, † propter quam prætenditur, obligationem instrumento fuisse adiectam, vt im'pediret illius executionẽ, necessum est, vt sit euidens. Alex. in l. qui Romæ. §. fratres. num. 54. de verb. o'bligat. Et quod versetur circa causam finalem obligationis. Bart. in l. demõstratio falsa. §. quod autem. nu. m. 12. & ibi Imol. colum. 3. versic. item adde circa id. Soc. num. 4. & sequent. de condit. & demonstrat. Corn. consil. 309. num. 4. lib. 1. & talis sit, quæ si fuisset vera, induxisset ad ita disponendum, vel si perspecta fuisset eius falsitas, aut error, obligantem non disposuisset ad eo modo, vel sub illa forma se obligandum. Fulgos. in l. si eum te. num. 4. & ibi Castren. nu. 3. de pact. Socin. consil. 159. num. 22. lib. 2. Non secus ac enormissima læsio, quæ ita demum obligationem Cameralem retardat, si altiorem indaginem non requirat, Gallesf. de obligat. Cameral. part. 4. q. 1. num. 17. Anton. Camerat. in tract. de execution. instrument. quæst. 51. & sequent. Anton. Augustin. tit. de tutelur. & de obligation. in form. Camer. num. 4. Vnde cum Excellent. D. Dux propter donationem irreuocabilem inter viuos sibi per Illustrissimum D. Cardinalem, in dicto instrumento factam, de omnibus castris, bonis, iuribus, & actionibus, quas in statu Lombardię habet, reseruatis tantummodo iurisdictione castrorum, & in præfatis bonis vsufructu, sua vita durante, bonis mobilibus an facultate quomodolibet disponendi de bonis donatis, vsque ad summam duntaxat scutorum decem millia vicissim eidem D. Cardinali promisserit libere soluere decem millia scutor. nec nõ decem millia alia pro pretio Darij longæ Padi, Turcellarum, quo ad proprietatem, & vsum fructuum, sibi cessi, sic alia decem millia approbando alienationes per eundem ad summam 50000. similium factas prout in instrumento desuper confecto habetur, non potest talem errorem, & in consequentiam defectum consensus prætexere, per quam remorari valeat obligationis Cameralis executionem. Nam quamuis adiuttatur Dom. Ducem post obitum D. Cardinalis, ad bona, per q. Cardinalem de S. Flora, suis fratribus, de quorum numero fuit Comes S. Floræ, parens d. Cardinalis, & eorum descendentibus, masculis donata per fideicommissum esse vocatum, ideoque probabiliter prima facie errore videri inductum ad promittendum decem millia scut. stante assertione, & causa præmissis, nempe quod Illustriss. Dom. Cardinalis post suum ab hac vita decessum sibi donabat bona huiusmodi credendo ea ad eiusdem liberam dispositionem pertinere: cum tamen ipso mortuo ad se vigore donationis à Cardinali S. Floræ emanatæ peruentura essent, nihilominus, quia in hac donatione & cessione per Illustrissimum D. Cardinalem D. Duci factam, nedum comprehensa fuerunt bona in donatione Cardinalis senioris, q. Comitis Sanct. Floræ assignata, & aliunde per eundem D. Comitem postmodum acquisita, in quibus omnibus sibi vti filio non obstante quauis prohibitione, etiam in præmissa donatione expressa, quæ in effectu reciprocum actum inter fratres continet, legitimæ detractionis beneficium competebat, vt fuit alias decisum coram Reuerendiss. patre d. meo Decano, in illa Portuensi Bonorum, de Columna, verum etiam dos materna, & altera Excellent. D. Ducissæ........ Sororis suæ germanæ testamento per communem parentem relicta, & propter æs alienum ab eodem q. D. Comite contractum, diuersa legata de suo creditoribus & legatarijs respectiue soluta, quæ omnia, vt notum est fideicommissum minuebant. Pariterque renunciatio spei fideicommissi in bonis Illustriss. Domini Pauli Sfortiæ sui patrui iam ætatis peractæ, & remissio alterius fideicommissi in bonis paternis, pro se, & suis hæredibus, ex cessione iurium suæ sororis, & eius descendentium in testamento paterno substitutorum, & ad ea vocatorum in euentum, quod post Dominum Cardinalem, Dominus Dux sine descendentibus legitimis masculis eidem, vel eius descendentibus prædecederet. Ac denique ius, quod super statu Sanctæ Floræ ratione primogenituræ prætendere poterat: fateri oportet, horum æstimationem altiorem indaginem requirere, per quam dignosci possit, an error prætensus versetur circa causam finalem d. promissionis, quod aliter eam non fuisset facturus, Bartol. in l. 1. num. 6. ff. de donation. Alexand. in l. dedi. la 2. num. 8. ff. de condit. caus. dat. Etenim error, siue falsitas causæ, vt etiam læsio inspicienda est, non tantum habita ratione ad bona per Cardinalem Sanctæ Floræ donata, sed etiam aliunde ad Illustrissimum Dominum Cardinalem peruenta, & postmodum Domin. Duci cessa, atque ita non vna ex præmissis rebus donatis, sed vniuersum corpus, quod est indiuiduum, est attendendum. Præsertim cum non sit inconueniens, quod quando plurium rerum, † in donatione coaceruatio concurrit, fiat compensatio vnius ad aliã. l. si duorum. §. sed rectius. ff. de action. empt. Et si deceptio appareat in vna earum, per pretium aliarum suppleatur. Baldus in l. vltima. §. præterea, numero 4. Codic. de iur. dot. & consil. 91. in fine lib. 2. Quem sequitur Aretinus in l. siue debemus, numero 5. ff. de verborum obligatione. Tiraquellus de retractu lignag. §. 23. glossa 1. numero 17. idque eo magis, quia in donatione & cessione prædictorum bonorum fuit facta mentio fideicommissorum super ijs impositorum, vt patet tam quando dictus Cardinalis exposuit se huiusmodi cessionem facere, pro augmento fideicommissorum, & primogenituræ ad fauorem Domin. Ducis, tum etiam quando pro parte Dom. Ducis promissio interuenit, per quam declaratum fuit, quod in euentum deficientis suæ lineæ masculinæ, legitimæ, & naturalis fideicommissis, diuisioni, inuestituris, & primogenituræ Illustrissimæ Domus Sfortiæ, non censeatur præiudicatum. Nam cum non appareat introducta fuisse in domo Sfortia, alia fideicommissa, quam illa de quibus in donatione Cardinalis senioris, & D. Comitis S. Floræ, de illis intelligi debet fuisse actum, arg. l. fundus, qui locatus. & ibi. glo. ff. de fund. instr.

Non obstat, quod prætendatur Illustriss. D. Cardinalem dixisse *& donare legitimam & Trebellianicam D. Duci & in eius recompensam acceptasse promissionem summarum, de quibus in Instrumento*, cum tamen Trebellianicæ detractio tam in bonis ex donatione Cardinalis senioris sibi quæsitis, quàm etiam paternis esset prohibita. Quia fuit responsum D. Cardinalem in cessione facta D. Duci, non asseruisse, sibi debitam in dictis bonis aliquam Trebellianicam, sed tantummodo ad impugnãdam cessionem dixisse, quod cedebat omnia iura, sibi competentia, etiam occasione legitimæ & Trebellianicę, adeoque ampliatiue locutus est l. etiam. de verb. sign. cum vulg.

Nec refragatur, quod exceptio non implementi obstet † obligationi Camerali, ita, quod ex instrumento executiuo non possit agere qui pro parte sua instrumentum non seruauit, iuxta l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. quia non constat Illustriss. D. Cardinalem promisisse, aut se obligasse ad aliquod factum quod per eum non fuerit adimpletum: licet enim in cessione Castrorum, & iurium feudalium reseruauerit consensum directi domini, tamen per hoc ad illius impetrationem

trationem non se restrinxit, sed tantummodo reseruauit cõtractum à caducitate, quatenus scilicet directus Dominus noluisset assensum dare, Ias.in l.fin. nu. 144.
5 C.de iur.emph.& aliud est † reseruare,& aliud factum promittere, vt bene hic per informantes.

SERAPHINI.

Pampilonensis, Congruæ. Ven.7.Apr.1595.

ARGVMENTVM.

Adminiculis pluribus circa inuestituras concurrentibus, fides inuestituris habetur.

SVMMARIVM.

1 *Adminicula cum inuestituris concurrentia, dominium, de quo in tenore inuestiturarum, probant.*

DECISIO XCI.

Domini resoluerunt constare de dominio Ecclesiæ, moti fuerunt in inuestituris pro concurrentibus adminiculis, quæ plene probant dominium. Bal. in l.cum aliquis.nu.4. C. de iur. deliber. Soc. cons.89. nu.11.lib.1 Dec.cons.418.nu.4.& probant adeundem effectum etiam caducitatis, vt sæpius fuit resolutum.
1 Adminicula † hic plura concurrunt, primò, quod inuestituræ sunt plures, & antiquissimæ, Soc.cons.187. num.16.lib.2. Secundò solutio affictus per multos annos, Bal.in l.iudicia.nu.... & ibi Ang.nu.2.& 3.C.de rei vend.Dec.cons.146.nu.14. Tertiò, plures enunciatiuæ diuersorum instrumentorum, quæ habent vim famæ, & probant dominiũ. Bal. Salic.& alij d.l.cum aliquis. C.de ior.delib. Soc.cons.166.nu.12.lib.3.sed quia controuertitur identitas istorum bonorum, Domini dixerunt, quod de identitate, & alijs videatur &c.

ROBVSTERII.

Romana, seu Cesenatensis, Rescissionis Instrumenti, Lun.27. Iun.1575.

ARGVMENTVM.

Fraus, furtum, vel aliud delictum, non nisi ex violenta præsumptione probari potest: & allegans tale quid probare tenetur.

SVMMARIA.

1 *Furtum, fraudem, vel aliud delictum allegans, probare tenetur.*
2 *Et ad hoc violenta præsumptio, non autem vehemens, requiritur.*
3 *Dolus perspicuis indicijs probari debet.*
4 *Nec vnus testis cum fama ad hoc sufficit.*
5 *Exceptio de crimine ab aliquo commisse, infamiam non irrogat.*
6 *Et in hoc fama cum vnico teste non sufficit.*

DECISIO XCII.

Qvia pluries per me in relationibus &c. Et resoluerunt Dd. non constare sufficienter de huiusmodi fraude, iden esse procedendum ad totalem executionem obligationis Cameralis. Nam † allegans
1 furtum, dolum malum, fraudem, vel delictum, tenetur probare, l.quoties. §.quæ dolo. de probar. & licet sint ista de his, quæ occulte fiunt, & de his quæ difficile probari possunt, nisi per coniecturas c.1.de renuo.in 6.gl.10 l.apud Iulianum. in princ. de dol. excepr. quia tamen fraus est etiam delictum, Anchar.cons.135.n.5. Aym.cõs.21.nu.4.& infamat,l.1.in pr.l.athletas.l.fin. l.furti.§.1.de his qui not.infam.probari debet, ex præ-
2 sumptionibus violentis, † nec sufficit vehemens præsumptio, etiam vbi de his ciuiliter agitur. & Abb. ibi dicit, de violenta præsumptione. Idem probatur in c. præterea.de test. Aret.in c.veniens. el pr.nu.2.eod.tit. Aegid. Boss.in prax.crim.tit.de conuict. nu.50 cũ seq. & facit text.in l.dolum. C.de dolo, quod dolus proba-
3 ri debet, indicijs † perspicuis, & Bal. quem passim sequuntur DD.cons.250. nu.1.lib.1. declarature de indicijs perfectè efficacibus, & ita intelligenda sunt, quæ notat Bart.in l.si quis ex Argentarijs.§.1.de edendo.

Non obstat igitur, dum ad probandum huiusmodi
4 fraudem, adducitur † vnus testis de visu, cum publica voce, & fama, quoniam &c.

Neque obstat, quod de crimine non agatur, sed ex-
5 cipiatur, † qun casu per talem exceptionem non irrogatur infamia, l.Lucius.ff.de his qui not.infam.cap.2. de ord. cogn. & faciunt notata per Bal. & alios in l.1. nu.5.de his qui not. infam.& Inst. de furt. in pr. quoniam respondetur, quod saltem infamia facti irrogatur ex tali exceptione in actis probata c. super his. de accus.c.super eo.de elect. gl.in d.c.§. quemadmodum. gl.rest. post pr. Abb.in d.c.super eo.col.2.& ibi etiam additio, & hæc infamia facti sufficit ad effectũ de quo
6 agitur, nam communiter tenent Dd. quod si de † crimine agatur siue agendo, siue excipiendo, non sufficit fama cum vno teste. Bal.in c.cum literis.

LVDOVISII.

Vigellensis, Iuris Optandi, 10. Decembr. 1601.

ARGVMENTVM.

An stante clausula, parito Breui, per solam traditionem possessionis, paritio sufficienter probetur & num ad hoc etiam fructuum traditio requiratur.

SVMMARIA.

1 *Clausula, parito Breui, iurisdictionem tribuit conditionalem, ita vt prius de paritione constare debeat, antequam Iudex ad vlteriora procedere possit.*
2 *Et hæc clausula omnibus ad causam venientibus obstat, etiam si ad ipsos paritio non spectat.*
3 *Vis clausulæ sine retardatione quæ ad tertium agere volentem.*

DECISIO XCIII.

Capitulum Vigellense non esse audiendum dixerunt Domini vnanimiter, quia illi obstabat clau-
1 sula parito Breui, quę tribuit iurisdictionem conditionalem, ita vt nec Iudex procedere, nec pars audiri possit, nisi prius verificato, quod fuerit paritum Breui, Put.decis.16. vt lit.pend.& fuit decisum in vna Hispalensi, beneficij, 24. Febr. 1584. coram Reuer. patre D. Decano: & in Regiensi beneficij, 18. Ianuar. 1597. coram Reuer. patre D. meo Litta, vnde cum bene contineat, non solum traditionem possessionis, sed etiam fructuum, per solam traditionem possessionis non dicitur sufficienter paritum.

Non obstat quod non pertineat ad Capitulum restituere fructus, quos non percepit, & quo ad sc. videatur paritum, per tradioonẽ possessionis, quia fuit dictum, clausulam obstare cuicunque ad causam ve-
2 nienti, † etiam quod ad ipsum non spectet paritio, quia eadem commissio est conditionalis respectu omnium, vt fuit tentum in vna Hispalensi, beneficij de Cantillana, 8. Apr. 1585. coram Reuer. patre D. meo Decano, & in vna Compostellana Parochialis coram bon. memor. Orano, 16. Decemb. 1596. sicuti etiam
3 dicitur de clausula sine retardatione, quæ impedit tertium agere, quamdiu non est persoluta pensio per titularem. Caputaq. decis.1.lib.5. in manuscr. Paleott. decis.51n. non est tamen habenda ratio expensarum, quæ non continentur sub clausula *parito Breui*, vt fuit sæpius resolutum & signanter in Pampilonensi beneficij, coram Illustriss. D. Blanchetto, 28. Iun. 1587. & in Carthaginensi fructuum 28. Septemb. 1586. coram bon. memor. Robusterin, & in Mantricensi Canonicatus, 19. Octob. 1587. coram Reuerend. Patre D. meo Decano.

ORANI.

Romana, Pecuniaria, Ven.4. Dec. 1592.

ARGVMENTVM.

Sententia, de qua in decisione, post inhibitionem Rotalem, lata, ex capite nullitatis, & iniustitia nulla est.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sententia post inhibitionem Rotalem lata, nulla est.*
2 *Verbi residuo significatio.*
3 *Sententia ad fauorem eius, cui nulla actio competit, lata, nulla est.*

DECISIO XCIV.

IN vna Romana pecuniaria fuit decisum sententiam Vicecamerarij, ex capite nullitatis, & iniustitiæ reuocandam esse. Nullitas enim ad oculum patet, quia 1 † lata post inhibitionem Rotalem. Rot. decis.20. de appell. in Nouis. Achill. decis.7. de attent. Put. dec.395. lib.2. Iniustitia pariter est clara, nam primo repugnat transactioni, in qua cum partes deduxerint omnia eorum prætensa credita, & debita, in consequentiam pecunias, de quibus agitur, l. si quis maior. l. sub prætextu, & ibi post gl. Bart. nu.6. C. de transact. Id quod etiã docuit euentus, siquidem pro residuo calculi fuerunt D. Alamano numerata 550. scut. cum conditionibus, 2 de quibus in laudo. Verbum autem † *residuo* denotat, quod nihil amplius debeatur, Alex. cons.26. num.2. lib.4. Corn. cons.33. nume.24. lib.2. Secundò quia lata ad fauorem Alamani, cui nulla actio super dictis 3 † pecunijs competebat, licet enim Alamanus mandauerit solui easdem pecunias D. Portico, tamen D. Porticus illas accipiendo, arguit id se facere ex præcedenti aliqua obligatione, ibi, *ar sin...pro cento dello obliga retroscritto*, & postmodũ protestatur, se illarum in computo Curtij habiturũ rationem. Cum igitur obtinuerit D. Alamanus pronunciari sibi debitam dictam pecuniarum summam, sententia haud ab iniustitia potest defendi, tum quia Iudici non potuit constare, an D. Porticus eorum esset debitor, nisi viso Curtij computo: tum etiam quia præsumptio, quod de eo sufficienter fuisset doctum, pecunias debitas Curtio, non debuit Alamano sine actione experienti, adiudicari.

ORANI.

Romana, Pecuniaria, Vener.19. Mart.1593.

ARGVMENTVM.

Sententia post inhibitionem Rotalem lata, nulla est.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis sententiam in priori instantia latam, nullam reddit.*

DECISIO XCV.

FVit decisum, standum esse cum resolutis, quia nullitas sententiæ non potest euitari cum fuerit lata 1 post inhibitionem † Rotalem, quæ siue fuisset iusta siue iniusta, semper fuit timenda, & generale est, quod vbi iudex facit contra prohibitionem, etiam hominis inhibentis, actus est ipso iure nullus, vt post alios notant Moderni, de attent. appell. pend. 2. p.c.12. ampliat. 17. nu.7. Et ex his cessant in contrarium adducta.

Primò, quod consensum fuerat in iurisdictionem, quod tamen in facto minus est verum. Secundò, quia causa illa esset diuersa à causa in Rota introducta, nam de contrario constat ex schedula prætensi crediti Velutelli, in qua huiusmodi partita 308. scut. est comprehensa, Et nihilominus prius oportebat recursum habere ad Signaturam pro moderatione inhibitionis. Circa verò illius iniustitiam idem sentiebant DD. neque enim Alamano competebat ex persona sua actio, cum D. Porticus pecunias recepisset, occasione retroscriptæ obligationis, quod referendum est ad obligationem D. Ceuli, & Gothardi, & in eorum receptione subiecisset se illarum in calculo Curtij rationem initurum. Donec igitur subducatur Curtij calculus, non possunt dici illi debitæ pecuniæ per Porticum receptæ.

DE RVBEIS.

Calaguritana, Iurisdictionis. 30. Maij 1580.

ARGVMENTVM.

An clausula sublata &c. & decretum irritans, confirmationi Papæ annexum in tantum operetur, vt defectus subreptionis contra eam opponi non possit.

SVMMARIA.

1 *Clausula sublata in confirmatione Papæ apposita, an iurisdictionem & defectum subreptionis tollat. & 2.*
3 *Intellectus huius clausulæ.*
4 *Interpretatur secundum Iuris dispositionem.*
5 *Papæ intentio talis præsumitur, qualis de iure esse debet.*

DECISIO XCVI.

DVbium fuit in causa Calaguritana Iurisdictionis 1 † inter Episcopum, & Capitulum, stante clausula *sublata*, & decreto irritanti, & alijs in confirmatione felic. record. Pauli III. appositis, cuius in necessarijs copia detur, An Reuerendiss. Episcopo sit taliter clausum os, vt non possit dare de prætensa obreptione & subreptione contra confirmationem prætensam, & causa proposita die Lun. 30. Maij 1580. fuit conclusum, quod cum in prædicta confirmatione non adsit clausula quod de obreptione dici non possit, sola clau- 2 sula sublata, † non operatur, vt non possit opponi defectus subreptionis, Put. décis. 213. fuit resolutum in vna Calaguritana lib.2. ea scilicet ratione, quia huius- 3 modi clausula intelligitur † veris existentibus narratis, vt sunt iura clarissima, in c.2. de rescript, in l. fin. C. de diuers. rescript. Pari ratione clausula huiusmodi *sublata* &c. posita in gratia ad postulationem partis tanquam accessoria, recipit eandem interpretationem, facit gl. in l. si patronus. §. patronum. in vers. Fauiana, ad fin. si quid in fraud. patr. & per Dec. consil.141. in fin. num.9. operatur autem prædicta clausula, quando in eadem gratia adesset alia clausula, quæ de obreptione, & subreptione dici non possit, quia tum apparet de intentione Papæ, volentis tollere vitium subreptionis & obreptionis, adimendo facultatem aliter iudicandi, & ita debent intelligi tradita per Card. & alios in c. quia diligenti. de elect. At in casu nostro non re- 4 peritur, nisi sola, clausula *sublata*, quam † debemus interpretari, secundum iuris dispositionem, cum in du- 5 bio † intentio Papæ talis esse præsumatur, qualis de iure esse debet, vt habetur in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. substit. vbi Doct. in c. causam quæ. vbi Fel. col.3. ad fin. vers. interposito rescript. de rescript.

Sacra congregatio Concilij.

ARGVMENTVM.

Proponitur, & respondetur ad dubium, an contra tertium stante certa forma Cameralis obligationis, excommunicatio relaxetur.

SVMMARIVM.

1 *Contra alium, qui executioni obnoxius non est, excommunicatio, ex forma obligationis Cameralis, dari nequit.*

DECISIO XCVII.

PRæsupposito, quod duo sint in solidum obligati, in forma Cameræ pro eodem debito, & quod cõtra vnum tantum possit deueniri ad exequutionem realem, vel personalem, an contra alium, contra quem non potest fieri exequutio realis, nec personalis, possit 1 ad instantiam creditoris in subsidium † relaxari excõmunicationem, Congregatio respondit, non posse.

BLANCHETTI.

Romana, Pecuniaria, de Saffettis, Lun.14. Maij 1576.

ARGVMENTVM.

Ex consensu partium, etiam schedula, & obligatio priuata vim publici instrumenti obtinet.

SVMMARIA.

1 *Consensus partium obligationi priuatæ vim executionis Cameralis tribuit.*

2 *Et in ijs quæ iuris sunt, tale esse & haberi pro tali,*
3 *In contractibus qui vult vnum, vult etiam necessarium antecedens.*
4 *Iudex loco partium succedit, & facultatem extendendi dat,*

DECISIO XCVIII.

Qvo ad primam difficultatẽ, an pro summa 500. scut. de qua in apocha, possit procedi executiue, circumscriptis facultatibus A.C. tenuerunt Domini, quod possit procedi, quia partes possunt facere, vt schedula priuata habeat vim instrumenti publici, & dare

1 † viam executiuam in omnibus, prout in obligatione
2 Camerali, & in his, quæ sunt iuris, † idem esse tale, & haberi pro tali. Non obstat quod non sit data facultas Notario, extendendi, quia sat est, quod sit dictũ, *Che la presente habbia fatta detto Instrumento o vaglia come si fusse obligatione in forma Camera*, nam etiam in sententijs, & contractibus & alijs dispositionibus stricti
3 iuris, qui † vult vnum vult omne necessarium antece-
4 dens. Item Iudex succedit loco † partis, & dare potuit hanc facultatem extendendi. Nam qui extendit, declarat, & nihil de nouo inducit.

IVSTI.

Valentina, Parochialis, de Carlet. Ven. 8. Mart. 1602.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus in dubio non, sed potius vsurpatio quædam loci præsumitur, Et ex inuerisimilitudine materiarum, remissoria denegatur.

SVMMARIA.

1 *Ex materiarum inuerisimilitudine, remissoria denegatur.* & num. 2.
2 *Vsurpatio potius, quam ius patronatus ex eo, quod quis est dominus loci, præsumitur.*

DECISIO XCIX.

Domini denegarunt remissoriam in hoc casu, quia considerarunt causam pependisse in partibus, & postea in Rota, in pluribus instantijs, & tamen nunquam fuit deductus alius titulus præcedens priuilegium Leonis X. sed istud solum Leonis, & super ipso fundata prætensio Iuris Patronatus, Vnde deduceba-
1 tur inuerisimilitudo materiarum, † ex qua denegatur remissoria. Rota decis. 23. de test. in Antiq. & fuit decisum coram Reuer. Patre D. nico Corduba in Toletana, pensionis, 10. Martij 1595.

Præsertim, quia si esset verum, impossibile est, quod non adessent aliquæ scripturæ, vnde odorari posset ius patronatus esse ratione ereptionis locorum ẽ manibus infidelium, qui casus excipitur in regula Hadriani VI. vel etiam si esset ex fundatione & dotatione. Nam
2 potius eum † sit Dominus loci, præsumitur vsurpatio, vt sæpissime dictum est, ex Concilio Tridentino, c. 4.
3 sess. 24. Et ex his sequitur, quod † petitio remissoriæ sapiat calumniam, quia non est confouenda Remissoria, vt per Informantes, Idcirco ita fuit decisum.

BLANCHETTI.

Romana, Pecuniaria, Merc. 1. Iul. 1587.

ARGVMENTVM.

An ex dispotione l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. creditores posteriores bona hypothecata per instrumenta publica habentes, ei qui eandem hypothecam anteriorem ex priuata obligatione habet, præferantur.

SVMMARIA.

1 *Apparente suspicione fraudis, quæ per antidatam obligationum committi potest, an constitutio Leonis Pap. de prælatione creditorum, locum habeat.* & 2.
3 *Suspicio antidatæ obligationis ex quibus cessare præsumatur.*
4 *Argumenti à subordinatione vis.*

DECISIO C.

Propositi, vna parte informante, propter nimiam alterius contumaciam, dubium: An dispositio l. scripturas, C. qui pot. in pign. habeant, obstet Reuerendissimo D. Portico, ita vt posteriores creditores illorum de Gothardis & Ceulis, habentes hypothecata bona, per instrumenta publica, veniant sibi, habenti vigore schedulæ eandem hypothecam anteriorẽ præferendi. Et attenta serie facti, Domini circumscripto capite simulationis absque vlla difficultate in eam descenderunt sententiam, vt non sit locus dispositioni d. l. contra Reuerendiss. D. Porticum. Constitutio enim
1 illa Leonis fundatur in suspicione fraudis, quæ † per antidatam committi posset. Bal. in d. l. num. 2. & alij. Dd. ibi. Tiraquel. de vtroque retract. Conuent. §. 1. gl.
2 7. num. 48. Cessante igitur d. suspicione, † debet cessare & eius dispositio, idem Bal. in c. cum cessante. nu. 7. de appell. & in terminis d. l. in conf. 118. nu. 5. lib. 1. cessat autem suspicio, primo ex annotatione istius schedulæ in libro, qui penes mercatorem conseruari consueuit, quæ annotatio ita est subordinata ad alias, & aliæ ad
3 † ipsam, vt excludatur omnis suspicio antidatæ. Hoc
4 autem argumẽtum à subordinatione † est tale, vt per illud Rota tenuerit, Anno 1575. coram illustriss. D. Aldobrandino, in causa Veronensi, Monitorij, pro illustriss. Cardinali Farnesio, probari non fuisse iuxta constitutionem extensum consensum in tempore, & per talem descriptionem factam in lib. tolli omnem fraudis præsumptionem, tenet Neguss. de pig. 2. mem. 5. part. princ. nu. 45.

Accedunt dicta testium, qui deponunt de tempore, qui sufficiunt, & ad hunc effectum. Tir. vbi sup. nu. 55.

Vltimò concurrunt partitæ, quæ iunctis supradictis omnibus, faciunt plenam probationem, cum ad eundem rei finem tendat. Bal. in c. cum causam. in pr. de prob. concl. 1. nu. 60. & 64.

Eadem. Ven. 20. Nouemb. 1587.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est cum superiore argumenti, addita disquisitione vlteriori, an simulatio contractus, & ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 *Libri mercatorum pro tertio contra tertium non probant.*
2 *Simulatio contractus ex quibus coniecturis probetur.*
3 *Mandatum ad actum illicitum datum non censetur.*
4 *Contractus qui habet veritatis substantiam, licet alterius speciem, non dicitur simulatus.*

DECISIO CI.

Prosequutus sum disputationem iam cœptã, super iure hypothecæ, Reuerendiss. D. Portici, etiã vna parte informante, prout mihi mandatum fuit. Et quia opponebatur simulatio contractus depositi, cum prætenderetur esse mutui sub vsuris, ideo quæsiui an probaretur talis simulatio, & probata releuaret. Et DD. dixerunt talem simulationem non probari, quia
1 libri † mercatorum pro tertio contra tertium, nullam fidem faciunt, Ias. in l. admonendi. num. 233. de iureiur. Fel. in c. 2. de fid. inst. Aym. de antiq. temp. p. 1. nu. 240. & multo minus in hoc casu, cum nullam fidem faciant contra Velutellum.

Non obstat, quod Velutellus esset negotiorum gestor, seu procurator Reuer. D. Portici, quia licet simu-
2 latio contractus, & ex coniecturis probetur, † illæ tamen debent esse à Iure approbatæ, & nõ hominis simpliciter. Bal. conf. 464. nu. 4. lib. 3. Aym. conf. 145. nu. 2. Sed hoc casu ius resistit præsumptioni huic, quæ etiam si probaretur contra Velutellum, non releuaret contra Reuerendissimum D. Porticum, tum quia non cense-
3 tur datum † mandatum ad actum illicitum. l. si procurator. vbi Doctor. ff. de cõd. indeb. Tum etiam, quia qualitas personæ cõcludit hanc præsumptionẽ, vt post

Ioan.

Ioã. Andr. Ant. de Butr. in c. fine litibus. de dol. & cont. tradunt Bart. conf. 65. nu. 3. lib. 4. Gram. decis. 60. nu. 3. & sequent.

4 Dato etiam, quod esset probata, tamen non releuaret, quia contractus, qui habet veritatis substantiam, licet alterius speciem, nõ dicitur simulatus, l. si de pretio. si cert. pet. l. Lucius. ff. depositi. Bald. conf. 400. lib. 4. Ex quo sequitur, vt hypotheca quo ad id, quod verè gestum est, competere debeat, & non amittat iura sua, l. Lucius. ff. qui potior. in pign. hab. Afflict. dec. 86.

Eadem. Mercurij. 24. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est cum superiore argumenti, & discutiuntur argumenta, ex quibus posterior creditor in casu, prioribus præferendus censeatur.

SVMMARIA.

1 *Fundamentum & ratio dispositionis* l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab.

2 *Suspicio vbi ex certis probationibus tollitur, etiam adminicula admittuntur.*

3 *Registratio schedulæ obligationis in libro rationum, conuenienti ordine facta, probant.*

DECISIO CII.

FVit dubitatum super prælatione Reuerendiss. D. Portici, creditoris Dominorum de Gottardis, & Ceulis, vigore priuatæ apochæ, & quorundam aliorũ creditorum posteriorum, sed habentium instrumenta publica, quorum vigore prætendunt se esse præferendos, ex dispositione l. scripturas. C. qui potior. in pign. habeãt. Et licet simile dubium fuerit alias coram Reuerendiss. Patre Dom. meo Blanchetto propositum, & resolutum, in fauorem Illustriss. D. Portici, tamen iterum fuit per me propositum, An esset standum, vel recedendum à resolutis. Et causa bis proposita, Domini resoluerunt, standum esse in resolutis, etenim cum

1 tota illa materia, d. l. scripturas fundata † sit in suspicione fraudis, ne sit in mero arbitrio debitoris, per scripturam priuatam, à se post longum tempus confectã, sub die conficta, ius prioris creditoris tollere, vt per Tiraq. qui late materiam hanc tractat, de retract. conuent. §. 1. gl. 7. nu. 48. & bene per Decian. 11. num. 142. lib. 1. Quoties hæc suspicio tollitur ex aliquibus veris, & certis probationibus, vtique eius dispositio cessat, & præfertur creditor anterior, qui nititur priuata scriptura, vt bene deducit idem Tiraq. num. 55. & seq. ex Auth. Bal. conf. 198. ad intelligentiam, lib. 1. imò ad hu

2 iusmodi probationem † admittuntur etiam adminicula, vt per eundem num. 59. & Decian. vbi sup.

Argumenta verò quibus mot fuerunt ad adhibendam fidem huic scripturæ, in præiudicium creditorum, hæc potissimũ fuerunt. Primò quod adest vnus testis de visu, qui affirmat banc schedulam fuisse confectam die, & anno, de quo in ea. Secundò adsunt duo testes deponentes de veritate numerationis & tempore in schedula expresso, quod rem reddit valde verisimilem, eum appareat de crediti veritate, neque fuit vnquam à partibus in dubium refricatum. Tertiò adest registratio schedulæ in libro schedularum eo or-

3 dine, † vt tollat suspicionem, nam etsi in eodem libro adsint aliqua spacia in albis, tamen nullum adest adeo insigne, vt in eo tota schedula posset commode describi, & valde coadiuuatur, ex alia schedula post hanc registrata, quæ eum esset priore loco registranda, repetit diem præcedentẽ sub his verbis, sino alli 10. &c. quæ indicant fuisse per ineuriam postpositam. Quartò adest fides illius, qui schedulam scripsit, eiusque manus etiam est recognita. Quintò concurrunt partitæ libri rationis, quorum schedulæ concordant, & quę difficile est fuisse ibi descripta repetita die in fraudem creditorum, maxime cum præsumptio fraudis non cadat verisimiliter, vbi constat de vero debito, & fraus non cedit ad commodum scribentis. Vltimò considerata fuit qualitas personę Reuerendiss. D. Portici, quæ est talis, vt valde sit ab omni suspicione huius simulationis alienus. Et ideo fuit conclusum, esse huic schedulæ habendam fidem, sed pro maiori cautela admittendum D. Porticum ad supplementum (iuramen sum) suppletorium cum hic non de eredito sit, quæstio, quod est indubitatum, sed tantum de hypotheca, quæ in d. schedula nominatim est constituta, & sic solus prælationis est contentio, & ita conclusum.

BLANCHETTI.

Tudertina, Spolij, 17. Mart. 1586.

ARGVMENTVM.

Sententia ex capite notoriæ iniustitiæ reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *A sententia definitiua, quæ per aliam deserta pronunciatur, appellatio admittitur.*

DECISIO CIII.

FVit dubitatum 17. Martij 1586. in causa Tudertina Spolij, seu Bonorum, An sententia A. C. sit notorie iniusta, ita vt non sit exequenda, & dixerunt DD. hinc inde adesse attentata. A sententia enim Fulginarensi, cum præcessisset prius sententia diffinitiua, & ip-

1 se pronunciasset desertam appellationem, dabatur appellatio, Rebuf. in l. quod iussit. nu. 51. de re iud. Aym. consil. 151. num. 3. ideo possessio per ipsum consignata non potest sustineri. Sententia pariter A. C. patitur defectum nullitatis, si non constat de transportatione actorum, & ideo omnia sequuta sunt nulla, ex quibus sequitur, locum esse sequestro, & videndum de bono Iure.

PLATI.

Cortonensis, Bonorum de Scitello, Merc. 28. Iun. 1589.

ARGVMENTVM.

Sententia, ob non integram transportationem actorum, citationis, & pupillum indefensum, nulla redditur.

SVMMARIA.

1 *Sententia ob non integram transportationem actorum, nulla est.*

2 *Testis qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, etiam vltra articulata deponere potest.*

3 *Infans in iudicio comparere non tenetur.*

4 *Citatio vnius tutoris non sufficit, quando plures sunt dati.*

5 *Sententia lata contra minorem indefensum, nulla est.*

DECISIO CIV.

REsoluerunt Domini, sententiam latam ad fauorẽ Episcopi Cortonensis per Episcopum Montispolitiani, fuisse nullã ex pluribus. Et primò, ob non tran-

1 sportationem † omnium actorum, quę fuit necessaria, cum enim Episcopus Montispolitiani reuocauerit sententiam Episcopi Ciuitatis Castellæ latam in exequutione literatum, si in euidentem, non potuit hoc facere, nisi visis actis factis coram Episcopo Ciuitatis Castelli, iuxta dispositionem Concilij Trid. sess. 24. c. 20. ac fuit pluries in Rota resolutum, apparet autem ex processu transportata plura in eo fuisse omissa, quæ fuerant apponenda, ex quo cessat responsio data per Informãtes pro Episcopo, dum dicebant, testium examinatorum transportationem non fuisse necessariam, quia ex solis articulis appatebat, de iniustitia sententiæ Episcopi Ciuitatis Castelli. Nam in dicto processu non solum desiderantur dicta testium, sed etiam inuentarium, & alia deducta per Informantes, pro Marchionibus. Vltra quod & testium dicta fuerunt neces-

2 faria, quia testis, qui iutauit dicere † veritatem super articulis, & tota causa, potest etiam vltra articulata deponere.

Secundò fuit nulla sententia, quia cum Marchio-

3 nes essent infantes, † non potuerunt citari, vt in iudicio comparerent, & propterea processus factus vigo-

 re cita-

re citationis huiusmodi etiam post dationem Curatoris à iudice dictis infantibus factam fuit nullus, vt late per Afflict. decis. 262. & tradunt Modern. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabilit. nu. 12. Nec 4 releuat, quod tutor fuerit citatus, quia cũ † essent plures tutores, non sufficit, quod vnus tantum fuerit citatus, gl. in l. 2. C. si ex plur. tutor. Aym. cons. 225. sub n. 5.

5 Tertiò est nulla, quia lata contra † minorem indefensum, nemo enim nec tutor, nec curator datus comparuit ad eum defendendum, Cresc. decis. 206. alit. 9. de sent. & re iud.

I V S T I.

Camarinensis, Spolij, Vener. 28. Nouembr. 1603.

A R G V M E N T V M.

Spolium commissum dicitur, ex execu ione facta, non citata parte, maxime vbi modus exceditur, & subhastatio absque præsenti p cunia facta est.

S V M M A R I A.

1 *Enunciatiua Notarij de citatione, citationem non probat, sed & ipse actus citationis requiritur.*
2 *Spolium commissum dicitur, si in exequendo modus excedatur.*
3 *Idem obtinet, si facta est subhastatio absque præsenti pecunia.*

D E C I S I O CV.

NOn dubitatur amplius de probatione primi extremi, quia testes examinati cum Remissoria ad partes, id plene probant. Idcirco Domini censuerunt intrare spolium ex sequentibus, omissis alijs, quæ deducebantur.

Primò ex defectu citationis Cæsaris, quia Enuncia-1 tiua Notarij de citatione † non probat citationem, sed requiritur actus citationis, vt sæpe decisum fuit, ex quo defectu, cum resultet nullitas, intrat spolium, c. conquerente. de restit. spol. vbi Abb. & alij. Oldrad. consil. 227. in princ. Angel. consil. 24. nu. 4. Felyn in c. dilectus. il 1. nu. 1. vers. & ideo dicit, Hostien. cum nu. seq. de rescript.

Secundò, propter excessum, ex quo sæpe dicit Rota 2 resultare † spolium, & coram me in Romana, spolij bonorum, 21. Febr. 1600.

Nec obstat decisio Caputaq. decis. 53. num. 6. & 7. quia procedit, quando debitor volens euitare executionem, soluit sua sponte.

3 Tertiò, quia subhastatio † non fuit facta præsente pecunia, Rota coram Sanctiss. D. Nostro, in Tiburtina, Castri Sambuci, 27. Ian. 1578. & coram D. meo Ludouisio in Romana. vineæ, 2. April. 1601.

Ex quibus ita fuit decisum.

P L A T I.

Bononiensis, de Herculanis, Lun. 2. Iun. 1589.

A R G V M E N T V M.

Sententia nulla redditur, ob non integram transportationem actorum.

S V M M A R I A.

1 *Concilium Tridentinum etiam in profanis locum habet.*
2 *Acta coram primo iudice facta, integre transportanda sunt in secunda instantia, non obstante, quod in commissione dicitur constito de præmissis, quantum sufficere videbitur.* & 4.
3 *Maxime si etiam ex clausula commissionis hoc apparet.*
5 *Intellectus clausula Commissionis*, constito de præmissis.

D E C I S I O CVI.

FVit resolutum, sententiam A.C. esse nullam ob nõ transportationem actorum, iuxta decretum Concilij Tridentini. sess. 24. c. 20. quod locum habere etiã 1 † in prophanis patet ex decis. facta coram Reuerend. Patre Dom. Blanchetto, in vna Tridentina bonorum, 17. Martij 1586.

Non obstat, quod A. C. fuisset commissum, vt sententiã Rotæ Bononiensis reuocaret, constito sibi summarie, & quantum sufficere videretur, quod non fuisset pronunciatum per Pretorem Bononiæ, à cuius sententia dicebatur per Bernardum Herculanum fuisse appellatum, quia debuerunt saltem ad tribunal A.C. 2 transportari omnia † acta, & processus existentes corã A. Rotæ Bononiensis. Et sic etiam processus Bagnacaualli Lugli Cosignolæ, & alij qui cum ad A. Rotæ Bononiensis transportati fuissent, de ipsius actis fuerint effecti, & hoc maxime, quia agebatur coram A. C. de probando, quod commissio facta Ioachino Auditori Rotæ Bononiensis, esset nulla, & nullam tribueret iurisdictionem, ex quo fuerat in causa falsum expressum, quod pronunciatum fuerat à Prætore Bononiensi, & ab eius sententia appellatum, quæ sane negatiua erat probanda, ex inspectione actorum, coram Ioachino transportatorum, iuxta trad. per Dec. consil. 303. col. 2. & consil. 483. Alex. consil. 95. in princ. lib. 4. Bald. in l. si contra. C. de appellat. neque enim ad hanc negatiuam probandam sufficit, quod in sententia Ioachini nulla de sententia Prætoris Bononiensis mẽtio habeatur, & ad solas sententias iudicum Ferrariensium relatio fiat, per ea quæ tradidit Felyn. in c. quoniam contra. num. 34. de probat. Alexand. consil. 42. col. 2. lib. 4. Oportebat igitur, ad docendum non fuisse pronunciatum à Prætore Bononiensi, nec ab eo appellatum, ad Ioachinum afferre, ac transportare omnes processus, ad tribunal Ioachini transportatos, vt ex eorum inspectione apparere posset de hac negatiua. Addebant etiam Domini, quod cum commissio Ioachino haberet 3 † clausulam, *statum, & merita causa, &c.* & clausulæ, *quarum tenores tribuebant iurisdictionem*, vt post Cassad. decis. 1. & 2. de rescript. Achill. de commiss. decis. 5. & propterea non videbatur satis esse A.C. pro reuocatione dictæ sententiæ, quod sibi constaret non fuisse à Prætore Bononiensi appellatum, ex visione gestorum coram Ioachino, sed debebat etiam videre alios processus coram alijs iudicibus factos, vt cognoscere posset bene ne, an male fuissent sententiæ aliorum Iudicum à Ioachino reuocatæ.

4 Non obstat, quod † commissio A.C. dicat, *constito de præmissis, quantum sufficere videbitur*, quia in eadem dicitur, etiam quod sententiam Ioachini, prout iuris fuerit, reuocet, & sic debuit iuris dispositio, ac Concil. Trident. super transportatione processuum seruari.

Præterea in eadem commissione A. C. non solum narrantur coram alijs Iudicibus agitata, ex quibus fuit Signaturæ insinuatum, causam hanc ad Iudices laicos Serenissimi Domini Ferrariæ remittendam esse. 5 Clausula igitur illa † *constito de præmissis* ad omnia narrata videtur referenda, de quibus sane constare nõ poterat, nisi visis processibus coram illis Iudicibus agitatis, & per consequens A.C. reuocans sententiam Ioachini, & ad illos Iudices exequutionem remittens, nõ visis processibus coram ijsdem Iudicibus factis, maxime cum iam fuissent (vt dictum est) coram Ioachino transportati, remanet nulla.

B L A N C H E T T I.

Maioricensis, Officij Pænitentiarij, Ven. 21. Iun. 1591.

A R G V M E N T V M.

Sententia nulla est, ob non integram transportationem actorum.

S V M M A R I A.

1 *Acta prioris instantia coram Iudice ad quẽ, integre trãsportanda sunt, ad euitandam sententia nullitatem.*
2 *Qualitas rei, vel persona non attenditur, vbi à lege quid est indultum.*
3 *Dicta testium integre, non summarie edenda sunt.*
4 *Dispositio Concilij Tridentini etiam de Iudice profano intelligenda est.*

DE-

DECISIO CVII.

Domini dixerunt, non esse recedendum à resolutione facta coram Reu. Patre D. meo Gypsio, 1 videlicet sententiam latam † fuisse nullam, ob nõ integram transportationem actorum, coram Iudice à quo, prout fuit resolutum in Rota in pluribus causis.

2 Nec obstat irreleuantia, quia vbi † aliquid est inductum à lege, qualitas rei, vel personæ non attenditur, l. non solum. in fin. ff. de iniust. rupt. irrito fac. test.

3 Nec etiam obstat summarium testium † fuisse datum, quia de hoc non constat & summarium ac integra dicta longè distant inter se.

Nec refragatur, quod Concilium loquatur de ge-4 stis coram Episcopis, quia Rota intellexit semper † vt procedat coram quocunque Iudice.

PLATI.

Fauentina Bonorum, Merc. 23. Ian. Lun. 1. Febr. & Ven. 19. Febr. 1586.

ARGVMENTVM.

Mandatum non reuocatur, si agens ex testamento secundo, in quo fit relatio ad aliud præcedens, posterius illud non produxerit: licet etiam statutum huc faciens, & confessionem procuratoris, ad illud sese referentem, alleget.

SVMMARIA.

1 *Allegans testamentum prius factum, illud producere tenetur.*

2 *Confessio alicuius ad testamentum prius factum, non probat, nisi etiam ipsum testamentum, ad quod fit relatio, producatur.*

DECISIO CVIII.

Pluries dubitatu, An mandatum concessum D. Camillo Herniemno, contra D. Alphonsum Pasinni, pro legitima debita Camillæ, ex persona Bartholomæi eius filij, in bonis Annibalis Patris D. Bartholom. veniat reuocandum. Prætendebat enim D. Alphonsus illud esse notoriè iniustum, cum fuerit relaxatũ, pro tota legitima, quam habebat Bartholom. in bonis patris sui, & tamen constabat, quod Camilla fuerat instituta hæres à Bartholomæo, in dimidia tãtum, & hoc etiam vita eius durante, & ad hoc probandum adducebat quoddam testamentum Bartholomæi in actis productum, in quo apparebat Meldinam eius vxorẽ fuisse institutam, donec vitam vidualem seruasset, & post eam vocatos fuisse illos de Pasijs, quo stante videbatur apparere de notoria iniustitia mandati, quia si Camilla erat hæres in medietate, & in vita tantum, non poterat habere totam legitimam debitam filio in bonis patris: sed aut nihil habere poterat, cum iam decessisset ante relaxationem mandati, aut saltem poterat habere solummodo dimidiam partem dictæ legitimæ; tamen Domini die Mercur. 23. Ianuar. Ann. 1588. dixerunt, ex hactenus deductis, non constare de huiusmodi notoria iniustitia, quia testamentum in actis productum nullam faciebat mentionem de Camilla matre, vnde aut est nullum, aut si aliquo modo sustineri potest, quia habet relationem ad aliud alterius testamentum, in quo mater est instituta pro medietate, necessarium esse dicebant, producere hoc pri-1 mum † testamentum, ad quod secundũ se refert, iuxta regulam Authenticæ, si quis in aliquo. C. de edendo. & ideo dixerunt, quod producto testamento daretur resolutio. Sed Alphonsus ad euitandam productionẽ d. testamẽti, produxit quendam libellum, datum Fauẽtiæ, nomine Camillæ, in quo procurator ipsius Camillæ narrabat, ipsam fuisse institutam hæredem pro medietate, in vita tantum, & producebat ipsum testamentum, narrando & petendo, prout in eo, Et Lun. 1. Februar. eiusdem anni Domini dixerunt, adhuc non constare de iniustitia mandati, quia omisso, quod illa erat confessio procuratoris, de cuius mandato nõ cõ-2 stat, dicebatur confessionem † illam habere relationẽ ad testamentum, & propterea non afficere, nisi producto ipso testamento, possent enim multæ qualitates & conditiones in eo adesse, ex quibus appareret posset, Camillam ius habere in tota hæreditate Bartholomæi filij sui, atque ideo iterũ conclusum fuit, non esse dandam resolutionem, nisi producto testamento præfato. Quapropter Alphonsus produxit statutum Fauẽtiæ, per quod excluditur mater à successione filij, præterquam à decima parte pro legitima existentibus agnatis, intra quartum gradum, quo statuto producto petebat reuocari mandatum, tanquam notoriè iniustũ, nam aut sumus in causa intestati, & tunc mater non potuit habere totam legitimam debitam filio, in bonis patris, sed decimam eius partem tantum, stante statuto præfato, aut sumus in causa testati, & tũc Camilla est hæres pro medietate tantum, & sic vtroque casu mandatum est iniustũ. Et die Vener. 19. Februar. suprascripti, disputato dubio, cum præsupposito dicti statuti, Domini persiterunt in decisis, scilicet, non constare de iniustitia mandati, quia constat Bartholomæum decessisse testatum, tam ex confessione ipsius Domini Alphonsi, quàm etiam ex secundo illo testamento, in quo fit relatio ad aliud præcedens testamentum, certum autem est, tamdiu cessare causam inte-1 stati, quamdiu testamentum valere potest. l. quãdiu. ff. de re iudic. l. in testamento. C. vnde liber. & propterea statutum non posse hoc casu intrare, esto etiam quod in ceteris probata essẽt omnia requisita, per statutum ad exclusionẽ matris, vtpote, quod adsint propinqui intra quartum gradum, cessante autem statuto non probatur notoria iniustitia mandati, quia non valet consequentia, quam faciunt Informantes pro Domino Alphonso, videlicet, quod si sumus in causa testati, Camilla non potest esse hæres, nisi pro medietate, quia constat in actis, quod in alia medietate fuit instituta hæres Meldina, nam vt supra dictum est, si produceretur testamentum, poterunt fortè multa apparere, ex quibus videlicet per ius accrescendi, vel alia ratione constet, totam hæreditatem fuisse ad Camillam deuolutam. Et ex his fuit conclusum, quod non potest agi de reuocatione mandati, nisi viso, & discusso testamento priore Bartholomæi, in quo dicitur matrem institutam pro medietate, & in vita tantum.

BLANCHETTI.

Fauentina, Transactionis concordiæ. Lun. 24. Apr. 1596.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla est, ob non seruatos terminos substantiales iudiciorum.

SVMMARIA.

1 *Termini iudiciales, præsertim in causa graui seruandi sunt.*

2 *Etiam, si agitur Via executiua.*

3 *Breuitas temporis sententiam nullam reddit.*

4 *Stante nullitate, sententia non transit in rem iudicatam.*

5 *Sententia nulla sub prætextu iustitiæ, parte opponente, confirmari non potest.*

DECISIO CIX.

Fvit resolutum sententiam A. C. fuisse nullam ex defectu non obseruationis terminorum substantialium, propter breuitatem tẽporis, & quia non fuit doctum de mandato, nisi Antonij Mariæ, cuius respectu sententia sustineri potest, non autem aliorum in illa comprehensorum.

Termini enim substantiales seruari debebant, post-1 quam agebant de † causa graui, excedente summam scutorum 200. iuxta facultates A. C. quicquid dicat decis. 4. de appellat. in nou. fuit resolutum coram Re-

uerendiss.

uerendiss. Oriolensi, in vna Romana, artis furnariæ, 1. Iun. 1536.

2 Nec obstat, quod ageretur via † executiua, in iudicio enim executiuo, qui vult absolui per sententiam, debet illos seruare.

3 Breuitas temporis est etiam † aperta nullitas, quia 12. Februar. fuit præsentata commissio, & 13. lata sententia.

Placuit & DD. vt dixi, defectus mandati, tam respectu aliorum, quàm Antonij Mariæ stante oppositione partis, neminem audiri, nisi docto de mandato.

4 Non obstat desertio, † quia stante nullitate non potuit sententia transiuisse in rem indicatam, præterea constat de præsentatione in tempore, vltra quod dicendi de nullitate, durat spacio 30. annorum.

5 Non obstat prætensa iustitia sententiæ, quia de illa non constat notoriè. Secundò, parte † opponente sententia nulla sub prætextu Iustitiæ confirmari non potest.

CANTVCCII.

Romana, Census, 20. Maij 1580.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis ex sententia nulla non vulneratur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non extinguitur ex sententia nulla.*

DECISIO CX.

VNa & altera parte informante fuit decisum per DD. procedendum esse via executiua, nec decretum D. Lucatelli † vulnerasse obligationem Cameralem, & decernendum mandatum, contra D. Bernardinum Bonum, verum agentes pro ipso, si voluerint, super eisdem audiri.

In Eadem.

ARGVMENTVM.

Idem est, qui & superioris, tenor.

SVMMARIVM.

1 *Pars etiam alias deducta de nouo deducere potest.*

DECISIO CXI.

DOmini steterunt in decisis facto verbo cum DD. per Reuerend. patrem D. Cantuccium, cui erat de nouo directa commissio, ac etiam me referente, & pars D. Bernardi deduxit, & fecit, quæ alias dixerat,

1 de nouo, † quod causa erat effecta appellabilis, & decreuerunt Domini, procedendum esse ad vlteriorem executionem.

PENIÆ.

Interamnensis, Mercium, Mercur. 4. Iun. 1597.

ARGVMENTVM.

Fideiussio vxoris pro marito cum iuramento facta, an subsistat, attento quod in tantum læderetur, vt dotem habere non possit.

SVMMARIA.

1 *Fideiussio vxoris pro marito facta regulariter nõ valet.*
2 *Fallit, si iuramento sit munita.*
3 *Læsio in his non cõsideratur, quæ ab incerto futuro euentu pendent.*
4 *Læsio nõ attẽditur, si adsint releuatores, qui vxorem pro marito fideiubentem, indemnem reseruare promittat.*
5 *Exceptio læsionis non est proponenda, nisi excussis bonis mariti, & releuatorum, qui vxorem seruare indemnem promiserunt.*
6 *Ad hoc, vt mulieri pro dote agenti, consulatur, non sufficit maritum habere bona tempore obligationis ab vxore facta, sed requiritur, vt etiam tempore, quo ad solutionem agitur, habeat.*
7 *Fideiussio pro marito decocto, & debito antea contracto, absque releuatore & iurato facta ab vxore, inualida est, maximè si facta solutione indotata penitus remaneret.*

DECISIO CXII.

HÆredes Pauli de filijs anno 1586. vendiderant quasdam merces Paulo Folenæ, & Eusebio, & Riccio de Gregorijs, pro pretio scutorum 4430. certis quibusdam temporibus persoluendorum, pro quibus fideiusserunt Mutia, Pauli vxor, & Arpalices vxor Eusebij, & Thomas Talianus, quos fideiussores Paulus, Eusebius, & Riccius emptores mercium indẽnes conseruare promiserunt, omnesq; in forma Camerali se obligarunt.

Accedente vltimo termino solutionis pretij remanentis scut. 2380. venditores coram A. C. egerunt contra Eusebium & hæredes Riccij principales, & contra Thomam & hęredes Mutię, & Arpalices fideiussores, & obtinuerunt subhastari illorũ bona pro scut. 1600. Laurentius hæres Mutiæ per appellationem causam in Rota introduxit, & cum adhuc superessent scuta 760. persoluenda, & Laurentius opponeret de nullitate obligationis Mutiæ pro marito fideiubentis, ex eo, quod remansisset indotata, dubitaui, An mandatum relaxatum ab A. C. esset exequendum, prætensa appellatione non obstante.

Rota exequendam censuit, quia licet regulariter fi-

1 deiussio † vxoris pro marito non valeat, tot. tit. ff. & C. ad Velleian. Auth. si qua mu lier. vbi gl. in verb. nulla-

2 tenus, C. eod. tit. id tamen non habet locum, † quando fideiussio, vt in casu proposito, fuit munita iuramento, gl. communiter recepta, in c. ex rescripto. de iuretur. Curt. Iun. consil. 47. nu. 2. & 5. part. 1. Tiraq. in l. si vnquam. in prin. 135. C. de reuoc. don. Thes. decis. 31. n. 4. vbi dicit gl. in Auth. si qua mulier. C. ad Velleian. contrarium asserentem communiter à Canonistis approbari, Ant. Gomes. tom. 2. var. resol. c. 13. nu. 8. latè Bursat. consil. 56. nu. 15. lib. 1.

Et hanc sententiam dicebant Dd. procedere sine difficultate, inspecto tempore fideiussionis, quo nulla poterat commissa læsio, & indotatio considerari, quia tunc vel maritus habebat alia bona, vel saltem habebat sortem principalem mercium emptorum, super qua mulier poterat esse tuta, quod excludebat læsio-

3 nem, quæ non consideratur in † his, quæ pendent ab incerto futuro euentu. Crauett. consi. 142. num. 8. & consi. 114. nu. 16. Eandem etiam læsionem excludebãt

4 plures releuatores, qui promiserunt fideiussores † indemnes conseruare, à quibus cum posset Mutia consequi dotem suam, non poterat dici indotata remansisse, ita vt eius fideiussio redderetur inualida, cũ sufficiat adesse bona, super quibus mulieris dos salua consistere possit. Afflict. decis. 311. num. 1. Rom. consil. 187. nu. 2. Crauett. consi. 77. nu. 16.

5 Rursus, cum excussio bonorum † mariti, & releuatorum præcedere debuisset, antequam exceptio læsionis proponeretur. Rom. d. consi. 87. num. 2. vers. quod autem, ac ne de læsione proposita constaret, non erat executio obligationis Cameralis retardãda, quam solum impedit exceptio falsitatis, solutionis, & nouæ conuentionis. Cassad. decis. 1. de.... Quod si tempus solutionis esset inspiciendum, licet opinio Ioan. de Imol. in c. peruenerit, de empt. & vendit. quam sequutum fuit Concilium Neapolitanum, vt testatur Afflict. decis. 313. incipit, retentis terminis. fauore dotis sit magis æqua, nempè ad effectum vt vxori sit con-

6 sultum, non sufficere maritum habere bona † tempore obligationis factæ ab vxore, sed requiri etiam, quod habeat facultates tempore, quo agitur ad solutionem; in proposita facti specie, non videbatur habere locum, quia non præsupponeretur creditorem soluendo fuisse scut. 760. & duas mulieres, Mutiam, & Arpalicem fideiussisse, quarum altera habebat in dote scut. 800. altera autem scut. 900. & post solutum creditum, pro æquali portione vnicuique remaneret plus quam dimidia pars dotis, non aderat talis læsio,

quæ

quæ inualidaret contractum fideiussionis religione iu ramenti munitum. Thes. decisio. 223. nu. 13.

Nec supradictis refragabatur decisio in causa Romana fideiussionis coram Illustrissim. Cardinali Arigonio, tunc Rotæ Auditore, die 5. Iul. 1595. vbi fuerat pronunciatum fideiussionem cuiusdam Dorotheę ad fauorem mariti, fuisse inualidam, tamen quia ibi constabat de enormissima læsione vxoris, ex quo præsupponebatur, quod sequuta solutione remane-
7 bat † penitus indotata. Item quia fideiusserat pro marito decocto, & pro debito iam antea contracto: Itē quia ibi nullus pro Dorothea accesserat releuator, quæ concurrebant in hoc casu.

Dixerunt tamen Domini tantisper fuisse mandati executionem suspendendam, vt clarius liqueat, an aliqua superessent bona, super quibus dotes tunc consisterent.

Vener. 5. Iun. 1598.

ARGVMENTVM.

Eremitas teneri ad solutionem Notario faciendam, & quantum pro singulis dubijs & ex quibus bonis persoluendum sit, decernitur.

SVMMARIVM.

1 *Notario pro singulis dubijs quantum dandum sit.*

DECISIO CXIII.

R. R. Eremitæ satisfaciant Notario, de suo salario, vt in se hoc vnus suscipiat, & dent pro singulis
1 dubijs † scuta decem, & hæc omnia fiant ex redditibus bonorum sequestratorum, & Datij non teneantur cauere, maximè cum secundum lecturam Eremitarum ipsi sint facultatibus idonei.

BLANCHETTI.

Romana, Census, Lun. 13. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Pactum vsurarium contractui adiectum, in totum eum euertit, nec à Papa confirmari talis contractus potest.

SVMMARIA.

1 *Contractus nullus redditur ex pacto vsurario adiecto.*
2 *Contractus ab initio nullus tacito partium consensu confirmari non potest.*
3 *Nec a Papa.*
4 *Papa contra ius diuinum, & naturale non dispensat.*
5 *Iudex vsuraria attentata non potest confirmare.*

DECISIO CXIV.

FVit resolutum, censum, de quo agitur, esse nullum propter adiectum pactum, quod per sexennium tantum durare deberet, stantibus Constitutionibus Martini V. Calisti III. de empt. & vendit. & Constitu-
1 tione Pij V. & per tale pactum tanquam † vsurarium, cōtractum annullari in totum, tradunt Sor. de Iustit. & Iur. lib. 6. q. 5. art. 3. Cōrad. de cōtract. q. 84. in 8. concl. 152. nu. 4. & 5. lib. 1. & fuit resolutum coram Reuer. Patre D. meo Decano, in causa Vrbeuetana, census, die 13. Nou. 1592.

Hunc contractum & confirmatio Papæ, nec subsequuta validare potuit, tamen quia consuetudo hoc casu, c. cum nobis, vbi gloss. in verb. nulli de vsur. Roch. in c. fin. in 3. not. de consuetud. & fuit resolutum coram Illustrissimo Domino Lancellotto, in vna Romana, societatis, 2. Iun. Ann. 1570. & in dict. Vrbeue-
2 tana, census, coram meo Gypsio, tum etiam quia † partium tacito cōsensu non potest contractus ab initio nullus validari, clement. 1. de vsur. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. reg. non firmatur, eod. tit. in 6. Dd. in l. de quib. ff. de leg.

3 Confirmatio autem Papæ hoc † casu non suffragabitur, c. super eo. de vsur. & est communis opinio tam Theologorum, quā Canonistarū, Dd. in l. 1. C. de summa Trinitat. & fide Catholic. Summ. Angelic. in verb. vsura. 12. nu. 4. Syluest. in eodem verb. quæst. 4. nu. 24. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 1. ad 3. arg. Couar. lib. 3. variar. resolut. cū vsura & iure diuino & naturali sit
4 prohibita, contra † quæ Papa non dispensat, Diuus Thomas par. 2. quæst. 44. artic. 5. & fuit resolutum coram bon. mem. D. Cotta, in vna Romana, societatis, 3. Iun. 1575. quę est decis. 67. inter diuers. p. 1. & in præmissis.

Multo magis, quia confirmatio Papæ respexit præcipuè venditionem officij, alia verò parte tamen expressa, quam tacita confirmat, quatenus sint honesta, vt patet in illis verbis, pacto huiusmodi, & omnia & singula promissa.

5 Non obstant mandata executiua, † quia non fuit in potestate Iudicis validari huiusmodi attentata.

PAMPHILII.

Vrbeuetana, Domus, de Albucis Lun. 5. Decemb. 1594.

ARGVMENTVM.

Sententia, & subhastatio inde sequuta ob pupillum indefensum, nulla est.

SVMMARIA.

1 *Subhastatio facta, non constito de aliquo debito, nulla est.*
2 *Subhastatio contra pupillum indefensum facta nulla est, & nu. 4.*
3 *Qui à matre, vti tutrice, absque iudicis decreto constituitur, an verus sit tutor.*
5 *Tutela, vt quæ facti est, non præsumitur.*
6 *Mater quo ad tutelam liberorum, alijs omnib. præfertur.*
7 *Subhastatio facta absque assignatione termini ad reluendum, non subsistit.*

DECISIO CXV.

PRo informāte, scilicet domum, de qua agitur, deberi hæredibus q. Pyrrhi non obstante subhastatione facta ad instantiam Marci vti creditoris ipsius
1 Pyrrhi, quia fuit nulla, cum † non constet ex aliquo debito Pyrrhi, erga commissionem, quod vt ex facto deducitur, non opposita exceptionem compensationis, qua Pyrrhus se tueri poterat, & saltem non intimatis molestijs potuerit per Marcum solui, l. si procuratorem. §. ignorantes. l. idemque. §. generaliter. ff. mandati. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. cū vero. §. subuentum. ff. de fideicomm. libert. l. Fulcinius. §. 1. vbi Bart. nu. 6. ff. quibus ex causis in possess. eat. Alex. l. si finita. §. Iulianus. in fin. ff. de damn. infect. Rom. cons. 454. nu. 9. & nu. 20. Ruin. consil. 160. nu. 26. lib. 2. præsertim ad effectum, vt potuerint distrahi bona minorū, l. ob æs. & l. minorum. C. de præd. min. l. magis puto. §. nec passim. ff. de reb. eor. Paris. consil. 85. nu. 19. lib. 3. cum alijs per Rol. consil. 33. nu. 1. cum seq. lib. 1.

2 Et tanto magis, quod ista subhastatio † fuit facta contra pupillos penitus indefensos, cum Achilles, qui tanquam eorum procurator fuerat citatus, nunquam acceptauerit onus procuræ, Rot. decis. 7. de procurator. in vers. & nunquam comparuent. l. cum & minores, vbi Bar. nu. 5. C. si aduersus rem iudic. l. contra pupillum. ff. de re iudic. Socin. Iun. consil. 70. nu. 33. lib. 2. latè Put. decis. 306. lib. 2. Vltra, quod nec etiam erat legitimus procurator, cum esset constitutus à matre
3 † vti tutrice, absque Iudicis decreto, §. final. Instit. de curat. l. decreto. ff. de administr. tut. Bartol. in l. actor. ff. rem rat. haber.

Non obstat, quod in partibus fuerit citatus Pria-
4 mus, Patruus minorum, vti eorum † tutor quia vt in facto deducitur, nec ipse adstitit defensioni huius causæ, Bart. in d. l. cum minores. nu. 5. Salyc. nu. 6. Put. d. decis. 306. & etiam non constet de eius tute-
5 la, † quæ cum sit facti, non præsumitur. Alex. cons. 94.
6 nu. 4. lib. 7. præsertim stante matre, quæ † in hac materia præfertur omnib. agnatis. Autheut. matri & auiæ. C. quando mul. tut. off. fung.

Accedit etiā, quod ista subhastatio patitur multas alias

alias difficultates, de quibus per Informantes, & vide-
7 tur etiam nimis festinanter facta, & absq; † aliqua præ-
fixione termini, ad reluendum, qui tamen in rebus
minorum ad instar bonorum Ecclesiæ, saltem 10. die-
rum, de iure communi requirebatur, iuxta Authent.
hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. Bal. in leg.
1. sub num. 16. C. de fid. instrument. & iur. hast. fiscal.
lib. 10. Fab. de Monte. in tit. de emp. & vend. p. 5. prin.
num. 83. cum seq. Rol. d. consil. 33. no. 14. lib. 1. & la-
tè Menoch. de arbitr. iud. Cas. 171. num. 28.

MANTICÆ.

Bononiensis, attentatorum, Lun. 24. Octobr. 1588.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non præstitum iuramentum calumniæ, nulla est. Agitur etiam hic de remedio l. vltim. C. de edict. D. Adrian. toll.

SVMMARIA.

1 *Possessionem ingrediens, appellatione pendente, attentare dicitur.*
2 *Appellatio quando ex l. vltim. de edict. D. Adrian. toll. prohibita.*
3 *Omissio iuramenti de calumnia sententiam nullam reddit.*
4 *Iuramentum calumniæ etiam in iudicio summario requiritur.*
5 *Et ante sententiam peti debet.*
6 *Idem in protestatione obtinet.*
7 *Iudex omissio iuramento calumniæ, ad vlteriora procedens, exceptionem de eo tacitè reiecisse videtur.*
8 *Nec hoc expressè remittere potest.*
9 *Etsi ex consuetudine id omitti soleat.*
10 *Iuramentū calumniæ an ab eo præstandum sit, qui suam intentionem bene probauit.*
11 *C. 2. de prob. an etiam ad iuram. calumniæ extendatur.*
12 *Testamentum in actis producere non sufficit, nisi etiam probetur, testatorem bona, de quibus in testamento agitur, possedisse.*
13 *Sententia, quæ ex actis non verificatur, corruit.*
14 *Remedium adipiscendæ appellationis ei, qui semel adeptus fuit possessionem, non datur.*
15 *Beneficium l. vlt. C. de ed. D. Adr. toll. etiam pro conseruanda possessione datur. & 16.*
17 *Is qui facto suo à possessione decidit, remedium adipiscendæ non habet.*
18 *Possessio pendente lite, à tertio absque vitio attentatorum acquiri potest.*
Ad hoc respondetur. nu. 19. & 21.
20 *Confessio detentionis ab aliquo vt constituti in donatione apposita, facta a constituente emanata, contra eund. probat.*
22 *An habens facultatem capiendi propria authoritate possessionem, iudicem adeundo sibi præiudicet. & num. 23. & 24.*
25 *De iure partis quamdiu constat, tamdiu de non iure constare non dicitur.*
26 *Attentata quando reuocari possint.*

DECISIO CXVI.

CONclusum fuit constare de attentatis, quia D. Marcus Antonius vigore mandati de immittendo expulso Pandulpho, † ingressus est possessionem,
1 appellatione pendente, e. non solum. de appell. nu. 6. cum concord.

Neque ad rem pertinet, quod fuit actum ex l. vlt. de eden. Diui Adrian. toll. quod est remedium adipiscendæ possessionis, in quo per Ægidianam sit prohi-
2 bita appellatio, quia hoc verum est, † nisi sententia sit nulla, vel notoriè iniusta, & ideo sine dubio permissa est appellatio.

Nā quod sententia est nulla, ex eo colligitur, quod iuramentum calumniæ expressè petitū fuit, nec præ-
3 stitum † est, quo casu processus vitiatur, & sententia nullius est momenti, c. 1. §. 1. cum gl. de iuram. calum. lib. 6. l. 2. §. sed quia veremur. & ibi Batt. post Iacob. Put. C. eod. tit. idque scribit Bar. Imol. Alex & alij in l. de pupillo. §. quia opus. de damn. infect. & Ias. in l. iusiur. & ad pecunias. §. qui. nu. 3. ff de iureiur. & hæc est communis Dd. sententia, vt testatur Corne. consil. 316. num. 10. lib. 3. quam etiam magis profitetur Soc. Iun. in decis. consi. 59. nu. 1. lib. 2.

Nec dubium est, quin hoc iuramentum calumniæ
4 in iudicio etiam † summario requiratur, ne veritas occultetur, clem. sæpe. de verb. sign. & ibi Dd. maximè Imol. sub vers. habetur. nu. 4 & Bart. in extrauag. ad reprimendum, in vers. & figura. nu. 11.

5 Neque obstat, quod iuramentum † ante sententiam peti debeat, d. c. 1. de iuram. cal. lib. 6. & in casu proposito eodem die, quo fuit lata sententia, fuerit petitum, & ideo ad excludendum attentata præsumendum sit, sententiam præcessisse. Cresc. decis. 53. lib. 1. Achil. decis. 1. de inhib. quia loquuntur in diuersis terminis, & ad casum propositum non possunt adaptari. Nam iuramentum fuit petitum in protestatione facta in termino citationis, ad sententiam, quo intelligitur petitum ante sententiam, quia in vltima tantum parte dicta sententia ferri debuit, c. consuluit. de offic. & pote-
6 stat. iudic. delegat. Item, quia protestatio † secundum propriam naturam, debuit præcedere, l. vlt §. item si prædixerit. ff. naut. caup. stabular. cum cōcord. Et ideo ordo scripturæ sequendus est. cap. penult. post princ. de elect. & elect. pot. lib. 6. l. qui soluendo. l. 2. ff. de hæred. instit. cum concord.

7 Neque obstat, quod Iudex procedendo † ad vlteriora, videatur tacitè huiusmodi exceptionem reiecisse, c. ex parte. de appell.

Quia Iudex hoc iuramentum calumniæ expressè
8 etiam non potuit † remittere, quia fuit inductū propter publicam vtilitatem, ne veritas opprimatur. d. l. 2. §. sed quia veremur. cum gl. in vers. remitti, de iureiur. propter cal. dan. Et ideo nec contraria consuetu-
9 do valet, vt si fuerit † petitum, remitti posset, c. ceterum. de iuram. calumn. glos. in d. cap. 1. §. 1. vers. tacite, eodem tit. lib. 6. Socin. Iun. d. consi. 59. nu. 3. lib. 2. Rolan. consi. 11. nu. 10. lib. 1.

Neque etiam refragatur, quod iuramentum calū-
10 niæ † non sit præstandum ab eo, qui bene probauit suam intentionem, Bald. per illum tex. in c. 2. nu. 7. in fin. de prob. & Felyn. ibid. nu. 3. & Ias. in repetit. l. admonendi. nu. 84. de iureiur. quia respondetur, primò, hoc non procedere sine difficultate, quia d. c. 2. loqui-
11 tur de iuramento veritatis, & ad iuramentum calumniæ, quod facilius præstatur, non debet † extendi, vt sentit Iason in l. iusiur. & ad pecunias. §. qui iusiuran. num. 3. vers. limitata. ff. de iureiur. vnde etiam Tiraq. videtur dubitare, de retract. lignag. §. 2. gl. 1. nu. 21.

Secundò respondetur, ex eo solo, quod testamentū quond. Dom. Ludouici in actis productum fuit, plenè non probari intentionem Do. Marci Antonij, qui
12 debuit † etiam probare, ipsum testatorem bona, de quibus agitur, possedisse, vt colligitur ex l. vlt. de ed. Diui Adrian. toll.

Neque etiam dici potest, D. Marcum Antonium suam intentionem plenè probasse ex instrumēto donationis, virtute pacti resolutiui, quia respondetur, hoc instrumentum ab eo in actis non fuisse productū, neque tale remedium fuisse intentatum, neque Iudici dicitur liquere, cum non fuerit inter partes discussum, an conditio pacti resolutiui sit purificata, Natt. consi. 194. num. 15. Et ex his Domini dixerunt, sententiam esse nullam.

Quod illa sit etiam notoriè iniusta, & consequenter per Ægidianam non sit prohibita appellatio, ex
13 eo colligitur, quod ex † eisdem actis non iustificatur, Cum M. Antonius intentauerit remedium l. vlt. de edict.

edict. Diui Adrian. toll. neque probauerit, defunctū ea bona mortis temporis possedisse, non potuit obtinere, vt colligitur ex d.l. vlt.

Praeterea cum istud remedium sit adipiscendæ possessionis, non potuit † competere D. Marco Antonio, qui semel adeptus fuit possessionem, §. si quis. Instit. de interdict.

Neque ad rem pertinet, quod beneficium illius legis competat etiam pro † conseruanda possessione, Alex. d.l. vlt. in fin. & Zuccard. nu. 178. qui dicit communem esse opinionem, quam etiam sequitur Socin. Iun. consi. 97. nu. 47. lib. 2. & Rol. qui etiam alios allegat, refert, & communem attestatur consi. 98. num. 3. lib. 3. quia hoc intelligitur, † quando quis possidet, vt omnes loquuntur, ac constat D. Marcum Antonium facto suo à possessione cecidisse, † quia per donationem, seu per transactionem ex clausula cōstituti eam transtulit in Ioannem Tattam, & Pandulphum fratres, l. quod meo. & ibi Dd. ff. de acquir. possess. & ideo non potest amplius ei competere remedium adipiscendæ. d. §. sequens. Inst. de interd.

Neque etiam obstat, quod quis possidet pendente lite à tertio sibi acquirere † possessionem sine vitio attentatorum, Put. decis. 30. in fin. lib. 1. quia primo fuit responsum, Pandulphum, qui eiectus est à possessione vigore † mandati de immittendo, non esse tertium, sed colligati æquè principaliter cum Ioan. Baptista fratre, adeoque ipsum Rodulphum possedisse pro indiuiso euidenter probatur, ex confessionibus ipsius Dom. Marci Antonij, quæ colliguntur ex commissione & lite mota contra Rodulphum, & Ioan. Baptistā, vti detentores ex constituto in donatione apposito, quod sine dubio † probat contra ipsum constituentē, Bal. in l. vlt. nu. 47. de edict. Diui Adrian. toll. Ant. in l. interdum. in fin. prin. ff. de acquir. possess. Ruin. consil. 421. nu. 2. lib. 2. Purpur. consi. 157. nu. 4.

Neque præsentis est inspectionis, an constitutū virtute pacti resolutiui, sit resolutum, quia respicit negatiuam principaliter, neque in hoc iudicio deductum fuit.

Secundo & illud obiectum, quod quinis possit à tertio sibi acquirere possessionem, absque vitio attentatorum, responsum fuit, posse † habere locū, quando quis eam acquirit extra iudicium, aliud est, si iudicialiter acquirat, vt sæpius in Rota decisum fuit, sicuti attestantur Modern. de attentat. p. 2. 1. 4. in præfation. 3. num. 390. vnde cum in casu proposito interposita appellatione & lite pendente capta fuerit possessio vigore mandati, à Iudice relaxati, vtique dicitur attentata.

Neque etiam illud refragatur, quod D. Marcus Anton. qui habuerit facultatem † capiendi possessionem propria authoritate, adeundo iudicem, sibi præiudicium non fecerit. Bart. in l. creditores, in 2. lect. num. 26. C. de pign. & plerique alij in prin. fuit respōsum, † illud procedere, quando quis petit solum mādatum de associando, secus si producto testamento petijt se immitti in possessionem, ex d. l. vlt. de edict. Diui Adrian. toll. quia tunc † videtur recessisse à facultate capiendi possessionem propria authoritate, & via, quam quis elegerit, sibi pateat cum omnibus suis facultatibus l. si mulier. §. vlt. ff. quod metus caus.

Secundò fuit responsum, adhuc non fuisse discussum, an habeat locum pactum resolutiuum, quo in casu M. Antonius habet istam facultatem, vt possit ingredi possessionem propria authoritate, & ideo ea præsertim lite pendente vti non possit. l. hoc iure. & l. ita stipulatus. de verb. oblig. coniunct. c. 1. & tot. tit. vt lit. pendent.

Quod verò dicitur attentata non esse reuocanda, quia constat de iure Pādulphi, Dominis placuit, quia vt dictum est, non fuit discussum, an conditio pacti resolutiui sit purificata, per quod instrumentum dicitur constare de nō iure, sed requiritur confessio partis, vt res iudicata, nam quamdiu † potest cōstare de iure, nō potest dici constare de non iure. Ægid. decis. 103. & latè Modern. de attent. p. 3. c. 24. 64. cum seq.

Postremo nō obstat, quod dicitur † reuocationem attentatorum non posse peti post, quia fuit in causa conclusum, quia Domini intelligunt, hoc procedere in illa instantia, in qua fuit conclusum non in alia. Bero. consi. 51. num. 7. lib. 3. & seq. Moder. de attentat. p. 3. cap. 28. nu. 54. Et ex his placuit Dominis, attentata esse reuocanda.

PENNIÆ.

Romana, Rescissionis Contractus, Ven. 16. Mart. 1590.

ARGVMENTVM.

Omissio iuramenti de calumnia, quod petitum fuit, à parte, an sententiam irritam reddat.

SVMMARIA.

1. *Iuramenti calumniæ omissio sententiam euertit.*
2. *Ad iuramentum de calumnia præstandum procurator speciale mandatum habere debet.*
3. *Nullitates tres quas Rota obseruare solet.*

DECISIO CXVII.

Domini steterunt in decisis, & quoniam ad prætensam nullitatem, † ob non præstitum iuramētum calumniæ præter responsionem datam in alia decis. sub die 15. Ian. præteriti, fuit decisum, difficultatē cessare ex obseruatione terminorum substantialium inter quos adest terminus ad iurādum de calumnia, & eo ipso quod seruatur terminus, dicitur præstitum iuramentum, ad quod præstandum in hac causa procurator habebat mandatum † speciale, sicut iura requirunt c. fin. de iur. calumn. lib. 6. Et ideo non potest dici omnino omissum, licet foret petitum, & cum nullitates non prouenirat ex tribus illis defectibus, † citationis, iurisdictionis, & mandati, quos inuiolabiliter Rotæ stylus obseruat, non est tam religiose attendendum, præsertim cum aliquo modo præstitum fuisset, & reiteratum in obseruatione terminorum ad sententiam.

PENNIÆ.

Romana, Palatij Campi Floræ, Ven. 16. Dec. 1588.

ARGVMENTVM.

Commodo suo & possessione priuandus non est, appellatione pendente, qui in possessione est, pensionem rei traditæ cum pacto retrouenditionis, exigendi: inprimis, si iuxta formam instrumenti desuper confecti retrouendere sit paratus.

SVMMARIA.

1. *Commodo suæ possessionis non priuatur pendente appellatione, quis in possessione est, pensionis exigendæ.*
2. *Etiam si dicta possessio sit contra ius.*
3. *Spoliatori in iudicio intentati spolij manutentio denegari non solet.*
4. *Prædo etiam in sua possessione est manutenendus.*
5. *Natura mandati de manutenendo.*
6. *Decretum ex actis iustificari debet.*
7. *Instrumentum in actis non productum, & forma obligationis Cameralis non extensa, reum non afficiunt, & num. seq.*
9. *Sententia ex actis verificari debet.*
10. *Decretum factum causa iam alteri cōmissa, irritum est.*
11. *Priuilegium Iudicis A. C. coram quo obligationes Camerales discutiuntur.*
12. *Actor quando diuersos iudices adire queat.*
13. *Defectus mandati ex deposito amplissimæ pecuniarum summæ, a procuratore partis factæ, tollitur.*

DE-

DECISIO CXVIII.

A Decreto. A. C. per quod D. Fabricius Rebibba compellar retrouendere Palatium Campi Floræ, Excellentiss. D. Virginio Vrsino, fuit appellatum, & causa appellationis de consensu partium mihi commissa, & quoniam pensiones locationis d. Palatij à tẽpore interpositi d. Decreti D. Fabricio non soluebant, dedi dubium, An D. Fabricio ad prædictum effectum esset dandum mandatum de manutenendo, & post multam discussionem fuit decisum quod cum D. Fa-1 bricius fuerit in possessione exigendi pensiones † & ab eo peteretur retrouendere, interim appellatione pendente erat manutenendus, neque priuandus commodo suę possessionis, c. cum teneamur. & ibi communiter DD. de appellat. c. 1. vt lit. pend. vbi Abbas nu. 4. no. 3. per tex. in c. cum personæ. de priuil. lib. 6. proce-2 dere etiam † si dicta possessio esset contra ius, quod etiam voluerunt Dom. in d. c. cum personæ. §. quod si talis. no. 4. Philipp. Franc. no. 2. Idem Franc. in c. cum teneamur. de appellat. & Dec. in c. significante, no. 3. de appell. Gab. tit. acq. vel omit. poss. cõcl. 6. conf. Dec. consil. 97. inc. in casu prop. præsertim cum nec etiam 3 † spoliatori in iudicio spolij solent negari manuten-4 tio Dd. in l. Attilius Regul. ff. de donat. cum & † prædo sit manutenendus, l. fin. C. si per vim. c. licet & ibi D. de præb. lib. 6. Neuiz. cõsi. 80. incip. Benedictus es Domine. Paleott. decis. 129. incip. Spolet. Parochialis, & cum nõ reuocaretur in dubium, Dom. Fabricium ante litem motam fuisse in possessione exigendi pensiones orta lite, & appellatione pendente, nõ potuit man-5 datũ sibi de manutenendo denegari, quia habet † naturam interdicti retinendæ, & locum, quãdo rei possessio ante litem motam probatur. Bar. in l. ait prætor. §. qui ait. nu. 2. & 4. ff. vti possid. Caputaq. decis. 198. incip. manutentionis. p. 2. & maximè ad effectum consequẽdi fructus, Guid. Pap. dec. 356. vers. quantus est.

His præterea accedebat notoria iniustitia decreti 6 A. C. cum non iustificaretur † ex actis, nam instrumẽtum ex quo Fabricius asserebatur obligatus in forma Cameræ, ad retronendendum dictum palatium, non fuit rogatum per Notarium actuarium eiusdem tribunalis A. C. sed per D. Pompeium Campanum No-7 tarium Archiuij, cuius † instrumenti cum non fuerit in actis facta productio, nec extensa forma obligationis Cameralis, quia erat necessarium, Galles. de oblig. Cameral. p. 3. tit. de processu ipso decretum erat nullum, nec Fabricium afficere poterat.

Quod procedit sine difficultate ex strictissimo & 8 vsitato stylo, quamuis † assereretur A. C. sæpè dictum instrumentum ostensum fuisse, quod nõ sufficit, cum 9 vulgo proditum sit, sententiam ex actis, non † aliunde iustificari debere.

Decreti etiam eiusdem nullitas, & iniustitia ex eo 10 videbatur argui, quod factũ fuerit postquam † causa ad instantiam partis, per speciale Papæ scriptũ fuesar commissa causa in Rota, vnde non potuit procurator Excel. Virginij mutando Iudicem variare, & A. C. adire, quãuis Fabricius esset obligatus in forma Camerali, illius priuilegium est, vt possit omitti primus Iudex, & A. C. adiri, qui in obligationibus Came-11 ralibus habet † facultatem priuatiuam ad alios iudices, quacunque commissione & inhibitione non ob-stante: quia tunc demum in executiuis potest actor 12 † variare, & iudices diuersos adire, quando reus conuentus est contumax. Galles. de oblig. Camer. p. 3. q. 2. nu. 2. vers. nolo tamen omittere. Fabricius verò non fuit talis, cum citatus in Romana ad retrouendendũ responderit, se esse paratum retrouendere, iuxta formam instrumenti, vnde superuacuum fuit alium iudicem adire, stante præterea illa Fabricij protestatione, qui erat paratus retrouendere iuxta formam instrumenti, non erat locus deposito, facta præsertim reuocatione sequestri, l. 2. vbi Salic. & Bal. C. de vsur. latè Tiraq. de retract. lignag. §. nu. 3. & 5. nec suffragatur decretum A. C. cum vt dictum est, fuerit nullum.

Quod fuerat pro parte D. Fabricij propositum de defectu mandati, in procuratore D. Virginij, cũ mandatum esset ad lites tantum, nõ autem ad faciendam prædictam retrouenditionem. Nam placebat aliquibus ex Dd. ex eo, quod d. procurator nomine D. Virginij apud montem pietatis vrbis fecerat verum, reale, & actuale depositum decem millium scutorum, & amplius, quæ maxima pecuniarum summa man-13 dati defectum in hac parte † & supplere, & tollere videbatur.

Quare cum à die facti depositi nõ videretur liquido constare de bono iure, D. Virginij, respectu pensionum, ne videlicet soluere teneretur, merito pronunciatum fuit Fabricium esse manutenendum.

Ceterum quia respectu retrouenditionis non dubitabatur de bono iure D. Virginij, cum re vera Fabricius teneatur retrouendere. Ideo Domini ordinauerunt mihi, vt Fabricium admonerem, ad omnino faciendam prædictam retrouenditionem, & procuratorem D. Virginij ad producendum necessaria, vt retrouenditio iure & legitimè fieret.

GYPSII.

Cesenatensis, Canonicatus, Lun. 19. Febr. 1590.

Sententia ob non seruatam formam rescripti Apostolici 1 & non probatam intentionem actoris, nulla redditur.

SVMMARIA.

1 *Non seruata forma rescripti Apostolici sententiam nullam reddit. & 2.*
3 *Pœna Talionis quatenus in vsu esse desierit.*
4 *De iure canonico, si agitur ad priuationem beneficij, subscribens tenetur se ad pœnam Talionis obligare.*
5 *Quod & in signatura ita obseruatur.*
6 *Accusator qui petita nõ probauit, si eandem, quam reo intentauit pœnam, non potest pati, arbitrio iudicis punitur.*
7 *Intellectus verborum, veris existentibus narratis.*
8 *Cappellania & canonicatus an sint beneficia incompatibilia.*
9 *Beneficium vnum si non est sufficiens ad sustentationem promoti, potest promotus licite in eadem Ecclesia aliud beneficium simplex obtinere.*

DECISIO CXIX.

FVit resolutum vna tantum parte informante, sententiam de partibus esse, reuocandam, tum ex eo, 1 quod forma rescripti † Apostolici seruata non fuit, tum etiam quia accusator non probauit contenta in eius petitione, nam quod attinet ad primum, Iacobus debebat se accusationi in forma iuris subscribere, quemadmodũ expressè in literis Apostolicis cauetur.

Nec suffragatur illa subscriptio Ego Iacobus, qui supra, peto, protestor, & me offero &c. siquidẽ ex narratis per ipsum non colligitur, quod voluerit se ad 2 † pœnam Talionis subscribere, prout requiritur, c. 2. §. inscriptio. 4. q. 4. gl. in c. fin. in verb. se professum. 2. q. 8. cum alijs allegat. minusque dedit fideiussorem de prosequendo litem, vt erat obligatus, secundum glos. in dict. §. inscriptio.

Non obstat, quod inscriptio ad pœnam Talionis in 3 vsu esse † desierit. Angel. de malef. in verb. & ad querelam, vers. 2. quæritur. in pr. Abb. in c. 1. in fin. & ibi Fely. in pr. de Calumn. quia id inductum est, ne membrum pro membro debeatur, quæ pœna etiam de iure antiquo Rom. abrogata fuit. §. pœna. Inst. de iniur. & est ratio, quia nemo est Dominus membrorũ suorũ, vt per Dec. in l. Imperium. in 4. col. de iurisd. omn. iudic. Cagn. in reg. inuito beneficium non datur. de reg. iur. sed quod de Iure Canonico, quando agitur ad priuationem

tionem beneficij, quis † teneatur se inscribere & obligare ad eandem pœnam, vt per glos. in d.c.super his. in verb.oportet.de accusat.nemo est qui dubitat,& ita † semper in signatura refulit, vt in terminis testatur Præpos.in d.c.fin.§.libellorum.nu.23.2.q.8.& in casu non cessat omnis hæsitatio, cum habeamus verba expressa ipsius rescripti & quando Accusator qui non probauit, non potest eandem † pœnam pati, tunc alia pœna punitur, arbitrio Iudicis, secundum Bar.in l.1.in princ. nu.3.ad SC.Turpilianum.Ias.cons.144.lib.2.& laté Nouell.de arb.cas.322.

Sed etiam & secundo visum fuit Dominis, sententiam esse infirmandam, quia iudex non poterat priuare D.Matthæum suo canonicatu, nisi prius verificato, quod Cappellania non se compateretur, cum Canonicatu existente in eadem Ecclesia, quando † illa verba existentibus narratis, faciant conditionem, & intelliguntur quatenus narrata vera sint, per ea quæ habentur in cap.2.de rescript. vnde cum in actis non colligatur prædicta beneficia esse incōpatibilia, satis patet, dictam sententiam priuationis latam, fuisse absque probationibus, quo fit, vt non solum non possit exequi, iuxta stylum Rotæ, vt per Put. decis.461.lib.1. post Rot. sup.de lit.contestat.in nou.sed etiam, tanquam iniusta reuocari, Chisan. decisio 179. maximè quia iniustitia est clara, cum dicta prædicta Cappellania & Canonicatus † non sint beneficia incompatibilia. Lap. allegar.116.nu.4.& 5.Abbas cons.96.in 5.dub.lib.2. Cardin.consil.5.quia diuina per alium idoneum potest sic prouisus celebrari facere, vt animaduertit Lap. vbi sup.nu.3.in fin.

His accedit, quod de iure, quando vnum beneficium non est sufficiens, pro sustentatione prouisi, vt in casu isto, tunc licitè quis potest in eadem Ecclesia aliud beneficium simplex obtinere, vt per glos. singularem, in c.dudum, il 2. de elect. & idē determinat Concil.Trid. ses.24.in c.17.& fuit pluries resolutum.

P E N I Æ.

Nolanæ Nullitas, Mercedis, Merc.12.Iun.1596.

A R G V M E N T V M.

Sententia, de qua hic, ob nullitatem mandati procuratorij & iniustitiæ, nulla est.

S V M M A R I A.

1. *Procurator ad agendum constitutus, an litem Domino motam suscipere, & causam defendere possit, vigore illius mandati.*
2. *Verba mandati strictè sunt intelligenda.*
3. *Mandato non sufficiente existente, idem est, ac si nullum adesset.*
4. *Intellectus clausulæ mandati, ad comparendum coram quibuscunque Iudicibus.*
5. *Salarium petens, de illo cum altero à quo exigit, se conuenisse probare tenetur. & num.7.& 9.*
6. *Salarium non conuentum, non debetur.*
8. *Vicarijs Episcoporum, & alijs honestis personis salarium constituendum est.*
10. *Verisimilia deponenti creditur.*
11. *Absque salario aliquem Episcopo inseruire voluisse, ex quibus adminiculis præsumatur. & nu.12.13.& 14.*

DECISIO CXX.

Bartholomæus Auerna vtriusque Iur. Doctor, qui spacio annorum octo bon. mem. Cardinali Spinolæ, dum esset Episcopus Nolanus, in officio Vicarij inseruierat, illo mortuo ab illius hæredibus coram A.C. salarium petierat, & sententia fauorabilem reportauerat, per quam ad scuta 150. annua sibi persoluenda fuerunt condemnati, in gradu appellationis, causa mihi commissa, dubitaui, An illa sententia esset confirmanda, vel potius reuocanda, & vtraque parte informante, Rota censuit reuocandam, tam ex capite nullitatis, quàm ex capite iniustitiæ.

Nullitatem colligebant DD. ex defectu mandati, quia Hieronymus & Benedictus de Spinolis fuerunt solum † procuratores constituti ad petendum, habendum, exigendum, recipiendum, & recuperandum, & recepisse confitendum quascunque pecuniarum, rerum, & mercium summas, & illarum occasione litigandum, & sic ad agendum, non autem ad suscipiendum lites motas, vel mouendas, contra constituentes, & ita non erat sufficiens ad suscipiendam hanc causam, & comparendum in ea, quæ articulū penitus diuersum continebat, præsertim cum † mandati verba strictè intelligi debeant, c. qui ad agendum de procurat. lib.6. Rota. decis.13. numero 2. eodem titul. in nou. Rom. consil.330. num.6. & sequent. Vant. titul. de nullitat. ex defect. mandat. nu.81. & multis seqq. vnde cum mandatum † non sufficiens fuisset, proinde iudicandum fuit, ac si procuratores nullum mandatū habuissent, Bal. quem ceteri sequuntur, in l.licet.C.de procuratorib. Abb. in c.constitutus, num.2. de procurat.

Nec suffragabatur clausula in eodem mandato apposita, ad comparendum coram quibuscunque iudicibus, quia hæc clausula & alia similis non ampliant † mandatum, sed intelliguntur in præmissis, & quo ad præmissa, Alex. cōs.22. in fin. lib.1. & in simili casu fuit decisum, in causa Calagurritana, Iurisdictionis, die 2. Decembr.1580. coram bon.mem.D.de Rubeis quam interpretationem non obscurè recipiunt etiam verba huius mandati, illa videlicet, *& demum in præmissis & circa præmissa*, in quibus apparebat voluntatem constituentium fuisse solum constituere procuratores ad prædictum exigendi effectum.

Iniustitia eiusdem sententiæ constabat in eo, quod Bartholomæus non † probauerat se de certo salario, cum Cardinali, apposito conuenisse, & Cardinalem fuisse solitū salario Vicarios cōducere, l.salariū.C.mādati, Bar. in l.1.§.Iudi.ff.de var.& extraord.cogni. Feder.de Sen.cons.218.Put.dec.43.lib.2. & dec.1.lib.3.

Quod maximè locum habet iuxta sententiam quā Rota profitetur, quæ sæpè iudicauit salarium non conuentum † non deberi, nisi duo extrema copulatiuè cōcurrere probentur, nempè, quod vnus sit solitus locare, alter verò conducere, iux.consil. Alex.109.lib.6. & dec.Put.43.lib.2. neque sufficit, quod alter tantùm probet solitum † ex parte sua, vt sæpè Rota censuit, & nuper tenuit in causa Romana, mercedis, die 19.Febr. 1593. coram Illustrissimo Cardinali Arigonio, tunc Rotæ auditore.

Non obstabant deducta in decisione, in causa Turritana Mercedis, corā Reuerendiss. patre D. meo Seraphino, die 20.Maij 1569. ex qua videbatur concludi, prædicta non habere locum in Vicarijs Episcoporum, & alijs † honestis personis, quibus salarium debet constitui. l.1.ff.de var.& extraordin.cognition. dixerunt enim Domini casum illum non conuenire huic themati, in quo Bartholomæus victum pro se, & famulo, & commodam habitationem habuerat ab Episcopo, item redditus, seu prouentus audientiæ Vicariatus, quibus addebatur consuetudo eiusdem Cardinalis, quem alijs nullum salarium persoluisse testificabatur Secretarius Cardinalis, cui tanquam † verisimilia deponenti credendum putabatur.

Accedebant postremo fama † publica, quod Bartholomæus seruiebat sine salario. Item, quia erat diœcesanus, † cum similes sæpè in practica soleāt absque emolumentis huiusmodi munera honorifica subire, Rursus, quoniam viuente Cardinali † nō petierat salarium, denique ei à Cardinali † fuerunt collata Ecclesiastica beneficia, ex his enim facilè inducebantur Domini ad credendum Bartholomæum absq; aliquo salario inseruire voluisse.

S A C R A T I.

Bracarensis Monasterij de Sanse.27. Nou. 1600.

ARGVMENTVM.

Sententia ex defectu citationis, & iurisdictionis, nulla est.

SVMMARIA.

1 *Defectus citationis processum nullum reddit.*
2 *Idem in defectu iurisdictionis obtinet.*
3 *Seruatio terminorum substantialium præsupponit iurisdictionem firmatam, & diuersa est à citatione ad dicendum contra commissionem.*

DECISIO CXXI.

Concluserunt Domini sententiam esse nullam, ex defectu citationis, quia fuit citatus Antonius procurator, qui habebat limitatum mandatum, nempè, vt non posset citari, propter nouam actionem. Vnde cum causa, de qua agitur, esset noua, merito illa citatio, tanquam minus legitimè facta redditur nulla, 1 & † processus corruit, l. 1. §. Offilius & ib. Bald. ff. ne quis eum, qui in ius voc. cum alijs, Afflict. dec. 1. nu. 6.

Ex alio etiam capite fuit dictum, sententiam esse 2 nullam, nempè ex defectu † iurisdictionis, cum nemo fuerit citatus ad dicendum contra commissionem, quo cessante commissio non tribuit iurisdictionem, Cassad. dec. 7. de test. spol. & fuit decisum 2. in causa Placentina, fideiussionis, coram Reuer. patre D. Penia, 22. Maij 1592.

Neque sufficere visum fuit, quod in terminis substantialibus adsit terminus ad dicendum contra commissionem, quia seruatio terminorum substantialium 3 † præsupponit iurisdictionē firmatam, & est quid diuersum à citatione, ad dicendum contra commissionem, prout satis colligitur, ex decis. Verall. 260. par. 2. vbi dicit, quod ad euitandum nullitatem sententiæ, quatuor sunt necessaria, primo citatio ad dicendum contra commissionem, per quam firmatur Iudices iurisdictio, & 4. loco ponit seruationem terminorū substantialium, quorum vnus est ad dicendum contra commissionem, vt per Vestr. in prax. lib. 5. c. 3.

Quibus nullitatibus stantibus, fuit resolutum sententiam non posse confirmari.

COTTÆ.

Nullitas Obligationis Cameralis, 4. Iul. 1574.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis quibus modis corruat, & contra eam quæ exceptiones admittantur.

SVMMARIA.

1 *Obligatio Cameralis quas exceptiones admittat.*
2 *Nullitas instrumēti probationem nullam reddit. & nu. 3.*
4 *Instrumentum iuxta consuetudinem Neapolitanam à Iudice & testibus subscribi debet.*
5 *Obligatio Cameralis per sententiam vulnerata, corruit.*

DECISIO CXXII.

Obligatio in forma Camerali licet non admittat, 1 nisi † exceptionem falsitatis, solutionis, & pacti de non petendo, vt not. Cassad. decis. vnic. de mutu. petit. tamen fallit etiā quando ex ventre instrumenti oritur defensio, & exceptio nullitatis, quia tūc impeditur executio. Bae. in l. 1. §. & patui. nu. 3. ff. quod vi, aut clam, Alex. cons. 10. num. 2. & 3. vol. 6. Satnen. in compend. nu. 84. Achil. decis. 3. Fel. in rub. de except. nu. 2. Soc. cons. 27. nu. 3. vers. 2. compulsus. lib. 4. Ias. cons. 170. vers. & si diceretur, lib. 2. Cassad. decis. 50. de 2 rescript. quia nullitas † instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata non potest dici constare de obligatione. Afflict. decis. 285. nu. 1. Rom. consil. 42. & ita tentum fuit in vna Romana, domus & nullitatis coram Paleotto, del 61. Quia in instrumento, cuius 3 executio petebatur, constabat de † nullitate, quia non aderat locus, ad Rot. decis. 5. & 6. de fid. instrum. in 4 Antiq. & instrumentum secundum † consuetudinem Neapolitanam, non erat subscriptū à Iudice & testib. Afflict. decis. 160. Cap. decis. 29. num. 2. & sic tentum, quod obligatio in forma Cameræ impedtebatur.

Secundò fallit, quando dictum instrumentum obli- 5 gationis in forma † Cameræ, iam fuisset vulneratum per sententiam, etiam quod aliter nullitas opponi nō potuisset, Felyn. in c. inter monasterium, limit. 8. de re iudic. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 72. de acq. possess. Rom. cons. 384. vers. quod tertiam, &c.

SERAPHINI.

Romana, Mercedis, Ven. 4. Iun. 1567.

ARGVMENTVM.

Salarium taxatur pro frequentia actuum, & laboris.

SVMMARIVM.

1 *In taxatione salarij, labor, & frequentia actuum gestorum attenditur.*

DECISIO CXXIII.

Domini dixerunt deberi salarium Crispo, siue reuocatus esset, siue non, pro modo tamen laboris. 1 Et ideo † attentis actibus factis arbitrabantur pro salario scut. sexaginta annua.

SERAPHINI.

Romana, Mercedis, 17. Nou. 1568.

ARGVMENTVM.

Salarium non conuentum non deberi concluditur.

SVMMARIA.

1 *Salarium non conuentum exigi non potest.*
2 *Ex stylo Curiæ quando quis absque salario inseruire præsumatur. & num. seq.*

DECISIO CXXIV.

Domini dixerunt, quod isto casu de iure commu- 1 ni non debeatur salarium † non conuentum, cū non simus in Aduocato, & ideo standum est regulæ, l. qui mutuam pecuniam. §. salarium. ff. manda. t. l. salarium. C. eod. cum alijs alleg. & fuit conclusum coram Reuer. patre D. Aldobrandino, in illa Totelana, seu Romana, Mercedis, Ven. 14. Maij 1568. Stylus autem 2 † Curiæ non probatur, quando quis in domo alicuius habet habitationem, & expensas, maximè attenta cō- 3 suetudine Episcopi, qui † solitus erat alios pro huiusmodi expensis retinere, qui eius negotia gerebant.

Romana Mercedis, 17. Febr. 1584.

ARGVMENTVM.

Idem est huius, quod & superioris, argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Non probata conuentione salarium non debetur.*

DECISIO CXXV.

Dubio ter proposito fuit conclusum, non deberi 1 salarium Bonifacio, † quia non probatur conuētio de eo soluendo, vt dicit gio. in l. 1. §. aduocatos. in verb. quoque. de var. & extraord. cognit. & ibi no. Bart. nu. 2. Alex. cons. 109. nu. 1. in 6. Dec. cons. 132. in fin. & fuit alias pluries in Rota resolutum.

Romana Mercedis, 13. Iun. 68. 79. vel 89.

ARGVMENTVM.

Idem est huius cum superiorib. argumentum, & decisio.

SVMMARIA.

1 *Salarium non conuentum, quando debeatur. & 2.*
3 *Ex quibus præsumatur, aliquem absque salario constitutum inseruisse.*

DECISIO CXXVI.

Domini ex facti circumstantijs resoluerunt nullū deberi salarium, ratione seruitij, per Nicolaum præstiti, bon. mem. Archiepiscopo Senensi in officio Camerariatus, qui versatur circa administrationem bonorum Archipresbyteratus, & si prætendatur, eum etiā administrare bona patrimonialia Archiepiscopi. Quamuis enim Rota alias coram meo Turritana 1 Mercedis, 20. Maij, 1569. tenuerit † salarium etiā non con-

conuentum deberi Vicario, per l.1. de var. & extraord. ~~etiam~~ & ad cons. Fed. de Sen. 118. nec non Alex. consil. 119. lib. 6. Dec. consil. 132. in fin. & decis. Put. 6. de offic. Vic. responsum fuit, ea procedere in † famulis, & vilibus personis, quæ sæpè pro solo victu seruiunt, non autem in his, quæ honestioribus munerib. & disciplinis vacant, vt in d. decis. latius deductũ fuit, tamen in præsenti facti specie multa concurrunt, quæ contrarium suadent, nam † omisso, quod de nullo salario conuentũ fuit, quodque neque Archiepiscopus, neque alij Camerarij soliti fuerunt dare, & recipere respectiuè salarium aliquod ex his, quæ in actis probata fuerunt, constat prædictum Nicolaum habuisse victum, & expensas, nec nõ habitationem pro se, vno famulo, & dictum officium est valde honoratum, & à multis desideratum sine aliquo alio præmio.

I V S T I.

Toletana, Mercedis, 18. Dec. 1595.

A R G V M E N T V M.

Huius etiam cum præcedentibus idem est tenor, & argumentum.

S V M M A R I A.

1 *Salarium promissum rectè exigitur.*
2 *Et quidem pro toto tempore præstiti seruitij.*
3 *Cum semel semper durare præsumatur.*

D E C I S I O CXXVII.

IN causa appellationis mihi commissa à sententia A. C. citato procuratore domino litis effecto, eo tamen non informante dubitaui, An dicta sententia A. C. sit iusta, ita vt sit confirmanda, & iustam esse & confirmandam resoluerũt Domini, quia ex literis recognitis bon. mem. Cardinalis Archiepiscopi Toletani, cõstat de † salario promisso. Rot. decis. 18. de prob. in antiq. Boer. decis. 282. num. 6. Igitur ex promissione hæredibus N. datur actio ad salarium, l. 1. ff. mand. l. salarium. C. eod. facit Alex. cons. 109. vol. 6. Natt. cõsi. 376. nu. 3. quod debetur pro toto † tempore, quia cũ constet de mandato ex dictis literis, l. 1. ff. mand. cum † semel semper durare præsumatur, Ias. in l. sancimus. num. 4. C. de testam. post Bart. in l. si cum Cornelius. ff. de solut. Nec visæ fuerunt Dominis dictę literæ restrictæ ad negotia Archiepiscopatus, cum plura alia in eisdem commissa reperiantur, & ideo pro iustitia & confirmatione dictę sententiæ fuit resolutum.

Romanæ, Mercedis, Merc. 23. Ian. 1591.

A R G V M E N T V M.

Discutitur & in hac decisione quæstio, Vtrum salarium non conuentum, & quantum debeatur.

S V M M A R I A.

1 *Salarium conuentum debetur, & rectè exigitur.*
2 *In salarij exactione, & adiudicatione quæ attendantur.*
3 *Salarium a iudice quibus ex circumstantijs æstimãdum.*
4 *Aestimatio operarum diuersum habet valorem, & ab ijs qui eas locant, emanat.*
5 *Ad obtinendum remedium ex l. 2. C. de resc. vend. quæ circa mercedis æstimationem probanda sint.*

D E C I S I O CXXVIII.

CVm in causa mercedis attendi soleat, fuerime de certo salario conuentum, vel non, vt primo casu illud sit † præstandum, quod in conuentionem venit, iuxta tex. & l. iubemus. ibi, & solita communi consensu debita. C. de aduocat. diuers. iud. iũct. l. 1. ff de var. & extraord. cogn. & pro illo actio ex promisso competat. Bar. in d. l. 1. §. ludi. tametsi autem circa illius alterationem cesset iudicis arbitrium, vt fuit resolutum in vna Salamant. salarij, coram Reuerendiss. patre Domino Comitulo, altero autem casu exclusa alioquin regulariter de iure communi actione. glo. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraordinar. quam sequitur Bartolus in l. qui mutuam. §. salarium. ff. mandati, & in l. salarium. vbi Baldus. C. eodem & hoc vnum inspiciatur an ille, qui petit salarium, † solitus sit operas suas locare, & Dominus similis ministerij operas conducere, vt vtroque verificato, tunc demum officio iudicis merces declaretur, vsque ad Summam, ad quam † vel Dominus alios fuisse conducturas. l. excepto. C. de locato & cond. Bal. in l. licet. C. locat. Feder. consil. 218. quem sequitur Alex. cons. 109. num. 2. lib. 6. Soc. cons. 196. cir. fin. lib. Corn. cons. 116. lib. 4. Natt. consi. 376. nu. 4. vel ad quam locatus operas suas locare consuetus est, l. si tibi. de præscript. verb. Ioan. Faber in §. fin. Inst. mandat. Domini quæstionis propositæ decisionem, in qua expresſè conuentum ostendebatur, vt Coadiutori Curæ in singulos menses per Rectorem quindecim Iulij pẽderentur, prout etiam pro eodem salario alios idem Rector ad eandem operam solitus erat conducere, ex prædicta distinctione manifestari consueuit, quantum verò ad remedium l. 2. C. de rescind. vend. id eundem locum habere, & in contractu locationis, vt per Gabr. de locat. conclus. 1. nu. 3. tamẽ non procedere in locatione operarum, † quarum æstimatio emanat ab ijs, qui eas locant, nec habent vniformem valorem, ex persona videlicet variabilem l. nemo est qui nesciat. de duob. reis. Corn. cons. 157. nu. 6. lib. 4. & eo minus, in istis spiritualibus, in quibus qui seruit, potest contemplatione æternæ mercedis, & lucri, quod facit ex pietate, viliori mercede esse contentus. Præterea non probari læsionem, tum propter incertitudinem operarum, quarum incertius est etiã valor, tum quia non constat, quanti coadiutoris operæ valerent, anno 1566. tum denique quoniam non omnium Coadiutorum, seu Cappellanorũ æquales sunt operæ, siue labor, & industria, tempus etiam per testes, nec identitatem seruitij, neque communem æstimationem probari, quę tamen ad obtinendum ex l. 2. communiter sunt requisita, Cagnol. post alios, l. 2. nu. 136. & seq. & ex his fuit dictum, sententiam ad fauorem Ongij latam, reuocandam esse.

A L D O B R A N D I N I.

Romanæ, Mercedis, 9. Dec. 1579.

A R G V M E N T V M.

Medico qui Episcopo, & familiæ ipsius inseruijt, salarium etiam non conuentum, debetur.

S V M M A R I A.

1 *Medicus salarium etiam non conuentum exigere potest.*
2 *Licet Domini, cui inseruijt, infirmitas non probetur.*
3 *Recipiens partem salarij debiti, an ex eo præiudicasse sibi dicatur, vt totum percepisse dicendus sit.*

D E C I S I O CXXIX.

CVm testes ambarũ partium probent D. Dominicũ bon. mem. Episcopo Gadicensi, pro Medico suo, & suę familię inseruijsse, succedit, quod ei salariũ, † etiã non conuentũ debeatur. l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cogn. l. iubemus. C. de profess. lib. 10. Bal. in l. 1. nu. 3. C. mandat. Soc. cons. 290. col. 2. quẽ licet in simili decisione Consilij reprobet, in hac tamẽ propositione sequitur Ripa in tract. de pest. tit. de remed. ad curan. pestem. §. Medicorũ. nu. 124. Nec facit, quod nõ probetur infirmitas † Episcopi, quia morb. erat senectus, & assiduę vtebatur opera Medici, causa præseruationis, & etiã pro curanda tota familia, & cũ non probetur, quod mercedem à familiarib. exegerit, frustra de hoc opponitur, sicut nihil facit, quod Episcopus iussorit expelli equũ è stabulo, ex hoc enim nihil aliud inferri potest, nisi quod equũ illius alere nolebat, ad cuius nudã voluntatẽ, si respicere volumus 4 testes examinatos pro parte hæredis super 11. inquiunt *Che esso testimonio crede, che il Vescouo haueua intẽtione, di non pagare ne li medici, ne li altri, perche cosi era sua natura.* Sed quicquid ipse in mente gereret, cũ D. Dominicus inseruierit, subintrat obligatio legalis, per prædicta.

Minus quoque facit, quod voluntati Episcopi adhæserit ipse Dominicus, dum portionem panis & vini, ab Episcopo recepit, quia vt inquit Bar. in l. si per vim. C. quod met. caus. num. 2. Butr. cons. 4. nu. 35. 36. in prin. 3. 11. licet solutio indicet approbationē, quia recipiens id facit vt sit sibi magis cautum, & tanto minus sibi exigendum supersit. 3

Quoad tempus, quia primus testis ad 11. inquit, à 7. vel 8. annis, secundus testis ad 12. dicit, quod ipse incœpit inseruire Episcopo de anno 1570. vel 71. & quod semper ibi fuit, & nunquam alium Medicum vidit præter D. Dominicum & super 11. *& per ch'io stò in casa sin dall' anno 1570. vel 1571. saluo il vero, di continuo il d. m. Dominico.* Tertius ex testibus hæredem, inquit, ab anno 1570. continuo & ad 17. *in d. tempo di anni 9.* Et Magnificus Baccus attestatur quod inseruiuit per 9. annos, in circa. Vnde Domini arbitrati sunt deberi salariū pro annis 8. cū dimidio.

Quoad quantitatem, arbitrati sunt soluendum esse vltra portionem panis, & vini, quam per aliquot annos recepit, scuta 50. monetæ, pro quolibet anno. Portio enim panis & vini recepta exigua erat, quia primus ex testibus hæredis ad 8. inquit, *da vn tempo in quà ha hauuto la portione di vn fiaschetto di vino, e di doi pagnotte il di* &c.

M A N T I C Æ.

Nucerina, Fideicommissi. Lun. 16. Ian. 1595.

A R G V M E N T V M.

Filia quando excludat substitutum.

S V M M A R I A.

1 *Filia substitutū non excludit, & ratio. ibi. & nu seq. & 4.*
3 *Coniecturis ad vltimam testatoris voluntatem colligendam, vti possumus.*

D E C I S I O CXXX.

Conclusum fuit filias feminas non posse excludere substitutum, quia illa conditio, *quandocunque decesserit sine filiis*, ex verisimili mente testatoris debet intelligi de masculis. 1

Primum, quia si filiæ testatoris ab eo fuerunt exclusæ propter filios † masculos ab vniuersali successione quia multo magis censentur exclusæ neptes, quæ fuerunt remotiores in gradu. Raph. Fulgos. cons. 18. Pau. Castr. in l. 1. de cond. insert. quæ coniectura licet † sola non possit sufficere, vt à me dictum est, de coniect. vlt. vol. lib. 11. nu. 6. & 14. tamen si alia concurrat plurimum valet ad colligendum testatoris voluntatem. 2 3

Secundò igitur accedit, quod testator voluit totam & integram hæreditatem suam ad Cippum domus nouissimo loco peruenire, quod sanè intelligitur de agnatis masculis. Ang. in l. vlt. in prin. Pau. Cast. nu. 70. de verb. sign. Corn. cōs. 26. lib. 4. cum alijs à me adductis, lib. 8. tit. 12. nu. 16. Ergo similiter testator in illa conditione, *quandocunque sine filiis decesserit*, videtur de masculis, non etiam de feminis sensisse. 4

Sed antequam res iudicata possit executioni demādari, placuit Dominis esse discutiendum, An fideicommissum in casu proposito expirauerit, propterea quod defuncto altero filio testatoris sine filijs, alter superuiuēs est substitutus, & quando nouissime Frāciscus filius vita functus est, alter filius Felix non superfuit, Dubium enim non est, An huiusmodi fideicōmissum ad eius filios, qui expressim non sint substituti, sed solum positi in conditione, transmittatur.

M A N T I C Æ.

Nucerina, Fideicommissi. Merc. 17. Maij 1595.

A R G V M E N T V M.

An pater dotem filiæ ex bonis fideicommissio subiectis, constituere possit, & quæ ad hoc congrua dos dicatur, & an ad hanc constituendam bona fideicommissaria alienari queant.

S V M M A R I A.

1 *Legitima, & Trebellianica ex bonis fideicommisso subiectis deduci possunt.*
2 *Bona fideicommisso subiecta quando ex causa dotis alienari nequeant.*
3 *Dos cōgrua illa esse an intelligatur, q̄ pater ipse cōstituit.*
4 *Et quousque hoc extendatur.*
5 *Pater pro filia optimum consilium capere presumitur.*
6 *A patris arbitrio dotē filia cōstituentis, quādo recedatur.*
7 *Pater ex bonis fideicommisso subiectis, in fraudem fideicommissariorū, dotem maiorem non potest cōstituere.*
8 *Fideicommissi verbis bona fides inest.*
9 *Bona subiecta fideicommisso in dubio alienata intelligun tur causa euertendi fideicommissi.*
10 *In tantum, vt etiam locum habeat hoc, etsi hæres hæreditatem restituere rogatus sit.*
11 *Dos congrua arbitrio boni viri, pro modo facultatum, & natalium mariti, & vxoris, vt & numero liberorum constitui debet.*
12 *Dos an legitima maior, vel minor esse debeat. & 13.*
14 *Dos ex legitima & Trebellianica constituta incōgrua non dicitur, nisi contrarium probetur.*
15 *Bona omnia fideicommisso subiecta in dotem filiæ dari possunt, quando filia honestè nubere non posset.*
16 *In constituenda dote attenditur qua quantitate pater dotem constituere solitus sit.*
17 *Dos congrua intelligitur secundum consuetudinem regionis, in qua constituitur.*

D E C I S I O CXXXI.

Domini censuerunt dotem Daneæ filiæ Cecchi congruam fuisse, vsque ad quantitatem legitimæ, & Trebellianicæ, quæ † deduci possunt ex fideicommisso relicto sub conditione, *si ipse sine filijs masculis decesserit*, iux. cap. Raynutius, & c. Raynaldus, & vtrobique glos. & Dd. de testamen. & Bart. in l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoffic. testament. Nec enim bona subiecta fideicommisso ex causa dotis † alienari possunt, cum legitima & Trebellianica ad constituēdum dotem congruam possint sufficere, vt colligitur ex §. quamobrem in Auth. de restit. & ea quæ parit in vndec. mens. Ex quo sumitur Auth. res quæ. C. commu. de leg. quod de legitima etiam tentū dicit Rom. cons. 232. nu. 1. vt loquitur d. Auth. res quæ. sed de legitima & Trebellianica intelligit eam Fab. in Authen. nouissima. num. 197. vers. ad quartum. de inoffic. test. Corn. consi. 3. sub nu. 3. lib. 3. Paris. cons. 63. num. 49. & 54. cum seqq. lib. 2. & in consi. 81. nu. 49. & sequentib. eod. lib Rol. consi. 85. nu. 19. & sequentib. lib. 1. 1 2

Non obstat, quod dos in † maiori quantitate, imò in omnibus etiam bonis per fideicommissum relictis, fuerit à patre constituta, & ideo illa debeat intelligi esse congrua, quam pater ipse constituit. Pau. Cast. consil. 404. num. 1. versic. & sic non habeat locum. lib. 2. Dec. consilio 26. & consilio 35. in fin. Alexan. de præsumpt. prim. reg. præsumpt. 2. num. 6. & consi. 18. nu. 13. lib. 9. Quia hoc sanè intelligitur, quo ad † præiudicium filię, quæ agit ad supplementum congruæ dotis, vt debeat esse contenta dote sibi à patre constituta, quia, pater præsumitur † optimum consilium capere pro filia, vt dicūt Pau. & alij supra citati, quāuis in eo etiam † casu possit interdum recedi ab arbitrio patris, vt latè consuluit Dec. consi. 180. sed hoc locum non habet in fraudem creditorum quibus pater etiam constituendo dotes pro filiab. non potuit præiudicium facere l. ait prætor. §. si cum mulier. & l. vlt. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. leg. 2. & ib. no. Bal. in prin. C. de reuocandis his, quæ in fraud. credit. Idem ergo dicendum est in casu proposito, quod pater non possit supra moderatam quantitatem dotem filiabus constituere, de bonis subiectis fideicommisso, in † fraudē fideicommissariorum, ne sit in potestate ipsius inuertere totum fideicommissum. l. Titius rogatus, ibi. *si* 3 4 5 6 7

non

non interuertendi fideicommissi gratia aliquid factum
8 *probetur*, ff. ad Trebell. Nam verbis fideicommissi † bonam fidem inesse constat, vt ille tex. subiungit & ideo
9 in dubio bona † subiecta fideicommisso intelliguntur
10 alienata causa euertend. fideicommissi, † etiamsi hæres esset rogatus, quod reliquum esset in hæreditate tempore mortis restituere, & sic ex voluntate testatoris haberet facultatem alienandi, quia hæc facultas sanè boni viri arbitrio intelligitur, ne pro fundendi fideicommissi occasio quæratur, vt no. Pau. de Cast. in d. l. Titius. nu. 1. in fin. vers. in textu ibi probetur, & sequitur Natt. consi. 115. nu. 8.

Et cum in casu proposito dos fuerit à patre constituta, de omnibus bonis subiectis fideicommisso, retento sibi vsufructu, apparet euertendi fideicommissi causa id factum esse, quia voluit ea cum vsufructu transferre in id tempus, quo ipse vsumfructum habere non possit. l. Titio cum morietur. ff. de vsufr. §. finitur. Inst. de vsufruct. & quo tempore ipse tenetur restituere, cum tamen potuerit ex legitima, & Trebellianica dotem congruam constituere, vt ex prædictis ap-
11 patet. Nam dos congrua † arbitrio boni viri inspectis facultatibus, & natalibus mariti, & vxoris, & numero liberorum, constitui debet. l. cum post. §. gener. & l. quæro. ff. de iur. dot. & l. si filiæ. de leg. 3. Bald. cõs. 328. num. 3. Aret. cons. 17. nu. 20. Affl. decis. 169.

Et licet inter DD. magna sit disputatio, an debeat
12 esse maior, † vel minor legitima, quia, plerique etiam contendunt congruam dotem posse intelligi, quamuis sit minor legitima, Soc. sen. cons. 88. nu. 15. cum sequentib. lib. 2. Ruyn. cons. 56. nu. 11. lib. 5. tamen ma-
13 gis communiter receptum est, vt vir bonus † dotem congruam debeat arbitrari eam, quę non sit minor legitima. Auth. si qua mulier. de SS. Eccles. & ita censuit Bal. cons. 62. nu. 3. lib. 1. & cons. 323. nu. 5. & lib. 3. & Paul. Castr. in cons. 362. nu. 1. lib. 1. Salyc. in Auth. res, quæ. nu. 1. Comm. de leg. Alex. cons. 69. nu. 2. lib. 1. & cons. 7. nu. 6. & seq. lib. 1. & cons. 83. nu. 1. & 2. lib. 4. Corn. cons. 48. nu. 23. cum sequentib. & cons. 162. nu. 14. lib. 2. & cons. 190. nu. 14. lib. 3. & communem profitetur Dec. cons. 276. nu. 2. Vnde si dos ex legitima & Trebellianica fuerit constituta, multo minus incon-
14 grua dici debet, nisi † contrarium apertissimè probetur. Nam si filia non posset honestè nubere, nisi bona omnia subiecta fideicommisso dederit in dotem, tunc
15 quidem † omnia etiam bona possent in dotem dari, Alex. cons. 7. nu. 7. lib. 2. Rol. cons. 19. nu. 10. Rim. Iun. cons. 215. nu. 48. sed ex deductis placuit Dominis, id non probari, imò euertendi fideicommissi causam, in omnibus bonis fideicommisso subiectis, retento vsufructu, dotem à patre fuisse constitutam.

16 Nam, & quod testator non † fuerit solitus dotare filias, nisi in 300. florenis, deponũt secundus, & quintus testis super primo, & ex depositionibus aliorum, apparet, etiam tempore quo Dolia fuit dotata, fuisse solitum in eo loco dotes constitui in florenis 400. & hanc summam non excedere.

17 Nec dubium est, quin † dos congrua intelligatur, secundum consuetudinem regionis, vt scribit Bald. cons. 386. lib. 4. & in terminis, quando agitur de constituenda dote ex bonis subiectis fideicommisso consuluit Corn. cons. 3. nu. 3. lib. 3. Paris. consil. 16. nu. 77. & 82. & consil. 63. num. 52. lib. 2.

ORANI.

Imolensis, Fideicommissi, Ven. 17. Maij 1591.

ARGVMENTVM.

Discutitur quæstio, An & quando appellatione filiorum, veniant feminæ.

SVMMARIA.

1 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus etiam feminæ veniunt.*
2 *Maximè vbi non est ratio diuersitatis inter masculum, & feminam.*
3 *Et sic in casu, vbi testator habet respectum ad conseruationem agnationis.*
4 *Idem obtinet, vbi viget statutum exclusiuum feminarũ.*

DECISIO CXXXII.

ANdreas Maynard. Elisabetham, coniugem, quãdiu viueret, aut vitam ageret vidualem, hæredem vniuersalem testamento instituerat. Post cuius obitum, aut transitum ad secunda vota instituerat, & substituerat eidem vulgariter, & per fideicommissum Dionysium suum nepotem, vel eius filios. Testatori, cum prædecessisset nedum Dionysius, sed etiam Iacobus eius filius relicta filia Artemisia, & vxore prægnante, ex qua posthumus Dionysius natus est, qui in ętate infantili decessit, testatore defuncto. Elisabetha ad secunda vota conuolauit, Artemisia verò prætendens purificatum ad sui fauorem fideicõmissum, causam cõtra Elisabetham coram A.C. introduxit, & obtenta ad sui fauorem sententia, cum fuissent mihi cõmissa causa, in gradu appellationis, dubitaui, stantib. hincinde deductis, *An appellatione filiorum veniant feminæ.* Domini vna parte informante firmarunt re-
1 gulam, pro Artemisia, quia in † vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt ęquè feminę, vt masculi, l. si quis ita. de testa. tutel. l. si ita scriptum. de leg. 2. l. filia. l. iusta. l. non est sine liberis. l. quisquis. ff. de verbor. signific. conclus. 6. num. 8. Et hoc proced. † absque difficultate, vbi nõ datur diuersitas rationis, inter ma-
2 sculum † & feminam, prout considerant Domini in casibus, quibus vel testator habuit respectũ ad conser-
3 nationem † agnationis, vt concludit Ioan. And. in addit. ad Speculat. rubr. de success. ab intest. vers. & est sciendum. Alex. consi. 48. col. 3. vers. quod autem. & col. 4. vers. quinimo plus dico, lib. 4. Crot. inter consil. Grat. consi. 54. nu. 29. & 30. lib. 2. cum alijs, de quibus per Gabriel. de testament. conclus. 6. nu. 54. vel quãdo
4 statutum † viget exclusiuum feminarum. Petrus de Anchar. in l. tres fratres. ff. de pact. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè, vbi etiam Socin. col. 3. in fin. ff. de liber. & posthum. Castr. consil. 409. lib. 2. cum allegatis per Reueren. patrem Dominum Collegam (Manticam) in tractat. vlt. volunt. lib. 6. & 7. nu. 8. Nam hic nõ tractatur de excludendo aliquem substitutum, de descẽdentibus, vel agnatione testatoris, de quo per Couar. in c. Raynaldus. in princ. num. 2. de testam. neque de statuto exclusiuo feminarum, propter masculos, de quo post alios per eundem Reuerend. patrem Dominum Manticam, de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. sed excludendo Elisabetham vxorem testatoris.

PAMPHILII.

Vrbeuetana Fideicommissi, de Albanis. Ven. 29. Maij 1587.

ARGVMENTVM.

Facta probibitione, ne bona possint vendi, nisi illis de domo, &c. fideicommissum in casu contrauentionis, & ratione descendentium, & collateralium, iuxta gradus prærogatiuam, inductum censetur.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum in casu contrauentionis oritur, in casu, quo facta est probibitio, ne bona extra familiam illis, qui de domo sunt irrequisitis, alienentur. & 4. In tantum, vt etiam collaterales sunt comprehensi. num. 5. & 6.*
2 *Et quid in fideicommisso absoluto in casum mortis.*
3 *Verba, bona non possint vendi, nisi illis de domo, æquipollent probibitioni alienationis extra familiam.*

DECISIO CXXXIII.

PRoposui iterũ causam super resolutis 16. Martij, & Domini steterunt in decisis, videlicet, in pręsenti casu inductum fideicommissum, in casu contrauẽ-

 tionis,

tionis,nedum fauore descendentium, sed etiam collateralium,secundum tamen gradus prærogatiuam,explorarum est enim ex prohibitione † alienationis extra familiam,irrequisitis illis de familia,oriri fideicõmissum in casu contrauentionis, quicquid dicendum sit de fideicõmisso † absoluto, in casum mortis. Dyn. & Bart. in l.qui Romæ §.cohæredes. vbi Soc.sub nu. 17.vers.secundus casus. & alij omnes, ff.de verb.obl. Rip.post alios in l. filiusfam.§.Diui,nu.119. de leg. 1. Marian.Iun.14.,nu.7.lib.3.cum alijs latissimè cumulatis per Gabr.concl.9.de fideicommiss.num.33. Vnde cum in hoc casu testator dixerit, *huiusmodi bona non posse vendi, † nisi illis de domo*, quæ verba æquipollent prohibitioni alienationis extra familiam,saltē in hoc, quod alienatio non possit fieri extra domum, nisi requisitis illis de domo. Alex.d.§.cohæredes,sub nu.4. vers.Item non bene. Bero.consi.86.nu.6.lib.2.dicendū est,sequuta alienatione extra illos de domo, illis irrequisitis, fuisse factum locum fideicommisso ad eorū fauorem,† quia respectu illorum facta est prohibitio, d.§.Diui.cum ibi no.per Frid.Ioan.n.72.& alios,l.pe-

[1] [2] [3] [4]

nu.§.fratre ff.de leg.2.

Neque ista prohibitio ex eo, quod videtur consequutiuè & accessoriè posita ad præcedens fideicommissum, quod iam resolutum est,non capere transuersales, restringenda est † ad limites illius,ita vt ad descendentes tantum referatur, iuxt.consil. Dec.656. in prin.causis per Rotam canonizat. cum alijs allegatis, quia Dec.& alij,qui loquuntur in † simplici prohibitione alienationis,quæ nisi aliquid adsit, quod cõtrarium suadere censeatur,facta ad fideicommissi præcedentis corroborationem,& intelligitur retentis terminis illius,secus tamen, quādo prohibitio est magis ampla,quam fideicommissum præcedens,vt in hoc casu, in quo est facta fauore illorum de domo, & sic nedū descendentium, sed etiam collateralium, qui nõ sunt inclusi in fideicommisso præcedenti. Tunc enim non potest salua ratione recti sermonis restringi ad limites illius, vt solos descendentes comprehendat,sed potius dicendum est in casu alienationis extra illos de domo,censeri vocatos etiam collaterales,quorum respectu est facta prohibitio.d.§.Diui. & d.§.fratres. cum vtrobique notatis.

[5] [6]

Et ex his conclusum, fuisse inductū fideicõmissum in casu contrauentionis, nisi pro parte Lactantij probetur aliqua requisitio illorum de familia.

SERAPHINI.

Bononiensis, Fideicommissi, de Folicinis,Lun.18. Febr.1595.

ARGVMENTVM.

In conditione positi,an vocati censeantur,ita vt substitutis sint præferendi,& quæ ad hoc probandum requirantur.

SVMMARIA.

1. *Grauati qui sunt, etiam vocati censentur, maximè alijs adminiculis concurrentibus. & nu.5.& 6.*
2. *Et an vocati censeantur, sub verbis, substituit, vulgariter, pupillariter,& per fideicõmissum,dictis suis descendentibus, cum nondum in rerum natura fuerint, & proprijs nominibus appellari non potuerint.& 3.*
4. *Non tamen hac coniectura sola sufficit, sed alia etiam, vt concurrant qualitates,necesse est.*

DECISIO CXXXIV.

[1] QVod verò attinet ad quæstionem illam,an † descendentes isti in conditione positi censeantur vocati: Domini censuerunt ex cõiecturis deductis in hoc eodem fideicommisso per Mar. Soc.Iun. consilio [2] 110.lib.3.eos esse vocatos,† cum fuerint grauati.Substitutio enim facta est in specie, & nominarint ea nominatione, qua poterant nominari illi,qui adhuc nõ [3] erant in rerum natura, nec poterant proprijs † nominibus designari in illis verbis, *substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum dictis suis descendentibus*,& hoc sufficit, vt per Clar.§.testamentum,q.28. [4] in fin.Et quamuis hęc † sola coniectura nõ sufficiat,tamen alijs concurrentibus operatur vocationem.Concurrunt qualitates & masculinitatis, & legitimitatis, nec nõ ex legitimo matrimonio. de quibus videndus Reuer. pater Dominus meus Mant.lib.11.tit.3.nu.5. [5] & 7. Ex quibus omnibus simul † concurrentibus,vnà cum fœminarum exclusione,& dotatione,& quod su- [6] mus in descendentibus † à testatore, quæ omnia considerat Deci.cons.44.nu.48. & 52. & 57.lib.3.concludi potest, positos in conditione esse vocatos, ex deductis ibi per D.Put.decis.115.Nicol.de Pass.lib.3.Et ita concurrit primum requisitum, quod fiat substitutio in tota hæreditate,cum testator eam in tres partes distribuat,Et fuit resolutum nuperrimè in alio fideicõmisso Lactantij huius. Concurrit & tertium requisitum, quod facta sit substitutio ab vltimo non per illa verba, *si contigerit vllo tempore nullos descendentes extare,nec superuiuere*, vltra quod non est necessaria talis expressio,cum simus in descendentibus, quos testator præsumitur voluisse præferre substitutis,vt ex sententia Soc.in §.cū ita. nu.8.tradit D.meus Mant.alios inter lib.7.tit.5.nu.14. & Gabr. de substitut. concl.1. nu.2.Bero.cons.105.nu.2.vers.tertius casus.lib.2.Nec repugnat decis. Pedem.210.nu.7. quia postea excipit casum Soc.quando sumus in descendentib.testatoris.

MANTICÆ.

Nucerina,Fideicommissi,Lun.30.Octobr.1595.

ARGVMENTVM.

Trebellianica an prohibita censeatur, si testator expressè voluit, hæreditatem in euentum conditionis pleno iure ad substitutum deuolui.

SVMMARIA.

1. *Trebellianica etiam in filijs à testatore prohiberi potest.*
2. *In tantum vt etiam prohibita censeatur,si ex verbis generaliter conceptis id colligi potest.*
3. *Trebellianica an prohibita sit, si testator eueniente conditione hæreditatem restitui vult. & 4.*

DECISIO CXXXV.

FVit conclusum, Trebellianicam in casu proposito fuisse prohibitam à testatore, nam quod in filijs [1] etiam primi gradus † possit prohiberi, magis communiter receptum est, & Rota etiā sequitur Sarn.decis. 87.incip.in vna Romana, hæreditatis.lib.1.& nouissimè idē etiā tenet Lud.Mol. qui plures alios refert, de primog.Hisp.lib.1.c.17.n.12.vers.contrariū tamē.

Neque est necessaria singularis prohibitio, sed suf- [2] ficit si ex verbis etiam generaliter expressis, id cõcipi possit. Bart.in l.Centurio,nu.27.vers.vel quid si testator.ff.de vulg. & pupil.subst.Bald.in l.precib.nu.44. vers.per ista verba. C. de impub.& alijs substit. Alex. cons.201.nu.10.lib.1. & hanc opinionem magis communem, & veriorem attestatur Gallia.in d.l.Centurio.nu.88. in fin. idemque alij profitentur,vt dixi tit. 12.nu.6.de coniect.vlt.volunt.lib.7.

[3] In proposito autē Domini censuerūt,† Trebellianicā esse prohibitā,dum testator expressè voluit in euētum cōditionis totā hæreditatem pleno iure deuolui ad Cippū domus. Nā licet magna sit disputatio,cum testatur voluit pleno iure hæreditatē restitui substitu- [4] tis,an † sit prohibita Trebellianica,& frequētiori calculo receptū sit,eā non esse prohibitam, quia commodissimè potest intelligi, vt hæreditas restituatur,quo ad directū & plenū dominiū,à quo vtile non sit seiunctum,vel quo ad proprietatē,& vsumfructum,Rom. cons.239.nu.3.cum alijs à me deductis d.lib.7.tit.12. nu.18. tamen quādo testator voluit pleno iure totam restitui hæreditatē, verius est,vt intelligatur expressim prohibita, quia ex verbis enixa volūtas testatoris osten-

ostenditur, sicut etiam quando testator voluit restitui totam & integram hæreditatem Gall. in d.l. centurio, nu.88.& Rip.nu. 130.& 135. Put.decis.444.in fi.lib.2. quod à me etiam traditum est, d.lib.7.tit.12. num.15. & 18. in fin.

Fauentina, Fideicommissi, Venet. 12. Ian. 1582.

ARGVMENTVM.

An substitutus filijs in pupillari ætate decedentibus, fideicommisso grauari possit, ita vt legata præstare teneatur, vel num post eam decedentibus, eorum hæredibus hoc incumbat.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum ex verbis testatoris an inducatur, si testator filijs pupillariter tantum substituit.*
2 *Mentio pupillaris ætatis, vbi fit, pupillaris tantum substitutio inducta censetur.*
3 *Substitutio limitata ad certum tempus vltra illud non extenditur.*
4 *In materia substitutionis sufficit dicere, substitutio hoc casu non loquitur.*
5 *Clausula prohibitiua in substitutionibus, cõsecutiue stantes, substitutionem non ampliant.*
6 *Clausulam consecutiue stare quomodo probetur.*
7 *Extensio de casu ad casum facilius fit, quam de persona ad personam.*
8 *Substitutio pupillaris pupillo fauorabilis, fideicommissaria autem onerata censetur.*

DECISIO CXXXVI.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, post pupillarem ætatem Bartholomæi ex verbis testamenti 1 Annibalis, nõ posse † induci aliquod fideicommissum. Clarum est enim, quod vsque ad clausulam, *iubens & mandans, &c.* testator tantum pupillariter substituit 2 filio, seu filijs existentibus, hoc enim † operatur mentio pupillaris ætatis Gall. in l. centurio. num. 549. ff. de 3 vulg. & pupill. substit. Quare cum substitutio † sit limitata ad certum tempus, vltra illud nõ est extendenda, l. si quis ita ff. de vulg & pup ll. I ls. in l. 1. num. 30. eod. tit. & Paris. cons. 72. nu. 19. lib. 3. Hinc est, quod in 4 materia substitutionũ sufficit dicere, substitutio † hoc casu non loquitur. Dec. cons. 80. num. 3. Aym. cons. 161. nu. 16. Ex quibus sequitur, quod cum clausulæ subsequentis prohibitionis, videlicet alienationis cum ra- 5 tionibus stent consequutiue, † non amplient substitutionem ipsam. Dec. cons. 636. nu. 12. Imò ipsa defecta corruunt omnes rationes dependentiæ. Alex. cons. 139. lib. 6. Rub. Alex. cons. 102. nu. 12. lib. 2. & fuit per Rotam resolutum in causis Albanẽsi, & Romana de Maximis, quod autem clausula stet consequutiue, primo probatur ex authoritatibus allegatis pro Iacobo, & 6 consortibus, quibus accedit † dictio repetitiua, tam in hæreditate bonis, quàm in personis apposita, quæ refert omnes conditiones præcedentis dispositionis. Paris. cons. 86. nu. 56. lib. 2.

7 Nec obstat, quod † extensio de casu ad casum sit facilior, quàm de persona ad personam, quia extensio nunquam fit de opposito ad oppositum. Alex. consil. 1. num. 11. lib. 1. & hoc casu cum substitutio pupillaris 8 † sit fauorabilis ipsi pupillo. l. 2. ff. de vulg vbi DD. Fideicommissaria autem est onerata, & consequenter de directo opposita.

Non obstat, quod militet eadem ratio conseruandæ agnationis, quia cum sit restricta ad casum, si filius in pupillari ætate decesserit, secundum illum casum est intelligenda, præterea adest ratio diuersitatis, quia in hoc secundo casu voluit filium grauare.

Nec obstant præcedentes dispositiones, quia vrgẽt in contrarium, cum testator, quando noluit fideicommisso perpetuo hæredes grauare, expresserit. Nec obstat, quod substituti non potuerunt exequi intentionem testatoris circa legatum præstandum pauperi de sua agnatione literarum studijs vacare volenti, quia cum grauet suos substitutos, & ipsi sint pupillariter tantum substituti, defecta substitutione non tenentur ad probationem huiusmodi legati. Secundò hæc clausula operaretur aliquam coniecturam, si subsequeretur substitutionem, sed præcedit, vnde secundum ipsam venit intelligenda, hoc est, vt filijs decedentibus in pupillari ætate, substituti legatum præstare teneantur, decedentibus autem post pupillarem ætatem, eorum hæredes, qui etiam hæredes testatoris censentur, l. fin. C. de hæred. instit.

Reliqua dixerunt bene tolli per Informantes pro D. Iacobo.

Fauentina, Fideicommissi, Ven. 16. Febr. 1582.

ARGVMENTVM.

Reuocatio prioris sententiæ, in superiori decisione latæ, & argumenta, quibus ad hanc Domini moti fuerunt.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio alienationis cum expressa ratione fideicommissum extendere censetur.*
2 *An hæc clausula consecutiue ad præcedentem substitutionem stet, amplius discutitur. & 3.*

DECISIO CXXXVII.

DOmini in secunda propositione huius causæ pro maiori parte censuerunt recedendum à resolutione, facta die 12. mensis præteriti, ea potissimum ra- 1 tione, quod prohibitio alienationis cum † expressa ratione ex sui natura non solum inducit, sed etiam ampliat & extendit fideicõmissum, ex alleg. pro D. Ioan. Antonio & Bertr. consil. 46. num. 7. in 2. part. princ. & consil. 173. num. 14. in 2. tert, & late Gabr. de fideicommiss. consil. 10. nu. 12. & fatentur Scribentes pro Iaco- 2 bo. Nec obstat, quod stet consequutiue ad † præcedentem substitutionem pupillarem, quia hic non potest 3 dari iste intellectus, cum † comprehendat omnes institutos, & substitutos, sicut institutio filij est indistincta, ita indistincta est prohibitio alienationis ipsum comprehendens, alias si secundum terminos substitutionis præcedentis esset intelligenda hæc clausula, dicendum sequeretur, quod hæreditas vsque ad tempus pupillaris ætatis, filio sit relicta, contra tritissimam regulam, *quod hæres nec ad tempus, nec ex tempore institui potest*. §. hæres. Instit. de hæred. instiut. Cum igitur institutio comprehendat omne tempus, ita & prohibitio, ex quo sequitur, quod omnes clausulæ postea subsequentes, etiam ipsæ recipiant eundem sensum, & omnes casus prout ipsa prohibitio comprehendit omnes personas, licet etiam secundum aliquos ex Dominis, clausula *adeo quod vult*, inducat fideicommissum, ex alleg. pro D. Ioan. Ant.

Verum quia agitur de reuocanda decisione, mandarunt, vt in primis audientijs Quadragesimæ causam iterum proponerem.

Fauentina, Fideicommissi, Lun. 20. Decembr. 1582.

ARGVMENTVM.

Vxor an hæres à marito instituta censeatur, an vero, vi verborum, durante eius vita, vitam ducendo vidualem, dicatur legataria tantum, seu vsufructuaria.

SVMMARIA.

1 *Verba vbi clara sunt, non est locus coniecturis.*
2 *Qui per eadem verba sunt coniuncti, non debent diuerso iure censeri.*
3 *Si vxore hærede instituta in vita tantum, alius post mortem ipsius est institutus, vxor licet hæres censeatur, fideicommisso tamen grauata censetur. & 4.*
5 *Vis verborum*, infra scriptos suos hæredes, & dictos suos hæredes.
6 *Consilium Dec. 278. explicatur.*
7 *Prohibita alienatione bonorum, censetur etiam prohibita Trebellianica.*

DECISIO CXXXVIII.

FVit resolutum, Camillam vxorem fuisse ab Anniбale viro hæredem institutam eius vita tantum, vitam vidualem seruantem,&c. & talem censendam, non autem legatariam, seu simplicem vsufructuariã. Verba enim sunt expressa,& clara, à quibus per conie-
1 cturas † non est recedendum, cum in claris cessent cõiecturæ. l.continuus. §.cum ita. ff.de verbor. obligat. cum alijs ibi per glossam. Præcipue si ponderentur verba, suos vniuersales hæredes instituit, quæ verba cum indubitatum sit comprehendere Terentium, comprehendunt etiam Camillam, & cum virtute copulæ eadem qualitas vniuersalis hæredis referatur ad filios,
2 Paris. cons. 18. num. 23. lib. 2. non debent † coniuncti eisdem verbis diuerso iure iudicari. l.iam hoc iure, de vulgar.

Secundò vbi vxor est instituta hęres in vita tantum, & alius est institutus post mortem ipsius, tunc clarum
3 est † ipsam esse hæredem directo, grauatam tamen fideicommisso. Bald. in l.miles ita, in princip. ff.de test. mil. Imol.in l.filius à patre.colum.fin.vers. Tertius casus est. de lib. & posthum. & ibi Alex. vers. secundus casus est, cum alijs per Bello. consil. 30. num. 1. Quæ opinio si procedit, quando vxor est instituta in vita, &
4 alius est institutus post mortem, multo magis † procedit in isto casu, in quo nullus post mortem ipsius verbis directis vocatur.

Tertiò accedit, quod ante institutionem testator
5 nominauit *infra scriptos* † *suos hæredes*,& post institutionem *dictos suos hæredes* in prohibitione alienationis, quæ dictiones, cum omnes comprehendant, non possunt excludere Camillam, & hæc prohibitio operatur, vt etiam si esset expresse relictus vsusfructus, censeatur etiam relicta proprietas, vt post Bald. in l. Proculus. ff. de vsufruct. tenuerunt omnes quos referunt Add. ad Rom. consil. 206. num. 4. & alij ad sing. Cremen. 28. stantibus igitur verbis testamenti expressis,& iuris regulis indubitatis, nihil affertur, ex quo ab ipsis sit recedendum, non enim minus valet testamentum Camillæ vxore hærede instituta, quam illa legataria. Nulla etiam datur contrarietas in ipso testamento, ad quam euitandam verba sint impropriranda.

Nec obstat consil. Dec. 278. à Dd. passim approba-
6 tum, quia ibi in separata † oratione vir vxorem vniuersalem hæredem instituerat in vita tantum, & in alia etiam alium hæredem vniuersalem postea instituerat, vnde attenditur ad validitatem testamenti & euitandam contrarietatem, quæ sit plenior institutio, & minus plena impropriatur, vt fuit dictum in illa Bononiensi, de Burgo.....coram Reuerend. Patre Domino meo Cantuccio. In quo casu scribit Menoch. cons. 105. hic nulla datur occasio verba impropriandi, præcipue cum in portione sua eius vita durante Camilla nullum habebat cohæredem, & in eadem oratione instituatur, in qua instituuntur ij, quos veros hæredes esse negari non potest. Imò cons. Dec. in eo quod ponderat institutionem vxoris factam inter legata, vrget in contrarium, quia vt fuit dictum, instituit enam simul cum Terentio, & filijs eisdem modo & verbis.

Non obstat exclusio propriarum filiarum, quia illæ habent proprias dotes, sine vllo onere, vxor est tantum vsufructuaria in vita.

Nec mouit Dominos, quod testator voluit bona conseruari in familia, & quod propter detractionem Trebellianicæ non erit locus voluntati testatoris. Primò quia hæc ratio militat etiam respectu Terentij, quem tamen esse hæredem vniuersalem, certum est.
7 Secundò, prohibita † alienatione censetur etiã prohibita Trebellianicæ detractio, Auth. sed etiam in ea. vbi Bal. C.ad leg. Falcid. Aret. consil. 37. num. 10. Corn. consil. 22. nu. 29. & 30. lib. 2. Ruin. consil. 139. nu. 4. lib. 3.

Nec istis aduersatur exceptio à redditione rationis administratæ tutelæ, quia habet locum, quo ad cohæredem substitutum.

Vltimò non refragantur verba illa, vitam vidualem seruando, quia cautio Muciana succedit loco adimplementi, vt fuit resolutum in causa Rauennensi, hæreditatis, coram Reu. Patre D. meo Decano.

Ex quibus cessant omnia deducta contra hæredes Camillæ, quia habent intentionem fundatam in clarissima dispositione testatoris, coadiuuata ex præcedentibus dispositionibus, quod quando voluit aliquid relinquere vxori alio titulo, quam hæreditario, hæredem non nuncupauit.

PENIÆ.

Spoletana, Bonorum, Merc. 5. Iul. 1589.

ARGVMENTVM.

An testi petenti testificatio, quam deposuit, prælegenda sit, ad effectum, vt dicta sua corrigere, ijsque vel addere, vel detrahere aliquid possit.

SVMMARIA.

1 *Testis antequam subscribat testificationẽ suam sibi prælegi petere potest, ad effectum, vt ijs vel addere aliquid, vel demere, mutareue possit.*

2 *Et hoc in ipso examinis actu, antequam instrui ab aliquo possit*. & num. 3.

4 *Et si post aliquod tempus testis hoc peteret, quomodo procedendum*. & num. duobus sequent.

DECISIO CXXXIX.

AD instantiam D. Abbatis Ancaiani, die 14. Iun. proxime preteriti examinabatur Felix Maricorus, qui sæpe fuit protestatus, quod volebat sibi legi suum examen, vt posset addere, mutare, corrigere, vel detrahere, sicut sibi pro veritate videretur. Dubitauit Notarius reclamantibus præsentibus Interpretibus, an esset testi examen lecturus, nec ne, & ideo cum me consuleret, ordinaui, vt in fine cuiuslibet examinis nedum non renueret legere singulis testibus, proprium examen, præsertim ipsis petentibus, sed quod etiam illos ad id inuitaret, ad prædictum effectum corrigendi, addendi, vel mutandi. Quia postquam testes depo-
1 suerunt, † antequam se subscribant, legenda illis est sua testificatio, vt per lectionem depositio compleatur, & omnis error, qui esse posset in subscribendo tollatur, iuxta laudabilem, & in foro iudiciali omnino retinendam praxim, quam docuit Bald. in l. vlt. C. plus val. quod agit. per text. ibid. quem dicit, esse multum notabilem, refert & sequitur Felyn. in c. per tuas. de test. circa fin. num. 7. vers. secundo adde, Et Aegid. Boss. tit. de tort. testium. nu. 24.

2 Et hoc procedit sine difficultate, quando † in eodem examinis actu, antequam testis recedat, & instrui possit, petit sibi legi testificationem ad effectum addendi, mutandi, vel corrigendi, & ita procedit præfata doctrina Bald. & cum ego in hoc casu putarem testem nondum recessisse à loco examinis, propterea ita ordinaui.

Ceterum cum post quatuor dies ab examine com-
3 pleto testis reuerteretur ad petendum, quod sibi † suũ legeretur examen, quod mihi Notarius subticuerat, quo toto tempore potuit instrui, & sic videretur suspecta petitio, & communitas Spoleti propterea peteret, vel testem reijci, vel saltem ad partem reponi, & D. Abbas diceret, quod delerentur additiones factæ per illum testem, & quod examen remaneret, sicut antea, idro me iubente, partes informarunt Rotam, & dederunt memorialia, & Domini primum dixerunt,
4 Bald. doctrinam esse in prædicto † casu seruandam: de præfato vero examine ordinarunt, ne quid immutaretur, aut deleretur, sed quod in processu causæ arbitrio Rotæ relinquendum erat iudicare, quid esset de eo sentiendum, & quantum fidei vel detrahendum, vel tribuendum examini.

5 Et

5 Et quod interim Notarius annotaret † diem factarum additionum, vel mutationum per testem, postquam fuit examinatus.

6 Eodem die idem D. Abbas Ancaianus † ad effectum examinandi testes in partibus petijt Remissoriam, vel destinari Notarium ad partes cum vno solo Interprete, per Rotam eligendum, nam si duo essent Interpretes, facile contingeret propter mutuam contentionem perturbatio. Sed Domini dixerunt, vt Remissoria de more decerneretur.

PENIÆ.

Spoletana, Bonorum, Mercur. 20, Decemb. 1589.

ARGVMENTVM.

Annotatio eorum, quæ circa depositionem testis, ætate grauati, & valetudinarij obseruari debeant.

SVMMARIA.

1 *Ad testem qui coram Iudice comparere nequit, examinator est mittendus.*
2 *Maxime si est senex, & valetudinarius.*
3 *Pars de hoc tamen certioranda.*
4 *Et quid si testis interim conualuerit.*

DECISIO CXL.

INter testes adductos ad Curiam per Do. Abbatem Ancaianum ad effectum, vt in ista causa examinarentur, aderat vnus octogenarius, qui cœpit ægrotare, Vnde tum ob ingrauescentem ætatem, tum ob infirmitatem dubitabatur, de eius propinqua morte, ideo ad partis petitionem, ne veritas periret, Domini ordinarunt, vt fidelis Notarius ad eum decumbentem accederet, qui illum summarie super articulis tantum examinaret, quod si conualesceret, examinaret postea formiter adhibitis Interpretibus, tam super interrogatorijs, quàm super articulis, cum explorari istis sit, 1 Iudicem debere † mittere examinatorem peritum, ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt. c. si qui testium. vbi gloss. & communiter Canon. de test. maxime quia in casu isto concurrebant 2 duo, nempe quod † iste erat senex, & valetudinarius, Rota decis. 221. incip. Senes. in nou. alias est 9. de iudicijs in nou. delegaui ergo pro isto teste examinando 3 substitutum Notarij causæ cum decreto, quod † intimetur parti aduersæ: sed quia pars ab isto decreto ap- 4 pellauit, & testis tantisper conualuerat, reposui † & ordinaui, quod examinaretur etiam super Interrogatorijs in domo Notarij, sicut partes inter se conuenerant, non in domo ipsius Abbatis, vbi testis decumbebat, vt omnis suspicio amoueretur.

PENIÆ.

Spoletana, Bonorum. Lun. 12. Febr. 1590.

ARGVMENTVM.

Remissoriam dandam esse parti petenti, sed absque retardatione processus vlterioris, concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria pro testibus examinandis, qualiter detur.*

DECISIO CXLI.

VTraque parte Informante proposui dubium super concessione remissoriæ, vel traductione testium ad vrbem: & Domini dixerunt concedendum 1 esse communitati † remissoriam, quam petebat pro testibus, in partibus examinandis, sed sine retardatione vlterioris processus in causa.

PENIÆ.

Spoletana, Bonorum, siue Spolij, Lun. 26. Mart. 1590.

ARGVMENTVM.

Possessio locorum in antiquis, qualiter per testes de auditu, & visu probetur.

SVMMARIA.

1 *Remissoria absque retardatione vlterioris processus decerni potest.*
2 *Testes de publica fama in antiquis probant.*
3 *Testes de publica voce deponentes nominando alios senes à quibus se audiuisse testantur, verisimilia videntur deponere.*
4 *Testis deponens de visu, alijs de auditu deponentibus additus, plene probat.*
5 *Ex priuilegio Papæ, in quibus locorum controuersorum mentio fit, possessio recte probatur.*
6 *Enunciatiua Papæ in antiquis, etiam in facto alieno, plene probat.*

DECISIO CXLII.

DOminus Nicolaus Ancaianus, Abbas Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo, prætendens dictam Ecclesiam multorum bonorum, & locorum, in primis verò Rigouiti, Congni, vsque ad Ferrariam, & Montis de Petano, à communitate Spoleti.... & pacifica possessione paulatim spoliatam, contra communitatem Iudicium spolij intentauit, iura produxit, & multos super spolio testes examinauit, similiterque Communitas multa sua iura proposuit, & testes etiam ad probandum suam intentionem examinandos præparauit, 1 sed quia remissoria fuerat Communitati † concessa, sine retardatione vlterioris processus dubitaui, An constaret de primo extremo d. Ecclesiæ S. Petri, de Ferentillo, respectu possessionis præfatorum locorum.

Domini circumscriptis exceptionibus testium pro parte D. Abbatis examinatorum, & Iuribus Magnificæ Communitatis, quorum suo loco, & tempore habebitur ratio, concluserunt, probari primum extremũ. Nam primus testis ann. 71. aut 72. super 3. 4. & 5. articulis, & secundus ætatis 75. ann. super 3. & 4. & sextus super 3. & 4. superiori anno examinati conformiter testificantur, de publica voce, & fama, & de auditu à suis maioribus, & senioribus, qui similiter à suis antecessoribus audiuerunt præfata loca ab Ecclesia Sancti Petri de Ferentillo fuisse possessa, & cum agatur de 2 antiquo spolio testes de publica † fama & voce concludenter probant primum extremum. Anchar. cons. 41. Incip. Circa recuperandum. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. Fel. in c. veniens il 1. nu. 16. vers. scias etiã, quod ad intendendum. de testib. Put. decis. 76. Inc. in vna Placentina. lib. 1. lo. Paulus decis. 103. Ant. Aug. in epit. tit. de vtroque extremo. num. 4.

Et sit eo nomine ista testium depositio verisimilis, 3 quia nonnulli referunt † nomina seniorum à quibus id audiuerunt.

Item dictum eiusdem testis de visu, qui iuxta 38. interrogat. late explicat, qualiter biennio, post Vrbis direptionem, quæ contigit ad annum Domini 1527. Communitas Spoletana semel missis 40. hominibus armatis, & iterum, quidam illius Commissarius, 400. vel 500. hominibus armatis stipatus, possessionem terrarum laboratiuarum, existentium in radice Montiũ Rigouitti, & Congni, & Petani, colonis Abbatiæ inibi laborantibus, & terras colentibus, in fugam versis ingressa est, donec paulatim sibi de certa parte fructuũ respondere coegerit, vt deponit etiam de ista exactione quintus testis iuxta 30. interrogat. & terras præfatas arbitrio suo mensurauerit, nam iste secundus testis 4 de visu additus † alijs de publica voce & fama, plene probat. Bal. & alij. vbi Ias. not. 2. nu. 6. in l. Gallus. §. casus. ff. de liber. & posth. Abb. Dec. & Fel. in c. cum causam. de probat. Matth. de Afflict. decis. 332. num. 4.

Huius præterea testificationem coadiuuat quintus testis, qui postquam iuxta secundum interrog. additione plurimos senes retulisset, cum quibus familiari colloquio egerat, tum de cæteris bonis Abbatiæ de Ferentillo, tum verò inprimis de specificatis locis Rigouiti, Congni, & Petani, iuxta 38. Interrogat. ait, qualiter

qualiter circiter de annis 44. 45. & 46. vsque ad hæc tempora Spoletani fecerunt sibi persoluere modiolos gram à colonis Rogouiti, & Petani, addens vidisse se Priores Spoleti cum multis armatis existentibus in hospitio del salto del ciuo, tempore collectionis messium prohibuisse homines de Ferentillo, ne granum asportarent, antequam sibi præsatos modiolos frumenti persoluerent, & ibidem de auditu refert, quod alias etiam ad eundem effectum armata manu visi fuerunt. Idem super 4. de auditu subiungit, præfata loca Rigouiti, Conigni, & Petani fuisse Monasterij S. Petri de Ferentillo, illiusque Abbates ea tanquam veros patronus possedisse, & communitatem Spoleti propria authoritate illa inuasisse.

Præfatam probationem, quam Domini ad effectum de quo agitur, sufficientem esse dixerunt, & coadiuuant ceteri testes, quorum etiam cum suis qualitatib. cationem habendam esse censuerunt.

Item priuilegium Gregorij Noni, qui cum anno 1231. Monasterium S. Petri de Ferentillo, sub sedis Apostolicæ protectione suscepisset, omniaque illius loca, quæ & nominatim explicat, illibata ei permanere 5 constituisset, inter illa Rigouiti, cum Ecclesia S. Ioannis, & omnibus earum pertinentijs, Montem de Conigni, vsque ad Ferrariam, & montem de Petano re- 6 censet, nam ista narratiua Papæ in antiquis, † etiam in facto alieno plene probat. Ioã. de Imol. & alij in clem. 1. de probat. Alex. cons. 15. incip. visis narratis. num. 2. lib. 5. Ruin. cons. 108. inc. visa, ac bene intellecta. num. 20. lib. 1. Gab. de probat. conclus. 2. nu. 54.

Denique ex assertione pro Magnifica Communitate Spoleti, videbatur etiã resultare probatio primi extremi. Nam si tempore Alexandri IV. de anno 1259. Raynerius Vicepapa, in Ducatu Spoleti, in Tuscia, & Marchia Anconitana propter magnam deuotionem Ciuitatis Spoleti erga Sedem Apostolicam, Abbatiam S. Petri de Ferentillo eidem ciuitati donauit, & Bonifacius Octauus Papa de anno 1300. ob corruptos Abbatum & Monachorum mores, castra, villas, terras & possessiones dismembrauit, & Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis concessit, non est dubium, quin Abbatia ista bona possederit. Censuerunt itaque Domini plene probari primum extremum.

P E N I AE.

Spoletana, Bonorum, Merc. 11. April. 1590.

A R G V M E N T V M.

Decisio superius sub die 26. Mart. emanata super probatione primi extremi an ad certum & limitatum tempus extendenda sit.

S V M M A R I V M.

1 *Reo, contrarium eius quod actor, probare volente, eius probatio certum tempus habere debet, quo suam probationem concludere prætendit, ad effectum, vt reus legitime se defendere possit.*

D E C I S I O CXLIII.

PRocuratores Magnificæ Communitatis petebant extendi decisionem factam 26. Martij super probatione primi extremi, ad fauorem Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo, cum expressione certi, & limitati temporis, quod testes pro dicta Abbate Ancaiano inducti percuterent, quia regulam esse dicebant, in materia 1 † probationum, quod quando reus vult probare contrarium eius quod actor, tum probatio actoris debet habere tempus & locum, quo suam probationem prætendit concludere vt reus possit suam cõtrariam probationem facere, & se legitime defendere. Bart. in l. is qui reus. num. 10. ff. de publ. iudic. cum alijs allegatis per Clarum in §. fin. q. 12. num. 13. vers. dixi, & quod exprimendo tempus.

Sed Domini istam petitionem de qua competenti loco erat videndum, reijcientes, ordinauerunt quod disputaretur dubium, quasi in ipsa decisione reseruatum, An exceptiones testibus obiectæ essent considerabiles ad effectum, de quo agitur.

P E N I AE.

Spoletana, Bonorum, Ven. 18. Maij 1590.

A R G V M E N T V M.

Exceptiones quædam tam contra personas, quàm dicta testium, discutiuntur, & concluditur, exceptiones eas ijs non obstare, quo minus eorum dicta ex alijs documentis, & numero, suppleantur, & coadiuuentur.

S V M M A R I A.

1 *Numerus testium defectum eorum supplet.*
2 *Testis nimis animose deponens, non probat. Fallit, si rationem dicti sui reddat. num. 3.*
4 *Testis de auditu an probet. & 5.*
6 *Testis, in antiquis de auditu deponens, probat.*
7 *Testis non percutiens tempus, & contestibus suis præiudicans, an probet.*
8 *Testi qui interesse habere in causa putatur, non creditur. & num. 11.*
9 *Fallit: & cur. num. 10.*
12 *Testis nesciens quid sit fama, eam probare non potest. & num. 13.*
14 *Testis non tenetur exactam famæ definitionem reddere.*
15 *Negotiorum gestor an à testimonio in causa domini ferendo, repellatur. & num. 16.*
17 *Testis ob homicidium commissum non repellitur, cum de eo non constat, nisi per ipsius testis confessionem.*
18 *Testis dictum diuidi non debet.*
19 *An ex eo principalis litis quis censeatur, quod in expensas contribuit, quas communitas circa litem fecit.*
20 *Creditor an contra fideiubentis pro se fratrem deponere possit.*
21 *Debitor potest testificari pro creditore suo.*
22 *Fideiussor antequam soluat, non est creditor.*
23 *Inquisitus ob rumorem, an à testimonio repellatur. & num. 24 & 25.*
26 *Testes, licet defectus eorum à numero suppleatur, ob exceptiones appositas, omni exceptione maiores non dicuntur. & num. 27.*

D E C I S I O CXLIV.

DVbitaui, an exceptiones, quæ opponebantur cõtra testes, per quos Domini 26. Martij præteriti tenuerunt, probari primum extremum Ecclesiæ S. Petri de Ferentillo, respectu bonorum de quibus agitur, essent considerabiles.

Primum fuit consideratus duplex effectus istius disputationis, primus, An exceptiones fuerint tales, vt pro parte Abbatis non esset probatum primum extremum, & ideo esset recedendum à decisis, & respectu istius effectus Domini censuerunt exceptiones nõ esse 1 considerabiles, † tum quia numerus supplet, tum quia eorum dicta coadiuuantur ex multis legitimis documentis, quæ eorum testificationes reddunt multum probabiles, & verisimiles.

Alter effectus est testium Communitatis, vt scilicet in concursu testium communitatis, contrarium fortasse asserentium, videatur, quibus magis sit credendum, & præualere debeant, & ista ratione Domini putarũt esse considerabiles.

Quoniam verò contra testes opponebantur exceptiones, tam personas, quàm dicta eorum concernentes, de vtrisque respondere oportuit.

Respectu ergo primi effectus non obstat, quod pri- 2 mus testis iuxta 42. nimis appassionate, † & animose deponat, dicens, ciuitatem non posse iuste possidere, & ideo sit repellendus. Aym. cons. 249. nu. 4. vers. saltem negari non potest. & nu. 9. vers. secundus testis.

3 Quia fuit dictum, quod † cum reddat bonam rationem, fidem facit. Gram. cons. 12. crim. nu. 13. & 14. & Aym. ex aduerso allegat. cons. 249. vers. secundus testis

loquitur,

loquitur, in teste non reddente bonam rationem, secus est hic, cum testis reddat rationem, quia territoria ista prius erant Abbatis.

4 Nec obstat ei, quod loquatur de † auditu, quasi ideo non probet, licet ex quadam.....vbi Abb. nu. 1. de test. Bar. in l. testium. nu. 6. C. de test. Alex. cons. 1. num. 16. lib. 5. Dec. cons. 301. nu. 16.

5 Quia non loquitur de auditu † simplici, sed de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus.

6 Accedit quod sumus in † antiquis, & ideo probat, Alex. cons. 187. lib. 2. Corn. cons. 35. num. 20. lib. 1. Dec. cons. 638. num. 8.

7 Non aufertur eius fides, eo quod † non percutiat tempus, & ceteris contestibus, præiudicet; Quoniam cum spolium prætendatur, successiuè, & diuersis temporibus commissum, eius dictum potest sustineri, respectu vnius temporis, & dictum aliorum testium respectu alterius temporis.

Secundò testi opponitur, quod sit interessatus, vt colligitur ex summario suppletorio alias dato, vbi iuxta 38. & seq. 4 dicit. *Piange tutto il popolo nostro de* 8 *Spoleti ci fa.......tutto.* vnde non † creditur ei, licet deponeret tãquam vnus de vniuersitate, c. tuas. c. nuper. & c. insuper. vbi Fel. nu. 6. vers. si est causa. in sua sing. de test. Paris. cons. 27. nu. 48. lib. 1.

9 Nam respondetur, quod cum probabiliter nullum habeat † interesse, neque ex dicto suo commodum aliquod consequi speret, non perdit fidem, præsertim 10 cum reddat bonam † rationem, in qua potissimum veritatis fundamentum consistit. Testis enim interes-11 satus, non repellitur, † vbi non agitur principaliter de suo interesse, Grat. cons. 41. nu. 17. lib. 2. Put. decis. 15. incip. in vna Borgensi. lib. 3. Ias. in l. si quis nec causam, ff. si certum petat.

Eidem obijcitur, quod nesciat quid sit fama, quo ca-12 su illam probare † non potest. Marsi. in l. de minore. §. plurimum. num. 104. ff. de quæst. sed sufficit, si dicat 13 † quod publice dicebatur, cum non teneatur testis 14 † exactam famæ diffinitionem reddere Iul. Clar. in pract. crim. quest. 6. vers. postremo scias. Cassad. decis. 3. de probat.

Quod si amplius opponitur de contrarietate testificationis, quod Ciuitas possederit tanto tempore vt in contrarium memoria hominum non existat, ad possessionem montium refertur, quod verò à duobus tantum annis post vrbis direptionem possederit, ad terras laboratiuas Rigouin & Petani, pertinet, vt series depositionis indicat, in qua nulla est contrarietas.

Ad auferendam, vel saltem diminuendam fidem 15 tertij testis multa simul cõgeruntur, quod fuerit † factor Patris Abbatis Ancaiani, & etiam eiusdem Abbatis, cuius præterea est colonus, quod fratrem interfecerit, item satellites occiderit, quod carceratus & aliquando etiam excommunicatus extiterit, & denique quod ignoret bona, de quibus agitur. Bald. consil. 444. lib. 1. Nellus de testib. nu. 17.

16 Sed respondebatur † parũ referre, quod fuerit factor & Patris & Abbatis filij, cum tempore depositionis iam desijsset esse familiaris. Spec. de test. §. 1. nu. 13. Felyn. in c. in literis. nu. 8. de test. Grat. cons. 44. nu. 15. lib. 2. Gabr. tit. de test. concl. 10. num. 9. de homicidio 17 non † constat, nisi per testis confessionem, qui tamen 18 addit se fuisse liberatum, nec † dictum eius potest diuidi, Spec. de testib. §. num. 69. Arcbid. in c. si quid veri. num. 2. dist. 37. & fuit decisum in illa Cæsaraugustana Status de Morata, coram Domino meo Bubalo.

19 Contra quartum opponitur, † quod sit principalis in causa, & interessatus, ex quo contribuit in expensas, quas fecit Ciuitas Spoleti in ista lite. Sed ex his redditur magis idoneus, cum quodammodo contra seipsum testificetur.

Nec fidẽ ei aufert, quod D. Ostedeucius frater Ab-20 batis † pro eo fideiusserit, cum alia sit persona Abba-21 tis, & alia Ostedeucij fratris, nec † debitor prohibetur testificari pro suo creditore. Mar. Soc. cons. 135. incip. non obstante. nu. 12. lib. 2.

22 Accedit quod fideiussor † antequam soluat, non est creditor, l. si pro ea. & ib. Dd. C. mandat.

Quinto testi fidem adimere nituntur agentes pro 23 Communitate, quia fuit † inquisitus propter quendã rumorem, actũ in consilio communis & condemnatus in 300. scut.

24 Sed obiectio tollitur, quia addit se † postmodum fuisse absolutum, & vt paulo ante dictum est, eius cõfessio non potest diuidi: prout similiter non officit ei, quod fuerit imputatus, & carceratus, pro receptione bannitorum, quia non fuit condemnatus.

Contra 6. opponitur de homicidio.

25 Ceterum cum non fuerit † condemnatus, de illo obiecto, cessat altera oppositio, quod sit interessatus, cum non adsit probabile interesse.

Denique dicebant Domini, quod licet numerus te-26 stium & alia adminicula † concurrentia, fidem eorũ supplere possint, gl. in l. 3. in verb. numeros. ff. de test. Bal. Alex. & Ias. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. ff. de eden. Alex. cons. 149. nu. 6. lib. 5.

27 Nihilominus propter † exceptiones contra eos oppositas, non possunt dici omni exceptione maiores, ita vt nec vacillet eorum fides, nec diminui debeat, aut cum possit per alios testes integros aliud probari, de quo erat videndum, quando in concursu probationum singulorũ qualitates, & dicta more Rotali ponderabuntur, vt tandem iudicetur cuius partis probatio præualere debeat.

P E N I T Æ.

Spoletana, Bonorum. Ven. 5. Mart. 1591.

A R G V M E N T V M.

An communitas Spoletanã per probationem deductam intentionem suam, & possessionem locorum, de quibus in hac & superioribus decisionibus, probasse dicatur, & de enunciatiua in Bulla Papæ contenta, num in antiquissimis probet.

S V M M A R I A.

1 *Enunciatiua in Bulla Papæ, in antiquissimis an probet, & num. 2.*
3 *Et quid si ad hanc alia adminicula concurrant. Tunc enim probare dicitur. & num. 4.*
5 *Bulla Papalis ad supplicationem partis emanata, an probet.*
6 *Verba Principis, in quibus fundat suam intentionem, in omnibus casibus probant, etiam in praiudicium tertij. & num. 7.*
8 *Actio spolij an ei competat, qui sullo proprio à possessione sua cecidit.*
9 *Actio spolij lapsu 30. annorum tollitur.*

D E C I S I O CXLV.

Die 20. Decemb. præsenti vtraque parte informante fuit decisum, Cõmunitatem Spoleti non probasse suam intentionem, ad effectum vt probatio Ecclesiæ non suffragaretur, sicut latius in dicta decisione continetur. Ceterum Communitas die 24. Febr. porrecto in Rota memoriali, ac desuper Dominis informatis, petebat videri, an Bulla Gregorij Noni probaret ad fauorem Ecclesiæ, & an actio spolij competeret Abbati Ancaiano, stante Bulla Bonifacij Octaui, vel saltem audiri super eisdem, & ideo Domini ordinarunt, quod super ijsdem audiretur, cum verò dubium tunc propositum esset, an ex testibus & iuribus pro parte Communitatis adductis, probaretur, ciuitatem semper possedisse montes, & terras laboratiuas, de quibus agebatur ad effectum excludendi probationem Ecclesiæ super eius primo extremo: Domini videntes rationes, quibus decisio nitebatur, ex his, quæ in hac

in hac positione deducebantur pro communitate, non fuisse sublatas ex eisdem, standum in decisis censuerunt.

1 Dixerunt præterea non † obstare considerata per Informantes pro Communitate, scilicet Bullam Gregorij IX. esse vnicam, & continere vnicam enunciatiuam, quæ etiam in antiquissimis non probat. Aret. in d. cum causam nu. 20. de probat. Craue. de antiq. temp. p. 1. §. ampliatur num. 14. & sequent. quia preterquam

2 quod † non admittebatur simpliciter, vnicam Papæ enunciatiuam in antiquissimis, & hominum memoriam excedentibus, non probare. Aret. in d. c. cum causam, nu. 10. dicebatur probationem primi extremi ad fauorem Ecclesiæ factam non fuisse fundatam in sola † &

3 vnica enunciatiua, sed in testibus prætereà & alijs adminiculis consideratis in alijs decisionibus in hac cau-

4 sa factis, nam vbi sola enunciatiua † nõ sufficeret, corroborata tamẽ alijs probationum generibus bene probaret. Vitalis de Samb. de claus. tit. quando verba enunciatiua, num. 3. Afflict. decis. 83. nu. 1.

Ad aliam obiectionem de eadem Bulla Gregor. IX.

5 quod cum emanauerit † ad supplicationem partis, vt patet ex illis verbis, *Vestris supplicationibus, &c.* nihil probare possit, tanquam à persona suspecta orta, Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. num. 72. & 73. Bertr. cons. 167. nu. 12. lib. 3. Achil. decis. 5. de iur. patron.

Respondebatur, id non procedere in antiquis, vbi

6 verba Principis, † in quib. fundat suam intentionem, probant in omnibus casibus, etiam in præiudicium tertij Domin. in c. si Papa. de priuileg. lib. 6. Alexand. consil. 6. num. 6. lib. 1. & cons. 15. nu. 3. lib. 5. Dec. consil. 146. nu. 14. circa med. & cons. 152. nu. 4. & 5. Ias. consil. 34. incip. ad motiua data, nu. 9. lib. 1. quibus accedebat, quia obiectio non procedit, quando ex præcedentibus

7 appareret, Principem † super narratis informatũ fuisse, nam tunc, vt informatus, præsumitur talia asserere. Alex. cons. 15. incip. visis narratis, nu. 2. lib. 5.

Ad illa, quæ obijciebantur contra Bullam Bonifacij VIII. dismembrantis bona monasterij S. Petri de Ferentillo, propter flagitia Abbatis, & Monachorum, eaque applicantis Canonicis Ecclesiæ S. Ioannis Late-

8 ranensis, quasi quod actio spolij non † competeret ei, qui facto proprio cecidit à possessione, vnico verbo dicebatur, ex eis non probari, aut confirmari ius Communitatis, cum pertinerent ad iura Ecclesiæ Lateranensis, de quibus, cum ea suo tempore erit disceptandum, præsertim cum ad istam causam & venerit, & admissa fuerit.

Quæ opponebantur de statuto Vrbis, lib. 2. cap. 160.

9 statuente, per lapsum † 30. annorum tolli actionem spolij. Item de motu proprio Pij V. de anno 1569. narrantis litem inter Communitatem, & Albericum Cibo, Principem Ferentelli, & homines Ferentelli, super bonis, & territorijs ex multiplici caducitate, ad Ciuitatem deuolutis, eandemque litem extinguentis cum clausula *sublata*, & decreto irritanti, quasi propterea sit Abbati Anciano clausum os ad agendum, item de exceptionibus contra testes ejusdem Abbatis, Domini extra dubium ista fuisse dixerunt, cum stricte causa proponeretur super eisdem, & ideo hoc tantum quæreretur, an ex iuribus & testibus Ciuitatis probaretur, eam semper possedisse, quibus propterea non oportuit particulariter respondisse.

P E N N Æ.

Spoletana, Bonorum, Ven. 20. Dec. 1591.

A R G V M E N T V M.

Probationes deducta ex parte Ciuitatis Spoletana examini subijciuntur, & concluditur dictam communitatem possessionem locorum controuersorum sufficienter non probasse, ob varios defectus, tam instrumentorum productorum, quàm testium examinatorum.

S V M M A R I A.

1 *Stylus Rota in addendo verba ad effectum de quo agitur.*
2 *Ad probandum possessionem qua communitate Spoletana necessario deducenda sint: & nu. 4.*
3 *Duo eandem rem in solidum possidere nequeunt.*
5 *Instrumentis in facto antiquo & hominum memoriam excedentibus, magis creditur, quam testibus.*
6 *Probatio nulla fortior est, quam qua per instrumenta fit.*
7 *Iurisdictionis possessio demonstratur ex eo, quod collectas imponere, & exigere possit.*
8 *Ex iure protectionis nec possessio, nec facultas collectandi colligitur.*
9 *Nec iurisdictio, aut dominium tribuitur.*
10 *Collectas prastare non tenetur in protectionem receptus, nisi ad hoc specialiter se obligauerit.*
11 *Ex possessione de prasenti, ad possessionem de praterito non infertur, quando prasens status veritatem status pracedentis contra se habet.*
12 *Locationes facta his qui in protectionem sunt recepti, à recipientibus, post susceptam protectionem, spolium potius, quam legitimam possessionem arguunt.*
13 *Possessio contra tertium, per locationes non probatur.*
14 *Iudices, & pratores in castris deputare possessionem non arguit.*
15 *Ex iurisdictione probata, ad probationem possessionis, & dominium terrarum non infertur.*
16 *Deputationes iudicum & pratorum ab aliquo facta certo tempore, ad aliud tempus antiquius non sunt extendenda.*
17 *Actus facti post receptionem, & protectionem populi alicuius spoliatiui iudicantur.*
18 *Dictum testis partem semper possedisse, de quo tempore incipiendum, cum ex antiquissimis instrumentis de anteriori possessione constat. & 26.*
19 *Dictio semper omne tempus includit.*
20 *Oratio, qua ex signo vniuersali sumitur, si in vno falsa reperitur, in totum falsa redditur.*
21 *Probatio in specie probationem contrariam in genere excludit.*
22 *Dicta testium qui certum tempus non percutiunt, verificantur in spacio centum annorum.*
23 *Testes inter alios examinati, parti in alio iudicio non praiudicant. & 25.*
24 *Testes examinati absque citatione partis aduersa, & non datis interrogatorijs, non probant.*

D E C I S I O CXLVI.

IN hac causa post aliquot resolutiones factas ad fauorem Ecclesiæ, pro parte communitatis Spoleti, porrecto memoriali in Rota fuit petitum disputari sequens dubium.

An ex testibus, & iuribus, pro parte Communitatis adductis probaretur, Ciuitatẽ semper possedisse montes, & terras laboratiuas, de quibus agebatur, & DD. sub die 17. Maij, proxime præteriti ordinarunt, quod disputaretur dubium petitum, additis tantum de more Rotali illis verbis, *ad effectum, de quo agebatur*, quia

1 † Rota in causis, quæ proponuntur, non solet in abstracto dubia proponere, vel decidere.

Effectus verò potissimus tendebat ad hoc, An per istam Communitatis prælationem sic de illius bono iure constaret vt quæ hactenus deducta fuerant, pro Ecclesia ei non suffragarentur, verba enim propositi dubij & præsertim illa dictio *semper*, inibi ex industria posita, eo referebatur, vt vel continuata communitatis possessio, vel anterior possessione Ecclesiæ probaretur, quod si concludere potuisset Communitas, parum Ecclesiæ suæ probationes profuissent.

Postquam ergo quater fuit istud dubium propositum, nempe sub die 26. Iun. & 2. Decemb. & 9. Dec. anni præsentis, tandem sub die 20. Dec. vtraque parte informante, Domini censuerunt Communitatem non probasse suam intentionem, ad effectum de quo agebatur.

agebatur. Alterum enim fuerat à Communitate concludenter probandum, videlicet † vt sua se probatione tuto muniret, vel quod Ecclesia nunquam possedisset, vel saltem quod communitatis possessio fuerit anterior.decis.vlt.de test.spoliat.in nou.quarum neutrum Communitas præstitit,non primum,nam firmiter stabilitum manere dictum fuit, quod de possessione Ecclesiæ iam ante annum Domini 1230. sub die 26. Mar. 1590. decisum fuerat,non secundum,nam ex iuribus à Communitate productis,constabat de initio possessionis ipsius, vnde sequebatur, eam non semper possedisse, & eius possessionem Ecclesiæ possessione fuisse posteriorem, nec potest illa possessio esse simultanea,cum possessione Ecclesiæ, nam duo † nõ possunt in solidum eodem tempore possidere. l. 3. §.contrario. ff. de acquir. poss. & si vt certo. §. si duobus. ff. comm. Corn.cons.35.nu.13.lib. 1.

Præterea cum Communitas rea veniat ad excludendum intentionem actricis, clare & concludenter debet † probare suam exceptionem, ad excludendum primum extremum ab Ecclesia probatum. Alex. & com.Dd.in l.nõ solum.§.sicut probari.ff.de nou.oper. nunc. Cresc. decis.302. incip. spoliator alias est 20.tit. de prob.in impress.

Probatio Communitati facta per testes deponentes Ciuitatem semper possedisse,non fuit iudicata clara, & certa, cum † testibus repugnarent instrumenta Ecclesiæ producta, quibus cum versemur in facto antiquo, & hominum memoriam excedente, magis est credendum, quam testibus, nulla enim est † fortior probatio, quam per instrumenta. Bald.in c.cum causam.nu. 1. de probat. Soc.sen.cons.187.num.18. lib. 2. Crauett.cons.54.nu.15. Dec.cons.146.nu.14.Paris.cõs. 104.num.46.lib.1. Rol.cons.2.nu.59.lib.1.

In hac verò causa anteriorem Ecclesiæ possessionem probare videbantur antiqua instrumenta, primum Gregorij IX. sub anno 1231. numerantis Castra, de quibus agitur, inter bona Ecclesiæ, Alterum Bonifacij VIII. de anno 1300. dismembrantis bona ab Ecclesia, vnde præsupponitur illa penes Ecclesiam tunc extitisse,sicut fuit consideratum in hac causa in decisione facta, sub die 26. Martij 1590.

Conferebat etiam factum cuiusdam Raynerij Vicepapæ, alias à Communitate allegatum qui tempore Alexandri IV.ad annum 1259. Ciuitati Spoleti ob insignem eius deuotionem in sedem Apostolicam, Abbatiam S.Petri de Ferentillo, vnà cum eius bonis donauit, hæc enim satis ostẽdunt & possedisse Ecclesiam, & anteriori tempore possedisse.

Neque prædictis obstare videbantur deducta pro Communitate, ac primum non illud, quod ex instrumentis, de quibus in summario Ciuitatis,num.1. & 2. patebat Ciuitatem de annis 1360.& 1361.& 1373.imposuisse ac exegisse collectas à communitatibus Castri Rigouiti, & Petani, cum imponere & † exigere collectas demonstrent possessionem iurisdictionis. Bal.in l. data opera.nu.28. C.qui accus.non poss. Ruin. cons.2. nu.4.lib.4.Natt.cons.67.nu.1.& 2.lib.4.

Quoniam respondebatur, verisimile esse possessionem Communitatis initium habuisse à pactis, seu conuentionibus contentis in instrumentis, quo se de anno 1306. homines Rigouiti commiserunt fidei, & tutelari patrocinio ciuitatis Spoleti, quo licet non tribueretur Spoletanis † possessio, nec facultas locandi, aut collectandi,l.2.ff.de int.immun.Curtius iun.cons. 236. incip. habita diligenti nu.22. lib.3. cursu temporis paulatim & tentari, & obtineri in hominibus parũ potentibus potuit, cum protectionis ius, quod † iurisdictionem possessionem, vel dominium non tribuit, sed clientes in protectionem, & tutelam receptos defendere teneantur recipientes, Auth.de hæred. & Falc. §.1.c.Imperialem.de prohib.feud.alien.per Feder.sæpe plus æquo extendatur,& ad quæstum atque priuatam vtilitatem transferatur. Andr. Gail. lib.2. pract. obseru.54. obseruat. ad ista enim † collectarum onera nisi specialis accesserit obligatio, non tenentur Populi sub protectione recepti, vt in terminis receptionis Communitatis montis Franchetti consuluit Bar. cons. 59.incip. Communitas Spoleti concessit.

Accedebat præterea,quia cum prima impositio collectarum memoretur fuisse de anno 1360. ac primum Instrumentum locationis de anno 1440. quamuis ex istis argueretur possessio ad fauorem Communitatis Spoleti, ea non possit ei suffragari, cum de anteriori Ecclesiæ possessione constaret, qua non probatur anterior Communitatis possessio, nam quãdo † præsens status habet contra se veritatem alicuius præcedentis status, ex possessione de præsenti non infertur ad possessionem de præterito. Bar.Ias.Alex.& alij in l.si prius. ff.de nou.oper.nunc. & cons.37.num.3. lib.7. Vnde ex istis non potest probari possessio antiquior possessione Ecclesiæ.

Ob eandem rationem decisum fuit, non obstare instrumẽta locationum factarum à Ciuitate Spoleti de territorijs & pascuis Castrorum Rigouiti, & Petani, de annis 1440.1442.& 1443.& 1457.& aliarum diuersis temporibus iteratarum, prout in summario Spoletano, nu.3.quasi ex istis arguatur vera,& legitima possessio,Soc.cons.187. num.16. lib.2. Crauett.consil.54. num.10.

Quoniam instrumenta,licet essent antiqua,& celebrata eo tempore, quo nullus erat futuræ litis timor, nihilominus † cum locationes fuerunt factæ post susceptam protectionem, Spolium potius arguebant, quam legitimã possessionem. Rursus tametsi sine veri præiudicio concederetur ex illis probari possessionẽ, † non tamen probatur de anteriori tempore, & ideo non potest inde concludi Ciuitatem semper possedisse. Istis enim accedebat, quia per locationes non probatur possessio contra tertium, c. inter dilectos. de fid. inst.Gab.concl.4.nu.1.de locat.

Item fuit responsum,nõ obesse Ecclesiæ,quod prætendebatur de immemoriali Ciuitatis possessione cõstare, ex 51. deputationibus Prætorum, siue Potestatum in dictis Castris Rigouiti, & Petani à Ciuitate factis ab anno 1360.vsque ad annum 1538 de quibus in summario Spoletano, nu.4. cum deputare Iudices & Prætores † in castris,& territorijs non sit possidere, vt hic per informantes pro Ciuitate.

Quoniam ista iurisdictionem, & protectionem ipsius Ciuitatis, non possessionem terrarum, & montiũ arguebant,nam ex probatione † iurisdictionis non infertur ad probationem possessionis, & dominij terrarum, & montium existentium sub protectione Ciuitatis,Gabr.de præsumpt.concl.9.nu.4. Crauett.consil. 54.nu.9. Afflict.decis.267. num.4. Curt. iun.cons.158. nu.26.lib.2.& cum istæ deputationes de certo tempore † enumerentur, de illo tantum sunt accipiendæ,nõ ad aliud anterius,vel antiquius extendendæ, vnde non potest vere dici, Ciuitatem semper possedisse.

In hac verò facti specie dubitationem, si qua contingere poterat, tollebat instrumentum receptionis in protectionem, ex quo apparebat Ciuitatem Spoleti de anno 1306. sub die 25. Maij, & eodem anno sub die 4.Iun.in suam clientelam, & protectionem homines Rigouiti suscepisse saluo, & reseruato semper honore, & iure Monasterij S.Petri de Ferentillo, & Sacrosanctæ Ecclesiæ Lateranensis,ex quibus etiam colligebatur illo tempore Ecclesiam possedisse.

Atque ex eadem prorsus causa receptionis in protectionem descendebat pensitatio certi librar. 15. & libratum sex, quem in eisdem instrumentis probati homines Syndico Spoletano soluere promiserunt.

Minus obstare iudicata fuerunt instrumenta inuestiturarum factarum à Ciuitate hominibus castrorum Palini, Casenitæ & Abbatiæ de anno 1529. & 1530. in quibus præfati homines confitentur homines territoria esse Ciuitatis, nam ista ad vltimum spolium pertinere visa sunt, & alia tria instrumenta de anno 1535. quibus Ciuitas constituit procuratores ad vendendum molendina & territoria Rigouiti & Petani, nam de eo tempore iam fuerat commissum spolium de terris etiam laboratiois, cum Ecclesia probaoerit, tempore direptioois vrbis se eas possedisse.

Instrumenta super solutione modiolorum, ex terris laboratiuis de anno 1529. & 1530. potius videbantur facere contra Ciuitatem Spoletanam, cum in illis dicatur, homines ibidem nominatos, per tempora multa dictas terras coluisse, & nihilominus Ciuitati, culturæ, vel alterius pensitationis nomine persoluisse, tunc tamen promittere se soluere bolonenos octo pro singulis modulis, ex quibus infertur Ciuitatem non possedisse.

Dicta verò testium è contrario productorum, deponentium semper audiuisse, & vidisse Ciuitatem percipere modiolos, ex præfans instrumentis de anno 1529. & 1530. declarantur, non enim possunt extendi vltra dictos annos, cum tunc fuerit cœpta solutio modiolorum, atque eadem est catastri ratio, nam post annum 1529. & 1530. non antea cœptum fuit catastrati.

Omnes præterea actus pro parte Ciuitatis producti, ad docendum de sua possessione, eo potissimum nomine iudicabantur spoliatiui, quia cõtigerunt postquam Ciuitas homines Rigouiti suscepisset in suam

17 † protectionem de dicto anno 1306. nam Ciuitas ante illum annũ nullos legitimę possessionis actus ostendit. Isti autem actus, ex quo homines sub protectione suscepti expresse se ad illos non obligaruut, nec legitime fieri, nec ius aliquod Ciuitati tribuere potuerunt, Bart. in d. cons 59. in fin.

Ad testes quoscunque pro Ciuitate productos in-

18 distincte testificantes Ciuitatem semper † possedisse, dicebatur primum, quod si acciperentur de quocunque tempore, etiam ante annum 1231. manifeste redarguebatur, falsum eorum dictum ex antiquissimis instrumentis probantibus anteriorem Ecclesiæ possessionem, ideoque non potest Ciuitas dici semper posse-

19 disse, maxime cum dictio *semper* † includat omne tempus. l. 1. cum ib. not. ff. solot. matr. & oratio, quæ

20 sumitur ex signo vniuersali, si in † vno reperitur falsa in totum redditur falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrũ. ff.

21 de reb. dub. Et probatio in specie † excludit contrariã probatiooem in genere. l. cum de indebito. & ib. uotat. Bart. & Paul. de Castr. ff. de probat.

Respondebatur etiam istos testes uon percutere

22 tempus ante possessionem Ecclesiæ, cum † eorum depositiones verificentur in spacio 100. annorum. Alex. cons. 16. nu. 16. lib. 5. & longe ante illud tempus Ecclesia possidebat.

In testibus examinatis de anno 1555. inter Ciuitatem Spoleti, & communitatem Mouteleonis, super nonuullis coufinibus Rigouiti, occupatis à præfata Monteleonis communitate, DD. non feceruut ali-

23 quod fundamentum, tum quia inter † alios examinati non poterant Ecclesiæ præiudicare, tum præterea, quoniam multas uullitates pati dicebatur eorum examen, ex quo fuerunt examinati ad instantiam Ciuita-

24 tis, absque citatione † & interrogatorijs illorum de Monteleone, nec eorum examen nunc productum erat in forma probante.

25 Similiter in alijs testibus examinatis ab eadem Ciuitate, de anno 1568. non fuit factum fundamentum, quia fuerũt examinati in alia causa agitata inter ipsam ciuitatem, & communitatem Ferentilli, qui propterea non potuerunt Ecclesiæ præiudicare, vltra quod isti testes solũ probant Ciuitatem ista bona tenuisse, quod verificatur in tempore post cõmissum spoliũ, præsertim cum dicant à 40. annis circiter se vidisse catastrari, & mensurari ista loca, & ab inde citra Ciuitatem recepisse modiolos, quia prius nihil accipiebat, quare loquuntur post annum 1529. quo tempore cœpit solutio modiolorum, post spolium commissum.

Ad testes vltimo loco de anno præterito, vigore remissoriæ examinatos, facile patebat responsio, nam verum est, quod dicunt, Ciuitatem semper possedisse, postquam Ecclesia propter commissum spolium desijt possidere, de cuius anteriori possessione constiut sufficienter.

26 Quod si vlterius concederetur eorum dictum præcise fore intelligendum, nempe Ciuitatem semper, id est, quocunque tempore ante Ecclesiam possedisse, tunc manifeste conuincerentur mendaces, ex antiquissimis documentis, vt fuit dictum, nonnulli verò ex eis satis suum dictum ioterpretabantur, dum deponebant Ciuitatem semper possedisse, ab eorum recordatu.

Postremò non obstabaut dicta duorum testium, pro Ecclesia examinatorum, nempe secundi, & vndecimi, quorum ille ætatis 74. annorum, iuxta 42. ait semper à suo recordatu se vidisse per commonitatem Spoleti possideri montes Petani, idemque à suis maioribus audiuisse. Vndecimus verò ætatis 54. annorum, iuxta 48. dicit, per sex ætates Ciuitatem possedisse montes Rigouiti, & Petani.

Quoniam fuit vnico verbo responsum, in hac causa duplex diuersis temporibus fuisse commissum spolium, vnum recens de terris laboratiuis post vrbis direptionem, post annum 1527. alterum antiquius, seu vetustius de montibus, & pascuis, non multo post receptos incolas Rigouiti, sub protectione Spoletanorum de anno 1306. post quod vetus de montibus spolium semper Ciuitas mõtes istorum oppidorum possedit, vt isti duo testes affirmant, non tamen concludunt, quin prius Ecclesia possederit.

Atque ex his fuit conclusum, Ciuitatem non probare suam intentionem ad effectum, de quo agitur, Videndum tamen, an supersit aliquid releuans, super quo merito audiri debeat.

P L A T I.

Cesenatensis, Bonorum, Lun. 6. Febr. 1589.

A R G V M E N T V M.

Exorta controuersia circa causam renouationis bonorum, quæritur, An pars teneatur indicare confines antiquos, stantibus instrumenti renouationis verbis, quod in noua concessione exprimerentur veri & reales confines, cum antiquis & nouis vocabulis, an vero sufficiat sola nouorum expressio.

S V M M A R I A.

1 *Aliud est indicare partem, aliud totum.*
2 *Emphyteuta tenetur ad indicandum, quæ bona sint emphyteutica.*
3 *Tenor antiquarum inuestiturarum attendi debet.*
4 *Renouatio bonorum censetur facta secundum qualitatem præcedentium inuestiturarum.*
5 *Et habet relationem ad renouationes antiquas.*
6 *Emphyteuta qui vltra confines nouos nihil possidet, an antiquos confines indicare teneatur.*
7 *Ecclesia ad caducitatem agente propter alienationẽ, emphyteuta ad indicandum bona emphyteutica tenetur.*
8 *Pœna emphyteutæ, qui emphyteutica bona indicare recusat.*
9 *Ignorantia confinium ab emphyteuta allegata, probabilis esse debet, ad effectum, vt a pœna excuset.*

D E-

DECISIO CXLVII.

FVit in hac causa, dum penderet coram Reuer. Patre D. meo Blanchetto, 1. Aprilis 1588. resolutum indicationem confiniũ factam per Magnificam Communitatem Cesenæ esse sufficientem inspecto tenore renouationis Bonorum, de quibus agitur facta de Communitate per R. Abbatem Classensem de anno 1573. cui resolutioni cum R. Abbas non acquiesceret, & à me, qui in locum Reuerendiss. Patris Blanchetti subrogatus fui, postularet, vt causam super hoc iterum proponerem: Ego animaduertens duplicem cõfinium antiquorum, vt & modernorum mentionem haberi, existimaui, prius esse inuestigandum, quosnam confines indicare teneatur Communitas, hoc enim firmato facilius poterit dignosci, an indicatio per Communitatem facta sit sufficiens. Et propterea die Lun. 6. Febr. 1589. præsupposito instrumento renouationis, anni 1575. dubitaui, An Communitas teneretur indicare antiquos confines, fuitque per Dominos resolutum, Communitatem teneri, quod enim ille, qui bona hæc in Emphyteusin ab Abbate Classense detinet, teneatur eorum fines indicare, hoc in dubium non poterat reuocari, fuerat enim bis in hac causa decisum, coram Reuer. patre D. meo Blanchetto, videlicet die 11. Decemb. 1586. & 29. April. 1587. solum versabatur difficultas in eo, an sufficeret indicare modernos confines, in vltima renouatione anni 1575. expressos, prout sufficere contendebant Informantes pro Communitate, eo quod in ea renouatione fuit conuentum, vt noui & moderni fines exprimerentur, qui cum fuerint expressi, nihilque Communitas vltra hos ipsos nouos fines prætendat se possidere, necessarium non putabant antiquorum indicationem.

Verum DD. aduertebant in renouatione anni 1573. duo fieri, scilicet renouare Communitatem, de toto tenimẽto, posito intra suos antiquissimos, & vetustissimos confines ibidem expressos, videlicet à primo latere littus maris, à secundo Pisatellus, in tertio Vedreta & Paulranus, à quarto Limes...... secundo eidem Communitati pro parte d. tenimenti, concedi specificate, & expresse 4. petias terræ, quorum vnicuique apponuntur & describuntur, sui veri & moderni confines. Hi autem noui fines cum non contineant totum tenimentum, sed partem illius, vtique nõ possunt cum antiquis finibus totum tenimẽtum complectentibus, conuenire, vt etiam ex visione plantæ apparet. Hinc sequitur indicationem finium modernorum non posse sufficere, nec satisfacere Abbatiæ Classensi, volentis scire fines totius sui tenimenti, antiquitus Communitati cõcessi, & nuper renouati, vt dictum est, quia aliud 1 est partem indicare, † aliud est totum indicare, non enim per indicationem partis consulitur indemnitati Domini directi, vt sciat, quæ bona sint Emphyteutica, ita vt si eueniat casus caducitatis, possit vti iure suo, ad quem effectum introductum est, Emphyteutam 2 teneri † ad indicandum, vt per Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. Alber. in l. si certis annis. C. de pact. Ruin. consil. 50. nu. 14. lib. 1. & propterea indicatis cõfinibus quatuor petiarum particularium, non poterit Ecclesia Classensis certa esse de iure sibi competenti in reliquo tenimento, nisi specificentur & indicentur antiqui confines, qui sunt vniuersales, & complectentes totum.

Neque dicat Communitas renouationem anni 73. fuisse restrictam ad quatuor petias tantum, & ideo sufficere, quod illarum confinia indicentur, quia pri- 3 mo tenor † antiquarum inuestiturarum solet attendi. Dec. cons. 185. & consil. 193. num. 3. Ruin. consil. 187. lib. 1. Afflict. decis. 195. sub num. 5. Natt. consil. 322. 4 num. 4. & renouatio censetur facta † secundum qualitatem præcedentiũ inuestiturarum. Gozad. cons. 84. Paris. consil. 23. num. 24. lib. 1. Cephal. consil. 27. nu. 1. & 2. maxime, si prout in casu isto renouatio habeat re- 5 lationem ad † antiquas, Paris. consil. 5. num. 6. lib. 1. Riminal. Iun. cons. 5. num. 44.

Secundò dictum fuit, verba renouationis esse clarissima, concedit enim Abbatia Communitati omnes terras existentes in toto tenimento, intra suos vetustissimos & antiquissimos confines, quos ibi exprimit, referendo se etiam ad antiquas & modernas inuestituras, deinde repetit, & sic totum tenimentum antiquitus concessum, & intra dictos confines contentum, ex quibus verbis satis clare apparet, renouationem non esse restrictam ad quatuor petias, sed tenimentum cõtinere, quod etiam clarius apparet, ex sequentibus verbis, dum specificantur ipsæ quatuor petiæ, & dicitur pro parte dicti tenimenti, ex quibus datur intelligi, quod specificatio quatuor petiarum non fuit facta, quia sub illis contineretur totum, sed quia illæ essent pars totius.

Non obstat, quod communitas extra hos confines nouos nihil possideat, & propterea non teneatur indi- 6 care alios † confines antiquos, primò, quia hoc non probatur, secundò cum receperit concessionem de toto tenimento, debet totius confines ostendere, vt per Bald. & alios relatos supra, alioquin sequeretur, quod si Communitas alienasset hoc tenimentum, non posset Ecclesia ignorans quodnam, & quantum sit, illud recuperare, & propterea Ruin. consil. 50. lib. 1. consuluit in casu, qua Ecclesia agebat ad caducitatem pro- 7 pter † alienationem, & vult teneri Emphyteutam ad indicandum.

Non obstat, quod Communitas parata sit pati, vt Abbatia ingrediatur possessionem omnium bonorum existentium intra nouos confines, vel habeat ea pro 8 Emphyteuticis, quæ est † pœna Emphyteutæ non indicantis. Ruin. d. cons. 50. num. 14. Natt. cons. 3. num. 6. quia nunc non agitur de pœna, quam incurrere habet Communitas, ob non indicationem, sed agitur solum quid, & quo modo teneatur indicare, quo firmato, agetur postmodum, si Communitas indicare recusauerit, vel minus bene indicauerit, quam pœnam debeat incurrere.

Non obstat, quod in Capitulis inter Communitatem & Abbatiam, anno 1573. confectis, fuerit conuentum, vt in noua concessione exprimerentur veri & reales cõfines, cum antiquis, & nouis vocabulis, quod cum fuerit factum, antiqui fines non sunt amplius attendendi, quia, vt ex lectura Instrumẽti patet, vt supra declaratum fuit, diuersis respectibus fuerunt expressi antiqui, & moderni fines, antiqui quidem, vt totum tenimentum describeretur, & determinaretur, non autem vt terminetur quarta pars tenimenti ipsius in 4. petias consistens, & propterea indicatio modernorum, cum ad partem tantum, videlicet ad 4. petias pertineat, non potest satisfacere, quo ad totum, volunt Dd. supra allegati indicationem esse talem, vt dominus ea cognoscere, & scire posset omnia bona Emphyteutica.

9 Non obstat ignorantia † allegata, quia debet esse probabilis, vt per Ruin. d. consil. 50. nu. 17. At isti fines antiqui fuerunt enunciati in pluribus inuestituris, & præcipue in illa, 1540. & 1573. vnde præsumitur Cõmunitatem de illis habuisse notitiam, vt d. loco considerat Ruin. & fuit in hac causa decisum coram Reuer. Patre D. Blanchetto, 29. April. 1587.

PLATI.

Cesenatensis, Bonorum, Lun. 15. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Indicationem bonorum emphyteuticorum verisimilem esse debere, & talem non fuisse communitatis Cesenatensis, ideoque reyciendam, probatur.

SVMMARIA.

1 *Indicatio bonorum emphyteuticorũ verisimilis sit oportet, & Instrumentis antiquis conformis, in tantum, vt etiam ex coniecturis possit vel approbari, vel improbari. & num. 3.*
2 *Terminus restringit terminatum.*

DECISIO CXLVIII.

QVo verò ad secundam partem, Domini vnanimiter teoueruot, contra Communitatem, quia ex his, quæ deducuntur pro parte Abbatiæ, satis apparet indicationem oõ esse verisimilem, nec conuenientem 1 Instrumentis antiquis, nam Instrumenta antiqua ponuot à primo latere littus maris, à secundo Pisatellum, quare oportet ista duo cõfinia ita simul iungi, vt ab illis lateribus capiantur, & comprehendantur bona confinata, l. ioter eos. de acquir. ter. domio. l. pa- 2 tronus. §. Sempronio. de leg. 3. nam terminus restringit terminatum, l. eas. ff. fin. reg. Calcan. conf. 90. nu. 10. atque iuxta indicationem factam Pisatelli non se cõiungit cum littore maris, vt capiat, & comprehendat terras, in emphyteusin concessas, nam si capimus eam indicationem, quæ fit iuxta alueum antiqui Pisatelli, cuius etiam nunc extant vestigia, vsque in flumum, qui dicitur Flumicellus, hæc indicatio excludit littus maris, item excludit magnam partem bonorũ, in emphyteusin concessorum, quæ remanet extra Pisatellum, tanquam intra terminum datum rebus in emphyteusin concessis, si verò capiamus eam indicationem, ad quam nunc se restringit Communitas, videlicet vt Pisatellus indicetur solum vsque quo peruenitur ad pascua, quæ describuntur pro secunda petia in instrumento de anno 1573. apparet etiam iuxta hanc indicationem non tangi locum Pisatelli indicatum, cum littore maris, quio potius ab eo plurimum distate, vnde plura bona ex concessis in emphyteusin remanerent sine confine, & sic prorsus redditur inue- 3 risimilis, & incongrua hæc indicatio, cum tamen debeat esse verisimilis, ita vt etiam ex coniecturis possit approbari, vel improbari, Speculat. de locat. § nunc. ali qua. versic. 62. in fin. Natt. dict. consil. 3. num. 9. Ruin. consil. 50. sub nu. 18. versic. Iudex autem. post Baldan c. Vasallus. num. 9. si de feud. fuer. controu. & hac in parte eo magis mouebantur Domini contra Communitatem, cum ipsa non neget se semel mutasse alueum Pisatelli, ex his, quæ post Angel. trad. Ruin. dict. consil. 50. num. 15. Non obstat quod dicitur, Instrumentum anni 1573. nihil amplius continere, quam illas quatuor petias terræ ibi expressas, & ad eas totum tenimentum, antiquitus concessum restringi, quia præterquam quod io contrarium resolutum fuit in hac causa, quod attinet ad præsens dubium, nihil interest, an tenimentum antiquum restringatur ad 4. petias, an verò latius pateat, nam ex ipsis etiam 4. petijs tantum remanet extra Pisatellus, vt eius indicatio reddatur insufficiens. Non obstat quod dicitur per Abbatiam non probari, quod Pisatellus percurrerit antiquissimis temporibus à loco, qui dicitur *le Vincighe*, ad locum, qui dicitur *la Tagliata*, prout ipsa prætendit, quia nũc nõ disputamus de indicatione Abbatis, de qua si opus erit poterit videri ad partem, sed disputatur de insufficientia indicationis factæ per Communitatem, quæ ex prædictis satis ostenditur insufficiens. Cetera bene soluuntur per Informantes.

MANTICÆ.

Cesenatensis, Bonorum, Vener. 13. Mart. 1592.

ARGVMENTVM.

Probationes in casu pro parte Abbatiæ Classensis deductæ, plenius adhuc, inprimis quo ad alueum fluuij Pisatelli examinantur, & indicationes d. Abbatiæ tanquam magis verisimiles, ex Communitatis Cesenatensis deductis subuerti non posse concluditur.

SVMMARIA.

1 *Rebus mortalium multi casus incidere solent.*
2 *Rei satis demonstrata quicquid adijcitur, superuacuum putatur.*
3 *In designatione confinium, fines indicati coniuncti sint oportet.*
4 *Ex statu præsenti statum præteritum non rectè infertur in his, quæ cursu temporis mutari possunt.*
5 *Tempus præcise probare tenetur, qui in eo fundamentum suæ intentionis ponit.*
6 *Superuacuum non censetur, de quo specialis fit mentio.*
7 *Falli, si illa specialis mentio facta fuerit gratia maioris declarationis.*
8 *Substantia veritatis non mutatur nuda nominum & verborum multiplicatione.*
9 *Probatio ambigua non concludit.*
10 *Sententia lata in possessorio, in petitorio præiudicium non parit.*

DECISIO CXLIX.

HAnc causam proposui die 10. Maij, proxime præteriti, circumscriptis probationibus Communitatis, & Dominis placebant probationes Abbatiæ ad demonstrandum Pisatellum antiquitus incipiendo à Vincelijs, decurrẽdo per S. Peregrinum, ad mare prope Tagliata defluxisse.

Nunc rursus proposui eundem articulum circumscriptis iuribus Abbatię, & Dominis perspectis probationibus Communitatis, adhuc magis inclinabant ad fauorẽ Abbatię, quod Pisatellus antiquitus defluxerit per loca ab ipso Abbate descripta. Nam contra eam primo loco obijcitur, quod per Abbatiam anno 1573. fuerunt concessę Communitati petiæ omnes terrarũ, quæ sitæ fuot in plebatu S. Ioann. in Ruffio, & S. Ange i in Salute, intra suos antiquissimos confines, videlicet à primo latere littus maris, à secundo Pisatellus, à tertio Vediera, & Pauiranus, à quarto Lames, &c. & si Pisatellus antiquitus à Vincelijs per S. Peregrinum defluxisset, in ea concessione contineretur etiam bona, quæ sita sunt in Plebatu S. Agathæ, & S. Peregrini, & S. Iacobi, & consequenter omnes possessiones, in plaota signatæ stella nigra, & signatę stella rubea, quęque nullum habent signum, nam hæc omnia sont intra fines per Abbatem descriptos, quod non videtur posse consistere, quia possessiones signatæ stella nigra pertinet ad Ecclesiam Ceruiensem. Possessiones autem signatæ stella rubea spectaot ad monasterium Abbatiæ, quæ alijs diuersis personis concessæ, & possessiones ignatæ dicuntur allodiales, & in dominio priuatorum.

Sed huic primo obiecto videbatur posse responderi, quod si indicatio Abbatis congruit finibus descriptis io dicto iostrumeoto concessionis, ex eo non potest infringi, quod bona præfata sint comprehensa, quia ex varijs causis potuerunt ad aliorum manus 1 peruenire, multi enim casus incidunt in rebus mortalium, l. inter antiquam. C. de vsufr. & an hoc accidenti facto, vel negligentia Communitatis, non est præsentis speculationis, quia hoc solum quæritur, quæ sit magis verisimilis indicatio finium descriptorum in d. iostrumento, anni 1573. Communitatis scilicet, vel Abbatiæ.

Præterea Domini dicebant Plebatum S. Agathæ nõ includi in descriptione finium facta per Abbatiam, quia ille est vltra Pisatellum antiquum, ab Abbate descriptum, vt ex inspectione plantæ apparet.

Neque ad rem pertinet, quod in dictis finibus de Plebatu S. Peregrini nulla meotio facta fuerit, quia licet de anno 1572. de hoc Plebatu mentio facta reperiebatur, vt in summario Communitatis, oum. 6. tamen de anno 1526. non appellatur Plebatus, sed fundus S. Peregrioi, dum dicitur, *quod Canonicus Portucensis de Rauẽna habet in territorio Cesena in fundo Sancti Pere-*

Peregrini, tornat. 400. *prati, iuxta viam Pisatellum*, ex quibus verbis colligitur fundum Sanct. Peregrini, nõ Plebatum appellari, eumque fuisse iuxta Pisatellum.

Item de dicto anno 1573. in summario Abbatiæ n. 1. quod supplet summarium Communitatis imperfectum, sub nu. 6. Vicarium Episcopi Ceruiensis concessisse D. Bartholomæo de Bagnocauallo S. Mariæ in Portu de Rauenna, omnes possessiones, quas dictum monasterium tenet, & possidet in fundo Vignolæ, videlicet à Decimana versus vsque ad mare, à Pisatello veteri vsque ad Mesulam, ex quibus etiam verbis colligitur, quod Pisatellus antiquus erat iuxta S. Peregrinum, & apud Mesulam.

Neque videbatur obstare, quod in dict. instrumento anni 1573. de plebatu S. Peregrini mentio facta non fuerit, quoniam in eo dicitur, *suos antiquissimos confines, & antiquitus demonstratos, & expressos*.

Accedit etiã, quod Pisatellus descriptus per Abbatem infra suos fines complectitur bona sita in plebatu S. Peregrini, non fuit necesse de eo facere mentionem, quia Pisatellus tanquam finis notabilis pro euidenti demonstratione, videbatur posse sufficere, nam quic-
2 quid rei satis † demonstratæ adijcitur, superuacuum putat, vt l. 1. in fin. de dot. prælег.

Simili quoque modo videbatur posse tolli, quod de Plebatu Iacobi Portus Cesenæ obijcitur, nam huius Plebatus existentia de illo tempore non probat, & testis datus in summario Communitatis, num. 7. nihil aliud dicit, nisi quod fuit præsens, quando Episcopus decreuit cõfinia plebis Ruffij, & S. Iacobi de Portu, & S. Petri, neque enim ex statu præsenti infertur ad præteritum, in ijs, quæ ex cursu temporis mutari possunt. Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de except. Caputaq. decis. 23. nu. 2. & 3. part. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14.

3 Secundò etiam loco obijcitur, quod fines designati per Abbatē, non sint cõiuncti, vt requiritur, l. patronus. §. Sempronio, de leg. 3. & in hac causa fuit resolutum coram Illustriss. Plato, die 15. Maij 1589. quatuor enim obijciũtur interruptiones. Prima est portus Cesenatici, qui dicitur ad sedem Apostolicam pertinere: Sed fuit responsum, quod in dicto instrumento renouatæ concessionis de anno 1573. in descriptione confinium expresse dicitur, *& non iuxta locum nuncupatum Tagliata diuidētem territorium Cesenæ à territorio Ceruiæ, discurrendo per Stratellam, maxime ad littus maris, & perueniendo per dictam Stradellam, vsque ad flumen* Fiumicelli iuxta littus maris, in quibus verbis portus etiam videtur posse contineri, quia etiam dicitur antiquitus fuisse prope Tagliatam, vt testes deponunt.

Secunda est interruptio, quod Pisatellus per Abbatem descriptus coniungat se cum Mesula, & ingrediatur valles Ceruiæ, & nomen proprium amittat, neque ad Tagliatam, seu mare perueniat, vt patet cuilibet intuenti.

Sed videbatur huic etiam posse responderi, quod ex
4 statu præsenti † non possit inferri ad præteritum, in his quæ ex cursu temporis mutari possunt, vt superius dictum est. Nam tempus edax rerum, omnia absumit, deuorat, destruit, & mutat, vt quotidie docet experientia, quæ est efficax rerum magistra. c. quam sit. de elect. in 6.

Neque videbatur posse in dubium refricari, an Pisatellus prope Tagliatam ad mare defluxerit, quia hoc manifeste videtur posse colligi ex instrumento renouatæ concessionis, de anno 1573.

Tertia est interruptio, quæ obijcitur ab ingressu Pisatelli in dictas valles, vsque ad viam Reginæ.

Sed hæc quoque ex antiquitate tãti temporis, quod excedit annos 300. videbatur posse submoueri.

Quarta est interruptio, quæ obijcitur à Vincilijs, vsque ad confinem Vedretæ, & Pautrani, cum villa Alborani sit interposita.

Sed fuit responsum hanc villam antiquo tempore non fuisse constructam, & Communitatem, quæ conatur destruere indicationem Abbatiæ factam secundum fines antiquos, probare oportere interruptionē fuisse tempore antiquo, de quo agitur. Nam quando
5 tempus est fundamentum † intentionis alicuius, debet præcise probari tam à reo, quàm ab actore, alioquin probatio nõ concludit, Paul. Castrensi. cons. 208. ad fin. lib. 2. Corn. consil. 135. num. 8. & 9. lib. 4. Soc. Sen. cons. 41. num. 4. lib. 10. & cons. 87. num. 2. lib. 4. Ruin. consil. 92. num. 8. lib. 5.

Tertiò loco principaliter obijcitur donatio Salę veteris & nouæ factæ à Gualterio ipsi Abbatiæ anno 1138. cui quidem pro confine datus est Pisatellus, Sala autem sita est in Plebatu S. Ioann. in Ruffio, & huic consequens videtur, Pisatellum antiquum, contra quem Abbas dixerit, per S. Peregrinum non defluxisse, nam Plebatus S. Ioan. in Ruffio est distinctus à Plebatu S. Peregrini.

Sed fuit responsum, non probari Plebatum S. Peregrini fuisse erectum tempore factæ donationis.

Quartò obijcitur, quod in eadem donatione nominatim fuerit etiam concessum Abbatiæ Castrum Casalidum, cum suis fundis, & casalibus, & tamen si Pisatellus antiquitus, qui Salæ datus est pro confine defluxerit per S. Peregrinũ, huiusmodi Castrum fuisset in-
6 tra fines comprehensum & superuacuum fuisset † de eo facere specialē mentionem. l. 1. in fin. ff. ad municip. & postlimin. in fin. ff. de captiu. & postlimin. reuers.

Sed huic etiam videbatur posse responderi, duobus modis, & primò, quod illius Castri specialis mentio
7 facta † fuerit gratia maioris declarationis. l. 1. §. sed sciendum. vers. ego puto. de ædil. ed. l. item apud La-
8 beonem. §. ait prætor. ff. de iniur. neque mutat † substantiam veritatis, nuda nominum & verborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg.

Secundò, quod Castrum Casalidum non erat situm in eo loco, in quo sunt prata, quæ vocantur de Casalecchiæ, sed inter Castellarium Salæ, & Pisatellum, & sic videtur cessare obiectum.

Quintò loco obijcitur, Abbatiam in prima locatione sibi reseruasse tornat. 600. pro mensalibus circumcirca Castellarium Salæ, & cum super eorum cõsignatione inter Abbatiam, & Cõmunitatem esset orta dissensio anno 1268. arbitros fuisse electos, eosque in executione laudi varias petias terrarum eidem Abbatiæ consignasse, & inter alios vnam petiam, cui prõ confine datus fuit Pisatellus, vnde si illæ 600. tornat. sunt circa Castellum Salæ, euidenter appatet Pisatellum datum pro confine, non potuisse defluere per S. Peregrinum, quia propter loci distãtiam longe plures tornaturæ essent comprehensæ, quod autem 600. tornaturæ fuerint reseruatæ, & consignatæ Abbatiæ in fundo Salæ, videtur posse colligi ex petitione Abbatiæ, vt in summario Communitatis num. 18.

Sed fuit responsum, non probare, quod anno 1268. Abbatiæ fuerint reseruatæ d. tornaturæ 600. sed anno 1468. 1540. & 1545. de quibus Abbas petit reintegrari cum fructibus.

Sextò loco obijcitur, statutum Ciuitatis Cesenæ, quod disponit, vt qui habent possessiones supra Vicũ, ab Hospitali Malatorum, ac vsque ad eorum locum, quo ingreditur Pisatellus, debeant dict. Vicum fodere, & purgare, Vicus autem nullo modo potuit ingredi Pisatellum, si defluxisset per S. Peregrinum, Ergo non videtur per S. Peregrinum defluxisse.

Sed fuit responsum non constare, quo tempore illud statutum cõditum fuerit, quia est sine die, & cum manifestum sit, Pisatellum mutasse alueum, statutum de nouo Pisatello potest intelligi, & ideo cũ hæc pro-
9 batio † sit ambigua, non concludit. c. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde legit.

Septimò obijcitur, quod Abbatia in articulis, & interrogatorijs repetitis in summario Communitatis num. 19. & 20. anno 1473. in Ecclesia dixerit, ante annos 25. proxime præteritos flumen Pisatelli defluxisse versus Ceruiam, & campos inundasse, nouumque alueum factum esse, & per illum octo annos defluxisse, in quibus indicatio & probatio Abbatiæ videtur posse verificari.

Sed fuit responsum ex dictis articulis indicationem Abbatis non posse subuerti, & præsertim, quia ipsa Communitas in articulis in summario nu. 13. fatetur, Pisatellum ante annum 1475. versus Ariminum, ad fluminianum defluxisse.

Octauò, & vltimò obijcitur sententia à Reuerend. patre D. meo Seraphino pro motiuis lata contra Abbatiam.

Sed fuit responsum, illam fuisse latam in iudicio 10 possessorio, quod in petitorio † nullum præiudicium patit, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. l. vnica. C. si de mom. possess. appel. sit.

Atque ex his indicatio Abbatię Dominis videbatur magis verisimilis, neque eam ex iuribus communitatis posse subuerti.

P L A T I.

Cesenatensis, Bonorum, Vener. 12. Ianuar. 1590.

ARGVMENTVM.

Indicatione confinium antiquorum, de quibus in instrumento, & superioribus decisionibus, plenius examinata, concluditur, in decisis standum esse, maxime cum instrumentum antiqui tenimenti renouationem, non nouam concessionem contineat.

SVMMARIA.

1 *Probationes factæ, in alijs potissimum causis, non releuant, quando in contrarium adsunt instrumenta antiqua.*

2 *Iis enim statur, maxime in antiquis.*

DECISIO CL.

Resoluerunt Domini standum esse in decisis, sub die 15. Maij 1589. ex rationibus tunc deductis, & potissimum ex eo, quod cum instrumentum anni 1573. non contineat nouam concessionem, alicuius noui tenimenti, sed renouationem antiqui tenimenti, & quidem, vt in eadem dicitur, contenti intra suos antiquissimos, & vetustissimos confines, necesse igitur est, quod Communitas afferat confines, qui contineant huiusmodi tenimentum, non autem, qui intra ipsum tenimentum antiquitus continentur: At hi confines antiquitus designati per Communitatem non continent tenimentum, quod pro antiquo conceditur, ex quo, vt ex rei euidentia patet, & fuit in decisione consideratum, magna eius pars emanet extra Pisatellum à Communitate indicatum, quia impossibile est, quod huiusmodi indicatio sit sufficiens, vt cuilibet, vel mediocriter aduertenti ad sensum patet.

Non obstant ea, quæ ex priuilegijs antiquis, & ex testibus in causa Masin. examinatis alijsque in ea actitatis, & quæ ex libris † eorum, qui regiones Italiæ 1 descripserunt, quia diligenter per Informantes pro Communitate fuerunt adducta, quia ista possent esse alicuius momenti ad ostendendum, quod Pisatellus antiquus decurrerit per alueum à Communitate 2 indicatum, nisi standum † nobis esset instrumento renouationis facto de anno 1573. quod in puncto fuit præsuppositum, sed cum illi standum sit, necesse est inuenire confines antiquos, qui tenimento antiquo inibi descripto conueniant, quales non sunt hi, quos Communitas indicat, vt supra dictum est.

B V B A L I.

Romana, Pecuniaria, Lun. 9. Mart. 1587.

ARGVMENTVM.

An debitor promittens creditori soluere iuxta formam schedulæ, excusetur, si postea mandato iudicis alij soluere cogatur.

SVMMARIA.

1 *Debitor de mandato iudicis alij, quam creditori soluens liberatur.*

2 *Maxime si is, cui soluitur, se creditorem esse contendat.*

3 *Et debitor omnem diligentiam in se defendendo fecerit.*

4 *Et quid si in mora fuerit, post quam commissam à Iudice alteri soluere cogatur.*

5 *Itidem, si debitor in iniuriam creditoris fuit coactus.*

6 *Debitor ob causam non soluendi à mora excusatur.*

7 *Idem obtinet, si ab alio, creditorem se dicente, molestijs iudicialibus fuerit affectus.*

DECISIO CLI.

Fuit dubitatum in hac causa, An D. Viperescus fuerit liberatus à promissione facta Dominis de Aquilanis, de soluẽdo iuxta formam schedulæ tempore promisso sub prætextu, quod ipse soluerit Capitulo S. Petri, circumscriptis pro nunc alijs exceptionibus, & fuit per Dominos resolutum pro affirmatiua: Nempe D. Viperescum fuisse liberatum, quia communis regu-1 la est, quod † soluens de mandato iudicis alteri, quam creditori, consequatur plenam liberationem, l. non videtur. §. qui iussu. vbi Dec. & Cagnol. de reg. iur. l. ait pretor. §. quod tamen. de minor. Bart. l. creditor. in fin. de solut. Afflict. decis. 150. no. 19. & seq. Ruin. cons. 17. nu. 13. lib. 4. cum alijs similibus. Quod eo magis in casu, de quo agitur, procedere debet, cum Capitulum 2 S. Petri prætenderet se esse † creditorem, & sibi esse soluendum affictum Casalium locatorum D. Viperesco, pro termino natiuitatis, & cum D. Viperescus ad-3 hibuerit omnem diligentiam † in se defendẽdo, & etiã appellando à mandato, contra eum relaxato, ad instantiã Capitoli, & intimauerit molestias sibi motas à Capitulo D. Aquilanis, qui non curarunt comparere, & causam defendere, vtique dicendum est, Viperescum mediante dicta solutione fuisse liberatum, & imputandum esse D. Aquilanis, qui non curarunt defendere causam, traditur per Decian. cons. 25. per tot. Rui. cons. 147. num. 17. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 137. num. 24.

Non obstat, quod cum Viperescus fuerit in mora, 4 soluendi D. Aquilanis, si † postea alteri soluit, iussu Iudicis, non censetur liberatus, vt per Ang. & Imol. d. l. creditor. de solut. qui loquuntur in fortioribus termi-5 nis, quando debitor fuit † coactus, in iniuriam creditoris, sequitur Barb. cons. 27. col. 4. vers. præterea. lib. 3. cum alijs per Gabr. de sol. conclus. 11. nu. 20. quia fuit 6 responsum, quod Viperescus habuit iustam † causam non soluendi D. Aquilanis, cum enim vigore suæ prædictæ obligationis teneretur soluere affictum Capitulo, & pro eo Marcello Feno, vti Cameratio, ad cuius instantiam promiserat soluere D. Aquilanis terminum Natiuitatis, non est dubium, quod stante decoctione Marcelli poterat D. Viperescus probabiliter credere, & dubitare, Capitulum ab eo exacturum esse terminũ Natiuitatis, prout postea euentus docuit: vnde stante ista causa non soluendi, fuit excusatus à mora, ad not. per Dd. l. quod te. vbi Purpur. nu. 72. ff. si cert. pet. Rip. nu. 55. Rom. cons. 244. nu. 5. Ruin. cons. 150. nu. 10. li. 1.

Nec refert, quod Aquilani prius egerint executiue adueniente termino coram A. C. & obtinuerint decerni mandatum executiuum, contra D. Viperescum, 7 antequam Capitulum ageret, cum quia † saltem molestię extraiudiciales Capituli excusabant à mora, cum etiam, quia satis non constat de molestijs iudicialibus tam ex Commissione impetrata per D. Viperescum, & Marcum Bonauenturam, 10. Decembr. 1587. contra Capitulum, & D. Aquilanos ad exhibitionẽ schedulæ Bancariæ, quæ eis tradita fuerat à Marcello Feno, ex

quibus

quibus clarè liquet, quod Capitulum intendebat exigere dictum Afflictum à D. Viperesco, quæ tamē excusabilis reddere potuisset D. Aquilanos, si promisissent in se suscipere litem mouendam à Capitulo, & illum ab omnibus molestijs Capituli defendere, quod cum non fecerunt, eis est imputandum, & consequenter per solutionem, vt supra factam Capitulo fuit inducta liberatio, ad fauorem D. Viperesci, & ita conclusum.

Turritana, Tertiariæ. Lun. 13. Apr. 1591.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo ob prætensum defectum intimationis, & mandati procuratorij, vt & iniustitiam, non esse reuocandum, concluditur, vbi etiam tractatur quæstio, An quasi possessio tempore litis probetur, & ad quantum tempus continuata præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum postea tamen productum fuisse, sufficit si de eo antea non fuit oppositum.*
2 *Defectus citationis per post factam comparitionem tollitur.*
3 *Citatio noua non requiritur, si mandatum simpliciter, præsente procuratore, est decretum.*
4 *In mandato de manutenendo exacta probatio non requiritur.*
5 *Et sufficit quasi possessio.*
6 *Quasi possessio tempore litis non probatur.*
7 *Possessio anterior, vel quasi continuata præsumitur, nisi ab alio apprehensa sit.*
8 *Sed hæc præsumptio vltra decennium non extenditur, & num. 9.*
10 *Mandatum pro fructibus decussis ante litem motam non conceditur.*
11 *Et in hoc liquidatio procedere debet, vt effectum vt determinatur.*

DECISIO CLII.

Conclusum fuit mandatum de manutenendo cōcessum Reuerendiss. D. Archiepiscopo Turritano contra Reu. patrem D. Abbatem, Paulinum Capitulum, esse validum, & iustum, nam ad nullitatem obiectam ex defectu mandati Prioris, qui illud obti-
1 nuit, responsum fuit, mādatum postea † productum esse, quod sufficit, cum antea non esset oppositum. l. per hanc. C. de temp. appell. Crau. qui alios refert. consil. 108. nu. 7. Achill. decis. 8. de procurator.

Neque etiam obstat, defectus intimationis, cum di-
2 ctum fuerit, *nisi infra tres cum intimatione*, qui † sanè tollitur per comparitionem, & appellationem partis consecutam, clem. causam. ad fin. de elect. Rom. cōsil. 410. nu. 2. Rol. cons. 47. nu. 22. lib. 2.

Præterea aduersarius fuit ab illo decreto repositus, & rursus mandatum simpliciter, præsente eius procu-
3 ratore, fuit † decretum, quo casu non fuit necessaria alia citatio. Cassad. decis. 2. nu. 3. de iudic.

Quod verò attinet ad iustitiam, mandatum etiam sustinetur, quia Archiepiscopi quasi possessio exigendi certam partem fructuum, videlicet tritici, hordei, & vini, quod vulgo dicitur tertiaria, probatur ex 4. teste super 22. & 3. & 4. super eodem quodq; probatur ex confessione Bartholomæi Vibo Canonici, qui in iudicio fatetur, se soluisse integram tertiariam, nec non ex ..... eiusdem, & alterius prædecessoris Bartholomæi, de loco Scacado.

Neque obstat, quod Vibo dicitur soluisse tanquam Canonicus, non autem tanquam Abbas, quia ex testibus & instrumentis arrendationum aliud colligitur.

4 Nec etiam in mandato † de manutenēdo exacta requiritur probatio, Dec. cons. 56. nu. 5. Capetaq. decis. 382. par. 2. neq; etiam refragatur, quod causa exigendi nō probetur, quia in huiusmodi mandato nec titu-
5 lus, nec causa requiritur, sed quasi † possessio sufficit. Abb. in c. querelam. nu. 12. in fin. vers. sed potest intelli. de elect. & sequitur Dec. in consil. 156. nu. 1. vers sicut quum respondetur.

Neque ad rē pertinet, quod quasi possessio nō pro-
6 betur tempore litis, † vel paulo ante, vt requiritur. §. retinendæ. vers. hodie. Instit. de interd. Bart. in l. 1. §. vlt. nu. 8. ff. vti possidet. Alex. consi. 92. nu. 4. lib. 2. quia
7 † anterior possessio, seu quasi probatur, vt dictum est, & illa præsumitur continuata, nisi probetur ab alio apprehensa, quia solo animo retinetur, l. licet. C. de acquir. possess. Bald. consil. 438. nu. 1. lib. 1. & consil. 216. nu. 8. vers. quod autem. & vers. item possessio. lib. 2. Fulgos. consi. 140. nu. 2. & consil. 194. sub nu. 1. Abbas in c. olim il primo. nu. 14. & in c. cum ad sedē. n. 15. de restit. spoliat. Alex. qui asserit communem esse opinionem, in consil. 133. nu. 4. vers. nec obstat. lib. 1. Aret. consil. 68. nu. 6. vers. nec obstat. Corn. qui etiam communem hanc sententiam profitetur, consil. 280. nu. 2. in fin. lib. 4. Ruin. cons. 28. num. 16. lib. 4. Put. decis. 17. lib. 2.

8 Neque officit, quod † hæc præsumptio non habeat locum vltra decēnium, Bart. in l. siue possidetis. nu. 8. de probat. & quod in casu proposito decennium fluxerit ante litem motam, vt ipsemet Archiepiscopus confitetur, cum obtinuerit mandatum exequi pro fructibus decem annorum non exactis. Quia respondetur,
9 quod post decennium non præsumitur † quis continuasse ciuilem possessionem, licet alius eo ignorante fuerit corporaliter ingressus ipsam possessionem. Bal. consi. 12. nu. 11. lib. 1. sed si nullus corporaliter ingressus fuerit possessionem, tunc etiam post decennium præsumitur eam animo retinuisse, vt Bald. sentit, & Guid. Pap. decis. 629. nu. 3. & hanc opinionem veriorē esse profitetur Couarr. in cap. possessor. 2. p. §. 1. nu. 3. ad fin. de reg. iur. lib. 6. in proposito autem nemo corporaliter hanc possessionem apprehendit, quia nullus hanc tertiariam exegit, & ideo Archiepiscopus non intelligitur spoliatus, cui consequens est, dicere, vt mandatum de manutenendo ei concessum debeat sustineri, tametsi, vt Domini dixerunt, nulliter fuerit
10 executum, tum † quia pro fructibus decussis ante li-
11 tem motam, non conceditur, tum quia debuit † præcedere liquidatio, vt fuit resolutum, in hac eadē causa, coram Reuerendissimo patre Domino Blanchetto, sub die 28. Iun. proximè præteriti.

ARIGONII.

Turritana, Tertiariæ, Lun. 20. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

An possessio mensæ Episcopalis Turritanæ, exigendi Tertiariam à parochiali Ecclesia per deductas probationes, de quibus hic, sit probata.

SVMMARIA.

1 *Testi de auditu deponenti, vt & in genere, non indicanti à quo deponat, regulariter non creditur, & 2.*
3 *Testis sibimet ipsi contrarius non probat.*
4 *Depositio testis facta in causa alia & criminali, & ad instantiam fisci, non probat.*
5 *Vt & depositio qualificata.*
6 *Vnio Ecclesiarum licet probetur, non tamen vna ad alterius onera est obligata.*
7 *Vnio Ecclesiarum an per verba enunciatiua antiqua probetur.*
8 *Bulla Papæ recens, habens verba enunciatiua ab impetrantibus, siue interessatis prolata, non probat.*
9 *Transactio cum Abbate facta non præiudicat successori.*
10 *Testes examinati lite pendente absque iurisdictione, & non citata parte, non probant.*

DE-

DECISIO CLIII.

PRopositu dubium alias propositum, & resolutu, An constet de possessione mensæ Episcopalis exigendi Tertiariam à Parochiali Ecclesia S. Pauli, & Domini resoluerunt recedere à decis. & dixerunt de his, quæ fuerunt deducta per Informantes pro parte Reuerendissimi Archiepiscopi, nō probari suam possessionem, quia aut prætendit esse probatam ex testibus in summario, & dixerunt super huiusmodi testib. 1 non posse fieri † aliquod fundamentum, cum aliqui ipsorum, prout etiam fuit decisum 28. Martij, hoc eodem anno, deponant tantum de audito, aliqui in ge-2 nere non † declarando, pro qua Ecclesia, an pro Ecclesia Sancti Pauli, vel potius Sancti Procopij, & deponunt de tempore Vlbi, vt & Sacadi, qui possidebant vtramque Ecclesiam, imò alij ipsorum expressè dicunt, nescire, pro qua Ecclesia soluebetur, vt 5. testis, qui videtur deponere solutiones fuisse factas pro Ec-3 clesia Sancti Pauli, tamen † est sibimet contrarius, cū in vno loco non fuisse se præsentem solutionibus, & alio dicat, vidisse, minus etiam posse fieri fundamentum super confessione Abbatis, tum quia fuit facta 4 in † causa criminali, ad instantiam fisci, & ad illum finem, vt post alios per Abbatem, in c. causam, quæ sub nu. 6. versi. aut probationes sunt facta in criminali, & 5 versi. vbi distinguitur. de testib. tum etiam, † quia est qualificata, cum statum ipse subdat, se nihil debere. Vnde aut in totum est acceptanda, aut in totum reijcienda. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. leg. & tradunt in l. si quod. C. de except.

Aut prætenditur satis doceri de sola possessione exigēdi ab Ecclesia S. Procopij, & quod propter quādam prætensam vnionem d. Ecclesiæ S. Pauli, factam Ecclesiæ S. Procopij & præbēdato..... huiusmodi possessio suffragetur etiam contra Ecclesiam S. Pauli, 6 quod ex hoc non sequitur vnam Ecclesiam esse obligatam ad opera alterius. Innoc. in c. Pastoralis. num. t. in fin. de priuil. Fel. in c. trāslato. sub nu. 4. cit. fin. vers. limita ista. de constit. tamen Domini dixerunt de tali vnione non constare, nec illam posse dici probatam ex Bulla Calixti, licet sit de antiquo, cum sit vnica, & vt 7 vnio † dicatur probata per verba enūciatiua antiqua, requiritur quod saltem enunciatio sit facta in duob. instrumentis, ad notat. per omnes in l. cum alijs. C. de iore deliber. Put. decis. 208. incip. in vna Boonien. lib. 2. in manuscript. Caputaqu. decis. 344. nu. 2. in 3. & minus posse dici probatum ex Bulla Pauli IV. quo-8 niam † est de recenti, & sunt etiam verba enunciatiua prolata ab impetrantibus, & personis interessatis, quæ nihil probant, etiam in antiquis. Aret. in cap. cum causam. num. 13. & sequent. de probat. Achill. in decis. 7. de iure patron.

Nec etiam illam probat transactio facta de anno 1535. per Abbatem tunc temporis Bartholomæo Scacado, Canonico Ploacensi, & Præbendatn Ecclesiæ 9 S. Procopij, quia † illa non præiudicat Abbati successori, cap. veniens. de transact. & quia etiam in eadem transactione præ[t]ēdebatur d. Ecclesiam S. Pauli fuisse vnitam Abbatiæ de Sancangia, & quod plures sententiæ fuerint latæ contra pensionem Bartholomæi Scacadi, & eo minus DD. voluerunt attendere has probationes, quia postea Vlbo successor in præbenda Ploacēsi relaxauit Abbati Ecclesiæ S. Pauli, tanquam spectantem, & vnitam Abbatiæ, & ad hanc etiā vnionem probandam fuisse factam Abbatiæ, & non præbendæ Ploacensi, pro parte Abbatis nulla deducuntur, & in omnem euentum fuit decisum totum hoc concernere petitorium, in quo poterit videri de veritate vnionis, cui Ecclesiæ est vnita d. Ecclesia Sancti Pauli.

Neque potest dici etiam, quod non constet de veritate vnionis, quod nihilominus mensæ Episcopalis sit manutenenda in possessione, contra Abbatiam, ex quo possideat Ecclesiam S. Procopij, quia de hoc nullibi constat, & instrumentum adeptionis possessionis, in quo fit mentio de fructibus villæ de Codrignano. loquitur de omnibus fructibus Ecclesiæ S. Pauli, & nullum verbum in eo fit de fructibus S. Procopij, & instrumentum locationis, siue obligationis factū die 2. Maij, 1578. vnionis ipsum loquitur de fructibus Ecclesiæ S. Procopij, non obstante, quod faciat mentionē de Vlbo, quia Vlbus possidebat etiam Ecclesiā S. Pauli, quam postea relaxauit Abbati, & illi duo Curati, qui fuerunt examinati ad instantiam Reuerendissimi D. Archiepiscopi, nec ipsi probant, quia fuerunt exa-10 minati lite pendente, † absque iurisdictione, & parte non citata, c. 2. de test.

Nec ad præsentem disputationem facit constitutio Synodalis, quia loquitur in diuersis terminis, cum loquatur, quando quæstio est inter duas parochiales & cui sit soluenda decima, quando vnus in parochia, accipit Sacramenta, & in alia cogit ægros, in casu de quo agitur, non sumus in tali dubitatione, inter duas parochiales, sed dubitatur, An constet de quasi possessione mensæ Episcopalis exigēdi Tertiariam. Ita vt in ea sit manutenendus etiam contra Abbatem, ex quo saltem possideant fructus Parochialis, respectu quorū mensā Archiepiscopalis esset in possessione exigendi Tertiariam, de qua possessione, vt apparet ex supradictis, non constat.

MANTICÆ.

Conchensis, Iurisdictionis. Ven. 4. Decemb. 1591.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo per simplex decretum non reuocatur, sed requiritur sententia definitiua.

SVMMARIA.

1 *Ad Mandati reuocationem Sententia definitiua requiritur.*
2 *Quasi possessio non potest absque definitiua sententia reuocari. & num. 7.*
3 *Nemo sua possessione est spoliandus lite pendente.*
4 *Lis pendere quamdiu dicatur.*
5 *Executionem concedi ante rei adiudicationem irrationabile est.*
6 *Mandatum de manutenendo quando pendente iudicio per simplex decretum reuocetur.*
8 *A sententia lata in possessorio, quæ admixtam habet causam proprietatis, appellari potest.*
9 *Decretum irritans possessionem inficit. & num. 10.*

DECISIO CLIV.

1 FVit pro maiori parte conclusum, † mandatum de manutenendo olim concessum Decano, & Capitulo reuocandum esse, per sententiam definitiuam, nō autem per simplex decretum.

Sed & in petitorio placuit Dominis, ante Sacrum Concilium Tridentinum, apud Achill. de Grass. ann. 1551. 19. Maij, decernere & relaxare mandatum de manutenendo Decanum, & Capitulum, in eorū quasi possessione exercendi iurisdictionem in causis criminalibus, vnà cum Episcopo, in qua verè erant constituti, quod annotauit etiam Caputaq. decis. 201. p. 2. Igitur hodie, vigore Concilij Tridentini cap. 5. sess. 25. de reform. illa quasi possessio, quæ quasi cumulatiuè est apud Decanum & Capitulum, non potest absque 2 definitiuā sentētia reuocari. Neque enim lite pendē-3 te † quisquam debet sua quasi possessione priuari, c. 1. & 2. & ib. no. Dd. vt lit. pend. Et quidem lis pendere 4 † intelligitur, donec feratur sententia, quæ transeat in rem iudicatam, & finem liti imponat, l. 1. ff. de re iud. l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. post rem iudicatam. ff. de transact. Pau. de Cast. consi. 424. in 1. lib. At si per simplex decretum illud mandatum de manutenendo reuocetur, planè conceditur executio, priusquam res

fuerit

5 fuerit iudicata, quod videtur † irrationabile,& absur dum l.1.de execut.rei iud,

6 Nec obstat, quod pendente etiam iudicio † mandatum de manutenendo per simplex decretum reuocari censuerit.l.quod iussit.ff.de re iudic.quia illud locũ habet, quando ex nouis probationibus apparet mandatum esse iniustum, quo quidem in casu alteri non datur possessio sed declaratur eum,cui mandatum de manutenendo fuerat concessum, legitimè non possidere,sed eius aduersarium,qui melius probauit suam possessionem, & in ea tueri deberi, In proposito autẽ nunquam habuit Episcopus quasi possessionem cognoscendi & corrigendi priuatiuè ad Decanum & Capitulũ,& ideo ipsi lite pendente non possunt qua-

7 si sua possessione simplici † decreto spoliari, vt dictũ est, cui cõsequens videtur esse, vt in casu proposito sit necessaria definitiua sententia, à qua si eis videbitur, possunt appellare. Nam à sententia lata in possessorio,

8 quod admixtam † habet causam proprietatis, sicuti est huiusmodi,permittitur appellatio, Bal. in l.vnica. nu.8.si de mom.poss.fuer.appell. & cons.141.num.7. lib.1.Put.decis.278.nu.2.lib.2. Pereg.decis.200.lib.2. Pedem.decis.28.nu.10.vers.similiter si lata sit.

Quod multo etiam magis in casu proposito placuit Dominis,esse recipiendum, quia Concilium Tridentinum Decano & Capitulo non adimit iurisdictionem simpliciter, sed illam præseruat in casu quo habeant eam ex concordia à Sede Apostolica confirmata, & ideo quamdiu talem concordiã probare possunt, non debent quasi sua possessione, in qua legitimè sunt constituti,ex simplici decreto priuari, vt in simili casu decisum fuit in Salamantina iurisdictionis coram R.patre D.meo Decano,22.Iun.1582.

Nec dubium est, quin huiusmodi cõcordiam possent probare in causa appellationis,l.eos.§.1.C.de appellat.& in l.per hanc. & ib.no.Bart.& alij. de temp. appell, Igitur non debet eis denegari appellatio, quæ planè tollitur, si simplici decreto possessio reuocetur.

Nec obstat, quod Concilium habeat decretum irri

9 tans,quod inficit † etiam possessionem, Rot.apud Bisignet.decis.1.nu.6. de test.spol,Cassad.dec.2.num.5.

10 super reg,Sarnensi,in reg. damnat.q.14. num.5.vers. postremo. & alibi sæpissimè,quia fuit responsum,hoc esse admittendum, nisi Decanus, & Capitulum vellet suam quasi possessionem ex concordia à Sede Apostolica confirmata,comprobare, quod ius ab ipso Concilio non modo non est sublatum, sed specialiter reseruatum, & ideo debent interim in sua quasi possessione tueri,c.1.& 2.vt lit.pendent. Neque hic potest officere Concilium in c.20 §.ad hæc, sess.24. de reform, quia non loquitur de Decano & Capitulo,sed de alijs inferioribus, qui habent iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum.

Longè minus refragatur decisio in eadem Salamãtina,coram Reu. Patre D.meo Decano, sub die 17.Nouemb.1591.quia fuit responsum, quod in eo casu ius commune resistebat Scholastico, & interim cum vellet probare immemorabilitatem,dictum fuit Episcopum habere fundatam suam intentionem, ex c.cum personæ. de priu.lib.6. id quod in casu proposito dici non potest, quia ius commune non refragatur Decano,& Capitulo, imò suffragatur, quia Episcopus sine Capitulo non potest exercere causas criminales,c.Episcopus.15.q.7.cum cõcord. & hoc dictum fuit coram Achille de Grassis, in hac eadem causa, quando Decano & Capitulo datum fuit mandatum de manutenendo, adnotauit Caputaq. d. decis.202. lib.1. quod quidem mandatum à Concilio non reuocatur, si adsit concordia à Sede Apostolica confirmata. Igitur eorum quasi possessio non debet auferri sine decreto, à quo non datur appellatio, sed per sententiam definitiuam, quæ transeat in rem iudicatam,

BVBALI.

Hipporegiensis, Præpositturæ, Ven.11. Decemb.1587.

ARGVMENTVM.

Qui legitimè possessionem cœpit lite pendente, manutenendus est,& ei mandatum de hoc rectè datur.

SVMMARIA.

1 *Vbi de legitima possessione constat, mandatum de manutenendo rectè datur.*

2 *Ex instrumentali possessione naturalis & ciuilis possessio acquiritur, alio in possessione non existente.*

3 *Stante resignatione possidere quis non dicitur.*

4 *A mera executione literarum Apostolicarum appellatio non datur.*

5 *Appellatio interposita à reiectione exceptionis friuola, calumniosa est.*

6 *Commissio causæ in Rota attentata non gignit, ante executam citationem,stante appellatione friuola.*

DECISIO CLV.

Concluserunt Domini, dandum esse mandatum de manutenendo D.Nicolao Francisco Lexonæ, non autem Bernardino Scaliæ, quia sufficienter con-

1 stat de iusta & legitima † possessione Lexonæ, cum enim Scalia in manibus Papæ resignauerit Præpositu ram,de qua agitur, in fauorẽ Lexonæ, qui de ea prouisus fuit,non est dubium, quod abdicauit à se omne ius, tam respectu dominij, quàm possessionis, vt pec Cassad.decis.4.num.3.de rest,spol.quo fit, vt cum postea Lexona vigore literarum suæ prouisionis forma digna obtinuerit ab illarum exequutore se examinari, & idoneo comperto sibi conferri Præposituram, authoritate Apostolica, cum mandato de ipsum immittendo in possessionem, nec non vigore dicti mandati actualiter immissus,vtique ex dicta instrumenta-

2 li possessione fuit sibi quæsita † naturalis & ciuilis possessio, alio non existente in possessione, tum quia ex mandato executoris ingressus est possessionem, l.iustè possidet,de acq.possess.tum etiam quia Scalia præ-

3 tendere non potest se possidere † stante resignatione, per quam omne ius à se abdicauit, nec incumberet possessioni per longum tempus,adeo vt præsumi possit nouum titulum acquisiuisse, vt per Cassad.decis.4, numero 4.

Nec refragatur, quod possessio fuerit capta pendẽte appellatione interposita per Scaliam, quia à mera

4 executione literarum † Apostolicarum nõ datur appellatio.c.nouit. vbi Dd. de appellat. cum simil.propterea appellatio fuit mere calumniosa, quia fuit in-

5 terposita à † reiectione exceptione friuolæ, quã exequutor repellere debebat,ad trad.per Anchar. consil. 224.num,2. Bero.consi.14.nu.9.lib.1, Nec commissio

6 causæ in Rota poterat causare attentata † ante executam citationem, & inhibitionem stante appellatione friuola, vt per Franc.c.vt debitus.nu.47.de appellat, decis.Tolos.601,num.4.cum alijs per Modeto, de attent.appellat.pendent.lim.6.nu.15.fol.255.

Nec obstat, quod resignatio fuit conditionalis reseruata valide pensione 250. scutorum,quia conditio fuit adimpleta,& constat ex literis reseruationis pensionis expeditis,in quibus adest consensus resignatarij & omnia requisita.

Nec obstat protestatio procuratoris Lexonæ facta de mense Iulij, præsentis anni, in qua dicit nihil fieri, nisi purgatis attentatis,& dimissa possessione per Scaliam, quia intelligitur de illa possessione turbatiua, vigore mandati, de manutenendo, obtento à Senatu Pedemontano, quod fuit attentatum pendente causa in Rota. Ad ea, quæ dicuntur, quod renunciatio fuit facta per vim,& metum,tempore pestis, bene respon detur, quod non verificatur. Ex quo igitur constat de possessione Lexonæ, legitimè capta tempore litis, ipse

ipse est manutenendus. §. retinendæ. Instit. de interd. Doct. in cap. licet causam. de probat. cum sim. Et ita DD. concluserunt.

BVBALI.

Hippotegiensis, Præpositurae, Lun. 1. Febr. 1588.

ARGVMENTVM.

Ingredienti possessionem authoritate Iudicis, altero per resignationem ab ea cadente, mandatum de manutenendo rectè datur. Tractatur & hic quæstio, An error nominis vel prænominis in mandato expressus vitiet mandatum, vbi ex alijs circumstantijs de certitudine personæ constat.

SVMMARIA.

1 *Resignatio beneficij possessionem tollit.*
2 *Ab executore non datur appellatio.*
3 *Error nominis in mandato commissus, an vitiet mandatum. &* 4.
5 *Nomina vnius personæ non omnia sunt exprimenda, vbi ex vnius expressione certitudo personæ haberi potest.*

DECISIO CLVI.

Dominis placuit decisio iam facta, quod Lexonæ sit dandum mandatum de manutenendo, quia Scalia per resignationem † cecidit ab omni possessione. Cassad. decis. 4. de restit. spoliat. Et fuit resolutum in causa Melitensi, Abbatiæ, de anno præterito, coram Reuerendo patre D. Seraphino, & Lexona ingressus est possessionem authoritate Iudicis.

Non obstat appellatio interposita per Scaliam, ab exequutione, & quod resignatio esset conditionalis, quia purificata conditione per reseruationem pensionis validè reseruatæ potuit procedere ad exequutionem, tanquam merus executor. Abb. in c. fin. col. 7. & Imol. nu. 9. de præsumpt. & consequenter ab exequutore non † dabatur appellatio, vt in decisis.

Nec obstat error in nomine, † nempè quod in mandato ad resignandum, & in Bulla resignationis exprimatur Franciscus Bernardinus Scalia, & nihilominus resignans appellatur Ioānes Bernardinus, quia iste error non vitiat, cum ex alijs circumstantijs, & ex nomine officij & dignitatis sans constet de identitate † personæ resignantis, iuxta decisionem Rotæ 16. de rescipt. in nou. Vltra quod error in prænomine non vitiat, quia constat de certitudine personæ, Dd. in l. fin. C. de hæred. instit. vbi Com. vol. 1. & bene facit Sarnensis super reg. de annat. q. 31. vbi quod non sunt exprimenda † omnia nomina vnius personæ, quando ex expressione vnius nominis potest haberi certitudo, & quod tollitur omnis difficultas ex instrumento reuocationis mandati ad resignādum transmissum ad Coriam, in quo Scalia, qui iam pænituerat, reuocauit mandatum, ad resignandum, ex quo apparet de veritate ipsius mandati ad resignandum.

Hippotegiensis, Præpositurae, Lun. 4. April. 1588.

ARGVMENTVM.

An propter reseruationem pensionis resignatio inualida censeatur.

SVMMARIA.

1 *Bulla Pontificia vltra casum expressum non est extendenda.*
2 *Possessio intra præstitutum tempus a Bulla Gregorij XIII. capi debet.*

DECISIO CLVII.

Domini dixerunt vno circumscripto non esse recedendum à resolutione facta super mandato de manutenendo in fauorem Lexonæ, nam quod dicitur reseruationem pensionis in fauorem Scaliæ fuisse inualidam propter pensiones antiquas, & consequēter non fuisse abdicatum ius à resignante, tollitur ex facto, nam quo ad pensionem 400. scut. in fauorem Ioan. Anton. Scaliæ, illa est extincta per obitū Domin. Ioann. Antonij, vt patet ex instrumento nuper exhibito. Quo verò ad pensiones reseruatas in fauorem duorum monachorū, vigore Bullæ Pij V. fel. record. respondetur, quod illa † Bulla est restringēda ad præposituras ibi expressas, nec ad istam præposituram est extendenda.

Quod verò attinet ad publicationē resignationis, iuxta constitutionem fel. record. Gregorij XIII. de casatis, constat ex instrumentis de nouo productis, sed difficultatem faciebat apud Dominos, quia non fuit capta † possessio infra tempus sex mensium, etiam infra tempus prorogatum, quia fuit capta post annum. Sed de hoc ad Annos, erit particulariter discutiendū.

BVBALI.

Hippotegiensis Præpositurae, Lun. 16. Maij 1588.

ARGVMENTVM.

Ex Bulla Pontificis Gregorij XIII. certum tempus præfiniri capiendæ possessionis beneficiorum, & an ei non satisfaciens, possessionem adeptus esse censeatur, stante quod circa hoc impeditus fuerit, discutitur.

SVMMARIA.

1 *Bulla Pontificia certum tempus capiendæ possessionis præscribente, satisfecisse censetur, qui coram executore actualiter petierit se immitti in possessionem.*
2 *Quod procedit, etsi de facto ab alijs in capienda illa actuali possessione fuerit impeditus.*
3 *Publicatio resignationis facta in valuis Ecclesiæ Cathedralis, intra Ecclesiam facta censetur.*

DECISIO CLVIII.

In resolutione facta 4. April. præteriti, super mandato de manotenendo, in fauorem Lexonæ, Domini reseruauerunt, vt videretur, an constaret fuisse satisfactum constitutioni fel. record. Gregorij XIII. circa adeptionem possessionis infra tempus sex mensiū, seu etiam infra tempus prorogatum, in qua difficultate Domini 16. Maij 1588. vnanimiter cōcluserunt, satisfactum esse constitutioni, quāuis enim non fuerit capta actualis possessio infra 10. menses, cum tamen Lexona coram † exequutore productis literis Apostolicis suæ prouisionis, institerit se examinari, & sibi conferri Præposituram, simpliciter petierit se immitti in possessionē iuxta formā dictarum literarū, vtrinq; est satisfactū dictæ constitutioni, quæ requirit alternatiuè, vel quod resignatarius capiat possessionem, vel instet coram exequutore pro habenda possessione.

Quod autē Lexona fuerit impeditus, apparet, quia 11. Septembr. dum fieret publicatio in Ecclesia dictæ Præposituræ † quidam custos ibi existens protestatus fuit, quod præpositura erat reducta ad manus Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & quod stabat sub illius custodia.

Nec dici potest literas placitorias Serenissimi Ducis Sabaudiæ fuisse expeditas de mēse Decembr. dicti anni 1588. & ob id Lexonam fuisse negligentē in adeptione possessionis, vsque ad mensem Martij 1587. quia quamuis in literis placitorijs sit apposita data de mense Decemb. constat tamen quod non fuerunt expeditæ, nisi de mense Martij, quod apparet tum ex literis transmissis per Illustrissimum Domin. Cardinalem de Monte Alto, ad Nuncium Sabaudiæ, quarum copia data fuit, tum etiam ex fide solutionis taxæ, quę cōsueuit persolui in expeditione dictarum literarum, quæ solutio fuit facta de mense Martij, vt in fide secreti Cancellariæ.

Nō obstat quod publicatio huius resignationis fuerit facta in valuis Ecclesiæ Cathedralis, & sic non concludit, † quod intra Ecclesiam facta fuerit, quia pro validitate actus præsumendum est publicationem factam fuisse intra Ecclesiam, præsertim, cum Notarius testetur, tunc Reuerendissimū Dominum Episcopum diuina officia celebrare.

Nec

Nec etiam obstant ea quæ dicuntur de resignatione conditionali, quæ conditio videtur satis adimpleta, ex reseruatione pensionis, quæ præsumitur validè facta, vt apparet ex literis, nisi doceator de contrario, & illa conditio dummodo pensio medietatem non excedat fructuum, præsumitur verificata ad hunc effectum, ex quo fuit apposita de consensu procuratoris Scaliæ, resignantis, qui habebat amplissimum mādatum. Cetera bene tolluntur ex decisionibus alias in hac causa factis, & ex his Domini concluserunt concedendum ei esse mandatum de manutenendo Lexona.

ORANI.

Lucana, Mainsculatus, Lun. 27. Apr. 1587.

ARGVMENTVM.

Continuatio possessionis ex subrogatione gratiosa, ad quā requiritur possessio actualis, cessare dicitur quādo alius ante publicationem resignationis naturalem possessionem est ingressus, & ob hoc mandatum de manutenendo, ei qui ciuilissimam possessionem habet, non datur.

SVMMARIA.

1 *Ad obtinendum mandatum de manutenendo, prabāda est possessia tempare mota litis.*
2 *Nec ad hanc prabandam subragatio gratiosa, qua ad possessionem in gratia resignationis sufficit.*
3 *Ciuilissima possessio qua.*
4 *Eius effectus.*
5 *Interuertitur alio post mortem defuncti naturalem possessionem ante aditam hereditatem, ingresso.*
6 *Effectus cantinuationis possessianis ex subragatione gratiosa cessat.*
7 *Etsi possessio lite pendente fuerit attentata.*
8 *Subrogatus gratiose quando attentare nan dicatur. & num. 9.*

DECISIO CLIX.

DOmini cum præsupposito, quod possessio D. Ioā. Baptistæ non sit attentata, tenuerunt Iulio non esse dandum mandatum de manutenendo. Cū enim
1 hoc in iudicio, vt quis † obtineat, necessariū sit, quod probet possessionem tempore motæ litis, §. sed hodie, Inst. de interd. cum simil. alleg. per D. Iulium, subro-
2 gatio gratiosa etiam quoad possessionem in † gratia resignationis expressa, ad illam probandam nō potest suffragari, quia licet sit pura, & operetur officium cōtinuationis possessionis in subrogatum, Mohed. decis. 206. & 327. Put. decis. 301. lib. 1. & 135. lib. 2. tamen
3 appellatur ciuilissima † possessio, quę est ad instar possessionis hæredis, in quam vigore statuti continuatur quidem possessio à defuncto, sed illius tantummodo
4 effectus, vt † defunctus fuerit turbatus in possessione, si hæres possit intentare interdictum retinēdæ aduersus turbatorem, vt post Ioan. Fab. in §. retinendæ, num. 57. Inst. de interd. tradit Guid. Pap. q. 552. nu. 2. cum alijs per Menoch. de retinend. remed. 3. num. 59.
5 ingresso possessionem † naturalem ante aditam hæreditatem per hæredem, interuertitur illa ciuilissima possessio, adeo quod hæredi non competit aliud remedium retinendæ, Couarr. pract. quæst. c. 17. nu. 5. Gabr. de acquir. possess. concl. vlt. nu. 18. & ratio est, quia cessat effectus continuationis possessionis, quādo possessio fuit per alium occupata, Ruin. cons. 27. num. 6. lib. 5. Paris. consil. 1. nu. 158. lib. 1. Cum igitur apprehensa fuerit naturalis possessio à d. Domino Ioanne Baptista, qui eam ingressus fuit statim post obitū Pasquini ante etiam publicationem resignationis factæ ad fauorem D. Iulij, dubitari nō potest, quod ex præmissis cessat effectus cōtinuationis possessionis ex sub-
6 rogatione gratiosa, ex quo actualem † possessionem requirebat, vt post Sarment. ad reg. de trient. q. 14. nu. 8. & sequitur Corr. decis. 189.

Nec potest iuuari possessione capta lite pendente, quia stante, quod prius in illa existebat Ioan. Baptista
7 & lis penderet, † possessio huiusmodi, vt ex resolutione alias in hanc causa facta patet, fuit attentata.
8 Non obstat, quod subrogatus † gratiose non dicatur attentare, si possessionem lite pendente accipiat. Paleott. decis. 104. quia hoc verum, si ipsa subrogatio non fuisset in iudicio controuersa. Mandos. ad reg. de subrog. q. 8. in fi. stante enim lite super subrogatione, non potuit D. Iulius sibi ius dicere, sed debuit expectare iudicium Rotę, Dec. cōs. 103. quibus etiam fuit
9 ab aliquibus ex Dominis additum, † quod cum D. Ioan. Baptista, qui est in possessione, habeat etiā subrogationem gratiosam, & purificatam, respectu iuris patronatus, frustra ad mandatum de manutenendo agi, cum ordinatiè in causa procedendum sit.

PAMPHILII.

Maceratensis, Hæreditatis. Lun. 8. Feb. 1588.

ARGVMENTVM.

Possessio capta lite pendente an attentat dicatur.

SVMMARIA.

1 *Iudicium summarissimum bona alterius territorij non capit. & num. 6.*
2 *Possessio capta lite pendente dicitur attentata.*
3 *Dictio bonarum omnium, & singulorum, etiam bona extra territorium Iudicis sita, complectitur.*
4 *Dictia manuteneantur, an ad bona nondum possessa, & quamodo referatur.*
5 *Intellectus clausularum, amni meliari modo, & iustitiam & ius administrari, vt & illius, non se adstringens.*
7 *Iudex domicilij etiam respectu bonorum extra suum territorium sitorum pronunciare potest, & quomodo tunc executio fiat.*
8 *Iudicium summarissimum absque legitimo cantradictore agitur.*
9 *Lis quando absque citatione cantestetur. & 10.*
11 *Negatia respiciens merita causæ litis cantestationem inducere videtur.*
12 *Parte non opponente ab heredibus etiam nona immissio peti potest.*
13 *Comparitio spontanea ad litis introductianem, sufficit, ad effectum attentatorum.*
14 *Pro nan attentatis an in dubia sit prannnciandum.*

DECISIO CLX.

PRopofui dubium alias resolutum super possessione DD. de Alauolinis, quam ipsi, quo ad bona ciuitatis Nouæ prætendebant posse defendi à vitio attentatorum, ex eo, quod lis introducta in Ciuitate Maceratæ, non afficiat ipsa bona, quod deducebant ex petitione hęredum vti actorum, qui cum eodem die, quo obijt Capitaneus Frācīscus petierint stante notorietate mortis, & bonorū relictorum se manuteneri; & quatenus opus sit de nouo immitti in possessionem d. bonorum, satis videntur intellexisse de bonis existētibus in Ciuitate Noua, quæ tanquam sita in alieno territorio, non poterant dici notoria, neque iam possideri per ipsos, ita vt in illis absque alia probatione deberetur manutentio, ad d. §. sed hodie. Inst. de interd. l. 1. ff. vti possid. cum vulgar.

Et maximè cum fuerit processum quasi extraiudicialiter nullo citato contradictore, imò hæredibus expressè protestantibus DD. Alauolinos non esse legiti-
1 mos contradictores, & sic in iudicio † summarijssimo, quod nō capit bona alterius territorij, vt tradunt Dd. in l. fin. Bart. sub nu. 13. Bal. sub nu. 46. Zuccard. num. 276. p....293. C. de edict. D. Adrian. toll. Modern. de adipisc. rem. 4. nu. 405. & non facit litem ad effectum attentatorū, vt fuit decisum in causa Romana, spolij domus, 17. April. 1579. coram bon. mem. Oradino.

Dicebant etiam ex subsequutis hoc fuisse apertius declaratum, quia hæredes post duos dies introduxerunt

runt nouum iudicium in Ciuitate Noua, pro adipiscenda possessione bonorum ibi existentium, quod quidem fuisset nedum superfluum, sed etiam attentatum, si huiusmodi bona fuissent comprehensa in possessorio, ad no. per Affl. decis. 314. nu. 19.

Quibus tamen & alijs per informantes pro Dominis de Alauolinis, non obstantibus, Domini steterunt in decisis, sub die 11. Maij, anni præteriti quod ipsorū

2 † possessio sit attentata, tanquam capta lite pendente. Ex his enim, quæ in die obitus Capitanei Francisci, in Ciuitate Macerata gesta fuerunt, satis manifestè constat, fuisse introductam litem super possessione omniū & singulorum bonorum, quæ remanserunt in hæreditate d. q. Capitanei Francisci, nedum ad instantiam hæredum qui petierunt, se in possessione dictorum bonorum manuteneri, & quatenus opus sit de nouo immitti, *& in præmissis omnibus & singulis sibi ius, & iustitiam ministrari, non solum modo præmisso, sed omni meliori modo &c. non se adstringentes, &c.* sed etiam ad instantiam DD. de Alauolinis, qui & per negationem deductorum pro parte hæredum litem contestati fuerunt, ad Bart. in l. 1. sub nu. 3. de lit. contest. & reproducendum testamentum dicti Capitanei Francisci, etiam q. Matthæi Vici, & petendo se in possessione supradictorum bonorū manuteneri, & quatenus opus sit immitti, *& in præmissis sibi ius fieri, & iustitiam ministrari, omni meliori modo &c. deducens &c.* videntur & ipsi effecti actores, & nouam litem introduxisse, ad not. in l. si duo. in princ. vbi Bart. nu. 4. ff. vti possidetis, Ægid. decis. 380.

Præsertim cum fuerit subsequuta Iudicis interlocutio, qui præter has petitiones, & negationes hinc inde factas, admisit, si & in quantum, decernendo copiā illarum partibus.

3 Neque obstare in contrarium deducta, † quod nimirum sub lite comprehendantur etiam bona Ciuitatis Nouæ, ostēditur tum ex generalitate petitionis, nedū hæredum, sed ipsorum DD. de Alauolinis, vbi petitur possessio omnium, & singulorum bonorum, quæ remanserunt in hæreditate d. q. Capitanei Francisci, & sic etiam bonorum Ciuitatis Nouæ quæ erant de hæreditate. gl. in c. vt circa. in verb. omnia. de elect. in 6. Paris. 97. nu. 91. lib. 1. Ias. post alios in l. 1. nu. 24. ff. de legat. 1. tum etiam subsequutis, quia postea fuerunt hinc inde dati articuli, in quibus expressè specificātur bona Ciuitatis Nouæ ex quibus declaratur, quod ab initio in libello fuerint comprehensa. gl. l. 1. §. si quis argent. ff. depos. Dd. in c. cum dilectū. de ordin. cogn. Dec. cōs. 53. seu 83. sub nu. 1. Maximè cum D. Alauolini petierint immissionem ex fideicommisso Matthæi Vici, quod principaliter & præcipuè radicatur, & capit bona Ciuitatis Nouæ.

Nec obstat, quod hæredes petierint se manuteneri, quod non videtur posse adaptari ad bona Ciuitatis Nouæ, quorum possessionem nondū acceperant, quia petita fuit etiam immissio, & placuit DD. responsio,

4 quod hoc intelligitur referendum † singula singulis vt supra referendo manuteneantur, quo ad ingressa & immittantur, quo ad non possessa, ad no. per gl. si negotium. ff. de neg. gest. quod clarius ostenditur ex replicatione, quam in continenti faciunt ipsi hæredes vbi nihil dicunt de manutentione, sed petunt se immitti, & offerunt in continenti se probaturos mortem Capitanei Francisci, & bona per eum relicta, prout postea fuerunt super prædictis dati, & admissi articuli, ex quo etiam tollitur, quod dicebatur de notorietate mortis, & bonorum à Capitaneo relictorum.

5 Maximè stantibus † clausulis, *omni meliori &c. ius & iustitiam ministrari, &c. & non se adstringens, &c.* quæ ostendunt hæredes noluisse restringere se ad aliquod remedium, sed deduxisse omne ius. Ias. in §. omnium. nu. 148. Inst. de act. cum alijs per Gabr. concl. 4. de claus. num. 8. & cessat omnis difficultas ex petitione DD. de Alauolinis, quæ sola sufficit ad introducendam litem. Aegid. d. decis. 380. & non est restricta ad manutentionem.

Neque obstat, quod ex quo hæredes extraiudicialiter petierunt se immitti, & nullo citato contradictore, videatur processū in iudicio summarijssimo quod

6 non extenditur † ad bona alterius territorij, quia etiam si petitio hæredum sonaret in simplex remediū immissionis, quale solet impartiri Iudex, vbi nō adest contradictor, tamen ex quo præsentes fuerunt contradictores, sese opponentes, & processum fuit ad diuersos actus, & ad expressam negationem petitorum, apparet iudicium hoc ex summarijssimo effectum esse ordinarium, & poterit Iudex domicilij etiam respe-

7 ctu bonorum alibi sitōrum, pronunciare † hæredes esse immittendos, licet postea exequutionem per literas remittere debeat ad iudicem loci, vbi sita sunt bona, vt declarant Dd. in d. l. fin. Batt. sub nu. 13. Bald. sub nu. 46. Ang. Alber. Corn. Ias. Dec. Zuccard. Pers. & alij. C. de edict. Diu. Adr. toll. Modern. de adipisc. poss. sess. remed. 4. nu. 405. cum alijs allegatis, & sic non obstat inclinatio Rotæ, in causa Romana, spolij domus,

8 coram Orādino, quia ibi iudicium † fuerat agitatum absque contradictore.

Nec refert, quod contradictores non fuerint citati, quia ad hunc effectum sufficit, quod ipsi sponte

9 compareant, lis enim contestatur † etiam sine citatione, quando pars est præsens, & negat Fel. in c. pastoralis. in prin. de re iud. & regulare est præsentem supplere defectum citationis. Ang. in l. de vnoquoque. de iud. Fel. in c. 1. sub nu. 18. de iud. qui licet dicat requi-

10 ri monitionem iudicis, illud tamē procedit † in præsente, qui non vult haberi pro citato, secus autem in eo, qui spontè, etiam non citatus, comparet ad impediendam immissionem petentis, vt hic.

Nec aliquid facit, quod hæredes negauerint d. Alauolinos esse contradictores, quia vt alias dictum fuit

11 ista negatiua cum respiciat † merita causæ, magis inducit litis contestationem, vltra quod nō simpliciter negarunt illos esse contradictores, sed non esse legitimos contradictores, hoc est, tales, vt possint impedire immissionē, ex remedio intentato, quia multa requiruntur ad hoc, vt quis dicatur legitimus cōtradictor, vt notant Dd. in d. l. fin. & alias in simili casu ita respondit Rota in causa Piscien. Cappellaniæ, 21. Febr. 1578. coram Illustrissimo D. Cardinali Aldobrādino.

Non obstat, quod postea coram Prætore Ciuitatis Nouæ pro parte hæredum fuerit super istis bonis pe-

12 tita noua immissio, quia parte † non opponente potuerunt hoc facere cumulatiuè. Innoc. Abb. & alij in c. cū M. Ferrariensis. de const. cū alijs per Gabr. cōcl. 1. de iud. nu. 20. nouissimè deductis, vltra quod non cōstat de mandato illius, qui pro hæredibus comparuit.

Quæ deducuntur ad ostendendum hic non adesse litem faciè tolluntur ex supradictis, tum quia ad li-

13 tis introductionem † etiam ad effectum attentatorū, sufficit omnis cōparitio, dummodo sit spōtanea, tum etiā quia hic per negationē adest litis contestatio, & in omnem euentum DD. Alauolini erant principales contradictores, & actores respectiuè, adeo quod negari nō potest ipsorū respectu fuisse introductā absq; eo, quod alias à iudice admitteretur ad causam.

14 Quod vltimo loco dicebatur in dubio † pronunciandum esse pro non attentatis, iuxta decis. Aegid. dec. 100. cum vulg. tollitur ex prædictis, ex quibus apparet nos non versari in dubio, sed huiusmodi attentata esse clara, & euitari non posse.

Alia bene tolluntur per informantes pro hæredib. cum quib. transierunt Domini, & ita conclusum.

PAMPHILII.

Maceratensis, hæreditatis, Lun. 13. Iun. 1588.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ex instrumento apprehensionis in ipsa re præsenti celebrato, possessionem probari dicitur, & discutitur quæstio, possessio qua ratione incerta nuncupetur.

SVMMARIA.

1 *Possessio probari dicitur ex instrumento apprehensionis, in ipsa re præsenti celebrato.*
2 *Possessio in dubio authoritate iudicis capta præsumitur.*
3 *Res vna si à duobus indiuisim possidetur, quilibet in qualibet parte portionem suam habere dicitur.*
4 *Possessio incerta dicitur, quando duo eandem rem indiuisim apprehendunt. & num. 5.*
6 *Possessio incerta, & conditionalis redditur ex clausula, sine præiudicio quorumcunque aliorum, qui in possessionibus poni deberent.*
7 *Duo eandem rem possidere simul in solidum nequeunt.*
8 *Possessionis certitudo vt probetur non legis certitudo, sed hominis requiritur.*
9 *Possessio an ex eo incerta dicatur, quod pluribus filiis institutis quilibet possessionem pro portione sua capiat, & num. 10.*
11 *Possessionis prioritas an reddat possessionem certam, si post ab aliis, in continenti, & antequam ad alios actus discederent, capta fuit.*
12 *Possessionem amisisse dicitur qui licet eã habuerit, permittit eam alios postea arripere.*
13 *Possessio bonorum vt certa dicatur, sufficit ea vel ratione saltem loci, certa esse.*

DECISIO CLXI.

Dubitaoi, An constaret de possessione D. Pellicani, & quali. Et Domini, quo ad primam partẽ dubij dixerunt de ea satis constare ex publico † instrumẽto apprehensionis possessionis, qood cum sit celebratum in ipsa re præsenti, probat possessionem. l. prædia. cum ibi notatis per Bar. & latè per Alex. ff. de acquir. poss. Bal. l. fi. sub nu. 47. vers. 8. quæritur. C. de edict. D. Adr. toll. & est decisio Put. 359. incip. Leo 7. nu. 8. lib. 1. cũ alijs alleg. (1)

Quo ad secundam partem dubij, licet Informantes pro hæredibus deducant, contra d. possessionem, tamẽ pro nunc alijs omissis, de quib. si opus erit, alias agetur, amplexi sunt illam opinionem, vt quo ad bona Ciuitatis Nouæ non sit considerabilis, tanquam incerta, ratione loci, & quotæ. l. 3. §. incertum. & l. locus cũ vtrobique not. ff. de acquir. possess. Paris. consl. 55. col. 1. lib. 1. Gozad. cons. 55. nu. 1.

Incertitudinem autem ratione loci deducebant ex eo, quod possessio capta per D. Pellicanum, non fuit vniuersalis, totius prædij, sed tantum pro rata, quam prætendebat ex portione Philippi eius Aui, vt liquet ex requisitionib. ab eo factis, ac ex sentẽtia ex mandato Locumtenentis Ciuitatis Nouæ, cuius vigore capta fuit possessio, vt deponit 4. testis super 19. art. & etiam † præsumitur ex vulg. reg. l. 2. C. de acquir. possess. (2) Vnde cum prædium fuerit pro indiuiso possessum à Philippo & Capitaneo Francisco, impossibile est, vt sit capta possessio alicuius partis, quæ sit certa ratione loci cum vnusquisque † in qualibet gleba suam habeat (3) portionem l. Mæuius. §. duob. ff. de leg. 3. Ias. post alios d. §. incertam. sub nu. 1. Alex. cons. 134. lib. 4. nu. 3. Paris. cons. 54. vol. 1. lib. 1.

Nec excluditur ista incertitudo ex eo, † quod fuit (4) designata certa confinia illius prædij, cuius possessio fuit apprehensa, quia illud procederet, si fuisset capta vniuersalis possessio totius prædij, qoia tunc excluditur ista incertitudo, & hoc operatur illa actualis apprehensio totius, vt declarant Bar. & Paul. de Castr. in l. emptor. & ibi Cum. in fin. ff. de empt. Alex. in d. l. locus sub nu. 4. in d. §. incertam. sub nu. 6. & ibi Ias. sub nu. 14. in 4. limitat. latè Balb. de rescript. 1. par. 3. par. prin. q. 6. sub nu. 2. secus verò vbi non capitur possessio vniuersalis totios prædij, quia hoc casu non sufficit, quod † prædium sit certum, nisi etiam certum sit, in (5) qua parte illius prædij quis possidere intendat, d. l. locus. d. §. incertam. cum ib. notat. & iste casus, de quo agitur, possessio prædij, quod pro indiuiso spectabat ad Philippum & Franciscum, empta fuit pro portione tantum spectante ad hæreditatem Philippi, & sic est incerta. d. l. Mæuius. §. duob. cum alijs sup. allegat.

Ratione quotæ dicebant etiam possessionem esse incertam, quia dignosci non poterat, quæ portio spectaret ad Pellicanum, cum Alauolini & quidam alij adsint, qui in hujusmodi bonis diuersas portiones prætendunt tam ratione fideicommissi q. Matthæi Vici, quam ratione legitimarum detrahendarum ex persona filiorum d. q. Matthæi, & etiam ratione melioramentorum in d. bonis factorum, & ex alijs causis deductis per D. Coperchiom in facto, ita quod penitus redditur incerta possessio D. Pellicani, nedum ratione loci, sed etiam qootæ, iuxt. notat. per Bart. in l. 2. sub nu. 4. C. quan. & quibus quart. pars. lib. 10. Alex. d. consil. 134. num. 3. lib. 4. Rip. l. in quartam. num. 113. ff. ad leg. Falcid. cum alijs allegat.

Quod etiam colligitur ex ipsamet sententia Locũtenentis Ciuitatis Nouæ, cuius vigore fuit capta possessio per Pellicanum, in qua adest clausula *sine præiudicio † quorumcunque qui pro aliquibus portionibus debitis & legitimis deberent poni in possessionem*, quæ clausula reddit ipsam possessionem conditionalem, & incertã, ita vt habeatur pro non tradita, donec verificentur prætensiones aliorum, vt videatur quis verè esset immittendus, iuxta decis. 32. lib. 2. (6)

Et cessat difficultas in hoc casu, vbi plures simol ceperunt possessionem, quia cum inter ipsos non detur distinctio aliqua, sed vnusquisq; censeatur sibi prospicere voluisse, resultat ex hoc talis incompatibilitas, quę absq; dubio parit tum loci, tum quotæ incertitudinem, ita vt possessio acqoiri non potuerit, cum duo eandem † rem possidere nequeant. Vulg. l. sicut certo. §. si duobus vehiculum. ff. Commod. cum simil. (7)

Nec tollitur ista incertitude, ex eo, quod de iure certa sit portio Pellicani, quia ad hunc effectum non attenditur † certitudo legis, sed tantum hominis, an scilicet sit certus ille, qui possessionem acqoirit, d. §. incertam. & d. l. locus. aliter enim nunquam daretur incertitudo ratione quotæ, cum ius semper sit certum. l. in omni. ff. de iur. & fact. ignor. cum vulg. & sustinetur possessio capta pro legitima, cuius portio de iure est certa, & tamen communiter DD. contrarium concludunt, vt per Bart. in d. l. secundum. sub nu. 4. Alxand. d. consil. 134. Gozad. consil. 15. Rip. in l. in quartam. nu. 113. ff. ad leg. Falcid. (8)

Non obstat, quod dicitur de pluribus † filijs institutis, qui rectè capiunt possessionem proportione vnicuiq; ipsorum debita, etiam quod bona ad omnes pro indiuiso pertineant, quia placueruut DD. respõsiones datæ per Informantes pro hæredibus, & etiam dicebant illud procedere † vbi constat eos velle pro sua tãtum parte pro indiuiso acquirere, & ideo non applicatur huic casui, vbi omnes eadem bona prætendunt, & vnus vult alterum excludere, (9) (10)

Nec suffragatur prioritas † possessionis, ipsius Pellicani, quia aut ea non potest considerari, cum in continenti & antequam discederent ad extraneos actus fuerit capta ab omnibus, quo casu non datur prius, & posterius. ad not. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. cum simil. aut si qua potest considerari, tamen ex quo Pellicanus postea permisit alios capere eandem possessionem, vt testes dicunt, † dicitur illam, si quam habuit, amisisse, ad not. per Bar. in l. si de eo. §. 1. ff. de acquir. possess. & in similib. terminis nõ obstante protestatione fuit bis resolutũ in causa Vibeuetana Castrorũ, die 30. April. & 25. Iun. 1586. coram Reu. patre D. meo Seraphino. (11) (12)

13 Et ita Domini concluserunt, quo ad † bona existentia in territorio Ciuitatis Nouæ. Quo verò ad possessionem prædij S.Crucis in territorio Maceratę placuit illam non posse dici incertam, saltem ratione loci, quod sufficit, vt no. Dd. communiter in d.§. incertam, vbi Ias.nu.4.& Gozad. cons.55. quia fuit capta ab ipso solo Pellicano, quo casu actualis apprehensio totius fundi excludit istam incertitudinē, vt per Bart. Pau.de Cast. & Cum. in d.kemptur. Alex.& Ias.in d. §. incertam. & Bald. in tit. de præscript. in loco supra allegato.

P E N I Æ.

Maceratensis, Hæreditatis, Mercur. 2. Iun. 1599.

A R G V M E N T V M.

Eiusdem est cum superiore argumenti, & ad obiecta amplius respondetur, ac concluditur ex instrumento apprehensionis satis constare de possessione capta.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Restituendus non est, qui facto suo à possessione cecidit.*
3 *Cessio non sortita effectum, non attenditur.*
4 *Vt nec declaratio in ea facta.*
5 *Testes examinati in iudicio retinendæ, an probent in recuperandæ iudicio. & 6. & 7.*
8 *Sequestrum parti non intimatum, non impedit, quo minus quis possessionem suam possit recuperare.*
9 *Sequestrum neminem sua possessione dicitur priuare.*
10 *Iudicis authoritate expulsus, an restituendus veniat.*
11 *Possessione vnius partis hæreditatis apprehensa, non dicitur tota hæreditas possessa.*
12 *Præscriptio contra actionem spolij non currit.*
13 *A possessione vt facto proprio quis cecidisse dicatur, quæ requirantur.*
14 *Iudicis decretum vnius loci, ad bona loci alterius non extenditur.*
15 *Forensis statuto non gaudet, etsi de bonis in territorio statuentium sitis agatur.*

D E C I S I O CLXII.

CVm Ascanius Vicus bona existentia in oppido, & territorio Ciuitatis Nouæ vigore fideicommissi instituti, à q. Matthæo Vico ad se pertinere prætenderet, die 26. April. 1584. dictorum bonorū possessionē iudicis authoritate nomine proprio accepit, in eaque manuteneri petijt, postea tamen illa die 30. eiusdem mensis Ferrettis & Bonatellis de Ancona, cedens, declarauit se eandem pro illis accepisse.

Cum verò paulo post nouus Gubernator Ciuitatis Nouæ mense Maij proximè sequente eiusdem anni 1584. mandasset Barigello, vt in actualem possessionē bonorum prætensorum Margaritam & alios hæredes à quōdam Capitaneo Francisco institutos immitteret, ipsiq; vigore eiusdē mandati, à d. Barigello immissi fuisset, post multos actus in causa gestos, cū Ascanius cōquereretur, se spoliatū, eamq; per particulare rescriptū in Rota super spolio cōmisisset, dubitaui, An ei dandū esset mandatū de reintegrādo in possessionē eorundē bonorū, & dubio sæpè proposito, tum anno 1598. tum die 19. Martij, & die 2. Iunij præsentis anni 1599. tandē partib. informantib. post prolixā discussionē Domini, pro maiori parte censuerunt, Ascanio dandū esse mandatū de redintegrādo ad bona pdicta.

Potissima ratio fuit, quia constabat de possessione Ascanij, ex publico instrumento adeptæ possessionis, 1 quod cum probatam † probationem facere dicatur, Grat. cons. 122. nu. 7. lib. 2. Dec. cons. 66. num. 59. lib. 3. Alex. cons. 37. nu. 16. lib. 2. consequenter dicebatur cōcludenter probata possessio. Soc. cons. 205. nu. 2. lib. 2. ita vt tanquā valida esset considerabilis, quoad omnes iuris effectus, & ex eo, quod fuerat capta alio tunc non existente in possessione, Rot. decis. 21. de restit. spol. in antiq. Verall. decis. 334. par. 2. per tot.

Prædicto instrumēto præter alios actus iudiciales, & extraiudiciales subsequutos adstipulabātur testes, tam pro Margarita, quàm pro Ascanio examinati.

Primus testis Margaritæ iuxta Interrogat. 13. & super 5. art.

Secūdus testis iuxta 32. Interrogat. & super 10. art.

Primus testis Ascanij iuxt. 35. Interrogat. & secundus iux. 38. & tertius iux. 30. qui cōformiter testificātur, Ascaniū pro se, & non pro hæredib. Anconitanis possessionem accepisse, eundem post adeptam possessionem constituisse homines armatos pro illius custodia à monte Foiano, San Dionysio, & Pesignano.

Eundem Ascanium tanquam Dominum fuisse recognitum à colonis, probant primus testis Margaritæ super 2. art. & secundus iux. 25. & rursus secundus testis Ascanij, iuxta 14. & secundus, & tertius iuxta 14. & quartus iuxta 15.

Quod verò Ascanius post captam possessionem fructus ex d. prædijs à colonis acceperit, testificabantur primus testis Margaritæ super 5. art. quorum conformis testificatio erat, *che li lauoratori dal di, che prese il possesso respondeuano de tutti i frutti ad Ascanio, come à vero patrone, e possessore.*

Ex his. n. omnib. videlicet instrumento captæ possessionis nomine proprio, ex colonorū recognitione & fructuū perceptione cōsequebatur Ascanium certam, & indubitatam possessionē sibi acquisiuisse, l. prædia. vbi Bar. nu. 1. ff. de acq. poss. Put. decis. 360. nu. 8. lib. 1. Menoch. tractat. de retinend. remed. 3. nu. 563. & 564. Purpur. cons. 202. nu. 10. lib. 1. Plot. cons. 572. nom. 21. lib. 3. vt fuit etiā in hac causa sæpè cōclusum, nēpe die 27. Nou. 1584. & die 4. Iun. 1590. & die 18. Mar. 1591. & die 30. April. & 25. Iun. 1593. corā D. meo Pāphilio.

Ceterum, quia agentes contra Ascanium videntes per prædicta concludenter probari, primum multa opponebant, per quæ aliquibus ex Dominis persuaderi videbatur, contrariam sententiam, ideo suo ordine grauioribus difficultatibus fuit responsum.

Primò ergo ad instrumentum, quod Ascanius cesserat possessionem à se captam Ferrettis & Bonatellis, declarando, & illam pro illis accepisse, super quod die 15. Septemb. 1595. coram Domino meo Pamphilio, decisum fuerat Ascanium non fuisse redintegrādum, 2 quia facto † suo à possessione ceciderat, respondebatur primo cessionem fuisse factam ob causam in instrumento cessionis expressam, nempe vt concordaret cum Bonatellis, quod sibi promiserant notabilem quorondam bonorum summam 3000. ducatorū, ex valore excedēte, & cōsequenter consequuto adimplemento Ascanio cessionis instrumentum non nocuisse.

3 Secundò respondebatur, cessionem † non habuisse effectū, quia illius vigore nec Bonatelli possederunt, nec Ascanius desijt possidere, quinimò post dictā cessionē & declarationē in possessione continuauit multos actus possessorios exercēdo vsq; ad diē commissi spolij. Ita enim cōformiter testificabantur testes, primus & secundus, iuxta 50. & 51. Interrog. & tertius iuxta 58. ibi *Io sò, che Ascanio stette in possesso fino à tāto, che Vico fu incarcerato, e poi se ne fuggi*, & quartus testis iux. 48. & 58. *del Meso de Maggio Ascanio faceua tagliare le legna della possessione di S. Dionysio, & è stato continuamente in possesso della casa, & beni fino à tanto che Vico andò prigione.*

4 Et consequenter cessione non effectuata, † nec declarationis factæ erat habenda ratio, Achill. dec. 317. nec Ascanius poterat impediri, quo minus actione spolij intentata peteret restitutionem. Put. dec. 14. de rest. spol. in manusc. Verall. decis. 6. nu. 1. par. 3. Paris. consi. 5. nu. 8. & 11. lib. 4.

Terriò dicebatur Ascanium in cessione non declarasse se accepisse nomine Ferretorum, & Bonatellorum, sed pro illis, cui indicare, &c. non qui nomine

fuerit

fuerit acquisita possessio, sed ad quem finem. Baldus cons. 406. incipit nobilis vir. in fin. lib. 1. Crauett. cons. 193. nu. 2. & fuit decisum in Anderutina fructuum de 2. Dec. 1580. corā bon. mem. Cardinali Lancelotto, tunc Rotæ Auditore, vnde cum finis concordiæ non fuerit subsequutus inter Ascanium, & Bonatellos, & Fereiros, cessio non nocuit Ascanio possidenti.

Ad alteram oppositionem, quod Ascanius non acceperit possessionem nomine proprio, respondebatur, ex publico Instrumēto adeptæ possessionis cessare difficultatem, quia in eo scriptum erat, tam nomine suo proprio, quàm vice sui fratris actualem possessionem apprehendisse.

Ad tertiam obiectionem cōtra testes Ascanij, quod 5 non probarent in hoc iudicio † recuperandæ, quia fuerant examinati in iudicio retinendæ, Put. dec. 165. lib. 2. dupliciter respondebatur, primo testes prędictos 6 non fuisse strictè † examinatos in iudicio retinendæ, ita vt facerēt fidem in iudicio recuperandæ, imò fuisse inductos, & iurasse super articulis, & tota causa, & consequenter probare, quo ad omnes iuris effectus, Vestr. in prax. lib. 6. c. 2. nu. 9.

Secundò respondebatur Iudicem, coram quo fue- 7 runt examinati † habuisse iurisdictionem in vtroque iudicio, seu articulo, & super tota causa, & propterea testes corā eo examinatos in vtroq; iudicio probare, maximè cum super tota causa fuerint examinati, c. de testib. cum ib. notat. de testib.

Ad quartam obiectionem deductam ex eo, quod cum Ascan. consenserit sequestro, non poterat modo petere redintegrationem ad pristinam possessionē, ex quo eam videbatur habuisse pro derelicta, respondebatur primo, possessionē fuisse ex directo Rotę sequestratam, sine præiudicio alicuius etiā in possessionem, & sequestrationem etiam temporaliter constitutum, donec liqueret cui danda esset possessio.

Rursus dicebatur sequestrum fuisse oppositum inter Margaritam & Pellicanum, & alios collitigantes, eo tempore, quo nondum Ascanius in Rota compar- 8 uerat, cui cum non fuerit † intimatum, non præstat impedimentum, quo minus possessionē suam posset recuperare, Paleott. decis. 134.

9 † Denique respondebatur, quod cum † sequestrum neminem priuet sua possessione poterat Ascanius veniendo ad causam, & docendo de iure suo obtinere in iudicio spolij sequestri reuocationem. Boer. dec. 172. num. 2.

Ad quintam obiectionem, quod cum Ascanius fue- 10 rit expulsus † iudicis authoritate, non posset redintegrari respondebatur, quod cum Iudex malè processerit, & eo non citato immissionem ad fauorem aduersariorum decreuerit, reintegratio competit etiam cōtra possidentē iudicis authoritate, Felyn. in c. dilectus. nu. 1. lim. 1. & 2. de rescript. Crauett. cons. 18. nu. 8. & cons. 140. nu. 2. Socin. consil. 71. nu. 11. lib. 1. Rol. cons. 6. nu. 34. lib. 2. Boer. decis. 138. nu. 4. Gabr. de rest. spol. concl. 10. lim. 14. nu. 109. & eo presertim nomine, quia Ascanius non habuit se pro spoliato, imò publicè professus fuit, quod non desinebat omnino possidere, & quod sperabat redire ad possidendū, sicut possidebat, antequam fuisset spoliatus, ita deponebant testes, 1. 2. & 4. super 16. art. & 2. super 30. Interr. Pellicani.

Atq; ex his respondebatur ad sextam obiectionem, qua opponebatur defuisse Ascanio animum possidēdi ob declarationem, quia Ascanius nunquam desijt animo possidere, & illa declaratio facta in instrumento cessionis potius fuit ad maiorem illius validitatem casu, quo effectuaretur, sequuto adimplemēto, quam ad indicandum animum Ascanij, vt possessionem dimittere voluisset.

Ad septimam oppositionem de possessione Cleriæ vxoris, dicebatur, per illam non reddi instrumentalem Ascanij possessionem, quia non fuit ab vxore capta particularis possessio bonorum, de quibus agebātur, & consequenter per possessionem vnius partis he- 11 reditatis non † acquiri possessionem bonorum totius hęreditatis, sed partis tantum apprehensæ: Ias. in l. 3. nu. 30. ff. de acquir. possess.

Atque ex his etiam tollebatur octaua oppositio de possessione domus capta per Bonatellos.

Ad nonam oppositionem de negligentia Ascanij non petentis redintegrationem per 10. annos respon- 12 detur primo, quod contra † actionem spolij non præscribitur c. redintegratio, il 1. & c. Episcopi. 3. q. 1. Cassad. decis. 5. de caus. poss. & propr. Put. decis. 115. lib. 1.

Rursus dicebatur, non probari Ascanij diligētiam, per quam cōcluderetur fuisse ab illo habitam possessionem pro derelicto, quod requiritur ad effectum, vt 13 facto † proprio à possessione cecidisse diceretur. Put. d. decis. 115. nu. 16.

Ad decimam oppositionem de possessione capta per hæredes capitanei Francisci Viti, antequam Ascanius caperet possessionem, respondebatur, illam procedere, respectu bonorum Maceratæ existentium, de quibus modo non erat sermo, non autem respectu bonorum existentium in Ciuitate Noua, quorum Ascanius ex Iudicis decreto ante illos ceperat possessionē. Nam manutētio, quam hæredes petierant non † pro- 14 cederet respectu bonorum Ciuitatis Nouæ, quorum ipsi nondum acceperant possessionē, & fuit decisum in hac causa die 8. Febr. 1588. corā D. meo Pamphilio.

Ad vndecimam obiectionem de statuto Ciuitatis Nouæ continuando possessionem defuncti in hæredes respondebatur, hæredes Capitanei Francisci, eo quod 15 erat forensis, non potuisse beneficio † statuti vti, quāuis ageretur de bonis sitis in territorio statuentium: Alex. cons. 41. nu. 1. & 2. lib. 7. Paris. cons. 12. nu. 26. lib. 3. Brun. tract. quod stante mascul. at. 6. nu. 3. & fuit decisum in causa Taraconensi, Bonorum anno 1596. coram D. meo Pamphilio, in causa Imolensi Bonorum, die 10. April. 1592. & in causa Mediolanensi Bonorū, die 28. Martij, & die 5. Decemb. 1594. coram D. meo Mellino.

Ad 12. oppositionem de instrumento celebrato die 12. Iulij 1584. inter Ascaniū & hęredes Capitanei Frācisci respondebatur, ex serie illius tolli difficultatem, nam cum esset restrictum ad bona mobilia Capitanei Francisci, & ad legata ab eodem relicta, de quibus nō erat lis, non poterat ex eo inferri ad bona immobilia, per fideicommissum supposita, de quorum possessione agebatur.

Ad postremam obiectionem de falsa causa possessionis Ascanij responsio patebat ex decisionib. factis coram D. meo Pamphilio, cui nō obstabat vitium oppositum, ex eo, quod Ascanius debuisset illam capere de manu hęredis, quia id non procedit, in secundis fideicommissarijs, quales erant isti de Vicis. l. pen. §. cū autem. vbi not. Bart. & alij, C. ad Treb. Ceph. cōs. 215. nu. 27. & fuit decisum in causa Leodiensi hęreditatis, die 27. Ian. 1597. coram D. meo Decano.

Cum itaque ex prædictis concludenter videretur probatum primum extremum, & de secundo constare ex litis sustentatione, Verall. decis. 36. part. 2. Ascanius veniebat redintegrandus.

MANTICÆ.

Barchinonensis, Canonicatus, Lun. 9. Mart. 1598.

ARGVMENTVM.

Subrogatus ex gratia ad possessionem beneficij sui auctoris, non tenetur iustificare narrationem, sua gratia, cū beneficium non est litigiosum, sed sufficit, si authoris possessionem, & suum clericatum probet.

G 2 SVM-

SVMMARIA.

1 *Gratiose subrogatus ad possessionem sui authoris, narrationem suæ gratiæ iustificare non tenetur.*
2 *Maximè cum beneficium non sit litigiosum.*
3 *Prouisio stante lite fieri non potest.*
4 *Beneficio vacante non est necessaria iustificatio narrationis gratiæ.*
5 *Nullitas quæcunq; per appositionẽ manus Papæ tollitur.*
6 *Beneficij vacationem allegans eam probare tenetur.*
7 *Beneficium vacare non dicitur, quando is, ex cuius persona vacare dicitur, nondum est consecratus.*
8 *Si maximè promotus non fuit in mora petendi consecrationem.*

DECISIO CLXIII.

FVit per Dominos resolutum, D. Honofrio esse dãdum mandatum de immittẽdo, quia cum sit gratiose subrogatus ad † possessionẽ sui auctoris, & probet illius possessionem & suum Clericatum, hoc ei sufficit, nec tenetur iustificare narrationem suæ gratiæ, iuxta decis. Put. 495. lib. 2. Paleott. decis. 119.

Nec placuit Dominis fundamentum, quod sit necessaria iustificatio, cum beneficium † non sit litigiosum iuxta distinctionem alias factam io causa Burgẽsi de Pancoruo, & postea confirmatam in plurib. alijs causis, quia sicut in beneficio litigioso, non requiritur iustificatio ex eo, quod non infertur præiudiciom ordinario, nec alteri, cum non possit fieri † prouisio stante lite, ita pariter dicendum est, quando adest reseruatio, vel affectio cum stante reseruatione vel affectione, nec ordinarius, neqoe alius possit se intromittere, vt fuit resolutum coram me in causa Calaguritana, dimidiarum portionum del Burgo, 20. Decem. 1599. Præterea cum non exhibeatur titulus Francisci, oec probetur eius possessio, nec requiritur eius iustificatio, licet beneficiũ non sit litigiosum, quia possessio est vacans, & non fit præiudicium possessori, vt fuit † resolutum in causa Parmensi, beneficij de Valentia, 21. April. 1589. coram Reu. Patre D. meo Penia, & in causa Parmensi Prioratus. 21. Iun. 15[illegible]. coram Illustriss. D. Cardinali Mantica.

Non obstat, quod vnio est nulla, qoia licet vnio sit nolla, remanet † affectio per appositionem manus Papæ, siue nullitas proueniat ex defectu causæ, siue ex inhabilitate prouisi, aut ex alio capite.

Non obstat, quod vnio fuit facta de Canonicatu primo vacaturo, & non constet istud fuisse primum, qui vacauit, quia Honofrius habet fundatam suam intentionem in ista vacatione, & si Franciscus prætendit, quod successerit alia vacatio, ipse † debet probare, vt fuit resolutum coram me in causa Reginensi Præbendæ Theologalis, 13. Nouemb. 1595.

Hoc autem dicebant Domini non probari, quia Villa, ex cuius persona prætenditur alia vacatio ad promotionẽ ad Episcopatum, adhuc non erat consecratus, & vacatio beneficiorum † non inducitur aote consecrationem & adeptionem possessionis, quando promotus, † non fuit in mora petendi consecrationẽ. Innoc. in c. cum in cunctis. nu. 4. Abb. in d. c. §. cum vero nu. 6. de elect. & ita fuit resolutum in causa Panormitana, beneficiorũ, 1. Iun. 1548. coram Accorambono, & in causa Veglensi pensionis, 19. Ioo. 1570. coram Reu. Patre D. Seraphino, & in causa Toletana, Scholastriæ, 22. Iun. 1592. coram Reu. Patre D. meo Orano.

SERAPHINI.

Campaniensis, Canonicatus, 26. Octob. 1598.

ARGVMENTVM.

Ex instrumento possessionis citato eo, ex cuius persona beneficium vacat, eoq; non contradicente, possessio beneficij dicitur probata, & possidenti mandatum de manutenendo rectè datur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo rectè datur ei, de cuius possessione ex instrumento possessionis constat.*
2 *Maximè si is, ex cuius persona vacat beneficium, non contradicat.*
3 *Gratia noua non reuiuiscit ius, quod iam ex adeptione alterius beneficij est resolutum.*
4 *In primis, si gratia illa est subreptitia.*
5 *Clausulæ, dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, efficacia.*
6 *Canonicatus per adeptionem Thesaurariæ dignitatis vacare dicitur.*
7 *Possessiones instrumentales effectum nullum sortiuntur, alio in possessione existente.*

DECISIO CLXIV.

FVit cõclusum, dandũ † esse mãdatum de manotenẽdo Scipioni, quia de eius possessione capitulariter tradita constat ex instrumẽto possessionis etiam citato Nicolao Decio, eoqoe non contradicente, † ex cuius persona vacabat Canonicatus, per assequutionẽ dignitatis Thesaurariæ, in eadem Ecclesia, ex quo videtur idem Nicolaus renunciasse omni iuri, quod habebat in d. Canonicatu, c. ex omni. & ibi Abb. & alij de iis, qui fiu. à maior. par. Cap. Socin. 115. lib. 3. Paris. cons. 76. lib. 4. Put. decis. 120. 123. lib. 3.

Non obstat, quod Nicolaus dubitans de validitate prouisionis sibi faciẽdæ de d. Thesauraria, obtinuit à Sanctissimo D. Nostro, nouã prouisionem cũ facultate retinendi Canonicatũ per duos menses, quẽ postea ad faoorẽ Cæsaris resignauit, quia cũ ius ipsius esset resolutũ per † adeptionẽ possessionis Thesaurariæ, illud nõ potuit per nouã gratiam reuiuiscere, quæ erat Iuris preseruatiua, noo autẽ Iuris inductiua. Maximè cum prætẽdatur dictam gratiam fuisse † subreptitiã, tum ob taciturnitatẽ possessioois adeptæ, tum etiam fructuum perceptorum, & ista veniunt discutiẽda in petitorio. Et etiam non obstat gratia Cæsaris, ex quo restricta est per clausulã, † *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum*. Quod aotẽ per adeptionem Thesaurariæ vacasset Canonicatus, † est indubitatum, & extat decisio coram Reuer. Patre D. meo Gypsio, in causa Leodiensi Canonicatus, 26. Febr. 1597. Reliquæ possessiones postea captæ, tam pec Nicolaum, quàm per Cæsarem nollius sunt momẽti, cũ sint posteriores, & ideo instrumentales, † quæ oullum pariunt effectum alio in possessione existente.

ORANI.

Burgensis, Iurisdictionis, S. Io. Vener. 28. April. 1595.

ARGVMENTVM.

Abbati S. Ioan. ex priuilegijs & immunitatibus, tum Papalibus, tum Imperatorijs, de quibus in decisione hic, plenam cognitionem criminalium causarũ contra prætensos actus possessorios Episcopi Burgensis competere, non obstante quod iure communi Episcopus loci cognitionem controuersiarum in sua diœcesi exortarum sibi vendicet.

SVMMARIA.

1 *Abbati competere cognitionẽ causarũ & ius correctionis ac visitationis, ex eo etiã satis probatur, quod monachi ad normam ab illo præscriptam semper vixerunt.*
2 *Territorium proprium habere, vel pleno iure subiectum, à pari procedunt.*
3 *Delinquens in loco diœcesi exempto, non potest puniri iuxta statutum Episcopi illius diœcesis.*
4 *Episcopale statutum extra territorium suum delinquentem non ligat.*
5 *Actus possessorij in incorporalibus non sortiti effectum possessionem non probant.*
6 *Ad possessionem acquirẽdam scientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur, necessaria est.*
7 *Testes examinati parte non citata, non probant.*

DE-

DECISIO CLXV.

Domini pro maiori parte tenuerunt, D. Abbati S. Ioan. dandum esse mandatum de manutenendo, respectu cognitionis causaru criminalium, Visitationis Ecclesiæ, & illi subditorum, & redditionis cōpu torum fabricę inter Ecclesiasticas personas, & subditos Ecclesiæ S. Ioan. cū suis adiacentibus pendentibus. Nā fundatam habet intentionem primum in donatione Imperatoris Ildefonsi facta S. Adelelmo tū Abbati S. Ioann. & confirmata ab Episcopo Burgensi, continēte verba priuatiua iurisdictionis ad omnes alios. Secūdò in priuilegio Sixti IV. quod eidem concedit facultatem quoscunque clericos etiam dictæ Ecclesiæ filios patrimoniales, si eorum demerita exegerint, suspendendi, excommunicandi, priuandi aut alia pœna temporali, seu perpetua puniendi. Tertiò in laudo ad sui fauorem publicato, & à Paulo III. confirmato, in quo pariter eidem adiudicatur dicta Ecclesia pleno iure, cum declaratione, quod correctio & visitatio ac subiectio beneficiatorum ad ipsum pertineat, de cuius quidem obseruantia satis liquet, tum ex visitatione, tum ex regulis, & constitutionibus Abbatum, ad quarum 1 † normam clerici semper vixerunt. Quartò in sententijs & literis executorialibus Reginæ Ioannæ, & Andreæ Vallitoleti, in quib. habetur, Ecclesiam S. Ioānis pleno iure ad monasteriū pertinere, & collationē beneficiorum punitionem clericorum, ad Priorem dicti Monasterij spectare. Quintò in decreto officialium Burgens. de ordine tunc Episcopi facto, per quod fuit facta reuocatio, & annullatio omnium processuum, cēsurarum, & actuum fulminatorum cōtra Abbates, Monachos, beneficiatos, clericos, & parochianos dictę Ecclesiæ. Vlmò in testibus de omnibus concludenter deponentibus, & in sententia de an. 1570. contra Lucā de Azze beneficiatum lata, in qua suspensus legitur ab exercitio ordinum per tempus 10. annorum, & reclusus in monasterium, cum impositione aliarum pœnarum, quę etiam ex decreto Concilij Regij executioni fuit demandata, ex quibus absq; tergiuersatione constat de ipsius quasi possessione iuris communis assistentiam habenti cū singulis. de stat. monach. Dec. in eo. tit. prin. not. de rescript. Nihil ad rem pertinet, quod Archiepiscopus in iure communi fundet intentionē in sua diœcesi, quia stantibus præmissis non potest dici sua diœcesis, sed propria Abbatis, etiam quod admitteretur sitam esse intra limites suæ diœcesis. Gemin. in c. cum Episcopus. nu. 4. de offic. ordin. lib. 6. quod equidem procedit, siue vt fuit resolutum, sustineatur Abba 2 tem habere territorium † proprium, vel pleno iure sibi subiectum, à pari enim procedunt. gl. clem. 1. in vers. aut earum parti, de for. comp. Cal. cons. 23. Ioan. And. Gemin. Franc. & alij in c. vt animarum. §. statuto. de const. lib. 6. concluserunt committentem delictū 3 in loco diœcesis † exempto, non posse puniri secundū statutum Episcopi illius diœcesis, cum locus exēptus sit extra suam iurisdictionem. c. 1. & ibi gl. de priuil. 4 lib. 6. & nō secus † ac statutum Episcopi non ligat aliquem extra territorium, ita nec delinquentem in diœcesi, loco tamen exempto. Ioan. Andr. post Host. in c. nimis. de iureiur. quia vt ibi inquit Abbas, loca, quæ sunt de diœcesi habentia domum separatam, non dicuntur esse de diœcesi. Sequitur Cardin. in clem. 2. §. 1. q. 4. de priuileg.

Nec dicatur, priuilegia exemptionis fuisse reuocata per Concilium, quia ista non sunt simplicia priuilegia, sed confirmationes separationis territorij factæ per Imperatorem ex confirmatione Episcopi, quæ nō sunt reuocatæ per Concilium, dum loquitur de ordinarijs, eis subsunt inferiores. Dec. in c. ad nostram. nu. 34. de appell. minus habenda est ratio præteosi actus possessorij facti ab Archiepiscopo per monitionē emanatā de anno 1572. super exhibitione libri computo- 5 rum, quia cum non appareat † habuisse effectum in incorporalibus, sine effectu nō datur acquisitio quasi possessionis. Cald. cons. 12. de iur. patron. Rip. in c. cū Ecclesia, nu. 50. de caus. poss. & propr. multo autem minus isto casu, quo Abbas reclamauit, & protestatus fuit, Rom. cons. 369. sub nu. 9. nam vulgare est ad ac- 6 quirendum statum quasi possessionis requiri † scientiam & patientiam eius, de cuius præiudicio agitur, vltra quod actus iste causam dedit liti, quia ab eo fuit appellatum, & causa in Rota commissa. Ceteri verò actus possessorij facilè remouētur, cum vel perueniāt tempus post litem motam, vel saltem sint clandestini absque scientia Abbatis facti. Bal. in l. post scientiam. nu. 7. C. de sent. & interloc. omn. iud. Non obstant testes inducti ad probandum quasi possessionē Archiepiscopi, quia deponunt de actibus post litem motam 7 factis, & nulliter fuerunt † examinati absq; partis citatione, minus releuat, quod dicitur, quasi possessionem Abbatis fuisse acquisitam tempore litis motæ ex quo illa per beneficiatos fuit de an. 1518. & per parochianos de an. 1524. contra Abbatem introducta, quoniam istæ lites non fuerunt cum Archiepiscopo, & certum est per laudum confirmatum, ac sententiam ad fauorem Abbatis latam fuisse extinctas, vt bene hic per Informantes, qui omnibus è contrario deductis accuratè respondent.

DECANI.

Lucensis, seu Nullius Iurisdictionis, Lun. 4. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

An Episcopus ex eo, quod Abbatia & monasterium sitū est in sua diœcesi, habeat cognitionem causarum, & ius visitationis ac correctionis, vel num hoc Abbati competat, ratione priuilegiorum exemptionis concessorum.

SVMMARIA.

1 *Episcopus, an ex eo, quod monasterium est situm in sua diœcesi, habeat cognitionē causarū, & ius visitationis.*
2 *Enunciatiua non probant, cum principaliter de veritate enunciata agitur.*
3 *Abbas monasterio præiudicare non potest.*
4 *Iuris communis dispositio operatur, quando in contrariū nihil extat.*

DECISIO CLXVI.

1 Fuit dubitatum † an D. Episcopo Lucensi sit dandū mandatum de manutenendo aduersus Abbatem & Monasterium de Samos, in casibus, qui de iure, & ex dispositione Concilij Tridētini competunt Episcopis, in exemptis, qui habent suas Ecclesias, & loca in territorio, ac intra fines diœcesis Episcopi, veluti in conuocatione Synodi, in visitatione Ecclesiarum parochialium earum Rectorum secularium, nec non eorū correctione in cōcernendo curā animarū, nec nō institutione, & destitutione eorundem, & commissione literarum dimissorialium, ordinumque minorum collatione, & in his omnibus prætendit Episcopus se esse manutenendum, ex quo Abbas & Monasterium de Samos est situm in suo territorio & diœcesi, vt ex pluribus confessionib. probari affirmat: Ideoque se habere iuris communis assistentiam. c. venerabilis. & c. de Xenodochijs. de relig. dom. & Conc. Trid. c. 2. sess. 24.

Contrarium tamen fuit pro maiori parte conclusum, & præcipua ratio fuit, quia adhuc pendet indecisa lis, super eo, An territorium de quo agitur, sit intra fines diœcesis. Ideoq; fundamētum, quod fit pro parte Episcopi, per enunciatiuas allegatas, tum quia emanarunt pleraq; earum à procuratoribus, & fuerunt 2 per principales reuocatæ, tum etiam † quia enunciatiuæ non probant, quoniam principaliter agitur de veritate enunciata. Paris. cons. 94. nu. 19. lib. 1. Pur. decis. 361. nu. 3. lib. 1. Neq; obstare, quod adsit etiā quædam enunciatio, quæ emanauit ab Abbate, quia ipse 3 non potest præiudicare † monasterio. Vital. in clem. 1. num.

num.17.de offic. Vic.& extat decisio coram Illustriss. Blanchetto, in vna Salamantina Vicariæ, cuius copia datur. Neque obstare, quod Abbas sit Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, quia coram Sanctiss. D. nostro, tunc Rotæ Auditore, & coram Illustriss. Cardinale Mantica fuit reiecta hæc prætensio, cum ista dignitas fuerit titulus quidam honorarius acquisitus longè post existentiam monasterij Abbatialis dignitatis de Samos, quod etiam confirmari videtur ex concordia inita cum Episcopo Ouetensi, in qua Episcopus facit Abbati de Samo scripturam liberalitatis, & concedit licentiam adeundi quemcunque Episcopum voluerit pro Pontificalibus, quæ scriptura est antiquissima de tempore Ildefonsi Regis Hispaniarum, quem Imperatorem nominant annu 1350.

Neque etiam obstat, quod Abbas in Rota obtinuit sententias super exemptione, quæ videntur præsupponere, quod ipse esset in diœcesi, quia bene facilè potuerunt errare Priores, existimantes Abbatiam esse in diœcesi, ex eo, quod Abbas erat intitulatus Archidiaconus in Ecclesia Lucensi, & tunc solum de exemptione agebatur, non autem an esset, vel non in diœcesi, quemadmodum hodie de hac re pendet controuersia, etiam verba sententiæ possint recipere interpretationem, vt denotent libertatem à superioritate Episcopi, cum fuerit datum mandatum de manutenendo Abbati, de exercendo iurisdictionem, & de visitando priuatiuè ad Episcopum.

Facit etiam, quod Abbas habet quasi Episcopalem iurisdictionem, vt eius territoriũ perinde habeatur, ac si esset in diœcesi Episcopi, in omnibus, & super omnia, sic est vera opinio Franc. in c.2.§.statuto. nu. 10.de constit.in 6.

Vltra quod etiã adsunt priuilegia Gregorij XIV. concessa Congregationi Cassinensi, quæ postea fuerũt commutata Congregationi Vallitoleti, vt fuit resolutum in vna Burgensi S.Ioan. coram Reuer. Patre D. Orano, 20. Dec. 1596.

Quibus sic stantibus, cum decisio huius artic. pendeat à negotio principali, nẽpè an Abbatia sit in diœcesi, vel extra eam, placuit DD. vt prius de veritate huius art. videatur, ... decis. Anconitanam. bon. mem. de Oradinis. Modern. de attent. par. 3. c. 24. q. 19. nu. 4. fuit decisum coram Reuer. patre D. Corduba, in causa Syracusana, Abbatissatus 1. Dec. 1597. nec obstat as-
4 sistentia iuris communis, quia † operatur, quando nihil adest in contrarium, verum hic multa turbant intentionem Episcopi, & bene facit decisio in Vrbinatensi iurisdictionis, coram Reu. patre D. Gypsio, cuius copia data fuit, & ita conclusum.

O R A N I.

Balnçoregiensis, Castri Perij, Mercur. 28. Maij 1597.

A R G V M E N T V M.

Ex instrumento consignationis possessionis, traditione clauium, facta à Domino Castri, & perceptione reddituum, alijsque actibus possessorijs, possessio Castri probatur, & ex hoc possessori mandatum de manutenendo rectè datur.

S V M M A R I A.

1 *Instrumentũ cõsignationis Castri possessionẽ eius probat.*
2 *Maximè si in eo adest clausula constituti.*
3 *Traditione clauium possessio acquiritur.*
4 *Fructuum perceptio possessionem arguit.*
5 *Possessio Castri præsumitur, ex quo prior Dominus queritur, se deceptam gubernationem Castri possessori moderno commisisse.*
6 *Actus possessorij a cõiuge pœnitente, qua castrum coniugi cõcessit, facti post illa cõcessionẽ, censentur facti iure familiaritatis, & possidenti cõiugi alteri nõ præiudicãt.*
7 *Possessio eius præfertur in concursu, qua titulo alicui innititur.*

D E C I S I O CLXVII.

FVit resolutum, dandum esse mandatum de manutenẽdo D. Ioan. Baptistæ Simõcello respectu Gubernij & administrationis Castri Perij, iuxta formam Capitulorum, in contractu sponsaliorum inter eum, & D. Comitissam nomine D. Octauiæ eius filiæ firmatorum. Cum ex seqq. docuerit se ante introductam litem possessionem illius acquisiuisse.

1 Primò, per † instrumentum, in quo D. Comitissa Castri Domina illud sibi petenti, & acceptanti consignauit, & pro consignato haberi voluit. Nam ex hac assignatione iunctis actibus possessorijs probatur possessio ciuilis, & naturalis, & præsentia rei cuius possessionem quis alteri præsente acceptante dicit se tradere, importat actualem eiusdem rei possessionem. Itaque ille, cui traditio fit, dicatur possessionem rei capere. l.1.§.si iusserim. & l. quod meo. §. si conditorem. ff. de acquir. posses. Roman. consi. 482. nu. 4. Rot. decis. 5. de caus. posses. & propr. in antiq. Quod multo ma-
2 gis dicendum suadet clausula † *constituti* illi adiecta, per quam verè & propriè ex tunc possessio contentorum in instrumentu dicitur in eum fuisse translata, Ias. in § actionum. num. 159. Instit. de actio. Rim. sen. cons. 90. nu. 14. lib. 1. cum traditis per Tiraq. in tract. const. p. 3. ampl. 1. nu. 2. Secundò ex actu traditionis
3 † clauium, de qua optimè deponunt testes primus iuxta 25. & 32. & secundus ibidem, & tertius ad 30. vbi dicunt de mandato Comitissæ claues Castri fuisse D. Io. Baptistæ consignatas. Cum enim ipsius iussu, & consensu claues Castri acceperit, possessionem illius acquisiuit, l. clauibus. ff de contrah. empt. Dec. consil. 56. nu. 2. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. nu. 13.
4 Tertiò per redituũ Castri perceptionẽ, † & administrationẽ iustitiæ per biennium, cũ deputatione Officialiũ, vt probant testes, primus iux. 24. & 34. secũdus ad 24. & 25. super art. 4. Quia etiã ex actib. huiusmodi possessorijs probatur, vt post alios tradit Menoch. de retinen. rem. 3. q. 72. nu. 560. cũ mult. sequent. Vltimò ex confessione Comitissæ, in libello supplici Sanctiss.
5 D. Nostro porrecto, quo quæritur, se † seductam præfato D. Ioan. Baptistæ gubernium d. Castri concessisse, ad l. cum pretium. C. de liber. Aym. consi. 202. nu. 6.

Ex quib. ét liquet, deducta pro parte D. Comitissæ, ad exclusionẽ dictæ possessionis D. Ioan. Baptistæ non posse releuare, cum actus possessorij post instrumentũ
6 per eam facti, † censeantur facti iure familiaritatis. l. qui iure familiaritatis. vbi no. omnes. ff. de acq. posses. Alex. consi. 88. nu. 6. lib. 2. cũ sim. & in concursu præfe-
7 renda sit eius possessio, quæ innititur titulo, prout est possessio D. Io. Baptistæ, quæ fundatur in titulo dotis, vt notãt Dd. in c. licet causam. de probat. Neq; tamen dicebãt Dñi, ideo mandatũ alias ad fauorẽ D. Comitissæ relaxatũ, reuocandũ, sed potius, quatenus fuisset executiuũ moderandũ & confirmandũ, quo ad facultatẽ faciendi aliquas gratias iuxta formã Capituli Sixti, & quo ad habitationẽ in Castro, & exactionẽ quingentorũ scutorũ, quolibet anno, quia in instrumento aderat præmissorũ expressa reseruatio. Et ita decisum.

C O C C I N I.

Augustana, Canonicatus, 7. Febr. 1601.

A R G V M E N T V M.

Expulsus à Capitulo qui inseruire alias ei solebat, quotidianas distributiones rectè percipit, non obstante, quod incarceratus inseruire non possit.

S V M M A R I A.

1 *Residentia quasi possessionem percipiendi distributiones quotidianas rectè probat.*
2 *Expulso a Capitulo quotidianæ distributiones debentur. & num. 4.*
3 *Distributiones quotidianas vt quis percipiat, necesse est vt probet se solitũ fuisse seruire Ecclesiæ. & nu. sequen.*

DE-

DECISIO CLXVIII.

Domini resoluerunt, dandũ esse D. Georgio mandatum de manutenendo etiam respectu distributionum quotidianarum à die incarcerationis, quia eius quasi possessio probatur concludenter ex depositione tertij testis, & aliorum, qui deponunt de turbatione Capituli in perceptum, & adminiculantur alij 1 testes, qui deponunt † de residentia D. Georgij, qua stante multum verisimile est, quod percepit distributiones, quæ dantur propter residentiam, & ideo cum 2 fuerit expulsus facto † Capituli, ei debentur distributiones quotidianæ. Prob. ad Monac. c. 1. nu. 22. de cler. non resid. & in c. t. num. 22. de præb. Pel. in c. cum omnes, nu. 12. in fin. de const. & in c. Apostolicæ. nu. 12. de except. Couar. var. resol. lib. 3. c. 13. num. 8. ver. 6. & 10. Calder. cons. 17. de præb. Put. dec. 383. lib. 1.

3 Non obstat quod ad istius effectum sit † necesse probare Georgium fuisse solitum seruire Ecclesiæ. Couar. d. vers. 6. & Fel. d. c. Apostolicæ. nu. 12. quia testes probant, quod quando erat præsens, solebat inseruire, & ideo ista expulsio non debet suffragari Capitulo con-4 tra Georgium, qui cessante † expulsione poterat inseruiendo lucrari distributiones, & multum verisimile est, quod inseruijsset nisi fuisset incarceratus, & ex-5 pulsus, quia † quando erat præsens, solebat inseruire. Mouit etiam Dominos, quod testes probant Georgiũ 6 fuisse solitum † residere per certum temporis spatium, non excludendo reliquum tempus, & non probatur, quod Capitulum præter maius seruitium, imò potius probatur contrarium.

Et ideo cum his versetur solum inter Capitulum, & Georgium ex hoc facto Capitulum non debet reportare lucrum, requirẽdo à D. Georgio seruitium, quod ab eo non præstatur, tot. tit. quod quisque iuris.

Non obstat, quod erat necessaria protestatio ad effectum consequendi distributiones quotidianas, quæ hic non interuenit, quia non est necessaria pro distributionibus perceptis à Capitulo. Put. d. dec. 383. lib. 1. & fuit resolutum coram Illustrissimo Blanchetto, in vna Fanensi distributionis, 16. Ian. 1577. & coram Reuer. Patre D. Mellino, in vna Maceratensi, Canonicatus. 2. Maij 1594. & in causa Firmana, distributionum, 26. Ian. 1598.

LANCELLOTTI.

Oscensis, Archidiaconatus, Ven. 4. Iul. 1603.

ARGVMENTVM.

Vsurarius quando in crimen vsurarum abnegatum recidisse dicatur.

SVMMARIA.

1 *Testamentum vsurarij, in idem crimen relapsi, nullum est.*
2 *Pœnitentia in vsurario manifesto, vel signa contritionis non sufficiunt, sed actus etiam exteriores iuxta formam c. quanquam. de vsur. in 6. requiruntur.*
3 *Forma pœnitentiæ iuxta c. quanquam. de vsur. in 6. in vsurario quando requiratur. & num. 4.*
5 *Tempora non coniunguntur, vt idem crimen antea commissum etiam postea durare præsumatur.*

DECISIO CLXIX.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta ex rationibus in ea deductis, quibus non obstat simile de-1 ductum ex † vsurario manifesto, qui si testamentum fecerit, præstita Canonis cautione, & post testamentum etiam secreto vsuræ crimen committat, nullum erit testamentum, cum ex hoc constet, fictam fuisse pœnitentiam, & primum crimen nunquam dimisisse, sed in eo continuo perseuerasse, ex quo rediuit ad vomitum, iux. c. cons. Feder. de Sen. 7. quod licet in hoc pro singulari allegetur, tamen est doctrina communis Doctorum, in c. quanquam. de vsur. in 6. & ibi Geminn. §. omnes autem. nu. 7. Abb. nu. 15. & alij. Bal. in l. executorem nu. 71. C. de execut. rei iud. Bar. in c. de vsur. Franc. in rubr. de test. in 6. nu. 38. Abb. cons. 1. 10 fin. lib. 2. Couar. qui multos congerit, lib. 3. var. c. 3. nu. 9. vers. decimo, siquidem ista doctrina non applicatur ad casum no-2 strum, nam in vsurario manifesto Ecclesia non contentatur sola † pœnitentia, vel signis contritionis, sed requirit actus exteriores, & certam formam traditam in d. c. quanquam, vt bene animaduertit Franc. in d. rub. de test. num. 35. & hæc eliduntur, ex quo non obstante cautione vsurarius iterum redit ad vsuram, & rediuit ad vomitum: At in casu nostro non reperitur expressum, quod Ecclesia requirat certam formam 3 † cum contentetur solis signis contritionis, ex quibus tollitur infordescentia, nam ex petitione absolutionis, & alijs actibus ac signis pœnitentiæ excluditur illa 4 qualitas, quod animo † indurato, & in contemptum Clauium censuras sustinuerit, sine qua non potest dari infordescentia, vt in alia decis. deductum fuit.

Secundò supradicta doctrina Feder. & aliorum fundatur in eo, quod istud delictum semper durauit, & dicatur continuatum, quod in casu nostro non applicatur, quia infordescentia fuit interempta per absolu-5 tionem, & † tempora non coniunguntur ex deductis in dicta decisione, & faciunt tradita per Rebuff. in c. postulasti. nu. 151. de cler. excommun. minor.

Prout neque applicatur Cald. cons. 2. de hæret. vbi ille dicitur impœnitens, & ficte conuersus, qui negat confessionem criminis ab ipso factam, nam is negando cõfessionem videtur etiam negare absolutionem. Hic autem Letanus nunquam negauit confessionem, aut absolutionem, & licet crediderit recursus non fuisse illicitos, tamen illa credulitas non inducit præsumptiones fictæ pœnitentiæ ad effectum contemptus clauium, neque ad præsumendum pœnitentiam, ficta sufficit petitio absolutionis, quia illam potuit ad abundãtiorem cautelam petere, quod bonarum est mentiũ, vt dicit Card. in repetit. c. pependimus. col. pen. vers. quæro an ad probandum. de sent. excomm.

MANTICÆ.

Legionensis, Præstimonij, Merc. 15. Dec. 1593.

ARGVMENTVM.

Mandatum de immittendo in possessionem vigore subrogationis à Papa factæ, ei qui gratiose est substitutus, rectè conceditur.

SVMMARIA.

1 *Subrogatus gratiose vigore Pontificia gratia, in possessionem venit immittendus.*
2 *Nec ad hoc tenetur gratiam suam iustificare.*
3 *Mandatum de manutenendo non datur, nisi ei qui possidet.*
4 *Confessio partis aduersæ omnem probationem superat.*
5 *Eoque magis si sæpius est repetita.*
6 *Subrogatus immitti debet in possessionem, etsi antecessoris possessio vitio sit affecta. & num. 7.*
8 *Nemo possessione sua per sequestrum iudicis priuatur.*

DECISIO CLXX.

Placuit Dominis Ferdinando dandum esse manda-1 tum de immittendo in possessionem, vigore † subrogationis eidem à Summo Pontifice concessæ, quo ad possessionem Didaci de Trugillo. Satis enim constat eum decessisse in quasi possessione Præstimonij, de quo agitur, quod sufficit, exemplo hæredis, qui petit se immitti in possessionem bonorum defuncti, ex l. vlt. de edict. Diui Adri. toll.

2 Neque enim subrogatus gratiose tenetur † gratiam suam iustificare, quia nulli fit præiudicium irreparabile, Put. dec. 495. lib. 2. Caputaq. dec. 393. lib. 1. in manuscr. & fuit decisum coram bon. mem. Bubalo in Senensi, Canonicatus, 13. Maij 1588.

Possessio autem ipsius Didaci probatur, ex eo quod fuit ei concessum mandatum de manutenendo, quod quidem

3 quidem † non datur, nisi ei, qui posidet. §. retinendæ. Inst. de interd. & l. 1. & ib. Bart. in pr. nu. 1. & in §. interdum autem. ff. vti posidet.

Accedit etiam Confessio partis aduersæ, quæ supe-4 rat † omne genus probationis, l. generaliter. C. de non numer. pecun. l. 1. C. de confess. Rot. decis. 19. de rest. 5 spol. in Nouis. Præsertim, cũ talis confessio sæpe † fuerit repetita, Bart. in l. cum simus. C. de agric. & cens. lib. 11. Fel. in c. si cautio. num. 29. vers. fallit vltimo in confessione. de fid. instrum. Alex. cons. 115. nu. 7. lib. 4. Soc. Iun. cons. 8. nu. 70. lib. 2.

Non obstat, quod in dicta confessione dicatur, Di-6 daei possessionem esse de facto, & vitio † affectã, quia non impedit, quo minus Ferdinandus tanquam subrogatus debeat immitti, nam postea erit agendum an huiusmodi possessio esset vitiosa, & interim subrogatio debet suum effectum sortiri. Vnde subrogatus gra-7 tiose, quo ad possessionem † est immittendus, etiamsi econtrario dicatur possessionem antecessoris esse spoliatiuam, vt fuit resolutum coram Illustrissimo Plato, in Cesenatensi, Canonicatus die 5. Maij 1586. & coram Illustrissimo Perusino, in Astoricensi, Cappella-8 niæ. 26. Iun. 1589. Neque † sequestrum huic immissioni refragatur, quia eum sit factũ Iudicis authoritate, non priuabit Didaeum sua possessione, vt notatur in cap. examinata. de iud. glo. & Bart. in l. interesse. vbi Alex. nu. 4. dicit ita omnes sentire. ff. de acquir. posess. & tradit Cyn. Bald. Salic. & alij in l. 1. C. de prohib. sequestr. pecuniæ. & Canon. in c. 2. de sequestr. poss. & fruct. quod in sequestro necessario facto de mandato Iudicis Socin. Iun. aperte etiam sentit in consil. 68. numero 174. lib. 3.

PAMPHILII.

Barchinonensis, Beneficij, Lun. 19. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Possessor anterior in possessione sua est manutenendus.

SVMMARIA.

1 *Possessio instrumentalis alio in possessione non existente, valida est.*

2 *Possessio posterior clandestina, & turbatiua præsumitur.*

3 *Manutentio ei debetur, qui se non habuit pro spoliato.*

4 *Possessione sua nemo priuandus est, lite pendente.*

DECISIO CLXXI.

PRo informante, scilicet an dandum esset mandatum de manutenendo Philippo, de cuius anteriore posessione constat, ex instrumento illius adoptionis, quæ licet sit mere instrumentalis, tamen quia fuit 1 capta, alio non † existente in posessione, est manutenibilis. Rot. decis. 21. de rest. spol. in antiq. Bisign. decis. 8. eod. tit. non obstante posessione Michaelis, quæ 2 tanquam iunior, præsumitur † clandestina, & turbati-3 ua, & Philippo qui non habuit se pro spoliato, † debetur manutentio. Bart. in l. 1. §. interdum. nu. 2. & in l. si duo. nu. 2. ff. vti posid.

4 Ex hoc etiam non obstat, quod fuerit capta vigore mandati de immittendo ab A. C. relaxati, quia cum eius iustitia fuerit in controuersiam deducta, propter sufficientem .... Iurispatronatus laicorum, donec de ea cognoscatur lite pendente, Philippus non debet priuari sua posesione, sed in ea manuteneri. c. 1. vbi Abb. num. 4. de rest. spol. Dec. cons. 97. num. 1. Rot. decis. 497. nu. 2. lib. 2.

MANTICAE.

Gerundensis, Cappellaniæ Lun. 13. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.

Iuste possidens in sua possessione est manutenendus.

SVMMARIA.

1 *Possessor iustus in sua possessione est manutenendus. & num. 8.*

2 *Executor literarum Apostolicarum non potest cognoscere, stante in productis instrumentis decreto irritante, & clausula sublata,*

3 *Citatio requiritur, ad effectum, vt quis possessione sua priuetur.*

4 *Et quidem in causa monasterij, citatio capitulariter facta exigitur.*

5 *Factum Monachi extraiudiciale monasterio non praiudicat.*

6 *Mandatum non productum coram primo executore processum nullum reddit.*

8 *Possessio capta pendente termino ad tradendum possessori præfixo reuocanda est.*

DECISIO CLXXII.

PLacuit Dominis mandatum de manutenendo non esse concedendum Antonio, sed Abbati & Monachis ordinis S. Benedicti, quia non constat de iusta ip-1 sius Antonij, sed Abbatis, & Monachorum † possessione, tempore motę litis, vt requiritur §. retinendæ. vers. hodie. Inst. de interd. & l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possid. Nam cappellania de qua agitur, anno 1561. à fel. record. Pio IV. fuit vnita monasterio cum decreto irritanti, & clausula *sublata iudicibus aliter iudicandi & interpretandi facultate*, quæ quidem vnio suum etiam fuit sortita effectum, vt constat ex instrumento locationis huius Cappellaniæ ad terminum de anno 1590. factæ eidem Antonio. Vnde hæc Cappellania tanquam membrum ipsius monasterij, ab eodem abbate, & monachis vsque ad illud tempus sine dubio fuit possessa. gl. in clem. frequens. in verb. ad mensam. de excess. prælat. & in clem. 1. in verb. de mensa. de suppl. negl. prælat.

Neque obstat quod ipse Antonius fuerit postea immissus in possessionem dictæ Cappellaniæ, vigore sententiæ ad eius fauorem latæ, à Vicario Episcopi, tanquam executore literarum Apostolicarum, quia cum nomine Abbatis & Monachorum productæ fuissent literæ vnionis, cum decreto irritanti, & clausula *subla-2 ta* &c. executor † non potuit de validitate & nullitate dictæ vnionis cognoscere ex defectu iurisdictionis. Bart. in l. vltim. C. de canon. frum. vrb. Rom. lib. 1. Ruin. cons. 76. num. 9. vers. Et eadem intentio, lib. 5. Paris. consil. 5. num. 133. & consil. 38. num. 7. lib. 4. Put. decis. 50. num. 5. lib. 1.

Præterea cum ageretur de tradenda possessione, quę 3 erat apud Abbatem, & Monachos, ipsi † debebant legitime citari, c. licet Episcopus. de præb. lib. 6. & in c. literis de restit. spol. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. Bald. consil. 135. num. 1. lib. 2. Corn. cons. 257. nu. 12. lib. 2. Albens. cons. 67. in fin. & tamen non fuerunt 4 † Capitulariter citati vt requiritur glo. in c. si capitulo. in verb: factam. de concess. præb. lib. 6. Samb. dec. 8. incip. Compostell. & fuit decisum coram Reuer. patre D. Orano, in Auximana Terrarum. die 23. Ian. proxime præteriti.

Neque ad rem pertinet, quod per productionem mandati, factam à fratre Ioanne Suttierel, defectus citationis suppleatur, quia coram primo executore, qui 5 nulliter processit, non fuit † productum mandatum, 6 & quicquid à dicto fratre Ioanne factum fuit, † extraiudicialiter factum est.

Accedit etiam, quod possessio vigore executoria-7 lium ab Antonio fuit capta pendente † termino Monachis præfixo, ad tradendam possessionem, & ideo debet potius reuocari, quam confirmari, c. non solum. de appell. lib. 6.

Præsertim quia postquam ipse Antonius de facto, & nulliter possessionem apprehendit, Abbatem, & Monachos requisiuit, vt vellent sententiæ exequutoris parere, & quia Monachi non paruerunt, contra eos obtinuit declaratoriam, in qua rursus ei præcipitur, vt infra sex dies post factam intimationem possessionem dictæ Cappellaniæ Antonio traderet.

Ipsi

Ipsi verò Abbas & Monachi ad Sedem Apostolicam appellarunt.

8 Ex † quibus manifeste apparet, ipsum Antonium se non habuisse pro possessore, sed ipsum Abbatem & Monachos possessores constituisse cui consequens est vt mandatum de manutenendo eidem Antonio non debeat concedi, sed Abbati, & Monachis quos ipsemet Antonius fecit possessores. Cou. pract. q. c. 17. nu. 3.

MANTICÆ.

Narniensis, Beneficiorum, Merc. 30. Octob. 1602.

ARGVMENTVM.

Gratia concessa prouiso quomodo iustificata probetur ad effectum, vt ei concedatur mandatum de immittendo.

SVMMARIA.

1 *Possessio continuata præsumitur, vsque ad diem resignationis nisi amissio probetur.*
2 *Resignatio beneficij quomodo probetur.*
3 *Testes de certa scientia, & visu deponentes probant.*
4 *Beneficium sine cura esse de iure præsumitur.*

DECISIO CLXXIII.

AD dubium, An gratia Iacobi sit iustificata, ita vt ei sit dandum mandatum de immittendo, fuit ipso tantũ Iacobo informante affirmatiue responsum. Nam de existentia beneficiorum in gratia contentorũ deponunt testes super 5. articulo, quod eadem beneficia fuerint possessa per Attilicinium, resignantem, probant iidem testes super eodem articulo, & conti-
1 nuatio vsque ad diem † resignationis præsumitur,
2 † nisi probetur amissio. Bart. & alij in l. siue possidetis.
3 C. de probat. Resignatio probatur † ex consensu præstito per Attilicinium, à tergo literarum prouisionis, de quo in processu, fol. 14. Non excessum valoris expressi probant iidem testes, super 7. art. deponentes de certa scientia, sicut etiam probant presbyteratum super 2. art. reddentes cõcludentem causam scientiæ quia viderant Iacobum celebrare, & quia fuit Parochus
4 per plures annos. Quod beneficium sit sine cura † non est probandum, cum id de iure præsumatur. Aegid. decis. 675.

Publicatio resignationis est in processu fol. 23. à tergo.

LITTÆ.

Mutinensi, Canonicatus, Merc. 27. Mart. 1602.

ARGVMENTVM.

Possidens in sua possessione est manutenendus, non obstante, quod renunciatio, cuius vigore fuit immissus, effectum non fuerit ex parte resignantis antecessoris sui sortita.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum probationem facit probatam. & nu. 2.*
3 *Resignans beneficium facto proprio à possessione sua cecidisse præsumitur.*
4 *Licet permutatio, ob quam resignauit, effectum non sit sortita.*
5 *Immissionem in possessionem petens eam prius amisisse censetur, & num. 7.*
6 *Possessio ciuilis solo animo amittitur.*
8 *Iudex tradendo possessionem in qua alius existit, possessorem ea priuare non dicitur.*

DECISIO CLXXIV.

CVm ex instrumento publico, quod probationem
1 probatam † facit, vt omnibus notum est, constet de possessione Bernardi, de tempore motæ litis ei propterea concedendum esse mandatum de manutenendo censuerunt Domini, per text. in §. retinendæ. Inst. de interd. Alex. cons. 136. num. 10. vers. sed ad hoc. eod. lib. cons. 88. nu. 7. lib. 5. Soc. sen. cons. 54. num. 15. lib. 4. Couar. prac. q. c. 17. nu. 5. vers. sic sane, qui loquitur in terminis, etiam simplicis detentionis, & mouetur per text. in l. Attilius. vbi Castr. hoc notat. ff. de donat. & in l. officium. ff. de rei vend. quarum legum ratio est, quia interdum hoc proprie competit, pro cõseruatione status illius rei, qui erat de tempore motæ litis, vel paulo ante, & ita fuit decisum in causa Ciuitatis Castellæ, bonorum, coram Reuerend. Patre D. meo Pamphilio, & in alijs pluribus causis.

Nec impediri potest talis manutentio prætextu anterioris possessionis Annibalis Boilli, siquidem ab ea
3 cecidit facto proprio, hoc est, † per resignationem in manibus Sanctissimi factam, ex causa permutationis ad fauorem D. Bernardi, iuncta apprehensione facta per ipsum Bernardum, seruatis seruandis in executione dictæ permutationis.

Nec facit, quod dicta permutatio suum non fuerat
4 sortita effectum respectu † parochialis, quam Bernardus obtinebat, & ex causa eiusdem resignationis resignauerat in manibus Sanctissimi ad fauorem Annibalis, ad decis. Put. 158. lib. 3. cum alijs allegatis, tum quia respectu naturalis possessionis dubitari non potest, de effectuatione dictæ permutationis, cum Annibal de facto possessionem occupauerit Parochialis, & bona locauerit, vt patet in instrumento publico in actis producto, quod rem manifestam facit, tum etiam quia deinde nouam pensionem respectu huius Canonicatus impetrauit, cuius vigore petijt & obtinuit se in possessionem illius immitti, ex quibus clare colligitur,
5 † quod prius sua possessione fuerat à se abdicata, seque vere post dictam resignationem pro non possessore habuerat, ad decis. Put. 419. in fin. lib. 2. cum alijs hic allegatis per Informantes pro Bernardo. Et facit, quia
6 ciuilis † possessio solo animo amitti potest, l. 1. §. in amittenda. ff. de acquir. possess. Bart. in l. certi condictio. §. fin. nu. 1. ff. si cert. petat. Natt. cons. 398. num. 47. lib. 2. & in terminis, de eo, qui petijt immissionem
7 † quod censeatur antiquam amisisse, fuit decisum in causa Bononiensi, de Pepulis. 16. Mart. 1588. coram nunc Illostrissimo Mantica, & die 11. præsentis mensis, & anni, in causa Dercutensi, Parochialis coram Reuer. patre D. meo Ludouisio.

Nec noua possessio capta Iudicis authoritate per Annibalem, in executionem supradictæ suæ nouæ prouisionis habet obstare Bernardo petenti manutentionem, ea ratione, quia vbi Iudex tradendo alicui posses-
8 sionem in qua alius existit, nulliter, † vel iniuste procedit, non priuat ipsum possessorem sua possessione. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commun. nu. 60. & seq. ff. de acquir. poss. Bal. cons. 135. num. 2. lib. 2. & fuit decisum in vna Penensi, & Adriensi Beneficiorum, 4. Iul. 1584. coram Reuerend. patre D. meo Seraphino, & alias sæpe.

Vnde Iudex deputatus in literis supradictæ gratiæ nouæ possessionis Annibalis, dum non iustificata narratiua dictæ gratiæ per ipsum Annibalem, mandauit immitti in possessionem Canonicatus, de quo agitur, quod tunc possidebatur per Bernardum nulliter & de facto dicitur processisse, vt alias fuit resolutum, in causa Onetensi Beneficij de Ables. 8. April. 1598. corã Reuer. patre D. meo Lancelloto, & in Illedensi pensionis 13. Non. eiusdem anni coram bon. mem. Orano, ideo
9 Bernardum nõ † priuauit sua possessione, in qua propterea venit manutenendus ex supra dictis.

GYPSII.

Cæsaraugustana, Pensionis. 10. Ian. 1589.

ARGVMENTVM.

Possessio, vel quasi, exigendi pensionem reseruatam, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo non requirit titulum.*
2 *Et hoc procedit, etsi contra eum qui nunquam soluit agatur.*

3 *Instru-*

3 *Instrumentum respiciens fauorem confitentis, an pro eo probet.*
4 *Maxime si confessio est verisimilis, & pluries repetita, & num. 6.*
5 *Verisimilitudo confessionis ex quibus præsumatur.*
7 *Nemo suum iactare præsumitur.*
8 *Instrumentum vnicum pro pluribus terminis decursis fieri potest.*
9 *Mandatum pro terminis decursis à tempore motæ litis datur.*

DECISIO CLXXV.

Didacus Ortal aduersus modernum possessorem Prioratus Ecclesiæ Cæsaraugustanæ petebat manuteneri in quasi possessione exigendi pensionem sibi per fel. record. Pium IV. de anno 1562. reseruatam super fructibus dicti prioratus, & ad docendum de sua quasi possessione produxerat nonnulla instrumenta quietantiarum factarum alijs Prioribus, quod sufficere dicebant, cum in † mandato de manutenendo non requiratur titulus, Mohed. decis. 153. & fuit decisum coram me in vna Regiensi reseruationis fructuum, 6. Iun. 1586. etiamsi † agatur contra eum, qui nunquam soluit. Put. decis. 151. lib. 3.

Econtrario obijciebatur, huiusmodi instrumenta nihil releuare, quia continent solum confessionem de recepto facta absentibus Prioribus, & consequenter fauorem † confitentis respiciunt, cum tendant ad aliũ obligandum l. inter chartulas. C. de conuen. fisci deb. lib. 10. Dd. in c. si cautio. de fid. instrum. Soc. iun. cons. 57. num. 9. lib. 2. alias aperiretur via fraudibus, vt animaduertit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. num. 81. sed pro responsione dixerunt Domini, prędicta locum sibi vendicare, quando † confessio est admodum verisimilis, per ea, quæ in simili tradit Tiraq. in l. si vnquã, verb. donatione largitus, num. 100. cum seq. C. de reuoc. donat. Aym. cons. 40. Mohed. decis. 202. Verisimilitudo hoc casu satis deprehenditur, ex eo, quod Didacus habet † reseruationem pensionis claram, & expeditam, contra quam ad hunc effectum nihil opponi potest, quod releuet. Verall. decis. 321. part. 1. Confessiones sunt plures, † diuersis personis successiuis temporibus cum iuramento coram diuersis factis & adsunt testes, qui publice audiuerunt Didacum huiusmodi pensionem pacifice exegisse, & ex redditibus vixisse, & etiam quia summa est notabilis. Idcirco nõ est præsumendum, Didacum voluisse † iactare suum, ad l. cum de indebito. de probat. nam non potest dubitari, quod dictæ confessiones sibi præiudicarent, si vellet hodie tot terminos decursos exigere. l. pecuniæ, vbi Bal. C. de solut. l. quidam. de const. pec. cum sim.

Hic postremo accedat, quod stylus illarum partium est, vt de pluribus † terminis decursis, & solutionibus factis, vnum postea fiat instrumentum.

Ideo fuit conclusum, † dandum esse mandatum pro terminis decursis, à die motæ litis, ad quos Didacus pro nunc se restrinxerat.

GYPSII.
Eadem. 15. Maij 1589.

ARGVMENTVM.
Mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensiones reseruatas, etiam pro terminis decursis ante litem motam, recte dari concluditur.

SVMMARIA.
1 *Mandatum de manutenendo in possessione exigendi pensiones decursas, datur. & num. 6. & 7.*
2 *Non obstante clausula, sine retardatione solutionis pensionis.*
3 *Papa ius alicui quæsitum auferre non præsumitur.*
4 *Nisi de eo specialis mentio fiat.*
5 *Facta multa tenent, quæ à principio prohibentur.*

DECISIO CLXXVI.

IN eadẽ 15. Maij, dicti anni voluerunt Domini dandum esse mandatum de † manutenendo, Didaco etiam pro terminis decursis ante motam litem: quoniam licet in Commissione appellationis non fuerit apposita clausula † *sine retardatione solutionis pensionis*, nihilominus ex hoc infertur † quod Papa voluerit Didaco auferre illud ius quod sibi de iure communi competit. Nam per commissiones † nunquam censetur sublatum ius quæsitũ, nisi de eo specialis fiat mentio. Sarn. in reg. de non tollend. iure quæs. quæst. 1. & sic tolluntur ea quę dicuntur quod Commissio fuit admissa absque dicta clausula *quasi*, quod multa facta teneant, † quæ à principio fieri prohibeantur, iuxta not. per Ias. in l. patre furioso, in 5. notab. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Cott. in memor. in verb. appellari non licet. il prim.

Non † obstat, quod pro terminis decursis ante motam litem non possit dari mandatum de manutenendo, quia Rota tenet contrarium, Paleott. decis. 335. & fuit decisum in vna Perusina, coram Reuer. patre D. Plato distinguendo inter pensionem, & alios fructus, propterea non est insistendum.

GYPSII.
Bobiensis, Canonicatus, Lun. 27. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.
Mandatum de manutenendo possessori beneficiorum dandum est.

SVMMARIA.
1 *Mandatum ei qui tempore litis possidet, recte datur: Secus si possessio vitio sit affecta. & num. 3.*
2 *Consuetudo capiendi possessionem beneficiorum vacantium non habet locum in beneficijs reseruatis.*
4 *Vacationem in mense reseruato contigisse, sufficit, vt reseruatio effectum sortiatur.*

DECISIO CLXXVII.

FVit conclusum, mandatum de manutenendo in possessione beneficiorum, de quibus agitur dandum esse D. Cæsari Melchioro, cum de † ipsius possessione tempore motæ litis ex deductis satis constet, iuxta notat. in §. sed hodie. Inst. de interdict. Capu iaq. decis. 198. part. 2. cum concordant.

Nec refragatur anterior possessio Canonicatus, capta per Ioannem Franciscum, vigore consuetudinis optandi Canonicatus Bobiensis, quia huiusmodi consuetudo † non procedit in beneficijs reseruatis Cassad. decis. 4. de concess. preb. Mohed. decis. 292. Verall. decis. 363. p. 1.

Quod autem dicta Beneficia essent reseruata, non videtur dubitandum, cum per obitum Ioannis Bartholom. Lucc. vacarunt in mensem Augusti, qui vnus ex istis mensibus reseruatis. Quo fit, vt possessio d. Ioannis Francisci sit infecta † & consequenter non manutenibilis, Cassad. decis. 1. de rest. spol. Put. decis. 180. lib. 1. nisi ipse probaret Episcopum accepisse, vt dixerunt Domini, in vna Canonicensi Decanatus coram Reu. patre D. Orano, die 20. Maij 1587.

Ex his etiam constat, possessionem Cappellaniæ, quam Angelus Maria, mediante prouisione Episcopi accepit nullius esse momenti, † stante reseruatione, quæ licet non sit super certo tempore beneficij, tamen sufficit, probatam esse vacationem in mense reseruato, Sarn. in reg. de triennali. q. 44. Simonett. quæst. 40. Put. decis. 290. lib. 3.

LITTÆ.
Carpentoratensis Archidiaconatus, Ven. 19. Ian. 1599.

ARGVMENTVM.
Mandatum de manutenendo dandum est, si de possessione instrumentali ex actis constat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessio valida, & legitima censetur, vbi de ea ex instrumento constat, & est capta, alio tn ea non existente.*

DECISIO CLXXVIII.

Domini resoluerunt D. Bernardo dandum esse mandatum de manutenendo, nam ex actis con-
1 stat de eius possessione instrumentali, † quam suscepit alio non existente in possessione. l. prædia, de acqu. poss. Rot. in decis. 102. nu. 3. p. 1. & fuit decisum in alia Parmensi, prioratus, 5. Iun. præteriti, coram Reu. Patre D. Corduba.

LANCELLOTTI.

Auriensis, Parochialis de Pao, Lun. 17. Apr. 1600.

ARGVMENTVM.

Instrumento publico possessio ad effectum manutentionis, non probata anteriori possessione, recte probatur.

SVMMARIA.

1 *Possessio ex publico instrumento probatur.*
2 *Mandatum de manutenendo ad instar retinenda interdicti ei datur, qui tempore mota litis possidet.*
3 *Citatio partis aduersa in actu præsentationis non est necessaria, & cur. & num. 4.*
5 *Iudex non citato possessore, possessionem alij adiudicans, possessorem non dicitur spoliare.*
6 *Clausula, parito Breui, arbitrio Rota, manutentionem nõ impedit, nec ex illa reuocanda est possessio Cameræ.*
7 *Breue Apostolicum licet non sit iustificatum, possessio Camera non impeditur.*

DECISIO CLXXIX.

Cum constet de possessione Cameræ capta ab eius procuratore die 2. Iun. 1593. ex publico instru-
1 mento, quod bene probat † possessionem etiam ad effectum manutentionis, non probata anteriori. l. prędia & ibi Bar. Alex. & alij. ff. de acq. poss. l. non idcirco. & ib. Bal. C. de fid. instr. Put. decis. 360. num. 8. lib. 1. & fuit pluries decisum. Domini dixerunt ei dandum esse man-
2 datum de manutenendo, † quod ad instar interdicti retinendæ datur ei, qui possidet de tempore motæ litis, §. retinendæ. & ibi Ioan. Fab. num. 16. Instit. de interd. l. 1. §. huius autem. & ibi. Bart. num. 2. & 14. ff. vti possidet. Couarr. pract. quæstion. cap. 17. num. 5. cum vulg. Quamuis enim tunc non fuerint citati Ludouicus Cordeniga, nec Franciscus Soar. à prætensis pa-
3 tronis † præsentati, inter quos pendebat lis super hæc parochiali, tamen non erat necessaria ipsorum citatio, tum quia nullus ex ipsis possidebat, & possessio erat vacua, vt in causa Ticinensi, Canonicatus, coram Paleotto, de qua impress. decis. 696. part. 3. lib. 3. tum etiá, quia nullus ex eis comparuerat, nec constabat de ali-
4 quo † illorum interesse. Neque obstare possessionem posteriorem Francisci de ordine Iudicis captam, quia
5 cum † Iudex nulliter processerit non citato possessore, illum sua possessione non priuauit, Angel. in l. clam possiden. §. qui ad nundinas. num. 2. in fi. ff. de acquir. possess. & fuit decisum in causa Penensi, & Auriensi beneficiorum, 4. Iul. 1598. coram Reu. patre D. Decano, & alias sæpe.

Neque obstare, quod causa fuerit commissa in Rota, cum clausula *parito Breui arbitrio Rota*, ita vt alias propter. . . . qui dabatur Iurispatronatus, visum fuerit aliquantum in illis vlteriori, executione supersedere,
6 quia hoc non impedit † manutentionem, neque ex d. clausula *arbitrio Rota*, reuocanda est possessio Cameræ, vel ei præiudicando circa suam possessionem, & tanto magis, quia detectæ deinde fuerunt nullitates, testium examinatorum super probatione Iuris patronatus.

7 Neque etiam obstare, quod † Breue non fuerit coram A. C. sufficienter iustificatum, quia hæc & alia quę deducuntur, erunt discutienda in progressu causæ, neque interim est impedienda possessio Cameræ.

LANCELLOTTI.

Romana, Domus fratrum S. Andreæ. Ven. 5. Nouemb. 1599.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedendo possessorem possessione sua non deijcit.

SVMMARIA.

1 *Iudex nulliter procedens possessorem possessione sua non spoliare dicitur.*
2 *Possessione sua non dicitur spoliatus, qui pro spoliato se non habuit.*
3 *Iudex ex quibus nulliter processisse præsumatur.*
4 *Consilij Iason. 187. lib. 2. intellectus.*
5 *Possessio propria authoritate capi potest.*
6 *Iudex quando aditus est, ad viam facti non recurritur.*

DECISIO CLXXX.

Licet fratres S. Andreæ fuerint immissi in possessionem de mandato Iudicis, tamen Paulus nõ ami-
1 sit suam possessionem, cum Iudex † rite & recte non processerit, Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas. nu. 2. in fin. ff. de acq. poss. & fuit decisum in causa Penensi & Auriensi beneficiorum, 4. Iulij 1584. coram Reuer. Decano, & in alijs pluribus causis, & ideo cum
2 executio fuerit turbatio, & Paulus non † habuerit se pro spoliato, Domini censuerunt esse manutenendum eũ in sua possessione, iuxta dec. Put. 419. lib. 2. cum sim.

3 Quod autem non fuerit iuridice † processum, apparet ex eo, quia fuit pronunciatum domum esse deuolutam & fratres esse redintegrandos, à qua sententia cum daretur appellatio, ratione mixtionis, vt per Ias. in cons. 187. lib. 2. & fuit tentum in causa Beneuentana deuolutionis. 6. Nouembr. 1587. coram bon. mem. Orano, non potuit Iudex appellatione pendente procedere ad illius executionem.

4 Non obstat quod consiliũ Iasonis † procedit, quando fuit actum principaliter super caducitate, quia canonizata deuolutio, vt patet ex illis verbis sententiæ, *& propterea redintegrandos*.

Et tamen ad hunc effectum satis est, quod exprimatur causa, quæ habet implicationem cum petitorio, vt fuit resolutum in causa Tiburtina, Castri Sambuci, 2. Iul. 1577. coram Sanctissimo Domino Nostro, & in Recanatensi, bonorum, 26. Iun. 1587. coram Reueren. patre D. Pamphilio.

5 Non obstat, quod potuerit capi possessio † propria authoritate, quia quando prætenditur deuolutio ob lineam finitam, contrariam opinionem sequuta est Rota, vt per Peregr. decis. 73. lib. 1.

Et hic cessat difficultas, quia fuit aditus Iudex, quo
6 casu non potest recurri ad † viam facti, Ias. in l. 2. C. de iur. emphyt. Capic. in decis. [illegible]9. nu. 9.

GYPSII.

Romana, Pecudum, Vener. 24. Apr. 1598.

ARGVMENTVM.

Merces tam præsentes, quàm futura, an & quando sub generali obligatione bonorum veniant.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca generali omnium bonorum an merces tam præsentes, quam futura contineantur. & num. 2.*
3 *Ratio dicti quod non contineantur.*

DECISIO CLXXXI.

In Causa Romana maior pars D. recedendo à priori decisione tenuit sententiam A. C. vt iniustam, esse reuocandam, quoniam licet in obligatione generali
1 bonorum, secundum magis communem † opinionem veniant merces venales, tam præsentes, quàm futuræ nisi fieret dispositio de rebus existentibus in certo loco. Bart. per illum text. in l. generali. §. viam. ff. de vsufruct. leg & in l. si constante, in 3. q. 3. part. princ. vers. si vero sequitur. nu. 73. & ibi addentes in verbo, merces, & Alex.

& Alex.nu.17.sol.matrim. Iacob. de Aren.Cyn.Bal. & alij in l.vbi adhuc.C.de iur.dot, Neguſ.tract.de pign. in 2.memb.2.part. princ.in 5.ampliat.nu.14. Pinell. in rubr.de bon.matern.in 1.part.in pr.nu.46. Nam vt inquit Bald. quem multi ſequuntur in l.eum tabernam, in reportatis antiquis. de pign. ſicut debitor fuiſſet obligatus vendere prædictas merces, ita in generali obligatione venire debent, l.obligatione generali. de pign.ſequitur Alex.vbi prox. verſ.& iſtud expreſſe.

2 Nihilominus hæc concluſio declaratur, non † procedere in grege, ac ceteris mercibus alienatis, antequam motum ſit iudicium, vel mota actio hypothecaria, hoc enim caſu huiuſmodi res abſque vlla obligatione in emptorem tranſire firmant Scribentes, cõmuniter, Bald. in l.vbi adhuc. & in l. eum tabernam. Alex.in d.l. ſi conſtante. & ib.Grat.in 2.lect.num.139. & ſeqq.Rip.in l.1.nu.8.de pign, Neguſ. præd.loc.nu.23.Gomes.§.item Seruiana.nu.22.Inſt.de action; Couarr.var.reſol.lib.2.c.5.nu.2. Put.deciſ.287. lib.2.

3 Et ratio eſt, quia dictæ merces † perpetuo non erāt apud debitorem permanſuræ, ſiquidem emuntur, & venduntur. Ideo ſecundum naturam, & conſuetudinem rei ſubiectæ, ſcilicet, mercium, cenſetur inter partes actum vt libere vendi, ac permutari poſſint, vt poſt Rom. & alios animaduertit Bal. Nouell. in l. ſi conſtante. num.73. per textum in l.debitor. in fin. de pignor. & cum iſta opinione tranſeunt etiam Dd. ſupra relati, in d.l.vbi adhuc.& dicunt Cyn.Baldus num.19. quod ſi aliter diceretur, ſequeretur maximum abſurdum, quod impediretur commercium commune.

P E N I Æ.

Præneſtina, Caſtanearum, Lun.15.Dec.1597.

A R G V M E N T V M.

Dies decem ſingulis annis vigore Calendarij Gregoriani detracti, in annuis & menſtruis præſtationibus de nouo adijciendi ſunt in fine cuiuslibet præſtationis.

S V M M A R I A.

1 *Papa non præſumitur alicui præiudicium facere voluiſſe.*

2 *Caſus ſimiles in quibus eadem militat ratio, in conſtitutione licet non ſint expreſſi, comprehenſi tamen in ea dicuntur.*

3 *Tempus alicui à principe præter ordinem ablatum, ei eſt reſtituendum.*

4 *Reductio anni ſolaris à Gregorio Papa facta, abſque præiudicio anteriorum obligationum intelligenda eſt.*

D E C I S I O CLXXXII.

IN monte de S.Vito, poſtquam ſingulis annis Nobiles Romani de Capranica collegerunt caſtaneas, incolæ oppidi de S.Vito habentes ius quoddam paſcendi, conſiſtens in Ruſpo, quod eſt illud, quod remanet pro derelicto, poſtquam caſtaneæ fuerunt collectæ, ſoliti ſunt in die feſtiuitatis omnium Sanctorum, immittere porcos in eum montem, ad paſcendum ruſpum, & inibi permanendum per vnum, duos, vel tres dies, cum iam eo tempore caſtaneæ ſint collectæ per Dd. de Capranica.

Cum verò collectio caſtanearum fieri ſoleret per totum menſem Octob. & Domini de Capranica propter conſtitutionem Fel. record. Gregorij XIII. ſuper noua Calendarij reſtitutione, edita Anno 1581. prætenderent ſibi annuatim addendos decem dies in fine menſis Octobris, ad caſtaneas in d.menſe colligendas, propter verba d.conſtitutionis in §. ne vero, quæ ſic habent: *Ne verò ex hac noſtra decem dierum ſubtractione alicui, quo ad annuas, vel menſtruas præſtationes, præiudicium fiat, partes iudicum erunt, in controuerſiis, quæ ſuper hoc exortæ fuerint, d.ſubtractionis rationem habere, addendo decem alios dies, in fine cuiuslibet præſtationis.*

Contrarium verò prætenderent Incolæ de S.Vito, dato dubio, an eſſet locus dictæ conſtitutioni, Rota cēſuit, ei fuiſſe locum, ad fauorem DD. de Capranica, quia licet in conſtitutione exprimantur duo tantum ſtatus annuæ, vel menſtruæ præſtationis, noluit tamen Papa excludere alios caſus, habentes eandem rationē,

1 cum non præſumatur † alicui voluiſſe præiudicare, c. quamuis, de reſcr. lib.6. & conſequenter ſimiles caſus,

2 in quibus eſt eadem † ratio, non extenſiue, ſed comprehenſiue dicuntur in conſtitutione comprehenſi, Rimin. Iun. conſ.4.nu.9. & ſeq. lib.1. & ideo decē dies per nouam Calendarij emendationē dempti de menſe Octob. regulari debent eodem modo, quo præſtationes annuæ, vel menſtruæ, ita, vt ſicut in illis, quolibet anno reſtituuntur decem dies, ita in hoc caſu Dd. de Capranica, qui ante Calendarij emendationem tenebantur dimittere Ruſpum. Calend. Nouemb. non teneantur dimittere, niſi die 10. Nouemb.

3 Supradictis accedebat, nam tempus quod † alicui à Principe aufertur præter ſolitum, & ordinem conſuetum eidem reſtituendum eſt, cum ſibi præiudicari non debeat. l.etſi per Prætorem. Vbi Alber. & Bald.ff. ex quib. cauſ. maior. & eo magis, quia incolæ S.Viti agebant de lucro captando, cum per iſtam præoccupationem vltra Ruſpum caſtaneas etiam, quæ non ceciderunt, habuiſſent, & propterea dixerunt etiam DD. quod non tantum ſemel, ſed toties, quoties læſio contingere poterat, erat facienda inſtauratio. l.nec non. §. ſi quis ſæpius.ff.de fer.

Nec ſupradictæ deciſioni obſtabat, quod per conſtitutionem Gregorij annus ſolaris fuerit reductus ad verum & naturalem curſum, quia licet id ſit verum, debet tamen intelligi, vt in ea exprimitur, ſine præiu-

4 dicio † anteriorum obligationum, ideoque debet fieri reſtitutio decem dierum.

Præterea non obſtabat, quod non ageretur de obligatione certorum dierum, ſed de immiſſione ſingulis annis facienda in Feſto omnium Sanctorum, quia dicebatur, quod cum propter correctionem Calendarij feſtum omnium Sanctorũ anticiparetur ſingulis annis per 10. dies, ex iſta anticipatione poterat contingere, vt non reſultaret idem effectus, hoc eſt, quod in hoc caſu propoſito in die omnium Sanctorum nondũ omnes caſtaneæ eſſent maturæ, ex quo cum præiudicium Capranicenſibus poſſet cum lucro incolarum S. Viti inferri, ideo ſubueniendum eis fuerat, iuxta formam traditam à conſtitutione, in annuis & menſtruis præſtationibus, addendo videlicet decem dies.

S E R A P H I N I.

S A L V I A N V M I N T E R D I C T V M.

Romana Vineæ, Venet. 26. Iun. 1598.

A R G V M E N T V M.

Interdictum Saluianum an pro tacita hypotheca competat, & num bona emphyteutica in generali obligatione bonorum comprehendantur.

S V M M A R I A.

1 *Bona paterna tacite obligata ſunt pro adminiſtratione bonorum filiorum.*

2 *Hypotheca tacita etiam bona poſt adminiſtrationem bonorum filiorum acquiſita, comprehendit.*

3 *Saluianum interdictum pro tacita hypotheca competit.*

4 *Bona emphyteutica in generali bonorum obligatione continentur.*

5 *Hypotheca generalis non continet bona emphyteutica expreſſe prohibita alienari, & hypothecari.*

6 *Laudemium domino directo non ſoluitur pro re hypothecanda.*

7 *Dominus in totali alienatione rei emphyteuticæ conſenſum ſuum præſtare tenetur.*

8 *Clauſula, ad habendum, vis.*

9 Deno-

9 *Deuolutio per alienationem intrat.*
10 *Caducitas propter expressam prohibitionem alienationis inducitur. & num.11.*
12 *Res ad dominum libera redire debet. & num.13.*
14 *Emphyteusi soluta omnes obligationes resoluuntur.*

DECISIO CLXXXIII.

PRætendens D.Franciscus de Matchis se esse creditorem Ioannis patris ratione malæ administrationis bonorum suorū aduentitiorum, in notabili quantitate, post illius obitum egit Saluiano interdicto, aduersus D.Propertium Fontanellam, possessorem cuiusdam vineæ, quæ fuerat in bonis D.Ioannis, & fuit ad instantiam creditorum D.Ioannis subhastata & deliberata Leonardo Deto, & tādem peruenerat ad manus D.Propertij fuerat autem hęc vinea habita ab authore Ioānis in emphyteusio, à D.Hieronymo de Cuppis,cum decreto, *quod nunquam possit tenementum illud, neque melioramenta in eo facienda vendi, neque obligari, hypothecari, pignorari, & in solutum dari, cedi, nec in dotem dari, aut alias alienari quouis alienationis titulo, largo modo sumpto vocabulo, sine expressa licentia, & consensu prafati D. Hieronymi, eiusque haredum, ac successorum, & causam ab eis habentium, & soluto laudemio soluto & consueto,* prout in instrumento latius continetur.

Allegabatur autem pro parte D.Francisci, bona paterna ex Iuris communis dispositione esse † obligata, & tacite hypothecata pro administratione bonorum filiorum, l.cum oportet.§.fin. C.de bon. quæ lib. Soc. consil.34.nu.13.lib.1. Neguf.de pign.4.memb.2.part. num.13.& fuit resolutum coram Reuer.patre D.meo Orano, 8.Iun.1584. ideoque præfatam vineam, quæ erat in bonis Ioannis comprehendi sub eadem tacita hypotheca generali, quæ capit † etiam bona post administrationē acquisita.l.fin. C.quæ res pign.obl.poss. Ex quo sequitur,dari interdictum Saluianum,ad glo. in l.1.de Salu.interdict. Arer.in §.item Seruiana.nu.8. Instit. de act. cum alijs. Et in specie quod pro tacita † hypotheca competat Saluianum, decidit Rota in causa Romana de Comitibus,coram Sanctissimo Domino nostro, 27.Maij 1581. Gabr. cons.44. nu.1.& 2. lib.2.Menoch. de rem.adipisc.5.num.31.atque esse in confesso ex iuris dispositione bona emphyteutica cōprehendi in generali bonorum obligatione. l.lex vectigali.de pign.l.tutor.§.fin.de pign.action. Neguf.de pign.2. membr.2.part. nu.28.eo maxime,quia est notorium hæreditatem Ioannis non esse soluendo. Corn. cons.157.col.fin.lib.4. Gabr.conclus.1. num.33.de fideiuss. Caputaq. dec.273.part.2.

His tamen non obstantibus Domini censuerunt in casu,de quo agitur, non habere locum Saluianum interdictum, nam hypotheca quantumuis generalis, nō comprehendit † bona emphyteutica expresse prohibita alienari, & hypothecari, iuxta doctrin. Bart.in l.codicilli.§.institutio.nu.5.de leg.2. Alex. in l.si constante.num.26.solut.matrim.& consil.168.nu.8.lib.2. cum alijs late deductis in vna Romana domorum, coram Illustriss. Lancellotto, quæ habetur in impress. Diuers. lib.1.decis.426. vnde cum non adsit super ista vinea hypotheca expressa,neque tacita,non etiā competit Saluianum.

Neque huic conclusioni obstat executio considerata, & primo quod prohibitio contenta in instrumento cessionis sit apposita ad effectum tantum solutionis laudemij, non autem ad impediendum absolute omnem hypothecam, quia hoc nō potest applicari ad casum istum, cum pro re † hypothecanda non soluatur Domino directo laudemium, & ideo prohibitio obligationis & hypothecæ non potest dici facta contemplatione solutionis laudemij.

Neque obstat,quod dicitur emphyteusin fuisse perpetuam cum clausula *ad habendum, tenendum, &c.* ex quo sequitur, Dominū directum obligatum fuisse præstare consensum, quoties de eo requisitus fuisset. Verum neque hæc ratio potest applicari casui,de quo agitur,aliud enim est quærere,an Emphyteuta volēte rem emphyteuticam obligare, dominus cogatur consensum præstare, aliud vero, an consensu non præstito intret hypotheca stāte prohibitione. Nam dato,quod sine veri præiudicio illud concedatur, non ideo sequitur sine consensu quæsitam fuisse hypothecam, & ad hoc facit optime cons.Bero. ecōtrario allegatum,127. num.11.& 19. & 20. vbi vult, quod debet concurrere voluntas hypothecantis. Et licet teneat rem hypothecatam donati posse,ante obtentum consensum Domini directi, tamen illum requirit ante rei traditionem, sed & verius est,dominum non teneri præstare consensum obligationi, nam hoc pactu, si deuolueretur ad Dominum, transiret cum suo onere, in manifestū præiudiciū suum, vt habetur in decis. Guid.Pap.15.econtrario allegata,vel etiam euenire posset,vt propter diuersos creditores habentes hypothecam res ipsa distraheretur, & diuideretur in plures partes,in manifestum præiudicium proprietarij. Vnde quod dicitur, Dominum teneri ad præstandum consensum, procedit † in tali alienatione integræ rei, tum enim hoc potest fieri, sine præiudicio Domini, cum mutetur tantum persona emphyteutæ.

Neque etiā illa clausula ad habendum † potest operari distractionem pacti expressi, maxime cum sit limitata per illa verba, *prout de iure fieri permittitur.* Et hoc etiam quia de eius natura est, vt non ampliet,neque alteret principalem dispositionem, Fel. in c.licet in corrigendis.num.7.ad fin.de off.ord. Dec. cons.195. col.pen.vers. secundo diligenter. Aym.cons.20.nu.15. & fuit decisum in causa Casalis Marciliani,coram me, quæ è contrario allegatur, & semper intelligitur de clausula secundum naturam contractus, & sic licet nō fuerit in illa prohibitione apposita pœna deuolutionis, & dato etiā, quod deuolutio nō veniret ex legis dispositione, cuius contrariū verius est, cum prohibitio sub vno,& eodē contextu cōtineat omnem alienationem, & certū est quod per alienationem † intret deuolutio, vnde locū habet regula, l.nā hoc iure.de vulg.nō ideo tamen efficitur, quin prohibitio impediat hypothecā.

Non obstat † decisio in d. Romana Casalis Marciliani coram me, 19.Iun.1587.quia si tota percurratur, potius facit in contrarium,cum ibi concludatur,quod propter expressam prohibitionem alienationis inducitur caducitas ob impositionem census super rē emphyteutica, sed quia † census ille fuerat per creditores extinctus, ante factam ipsis intimationem acceptationis caducitatis, DD. excusarunt ex quadam æquitate,à deuolutione, cum Ius Ecclesiæ non esset factum deterius: sed hoc non refertur ad rem nostram, non enim agitur de deuolutione, sed an vinea comprehensa fuit in hypotheca legali. Et licet ista videantur facere ad illum casum, ao Dominus cogi possit ad præstandum consensum, tamen hodie non potest hoc ad actum deduci, cum vinea non sit amplius penes Ioannem, qui possit hunc consensum petere, sed penes D.Propertium, cuius authores hunc consensum obtinuerant à Domino, quando vinea fuit subhastata. Vnde est valde absurdum dicere, quod Franc. possit hunc consensum petere, ad effectum euincendi vineam ab illis, qui sunt hodie legitimi possessores, cum ipse neque sit emphyteuta, neque gerat se pro hærede patris, neque aliam habuerit vnquam hypothecam super ista vinea.

Neque etiā obstat, quod deducitur ex eadem decis. Illustr.Lancellotti, hypothecam intrare, si nihil aliud sit in bonis, quia illud procederet in hypotheca expressa, non in legali, & non verificatur, quod tempore administrationis Ioannes non haberet alia bona.

H Postremo

Postremo decis.allegatę Guid. Pap.575.& Boet.181. nu.7.non faciunt ad rem,imò potius contrarium pro-
12 bant,quoniam concludunt,quod si res † emphyteutica redeat ad dominum, vti dominum, non vti priuatum, ex acquisitione habita ab emphyteuta, omnes obligationes,& onera per emphyteutam imposita,extinguuntur, & res redit libera ad dominum,quæ sunt
13 intelligenda de illis concessionibus † in emphyteusin, in quibus expresse non fuit prohibita hypotheca, vt supra fuit deductum, nam in illis tenet hypotheca,
14 quamdiu durat emphyteusis, sed ea † soluta, resoluuntur omnes obligationes, l. lex vectigali. de pign. Et ex his satis superque sublata sunt omnia in contrarium deducta. Quare conclusum hoc casu non competere Saluian.interdictum.

Romana,Saluiani interdicti, Lun.3.Iul.1600.

ARGVMENTVM.

Exceptio supplementi legitimæ, an expeditionem causæ, & immissionem ex edicto Saluiano retardet.

SVMMARIA.

1 *Exceptio supplementi legitimæ immissionem in bona, & causæ expeditionem non retardat.*
2 *Ratio.*
3 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes, in iudicio interdicti Saluiani opponi solita. & duob. seqq.*
6 *Et vnde indago ista altior proueniat. & num.7.*
8 *Inuentarium non legitimum respectu quantitatis solum bonorum, non portionis legitimæ concludit.*
9 *Retentio datur filio ratione legitimæ.*
10 *Hypotheca pro legitima competit.*
11 *Actio ad supplementum legitimæ, & ad ipsam legitimam plurimum differunt.*
12 *Supplementum legitimæ condictione ex lege petitur, & pro eo hypothecaria non competit.*
13 *Etiam contra voluntatem testatoris.*
14 *Supplementum legitimæ capi debet de manu hæredis.*

DECISIO CLXXXIV.

AD impediendam immissionem vigore Saluiani interdicti, cum exciperent Informantes pro Illustriss.Cardinali,de supplemento legitimæ,quod prætendunt eidem Illustriss. in bonis D.Felicis debitum, dubitaui,An ista exceptio supplementi legitimę retardaret expeditionem causæ in Saluiano, & Domini re-
1 soluerunt non † retardare,quia in hoc iudicio non ad-
2 mittuntur exceptiones † requirentes altiorem indaginem,l.fin. C.quor.bonor. & l.2. cum ibi not. C.de ed. D. Adrian. toll. cum allegatis in causa Romana, seu Amerensi,domus,8.Iunij 1576.coram Cantuccio, relata in decis.162. num.15.& 16. part.2.Diuers. qualis
3 est ista, in qua venit prius liquidandum † quãtum remanserit in hæreditate,deducto ære alieno.Item venit
4 probãdum,quæ portio sit debita † pro legitima, quod pendet à numero filiorum, tempore obitus D.Felicis,
5 inter quos aderant feminæ, † quæ renunciauerant,quę probationes dum fient, admittentur etiam aliæ in contrarium.
6 Non obstat, quod ista altior † indago proueniat ex parte D.Philippi,ex quo inuentarium saltem legitime non confecit, quia id procedere posset, si ipse obliga-
7 tus fuisset † conficere inuentarium, sed cum inuentarium sit ad fauorem ipsius introductum, vt nõ teneatur vltra vires,non autem quod facto, & culpa hæredis res dicatur illiquida, ad fauorem aliorum, vltra quod non constat, quod inuentarium non sit legiti-
8 mum,& in omnem euentum, id † concluderet,solum respectu quantitatis bonorum, non autem respectu portionis legitimæ.
9 Non obstat, quod filio detur retentio † ratione legitimæ, ex Gabr. cons.36.nu.11. vol.2.& fuit alias re-
10 solutum in Rota, & quod pro ea † competat hypotheca ex late deductis ab Informantibus pro Illustriss. Cardinali,quia modo non est quæstio de legitima,quã Illustriss. Cardinalis consecutus est,sed de supplemento,ad quod est restrictum dubium,& inter vtrumque
11 casum est † magna differentia, nam quicquid dicatur in contrarium pro supplemento, non competit hypo-
12 thecaria, neque † petitur actione ex testamento, sed cõdictione ex lege, & sic actione personali, vt per Ri-
13 min.in cons.539.num.35. & petitur contra † voluntatem testatricis, vt in his terminis habemus decis. Pur. 137.lib.2.vbi reprobatur cons.Dec.& Fulg.quę pro Illustr.Cardinali allegantur, & testatrix pro sua legitima,in testamento assignauit Illustriss. Cardinalis scut. 15000.quæ ipse habet in manibus, vnde hodie non potest amplius petere legitimã,sed solum potest prætendere supplementum,in quo adest ratio, vt dictum est.
Placuit etiam DD.cons.Alex.134. num.4. colum.4. cum alijs pro D.Philippo allegatis, quod supplemen-
14 tum † legitimæ debet capi de manu hæredis, vnde non potest pro eo competere aliqua retentio, & ita conclusum.

MANTICAE.

Imolensis,Saluiani interdicti. Lun.27.Iun.1594.

ARGVMENTVM.

Sententia ex defectu citationis, & iniustitiæ reuocanda est.

SVMMARIA.

1 *Citationis defectus sententiam euertit.*
2 *Sententia ex capite iniustitiæ reuocatur.*
3 *Præscriptionem decem annorum allegans, aduersarium præsentem fuisse, probare tenetur.*
4 *Præsentia præsumitur, ex quo collitigantes in eadem ciuitate habitant.*
5 *Obseruantiam replicans eam probare tenetur.*
6 *Præscriptio annorum 30. vel 40. requiritur in eo, qui à debitore causam habet.*
7 *Et hoc in hærede, qui titulo vniuersali defuncto succedit. Secus in eo, qui singulari. & num.8.*

DECISIO CLXXXV.

COmes Andreas de Bardella, & D. Aurelia eius vxor, die 8.Iun.1580.vendiderunt Marco q.Ioãninæ prædium,de quo agitur, pro pretio lib.8000. & Reuer.P. D.Marcellus Vestrius fideiussor accessit, & tanquam principalis, & in solidum in ampliori forma Cameræ cum expressa hypotheca omnium bonorum, de euictione se obligauit, vt constat ex publico instrumento. Et hoc quidem eidem Marco in cõtinenti fuit traditum, & ab eo sine vlla controuersia vsque ad hãc litem possessum. Nunc verò D.Accurs. Vandinus,tanquam creditor præfati Comitis scutor. 150. ex causa mutui, contra eundem Marcum, tanquam possessoré dicti prædij intentauit vtile Saluianum interdictum, quia vt ipse asserit Comes Andreas eidem pro dicta summa generaliter omnia bona sua obligauit.

Et ad probandum tale creditum, & hypothecam idem D. Accursius exhibuit duas apochas, ab eodem Comite scriptas, quarum vna est scut. 50. sub die 19. Febr. 1578. altera scut.100. sub die 28. April.1579. in quibus ipse se obligauit in ampliori forma Cameræ à publico Notario extendenda, & huiusmodi apochæ videntur esse sufficienter recognitæ, & in libro D.Lauaiani Numularij in orbe adminiculatæ.

E contrario pro Marco fuit oppositum, non constare de credito,& multo minus de hypotheca,quod est fundamentum Saluiani interdicti.

Item fuit opposita exceptio præscriptionis decem annorum, quæ cum titulo, & bona fide inter præsentes locum habet,& actionem hypothecariam, & consequenter Saluianum interdictum excludit.

Verum tamen prætor Imolensis citato Pomponio Striggio tanquam procuratore eiusdem Marci ad fauorem D.Accursij sententiã tulit, eumque immittendum

dum esse in possessionem dicti prædij mandauit, ita vt possit eam retinere, donec fuerit ei ex fructibus satisfactum. Ab hac sententia illata appellauit ad D.A.C. cui causa appellationis commissa est in voto Rotæ & Reuer. pater D. Vestrius, tanquam necessarius defensor iudicium suscepit, & ex communi partium consensu, votum meum exquiritur super hoc dubio, An dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda. Quod cũ in Rota proposuerim, placuit Dominis sententiam ex duobus capitibus esse reuocandam.

Primum est, quod Marcus ipse non fuit legitime ci-1 tatus, & consequenter † sententia nullius est momenti, clem. pastoralis. de re iudic. l. de vnoquoque. ff. de re iud. Nam Striggins qui fuit citatus, non est procurator à Marco in hac causa, quæ agitur contra D. Antonium constitutus, & clausula generalis, quæ subijcitur *ad omnes causas coram alijs Iudicibus*, sane intelligitur de causis, quæ sunt motæ, vel mouendæ contra eum duntaxat, cuius nomen in mandato fuit expressum, non autem contra alios. Bart. in l. quod. in pr. num. 3. ff. de tut. quod est singulare dictum, vt not. Rom. in arg. ijs. incip. cõstitui Titium procuratorem, vbi etiam dicit ita fuisse decisum, quamuis ipse contradixit, & hanc opinionem sequitur Fel. in c. sedes. nu. 71. vers. & dicit. Lud. Rom. de rescript. & Dec. in cons. 508. nu. 9. Natta cons. 197. nu. 3. & 4. & ita fuit etiam dictũ apud Put. decis. 1 · 8. num. 1.

2 Secundum caput est, quando † sententia est iniusta, nam supponendo sine veri præiudicio, quoniã D. Antonius habet hypothecam quandam anteriorem, tamen cum Marcus ipse prædium, de quo agitur, iusto titulo, & bona fide possederit spacio 10. annor. & amplius, tutus est præscriptione longi temporis. l. 1. si adu. cred. l. vlt. C. de act. & oblig. & l. vlt. de præsc. long. tẽp. Spec. de præsc. §. 1. num. 29. & hæc est communis Dd. sententia, vt testatur Paris. cons. 50. num. 8. lib. 1. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. in gl. 10. num. 11. & Gabr. concl. 2. num. 8. de præscript. lib. 5.

Neque ad rem pertinet, quod ille, qui opponit præ-3 scriptionem decem annorum, † debet probare aduersarium fuisse præsentem, & nisi probauerit, deficiat in salutari suo, vt inquit Bal. in l. pen. §. quibus non obijcitur longi temporis præscriptio. & Alex. consil. 118. nu. 10. in fin. lib. 2. & cons. 92. ad fin. lib. 2. & cons. 193. nu. 13. lib. 6. Bero. cons. 191. num. 29. lib. 1. Rol. cons. 79. nu. 31. lib. 1. Quia cum creditor & possessor sint ciues eiusdem ciuitatis, & habeant domicilium in eadem 4 ciuitate Imolæ, † præsentia præsumitur, vt colligitur in d. l. vlt. de præscr. long. temp. & ita aperte sentit Bar. in l. 15. nu. 17. de acq. hæred. & his terminis quicquid contradixerit Iacob. Butrig. ita tenet Bal. in l. empt. nu. 2. & 3. & seq. Ang. num. 2. vers. sed pone q. de præscr. long. temp. qui dicunt ita de facto & consuetudine se vidisse obseruari, & bene, quia esset impossibile probare aliquem fuisse præsentem per decenniũ, nisi fuisset carceratus, & ideo ibi ipsi dicunt, replicanti obser-5 uantiam incumbit † onus probandi, & hanc opinionẽ sequitur etiam Alex. in consil. 110. num. 4. & 5. lib. 6. & Corn. consil. 60. num. 13. lib. 2. & Soc. sen. cons. 121. nu. 1. lib. 1. & Bal. de præscr. in p prim. 4. part. prin. q. 3. n. 4. vbi post Corneum ita conciliat repugnantes Doctorũ opiniones, & diuersam sententiam intelligit, vt locum habeat inter eos, qui non sunt ciues eiusdem ciuitatis, & hanc quoque opinionem sequitur Crauett. in cons. 140. nu. 3. vers. & cum se fundet pars.

Neque etiam refragatur, quod præscriptio longi 6 temporis non habeat locum in eo, qui † causam habuit à debitore, sed videatur indigere præscriptione 30. vel 40. annorum, l. cum notissimi. in pr. §. 1. de præscr. 30. annor. Negus. de pig. & hypoth. 6. part. prin. memb. 2. pr. Quia respondetur hoc esse intelligendum de hæredibus, qui succedunt titulo vniuersali, & repræsentant 7 personam ipsius † debitoris, §. 1. in Auth. de iureiur. à morient. præst. l. hæres. de acq. hæred. diuersum est in 8 eo, qui debitori † succedit titulo singulari, vt est emptor, vel donatarius, vel alius similis, glo. in d. l. 1. in verb. successor. si aduer. vend. & ib. Bart. in summ. vbi dicit, quod contra hypothecariam præscribitur longo tempore, quomodolibet possidente ex certo debitore cum eius hęrede, idque scribit Bero. num. 1. in text. ibi. & iura eorum successerunt.

PAMPHILII.

Fauentina, Legati, Vener. 24. Nouembr. 1589.

ARGVMENTVM.

Ex Saluiano vtili interdicto recte datur immissio in bona, quæ testator tempore obitus possedit, casu quo vxore ad secunda vota transiente legato est locus apertus.

SVMMARIA.

1 *Saluianum vtile interdictum vt detur, requiritur, vt testator bona litigiosa tempore obitus possedit, & hæres adhuc possideat.*
2 *Saluianum interdictum pro legato competit.*
3 *Hypothecaria pro legato competit.*
4 *Saluianum interdictum locum habet, vbi hypothecaria non datur.*
5 *Substituti ad soluenda legata tenentur in casu, quo vxor instituta ad secundas nuptias transuolat.*
6 *Saluianum interdictum contra quemcunque possessorem datur.*
7 *Saluiano interdicto non nisi 30. annis præscribitur.*
8 *In Saluiani interdicti iudicio ea, quæ altiorem indaginem requirunt, non admittuntur, & quæ talia sint. num. seqq.*
11 *Nec exceptio Dominij in continenti probati, vel probãdi.*

DECISIO CLXXXVI.

FVit resolutum D. Colonello hęredi Meldinæ dandam esse immissionem in bonis, de quibus agitur, ex vtili interdicto Saluiano, quia per transitum Meldinæ ad secunda vota, fuit factus locus legato per Barthol. sibi facto in eius vltimo testamento, & ex testi-1 bus examinatis constat Bartholomæũ hęc bona † tempore obitus possedisse, & hodie per D. Camillum detineri, quæ sunt requisita in hoc iudicio, Bart. in l. 1. nu. 30. ff. de Saluian. & in l. 1. vbi gl. C. eod. tit. Aret. in §. item Seruiana. nu. 9. Inst. de action. Affl. decis. 383. n. 6. 2 pro legato autem huiusmodi interdictum † competere, reprobata opinione Sarn. in tractat. de reddit. Eccles. p. 3. c. 2. nu. 21. Modern. in 3. remed. adipisc. nu. 31. pluries resoluit Rot. Paleott. decis. 321. Foroliu. bonorum, & fuit decisum in causa Vrbeuetana, legati coram Reuer. patre D. Blanchetto, 9. Ian. 1587. & in alia Strigoniensi, legati coram Reuer. patre D. Platto. 20. Iun. 1588. & alias sæpius, idque ea ratione, quia cum 3 notissimum sit pro legato † competere hypothecariã, l. 1. vbi Ias. nu. 4. C. comm. de leg. tradunt omnes in l. 1. ff. de leg. 1. debet etiam competere Saluianum, quod 4 † regulariter redditur, vbicunque datur hypothecaria. Aret. in d. §. Item Seruiana. sub nu. 8. & seq. Negus. de pign. nu. 3. memb 8. p. 1. nu. 19.

Non obstat, quod dicitur, agendum esse contra Do-5 minos de Pasiis substitutos Meldinæ, in † euentũ transitus ad secundas nuptias, quibus incumbit onus soluendi hoc legatum, quia verũ esset, si ageretur actione personali, secus in hoc casu, vbi proceditur vigore vti-6 lis Saluiani, quod dicitur in rem scriptum, & † datur contra quemcunque possessorem, gl. pen. l. 1. C. de precar. Negus. de pign. part. 2. memb. 1. nu. 133. cum pluribus relatis per Moder. d. remed. 3. q. 7. nu. 15.

Non obstat lapsus 10. annorum, ex allegatis in causa Sartinatensi Comitatus, quia ibi agebatur remedio l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. secus in interdicto 7 Saluiano, quod requirit spacium † 30. annorum, prout alia interdicta.

Quæ deducuntur ad ostendendum dominium Camilli in istis bonis, vel non † admittuntur in hoc iudicio, cum requirant altiorem indaginem, vt retentio legitimæ, quæ † potest retineri in alijs bonis hæreditarijs Bartholomæi, in euentum, quod non fuerit detracta, super quo pendet lis coram Reuer. patre D. meo Gypsio, vel nō iustificatur pro parte Camilli, † vt acquisitiones horum bonorum factæ per Camillum, nomine proprio impensa funeris anterior hypotheca ratione dotis, quæ non probantur in actis, licet si probarentur, essent particulariter discutienda, antequam ad immissionem procederetur, quia in hoc † iudicio admittetur exceptio dominij in continenti probati, vel probandi, Gozad. cons. 7. num. 2. Palcott. d. decis. 321. Put. decis. 54. fuit resolutum in vna Signina. lib. 2. decis. 233. & decis. 243. lib. 3. cum pluribus alijs, quæ possent addi.

L I T T Æ.

Lucana, Cappellæ, Ven. 17. Iun. 1594.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo possessor anteriori, qui possessionem iuste cepit, recte datur.

S V M M A R I A.

1 *Possessor anterior in possessione sua est manutenendus.*
2 *Possessione sua quis priuatus dicitur, eo, quod alius authoritate Iudicis possessionem est ingressus. & num. 3.*
4 *Mandatum de manutenendo in beneficialibus, vt obtineatur, sufficit docere de possessione, tempore litis absque tituli ostensione. & num. 5.*
6 *Appellatione stante, de ipso pronunciato ratio non habetur.*
7 *Mandatum de manutenendo etiam pendente appellatione datur.*

D E C I S I O CLXXXVII.

Resoluerunt Domini Alexandro Suinitio dandum esse mandatum de manutenendo, nā de eius possessione, iure & realiter capta, sub die 24. April. 1591. constat, ex processu Pisano, fol. 72. possessio autem Ioā. Stanæ apparet capta sub die 18. Iun. eiusdem anni, & regula est † anteriori possessori dandum esse tale mandatum, l. prædia. ff. de acquir. possess. cap. licet causam, vbi communiter Scribentes, de probat. Bald. in l. arboribus. §. nam etsi agrum. ff. de vsufruct. cum alijs per Curt. Inn. cons. 165. num. 3. & ita in diuiduo fuit decisum in vna Cussentinen Parochialis, 22. April. huius anni, coram Reu. patre D. Pamphilio.

Nec obstare dixerūt Domini quod Ioan. Stana fuerit missus in possessionem, † authoritate Iudicis, quasi quod eo ipso Alexander videatur priuatus sua possessione, ad doctr. Angel. in l. qoi vniuersis. §. item cū prætor. ff. de acquir. possess. quia, vt pluries per Rot. fuit decisum, procedit hæc conclusio, vbi Iudex † rite & recte processit, & sic citato ipso possessore, quod minime factum fuit hoc in casu, Rot. diuers. decis. 802. num. 3. p. 1. & nouissime fuit decisum in Firmana de Pisellis, 10. huius, coram Reu. Pat. D. Penia, sicut nec obstare dixerunt, cum id respiciat petitorium, quod nihil commune habet cum possessorio, de quo solummodo nunc agitur, ad text. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & ad effectum obtinendi mandatum † de manutenendo, etiam in beneficialibus, sufficit docere de possessione, tempore litis absque tituli ostensione, Rot. diuers. 595. num. 8. part. 1. nec excludenda † anterior possessio per possessorem posteriorem, cum titulo, nisi prius ipse possessor seruatis seruandis fuerit eiectus, Ferett. cons. 12. nu. 15. per quam rationem etiam fuit decisum in vna Spoletana domus, coram Reu. P. D. Decano. Nec Alexandro obesse dixerunt, quod contra eum fuit pronunciatum, quia stante † appellatione nulla ratio haberi debet de ipso pronunciato, imò tali iudicio pendente eidem negari non potest mandatum † de manutenendo, cum constet de eius possessione de tempore litis motæ, ad text. in §. retinendæ. Inst. de interd. Alex. cons. 92. nu. 5. lib. 1. cum vulg. præsertim cum toto isto tempore se nunquam habuerit pro spoliato, vt alias fuit consideratum in illa Mediolanensi, præeminentiarum, 20. Nouemb. coram bon. memor. Bubalo.

V O T V M D. B I S C I Æ,

Romana, Remissionis affictus.

A R G V M E N T V M.

Remissio non fit, nisi in illis, qui propter calamitatem non recollegerunt fructus, qui deductis expensis ad medietatem pensionis conuentæ ascendant, idque non in venditione, sed locatione solum locum habere concluditur.

S V M M A R I A.

1 *Remissio pensionis quando fiat. & num. 12.*
2 *Remissio in locatione fit, non in venditione.*
3 *Contractu perfecto emptoris omne est periculum.*
4 *Venditio non est, si pretium est distinctum per singulos menses, vel annos. & num. 6.*
5 *Contractus natura potius, quam verba attenditur.*
7 *Remissio non potest peti, vbi quis promisit soluere non obstante inundatione, aut quouis alio fortuito casu, ob quem re locata frui & gaudere nequeat. Fallit. nu. 8. etsi iuramentum accesserit. & nu. seq.*
10 *Periculum omne, quod dici & excogitari potest, in se suscipiens, valde insolitum suscepisse non dicitur.*
11 *Casus omnes fortuitos suscipiens, quos casus suscepisse intelligatur.*

D E C I S I O CLXXXVIII.

Nos sumus in voto, quod non fiat remissio, † nisi in illis, qui propter calamitatem non recollegerunt fructus, qui deductis expensis ascendant ad medietatem pensionis conuentæ, tunc enim debet fieri remissio pro rata mercedis, Ioan. Andr. & Abb. in c. propter sterilitatem, nu. 12. locati, de comm. Aret. cons. 58. Couar. pract. quæst. cap. 30. no. 1. vers. quamobrem.

Non fit autem remissio in † venditione, sed solum in locatione, nam perfecto contractu † omne periculū est emptoris, l. id quod, l. necessario, de peric. & comm. rei vend. Dec. cons. 313. nu. 2. Gozad. cons. 27. num. 13. Neuiz. cons. 91. nu. 7. Bello. cons. 21. nu. 4. Franc. Marc. q. 27. in fin. nec fit remissio illis, qui conduxerunt ius perceptionis, l. si iactum retis. de contrah. empt. de quo per Rip. in tit. de priu. cont. cau. præst. nu. 55.

Est bene verum, quod licet in contractu dicatur, *quod vendidit herbas, vel fœnum, talis prati, pro pretio scut. &c.* quod non per hoc erit venditio, si preciū est distinctum per † singulos menses, vel annos, secus si esset vnum pretium. Bart. in q. Publicanus. in solut. num. 1. vers. quod vult dicere, Fab. de empt. & vendit. q. 2. princ. num. 26. Anchar. consil. 40. col. 2. Corn. consil. 18. num. 9. lib. 2. Ripa vbi supr. num. 56. Boer. q. 249. in fin. Alciat. cons. 513. num. 9. quia natura contractus † potius, quam verba attenditur, l. insulam. ff. de præscript. verb. & tradunt omnes supradicti Doctores.

Vnde ex his resoluuntur plures contractus, nam in his, in quibus dicitur, locauit, vel sublocauit, si probetur tale damnum, vt supra diximus, quod sufficiat, fiat remissio, quia verba sonant in locationem, in qua fit remissio, vt late per Rub. Alex. cons. 153. in fin. Boer. d. q. 249. nu. 4. Rip. vbi supra. num. 55.

In his verò † contractibus, in quibus dicitur, quod vendidit, si non est vnum pretium, sed distinctum, in singulos menses, vel singulos annos, similiter fit remissio, quia dicitur locatio non obstantibus dictis verbis, vt supra diximus.

Remanet difficultas de illis † contractibus, vbi quis promisit soluere, non obstante inundatione Tiberis, aut quouis alio fortuito casu, vel in quibus dicitur, quod

quod siue in totum, siue in parte non possit gaudere dictis pratis, quia nihilominus teneatur soluere, quod pactū valet, nec tūc potest peti remissio. l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Anchar. consil. 402. vers. quarto, & vltimo. Dec. consil. 552. num. 7. de comm. Rip. vbi supra. num. 70. Est tamen in hoc aduertendū,

8 quod † si casus inundationis Tiberis fuisset valde insolitus, obstilius frequentiam, propter quam herbæ omnes perierunt, quod non solet esse ob simplicem Tiberis inundationem, vt econtrario prætenditur, de quo nos remittimus D. Assessori, qui vidit probationes, adhuc non obstantibus dictis renunciationibus, deberet fieri remissio. l. fistulas. §. frumēta. de contrah. empt. Bart. in l. Seio. §. medico. de ann. leg. l. 2. §. quæsitum. in fin. ff. si quis caut. Rip. vbi supra. num. 97. cum alijs, de quibus per Neuiz. consil. 91. nu. 1. Alciat. consil. 157. num. 7. qui dicunt, id procedere, etiam quod

9 adeiset † iuramentum. Alb. consi. 1. num. 5. Alex. consil. 107. nu. 16. lib. 1. qui Alb. dicit, quod suscipiens in se

10 omne periculum, † quod dici, & excogitari posset, non dicitur suscepisse valde insolitum, allegat quoque Alexand. cons. 18. nu. 10. lib. 1. qui dicit, quod si quis suscipiat omnes casus fortuitos, non intelligitur suscepisse

11 casus † non consuetos euenire, late Menoch. cons. 27. num. 18. qui num. 37. reprobat Neuiz. qui alias dicit, nam nulla promissio extenditur ad casum quando nihil fuit perceptum. Mohed. decis. 236. nec est credendum, quod de tali totali peremptione partes cogita-

12 uerint, ideo debet † fieri remissio.

ORANI.

Cortonensis, Rescissionis locationis. Ven. 26. Ian. 1590.

ARGVMENTVM.

Sententiam executorum rescripti Papalis ob non seruatam formam, nullam esse declaratur.

SVMMARIA.

1 *Rescripti Papalis forma in tantum obseruanda est, vt ea neglecta, sententia lata ab eius executoribus, corruat.*

2 *Locatione ad tempus facta, specificatio bonorum est necessaria, & sine ea actus redditur nullus.*

3 *Verba ablatiua absoluta, conditionem & quidem expressam denotant, & ob id formam inducunt. & num. 4.*

5 *Specificatio bonorum in locatione ad tempus facta, ad iudicum notitiam legitime deduci debet.*

6 *Testi, cui repugnat instrumentum, non creditur.*

7 *Iudicum negligentia qui locationem perpetuam ad certum tempus restrinxerunt sententiam euertit.*

DECISIO CLXXXIX.

1 IN vna Cortonensi rescissionis locationis fuit resolutum, sententiam † iudicum executorum rescripti, si in euidentem, propter non seruatam illius formam, fuisse nullam, iuxta tradita per Abbat. consil. 41. num. 3. lib. 1. Gozad. consil. 73. num. 2. in obseruantia formæ ad oculum patet. Nam cum Papa in dicto rescripto mandasset coram iudicibus specificari bona comprehensa in locatione, ibi, *nec non dictis bonis in huiusmodi locatione comprehensis, illorumque circumstantijs vniuersis coram nobis prius specificatis*, vt scilicet extincta, vel cessante locatione tempus pro tempore existens de quantitate terrarum locatarum, certior redderetur, cum locatio fuisset facta ad tem-

2 pus, † neglecta huiusmodi qualitatis verificatione, actus fuit ipso iure nullus. l. cum hi. §. si Prætor aditus. ff. de transactionibus. l. Mæuius. & l. qui heredi. ff. de condit. & demonstrat. cum simil. Neque verò potest dubitari, quod hæc qualitas esset de forma rescripti, quia Papa rescribendo dictis Iudicibus vsus

3 fuit verbis ablatiuis absolutis, quæ cum † denotent conditionem, l. à testatore. vbi Bart. ff. de condit. & de-

4 monstrat. l. cuictis agris. ff. de vsur. & eam † quidem expressam, Bart. in l. 1. col. vlt. ff. de condit. & demonstrat. in consequentiam formam inducunt. Baldus in Authent. matri, & auiæ. C. quand. mul. tut. offic. fung. post Alex. in l. 1. in fin. ff. de liberis & posthum. Accedit etiam, quia Papa rescripsit quod postquam legitime constitisset iudicibus, de locatione, eam authoritate Apostolica cōfirmarent. Cum igitur nedum legitime, quod importat plenam probationem. Marsi. consil. 2. num. 47. cum sequentibus, sed nec vllo modo deducta

5 fuerit locatio ad iudicum † notitiam, nisi per fidem

6 vnius testis, cuius dicto † repugnat tenor instrumenti, fateri oportet, ex eo etiam capite confirmationem fuisse nullam, haud enim poterat fieri cōfirmatio, nisi prius appareret de subiecto confirmato, c. auditis. de elect. c. prudentiam. vbi Innoc. de offic. deleg. Dec. sub rubric. de conf. vtil. vel inutil. num. 3. nam quod iudices nullam cognitionem qualitatū locationis habuerint, vel ex hoc manifestum fit, quod cū locatio fuisset in perpetuum facta, Iudices sententiam confirma-

7 totiam locationis ad tertiam generationem † restrinxerunt, in quo quidem negligentia ipsorū saluari non potest, sub prætextu, vel quod Princeps minus concesserat, quam fuisset petitum, vel quod restrictio ad certam generationem præiudicialis esset, tantummodo conductori, quia tunc demum consideratio ista intraret, quando expositum legeretur fuisse firmatam sub beneplacito Papæ locationem in perpetuum, quā suo rescripto Papæ ad tertiam generationem reduxit, quia aliud est, quod Papa potuerit illam petitionem moderari, aliud est, quod de eo iudicibus constiterit, prout Papa ordinarat, sed etiam data vtriusque concurrentia, videlicet potestate Papæ, de qua non dubitatur, & scientia iudicum, nihilominus defectus formæ, de quo supra, remanet indubitatus.

MANTICÆ.

Clusina, Exemptionum, Lun. 10. Iun. 1591.

ARGVMENTVM.

Ex vineis plantatis in agro ex quo prius præstabatur tertia pars tritici, etiam post motam litem tertia pars vini, Domino debetur.

SVMMARIA.

1 *Vinum debetur ex vinea plantata in agro, post motam litē, ex quo prius tertia pars tritici præstabatur, maxime stante sententia Camerali, ne vinea vltra præscriptum terminum plantetur. & 5. & 6.*

2 *Aequitatis naturalis præceptum est, ne quis cum alterius damno locuples fiat.*

3 *Vinum in locum tritici subrogatū dicitur, ex quo vineæ in agris, ex quibus antea triticum præstabatur, sunt plantatæ.*

4 *Aequitas semper spectanda & in mitiorem sententiam inclinandum, vbi ius speciale non repugnat.*

DECISIO CXC.

ALtera tantummodo informante parte, proposui dubiū, an vinea & pergulata, plantata post motam litem, veniant extirpanda, vt Clusini pro eis debeant Illustrissimo D. Marchioni præstare tertiā partem fructuum, vt prius debebant præstare tertiam partem tritici, in casu de quo agitur.

Et quidem Domini dicebant, eos teneri ad præstandam aliquam partem vini, quod ex illis vineis, & pergulatis percipitur, nam cum 19. Martij 1590. fuerit decisum, Clusinos non posse plantare vineas, vltra limites præscriptos, ex decreto Reuer. patris D. Ioannis de Viterbio, Clerici Cameræ Apostolicæ, & Sanctissimi Domini Nostri Commissarij, sub die 20. Octob. 1568.

1 & per sententiam † Cameralem confirmato, consequens est, vt ex vineis post motam litem plantatis teneantur Illustrissimo D. Marchioni debitam soluere portionem.

Vnde cum Clusini debeant Illustrissimo D. Mar-

chioni præstare tertiam partem tritici, & triticum ex prædijs, in quibus vites fuerunt plantatæ, percipi non possit, æquitas suggerit, vt loco tritici debeant præstare partem vini, ne cum iactura Illustrissimi D. Marchionis, contra naturalem, & æquitatem fiant locupletiores, vt dictũ est io decisione sub die 19. Mart. 1590. per c. locupletari. de reg. iur. lib. 6. & l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. Nam vinum in locum tritici † potest intelligi subrogatum, arg. c. commissum, & c. cum in tua. de decim. & Dd. vtrobique, & Rebuff. de decim. q. 14. nu. 18. & 22. & plerique alij.

Et cum in ijs, in quibus ius nõ inuenitur specialiter expressum, † procedendum sit æquitate seruata, semper in humaniorem partem declinando, sicut personis, causis, locis, & temporibus, videtur impedire. c. vlt. in fin. de transact. l. in fundo. ff. de re iud. c. 1. post pr. hic fin. lex, deinde incip. consue. Reg. in c. suggerente æquitate, placuit Dominis vt Clusini in casu proposito debeant Illustrissimo D. Marchioni præstare quartam duntaxat partem vini, quod ex d. vineis & pergulatis post motam litem plantatis vltra limites præscriptos, ex hac die in posterum sunt percepturi.

SERAPHINI.
NVLLITATIS CONTRACTVS,
Aretina, Bonorum, Vener. 19. Mart. 1599.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum emphyteuticorum facta cum authoritate Apostolica valida est.

SVMMARIA.

1 *Authoritas Apostolica Sedis omnes defectus supplet.*
2 *Defectus citationis processum nullum reddit.*
3 *Negatiua vt probata dicatur ex inspectione actorum, requiritur, vt totus processus causa integer exhibeatur.*
4 *Negatiua probanda est, ad hoc vt obstare valide possit.*
5 *Sententia authoritas tanta est, vt contra eam aliquid opponens probare id teneatur.*
6 *Requisita processus vt iustificentur, requiritur, vt integer processus exhibeatur.*
8 *Læsio non attenditur, nisi tempore contractus facta præsumatur, & num. duob. seqq.*
10 *Locationes diuersæ diuersimode fieri possunt. & nu. 11.*
11 *Cursus 60. annorum, iuncta obseruantia, omnia rite, & recte facta esse, præsumit.*
12 *Obseruantia per contradictionem interrumpitur.*
14 *Signatura iustitiæ an licentiam alienandi bona emphyteutica concedere possit.*
16 *Iudices commissarij de consensu partium possunt augere canonem soluendum pro bonis Emphyteuticis, quem Papa confirmari mandauit. & num. 16.*

DECISIO CXCI.

FVit resolutum non constare de inualiditate concessionis emphyteuticæ, de qua agitur, nam quod attinet ad caput solennitatis, cum alienatio facta fuerit authoritate † Apostolica, quæ sopplet omnes Solennitates, ad Abb. consil. 41. lib. 1. non potest dubitari, alienationem ex hoc capite sustineri, maxime cum vltra rescriptum Apostolicum concurrunt tres tractatus facti ante alienationem, in quibus monachi capitulariter congregati, affirmant bonum, & vtile conuenrui eorum esse euidenter sententiæ acquiescere, & illam acceptare, & ratificare, & in executionem deueniunt ad confectionem instrumenti locationis, vt in summ. num. 7.

Non obstant in cõtrarium deducta, & primo quod Eremitæ non fuerint coram Commissarijs citati, prout ex tenore rescripti requirebatur, † ideoque totum processum, tanquam nulliter factum corruere, nam de hac negatiua non constat, cum non exhibeatur iste processus integer, prout requiritur, ad hoc, vt ex actorum † inspectione dicatur probata negatiua, vt in similibus causis fuit pluries resolutum. Imò potius ex his quæ nunc exhibentur contrariũ apparet, cum ad sit assertio Monasterij, continens, iudices io huiusmodi causa recte, & legitime processisse, examinatis multis testibus, & visis iuribus, & instrumentis hinc inde deductis, & seruatis seruandis, post quam assertionem infertur sententia, & demum proceditur ad tractatus, & executionem. 2 Quod dicitur de specificatione bonorum, non facta, vti erat necessarium, ex forma rescripti, similiter tollitur ex quo hæc negatiua † non probatur, neque dubitari potest hoc onus incumbere opponenti, propter sententiæ † authoritatem, vt fuit alias resolutum, in vna Senogallensi syluæ, coram bon. mem. D. Cotta. 3. Dicitur non fuisse obseruatam formam rescripti circa consensum monachorum, verum de contrario apparet, ex instrumento locationis, quæ fuit facta ab ipsis capitulariter congregatis, vt testatur Notarius, nec constat, quod tunc temporis adfuissent plures habentes vocem, & interuenire volentes, & satis est, quod fuerint capitulariter congregati, & similiter tolluntur omnia deducta circa formalitatem processus, nam decisiones allegatæ in contrarium, in causa Cortonensi, & alijs procederent, quando exhibetur † integer processus ex cuius inspectione apparet de defectu formæ in commissione traditæ.

Quantum † ad caput euidentis vtilitatis, prætendebant Eremitæ, probari euidens damnum, ex quo bona, de quibus agitur, antiquis temporibus anni 1492. fuerant concessa titulo locationis ad triennium Patri Ioanni Tacij, pro annua responsione 500. stariorum grani, & nonnullorum appendicum, & idcirco concessionem factam anno 1526. pro annua responsione stariorum 225. fuisse euidenter læsiuam Ecclesiæ. Verum huic obiectioni omisso an instrumentum prioris locationis sit in forma probanti, & an probetur † eius affectuatio, responsum fuit inter illam locationem, & eam quæ facta fuit Ioanni anno 1505. intercessisse annos 13. quo tempore contigit bellum vulgariter dictum *le Guerre del Cassentino*, quod valde turbauit totum territorium, & innumerabilibus damnis affecit, adeo vt ipsi eremitæ pro necessitatibus proprijs fuerint coacti bona prædicta deteriorata locare Ioanni, & ab eodẽ recipere florenos 600. Vnde cum ista † læsio non probetur de tempore contractus, prout necessarium est, & de euidenti causa mutationis appareat, redditur hæc probatio incerta, & nullius efficaciæ, vt tradunt communiter Dd. in l. 2. de rescind. vend. & fuit resolutum in causa Romana Casalis Turricellæ, cum alijs per Informantes allegatis. Confirmatur hæc res ex pluribus, nam ex instrumentis apparet, in priore locatione fuisse comprehensa nonnulla bona, quæ non fuerunt comprehensa in secunda, & nominatim prædium *della Montecchia*. Præterea in priore locatione non fuerat actum, † vt melioramenta cederent in vtilitatem Ecclesiæ, quod fuit dictum expresse in posteriore. Adest quoque hæc differentia inter vtramque, quod in † posteriori Ioannes numerauit monachis 600. flor. & eos ab illorum restitutione liberauit, quod non aderat in priori. Postremo hanc probationem elidi ex cursu 60. annorum, iuncta obseruantia † quæ facit, vt omnia præsumantur rite, & recte facta, vt fuit latissime deductum, coram me, in causa Romana Casalis Longhellæ.

Neqoe huic obseruationi obstat, quod prætenditur eam fuisse per contradictionem † interruptam, quæ probatur ex narratis in vltima concessione Papæ, quia illæ contradictiones percuriunt tempus ante annum 1526. post illud verò nullæ probantur contradictiones factæ à personis legitimum mandatum habentibus, etsi fuerunt extraiudiciales, quod tamen non verificatur, & non interrumpunt hanc obseruantiam, vt fuit decisum in eadem causa Casalis Longhellæ.

Duæ

Duæ aliæ obiectiones factæ contra Iauios similiter faciliter diluuntur, quarum altera est, quod signatu-
14 ra † Iustitiæ non poterat concedere hanc licentiam, nam hoc nil aliud cōtinet, quam subrogationem iudicũ, & decisio facta in causa Auximana, prędij, coram Reuer. patre D. meo Orano tollit difficultatem.

Altera verò, quod iudices Commissarij excesserūt fines mandati, cum auxerint canonem quem Papa
15 mandabat † confirmari, quatenus in euidenti, quia processerunt legitimè confirmando simpliciter locationem, ex modo quo fuerat, deinde augentes canonem de partis consensu, ad maiorem vtilitatem ecclesiæ, quod facere potuerunt pinguius adimplentes, id quod per se iam sustineri poterat sine augmento. Et
16 ex his conclusum, † vtrumque requisitum ad validitatem locationis adfuisse, iuxta dispositionem c. sine exceptione. 12. q. 2. & c. 5. de reb. Eccl. nō alien. neque ex deductis pro Eremitis contrarium probari.

PAMPHILII.

Foroliuiensis, Bonorum de Forellis. Lun. 1. Decem. 1597.

ARGVMENTVM.

Assignatio, & adiudicatio dotis quomodo facienda sit, disceptitur, & docetur remanente sequestro marito ad sustinenda onera matrimonij pendente iudicio, absque partium præiudicio medietatis dotis fructus esse ad formam statutorum loci, consignandos.

SVMMARIA.

1 *Fructus dominium sequuntur.*
2 *Dos actualiter assignanda est marito, ad effectum, vt dominium in ea translatum dicatur.*
3 *Adiudicatio dotis instituenda est præuia æstimatione rei, in qua assignatur. & num. 4.*
5 *Fructus medietatis dotis assignandi sunt marito, vt facilius onera matrimonij sustinere queat.*

DECISIO CXCII.

Fuit resolutum sequestrum super fructibus prædij, de quo agitur, non esse relaxandum ad fauorem Titij, viri mariti Aretinæ, qui nullum habet titulum, in hoc prædio, cuius ratione percipere posset
1 istos fructus, qui dominium † sequuntur. l. fructus. l. in fundo. ff. de rei vend. l. Herennius. ff. de vsuris.

Licet enim vigore sententiæ prouisionalis assignāda esset dos Aretinę, de bonis cōmunibus Sylui, & Titij, necessaria tamen erat actualis assignatio in ali-
2 qua re † commum, vt dominium dicatur in ea translatum, vt loquitur Bart. in l. si constante. ff. sol. matr. cũ alijs alleg. quod in hoc casu hactenus forsan non fuit factum. Sola enim præcessit immissio in possessione huius prædij, in vim simplicis solutionis, quæ nō constituit immissum possessorem ad effectum consequendi fructus, nisi sequatur adiudicatio. l. si duo. §. si creditores. ff. vti possidetis. Alex. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. nu. 11. & Ias. nu. 15. ff. de re iud. Dec. consil. 400. nu. 8. in fin. cum alijs allegatis in vlt. decisione huius causæ.

Et ista adiudicatio erat facienda præuia æstima-
3 tione † prędij, vt posset certa pars illius, quod erat maioris valoris, pro concurrente qualitate dotis Aretinæ assignari. l. ordo. vbi Bal. Sal. & alij, C. de exec. rei iudic. DD. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudicata. Afflict. decis. 358. nu. 5. Put. decis. 252. lib. 1. Ista autem
4 æstimatio adhuc non fuit facta, licet † executor pro effectuanda adiudicatione mandauerit illā fieri, quia superuenit supersessoria Iudicum, quæ impediuit vlteriorem executionem ex ordine Sanctissimi, qui voluit causam istam cognosci in Rota, quæ hucusque nihil gustauit de meritis huius causæ, vltra quod hodie Sylvius, quatenus teneatur ad aliquam solutionē dotis, offert illam restituere in pecunia, prout soluta fuerit, & ideo remanente sequestro mandarunt Domini quod videatur, An Syluius teneatur ad solutio-
5 nem dotis, & pro qua summa. Et interim, vt † Titius possit sustinere onera matrimonij, per modum prouisionis, & sine præiudicio iuriũ vtriusque partis præstet Syluius fructus medietatis dotis ad rationem Constitutionum Romandiolæ.

PAMPHILII.

Romana, Nullitatis venditionis, 6. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Contractus, cui dolus causam dedit, non sustinetur.

SVMMARIA.

1 *Contractus ex dolo ortus, non firmatur.*
2 *Promittens ante pretij receptionem res ab omni onere liberas reddere, non videtur dolo egisse.*
3 *Dolus dans causam contractui manifestus esse debet ad hoc vt contractus infirmetur.*
4 *Res aliena etiam vendi potest.*
5 *Res bona fide vendita propter minimam causam inempta fieri nequit.*

DECISIO CXCIII.

Fuit resolutum, Contractũ emptionis, de quo agi-
1 tur, esse validum, quod enim † dicitur, dolum illi causam dedisse, ex quo tenementum subiectum Dominio quarundam Ecclesiarum fuisset venditum, vt liberum, ab omni censu, canone & responsione, nō placuit Dominis, qui cum in eodem instrumento venditor promiserit facere consentire omnem personã, &c.
2 & † ante pretij receptionem liberauit tenementum ab omnibus istis oneribus, non apparet eum voluisse circumuenire, aut decipere emptorem, sed sub spe futuræ liberationis ita vendidisse, & sic cessat dolus
3 dans causam contractui, qui tamen † debet esse manifestus vt notatur in l. eleganter. ff. de dol. & in l. si quis maior. C. de transact. neque est verum, quod à princi-
4 pio venditio fuit nulla, quia etiam † res aliena vendi potest, & cum fuerit perfecta, ab ea non receditur. l. inciuile. vbi Bal. & Salicet. C. de rei vend. l. non idcirco. in fin. C. de contrah. empt. neque succedit actio ad interesse, quia in hoc casu nullum adest, stante derogatione fideicommissi, licētia Papæ alienandi, & Cōsensu Dominorum directorum, ex quib. emptor redditur ex omni parte securus, & idcirco intrat tex. l. res bona fide. de contrah. empt. quod res bona fide ven-
5 dita propter minimam causam † inempta fieri nō debet, & his omnibus rectè applicatur decisio in causa Camarinensi, Castri horti, sub die 24. April. 1596. quæ hanc causam decidere videtur, cum alijs decisionib. in ea allegatis.

SERAPHINI.

Mediolanensis, Bonorum, Lun. 20. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.

Possidens bona Ecclesiæ, siue Emphyteuta, siue fictuarius sit, siue colonus, tenetur ad indicationem bonorum, pro quibus canonem soluit.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ bona possidens, ad eorum indicationem tenetur, pro quibus canonem soluit.*
2 *Secus si non constat eum possidere.*
3 *Colonus si indicationem bonorum quæ ab Ecclesia possidet, non facit, omnia bona eius Ecclesiæ esse præsumuntur.*
4 *Possidens bona in loco, vbi Ecclesia possidet, etiam ab ea habere bona præsumitur.*

DECISIO CXCIV.

Fuit resolutum, D. Carcanum teneri ad designanda bona Ecclesiæ pro quibus soluit pensionem, quia cum ex pluribus solutionibus factis pro affictu
1 libellario, vel pro simplici constet ipsum † possidere bona Ecclesiæ, iuxta no. per Bar. in l. qui vniuersas. §.

qui

qui per colonum. de acq. posses. Rom. cons. 70. nu. 10. vtique tenetur indicare, siue sit emphyteuta, vt per Ias. in l. 2. num. 173. C. de iur. emphyt. Ruin. consil. 50. nu. 14. lib. 1. & fuit sępius in Rota resolutum, siue sit fictuarius, vel conductor, vt per Alber. in l. Titius. in vlt. no. 2. de act. empt. Bal. consi. 165. nu. 2. Rol. consil. 65. nu. 6. lib. 3. Bello, consi. 10. nu. 6.

Non obstant in contrarium adducta, quia loquun-
2 tur quando non constat aliquem † bona Ecclesiæ possidere, quia tunc agenti incumbit onus id probandi, sed in casu isto ex multiplicatis solutionibus constat de possessione bonorum Ecclesiæ, ideo fieri debet in-
3 dicatio, alias omnia possessa † conductorum præsumerentur esse Ecclesiæ, vt dicunt supra citati Dd. neque istæ solutiones possunt intelligi factæ ex obligatione personali, non relata ad aliquam rem certam, quia repugnant verba, pro fictu libellario, vel simplici, quæ non possunt verificari nisi respectu bonorum conductorum.

Accedit, quod præsupponitur Dominum Carcanũ
4 † possidere bona in loco Turati, & Manere, vbi cõstat Cappellam habuisse multa bona pro tempore diuersis personis locata, vt in facto bene deducitur.

SERAPHINI.

Romana, de Gaddis, Vener. 24. Octob. 1578.

ARGVMENTVM.

Inuentarium de quo in casu, contra quasdam obiectiones defenditur, tanquam iustum, & ritè, ac legitimè factum.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum carens die, & subscriptione inualidum est, & ad hoc respondetur in casu. nu. 2. & 3.*

4 *Iudex præsumitur debitam deligentiam adhibuisse.*

5 *Absentes creditores in confectione inuentarij non sunt specialiter citandi.*

6 *Episcopus de iure communi tenetur residere in sua Ecclesia.*

7 *Medium non præsumitur ab extremis, vbi alia præsumptio erat in contrarium.*

8 *Defectus iurisdictionis confectionem inuentarij nullam reddit.*

9 *In Inuentario etiam bona mobilia alibi existentia describi possunt.*

DECISIO CXCV.

FVit dubitatum, An inuentarium, de quo agitur, noceret bon. mem. Episcopo Aprusino, pro parte DD. de Picolominibus, plura huic inuentario opponebantur, ex quibus prætendebatur non offecisse prædictum Episcopum. Et primo, quia in facto prætende-
1 bant, de illo non constare legitimè, cum nõ † adessent solennia instrumenti nempè dies, & subscriptio, & similia, sed hanc obiectionem bene ex facto euacuarũt Informãtes pro Illustrissimo D. Cardinali Cesio exhibitis manualis actorum, & obligationum, nam in instrumento aditionis & confectionis inuentarij Nota-
2 rius retulit se ad inuentarium, quod † post instrumẽtum deputationis actorum, pro minoribus describendum, & ideo Notarius citat originale in manuali obligationum, quod fuit ostensum ponenti ita se habere, & in capite dicti originalis Inuentarij adest annotata dies 19. Nouemb. 1544.

3 Quod verò de subscriptione † dicitur, satis videtur tolli obiectio, propter calorem iudicij, fuit enim factũ cum interuentu Iudicis, Bal. cons. 147. lib. 4. Achil. decis. vnic. de inuent.

Secundò opponebatur confecta descriptio scripturarum, in quodam sacco, siue armario, sed habuerunt Domini hanc oppositionem pro leui, cum sit præsumendum, has scripturas non fuisse alicuius momen-
4 ti. Nam pro iudice † præsumitur, quod habuerit eam diligentiam, quam adhibere tenetur. Ias. in l. fin. §. licentia. nu. 4. de iur. delib.

Tertiò opponebatur defectus citationis, ex eo, qđ Episcopus esset certus creditor descriptus in Inuentario, non sufficiebat generalis citatio, sed fuit per Dominos approbata responsio, quæ datur è contrario,
5 quod absentes † non sunt specialiter citandi, §. fiat igitur. Auth. de hęred. & Falc. Absentia verò ex eo, quod erat Episcopus, qui de iure communi tenetur reside-
6 re † in dicta Ecclesia maximè cõcurrente alia præsumptione validitatis actus, neque ob id dicebatur probari præsentia Episcopi de anno 1542. & 1546. quia ex
7 his extremis nõ præsumitur medium, vbi † alia adest præsumptio in contrarium, vt de forensi tradit Alciat. 2. reg. præsumpt. 21. in fin. de præsumpt.

8 Quartò obijciebatur defectus † iurisdictionis, sed fuit dictum Vicarium in istis habere iurisdictionem, vt fuit resolutum in vna Romana, societatis Valerij Curandij.

Quintò obijciebatur, non potuisse fieri eo in loco
9 descriptionem † omnium bonorum, maximè mobilium alibi existentium, sed hoc quoque non placuit, cum interuenerit tempus sufficiens, à die inchoationis vsque ad diem perfecti inuentarij, præsumuntur omnia ritè facta, & potest hoc fieri de iure, quoniam hæreditas est in remotis partibus. Bald. consil. 383. num. 7. lib. 1.

Vltimò dicebatur Tadęum sibi præiudicasse, per solutiones post inuentarium factas, sed quia iste articulus non tangit oppugnationem inuentarij, Domini ordinauerunt super hoc dari particulariter dubium.

MELLINI.

NVLLITATIS.

Romana, de Nardonibus, Lun. 10. Octob. 1594.

ARGVMENTVM.

Nullitas ex defectu mandati procuratorij, & iniustitiæ, sententiam euertit, stante maximè protestatione, neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, probatis probandis, & iustificatis iustificandis.

SVMMARIA.

1 *Defectus mandati sententiam euertit, stante protestatione, neminem audiri debere, nisi de legitimo doceat mandato.*

2 *Protestatio facta à procuratore mandatum non habente, valida est, si aduersus eum defectus mandati non est oppositus.*

3 *Instrumentum pro se allegans iustificare illud, & de se cantare, probare tenetur.*

4 *Protestationi, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, & probatis probandis, si non satisfactum fuerit, sententia nulla redditur.*

DECISIO CXCVI.

DOmini resoluerunt Angelo vti creditori non cõpetere ius offerendi, quia mandatum A. C. canonizatorium crediti Ant. Guerrini, in cuius ius Angelus successit, est nullum, & iniustum, ideo cum non probetur creditum Antonij, Angelus in eius locum surrogatus, non potest offerre, vti creditor.

Fundamentum nullitatis fuit, quia pro parte Ioã-
1 nini Nardi fuit facta † protestatio, comparentem non audiri, nisi docto de legitimo mandato, & ante relaxationem mandati non fuit facta productio mandati in actis, ideo mandatum A. C. est nullum, Guid. decis. 208. Aym. consil. 108. & fuit resolutum coram me in causa Secretariatus, 20. Nouemb. 1592.

2 Non placuit Dominis, quod ista protestatio † fuit facta ab eo, qui non docuit se procuratorẽ Ioan. Nardi, quia contra eum non fuit oppositum, quod deberet docere de suo mandato, ideo sufficit, quod hodie constet de suo mandato, ad effectum, vt acta facta ab eo subsistant, Aym. cons. 100. num. 38. cum seq. Achil. decis.

decis.6.de procurat. vltra quod cessat ista difficultas, quia Ioannes de Blanchis vnus ex principalibus, fecit eandem protestationem.

3 Iniustitia visa est clara, quia † instrumenta cantant in personam Marignangelæ, cuius Antonius prætendit se hæredem, mediante persona Lucretiæ, & non probauit, quod Lucretia esset hæres Marignangelæ, nec quod ipse esset hæres Lucretiæ, prout probare debebat & fuerat protestatum per Ioan. Nardũ non auditi, nisi seruatis seruandis, probatis probandis, & 4 iustificatis iustificandis, & docto se esse hæredem Lucretiæ, assertæ hæredis Marignangelæ.

Non obstant testes examinati pro legitimatione personæ Antonij, quia vltra quod Domini dubitarunt de validitate processus, & non constat, quod iste processus esset productus, ante relaxationem mandati, in actis, testes solum deponunt Antonium esse proximiorem Lucretia, ideo non probant, primò; quia nõ docuit, quod Lucretia esset heres Marignãgelæ, secundò, quia non sequitur Antonius erat proximior Lucretiæ, Ergo adiuit eius hæreditatem, & ad istum effectum, vt Antonius vti hæres Lucretiæ, sit creditor, est necessaria aditio, præsertim cum Laurentius, vti proximior, & hæres esset admissus ad hæreditatem.

LANCELLOTTI.

NVLLITAS.

Salernitana, Monasterij. Ven. 19. Iun. 1598.

ARGVMENTVM.

Consensus præstitus per procuratorem, qui reuocatus est, & formam ac fines mandati non obseruauit, an in hoc casu nullus sit, & resignatio inde secuta infirma.

SVMMARIA.

1 *Procurator ante extensionem mandati potest reuocari.*
2 *Mandati forma, & conditiones sunt custodienda, quod si non fiat, per procuratorem facta reuocantur.*
3 *Mandatum ante reuocationem extendi potest.*
4 *Stylus ex attestationibus practicorum Cancellariæ probatur.*
5 *Consensus in resignationibus, in quibus datur reseruatio fructus, ante missam supplicationem ad registrum extenduntur.*
6 *Constitutiones Clementis Papæ de cõsensu in resignationibus præstando, quomodo intelligantur.*
7 *Resignatio valida est, licet Datarius non solita concedi ex supplicatione deleat. & num.8.*
9 *Retentio ad id conseruandum fit, quod quis prius habuit, non autem ad aliquid de nouo acquirendum.*

DECISIO CXCVII.

Duo opponebantur pro parte Illustrissimi Marci Antonij de Capua, ad effectum, vt consensus per ipsius procuratorem præstitus non diceretur legitimus. Primò, quod fuerat reuocatus, ptout fieri pote-1 rat, ante † extensionem, Crescent. decis.75. alias 1. de concession. præb. Paleott. decision. 105. cum sim. Secundò, quod non fuerat seruata forma, & conditiones 2 mandati, vnde † consensus fuit malè præstitus & resignatio nulla. Rot. decis.4. de ter. permu. in antiq. Crescent. decis.2. de loc. cum alijs allegat.

Quibus non obstantibus Domini contrarium censuerunt, nam quantum ad primum, constat de exten-3 sione ante † reuocationem, quæ fuit facta die 14. Aug. vel 17. mens. Iul. & tamen extensio consensus est sub die 3. Iun. Non obstat, quod supplicatio fuerit missa ad registrum die 21. Aug. ex quo inferebatur, quod cum in extensione consensus fuerit scriptum, illum fuisse extensum iuxta formam supplicationis, missæ die 21. Aug. necessario dicendum est, fuisse extensum post missam, & sic post reuocationẽ, stantib. maximè Constitutionibus Clementis VII. de consensu præstando in beneficiorum, resignationibus, nam quod 4 fuit responsum, quod † secundum stylum, de quo testatur Practici Cancellariæ in multis expeditionibus, & in specie in resignationibus, in quibus datur reser-5 uatio † fructuum, consensus extenduntur ante missam supplicationem ad registrum, & ideo vel non fit mentio de missa, vel si fit de ea mentio, relinquitur tẽpus datæ missionis in albo ad effectum, vt possit deinde in illo albo annotari.

Et quo ad Constitutiones Clementis, placuit aliquibus ex Dominis, distinctio facta per D. de Vignate, 6 quod illæ loquantur † in annotatione consensus, & in hoc casu clarissimè apparet, extensionem consensus præcessisse reuocationem, quia hæc fuit subscripta ab Andrea Notario, illa verò à Georgio, & tamen Andreas successit Georgio in officio.

Quo ad secundum, quod non fuerit seruata forma mandati, fuit dictũ, fuisse satisfactum, ex quo in supplicatione fuerunt apposita, quæ in mandato contine-7 bãtur, nam si Papa, aut Datarius aliqua † delet ex supplicatione, tanquam non solita concedi, valet resigna-8 tio, iuxta dec. Caputaq.89. part.3. alia verò † aut non erant necessaria, aut impossibilia.

Et cessat difficultas, stante gratia, cui prius, sub data alterius supplicationis expedita, in qua fuerunt cõcessa omnia in mãdato contenta, præter retentionem tituli, & denominationis, quæ concedi non poterat, cum ipse Dominus Marcus Antonius ista prius non 9 haberet, & tamen retentio † fit ad conseruandum id, quod quis prius habebat, non autem ad aliquid de nouo acquirendum. Aym. consil.29. oum.8. quod si nullum ius competeret, prior retentio nihil operatur, Oldrad. consil.214. Aym.127. nu.7. & consil.144. nu.15.

PENIÆ.

NVLLITAS.

Britonoriensis, Bonorum 15. April. & 4. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Iudex ad quem, actis prioris instantiæ nõ integris ad eum transportatis iurisdictionis, exercitium non habet, sed causa deserta, & sententia nulla redditur.

SVMMARIA.

1 *Sententia nulla redditur, ob non integram transportationem actorum, ex prima in secundam instantiam.*
2 *Causa deuoluta non censetur, si acta prioris instantiæ ad iudicem ad quem, integrè non fuerint transportata. Idque in primis parte opponente. & num.3.*
4 *Nullitas parte opponente primo discutienda est.*

DECISIO CXCVIII.

Dato dubio, An sententia A.C. esset confirmanda, vel infirmanda, Rota vtraque parte informãte, 1 infirmãdam censuit, ex capite nullitatis, ob non † trãsportationem integrorum actorum. Bar. in l.2. nu.5. & ibid. Ias. nu.15. & Dec. nu.33. C. de edend. Fely. in c. Ecclesia S. Mariæ. nu.17. de Const. Gabr. de appell. concl. 5. nu. vlt. Concil. Trident. sess.24. de reform. cap. præ-2 terea si quis. integris enim actis non † transportatis à Iudice à quo, ad iudicem ad quem, iudex ad quem nõ habet iurisdictionis exercitium, nec causa ad ipsum deuoluta censetur. c. Romana §. si verò. de appell. lib. 6. & alij quos refert, & sequitur Vestrius in prax. lib. 8. cap.2. nu.1. cit. fin. vers. dixi autem.

3 Quod procedit † parte præsertim opponente, vt in casu proposito, licet talis sententia esset iusta. Cæsar de Crassis decis.9. nu.5. de caus. poss. & prop. Frãc. in c. debito. nu.25. vers. vlterius. de appell.

4 Quoniã opponente parte super † nullitate est prius pronunciandum. Cęs. de Grassis d. decis.9. in fin. Crauett. consil.270. circ. fin.

LANCELLOTTI.

Romana Pensionis domus, 16. Ianuar. 1598.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. c. 149. de præscr. pens. canon. cens. in non. disponens, dominum rei locatæ non posse petere pensiones, & canones, nisi per decem annos proximè preteritos tantum, Vt pro reliquis præsumatur facta solutio, in contractu locationis, licet iuramento confirmato, non habere locum concluditur.

SVMMARIA.

1 *Statutum Romanum lib. 1. de præscr. pens. can. & cens. in nou. in contractu locationis, etiam iuramento munito, non admittitur. & Ratio ibid.*

2 *Iuramentum in generali dispositione regulariter non venit, nisi de illo mentio fiat.*

3 *Iuramentum habet vim litis contestatæ, & actionē perpetuat, ita vt eo præscriptio rumpatur.*

4 *Statutum Vrbis lib. 1. c. 148. de præscript. etiam casus iuratos comprehendit.*

5 *Statutum etiam instrumentis fidem abrogare potest.*

6 *Iuramentum non probatur sublata fide instrumenti.*

7 *Scripturæ fides vbi non admittur, de vno ad aliud non infertur.*

8 *Qualitas repetita non censetur, si capita sint separata.*

9 *Locationes etiam per priuatas apochas fieri possunt.*

10 *Confirmatio confirmato robur addit, non verò extendit illud, quod non in eo continetur.*

DECISIO CXCIX.

1 STatutum † Vrbis lib. 1. sub tit. de præscriptionibus pensionum, canonum, censuū, in nouis, disponens quod Dominus rei locatæ, non possit petere pensiones seu canones, nisi per 10. annos proximè præteritos tantū, vt pro reliquis præsumatur facta solutio, non habet locum in contractu locationis, de quo agitur, stante iuramento in ea apposito, vt fuit per Dominos in hac causa resolutum, quia statutum, quod creditor excludatur à suo credito, nisi infra certum tempus illud petierit, non procedit in contrarium iurato, cum 2 iuramentum † regulariter non veniat in generali dispositione, nisi de illo fiat mentio, gl. in c. cum non deceat. in verb. effectus. de elect. in 6. per tex. in c. constitutus. de rescript. vbi Felyn. nu. 5. Ioan. And. in reg. 1. semel. in fin. de reg. iur. Alex. consil. 37. num. 24. lib. 2. Corn. consil. 328. col. 4. vol. 1. & cons. 180. col. 1. in fin. vol. 3. qui de comm. scribit, consi. 41. nu. 14. lib. 1. cum alijs per Gabr. de stat. concl. 11. in princ. de iureiur. concl. 5. in princ. & per Moder. de priuil. iuram. priu. 3 23. nu. 53. Nam cum iuramentum † habeat vim litis cōtestatæ, & perpetuet actionem, interrumpitur omnis præscriptio. l. nam & postea. §. si is qui. Bar. num. 3. Rom. nu. 4. Ias. nu 5. ff. de iureiur. Fely. in c. fin. nu. 27. de præscript. Marsi. sing. 141.

Et quamuis statutū præcedens c. 148. de præscript. 4 comprehendat etiam † actus iuratos, & alias in terminis statuti antiqui lib. 4. cap. 18. de præscript. person. act. Rota tenuit in vna Romana dotis, coram D. Marsicano, die 22. Apr. 1541. vt testatur Mohed. decis. 5. de præscript. Fab. decis. 9. lib. 1. & 16. de Const. Caputaq. 413. lib. 1. in manuscr. tamen in casu illo statutum in fin. vlterius procedendo, tollit fidem instrumētis, 5 † quod bene potuit fieri per statuentes, Alex. consil. 120. vol. 7. & 255. cum alijs per Put. d. decis. 116. Vn-6 de sublata fide instrumenti, non probatur † iuramentum, quod si per testes, vel aliunde probari posset, non esset locus dicto statuto, & illæ decisiones admittuntur.

7 Et sic tollitur, quod dicebatur, quod † statutum de quo agitur, veniat consecutiuè ad illud, quia cum in 8 hoc non admittatur fides scripturæ, † non est inferen-9 dum de vno ad aliud, nec repetita censetur † qualitas, cum sint capita separata. Bart. in l. Seio. §. rato. nu. 2. ff. de fid. instr. Menoch. cons. 126. nu. 8. vers. ad illud autem. lib. 2.

Non obstat, quod hoc modo statutum seruiret de vento, quia cum locationes solebant fieri etiam per apochas priuatas, non autem per instrumenta, non redditur elusorium.

Neque obstat confirmatio Apostolica, ex certa sciētia, ita vt per eam obligatio etiam iurata videatur subiacere statutis. per ea quę tradit Gabr. de statut. concl. 11. nu. 8. in fin. quia confirmatio intelligitur in terminis, in quibus statuta loquuntur, eius enim natura 10 est, vt addat robur confirmato, † nō autem quod extendat illud, quod in eo non continebatur, ad l. Aurelius. §. in testamento. ff. de liber. leg. Bald. in l. nominatione in fi. C. de appell. Corn. cons. 224. num. 1. vol. 3. Alex. cons. 112. nu. 22. lib. 4. Ruin. cons. 154. num. 16. vol. 1. & cons. 9. nu. 18. Dec. in rubr. de confir. vtil. vel inutil. nu. 2. & 3. Ber. consi. 5. num. 2.

Ex quibus fuit conclusum, statutum non intrare, & mandatum ad fauorem Abbatis Marcelli relaxatum esse exequendum.

ORANI.

Astensis, Bonorum, Ven. 12. Febr.

ARGVMENTVM.

Agens ex remedio Canonis redintegrandæ. 3. q. 1. pro bonis malè alienatis, quæ probare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Remedium canonis redintegrandæ. 3. q. 1. pro bonis malè alienatis minori datur.*

2 *Et quæ in hoc ei probanda. & num. 3.*

4 *Beneficia canonis ex propria persona non competunt.*

5 *Beneficia ex persona patris, vt competere dicantur, eum possedisse specificè, & præcisè probandum est.*

6 *Et quidem possessionem etiam eum continuasse, probari debet.*

7 *Possedisse quis in dubio pleno iure, & proprio nomine, præsumitur.*

8 *Præsumptio ex facti circumstantijs orta, necessaria sit oportet, & concludens, ad effectum, vt probationem facere dicatur.*

DECISIO CC.

CÆsar de Plano agebat ad restitutionem bonorū alienatorum per Ioānem Secundum eius auum paternum, cuius actionis fundamento per Dominos discusso, conclusum fuit, non esse locum restitutioni, nam ad hunc effectum dicebant cum contra innitentem remedio canonis redintegrandæ. 3. quæst. 1. quod 1 datur † minori pro bonis ipsius malè alienatis, Neuiz. consi. 65. num. 13. prout in terminis bonorum reipublicæ consuluit, Alex. consi. 1. nu. 21. lib. 4. siue ex per-2 sona † propria, siue ex persona patris veniret, primū 3 extremum † plenè & cōcludenter probatū esse Alex. consi. 139. num. 14. lib. 6. Afflict. decis. 364. Sarmen. ad reg. de infirmis, quæ est 36. eum vulgar. ex persona 4 autem † propria non competere beneficium canonis, quia bona non possedit, l. 1. §. interdict. ff. de vi, & vi armat. Gozad. consil. 49. nu. 5. Ex persona patris verò 5 minus, quia non probauit specificā, & præcisam † patris possessionem, cum eorum identitate. Rol. cōs. 50. num. 15. lib. 2. Vnde quamuis testis deponat Antoniū & Magdalenam eius proauos possedisse bona, de quibus agitur, vsque ad eorum ab hac vita discessum. Et quod in vniuersa hæreditate successerit Ioannina eorum filia, & inde concludunt accepisse possessionem, 6 non tamen dicunt eam † continuasse in eorum possessione, & in eadem decessisse, vt nec etiā, quod Antonius vnicus matris Ioānninę superstes hæres per aditionem hæreditatis possessionem acceperit istorū bonorum, cū de possessione matris tempore obitus non constet. Præterea eum pro parte Cæsaris prætenderetur, Ioannem eius auum possedisse in vita Antonij sui patris, non tamen proprio suo nomine, sed administratorio, & tanquam vsufructuarium, hoc esse probandum,

7 bandum, quia in dubio † quis præsumitur nomine proprio, & pleno iure possedisse. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 67. num. 13. & 68. num. 3. & licet
8 in † circumstantijs facti possit oriri cōtraria præsumptio, vt per Bero. consi. 58. lib. 3. erit tamen qualiscunque hęc probatio præsumptiua, non autem concludens, & necessaria.

PAMPHILII.

Esina, Prædij. Mercur. 20. Nouemb. 1585.

ARGVMENTVM.

In alienatione bonorum pupilli, quæ solennitates debeant interuenire, & quid ad probandam legitimam alicuius tutelam requirantur, docetur.

SVMMARIA.

1 *Tutor possessionem rei pupilli sui in alium transferre potest, maximè vbi authoritas iudicis accedit.*
2 *Et quæ ad hoc requirantur.*
3 *Tutor testamento rectè datur.*
4 *Tutoribus pluribus datis potestas de iure cuique in solidum data intelligitur.*
5 *Mater ad secunda vota transuolans, tutelam filij amittit.*
6 *Tutor in pœnam capitis damnatus, tutelam amittit.*
7 *Administratio tutelæ penes vnum tutorem solidè remanere potest, alijs contutoribus a tutela remotis.*
8 *Temporis diuturnitas facit, vt in actu qualibet solennitas adhibita censeatur.*
9 *Etsi de graui præiudicio agatur.*
10 *Tutela legitimè, & cum decreto iudicis collata, ex diuturnitate temporis præsumitur.*
11 *Tutela administratio vt probetur, sufficit, vt quis pro tutore se gesserit, & eius gesta habuerint effectum. Et quomodo hoc probetur. & num. 12.*

DECISIO CCI.

Domini nihil firmarunt pro validitate alienationis prædij, de quo agitur, quia ad effectū istius dubij ista requisitio non fuit ita necessaria, & de ea si opus sit, alias agetur, & præsupposito pro nunc, quod alienatio fit nulla, dixerunt, quod cum ista nullitas prætendatur, ex defectu solennitatum, à iure requisitarum, in alienatione bonorum pupilli, non autem ex defectu consensus, non competit D. Michaeli Angelo actio spolij, quia cecidit à possessione facto tutoris,
1 qui potuit transferre † possessionem rei ipsius pupilli, præsertim accedente decreto iudicis. Doct. in l. 1. ff. de acq. possess. Alex. in l. possessor. ff. eod. Put. dec. 227. lib. 3. & fuit alias resolutum, coram Reuer. Patre D. meo Seraphino, de anno 1579. vbi exactè tolluntur omnia, quæ ab aduersario dici possunt.

Et licet requiratur, quod legitimè constet de tute-
2 la illius, † qui alienauit, ac decreta ei administrationę, iuxta doctrinam Bart. in l. legitimos. ff. de leg. tut. & est decis. Put. 427. num. 6. lib. 2. ista tamen omnia concurrunt in hoc casu. Nam quo ad primum, adest
3 testamentum Francisci, in quo deputatur tutor iste Andreas, & licet ei sint dati contutores, tamen quia
4 de iure potestas censetur vtrique in † solidum commissa, l. etsi pluribus. ff. de auth. tut. l. 2. vbi Bald. C. de auth. tut. potuit ipse solus alienare. Put. decis. 23. lib. 3.

Præsertim cum mater altera tutrix ad secunda nu-
5 ptias transiuerit, & sic ius † tutelæ expirauerit, Bart. in l. si quis sub sub cōditione. num. 28. ff. de testamen. tut. Gozad. consi. 54. nu. 8. & alius contutor, qui fue-
6 rat condemnatus † in pœnam capitis, desierit esse tutor. §. sed si capitis. Insti. quibus modis tut. finiat. adeo
7 quod † remansit in solidum penes Andream. Aym. consi. 18. num. 5.

Quod verò ad aliud requisitum decreti tutelæ, di-
8 xerunt præsumi † interuenisse stante diuturnitate tēporis, quæ facit, vt quælibet solennitas etiam extrinseca in actu exhibita censeatur. l. si filius. ff. de petit. hæred. Dd. in l. qui in aliena. §. 1. de act. hæred. Aym. de antiq. temp. pat. 3. in princ. num. 14. vbi dicit, hoc
9 procedere, † etiam si agatur de graui præiudicio, vbi cum tempore longissimo etiam concurrit possessio, &
10 in proprijs terminis in præsumenda † administratione tutelæ, tradit Soc. iun. consi. 153. vol. 2. lib. 2. Boer. dec. 124. nu. 13. Aym. de antiq. temp. pat. 3. §. fin. nu.
11 37. vbi quod sufficit, quod quis gesserit se pro † tutore, & eius gesta habuerint effectum. Quod in hoc casu Andreas, & pro tutore se gesserit, & eius gesta habuerint effectum suum, apparet ex pluribus confessionib. factis, in quibus dictus Andreas, qui fuit in testamento paterno deputatus tutor, acceptasse tutelā, & pro ipso Michaeli Angelo adiuisse hęreditatem patris, illamque per plures annos pacifice possedisse, & gubernasse, & prædicta etiam probant testes, desuper examinati, & satis etiam constare videtur, quod eius
12 gesta † habuerint effectum, cum ipse hodie possideat hæreditatem, quam eius tutor adiuit, etsi super ista D. Michael Angelus vult audiri, etiam satisfiet.

PENIÆ.

INTERESSE PECVNIARVM.

Romana, Bonorum, de Ceulis, Vener. 13. Ian. 1600.

ARGVMENTVM.

Interesse ob pecunias non solutas, quando debeatur.

SVMMARIA.

1 *Requisita vt quis de administratis, & gestis teneatur.*
2 *Mora interposita interesse lucri cessantis de pecunijs nō solutis, quando non debeatur. & duob. seqq.*
5 *Interesse damni emergentis non debetur, si petens illud damnum passus non est.*
6 *Ad interesse non tenetur, qui iustè credit se non esse debitorem. & num. 8. & 9.*
7 *Tutor qui, & debitor pupilli, si est in mora petendi pupillo alium constitui tutorem, cui soluatur, ad interesse tenetur.*
10 *Pecunias in lucris collocans, ad vsuras, & interesse tenetur. & num. 11.*

DECISIO CCII.

Die 24. Maij, anni præteriti 1599. fuerat in hac causa decisum, non deberi D. Claritiæ vsuras pupillares, ex pecunijs redactis ex 75. locis mōtis recuperationum, sed tunc fuit decisum quod videretur, an deberet aliquod genus lucri, vel interesse, super quo articulo proposito dubio in hac causa, Domini censuerunt non deberi aliquod interesse.

Primò, quia non erat probatum, pro parte D. Claritiæ, Hieronymum fuisse administratorem bonorū eiusdem Claritiæ, cum nullum negotium ipsius contemplatione gessisse probaretur, cum ad effectum, vt
1 quis de † administratis, & gestis teneatur, duo probari debeant, quod gesserit, & quod contemplatione alterius gesserit, Bart. in l. si pupillo. §. item quæritur. num. 4. vers. habes ergo. ff. de nego. gest. Cap. dec. 180. num. 4. in casu autem propositione neutrum apparebat probatum.

2 Secundò, † quia nec bon. me. Dom. Hieronymus, nec Tiberius illius hæres videbantur cōstituti in mora, restituendi dictas pecunias post litem motam ad effectum, vt propter moram incursam prętēdi posset aliquod interesse lucri cessantis, quia pro parte D. Cla-
3 ritię non probabatur, † quod si pecunię fuissent sibi solutæ, cum illis fuisset tantum lucrata, & quod tunc in promptu esset occasio pecunias implicandi, quod
4 † prætendente protestatione, pro parte creditricis interposita ad notitiam debitoris differēdum erat. Pau. de Cast. in l. non vtique. §. nunc. de offic. num. 3. in princ. ff. de eo quod cer. loc. Afflict. decis. 20. num. 2. Cagn. in l. 1. num. 31. C. de sent. quæ pro eo, quod int. Chisanen. decis. 75.

Similiter non poterat prætendi interesse ratione damni emergentis, cum † non esset probatum D. Clariciam passam aliquod damnum, ob pecunias sibi non solutas.

Tertiò, quia saltem respectu D. Tiberij negari non poterat, quin habuerit iustā causam credendi † se non fuisse debitorem, cum Hieronymus pater disposuerit de istis pecunijs, tanquam de proprijs, & Rota etiam multum dubitauerit. Cur. iun. cons. 239. nu. 28. lib. 3.

Respectu Hieron. aliqui ex Dominis videbantur sentire maiorem † fuisse difficultatem, quia cum fuisset minoris debitor, debebat curare, quod Claricię daretur alius tutor, quod eum non fecerit, fuit in culpa, & propterea tenebatur ad vsuras, & interesse, non quia tutor, sed quia negligens in procurando, quod constitueretur legitima persona, cui fieret solutio, iuxta decis. Vincent. de Franch. 16. nu. 7. & 8. allegantem Fulgos. & alios.

Respondebatur tamē, quod cum Hieronymus disposuerit de istis pecunijs, † tanquam de suis, & crediderit esse suas, licet reuera non essent, saltem propter istam † opinionem videbatur excusandus, præsertim, cum istæ pecuniæ in libris rationis Banchariæ essent scriptæ ab Antonio Francisco, Claricię patre, ad creditum Hieronymi.

Magis etiam vigebat contra eundem Hieronymū, quia cum ipse more mercatorum pecunias suas semper in lucris collocauerit, ita etiam potuit collocari, imò verisimile est collocasse pecunias D. Claricię, & consequenter † tenebatur ad vsuras, & interesse. glos. in l. qui aliena. in verb. purgatis. versi. item quod. ff. de negot. gest.

Sed respondebatur fuisse probatum † aliquod lucrum cum pecunijs D. Claricię, nec improbandum Hieronymum, qui maiorem diligentiam adhibuit in collocandis suis pecunijs, quam pupilli. Pau. de Monte pic. cons. 65. nu. 29. & seq.

M A N T I C Æ.

Romana, siue Tyburtina, Horti, Lun. 12. Decemb. 1588.

A R G V M E N T V M.

Alienatio rei Ecclesiasticę facta absque solennitatibus debitis inualida est & reuocanda, licet facta sit ex necessitate soluendi æris alieni.

S V M M A R I A.

1 *Alienatio rei Ecclesiasticæ vt subsistat, quæ requirātur.*
2 *Gratia Papalis in forma simplicis commissionis non præsentata, morte Pontificis expirat, & nu. 6. & 7.*
3 *Gratia non suffragatur, si Breue, quod ex forma commissionis erat expediendum, non fuerit expeditum.*
4 *Gratia si in euidentem locum habet, etsi Ecclesiæ vtilitas euidens nondum sit probata, & num. 5.*
8 *Alienatio facta pro soluendis debitis hæreditarijs, beneplacitum Papæ non requirit.*
9 *Gratia præsentari debet, etsi emptori lis fuerit mota.*

D E C I S I O CCIII.

Placuit Dominis alienationem non valere ex defectu solennitatis. Nā in alienatione rei Ecclesiasticæ duo copulatiuè requiruntur, solennitas, † & causa. c. 1. & 2. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. clem. 1. eod. tit. c. sine exceptione. 12. q. 2. & communem hanc opinionē profitetur, & quam plurimos adducit Dec. in consil. 142. nu. 4. & Couar. var. resolut. lib. 2. c. 17. num. 2. & hoc in Rota sæpius decisum fuit.

Vnde quamuis alienatio facta fuerit ex necessitate æris alieni, nō potest tamen sustineri, quia deficit forma requisita, hoc est assensus, & authoritas superioris.

Nec obstat supplicatio à fel. record. Gregorio XIII. obtenta, quia illa est in † forma simplicis commissionis, nec fuit præsentata, & ideo per mortem Summi Pontificis expirauit. Bald. in l. vlt. no. 3. versic. sed pone. ff. de const. Dec. in c. relatum. nu. 21. vers. & ista conclusio intelligitur. de off. deleg. Gabr. in concl. 1. seu 7. de præb. lib. 6.

Quod multo magis Dominis placuit, quia in casu proposito posita est clausula, & per Breue, quod facit, vt sit necessaria expeditio Breuis, quod † cum non fuerit expeditum, gratia nō potest suffragari, quia obstat regula, de non iudicando iuxta formam obligationis.

Neq; ad rem pertinet, quod gratia, † *si in euidentem* statim locum habeat, etiam priusquam Ecclesiæ euidens vtilitas probetur, vt alias dictum fuit, quia illud procedit, † quādo rescriptum fuit præsentatum, & res est in eo statu, vt cōfirmatio fieri possit, aliud est, si rescriptum non sit præsentatum, quia mandatum re integra, morte Pontificis expirat. c. licet. de offic. deleg. & perinde est, ac si non esset obtentum.

Neq; etiam refragatur, quod hæc gratia facta fuerit simpliciter, & ideo † quāuis non sit præsentata executio, per mortem Papæ non expiret. c. si nuper gratia. de off. deleg. lib. 6. Guid. Pap. decis. 491. quia hoc non habet locum, quando † executor debet adhibere causæ cognitionem. Rot. dec. 12. de off. deleg. in nou. Gemin. in d. c. si super gratia. nu. 7. vers. sed pone, quod Papa. de off. deleg. Fel. in d. c. relatū. nu. 8. versic. limita istam limitationem. de offic. deleg. sequitur Gabr. qui alios consonantes refert in d. concl. 2. nu. 13. de prob. lib. 6.

In proposito autem executor debuit adhibere causæ cognitionem, ergo per mortem Pontificis expirauit, & cum Breuis etiam expeditio fuerit necessaria, cessat omnis dubitatio.

Neque etiam dici potest beneplacitum Papæ fuisse necessarium, ex eo, quod alienatio † facta pro soluendis debitis hęreditarijs, quia per aditionem hęreditatis bona facta sunt propria ipsius monasterij. l. sed si plures. §. filio. de vulg. & pup. subst. & Inst. de hęred. qual. & differ. in pr. quem textum meliorem de iure dicit Crott. in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 35. de verb. oblig. gl. & Dd. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss.

Neq; etiam obstat, quod † emptori lis fuerit mota, & ideo gratia non fuerit præsentata, quia hoc nullum præstitit impedimentum, & quia Breue etiam nihilominus potuit & debuit expediri, & præsentari.

P L A T I.

Cortonensis, Bonorum, de Eremitis, Lun. 28. Mart. 1588.

A R G V M E N T V M.

Locatio rei Ecclesiasticæ in emphyteusin perpetuam, facta absque sufficienti mandato, inualida est, maximè si ad hanc etiam Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ consensus requiratur.

S V M M A R I A.

1 *Locatio rei Ecclesiæ facta carens sufficienti mandato, non subsistit. & num. 2.*
3 *Maximè si præter hoc etiā consensus Ecclesiæ requiritur.*
4 *Consensus Ecclesiæ non probatur ex eo, quod locationis instrumentum in libro contractuum eius, scriptum fuerit. & num. 8.*
5 *Libri S. Eremi, siue Ecclesiæ contra eandem probant.*
6 *Scientia officialium Ecclesiæ sufficiens videtur ad inducendam eiusdem ratificationem.*
8 *Alienatio facta sine consensu Capituli, non ratificatur, nisi consensus Capituli expressus accedat: Et quidem à capitulariter congregatis Antistitibus. & nu. 9.*
10 *Ratificatio alienationis easdem solennitates requirit, quas & ipsa alienatio.*
11 *Conditio si cesserit in euidentem vtilitatem, per rerum naturam certa est.*
12 *Contractu à sola vtilitatis probatione pendente, conditio illa vtpote natura certa, impleta videtur.*
13 *Concessum sub conditione aliqua, sub contraria ademptum censetur.*

14 *Pensionis receptio stante nullitate concessionis non infert praeiudicium.*

15 *Concessio annullatur, si antequam à Papa confirmetur, reclamatum fuerit.*

DECISIO CCIV.

FVit resolutum, locationem in Emphyteusin perpetuam de bonis 1 † S. Ægidij & S. Ioannis, Cortonensis diœceseos, cōcessam venerabilibus fratribus S. Antonij, ordinis Seruorum dict. Ciuitatis Cortonæ, per Bartholomæum Frinx, & postea per D. Archangelum de Florentia, vti procuratores S. Eremi Camaldunensis, viribus non subsistere, quando quidem apparet 2 † illus non habuisse mandatum sufficiens, ad huiusmodi concessionem faciendam, nam mandatum Bartholomæi erat speciale ad locandum certis personis in tertiam generationem masculinam, mādatum verò D. Archangeli erat ad locādum ad breue tempus, vel in emphyteusin concedendum solita concedi, quo fit, vt cum cesserint dictis fratribus in perpetuum bona, de quibus agitur, quæ locari ad breue tempus erant solita, & sic fines mandati sui excesserint, Capitulum suū Camaldunense nequaquā obligare potuerint, ad no. in c. quod quibusdam. ext. de fideiuss. cum vulg. præterquam, quod concessiones fecerunt sub condi- 3 tione, videlicet si † fuerit legitimè approbata per Eremitas, & accedente consensu Apostolico, quarum neutra interuenit. Nam, quod attinet ad primam conditionem, nulla affertur Eremitatum ratificatio.

4 Nec obstat, quod in libris † contractuum sacri Eremi reperiatur instrumentum memoratæ concessionis de verbo ad verbum. Item, quod in libris affictuum repetiatur etiam facta mentio eiusdem concessionis in emphyteusin, cum cōditionibus supradictis, & adnotatæ solutiones pensionum per 12. annos à fratribus S. Antonij successiuè factæ eædem solutiones reperiantur, & descriptæ in alijs libris introituum S. Ere- 5 mi, qui quidem † libri contra ipsam Eremū satis probare videntur, tradit Aym. de ant. temp. p. 1. §. 4. limitatur. num. 55. & 56. maximè cum singulis annis computatores à Capitulo electi diligenter soleant inspicere, & iuxta eosdem subductis calculis Capitulo referre quantum ex Eremi reditibus ad procuratoris manus, quem Syndicum, seu Camerlingum vocant, peruenerit, quantumque per eundem impensum in 6 vsus Eremi fuerit, quorum Officialium scientia † videtur sufficiens ad inducendam ratificationem, vt latè tradit Aymon. de antiq. temp. par. 4. §. absolutis differentijs, nu. 25. quia pro respōsione dictum fuit, pro- 7 bari quidem ex libris factum ipsum, scilicet † solutiones Canonum, & alia, de quibus in eis, sed non propterea ex illis inferri ad aliquam ratificationem, quæ sufficiat in casu, de quo agitur, cum enim alienatio sine Capituli Camaldunensis consensu in perpetuum facta fuisset, non potuit legitimè ratificari, nisi expresso 8 † & tacito eiusdem Capituli accedente consensu, vt not. Archid. in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. in fin. gloss. fin. Innoc. Abb. Card. & alij in cap. 1. & c. continebatur, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. 9 Item, debuit huiusmodi consensus capitulariter † ab vniuersis, non autem à singulis præstari: Idem Archidiac. in d. cap. sine exceptione. in princ. Laur. de Rud. 10 ibid. in 8. quęst. Et in summa ratificatio requirit † omnes solennitates, quas requirit ipsa prima alienatio. Bald. consil. 475. lib. 1. Reb. in compend. alien. rer. eccles. num. 34. Abb. in cap. cum...... num. 3. de his, quæ fiunt à Præl. sin. conf. cap. Atque ex supradictis scripturis & librorum partibus nullus Eremitarum consensus ex......sub beneplacito Sedis Apostolicæ post impetratas à Papa literas, in forma, si in euidentem, non potest per pœnitentiam à contractu recedere, si con- 11 stat de vtilitare, quia illa conditio, † si cesserit in euidentem vtilitatem, certa est per rerum naturam. Nā hanc decisionem dixerūt Domini non applicari, quia in eo confirmatio contractus à sola vtilitatis proba- 12 tione pendebat, † quę cum esset per rerum naturam certa, faciebat, vt conditio huiusmodi iam impleta videretur, in casu nostro confirmatio non solum pendebat ab vtilitate Ecclesiarum, sed etiam à consensu Abbatis generalis, qui ex forma rescripti erat necessarius, potuisset autem Abbas generalis dissentire, etiā si de vtilitate Eremi, quo ad commodū pecuniarum constitisset, quia alijs ex causis fortè non expediebat, nec debebat ad huiusmodi alienationem deueniri, & propterea mandauit Papa, ipsum vocari ad effectum, vt ipse consentiret, si expediens alienatio videretur, & sic ipso non vocato, nec consentiente, videtur Papa 13 voluisse alienationem valere, quod enim † sub conditione, si Abbas consentiens erit, fuit concessum, videtur sub contraria conditione, si ille non consenserit, ademptum. Accedit, quod in causa Leodiensi nō dubitabatur de consensu Capituli alienantis, hic autem maximè dubitabatur de consensu Hieronymi capitulariter adhibito huic alienationi, factæ à nō habente mandatum sub expressa conditione, vt locum haberet, si & postquam fuisset ratificata, legitimè per venerabiles Eremitas, nulla autem affertur expressa ratificatio, sed solum deducitur tacita quædam ratihabitio, ex receptione pensionis, per annos 12. qua stante 14 nullitati concessionis † prædictæ non præiudicat, vt per Ægid. decis. 743. nu. 3. Præsupponebatur etiam in causa Leodiensi, constare de euidenti vtilitate, quæ in casu nostro maximè controuertitur: quinimò ex his, quæ deducuntur, visum est Dominis de ea non constare, saltem ad effectum, vt Eremitæ cogantur consentire, vt alienatio nulla confirmetur. Non enim dubitabatur, quin eodem pretio fuerint bona in perpetuum locata, aut fortè etiam minori, quam locarentur ad breue tempus.....soluendi per Seruitas sit fundamentum super aliquibus pactis, quæ non sunt visa Dominis tanti ponderis, & tantam posse adferre vtilitatem Eremitis, vt cogendi sint deuenire ad huiusmodi alienationem, maximè cum ijdem Eremitæ plura econtrario allegent, quibus docent sibi non expedire, quod hæc alienatio effectum sortiatur, & quicquid sit, alienatio fuisset validè confirmata, quo casu pro sententia iudicum esset præsumendum, atque onus probandi damnū Eremi Eremitis spectare. Abb. consil. 41. lib. 1. & propterea tunc fortè hæc pacta, qualitercunque possent suffragari Seruitis, secus est, stante nullitate sententiæ. Et quemadmodum ante illam sententiam potuisset ex istis causis impedire confirmationem, & idem nunc facere licet, & ex quo d. sententia ob sui nullitatem nullum ei præstat impedimentum.

Postremo etiam præsupposito sine veri præiudicio, aliqua vtilitate, ex quo antequam Seruitæ peterent nullitatem sanari adhibitis requisitis in rescripto Papæ, valideque confirmari concessionem, fuit per Eremitas reclamatum, ac obtenta sententia à visitatore 15 Apostolico, per † quem fuit concessio annullata: dicebant Domini non esse amplius locum alicui confirmationi de nouo faciendæ, per ea, quæ post Bald. Ias. Tiraq. Cass. tradit Arr. Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 32. versi. hæc tamen intellige. quem sequitur Caualc. in tract. de tut. num. 170.

ALDOBRANDINI.

Leodiensis. Vener. 18. Maij 1576.

ARGVMENTVM.

An in alienatione rei Ecclesiasticæ Capitulum possit pœnitere, ex quo eius consensus nouus requiri videtur, & is durabat tempore impetratæ gratiæ confirmationis.

I SVM-

SVMMARIA.

1 *Pænitētia an in alienatione rei ecclesiasticæ locū habeat.*

2 *Pænitentia in contractu emptionis, & venditionis non habet locum.*

3 *Bulla Papali per constitutionem posteriorem Papalem ex certa scientia, derogatur.*

DECISIO CCV.

1 Domini pro maiori parte fuerūt concordes, quod non potuerit Capitulum pænitere,† ex quo nouus consensus Capituli non requiritur, & ex quo consensus ipsius durabat tempore impetratæ gratiæ confirmationis, cum clausula si in euidentem, vt in similibus fuit resolutum, quæ cōditio cum sit de præterito, non suspendebat.

2 In contractu emptionis, † & venditionis regulariter non est locus pænitentiæ. Angel. in l. si pecunia, nu. 3. versic. in ea. gloss. ff. de condit. cau. dat. cau. non seq. Paul. de Castro. in l. 1. num. 2. in fin. C. quando lic. ab empt. disced. optimè Afflict. decis. 280. num. 6. in fin.

Tria opponuntur, quod hæc alienatio fuit nulla, quia facta non reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ, nec seruatis solennitatibus. Ad hoc respondetur, quod beneplacitum fuit obtentum, sed dicitur, quod nouo opus erant consensu. Hæc responsio mihi non placet: Primò, quia hic actus non fuit à principio ita inualidus, quia de vtilitate Ecclesiæ apparebat, & de aliqua solennitate ex inscriptione illa apposita, quod domus istæ erant venales, & dicitur, quod non fuit 3 † derogatum Bullæ Pauli IV. placet quod per expressionem alterius constitutionis, & per scientiam Papæ satis sit illi derogatum, & quod tempore gratiæ etiam videtur sufficienter probatum, quia si alias cessit, & tunc cedebat. Bald. consil. 475. num. 3. versic. quæro igitur. vol. 1.

DE RVBEIS.

Leodiensis, Bonorum, 14. & 18. Maij 1576.

ARGVMENTVM.

Pænitentia in alienatione rei Ecclesiasticæ, cum reseruatione beneplaciti Apostolici, ante illius impetrationem, locum habet.

SVMMARIA.

1 *Alienans rem Ecclesiasticam cum reseruatione beneplaciti Apostolici, ante illum impetratum, pænitere potest.*

2 *Secus post eius impetrationem.*

DECISIO CCVI.

1 Fvit tentum, quod licet, quando est facta † alienatio rei Ecclesiasticæ, cū reseruatione assensus Apostolici, vel sine, vel ante illum impetratum, potest Ecclesia pænitere, post tamen impetratas literas per emptorem, vel conductorem super illius confirmatione 2 in forma *si in euidentem*, non † potest amplius pænitere, & antequam deueniatur ad confirmationem, quia ex quo illud quod cedat, vel non, est certum in rerum natura, illius liquidatio non suspendit illarū effectū.

BVBALI.

Senogalliensis, Ven. 10. Decem. 1568.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Ecclesiasticæ certas solennitates requirit, quæ si deficiunt, alienatio nulla redditur, & inualida. Et quidem per subsequentes Decisiones, diuerso tempore emanatas, quæritur inprimis, an ex defectu citationis, & consensus conuentus monachorum, ad quos res alienata spectabat, non reddatur inualida alienatio, stante confirmatione Papali, quàm tamen locum habere volunt, si de euidenti vtilitate Ecclesiæ constet, & confirmatio non sit subreptitia. Disquiritur etiam, euidens illa vtilitas quomodo probetur, & num per testes extraiudicialiter examinatos, quæ itidem citationes substantiales, & an ob non integram transportationem actorum sententia reddatur nulla, quæ omnia in summarijs subiectis latius videri possunt.

SVMMARIA.

1 *Contractus an inualidus censeatur, ex defectu solennitatum requisitorum.*

2 *Alienatio rei Ecclesiasticæ an ex defectu citationis nulla dicatur, si ad eam confirmatio Papæ accedat.*

3 *Confirmatio Papalis geminata alienationem validam reddit.*

4 *Intellectus cap. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6.*

5 *Papa ex propria scientia procedere, & omnes defectus supplere dicitur.*

6 *Interesse ratione dominij alicuius monachis non debetur, cum administratorum tantum iure censeantur.*

7 *Papa consensum Conuentus monachorum supplere potest. & num. 8.*

9 *Maximè stante vtilitate in conuentum redundante.*

10 *Monachi conuentualiter citandi non sunt, si alienatio in euidentem vtilitatem eorum cesserit, accedente confirmatione Papali.*

11 *Testes examinati in iudicio summario, fidem etiam facere dicuntur in ordinario, sed tamen inter easdem personas. & num. 12.*

13 *Testes examinati neglecta forma commissionis, an probent.*

14 *Testes non addentes dicto suo rationem concludentem, an probent.*

15 *Testis de valore rei deponens, de communi æstimatione deponere debet.*

16 *Probatio probationem non excludit,*

17 *Testes super euidenti vtilitate interrogati, an de diuerso pretio deponentes, fidem faciant.*

18 *Citatio requiritur in alienatione rei Ecclesiasticæ, si monachi habeant mensam communem.*

19 *Et de qua citatione hoc intelligatur.*

20 *Citationem non esse factam ex inspectione actorum probatur.*

21 *Sententia citationem præcessisse non præsupponit, quando ex inspectione actorum de ea non appareat. & nu. 28.*

22 *Præsumptioni locus non est, si de veritate constat.*

23 *Acta omnia interuenisse & transportata esse præsumitur, & contrarium asserens probare tenetur.*

24 *Intellectus verborum, viso mandato procura interuenientium. & nu. 29.*

25 *Instantia partis videtur fungi monitione.*

26 *Intellectus verborum visa monitione.*

27 *Defectus Citationis processum nullum reddit.*

30 *Citatio, & transitus in rem iudicatam non præsumitur, aduersus eum, qui in sententia nominatus non est.*

31 *Pro sententia in præiudicium tertij non præsumitur.*

32 *Solennitates extrinsecæ an separatim interuenire queant.*

33 *Citatio non præsumitur, si de ea in sententia fuisset facta mentio.*

34 *Vt etiam si de contrario ex actis appareat.*

DECISIO CCVII.

In causa Senogalliensi spolij prædij, seu syluæ, fuit resolutum coram Reuer. Patre D. Cotta, prætensas nullitates alienationis non esse releuantes, & nonnulli 1 etiam dicebant, quod licet contractus esset † nullus ex defectu solennitatis, tamen cum ex hoc contractu sit translata possessio, & Abbas, seu monasterium cecidisset facto suo à possessione, quod Modernus Abbas nō potest agere spolio. Achil. decis. 15. de test. spol.

Motiua DD. sunt, quod alienatio, de qua agitur, 2 non possit dici nulla ex defectu consensus, & † citationis Conuentus, nam quo ad consensum dicebant, quod vbi adest authoritas Papæ cum confirmatione, tam ampla, non requiruntur aliæ solennitates, & in specie non requirebatur consensus Conuentus, quia

Papa

Papa in istis habet liberam potestatem. Abb.in c.1.in fin. de conf. vtil.vel inut. cum alijs per informantes Communitatis allegatis, & addebant Oldrad.conf. a 30.nu.2.Corn.conf.348.nu.18. cum seq. lib.1.Rol.à Vall.conf.15. num.4.in fin.cum seq.lib.1.Præsertim, 3 stante † geminata confirmatione, ex primis.& secundis literis resultante, cum clausulis amplissimis.

Non obstat c.2.de reb.Eccl.non alien.in 6.quia ali- 4 qui dicebant, quod loquitur in simplici licentia † sed nos sumus in licentia habente confirmationem ex certa scientia, cum suppletione omnium defectuũ, quo casu loquuntur alia iura, possit etiam ille tex.secundum aliquos habere locum, in confirmatione in forma communi.

Non obstat. decis.2. Rot. in nou. de conf. vtil. vel inut.& dictũ Staph.de Litt.gra.& iust.quia loquuntur in materia, in qua Papa nõ habet tam liberam fa- 5 cultatem, prout in istis rebus, & Papa † procedit ex certa scientia cum suppletione defectuum.

Non obstat, quod cõsensus Conuentus requiratur ratione interesse, quia dicebant aliqui, quod requiritur pro forma inducta ad vigorem iuris conseruandi in fauorem publicum, ne Ecclesiæ depauperentur, & propter interesse Ecclesiæ, & ipsorum monachorum, in simili Angel.conf.88.nu.3.vers.quinimmo.& vers. secundo præmitto.& vers. non dicam dictum statutũ Soc.conf.23.nu.19.vers.sed huic interpretationi.& nu. 20.lib.4.Tiraq.post leg. connub. gl.4.nu.39. Imò Tiraquellus post d.leg.conn.gl.6.nu.64. dicit istas esse solemnitates inductas fauore Ecclesiæ tantum, quod tamẽ est periculosum, quia imò in fauorem publicũ, & Ecclesiæ & propter interesse monachorum: sed nihilominus huc non obstat, quia illud interesse mona- 6 chorum non † est proprium interesse proueniens ab aliquo dominio, vel iure in eis radicato, cum & seculares clerici sint tantũ administratores, aut vsuarij, secundum opinionẽ plurium, in l. in præsenti. de offic. ord.in 6.& longè debilius est ius, si quod considerari potest, in ipso cõuentu regulari: Ideo Papa, qui habet 7 liberam in istis facultatem, de facili potest † supplere consensum, & voluntatem istorũ. Addebant etiam aliqui, quod cum iste Cõmmẽdatarius non teneretur seruare ordinem iudiciarium, sed poterat se informare extra iudicium, & sit lapsum tantum tempus, præsumitur, quod interuenerint omnes solemnitates. Abb. consil.41. lib.1.prout in terminis processus super alienatione rer Ecclesiasticæ, declarat Corn. consil.348. sub num.19.31.& 32.lib.1. Sed cum hoc videretur aliquantulum extra punctũ, propterea in hoc non multum insteterunt.

Quo verò ad citationem dixerunt, quod licet Alex. consil.218. lib.2. videatur pugnare cum Abbate conf. 41.lib.1.& alijs ut Abbate allegatis, & addebant. Dec. in l. certũ. C. vnde cogna. tamen in isto casu placebat opinio Abb.& aliorum, quod non requiratur aliqua solemnitas, etiã citationis conuentus, quia vltra quod Commendatarius potuit se extraiudicialiter informare, non requirebatur amplius cõsensus illorum mona 8 chorum, propter † authoritatem Papæ, qui subintrabat in locum illorum, cũ habeat eandem vtilitatem, 9 & propterea non † erant amplius monachi citandi, propter illorum interesse, quia præsens non est citandus, & sufficit interuẽtus vnius prelati legitimi, prout est Papa, qui potest in euidenti vtilitatem, ea, quæ Prælatus, & Cõuentus, Abb.& Arch.alleg. Item, quia si est verum, quod tẽdat in euidentem vtilitatem cessat illorum interesse, & non poterant contradicere, & non habebant aliquam defensionem, latè Port. de commo.opin. lib.1.concl.43. lim.16. Item quia cum sit facta mentio de monasterio, Papa habuit notitiam de conuentu iuris præsumptione, & non adiecerit aliquid de conuentu, potuit procedi cum solo Prælato commendatario.c.edoceri.cum alijs de resc ript. Et ita ordinatum, vt videatur de euidenti vtilitate.

Die Ven. 11. Febr. 1569.

FUit resolutum, quod detur super confirmatione Papæ, an ex ea tollatur defectus citationis, & cõsensus monachorum.

Die Lun. 28. Martij 1569.

CIrca defectum consensus, Domini stant in decisis, quo verò ad effectum citationis vellẽt, quod particulariter dubitetur.

Die Lun. 23. Maij 1569.

DOmini licet acrrimè disputauerint dubium, tamen non fuit capta aliqua resolutio, sed dictũ, quod videatur: An constet de euidenti vtilitate, & an concessio possit dici subreptitia, ex eo, quod præsupponitur, quod sylua pertineat ad Commendatarium, & tamen mensa, vt præsupponitur, non est separata. Ad stylum fuit dictum, quod est extra dubium, & quod communitas potest audiri particulariter. Dixerunt etiam, quod percurit tempus, de quo agitur.

Die Lun. 13. April. 1573.

ORdinatum fuit, quod de præsenti mensuretur sylua, communibus expensis, quia ex certa mensuratione consultius Domini poterunt deliberare, & videre quinam ex testibus melius probent, sed tamẽ quod interim disputetur causa.

Et primò videndum, cui incumbat onus probandi, euidentem, vel non euidentem vtilitatem.

Secundò, An testes examinati extraiudicialiter in processu, fi in euidentem, fidem faciant in isto iudicio plenario.

Tertiò, Quod particulariter & distinctè videatur, qui valor per testes probetur, circa fructus, & qui valor circa syluam, ad rationem Salmarum, & qui valor probetur totius corporis syluæ.

Die Lun. 18. Maij 1573.

QVoniam in ea disputatione, An in alienatione istius syluæ requireretur citatio monachorum, mensam communem habentium, tuoc Communitas, vt hanc difficultatem euitaret, asserebat, quod mona- 10 chi † non erant citandi, ea sanè ratione, quia alienatio cesserat in euidentem vtilitatem, ita vt dicti Monachi quicquam opponere non poterant, ideo ad hunc effectum, vt disputatio hæc perficiatur, Domini dixerũt, onus probandi euidentem vtilitatem incumbere Cõmunitati, vel ipsa tueatur citationem non requiri. Reseruato tamen, An citatio præsumatur ex antiquitate temporis, vel authoritas, & confirmatio Papæ eis suffragetur.

Die Vener. 23. Iun. 1573.

AN per testes examinatos extraiudicialiter in processu sit in euidentem, & alios testes vigore remissoriæ examinatos hodie constet, quod alienatio syluæ fuerit tunc in euidentem vtilitatẽ, in casu, de quo agitur. Responderunt Domini, ex testibus tam extraiudicialiter, quàm vigore remissoriæ examinatis hodie non constare, quod alienatio syluæ fuerit in euidẽtem vtilitatem Ecclesiæ, nam respectu quatuor te- 11 stium extraiudicialiter examinatorum aliqui mouebantur, quia examinati in † iudicio summario, & extraiudicialiter, qui non dicuntur facere fidem, etiã in- 12 ter easdem † personas in hoc ordinario & plenario super spolio syluæ, per Castr. Prob. & Menoch.alleg. 13 Aliqui, quia examinati, non † seruata forma commissionis, ex allegatis per Informantes. Aliqui, quia pri- 14 mus & tertius non adducunt rationem † concludentem, prout tenentur etiam non interrogati. Reliqui verò duo, videlicet secundus, & quartus non deponunt de † communi æstimatione, eo modo, vt requiritur, ad effectum, vt concludant de valore, vt latè deducunt Informantes.

Omnes verò Domini moti fuerunt etiam hac præ-

cipua ratione, quia ex quo adhuc incertum est, An esset necessaria citatio Monachorum, quando fuerunt examinati isti testes in illo processu extraiudiciali, & Communitas, vt euitet hunc scrupulum replicat constare ex istis etiam testibus de euidenti vtilitate, non esse conueniens, quod interim pendente hae disputatione ex his sumatur aliqua probatio, cum proba-
16 tio† probationem nō excludat, potuissent autem monachi probare contrarium, per alios testes, maximè quia isti testes fuerūt examinati multum perfunctoriè & leuiter,

Quo verò ad testes remissoriè Communitas super suis testibus nullum facit fundamentum, sed tantum super testibus Abbatis, sed per istos euidentem quoque vtilitatem non probari, dixerunt Domini, quia
17 licet vnus deponat, quod † tunc quædam salma esset valoris 15. ducatorum, tamen sunt alij, qui deponunt de 80. alij de 100. & deponunt etiam de valore in vniuersum totius siluæ, scut. quinque & sex millium adeo, quod super istis non potest fieri fundamentum, iuxta etiam responsiones per Informantes pro D. Abbate alias deditctas,

Neque illud fundamentum, quod sit, constare de euidenti, ex eo quod fructus singulis annis ascendant ad scut. 150. & propterea siluæ fructus in 20. annis non facerent nisi scut. 3000. placuit Dominis per responsiones datas per informantes, quæ Dominis placuerunt, Et pro decisione causæ dixerunt videndum, An citatio monachorum fuerit necessaria, ad effectū validitatis alienationis siluæ de qua agitur.

Die Mercur. 1. Iul. 1575.

CVm præsupposito, quod mensa sit Communis,
18 Domini dixerunt requiri † citationem monachorum, Reseruarunt, An ex antiquitate & obseruantia citatio possit præsumi.

C O T T Æ.

Die Ven. 24. Maij 1577.

FVit resolutum, ex sententia in actis producta non resultare talem præsumptionem citationis, contra monachos, vt d. sententia ipsos taliter afficiat, quod contra ipsos dicatur transiuisse in rem iudicatam.

Et pro fundamēto resolutionis dictum fuit primo loco, quod hæc quæstio citationis monachorum erat
19 intelligenda de citatione † ad dicendum contra Commissionem, contra articulos, videndum iurare testes, & ad dādum interrogatoria, istę enim citationes erāt substantiales, & sine ipsis sententia sustineri non poterat. Bal. in l. probatam. col. 2. vers. de eo quod illud. C. de sent. & interloc. om. iud. cum alijs adductis per Informantes pro Ill. D. Abbate,
20 Hoc stante dicebant Domini, quod cum ex inspectione actorum appareat, quod Monachi ad prædictos actus non fuerint citati, eo enim modo probatur negatiua. Cast. consi. 81. nu. 3. lib. 2. Afflict. decis. 107. Fab. decis. 31. cū alijs allegatis, erat impossibile, quod
21 ex sententia posset † oriri præsumptio citationis con-
22 tra monachos. Nam præsumptioni † non potest esse locus, cum de veritate constet. l. fin. de probat. Fel. in c. per tuas. ante fin. vers. quinto no. eod. tit. Dec. consi. 400. nu. 8. Aym. consi. 35. nu. 5. & in istis terminis idem de antiq. temp. par. 2. num. 53. vers. 4. limitatur. Rol. consi. 6. num. 35. vol. 5.

Nec mouit Dominos, illud quod per Communitatem Montis Rodi dicitur, nempè hic non adesse omnia acta, & propterea non possit concludenter proba-
23 ri ista regula, quia fuit responsum, quod † præsumatur, quod adsint omnia acta, & qui vult dicere cōtrarium, debet hoc probare. Aym. vbi sup. nu. 54. versic. sed quod istud probetur. Menoch. consi. 9. nu. 203.
24 Nec placuit illa demonstratio, quod non † adsint omnia acta elicita ex illis verbis, *Viso dictorum procuratorum interuenientium Procurationis mandato*, & ex illis, *visa monitione, per nos facta dictis procuratoribus, ad audiendam hanc nostram sententiam*, quia quo ad mandatum cum dicat, *viso mandato procuratorum interuenientium*, apparet, quod intelligebat de mandato Cardinalis alienantis, non de mandato Communitatis, quia in toto processu Notarius non enunciat procuratores Communitatis, nisi sub nomine Oratoris, & Syndici, & propterea si de eo intellexisset dixisset, viso mandato Syndici, vel Oratoris, & fortasse fuit dictum, viso procuratorum interuenientium mandato, quia in mandato Cardinalis alienantis duo constituebantur procuratores, licet vnus compareuerit in processu. Nec Cardinalis Commissarius attestatur, mandata fuisse in actis producta, licet attestetur se illa vidisse. Quo verò ad monitionem, adest instantia par-
25 tis, quæ videtur † fungi vice monitionis, & etiā, quia
26 illa verba, *visa † monitione*, exponi possunt, considerata monitione ex allegatis per Informantes,

Sed siue adsint omnia acta, siue non, omnem difficultatem dicebant Domini cessare, ex eo, quod in casu isto apparet plusquam manifestè, quod non interuenerit
27 † citatio monachorum. Primò quia 8. Martij, quando præsentatur Commissio Cardinalis, Commissarius, ilico committit receptionem iuramenti testium Notario absque aliquo decreto citationis, contra monachos. Præterea Notarius in executione huius commissionis 11. Mart. recipit iuramēta testiū, enunciat præsentiam Syndici, ita vt etiam enunciasset contumaciam, vel præsentiam monachorum, vel ipsorum procuratoris, si monachi fuissent citati, & quemadmodum scripsit commissionem sibi factā de recipiendis, & examinandis testibus, ita eodem modo scripsisset decretum citationis contra monachos & spacio trium dierū, non potuit transmitti citatio exequi, ac reproduci, adeo quod ex euidentia facti cum Abbatia distet ab Vrbe per centum decem milliaria, apparet citationem factam non fuisse.

Secundò principaliter fuit dictum per Dominos, quod non poterat resultare ex sententia præsumptio citationis contra monachos, ex quo in sententia non
28 enunciatur ipsa citatio † monachorū, & sicut enunciantur alia acta, & solennitates, ita etiam enūciasset istam, si reuera interuenisset. Socin. econtrario allegatus in terminis, consi. 158. nu. 11. lib. 2.
29 Nec illa verba *viso mandato † procuratorum, & visa monitione dictorum procuratorum*, possunt intelligi de procuratore monachorum. Nam dictum fuit, Cardinalem commissarium se restrinxisse ad personas supra nominatas, videlicet Vincentium, procuratorem Cardinalis alienantis, & Sabitium Oratorem Communitatis, propter illam dictionem dictorum, vt hic per Informantes pro D. Abbate.

Tertiò, quia non potest præsumi citatio & transi-
30 tus in rem iudicatam contra non † nominatum in sententia, & cum quo iudicium non fuit agitatum, vt per Soc. vbi sup. & tanto magis, quod pro sententia
31 regulariter in præiudicium † tertij non præsumitur, vt per Aym. in 2. par. 2. 24.

Non obstant decisiones Put. allegatæ, quod solen-
32 nitates extrinsecæ possint † interuenire separatim, quando apparet totus processus, hoc cessat, vt dicit Put. in allegatis econtrario decisionib. & qui vult dicere processum non integrū, debet hoc probare, vt supradictū fuit. Et profectò, si hæc citatio interuenisset eū esset res magni momenti, quādo Communitas fecit sibi dari processum à Notario, cum instrumento venditionis, curasset proculdubio apponi talem citationem, vel saltem de ea aliqua mentio facta fuisset, cum tamen nulla vnquam mentio nec de citatione, nec de Monachis, in toto illo processu facta fuerit, & in hac materia vna præsumptio tollit aliam, Corn. consi. 144. col. 1. vers. nec videtur opitulari. lib. 6.

Qui-

33 Quinimmo etiam quod † de citatione in sententia mentio facta fuisset, adhuc non præsumeretur citatio, 34 postquam de contrario apparet ex † actis, vt dictum fuit supra, nec pro sententia præsumptio aliqua oriri potest, quando deficit processus substãtialis, ex Aym. & Rol. superius alleg. & præsertim contra illum, cum quo non fuit iudicium agitatum Sed hoc ex abundãti sit dictum, postquam non solum in processu, sed nec in sententia citatio monachorum enunciatur.

Die Vener. 7. Iun. 1577.

NOn placuerunt Dominis ea, quæ dicta fuerunt contra resolutionem, & mandarunt, quod idem dubium in infrascriptam formam conciperetur.

An deducta & deducẽda pro Communitate Montis Rodij obstent, quo minus sententia non sit ferenda ad fauorem D. Abbatis.

Die Vener. 21. Iun. 1577.

DOmini reiecerunt omnia fundamenta, quę fiunt cõtra decisionem vltimo loco factam, tanquam non releuantia, & similiter fundamenta de confirmatione Iulij, & alia remansit sola difficultas, An constet de euidenti vtilitate Ecclesiæ, stante mensuratione facta pro parte Communitatis, & alijs hinc inde deductis, & deducendis.

Et fuit decisum, quod proponerẽ omnino dubium ante Vacantias super hac difficultate.

Elnensis, Mineriorum. Lun. 16. Decemb. 1585.

ARGVMENTVM.

An confirmatio Apostolica accessisse præsumatur in concessione facta absque reseruatione beneplaciti Apostolici, Papæ consensu deficiente: Et ex quibus præsumptio talis oriatur.

SVMMARIA.

1 *Consensus Papæ in concessionibus factis ad beneplacitum Apostolicum, requiritur.*
2 *Titulus verus tollit titulum præsumptum.*
3 *Præsumptio confessione partis tollitur.*
4 *Confessio procuratoris, licet sit reuocata, tamen per vsum partis, censetur ratificata. Et hæc si dubia sit, quando in hoc casu probat.*

DECISIO CCVIII.

DVbitatum fuit, præsupposito, quod instrumentum confirmationis fuerat per Abbatem productũ, cũ alijs hinc inde deductis: An præsumptio cõfirmationis Apostolicæ iniret, quæ suffragetur Antonio Galindos, possessori emphyteusis in casu, & ad effectũ, de quo agitur. Domini vnanimiter tenuerunt, nõ pręsumi aliquam confirmationem, considerarunt enim, quod cum in concessione facta Antonio Mineriorũ, ad monasterium pertinẽtium, non fuerit reseruatum 1 beneplacitum Sedis Apostolicæ, deficiente † consensu Papæ, qui tamen fuit necessarius, Tolon. decis. 54. si præsumenda venit ex lapsu temporis confirmatio, præsumi etiam oportere consensum, contra l. 1. vbi Bald. num. 3. Cod. de do. prom. Secundò, ex quo constat in actis de cõfirmatione, licet vt alias fuit dictum subreptitia cessare debet alterius præsumptio, quia 2 † exibitio tituli veri tollit titulũ præsumptum. Ægid. consil. 10. num. 20. in fin. Paris. consil. 27. nu. 119. lib. 1. Aym. consil. 194. num. 44. cum sim. Tertiò, quia præ3 sumptionem tollit † confessio partis, in commissione in actis præsentata, ibi *& dubitantes, an aliquo tempore dicta alienationes authoritate Apostolica non confirmata, impugnari possint, &c.* ex quibus arguitur, non fuisse antea confirmatas, quæ contra Antonium probat. l. cum pretium. C. de liberal. caus. Aym. cons. 201. nu. 4 6. Nec obstat, quod sit † confessio procuratoris, & quod sit reuocata, quia per vsum partis in iudicio censetur ratificata. Oldrad. cõs. 126. nu. 5. Put. dec. 396. lib. 2.

Non obstat, quod confessio sit dubia, quia dubitatio non versatur circa id, an adsit alia confirmatio, sed quod alienatio ista possit impugnari propter non impetratam ad illud tempus confirmationem Apostolicam. Et ita resolutum.

ORANI.

Elnensis, Mineriorum, Lun. 28. April. 1586.

ARGVMENTVM.

Clausula sublata, commissioni apposita, quomodo intelligenda & interpretanda veniat, vbi quæritur, An pars impetrans commissionem ei possit renunciare; Et quo ad eam, quid in Iudicio intentato ex L. diffamari. C. de ingen. & manum. obseruandum.

SVMMARIA.

1 *Clausula sublata, commissioni annexa, quando iuxta dispositionem iuris communis sit interpretanda.*
2 *Regulari debet secundum conditionem principalis dispositionis.*
3 *Clausula seruatis seruandis, quæ vis.*
4 *Clausulis in commissione appositis pars impetrans renunciare potest.*
5 *Clausulæ commissionibus annexæ tantũ operantur, quantum pars ijs vti volet.*
6 *Defectus citationis quando sententiam non euertat.*
7 *Pars citata ad opponendum, si quid videbitur, si nihil opponat, postea contradicere non potest.*

DECISIO CCIX.

COnclusum fuit pro validitate processus, non ob1 stante † clausula *sublata* in literis Pænitentiariæ, apposita, quia illa nisi cõiungatur cum decreto, quod de subreptione, vel obreptione dici non posset, recipit interpretationem à dispositione Iuris communis, vt est Put. decis. 211. lib. 2. & fuit resolutum in vna Calaguritana Iurisdictionis, coram Reuer. patre D. meo Decano, ex quo solent hæ clausulæ regulari se2 cundum conditiones dispositionis † principalis. clem. 1. & 16. Vital. num. 17. de concess. præb. Paris. cons. 82. num. 4. vol. 4. cum sim. Itaque cum in principali dispositione, cui D. Antonius innititur, inserta legatur 3 qualitas † *seruatis seruandis*, per quam, vt alias fuit dictum, exequutor tenebatur Iudicis partes subire, & citare Abbatem iudicialiter procedendo, Card. in clem. 1. circa fin. de offic. deleg. Felyn. in cap. exhibita. num. 4. debet illam, volendo iuuari clausula illa apposita, prius verificare. l. Diuos. & l. Titius, vbi Bart. de milit. testam. & in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publ. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & cler. Secundò moti sunt, quia pars per impetrationem 4 commissionis huic † clausulæ renunciauit, quod facere potuit, ad no. per Ioan. Monac. & Ioan. Andr. in cap. statutum. colum. 1. circa fi. de præb. in 6. Nam in 5 tantum clausulæ huiusmodi operantur, † in quantum pars ijs vti volet. Rot. dec. 21. nu. 2. de concess. præb. in antiq. Cassad. decis. 2. de decr. Sarm. de reg. de trien. q. 49. num. 11. & fuit coram me alias decisum in vna Pampilonensi, matrimonij.

Nec obstat quod Commissio fuit impetrata, super L. diffamari. C. de ingen. manum. & quod per Abbatem fuit impugnata, quia illius legis dispositio eo tendit, vt præfigatur parti terminus ad docendum de iure suo, quod tam agendo, quàm excipiendo deducere intendit, Gabr. conclus. 6. num. 15. tit. de act. & satis est, quod ab impugnatione recesserit, & ad hoc vt possit impugnata commissione se tueri. Innocent. in cap. cum olim. de censibus. cum alijs per Gabriel. concl. 1. num. 50. de reg. iuris. Nec habita est ratio al6 legati defectus † citationis, quia si Notarius deputatus fuit à Regia Camera, vt extraheret instrumentum alienationis, iuuante Notario de eodem rogato, non fuit in extractione necessaria citatio. Bart. in leg. si quis ex argentarijs. §. cogentur. nu. 5. de edẽd.

Angelus in l. quidam. §. nihil eodem titulo. Felynus in c. cum P. Tabellio. de fid. iostromēt. & interea pars citata ad dicendum cootra nihil 7 † opposuit, adeo quod hodie non potest allegare hoc non esse in forma probante. Rot. decision. 2. de fid. instrumeot. Innoc. Alex. in coosi. 185. in fin. lib. 6. Felyn. cap. quoniam contra. num. 52. de probat. Nec obstat defectus mandati, quia de illo in actis constat.

C A N T V C C I I.

Floreotina, Bonorum, 10. Decemb. 1576.

A R G V M E N T V M.

In alienatione rei Ecclesiasticæ, ut valide fiat, quæ requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Res Ecclesiastica vt valida alienari possit, vel necessitas grauis, vel euidens vtilitas adesse deber.*

2 *Et horum alterum probandum.*

3 *Testis neutri parti coniunctus, & dicti sui rationem reddens optime probat.*

D E C I S I O CCX.

Domioi fuerunt concordes, non probati à Monialibus talem metum, qui sufficiat ad rescissionem cōtractus. Dixerunt tamen pro parte Illustr. D. Aloysij non esse probata, quæ huiusmodi venditionem sustinere possent. Res enim Ecclesiasticę, vel ex causa necessitatis, vel ex causa 1 † euidētis vtilitatis alienari debent. cap. 2. de rebus Ecclesiasticis non alie. lib. 6. Rebuff. de alienat. rer. Eccles. oum. 84. Couarruuias var. resolut. lib. 2. c. 15. nu. 2. quorum saltem 2 † alterum ab ipso probandum est. Alexand. cons. 160. nu. 5. lib. 6. nec quicquam sibi prosunt testes examinati in summario iudicio, quod alienatio cederet io euidentem vtilitatem Monialium, quia ibi vtilitas Ecclesiæ deducitur in controuersum, huiusmodi testes nullam fidem faciuot, & fuit resolutū in vna Agrigentina, Palatij coram boo. mem. Orad. anno 1568. quibus addiderunt per 20. & 27. testes monialium probatam esse læsioné, quibus adiuiniculatur 2. ad. 14. 5. 7. & 23. iux. 74. qui in suis dictis, cum oolla ex parte affectionem habeant ad causam, & reddant optimè rationem 3 † dicti sui, plenissimè probant. Socin. Iun. coos. 73. ferè per tot. lib. 2. Accedunt etiam instrumēta, quę & testium dicta corroborant, & ab eisdem corroborantur. Cagn. in l. 2. no. 232. C. de rescind. vend. etiam maximè adiuuabant huiusmodi lęsionem ex l. Leonis. licet non prohibeat minus pretium 40. florenor. tamē ex illa generali probatione maioris preōj præsumitur, quod pluris terræ communiter venderentur.

Eadem. Lun. 26. Maij 1578.

A R G V M E N T V M.

Dicta testium in hac causa, quæ cum superiore eadem est, & coniungitur, deponentium de vtilitate cessa in vsum monasterij, & pretio terrarum alienatarum, discutiuntur, & quæ ad hoc probandum, læsionemque inducendam requirantur, quæritur.

S V M M A R I A.

1 *Testis interrogatus de valore prædij alienati, si iuxta proprium iudicium deponat, non probat.*

2 *Dictum testis de pretio rei deponens, super communi æstimatione fundari debet. & num. 3.*

4 *Summa maiori minor inest.*

5 *Vtilitas euidens monasterij an probetur ex eo, quod alienans pretium receptum in prædia meliora collocare potuerit. & num. 6.*

D E C I S I O CCXI.

Domini dixerūt ex dictis testium examinatorum pro parte Illustriss. D. Aloysij, non esse recedendum à resolutione alias facta, die 10. Dec. 1576. Testes enim noo probant talem valorem istarum terrarū, vt venditio dicatur cessisse in euidentem vtilitatem monasterij. Primos enim testis, super 10. cap. in rubr. de valore terrarum, æstimat valorem istarum 1 † terrarum ex iodicio suo, quod iudicium suom est priuatum, & nihil de commoni 2 † ęstimatione, & fundatur super reditu fructoum, prout 2. & 3. & 6. super eo. 3 † & affirmatiuè deponunt de hoc valore, & nullum verbum de non excessu, præter sextum, qui est vnicus. Ascensus aotem ad valorem 20. scut. compatitur cum valore 40. cū maiori summæ 4 † insit minor. Imò si sic attenduntur dicta istorum testium, coadiuuatur intentio monialium, secundus enim testis iuxta 6. dicit, quod ratione incommodi statium terrarum fuit venditum 40. aoreis. Et 3. ioxta 9. Quod autem hoc casu maximum versetur incommodom Monialium, patet ex dicto 1. iuxta 17. Et ex eo, io quo partes conueniunt, quod terræ, de quib. agitur, adhæreant huic monasterio, ex qoa commoditate, & incommoditate augetur & minuitur pretium ad effectum inducendi, & tollendi læsionem, & solos valor fructuum non attenditur. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 4 ou. 17. cum seq. C. de rescind. vend. Nō obstant depositiones testium, super 5 † vtilitate venditionis, quia ex eo iudicāt hāc venditionem vtilem monialib. quia ex pretio collato in prædijs extra Ciuitatem Florentinam vberiores fructus percepissent, quam ex his terris, quæ ratio Dominis noo placoit, nam cum in colligendis, & transportandis fructibus multæ sint necessariæ impensę, quibus non subiacebant bona sita in ciuitate, vtique non potest diei cessisse in euideotem vtilitatem mooasterij huiusmodi alienationem, præcipuè cum ex depositione tertij testis super 4. appareat, quod istæ terræ erant in statu meliorationis, & non deteriorationis, & ex eiusdem assertione super 5. colligitur, quod multos fructus præter annuum reditum 60. aureorū percipiebant moniales ex istis terris, qui fructus vnà cum dicto reditu facilè æquare possunt id, quod dedoctis oneribus ex prędijs extra Ciuitatem percipi posse, asserunt testes.

Eadem, Lun. 16. Lun. 1578.

A R G V M E N T V M.

Decisio supra facta, ob non interuenientem euidentem vtilitatem, amplius confirmatur, maximè cum adsit præsumptio cognitionem causæ imperfectam, & non exactam præcessisse, ob temporis breuitatem.

S V M M A R I A.

1 *Bona sita in vicinia monasterij, maximam ei afferre vtilitatem censentur.*

2 *Breuitas temporis arguit causam non plenè, & debita cum attentione esse cognitam.*

D E C I S I O CCXII.

Domini steterūt io decisis 26. Maij proximè præteriti, ea potissimū ratione, quia testes Illustrissimi D. Aloysij oullam habent rationem incommodi moonialium ex causa 1 † vicinitatis istarum terrarum Monasterio, & quia ex dictis eorundem testium non colligitur, talis vtilitas, ex qua venditio sustineri possit. Nam si de anno 1551. ioxta dicta testium Illustris. D. Aloysij Moniales percipiebaot scut. 75. ex pretio 2240. aureorum collato in bonis stabilibus Florentiæ, vix poterant percipere aureos 90. si prædiorum fructus æstimentur, ad rationem 4. pro quolibet centenario, quæ etiam videtur excessiua æstimatio Dominis, quod particulariter resoluerunt informari, & eo magis, cum alij testes eiusdem probent, quod valor prædij, de quo agitur, augebatur ex statu meliorādi. Quibos additur nullitas euidens iudicij coram iudicibus delegatis ex 2 † defectu citationis stante protestatione facta per Syndicum Monialium, & præsumptio non adhibitæ plenæ cognitionis ex breuitate temporis adhibita in hoiusmodi caosa.

Eadem, die 13. Febr. 1579.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Defectus citationis sententiam euertit.

SVMMARIA.

1 *Remissoria ex capite non releuante denegatur.*
2 *Defectus citationis sententiam reddit nullam.*
3 *Remissoria pro citatione probanda non datur, stante protestatione partis aduersæ, & petitione, vt ad contradicendum admittatur.*

DECISIO CCXIII.

1 Fvit conclusum pro denegatione † Remissionis ex capite non releuante, quoniam etiam quod probaretur euidens vtilitas Monasterij, non tamen hæc
2 vtilitas non releuaret, quia sententia † est nulla ex defectu citationis, vt fuit in hac causa resolutum coram Reuer. Patre D. meo Blanchetto, die 16. Iun. de anno 1578. & coram me in causa Papiensi, Bonorum, nec releuat quod petitur etiam remissoria, pro probanda
3 dicta citatione, quia fuit dictum quod stante † contradictione Syndici Monialium facta coram Iudice litis, in qua dicitur, quod alienatio est in damnum Ecclesiæ, & quod propterea d. Syndicus petebat se admitti ad contradicendum, & postea fuerit admissus, non potuit ferri sententia confirmatoria, quia ante subsequutam confirmationem est locus pœnitentiæ, & præsertim, quia dictus Syndicus à die notitiæ appellauit à dicta sententia, & adhuc hodie contradicit.

Eadem, Bonorum. Lun. 10. Iun. 1580.

ARGVMENTVM.

Meliorationes non necessariæ, non refunduntur.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non necessaria non sunt restituenda.*

DECISIO CCXIV.

1 Fvit resolutum, melioramenta non esse † reficienda, tanquam non necessaria.

Florentina, Rescissionis Contractus. Ven. 29. Ian. 1580.

ARGVMENTVM.

Melioramenta facta quomodo, & à quo liquidari ac æstimari debeant, & intra quem terminum.

SVMMARIA.

1 *Terminus nouus extra Curiam præfigitur ad deducenda, & æstimanda melioramenta in re alienata facta.*
2 *Aestimatio melioramentorum à peritis fieri debet.*
3 *Executio in parte rei alienatæ, præstita tamen cautione, dari debet, ad effectum, vt ædificium ruinosum in parte ea reficiatur.*

DECISIO CCXV.

Maior pars Dominorum tenuit pro Illustrissimo D. Aloysio pro liquidandis melioramentis, per
1 eum in viridario, de quo agitur, factis, † nouum terminum extra Curiam præfigendum esse, non obstante alia præfixione termini in prima instantia sibi facta, ac etiam non obstante idonea cautione per Moniales oblata, & potissimum fundamentum factum fuit in decis. Put. 472. incip. die 11. Octobr. lib. 2. vbi fuerat præfixus terminus & oblata cautio, & nihilominus quia melioramenta non erant penitus illiquida, sed probata, licet eorum valor non esset sufficienter liquidatus: Domini dixerunt non esse dandam exequutionem, quo ad possessionem, sed præfigendo terminum extra Curiam ad eligendos peritos qui debent melio-
2 ramenta † æstimare, & ad præfixione termini responderunt, illũ non esse attendendum, tum quia breuis, tũ quia datus in Curia, vbi melioramenta non poterant liquidari, quæ quidẽ decis. Put. bene intrat in casu nostro, in quo meliorámenta non sunt penitus illiquida: sed de his cõstat in genere, prout in 3. præsupposito, & ex dictis testium, quorum summatium datur, & solũ superest liquidatio valoris melioramẽtorum, imò circa præfixionem termini fuit ab ea, eiusque breuitate appellatum, & pars reposita, prout in 5. præsupposito.

Sed quia aliqui ex Dominis dubitabant, an melioramenta in casu isto essent de iure reficienda, quod non fuit discussum, quia erat extra dubium, ideo resolutio non fuit firmata simpliciter, sed fine retardatione disputationis dubij, an melioramenta in casu, de quo agitur, fiot reficienda.

3 Præterea fuit dictum, † vt per modum prouisionis Monialibus præstita cautione detetur nunc exequutio in ea parte viridarij, vbi pars Monasterij minans ruinam, existit, vt possit reparari, ac etiam ampliari, prout etiam Moniales petunt.

ROBVSTERII.

Romana, Casalis, Palazetti, Merc. 27. Nou. 1585.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis in alienatione bonorum minoris interuenisse, an recte & ex quibus præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Clausula solitis & consuetis, vis.*
2 *Pro decreto Iudicis præsumitur, sicut pro ipsa sententia.*
3 *Solemnitates non enunciatæ, non præsumuntur.*
4 *Decretum Iudicis solum non sufficit, in solennitatibus non enunciatis, quæ tempore decreti inuenire non potuerunt.*
5 *Pro decreto ex longo tempore præsumitur.*
6 *Præsumptio decreti cessat, vbi iudex in facto, vel in iure errauit.*
7 *Curator ad litem certam, vel certum negotium absque cautione ex stylo Curiæ admittitur.*
8 *Curator an præter officium curæ, etiam procuratoris personam sustinere queat.*

DECISIO CCXVI.

Pro validitate alienationis huiusmodi adducitur iuramentum interpositum per Actilium Curatorem & procuratorem minorum, de quo Domini pro nunc non egerunt, quia est extra dubiũ, & si opus esset, de eo agetur ad partem, & præsertim, cum sub clausulis solitis & consuetis, de quibus in mandato minoris
1 veniat facultas † iurandi, adducitur etiam decretum Iudicis, & ita loquitur dubium propositum quoniam iam Domini firmarunt sub die 23. Ianuar. 1584. quod causæ enunciatæ in venditione huiusmodi, & decreto Iudicis interposito præsumantur veræ, quamuis sit data dilatio emptori, & non constet, quod non poterat in alia re magis commode satisfieri, nec etiam constaret de satisfactione creditorum, vt dictum fuit in dicta decisione: tamen cum pro parte Dominorum de Theophilis allegarentur plura alia vitia intrinseca, contra præsumptionem dicti decreti, ad illud tollendum, vel elidendum, ideo iterum dubitaui: An ex istis sit sublata, vel elisa huiusmodi præsumptio, & Domini circumscriptis duobus, de quibus infra, tenuerunt ex illis non esse neque sublatam, neque elisam talem præsumptionem decreti. Nam regula est, vt præsuma-
2 tur † pro decreto, sicut pro sententia, vt post Specul. & alios late deducunt Informantes.

3 Non obstat, quod solennitates † non enunciatæ non præsumantur, etiam vbi adest decretum Iudicis, quia iam enunciatæ causæ sufficientes ad finem satisfaciendi creditoribus, & quod nulla alia aderat res magis cõmoda, & minus damnosa, & adhibiti sunt consanguinei, & enunciantur alia necessaria. Et quamuis in so-
4 lennitatibus † non enunciatis, quæ tempore decreti interuenire non potuerunt, non sufficeret solum de-
5 cretum Iudicis, tamen hic habemus † satis longũ tempus, cum obseruantia subsecuta, ab anno 1546. & in facto adducuntur plures verificationes, quamuis non sint necessariæ cum assertionibus plurium personarũ, verisimiliter non suspectarum, adeo quod præsumptio decreti est satis adminiculata, vt hic per Infor-
6 mantes. Non obstat, quod vbi Iudex errauit † in iure, vel in facto, tunc cesset præsumptio decreti, & ex eo, quod

quod Attilius curator non satis dederit, detegitur Iudicem errare, quoniã vt appatet ex decis. Put. & Achil. allegatis, in curatoribus ad certam litem, vel certum negotium Curia nõ vtitur hoc iure, sed admittit istos 7 † curatores absque alia cautione. Nec etiam obstat, quod dictus Attilius Curator & procurator non potuit sustinere 8 † vicem plurium personarum, Curatoris, & procuratoris, & Iudex hoc admittendo errauit, nam dicebatur, quod simus in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & non datur incõueniens, nec cessat ratio in vna, & eadem persona, hoc de iure fieri potest, vt per Fel. & Dec. econtrario adductos.

Quod non adsit decretum Iudicis, & procurator non potuerit recipere pretium, & plura alia respicientia vitia intrinseca, bene respondent Informantes pro D. Thoma, cum quibus Domini sine difficultate transierunt, & steterunt in regula præsumentes pro decreto iudicis, & validitate actus. Duo tantum reseruarunt, primum de fideicommisso, an ex quo Casale erat subiectum fideicommisso, non limitato, sed absoluto, prout in eo dicatur constare de tali errore, vt præsumptio pro decreto dicatur sublata, vel elisa, iuxta consil. Paul. de Castr. 392. in princ. Item & secundo reseruarunt id, quod elicitur de clausulis enormissimæ læsionis, quæ in similibus instrumentis minorum non reperiuntur in formularijs, nisi ostendantur instrumenta illorum temporum per D. Thomam.

ROBVSTERII.

Romana, Casalis Palazetti. Lun. 23. Ian. 1584.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis interpositum in alienatione bonorum minoris, facit, vt causæ enunciatæ præsumantur veræ, & omnia requisita rite, ac recte interuenisse.

SVMMARIA.

1 *Causæ enunciatæ, in dubio, ob interuentum decreti iudicis, verè præsumuntur.*

2 *Decreto à Iudice interposito omnia requisita interuenisse præsumitur.*

DECISIO CCXVII.

Resoluerunt Domini, qood in casu, de qoo agitur, 1 causæ in dubio præsumantur † veræ, quamuis non constet de satisfactione creditorom, nec quod in alia re magis commode satisfieri poterat: hoc propter decretum iudicis: nam licet sit verum, quod vbi reperitur aliqua res, ex cuius pretio posset integre satisfieri creditoribus, vel quasi satisfieri, tunc non possit vendi res maioris valoris, nec dari dilatio, tamen secus est vbi in bonis pupilli non reperiuntur alia res magis commoda, quamuis sit multo maioris valoris, si in parte non posset ita commode, & vtiliter vendi, sicut tota res vendita, vt bene deducit Bal. cum quo passim DD. transeunt, cons. 75. lib. 1. Vnde cum Iudex interposuerit suum decretum, in dubio credendum est, quod om- 2 nia † requisita interuenerint, & quod dilatio fuerit de parte pretij data, quia res ipsa vendita non patiebatur commodam, & vtilem diuisionem pro pupillo. Imol. consil. 99. Dec. 403. oum. 11. 17. & 18. cum seq. & bona additio & Alex. consil. 125. num. 5. in pr. & Dominis placuerunt rationes Put. in decis. 205. in 3. quamuis causa fuerit pluries proposita. Alia fuerunt reseruata ad partem videndum.

GYPSII.

Assisiensis, Emphyteusis, Ven. 13. Nou. 1598.

ARGVMENTVM.

Bonis in Emphyteusin alicui concessis, in tertiam generationem finitam, masculinam, duntaxat, deciditur, primam generationem à filys primi acquirentis, non ipso primo acquirente incipiendam, & in ea comprehendendos esse etiam illius pronepotes.

SVMMARIA.

1 *Generatio prima non a primo acquirente, sed eius filijs numeranda est in Emphyteusi concessa in certam vsque generationem.*

2 *Ratio. & num. 3.*

4 *Differentia inter verbum completam, & finitam, à quibusdam allata, nulla est.*

DECISIO CCXVIII.

Canonici Ecclesiæ S. Saluatoris in Lauro, de Vrbe anno 1590. concesserunt in Emphyteusin bona, de quibus agitur, cuidam Leonello, in tertiam generationem finitam, in Linea masculina duntaxat, dubitaui. An prima generatio incipere deberet à Leonello primo acquirente, vel potius à persona descendentis, ad effectum, vt pronepotes ipsius Leonelli censerentur, vel ne comprehensi in d. inuestitura.

1 Domini vtraque parte informante † resoluerunt, primam generationẽ incipere à filijs Leonelli, ac consequenter in ille comprehendi pronepotes. Ratio de- 2 cisionis † fuit, quia cum pater acquirens sit causa, & origo generationis, nõ potest ipse in prima generatione, connumerari, vt per multa exempla declarat Bald. cons. 448. lib. 3. cons. 375. lib. 4. Cald. de locat. consil. 9. 3 col. 1. præsertim, † stante illa dictione *finita*, Alexan. cons. 110. circ. fin. lib. 3. & cons. 125. lib. 5. Soc. consil. 25. num. 4. lib. 1. Gozad. cons. 25. oum. 27. Ruin. cons. 166. num. 6. lib. 1. Dec. consil. 61. in pr. Gabr. de iure emph. cons. 4. num. 5. Clar. in §. emph. q. 34. vers. sed certe, vbi attestatur de magis communi opinione, & secuta fuit Rota apud bon. mem. Orad. in vna Romana, domus, & in alia Farf. villæ Caprolæ, coram Reuer. pa. tre Domino meo Penia, 20. Maij 1592. & sic apparet, in iudicando non esse tenendam opinionem Speculatoris, in tit. de emphyt. in §. nunc aliqua. q. 155. num. 183. Paul. de Castr. cons. 316. num. 1. vol. 2. & aliorum exempla 4 ciantur. Differentia, † quæ fit per informantes, inter verbum *completam*, & *finitam* non placuit Dominis, quia est verbalis, cum tendant ad eundem finem, & sunt synonyma, præter id quod multi DD. econtrario allegati loquuntur etiam, quãdo adest verbum finita. Hoc stante non est opus ingredi illam difficultatem, quam mouet Bart. in quodam eius cons. An fuerit in instrumento dictum, vsque in tertiam generationem ipsius, vt refert Bal. in Authent. si quis. vers. iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct. Eccles. Bellam. cons. 80. num. 7. & 8. què quidem opinio licet sit communis, à nonnullis tamen reprobatur, vt animaduertunt Addentes ad d. cons. Alex. cons. 125. Clar. post Cast. in loco supr. cit. Non obstat decisio Caputaq. 18. p. 2. quia ibi non aderat verbum finita, & bene illi respondetur in decis. Villæ Caprolæ, quicquid econtrario dicatur.

PAMPHILII.

Romana, Domus & Emphyteusis, Lun. 6. Maij 1595.

ARGVMENTVM.

In emphyteusi ecclesiastica concessa vsque in tertiam generationem, pro se, filys & nepotibus, ordine successiuo succedi deciditur, vt scilicet ab acquirente primo in filios, & ijs demum non extantibus, ad nepotes deuoluatur.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica ad filios primum & eum demum ijs deficientibus, ad nepotes transit.*

2 *Secus in emphyteusi hæreditaria.*

3 *Successionis legalis ordo.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica non vt heredibus, sed vt descendentibus concessa intelligitur.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica repræsentationem non admittit. & num. 6.*

7 *Eius natura non alteratur, ex eo quod in defectum generationis, acquirenti fuit data facultas nominandi extraneum.*

8 *Etiam*

8 *Etiam ad feminas transit.*
9 *Stantibus maxime verbis in tertiam generationem.*
10 *Nec subiacet dispositioni generali per testatorem de bonis suis factæ.*

DECISIO CCXIX.

FVit resolutum, domum, de qua agitur, spectare in solidum ad Dionoram filiam Ioan. de Leonibus, exclusis nepotibus, quia cum versemur in emphyteusi Ecclesiastica acquisita per Ioan. in tertiam generationem pro se, filijs, & nepotibus, in ea succeditur † ordine successiuo, vt primo ad acquirentem, secundo ad filios, & tertio ad nepotes progrediatur, vt per Dd. in l. Gallus. §. quidã recte. ff. de lib. & posth. Bart. in l. quod dicitur, nu. 6. de verb. oblig. Rom. cons. 35. sub num. 1. Clar. in §. emphyteusis. q. 35. cum alijs allegatis, & tenuit Rot. in vna Romana emphyteusis de annu 1570. coram Reuerendiss. patre D. meo Seraphino.

Quicquid enim dicendum sit in emphyteusi † hæreditaria pro se, filijs, & hæredibus, in qua attenditur ordo, quo Lex ad hæreditatem vocat, l. fin. vbi Dd. ff. de verb. sign. qui est, vt simul † admittantur omnes, qui in eodem gradu sunt vere, vel per repræsentationem legis. Ias. cons. 159. lib. 4. & in emphyteusi tradit Angel. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posth. cum alijs allegatis. Tamen in emphyteusi Ecclesiastica † intelligitur concessa pro filijs, & nepotibus, vti descendentibus, non autem vti hæredibus, Bar. in l. si tibi. §. si pactus, nu. 9. ff. de pact. in d. l. quod dicitur, nu. 4. vbi Ias. num. 24. testatur de communi. Secus est, quia cum in ea non succedatur iure hæreditatis, sed iure sanguinis, prout quisque proximior est, nempe, vt primo ad filios, & demum illis non existentibus, ad nepotes deueniat. Bart. in dict. l. quod dicitur. cum alijs supra allegatis, & consequenter cessat repræsentatio, vt in † terminis emphyteusis Ecclesiasticæ, tradit Alex. consil. 129. num. 8. lib. 5. Ruin. cons. 162. num. 11. lib. 1. & cons. 101. num. 12. & cons. 169. num. 9. lib. 2. & cons. 163. num. 14. lib. 3. Curt. iun. in l. 2. num. 14. C. de successi. ed. Bero. cons. 55. nu. 11. lib. 2. Couar. pract. quæst. c. 38. num. 13. Gabr. concl. 1. de success. ab intest. in fin. & late Menoch. cons. 200. lib. 2. nu. 60. cum alijs, per Aluar. Valasc. de iur. emphyt. q. 30. nu. 5. quorum opinio magis placuit Dominis, non obstante, quod in contrarium fuerint allegati Rolan. consil. 68. num. 36. lib. 1. & Hier. Gabr. consil. 86. num. 9. lib. 1. quorum rationes † concludunt in emphyteusi hæreditaria, non autem in ista, quæ est Ecclesiastica.

Non obstat, quod in defectum generationis fuerit data facultas † nominandi personam extraneam, quia ex hoc non dicitur alterata natura emphyteusis Ecclesiasticæ, vt etiam durante generatione dicatur transitoria ad hæredes, vulg. l. in agris. ff. de acq. rer. domin. prout nec etiam est alterata ex admissione feminarũ, cum ab initio fuerit concessa Ioanni, pro se, & Hieronyma eius vxore, ad not. per Dec. cons. 365. col. penult. vltra quod † notissimum est, emphyteusin etiam Ecclesiasticam esse de sui natura transitoriam, etiam ad feminas, sicut ad masculos, vt est textus in §. emphyteusin, in Authent. de non alienand. Anch. consil. 433. in princip. Soc. iun. consil. 104. lib. 2. & de communi tradit Bero. in c. in præsentia. num. 40. de probat. late Clar. in §. emphyteusis. quæst. 32. maxime cum fuerit concessa † ad tertiam generationẽ, per ea, quæ tradit Bald. in l. 2. sub num. 7. vers. idem si cõceditur. C. de iur. emphyteutic. consil. 44. sub num. 1. & tenuit Rota de anno 1587. in causa Sutrina, bonorum, coram Illustrissimo D. Plato.

Neque obstat, quod Ioan. de Leonibus † in eius testamento instituerit hæredem, M. Antonium, eius filium, cui decedenti sine filijs substituerit filios, & nepotes præmorientis, quia sub hac dispositione & generali facta de bonis suis, non comprehenduntur bona emphyteutica Ecclesiastica, ad hæredes non transitoria, quæ non veniunt in restitutione fideicommissi. Batt. in l. si patroni, sub nu. 3. ff. ad Trebell. Alex. cons. 91. num. 10. lib. 1. late Reuer. pater D. Mantica lib. 7. de coniect. vlt. volunt. tit. 9. num. 5. & tenuit Rota in causa Bononiensi, de Bologninis, de mense Ian. 1571. corã Reuer. patre D. meo Seraphino, & hoc non obstante, quod simus in primo acquirente, iuxta distinctionem Bart. in l. iusiurandi. §. si liberi. col. 2. ff. de oper. libert. Ruin. consil. 48. lib. 1. Dec. consil. 259. num. 6. cum alijs per Gabr. concl. 2. de iur. emphyteut. num. 46. & adest decisio Verall. 113. lib. 1. quicquid dicendum sit in emphyteusi hæreditaria, in qua loquuntur Dd. & decisiones in contrarium ponderatæ.

SACRATI.

Assisiensis, Bonorum emphyteuticorum, Lun. 17. Apr. 1600.

ARGVMENTVM.

In emphyteusi Ecclesiastica concessa in tertiam vsque generationem, primus acquirens non connumeratur, sed numeratio à filijs eius incipit, & pronepos ex altero trium filiorum nepotum, in tertiam partem dict. emphyteuseos est immittendus.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa in tertiam generationem, ad pronepotes vsque primi acquirentis, inclusiue extenditur.*
2 *Ratio.*
3 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. regulariter pro bonis emphyteuticis datur.*
4 *Pronepos primi acquirentis ex altero trium nepotum procreatus, in tertiam partem bonorum emphyteuticorum immittitur.*

DECISIO CCXX.

DVbitaui, An Iosephus Leonellus esset immittendus in possessionem bonorum, de quibus agitur, & pro qua parte. Circa quod altera tantum parte informante, Domini resoluerunt, Iosephum esse immittendum pro tertia parte: moti ex eo, quod alias coram bon. memor. Gyplio dum super hac eadem emphyteusi inter alios q. Leonelli, primi † acquirentis descendentes controuerteretur, fuit resolutum, illud extendi vsque ad pronepotes eiusdem acquirentis inclusiue, tum ex illa generali ratione, quam tradit Bald. consil. 448. lib. 3. & consil. 375. lib. 4. Cald. de locat. consil. 9. nempe, quod cum primus acquirens sit causa, & origo † generationis, non potest in ipsa generatione connumerari, tum maxime, quia in emphyteusi, de qua agitur, adest illa dictio *finita*. Alex. cons. 125. sub num. 10. vers. quod comprobat, lib. 5. Ruin. cõs. 166. nu. 6. vol. 1. Clar. qui de cõmuni in §. emphyteusis. q. 34. versic. sed certe. & hanc opinionem pluries sequuta fuit Rota.

Quod autem Iosephus sit pronepos q. Leonelli, bene probare testes per gradus distinctos, iuxt. text. in c. licet ex quodam. de test. Dec. cons. 321. num. 4. cum simil. Primus enim, tertius, & quartus testis super 4. articulo expresse deponere, cognoscere articulantem Iosephum, vti filium legitimum, & naturalem Francisci Leonelli, cuius frater erat Bodinus, ambo verò erant filij Hieron. q. Leonelli de Leonellis. Ex quibus sequitur Iosephum esse † immittendum ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. quod regulariter conceditur pro bonis emphyteuticis, iuxta text. in c. 1. §. inter. cum ibi not. si de feud. fuerit controu. relat. per Men. de adipisc. remed. 4. nu. 394.

Pro tertia autem † parte dictum fuit esse immittendum, quia ipse solus ex Hieronymo altero ex tribus filijs, quos habuit dict. q. Leonellus. Vnde merito in portione dict. Hieronymi, quæ fuit tertia pars, ante omnes alios in inuestitura vocatos visus fuit esse admittendus.

PAM-

PAMPHILII.

Romana, Deuolutionis domorum. Lun. 16. Mart. 1590.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ læsio euidenter probanda est, ad effectum, vt transactio, & concessio emphyteuseos in tertiam generationem reuocetur, & ex quibus vtilitas euidens probetur.

SVMMARIA.

1 *Læsia Ecclesia per agentem pro ea, euidenter est probanda.*
2 *Sententiam pro se habens dicitur habere intentionem fundatam.*
3 *Lapsus 30. annorum facit, vt omnia solenniter gesta præsumantur.*
4 *Et ex eo executori extraiudiciali de euidenti vtilitate Ecclesiæ sufficienter constitisse dicitur.*
5 *Vtilitas euidens Ecclesiæ ex augmento canonis rectè colligitur.*
6 *Bona emphyteutica, quæ casu ad Ecclesiam redeant.*
7 *Melioramenta in re locata ad hæredes conductoris pertinent.*
8 *Quantitas pensionis proportionata ad fructus domus, locationem potius arguit, quam emphyteusin.*
9 *Pro emphyteusi minimum quid soluitur.*
10 *Enunciatiuæ tutoris non bene informati, pupillo non præiudicant.*
11 *Stante maxime, quod super enunciatis principaliter dubitetur.*
12 *Transactio non rescinditur ex enunciatiuis ab ipsa prouenientibus.*
13 *Læsio iuxta tempus transactionis consideratur.*
14 *Sententia contra minorem indefensum ferri non potest: & contra eam competit ei restitutio.*
15 *Vtilitas Ecclesiæ ex transactione resultans, in casu deuolutionis, læsionem excludit.*

DECISIO CCXXI.

DOmini steterunt in resolutis coram Illustriss. D. Cardinale Lancellotto, scilicet non probari † euidentem vtilitatem Ecclesiæ, quam agentes pro ea tenentur concludenter probare, cum Marius habeat fundatam † intentionem in sententia bon. mem. D. Pyrrhi Zari, super confirmatione ipsius transactionis, quæ inducit præsumptionem vtilitatis, quamdiu contrarium non probetur. Bald. in c. 1. sub num. 7. de his, qui feud. dat. poss. Abb. cons. 41. sub nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 29. sub nu. 6. in fin. lib. 1. Ias. cons. 54. nu. 5. lib. 1. Dec. cons. 142. sub nu. 1. Paris. cons. 24. nu. 50. lib. 4.

Præsertim stante obseruantia & lapsu 30. annorum, quæ faciunt, vt præsumantur † omnia solenniter gesta, gl. in c. peruenit. vbi Imol. de empt. & vend. & sic, quod executori extraiudiciali plene & sufficienter † constiterit de euidenti vtilitate Ecclesiæ, dict. consil. Abb. 41. quod sequitur Capic. decis. 16. nu. 4. Dec. 341. num. 12. & in pluribus causis sequuta fuit Rota, tanto magis cum non exhibeantur integra gesta coram ipso. Corn. consil. 210. circa fin. volum. 4. Aym. consil. 112. num. 7. & decisum fuit alias in hac causa, sub die 20. Maij. Ann. 1588.

Accedit etiam, quod euidens † vtilitas Ecclesiæ satis colligitur ex augmento Canonis ad duas libras ceræ albæ, & ex præstatione calicis cum patena, & ex eo, quod in fin. nouæ concessionis Ecclesia lucrabatur omnia melioramenta, ascendentia ad summam 1000. ducatorũ, cum Catharina in ipsa transactione recognoscat ab Ecclesia huiusmodi dumum, vnà cum melioramentis, quæ tamen in casu lineæ finitæ dicantur hæredibus ipsius, nec in Ecclesiam transire poterant, nisi † in euentum non solutionis, & non contrauentionis pactorũ. Bald. l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. Dec. consil. 518. sub num. 1. Beto. quæst. 19. sub num. 3. Clar. qui testatur de communi, in §. emphyteusis. quæst. 45. & fuit consideratum sub die 21. Maij 1578. in causa Bononiensi, de Pipinis, coram D. de Grassis.

Nec placuit Dominis, quod satis dicatur læsio Ecclesiæ probata ex eo, quod...... 33. cum duabus libris ceræ albæ sint ad tertium genus concessæ tres domus, quæ Ecclesiæ erant, cum melioramentis deuolutæ, & poterant de eo tempore locari scut. 100. vt dicunt testes pro Ecclesia examinati, quia vltra quod testes non videntur bene percutere tempus renouationis, vt animaduertunt Informantes pro Mario, fuit dictum, quod licet tunc temporis adesset lis super deuolutione domorum, cum melioramentis, quæ præsentabantur à Rectore, de ea tamen non constabat, imò potius contrarium arguebatur ex eo, quod de iure melioramenta pertinent † ad hæredes conductoris. Bart. in l. si colonus. ff. locat. Ias. in l. 2. sub num. 18. C. de iur. emphyt. Nec poterat Ecclesia illa lucrari, vigore primæ concessionis, quæ & in instrumento de anno 1551. nominatur locatio, & talis etiam censenda est attenta quantitate † pensionis proportionata ad fructus domus, quæ non conuenit emphyteusi, pro qua soluitur † quid minimum, vt tradunt Dd. communiter in c. potuit. de locat. Bart. in l. 1. sub num. 4. & Ias. num. 5. C. de iur. emphyt. Aret. consil. 55. sub num. 4. & in fin. Clar. in §. emphyteusis. q. 1. & fuit resolutum coram Reuer. patre D. meo Seraphino, 16. Nouembr. 1575. in causa Romana, Casalium de Maximis.

Neque obstant enunciatiuæ, quæ hodie ad ostendendam primam cõcessionem fuisse emphyteuticam, deducuntur, ex instrumento Curatoriæ, ex ipsa transactione, & ex processu super expeditione beneplaciti Apostolici, quia istæ sunt enunciatiuæ Curatoris non bene informati, quæ non † præiudicant pupillo. l. certum. §. sed an ipsas. ff. de confess. & maxime cum principaliter dubitetur † super enunciatis, gl. in l. optimã. C. de contrah. & comm. stipul. Bald. in l. adoptionem. C. locati. Ant. de Butr. in c. illud. in 4. not. de præsumpt. Alex. cons. 136. nu. 11. lib. 1. Fel. in c. per tuas. sub nu. 12. vers. secundo restringitur. de probat.

Vltra quod causantur, & habent † originem ab ipsa transactione, & tendunt ad illam colorandam. Vnde ex ipsis non potest inferri ad illius rescissionem, quia in transactione læsio consideratur † de tempore transactionis, ad l. si voluntate. C. de rescind. vend. in fin.... cons. 151. nu. 1. & habito respectu ad dubium litis euẽtum. Abb. cons. 64. nu. 3. lib. 2. Affl. decis. 220. sub nu. 2. Aym. consil. 151. nu. 27. Gabr. qui alios cumulat concl. 1. de empt. & vendit. sub num. 68. quo in specie excluditur omnis læsio, quia circumscriptis his, quæ ex ipsa transactione colliguntur, & quietantijs postea sequutis, super quibus agẽtes pro Ecclesia hodie se fundant, quæ tunc temporis non aderant, clarum est, quod Ecclesia litigando non fuisset consequuta per sententiam ea, quæ habuit vigore transactionis.

Idque magis, quia cum ex instrumento Curæ appareat de minorennitate Catharinæ, non poterat contra eam ferri † sententia super caducitate, aduersus quam ei competebat restitutio. Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua. num. 24. Ias. post gloss. in l. 2. sub num. 49. C. de iur. emphyt. Fulgos. qui loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, consil. 7. Grammat. decis. 52. Ruin. cons. 110. num. 7. lib. 1. præsertim, cum non appareat, quod ipsa haberet tutorem, vel curatorẽ, qui esset soluendo, iuxta congesta per Modern. Vibin. in tractat. de priuat. emphyt. ob non sol. can. ampl. 9. nu. 11. vers. adeo antẽ. Ex quibus tollitur etiam alia læsio, quæ prætenditur respectu extensionis, ad aliud genus, quia hæc extensio fuit facta ad euitandum molestias litis, & ex causa concordiæ, ex qua Ecclesia magnum cõmodum † fuit consequuta, stante augmento canonis, ad duas libras ceræ, præstatione calicis & patenæ, & ex deuolutione melio-

melioramentorum ascendentium ad summam mille ducatorum, tam in euentum non solutionis canonis, & in obseruationis aliorum Capitulorum, quàm etiã lineæ finitæ, cum vt dixi, Catharina in transactione recognouerit ab Ecclesia domos cum melioramentis. Vltra quod per agentes pro Ecclesia, qui tenentur ostendere læsionem, non probatur, huiusmodi quartam generationem non fuisse comprehensam in prima locatione, in qua potest caueri, quod prima generatio inciperet à filijs ipsius Ioa. Theutonici conductoris, vt alias decisum fuit, in causa sub die 27. Febr. 1581. coram Illustriss. D. Cardinali Lancellotto.

SERAPHINI.

Placentina, Bonorum. Vener. 7. April. 1581.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Ecclesiasticæ facta ab Abbate absque euidenti cogente necessitate, vel vtilitate, inualida est, non obstantibus literis, si in euidentem, & confirmatione Apostolica subsecuta. Quæritur etiam hic vtilitas Ecclesiæ quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Alienatio rei Ecclesiasticæ non, nisi ob euidentem Ecclesiæ, vel necessitatem, vel vtilitatem, fieri debet.*
2 *Et requirit talis alienatio causam & solennitatem.*
3 *Papæ authoritas omnes solennitates supplet.*
4 *Defectus causæ alienationis, interpositionem decreti iudicis super ea factam, nullam reddit. & num. 5.*
6 *Pro decreto in dubio præsumitur.*
7 *Probatio contra decretum iudicis in dubio admittitur.*
8 *Abbas pecunias monasterij dilapidans, de proprijs bonis refundere tenetur.*
9 *Inquisitio, de quibus bonis fieri deberet comparatio rei, quæ præenditur, vtilis est ad causam ipsam principalem, & euidentem Ecclesiæ vtilitatem spectat.*
10 *Bona Ecclesiæ non sunt alienanda, quando ex pecunijs Ecclesiæ satisfieri & praecaueri deterioratio potest.*
11 *Falsa expressio in rescripto Papæ, si in euidentem, non attenditur. & num. 12.*
13 *Inquisitio, quid potius expediat alienare, necessaria est, si alienatio fit ex causa vtilitatis, & num. 14.*

DECISIO CCXXII.

FVit conclusum, alienationem tertiatum, de quibus agitur, fuisse nullam, 1 † non obstantibus literis, si in euidentem, & confirmatione subsequuta: Etenim in huiusmodi alienationibus copulatiue requiruntur 2 † causa & solennitas, nec vnum sine altero sufficit, vt per Dd. in cap. fine exceptione. 12. quæst. 11. vbi latissime Laur. de Rodulph. in 3. quæst. Couar. var. resol. 3 lib. 2. c. 17. num. 2. & licet authoritas † Papæ suppleat solennitates, iuxta cons. Abb. 47. lib. 1. non tamen sup-4 plet defectum causæ, imò † defectus causæ reddit nullam interpositionẽ decreti, super alienatione, Gemin. consil. 48. num. 9. Tunc enim non verificatur conditio, sub qua Papa rescripsit, nempe, si cedebat in euidentem, vel necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, ideo si 5 † neutrum verificatur, nulla est interpositio decreti, 6 Ruin. consil. 68. num. 5. lib. 1. & licet † pro decreto in dubio præsumatur, vt alias fuit dictum, tamen admit-7 titur probatio in † contrarium, quod non subsit necessitas, neque euidens vtilitas, quæ quidem hoc casu concludenter probata videntur. Cum enim Abbas de anno 1529. vendidisset bona Ecclesiæ, tanquam Patrimonia, pro libris 1744. ipse saltem erat debitor Ecclesiæ prædictæ quantitatis. c. statuimus. cum duobus seqq. 12. quæst. 1. cumque per quindecim dies ante celebrationem contractus, de quo agitur, idem Abbas cõsequutus fuerit libras sex mille ex transactione inita cum Bottis, appatet, quod non subetat necessitas alienandi, cum enim debitum, quod vigebat, esset tantum librar. 1998. & Commendatarius haberet in manibus libras 7744. satis apparet nulla cogente necessitate factam fuisse alienationem. Neque obstat, quod respondetur, quantum ad libras 1744. non præsumi, quod 8 extarent, quia de suo proprio Abbas † tenebatur refundere, vt d. c. statuimus. 12. q. 11. Non obstat, quod posset aliam summam sex mille librarum tanquam fructus Abbatis pro se retinere, quia hoc procedit, quando non subest necessitas alienandi, alias debet ex fructibus, si potest, prouidere, non autem bona Ecclesiæ alienare, gl. 1. in verb. defensore. de reb. Eccles. nõ alien. num. 6. & ibi Ioan. Monach. num. 3. Abb. c. nulli. nu. 5. de reb. Eccles. nõ alien Syluest. in verb. alienatio. nu. 1. Tabien. 16. num. 4. Soc. cons. 29. num. 16. lib. 1.

Quantum verò ad vtilitatem, probatur eam non subesse, imò constare de damno, ex quo poterat Abbas ex illis pecunijs nedum restituere melioramenta, sed emere aquas, quibus indigebat, nam pro his omnibus sufficiebant lib. 6998. & ipse habebat in manibus libras 7744. & ita omnibus solutis superterant ei adhuc lib. 746. Ergo non fuit vtile tunc temporis vendere prædicta bona pro aquis emendis, quas comparare poterat ex pecunijs penes eum existentibus. Inquisitio enim, de quibus bonis fieri debebat comparatio rei, quæ prę-9 tenditur, vtilis † est inquisitio circa causam principalem ipsius alienationis, & sic circa euidentem vtilitatem. Feder. de Sen. consil. 249. num. 2. Francisc. cap. 1. num. 19. de rebus Ecclesiastic. non alien. & negari non potest, quin expressio omnium istorum non reddidisset Papam difficiliorem ad concedendum alienationẽ, sed etiam ipsum penitus retraxisset, & ideo videtur supposita pœna Palagatti, in hoc negotio, & facilitas cõsequendi aquas sine alienatione aliorum bonorum detegeretur.

Non obstant è contrario deducta, & primo, quod dicitur has pecunias fuisse in melioramentis expositas, quia hoc non probatur, & plura deducuntur, quæ contrarium suadent, sed vt hoc admittatur, si res ita se habet, apparebit ex alio de damno. Nam euidens vtilitas alias considerata non potuisset ex illis libr. 3000. quibus comparatæ sunt aquæ, sed ex alijs sex nullibus impensis in melioramentis, & ideo quod dicitur, nihilominus contrarium in se fuisse vtile, non satisfacit, quare cum omnia possent cõmode fieri sine bono-10 rum alienatione damnosum † fuit Ecclesiæ vno, & eodem tempore priuari de bonis, & pecunijs, præterquam, quod rescriptum est subreptitium, & nullum vt supra deductum est, vt per Ruin. cõs. 157. n. 26. li. 1.

Neque obstat, quod in huiusmodi literis, si in eui-11 dentem, non attenditur † falsa expressio, quia Papa solum habet præ oculis euidentem vtilitatem, tanquam causam finalem, vt per Soc. cons. 15. num. 51. lib. 1. hoc 12 enim procedit, quando † subreptio non versatur circa ipsam causam, tunc enim sine causa Papa non fuisset concessurus, Dec. cons. 142. nu. 5. & 6. & hoc est, quod Feder. d. consil. 249. voluit, quod, quando alienatio fit 13 ex causa vtilitatis, † fit necessaria inquisitio, quid potius expediat alienare, quia hoc est inquirendum de ipsa causa alienationis, secus verò, quando fit ex causa necessitatis, sufficit enim quod subsit necessitas. Et eo magis hæc procedunt, ex quo in similibus alienationi-14 bus requiritur † non solum necessitas, sed etiam quod sit euidens vtilitas. Corn. cons. 243. num. 3. lib. 2. Barb. cons. 40. lib. 1. cũ alleg. & ideo ex his, omissis alijs fundamentis, quæ leuiora Dominis visa sunt, conclusum, alienationem neque necessariam, neque vtilem fuisse, & consequenter literas si in euidentem, & confirmatoriam sequutã Dominis Puteobonellis non suffragari.

ORANI.

Romana, Deuolutionis domus, Lun. 13. Mart. 1595.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica an vendi possint, non citatis dominis directis, vsque consensum non præstantibus.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Dominus habens dominium vtile in domo, si eam vendit, non citatis dominis directis, eorumque consensu non impetrato, an ob hoc domo cadat.*
2 *Venditio facta ex causa necessaria, disquisitioni Bullæ iuris congrui, non subiacet.*
3 *Alienatio necessaria in prohibitione alienationis non comprehenditur.*
4 *Locatio domus morte domini expirat.*
5 *Alienatio ex causa necessaria licita est.*
6 *Confusio vitanda, ne ius partium obscuretur.*
7 *Alienatio bonorum vigore Bullæ iuris congrui, quæ requirat. & num. 8.*
9 *Et venditione taliter facta, ad qua dominus directus teneatur.*

DECISIO CCXXIII.

DOmini concluserunt in casu proposito non esse locum Deuolutioni † domus, ita quod in possessionem illius Abbas, & Monachi veniant immittendi. Nam, vt dictum fuit, non possunt ad eam agere sub prætextu, quod q. D. Ioã. Bapt. Milanesius vtilis dominus illius eam vendiderit q. Amatori de Amatoribus, non antea impetrato Abbatis & Monachorũ eius dominorum assensu. Cum enim venditio fuerit facta ex causa necessaria, ex quo vigore Bullæ † iuris congrui videbat se posse ad vendendum cõpelli, l. nouissime. ff. quod cum fals. tut. Bald. in l. sed si rem. ff de leg. 2. Dec. in Auth. præterea. nu. 12. C. vnde vir, & vxor. propterea non fuit necessarius consensus. Bart. in l. non ideo, nu. 3. ff. de condit. inst. Ias. in l. fin. nu. 11. C. de iur. emphyteut. Affl. decis. 191. nu. 1. & ratio est, quia necessaria alienatio † non comprehenditur in prohibitione alienationis, l. Diuus. ff. de petit. hæred. Rip. in l. filiusfamil. §. Diui. ff. de leg. 2. Rom. conf. 100. nu. 1. Gozad. consil. 103. 00. 21. cum congestis per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. nu. 51. Minus autem per mortem subsequutam. Ioan. Bapt. per quam † resoluta locatio est domus ad eius vitam concessæ, iuxta l. lex vectigal. de pign. Rimin. sen. conf. 154. col. 19. & seq. lib. 1. finita fuit possessio naturalis, quam in Amatorem transtulerat. Afflict. decis. 392. num. 18. quia † stante prædicta causa, & inde sequuta alienatione, licuit emptori domum emptam magis speciosam reddere, & propterea adiacenti illam excorporare.

Neque verò ad rem pertinet, quod fuerit resolutũ, distinguendos esse vtriusque domus fines, ne confusione ius † redderetur Abbatis & Monachorum obscurius, qoia hoc dictum fuit ad effectum, vt resolutione venditoris, prout hodie vsus euenit, Abbati, & Monachis in æstimatione domus, vigore Bullæ Amatori vendendo nihil pertineret.

Neque releuat, quod Amator in acquisitione illius non obseruauit † formam Bullę, quæ vult in bonis Ecclesiasticis citatis directis dominis deueniri ad æstimationem rei venditæ, & demum pretium conuerti in emptionem aliorum bonorum stabilium, quia hoc respicit alienationem directi simul cum vtili dominio, per quam ius omne Ecclesię in emptorem transfertur. Verum hic fuit tantum venditum vtile, Ideoq; venditio non potuit † censeri facta ex casu Bullæ, cum interim iuxta eius præscriptum solitus canon Abbati & Monachis fuerit persolutus. Vnde resoluerunt Domini verum esse domum † prædictã ad Abbatem, & Monachos pertinere, obligatos tamen iuxta formã Bullæ illam hæredibus q. Amatoris, vendere, & ita decisum.

SERAPHINI.

Papiensis. Tenutæ, Lun. 17. Iun. 1596.

ARGVMENTVM.

Alienatio emphyteuseos Ecclesiasticæ inualida est, si literæ Apostolicæ licentiam alienandi concedentes, per falsa narrata fuerint obtenta.

SVMMARIA.

1 *Rescriptum Apostolicum per falsa narrata obtentum, non releuat, vt alienatio ex eo secuta, valida reddatur.*
2 *Contractus censuarij & emphyteutici differentia.*
3 *Confirmatio contra formam rescripti obtenta, nulla est.*
4 *Alienatio cum damno Ecclesiæ alienata, reuocanda.*
5 *Verba clara non sunt cauillanda.*
6 *Intellectus clausula, seu censu.*

DECISIO CCXXIV.

FVit iterum causa proposita, & concorditer Domini recesserunt à resolutis, & censuerunt alienationem fuisse nullam, ex eo præcipue capite, quod literæ Apostolicæ † concedentes licentiam alienandi, obtentæ fuerunt sub narratione concessionis in perpetuam emphyteusin, & nihilominus contractus initus fuit concessionis in censum perpetuum, & nomine ac titulo perpetui census, ita quod de natura emphyteusis nullatenus participare intelligatur. Quæ res manifeste repugnat rescripto Apostolico, longe enim † lateque differunt cõtractus censuarius ab emphyteutico, cum in hoc transferatur tantum vtile dominium, & possessio naturalis, ciuili penes dict. Dominicũ remanente. In illo verò transfertur dominium, & vtraque possessio, vt per gloss. & Abb. num. 20. in cap. constituens. de relig. dom. Imol. in c. ad audientiam. num. 4. de rebus Ecclesiast. non alien. cum alijs, quos citat Aluar. Valasc. tractat. de iur. emphyteut. quæst. 32. num. 27. Vnde fit, vt confirmatio cõtra formam rescripti † obtenta sit nullius roboris, & momenti, ad cons. Abb. 41. num. 3. Gozad. 75. num. 2. & fuit sæpius in Rota resolutum, & ex hac nullitate insurgit † etiam manifeste periculum Ecclesiæ. Non obstat, quod in rescripto † Papæ adsit clausula sub annuo Canone, vel censu, ita quod videatur etiam Papam intellexisse de concessione censuali, quia præcedunt alia verba, nempe in emphyteusin perpetuam, quæ cum sint clara, non sunt † cauillanda, ex eo, quod addita fuerit illa clausula, *seu censu*, quæ ex communi vsu solet dici, quamuis improbe, de Canone emphyteutico, maxime, quia arguendo ab vsu patrisfamilias, & à solitis non solent huiusmodi contractus aliter à Sede Apostolica confirmari, nisi sub forma concessionis, in emphyteusin, præterquam in permutationibus, vnde corruit argumentum illud, quod res ista esset solita locari, ad decisionem Mohed. 249. quia hic non fuit seruatum solitum, sed initus contractus omnino dissimilis, & cum dissimili, imò etiam minori pretio, ex quo posset etiam argui euidens damnum, vltra alia per informantes, in facto considerata, & ita conclusum.

LITTÆ.

Romana, Afflictus, Lonæ 14. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Remissio conductori, quando facienda.

SVMMARIA.

1 *Remissio vt concedatur, læsio probanda est.*
2 *Et quomodo. & num. 3.*
4 *Remissio vt fiat, damnum cum lucro, quod perceptum est, compensandum. & num. 5.*
6 *Remissio mercedis locationis computatur iuxta dispositionem iuris communis.*

DECISIO CCXXV.

DVbitatum fuit, An sententia A. C. sit infirmanda vel confirmanda: & licet causa proposita sub die 4. præsentis mensis non potuerit capi resolutio, nunc tamen pro maiori parte conclusum fuit, pro Informante, ea ratione, quia concludenter † non constat de damno subconductorum, Illustrissim. Domin. Pinelli agentium, prout constare deberet, ad textum in l. 1. Cod. si ad vendit. pignor. Imò † ex probatis factis non constat, quod pro toto tempore, pro quo

coram

coram A. C. fuit calculata dicta remissio, fuerint ipsi subconductores, eiusve homines, per bannitos impediti piscari, prout requiritur, ad notat. per Rimin. iun. cons. 4. nu. 14. lib. 1. & licet ex depositionibus testium,
3 cum alijs deductis † ad fauorem subconductorum, videatur in genere constare de aliquibus molestijs, per bannitos piscatoribus illatis, & quod dict. de causa minorem quantitatem piscauerint, non per hoc potest dici constare de damno subconductorum ad effectum, de quo agitur, hoc est, remissionis mercedis, cū
4 damnum † hoc in casu debeat compensari, cum lucro, quod perceptum fuit ante, vel ex post percipi potest, ex d. locatione, ad text. in c. propter sterilitatem. locat. & in l. si vno. ff. eod. vt concludit Bellam. consil. 45. in fin. Cephal. consil. 557. num. 16. Purpurat. consil. 469. nu. 9. & 10. vers. 5. Bero. consil. 143. num. 16. lib. 1. & tenuit Rota in illa Romana, Affictus. 8. Feb. 1593. coram
5 Reuer. patre D. Gypsio. Qui † calculus cum sic factus non fuerit, minusve fieri possit, durante ipsa locatione, ideo, &c.

Nec obstare dixerunt Domini pactum de faciendo
6 remissionem, quia dum loquitur † de remissione, intelligi debet, iuxta dispositionem iuris communis, quæ admittit compensationem, ex su pradictis.

BLANCHETTI.

Romana, remissionis mercedis, 23. Mart. 1594.

ARGVMENTVM.

Remissio mercedis in locatione vt fiat, ratio anni sterilis, & fertilis habenda est.

SVMMARIA.

1 *Remissio mercedis conductori vt concedatur, quæ requirantur. & num. 5.*
2 *Pactum remissioni appositum de casu tantum belli, & pestis cantans, alios casus, quibus de iure communi fit remissio, non excludit.*
3 *Partes in contractibus ad ius commune se videntur conformare.*
4 *Argumentatio de casu belli, ad casum inundationis, nonnunquam non procedit.*

DECISIO CCXXVI.

Domini absque discrepantia dixerunt, in casu, de quo agitur, non esse locum remissioni mercedis,
1 regula enim est in remissione † mercedis, vt habeatur ratio anni sterilis, cum fertili, & econtra, l. si vno. & l. si merces. §. vis maior. ff. locat. c. propter sterilitatem. eod. tit. Gigas. de pens. quæst. 62. in qua infert constit. Alex. de Neuo. Rimin. Iun. consil. 40. num. 14. lib. 1. & fuit resolutum coram Reuer. patre D. Gypsio, in vna Romana, Affictus. 8. Febr. anni præteriti, & 14. huius, coram Reuer. patre D. Litta, in illa Romana remissionis mercedis.

Non obstat pactum, quod etsi videatur comprehendere tantum casum pestis, & belli, non tamen ex-
2 cludit alios casus, quibus de | iure communi venit facienda remissio, Cephal. consil. 557. num. 19. & Becci. consil. 82. num. 14. quia pluribus modis Domini responderunt.

Primò, quòd cum extensio fiat ad hunc casum ex
3 dispositione iuris communis, cum † qua partes censentur se conformare. l. quæro. ff. locat. Alciat. reg. 3. præsumpt. 52. debet recipere etiam determinationem ab eodem iure, alias contractus contra Ecclesiam, quæ magis est priuilegiata, claudicaret.

Secundo dicebant Domini, hoc casu non posse ar-
4 gui de † casu belli ad casum inundationis, quia bellum & pestis semper sunt damnosa: Inundatio autem fluminis, licet per annum, aut biennium afficiat damnum, tamen ex dictis testium iuxta 31. Interrogat. apparet, quod postea vbertas annorum sequentium superatat sterilitatem annorum præcedentium.

Tertio & vltimo dixerunt, quod licet ex parte sit
5 facienda remissio pro rata temporis & damni, † nō tamen excludit, quin in taxanda rata, remissionis sit habenda ratio totius temporis proportionabilis, iuxta dispositionem à lege. Et ex his & alijs allegatis in prędictis decisionibus ita fuit decisum.

PEREGRINI.

Romana, Vsurariæ prauitatis, Ven. 4. Iulij 1597.

ARGVMENTVM.

Contractus locationis initus cum pacto, vt saluum capitale semper remaneret, an tanquam sapiens vsurariam prauitatem infirmetur, non obstante quod armenta locata deteriora euaserint.

SVMMARIA.

1 *Conuentiones adiectæ in contractu locationis, præsentis casus, quæ sint. & num. 4. & seqq. & num. 8.*
6 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus denominatur.*
7 *Locatio brutorum licita est.*
9 *Conductor ad restitutionem pecoris, ex dolo, culpave sua perimendati, tenetur.*
10 *Terminus soluendi à conductore susceptus, contrariam probationem non admittit.*
11 *Deterioratio vel melioratio rei conductæ in contractu locationis præstatur.*
12 *Pactum, vt de capitali saluo remanente, pensio soluatur, vsurariam prauitatem sapit.*
13 *Aestimatio quando dominium non transferre dicatur.*
14 *Conductor ad instar vsufructuarij ad subrogationem deteriorati pecoris tenetur.*
15 *Contractus locationis, quando ex læsione rescindatur.*
16 *Pactum vsurarium, vt contractum locationis rescindat, quæ requirantur.*

DECISIO CCXXVII.

Fvit extra Rotam per me propositum dubiū stante instrumento dationis concessionis, & Affictus Casalis Falcognani, & Precodij obligatione Camerali vallato, terminoque in actis suscepto de soluendo, ac Constitutione fel. record. Sixti Quinti super fructibus societatum animalium ad caput saluum, quorum copia datur, & alijs hinc inde deductis: An conuentiones in dict. contractu contentæ, præsertim in c. 7. 8. 10. 11. essent licitæ, vel illicitæ, ita vt esset, vel ne, retardanda executio Cameralis, ac termini suscepti, in casu, de quo agitur.

Conuentiones autem, de quibus in dubio, sunt infra scriptæ.

1 *Et perche in ditta tenuta † di S. Merlo, vi è vn pecorio di Vacche rosse, il ditto Mons. a nome come di sopra, lo alloca al detto Signor Dominico per ditto tempo di anni 9. da cominciarsi, come di sopra per prezzo di scudi due l'vna, ogni anno di tutte quelle, che se li consignaranno da pagarsi nelle dette paghe.*
2 *Et caso, che tornasse bene † al detto Signor Dominico di pagar le dette Vacche, lo possa fare a ragione di scudi diecinoue l'vna, e nell'vno, e nell'altro modo † che piacerà*
3 *al Signor Dominico volerle, l'habbia à restituire l'vltimo anno di detto affitto.*
4 *Di più se li consignaranno † cinque caualle con suoi basti, e finimenti, cioè tre con basto, & due con Bardelle, le quali habbino da seruire per detto pecorio. Et in euento, che il detto Sign. Dominico tenghi il detto affitto non s'intenda, ne s'habbi à pigliare cosa alcuna, ma volendole comprare le habbia à pagare scu. 10. cont. di m.*
5 *Che à S. Angelo di Settembre prossimo alla consigna di detto pecorio si habbia à pigliare vn huomo per parte, & si habbia à stimare l'età, e l'essere di dette vacche, e caualle, & in caso di restitutione il d. S. Dom. sia obligato restituirlo nell'istesso modo stato, età; e nel medesimo caso s'habbia parimente, ad elegger due periti, vno per parte, e stimar nel modo sodetto, & caso, che fossero d. pecorio, e caualle, di*

maggiore età, e di manco bontà, il detto Signor Dominico habbi da pagare quello che saranno di peggio, e caso che fossero in miglior essere, di manco età, e di miglior bontà il detto Mons. Reuer.le habbia da pagare al detto Sig. Dominico quello, che saranno stimate. & in euento ci siano Vitelle piccole, li medesimi periti debbano, quelle stimare, & il prezzo di esse si habbia a pagare al detto Signor Dominico.

Quòd dubium fuit negatiue resolutum. Dixerunt namque Domini non esse dubitandum, quin contractus iste esset locationis, tum quia sic à partibus denominatur, vt in 2. conuentione, de qua in dubio, talis enim præsumitur † contractus qualis à partibus denominatur. Baldus in titul. qui success. feud. dat. ten. in vsibus feud. Socin. consil. 165. num. 5. Calder. decis. 139. num. 24. tum quia subiecta materia hoc patitur, cum etiam † brutorum datur licita locatio. Nam salua eorum substantia ex illis veniunt multæ commoditates, & fructus vtiles humanæ necessitati, quos quis mercede potest alteri concedere retenta sibi dictorum brutorum proprietate, vt late ostendit Corradus de contract. tractat. 5. q. 8. 9. num. 1. & passim hoc admittunt omnes.

6 7

Vnde cum postea d. conuentiones de quibus in dubio non repugnant ad effectum, de quo agebatur, vtique propter illas non veniebat retardanda obligationis Cameralis executio, & termini illius vigore suscepti. Non enim repugnabat 7. conuentio, quia vt supra fuit consideratum, etiam in brutis cadit licita locatio, siue dicamus locatas fuisse singulas vaccas, siue in armentum, siue in pecorium, in genere, vt verius est. Non erat quoque illicita 8. conuentio, vbi dabatur facultas conductori, conuertendi locationem in venditionem, cum pacto de redimendo, cum non reperiatur de iure prohibitum, quod partes de eadem re non possint duos contractus alternatiue facere de vnius partis electione, dummodo ambo liciti sint, prout sunt in casu de quo agitur. Nam & locatio brutorum est licita ex supra deductis, & venditio cum pacto redimendi à iure non reprobatur. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. c. ad nostram. de empt. & vendit.

8 Decima autem † conuentio tantum abfuit, vt dici posset illicita, quod imò absolute tenderet ad fauorem & commodum ipsius conductoris, ita vt tota difficultas, & si quid aderat scrupuli, id omne esset reductum ad 11. conuentionem, quam tamen neque ipsam repugnare locationi contractui, neque aliquod illicitum ad effectum, de quo agebatur, in se continere, visum fuit Dominis. Nam cum in ipsa expresse non legerentur, nec ea necessario obligarentur, neque fuit deducta aliqua obseruantia subsequuta, ea qua contrahentes sensisse, minusque esset verisimile, eos voluisse, quod tempore quo pecorium erat restituendũ, idem numerus vaccarum, vel pecorũ in genere eiusdem bonitatis & valoris restitueretur, quamuis in d. conuentione haberetur, quod tempore restitutionis vaccæ deberent æstimari, & eodem modo & statu restitui, ita vt si deterioratæ, vel melioratæ fuerint, id commodo, & incommodo conductoris cederet, non poterat ex hoc dici, quod locator voluerit saluum esse capitale, sed imò interpretandam conuentionem, iuxta dispositionem iuris communis, & naturam ipsius contractus, cui fuit apposita ipsa conuentio, cum quo se conformare, & secundum quam contrahere voluisse partes regulariter censentur, ad tradita per Doctores in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Senatusc. Trebell. & fuit decisum coram Oradino in vna Camarinensi, domus, 18. April. 1572. & coram bon. memor. Cantuccio, in vna Romana locationis domus, 10. Decemb. 1578. dicendum erat locatorem voluisse, quod illæ tantum restituerentur, quæ tunc reperiebantur, ac illarum tantum æstimatio solueretur, quæ ex dolo, † vel culpa conductoris deficere repertum fuerit, non autem earum, quæ casu fortuito, & absque dolo, & culpa conductoris perijssent, & ad quarum æstimationem iuxta naturam gesti contractus non tenebatur conductor: de quibus omnibus probabiliter creditur habitam fuisse rationem, in relatione executionis, cum fuerit debitum confitendo terminus ad illud soluendum à conductore susceptus, ad cuius postea retardationem non est admittenda eiusdem conductoris contraria probatio, sed iuxta naturam Cameralis obligationis soluere & postea repetere debeat, si indebitum soluisse prætendat.

9

10 †

Nec obstare Dominis visum fuit, dum dicebatur, quod imò ex d. 11. conuentione necessario colligebatur dictum locatorem noluisse vaccas locare, sed potius mutare illarum dominium, in Dominicum transferendo, tum quia de illis æstimatis assignando conuenit, tum quia videtur dedisse facultatem dicto Dominico, non easdem, vt est de natura locationis, sed alias etiam minoris ætatis restituendi, dummodo si meliores, vel deteriores essent, quæ restituerentur, hincinde deteriorationis, † vel meliorationis æstimatio refunderetur, & propterea verè dici possit dictum Cinthium intendisse, quod capitale esset saluum, & vltra illud voluisse, quotannis † pensionem ex singula vacca percipere, quod quidem sapit vsuram, vt in dimiduo considerat Nauarrus consil. 37. de vsuris, volum. 2.

11

12

Nam pro responsione fuit dictum, retorquendo argumentum, imò non censeri hoc casu per æstimationem fuisse actum de transferendo dominio, quia sic contractus efficeretur vsurarius, arg. l. merito, ff. pro soc. & in terminis tradit Corn. in l. si pascenda. nu. 46. C. de pact. & quia etiam apparet, quod æstimatio ad alium finem erat facienda, nempe vt certus esset vaccarum valor, ad effectum, de quo supra, quo casu per æstimationem † non dicitur transferri dominium, gl. in l. si inter virum. C. de iur. dot. & fuit dictum coram bon. memor Cantuccio, in vna Piant. affictus. 13. Iun. 1580. Neque etiam ex eo, quod dictus Dominicus facultatem haberet alias restituendi, elici poterat, vaccarum dominium in eum fuisse translatum, quia cum illi pecorium in genere, non autem singulæ vaccæ, locatum fuerit, vt expresse legitur in 7. conuentione & hac 11. & colligitur etiam, quia certus numerus vaccarum non fuit expressus, & apertus, quia non verisimile est Dominum Cinthium fuisse locaturum, nisi totum pecorium, quoniam locatio partis nonnullarum vaccarum, attulisset ei maximum dispendium, tum propter massaritias, ad vsum pecorij paratas, quæ diuisæ non sufficeissent ipsi ac conductori, tum propter pascui commoditatem, qua caruisset cum iam locasset totum Casale, vbi vaccæ ipsæ morabantur, & pars illius non potuisset ita vtiliter locari, & propter alia, quæ considerant Informantes: ex quibus apparet, quod pars respectu partis ei non attulisset tantam vtilitatem; quantam totum attulit, respectu totius, quo casu vnica locatio facta præsumitur, & indiuiduus dicitur contractus, vt tradunt omnes, in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. obligat. & † conductor gregis seu armenti ad instar vsufructuarij teneatur loco demortuarum, vel etiam inutilium subrogare, iuxta normam traditam à Iurisconsult. in l. vetus. ff. de vsufr. & quem. qu. vt. & fru. & ob id fuit consideratum à partibus esse posse, vt vaccæ minoris ætatis restituerentur, finita locatione, quæ erat facta ad nouennium, quo casu cum intentio partium fuerit postea, vt commodum & incommodum deteriorationis & meliorationis non quidem totius pecorij in genere, id enim argueret, imò necessario inferret D. Cinthium voluisse saluum esse capitale,

13

14

capitale, & cessarent motiua Informantium pro dicto Dominico, sed singularum illatum vaccarũ, quæ iuxta naturam huiusmodi locationis venirent restituendæ, ad conductorem spectarent, ob id etiam de illis æstimandis, fuit conuentum.

Nec minus dici poterat fuisse locatum pecorium in genere, quia ad singula capita fuerit pretium constitutum, stantibus prædictis coniecturis, per text. in l. cum eiusdem. §. interdum. de ædil. edicto. Decianus in consi. 452. nu. 4. & eo maxime, quia id factum fuisse credi debet, in casu, de quo agitur, pro maiori æstimatione locationis, nam cum pecorium prædictum posset recipere diminutionem, vt quia vaccæ aliquæ casu fortuito absque culpa, & dolo conductoris, vel etiã morte naturali perijssent, nec tam cito fœtus nascerentur, nec de antea natis tunc esset in armento, quatenus de illis subrogatio fieri debeat, quod negauit Florianus in d. l. vetus. num. 1. ibi in text. ad fructuarium. ex quibus possit fieri subrogatio loco demortuarum, iuxta terminos d. l. vetus, & l. quid ergo. ff. de vsufruct. quo casu æquum nõ erat, vt eadem pensio ei solueretur, quæ soluitur, quando plenum est armentum, propterea, vt certum esset, quænam pensio, dicto casu, foret soluenda, & quę defalcatio facienda, fuit conuentum, vt duo scuta pro singula vacca persoluerentur earum, videlicet, vt supra dictum fuit, quæ reperirentur tempore faciendæ solutionis, non autem earum, quæ absque culpa, & dolo conductoris perijssent, dummodo conductor fecerit debitam subrogationem, & vti diligens paterfamilias se gesserit in custodiendo armento. Neque esse præsentis speculationis Domini dixerunt an postea pensio prædicta esset nimis excessiua, quando ex fœtibus teneatur conductor loco demortuarum, & inutilium subrogare, vt in voce deducebant pro D. Dominico Informantes, neque quod pactum illud, quod commodum & incommodum proueniens ex melioramentis & deterioratione spectet ad cõductorem, sit ipsi conductori damnosum, cum enim ad effectum, de quo agitur, satis sit, quod ex ipso non inferatur, quod saluum sit capitale, neque per illud excludatur, quod casus fortuiti & mors naturalis animalium, facta tamen debita subrogatione, vt supra, non cedant damno ipsius locatoris, iuxta naturam locationis ar-
15 menti, sed quando dabitur de læsione, † tunc videndũ erit, an prætensa læsio sit cõsiderabilis, ac sufficiens, ad rescindendum contractum, non quidem singula pacta de se consideranda, sed omnibus simul iunctis, quia licet vnum pactum lædat partem, esse potest quod in alio releuetur, quod quidem sufficit, ad iustificandum contractũ etiam in foro animæ, vt bene explicat Corrad. de mente omnium Summistarum, in d. quæst. 89. in 1. coroll. 3. d. conclusionis, & per totam illam quæstionẽ & in q. 90. & 91. & sufficit pro resolutione propositi dubij, quod talis iniustitia in pręsenti non deducatur quæ reddit ipsum contractum vsurarium, saltẽ ad effectum de quo agitur, nempe ad retardationem obligationis Cameralis, iuramento vallatæ, & termini illius vigore suscepti executionem, quæ d. casu non re-
16 tardatur, etiam sub † prætextu vsuræ, nisi saltem ita apparens sit, vt tergiuersari non possit, vt tradit Abb. Fel. & alij, in c. debitores de iureiur.

Quo casu multi Scribentes, & ij quidem magnæ authoritatis, voluerunt soluendas esse vsuras, & postea repetendas.

PENIÆ.

Romana, Pecuniaria, 15. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Confessio incidenter facta, & ad interrogationem alterius, alium non obligat, nec probat, eum pecunias nomine depositi recepisse, si maxime de causa depositi non constat.

SVMMARIA.

1 *Confessio incidenter, & ad alterius interrogationem facta, alium non obligat.*
2 *Confessio geminata etiam parte absente probat.*
3 *Etiam si absque causa facta sit.*
4 *Et incidenter.*
5 *Eadem ad effectum probationis illius rei, cuius confessionem continet, plurimum operatur.*
6 *Confessio licet receptionem pecuniarum probet, non tamen causam receptionis probare dicitur. & 7. licet alijs adminiculis suffulta. nu. 9.*
8 *Confessio ad vnum finem, alium non operari debet.*

DECISIO CCXVIII.

Die 3. Maij 1595. fuerat in hac causa decisum contra Dom. Honofrium Nucarinum, sententiam A. C. fuisse reuocandam, rursus verò modo proposita, Domini steterunt in decisis, quia placuit decisio tunc facta, & in illa in primis fundamenta.

Primò quòd cum confessio Matthiæ, qua vtebatur
1 Honofrius, † fuisset incidenter, & ad alium finem & effectum facta, videlicet ad contentandum Honofrium, qui ad recognoscendum plura beneficia, quæ Matthias in ipsum fratrem, & sorores contulerat, offerebat Matthię reditus beneficij S. Petri, quod sibi cum reseruatione pensionis resignauerat, non poterat operari obligationem ad restituendum pecunias, tanquã apud Matthiam depositas, Guid. decis. 150. nu. 6. vers. & ad quid.

Rursus illud, quia cum Matthias, tunc Honofrio matri illius, & fratri alimenta præstaret, & illius sorores honesto matrimonio collocaret, in eã causam propter obligationem antidoralem potius, quam in causa depositi consignatæ Matthiæ pecuniæ censebantur, Bero. consil. 56. num. 10. lib. 1. præsertim, cum nec verbum quidem dicerent testes pro Honofrio examinati de causa depositi.

Non obstant in contrarium adducta, & præsertim
2 illud, de geminata † confessione, quæ probat etiam de iure ciuili, & parte absente facta, Felyn. in c. si cautio. num. 39. in princ. de fid. instrum. concl. 1. limit. 12. nu.
3 59. & etiam sine † causa facta valet. Fel. ibid. num. 14.
4 Item facta incidenter † Crauett. de antiq. temp. par. 1. §. propositum nostrum. num. 32. vers. pariter dicamus. quia respondebatur, quod licet confessiones geminatæ, multum operantur, ad effectum probationis illius
5 rei, † quæ contineant confessiones, vt in casu proposito, ad effectum probandi Honofrium offerre pecunias solitum Matthiæ, & Matthiam illas ab Honofrio recepisse, secus tamen est ad deducendam obligationem & probationem obligationis Matthiæ, vt receptas pecunias, tanquam depositum restituere teneretur, hæc enim longe inter se differunt, receptas fuisse pecunias, & eas fuisse receptas nomine depositi, & cum obligatione restituendi, quanquam enim de stricta iuris ratione, vel de æquitate Canonica, ex
6 confessione geminata receptio pecuniarum † probatur, ex ea tamen non erat probata causa depositi, & cum de alia causa verisimiliori constaret, propter il-
7 lam fuisse receptas pecunias, absque obligatione † restituendi, verisimilis erat, & maxime in hoc casu, vbi confessio fuit facta incidenter ad interrogationem alterius. Abb. in c. fin. num. 17. vers. & ideo dic. de success. ab intest.

Itaque licet testes probarent Matthiæ confessionem, confessio tamen receptionis non probabat obligationem restituendi, Salicet. in l. 1. num. 2. vers. est enim confessio. C. de confess. Marc. in Rubr. C. de prob. num. 84. sed contrarium Abb. præcit. loc. cum confes-
8 sio ad vnum finem facta, † alium non operari debeat. Dec. consi. 350. Alciat. consi. 2. num. 3. tom. 1. Surd. decis. 250. num. 6. in fin.

Quòd verò Matthiæ confessio ad alterius interro-

 gationem

gationem fuisset emissa, constabat ex dicto 2. testis, super 7. dicentis, *& me lo disse à proposito, che io li dimandai, come si portaua Honofrio*.

9 Atque ex ijs tollebatur alia obiectio, quod † confessio Matthiæ esset adminiculata ex partitis extractis ex libro S. Petri, quoniam licet ex illis induceretur præsumptio receptionis, non tamen inducebatur obligatio restitutionis.

MANTICAE.

Lun. 15. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Successor singularis an, & quando inquilinum possit expellere.

SVMMARIA.

1 *Successor singularis inquilinum expellere potest.*
2 *Inquilinus potest iure hypotheca domum retinere, donec damna, & interesse soluantur.*
3 *Et hoc de iure communi.*
4 *Venditor domus, vigore Bulla Papalis, qua vicino volenti ædificare ius prælationis tribuit, ac euictione non tenetur.*

DECISIO CCXXIX.

QVæsitum fuit, An D. Rutilius potuerit expellere Inquilinum, & Domini censuerunt vigore Bullæ Gregorij potuisse, nam cum domum emisset, tanquam singularis successor, potuit † inquilinum expel-
1 lere, l. qui fundum. & l. si merces, ff. de loc. & conduct. l. emptorem. & ibi gl. Bart. & alij. C. locat. Corn. consil. 144. num. 9. lib. 1.

Nec ad rem pertinet, quod inquilinus iure specialis
2 hypothecæ potuerit domum retinere, † donec sibi soluantur damna, & interesse. Bart. in l. 1. §. quod autem. num. 5. de superf. Soc. sen. consi. 6. nu. 13. lib. 3. Crauett.
3 consi. 485. nu. 3. quia † hoc locum habet, de iure communi, sed cum D. Rutilius domū retraxerit vigore Bullæ, quæ vicino volenti ædificare, tribuit ius prælatio-
4 nis, † non tenebatur ad damna, & interesse, cum nec venditor in hoc casu teneatur de euictione. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 11. nu. 34.

MELLINI.

Romana, Pecudum, Merc. 24. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Sub hypotheca generali omnium bonorum, veniunt etiam greges ouium; & merces diuendi solita. Et quid in mercibus alienatis, ante motum iudicium: An in casu ex edicto Saluiano agi possit.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca generali omnium bonorū, etiam merces venales comprehendit: In tantū, vt licet super diuenditis extinguatur, remaneat tamen in subrogatis. & nu. 2.*
3 *Et quid in mercibus ante litem motam diuenditis. & n. 4.*
5 *Grex ouium an sub generali hypotheca omniū bonorum, & quatenus contineatur. & num. 6.*

DECISIO CCXXX.

DVbium fuit restrictum in præsenti disputatione ad caput hypothecæ, An scilicet istis creditoribus competeret hypotheca, ita non vt potuerint contra D. Christophorum agere Saluiano, & Domini recedendo à decisione alias facta coram bon. mem. Gypsio sub die 24. April. Anni 1598. resoluerūt eis competere hypothecam, prout etiam alias fuerat decisum, 26. Iun. Ann. 1596. coram eodem, & cōsequenter potuisse agere Saluiano, ratio potissima resolutionis fuit, quia creditores habēt hypothecata omnia bona de Scholis, &
1 sub † hypotheca ista generali veniunt merces venales, licet aliquibus venditis in eis extinguatur hypotheca, & remaneat in mercibus subrogatis. Cyn. in l. vbi adhuc. nu. 19. Bal. nu. 18. & 19. & nu. 38. Salyc. nu. 12. C. de iur. dot. Bart. in l. si constante. nu. 73. ff. sol. matr. Ias. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de pign. Calcan. cōs. 15. nu. 16. Paris. cons. 64. nu. 4. lib. 4. Pinell. in Rubr. C. de bon. mat. p. 1. nu. 46. in fin. Couarr. var. resol. lib. 1. c. 5. nu. 1. Put. decis. 297. lib. 2. & in grege est text. in l. in grege. ff. de pign. & licet Iacob. de Aren. in l. generali. §. vxori, ff. de vsu & vsufructu leg. Bal. in l. certi iuris. in 6. q. C. locat. Rom. in l. si constante. nu. 33. vers. antè quæritur. ff. sol. matr. & Alber. in cons. 718. tenuerint contrariam opinionem, quod in mercibus venalibus non cadat hypotheca, tamen opinio affirmatiua
2 est non solum † receptior, sed verior, & Rota sæpius complexa fuit, & in grege non habet difficultatem.

Non obstat limitatio, quæ huic regulæ affertur, vt
3 non procedat in mercibus alienatis † antequā sit motum iudicium, vel orta actio hypothecaria, cum hoc casu merces alienatæ transeant absque vlla obligatione in emptorem. Iacob. de Aren. in d. l. vbi adhuc. num. 2. & ib. Bal. nu. 28. C. de iur. dot. & in l. cum tabernam. ff. de pign. cum alijs alleg. quia isti Doctores mouentur ex dispositione l. cum tabernam. ff. de pignor. & sic li-
4 mitatio est intelligenda iuxta † terminos illius textus, qui procedit, quando alienationes particulares tabernæ, & aliæ, quæ succedunt loco alienatarum subrogantur, vt tradunt ibi Bal. num. 1. & Angel. in fin. princip. & ideo non habet locum, quando alienatur tota apotheca, vel eius pars, ita quod penes emptorem non desinat esse corpus vniuersale, quia tunc manente eodem corpore, durat eadem hypotheca, Bald. in d. l. vbi adhuc. num. 19. Baldus Nouell. in d. leg. si constante. num. 72. Rip. in l. 1. num. 9. ff. de pignor. & ratio diuersitatis inter istos duos casus est clara, quia merces tabernæ sunt destinatæ ad continuam venditionem, & ne commercium impediatur, censentur obligatæ secundum suam destinationem, & sic cum ista qualitate, quatenus non reperiantur alienatæ, præsertim, cum per nouas merces subrogatas, super quibus manet hypotheca, prouideatur indemnitati creditorum, quæ ratio cessat in taberna, quæ non retinetur venalis in totum nec in aliqua parte, ita vt desinat esse corpus vniuersale, & censetur hypotheca simpliciter, & transit in emptorem, cum sua hypotheca. d. l. cum tabernam.

Considerabant etiam Domini, quod in grege non militat eadem ratio, quæ viget in apotheca, & mercibus venalibus. Licet enim grex æquiparetur tabernæ, quo ad hoc, vt dicatur ius vniuersale, tamen æquiparatio non procedit ad istum effectum, vt per venditionem extinguatur hypotheca, quia grex non exponitur nec retinetur venalis, quoad singulas oues, minutatim, sed retinetur tanquam corpus multiplici fructu, qui ex eo percipitur, in lacte, lana, & fœtibus, qui sunt venales, & transeunt in emptorem libere sine hypotheca, & consequenter cum grex sui na-
5 tura non retinetur venalis, non † cadit sub hypotheca cum illa qualitate, quatenus non sit alienatus ad instar mercium venalium, sed cadit sub hypotheca pure, & simpliciter, & transit in emptorem cum sua hypotheca, siue totus, siue pars sit alienata. Bar. in d. l. cum tabernam, in fin. pr. Ias. in d. §. Callimachus. nu. 5. cum alijs alleg. & ideo cum istæ oues non fuerint nominatim venditæ, ita vt desierint esse corpus vniuersale, sed in emptorem transierint vt grex, & corpus vniuer-
6 sale † pro consequendis illarum fructibus hypotheca fuit extincta.

7 Non obstat, quod fuit facta † venditio ad numerū, & non totius gregis, quia numeratio fuit facta ad effectum sciendi quantitatem, & constituendum pretium eorum scot. 150. pro quolibet centenario, & non ad effectum excludendi venditionem gregis, vti corporis, tanto magis, cum venditio sit facta cum alijs rebus ad vsum pecorij, & cōprehendūtur omnes oues quas de Scholis habebant in communi, pro indiuiso cum Parisio.

Non

Non obstat, quod Christophorus emptor postea eas non retinuit ad vsum gregis, & pecorij, quia vltra quod hoc non probatur, sufficit ad istum effectum quod alienatio fuit facta vti de grege. & transierit cũ hypotheca in emptorem. cum non sit in eius potestate in præiudicium hypothecæ illam distrahere.

Non obstat, quod de Scholis erant mercatores, qui retinebant oues, ad vsum emendi, & vendendi, & non ad vsum pecorij, quia neque hoc probatur, & ad istũ effectum esset probandum, quod eas non retineret ad vsum vendendi, vt pecorium, & vt grex, sed solum ad vsum vendendi minutatim.

Bononiensis Bonorum. Ven. 13. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

Comprehensus in prima, & antiqua inuestitura contra in sequenti comprehensos manutenendus est, cum inuestitura in præiudicium aliorum facta non intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Inuestituræ primæ tenor est ante omnia inspiciendus.*
2 *Inuestitura sine alterius præiudicio facta intelligitur.*
3 *Confessio habens clausulam, prout constiterit, modum, & qualitatem significat.*
4 *Clausula, prout constiterit, confessioni adiecta, in eum casum illam suspendit, quo constiterit.*
5 *In Inuestitura prima comprehenso per alienationẽ præiudicium fieri non potest.*
6 *Ex diuisione facta iuri de futuro competenti non censetur renunciatum.*
7 *Consensus tacite præstitus non censetur, si iudex, parte non appellante, ad vlteriora processerit.*
8 *Solennitates omnes cursu 30. vel 40. annorum interuenisse præsumuntur.*
9 *Mandatum in inuestitura facienda interuenisse ex cursu 100. annorum præsumitur, si maxime feudatarij longissimo tempore patiente domino possederint. num. 10.*
11 *Et ad hoc etiam scientia præsumptiua sufficit.*
12 *Relatum in referente esse censetur.*

DECISIO CCXXXI.

FVit decisum, bona emphyteutica, de quibus agitur, spectare ad Co. Roscellum, si descendentiam melius probauerit.

Nam ipse est comprehensus in prima inuestitura, anni 88. ad quam difficultas restricta est, siquidem ab Ecclesia Rauennatensi conceditur pro medietate Gaspari Maluetio, & pro alia medietate Co. Ioan. Herculi, & Hieronymo de Rouerellis, pro se, filijs, & nepotibus eius portio alteri accrescat, perinde, ac si ab Hercule nati sint Florius & Ioann. & ex ipso Ioan. Hieronymus & Rouerellus, vt in facto deducitur, certe sequitur D. Rouerellum esse compreheosum, & consequenter bona ad eum spectare, & pertinere.

Non obstat sequens inuestitura anni 53. in qua nulla fit mentio iuris accrescendi, pro parte D. Co. Rouerelli, & fratrum, quia tenor primæ † inuestituræ, radix & fundamẽtum inspici, & obseruari debet, Bart. in l. si mihi, & Titio. num. 7. de verb. oblig. Dec. cons. 185. nu. 3. vers. non obstat. Ias. in epit. feud. p. 6. nu. 23. cum alijs allegatis à Syluestro Aldobrandino, in consil. 15. nu. 13. quã etiam sententiam vulgatissimam vocat, & pluribus authoritatibus confirmat Crau. cons. 669. nu. 3. vers. ex vulgatissima, cum seq. quod fuit etiam decisum coram Illustriss. Cardinali Plato, in Cesenatensi, bonorum, die 6. Feb. 1589. & in casu proposito hoc nõ recipit dubitationem, quia tẽpore reuocationis adhuc durabat prior inuestitura, ex qua D. Marcellus, tanquã nepos erat vocatus. Vnde inuestitura intelligitur facta † sine alterius præiudicio, c. quãuis. in fin. de rescript. lib. 6. Bal. in l. 1. num. 31. C. quando per. par. Paris. cons. 17. nu. 16. & seq. lib. 1. quod à recentioribus etiam Dd. frequentissime receptum est, Decian. cons. 90. nu. 5. & cons. 93. nu. 11. lib. 3. Cephal. cons. 269. nu. 101. cũ seq. Rimin. consil. 118. num. 151. & consil. 44. num. 26. 27. & 33. & cons. 13. num. 12.

Neq, ad rem pertinet, quod in secunda inuestitura anni 53. Florius, & Ioã. frater Co. Rouerellus fatẽtur, nõ fuisse solutũ canonem, & factam nouam inuestituram. Primum, quia talis confessio non est simplex, & dilucida, sed prout cõstiterit, quæ clausula † modũ, & qualitatem significat, c. prout. ff. de solut. Alex. cõs. 179. nu. 5. lib. 5. & ideo rem dubiam demonstrat, & cũ ad futurũ tempus referatur, inducit conditionem, quæ quidem suspendit confessionem † in eum casum, quo cõstiterit, l. si stipulatus fuero, hanc summam. ff. de verb. oblig. l. nominatim. in fin. de cond. & dem. Bar. in l. 1. n. 2. eod. Decian. cõs. 35. n. 25. li. 3. Rim. Iun. cõs. 313. n. 15.

Secundò, quia huiusmodi cõfessio nõ potuit fieri in præiudiciũ eorum, qui sunt comprehensi in priori inuestitura, nã sicut per alienationem non potest eis fieri † præiudiciũ, ita neque per confessionem, ne aperiatur via fraudandi filios. l. certum. §. sed ante ipsos. & ibi gl. & Bar. in fin. ff. de confess. idem Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. nu. 4. de leg. 3. Purpur. cons. 71. n. 69.

Neque etiam refragatur diuisio facta inter Hieronymum & Rouerellum, quia non † intelligitur renunciatum iuri de futuro, etiam si in ea sint clausulæ amplissimæ, Ruin. cons. 157. nu. 1. cum seq. vsque ad nu. 13. lib. 2. Ita quod aperte etiam fuit declaratum in instrumento paulo post diuisionem celebrato.

Quòd autem obijcitur transumptum d. inuestituræ anni 1588. nõ esse in forma probante, facile tollitur, quia cum Notarius in officio successerit, & illud instrumentum anno 1550. contractum, in actis productum fuerit, & diuersa parte opponente generalia cõtra Iudex nihilominus ad vlteriora processit, nec pars aduersa appellauit, intelligitur tacitum † consensum præstitisse l. ab eo. C. quom. & quan. Iud.

Præterea eo etiam tempore, quo dictum instrumentum extractũ est, apposita fuit legalitas Ciuitatis Ferrariæ, & omnis etiam solennitas extrinseca 30. vel 40. annor. † spacio interuenisse præsumitur. c. potuit. de empt. & vend. l. si filius. C. de petit. hæred. Cassad. decis. 3. nu. 1. de procur. & plerique alij.

Neque potest officere, † quod de mandato vicarij, qui fecit d. inuestituram anni 1488. non videatur constare, † quia spacio 100. annorum & amplius præsumitur, præsertim cum inuestiti, tanquã feudatarij longissimo tempore bona possederint, sciente & patiente Episcopo. Crau. cons. 317. nu. 20. vers. tertio responso. & cons. 307. in fin. Soc. Iun. cons. 146. nu. 12. & seq. li. 3. & ad illum effectum † sufficit etiam scientia præsumptiua, Ruin. cons. 101. num. 14. vers. procedit. lib. 1.

Item, quia inuestituræ DD. de Ballis in actis productæ habeãt etiam relationem ad dictam inuestituram anni 1458. & consequenter ipsi quoque videntur eam approbasse, quia relatum est † in referente, l. asse toto. ff. de hæred. instit. Bal. cons. 252. lib. 5. Rom. consil. 81. Dec. cons. 947. nu. 7.

Ex his itaque cõclusum fuit, bona, de quib. est controuersia, ad Co. Rouerellũ pertinere, si tamẽ apertius docuerit, se ab Hercule per lineã rectam descendisse.

GYPSII.

Romana, Pecudum. Mercur. 26. Iun. 1596.

ARGVMENTVM.

Hypotheca generalis etiam in grege animalium locum habet, & proinde ex edicto Saluiano, extremis probatis, recte agitur.

SVMMARIA.

1 *Saluianum interdictum vt locum habeat extrema sunt probanda, & debitorem post obligationem contractam possedisse.*
2 *Testes de publica fama, aliquem substantia sua male vti, non probant.*

3 *Nisi alia adminicula accedant.*

4 *Saluianum interdictum mercibus distractis locum non habet. & num. 5.*

6 *Gregem animalium consignatum recipiens, sub obligatione de restituendo, ad mandatum Domini, ad eorum restitutionem, non admissis exceptionibus, tenetur.*

DECISIO CCXXXII.

Domini resoluerunt, sententiam A.C. ad fauorem creditorum Michaelis, & Guilielmi de Schol. 1 contra Christophorum latam esse iustam, & † consequenter confirmandam, quoniam extrema ad obtinendum in Saluiano interdicto satis ex deductis sunt probata, nam quod medietas gregis pecudum, & aliorum animalium, de quibus agitur, possideretur per debitorem, post obligationem contractam, cum dictis creditoribus, probatur, tum ex confessione Christophori ad petitiones facta, tum ex testibus in facto relatis.

Secundum extremum etiam probatur per dictam confessionem, & sustentationem litis, Caputaq. decis. 369. part. 2.

Quòd Michael, & fratres ante alienationem dicti gregis cœpissent eorum substantia male vti, & repu- 2 tari non esse soluendo, adsunt testes de † publica voce, & fama, quæ licet sola non sufficiat, Bar. in l. si constante. num. 15. vers. tertio quæro. ff. solut. matrim. Put. decis. 13. lib. 3.

3 Nihilominus cum fama † concurrunt alia gesta per ipsos, ex quibus præsumi possit, non esse soluendo, vt in casu proposito, tunc fama sic adminiculata bene probat. Bart. vbi supr. & Rip. ib. num. 37. & seq. ponit multa exempla, Rol. cons. 9. nu. 15. ante fin. lib. 1.

Non obstat, quod hypotheca nó cadat in mercibus 4 venalibus, vnde fit, vt postquam † distractæ sint, non possit agi Saluiano. l. cum taberna. vbi Bal. Sal. no. 7. de pign. Bar. in d. l. si constante. no. 37. Put. decis. 297. li. 2. 5 quoniam id procedit, in illis † mercibus, quæ quotidie venduntur, vel mutantur, & ad illum vsum simpliciter sunt destinatæ, sed quando ex pluribus animalibus fit vnus grex, & vnum corpus naturaliter aptum edere fœtus, ac alios producere fructus, hoc casu per alienationem huiusmodi gregis, & corporis non extinguitur prior hypotheca, vt declarat Neguſ. de pign. par. 2. lib. 2. num. 20. cum seq.

Non obstat, quod non constet de identitate dictorũ animalium, quia stante, quod fuerunt inuentariata de mandato A.C. & consignata Christophoro sub obliga- 6 tione de stando iuri, & restituendo ad † omne mandatum Domini, ipse non potest hodie hoc opponere, sed tenetur dicta animalia omnino restituere.

Quod non constet de credito istorum, qui agunt, tollitur ex instrumentis productis, & ex sententia graduatoria A.C.

ORANI.

Burgensis, Decimarum, de Tardassos. Lun. 10. Mart. 1597.

ARGVMENTVM.

Consuetudo exigendi decimas qualiter per testes, & de quo tempore sit probanda.

SVMMARIA.

1 *Testis, vt consuetudinem decimandi immemorialem probet, quæ requirantur.*

2 *Testis deponens per verbum citra, de certo tempore non deponit.*

3 *Tempus motæ litis in dictis testium de tempore deponentium, est detrahendum.*

DECISIO CCXXXIII.

Quoniam alias dubitatum fuerat, An decimæ fructuum, quos colligunt Incolæ Vici Regis soluendæ forent in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ, vel potius in Ecclesia parochiali B. Mariæ Virginis, placuit Dominis videre, qualis cõsuetudo probetur decimãdi in Ecclesia Mariæ Magdalenæ, per incolas Vici Regis, habẽtes prędia Hospitalis de fructibus aliorũ bonorũ.

Et cum Scribentes pro Hospitali Regio ad fundandam eorum intentionem modo niterentur immemoriali, modo etiam, quadragenariæ, Domini censuerũt, ex eorum depositione neutram deprehendi probatã. 1 Equidem non † immemorialem, quoniam nullus testiũ deponit de visu per 40. annos, & alijs requisitis, de quib. per gl. in c. 1. de præscr. lib. 6. Couarr. in reg. poss. p. 2. § 3. nu. 2. de reg. iur. Minus etiam quadragenariã, quia licet deponant de visu, à 40. & 50. annis tamen 2 loquentes, per verbum citra, † absque copula, nõ concludunt aliquod tempus, cum id, quod heri factum fuit, dicatur factum à centum annis citra, nisi adsit aliqua dictio, quæ suadeat continuationẽ temporis, Bal. communiter receptus in l. Celsus. num. 24. de vsuc.

Discorrendo igitur per eorum dicta, primus, & secundus non firmant aliquod tempus, ex quo dicunt ab vno, decem, viginti, quadraginta annis citra, quartus ab hinc 50. annis & pluribus. Quintus à 55. annis, citra parum plus, vel minus. Septimus à 40. annis citra. Idẽ 8. 9. à 60. annis citra 6. à 30. annis, citra parum plus, vel minus, vltra quod non percurrit quadragenariam. Vndecimus ab vno decem & viginti quatuor annis, citra, parum plus, vel minus. 12. per totum tempus 28. annorũ, adeo, quod huiusmodi probatio restringitur ad probationẽ tertij, & sexti, quorum ille etiam prædicat ab vno, 10. 20. & 40. annis citra, successiue vnum post alium, & sic videatur de continuatione loqui, hic autem ab vno, 10. 20. 40. annis citra, & successiue vnũ post alium, nihilominus suffragari incolis Vici Regis non possunt, cum eorum depositio elidatur per testes incolarum oppidi de Tardassos, & detrahendum ve- 3 niat ex eorum † dictis tempus à die motæ litis, quod omnino excludit probationem quadragenariam.

SERAPHINI.

Parmensis, status, Lun. 11. Decem. 1597.

ARGVMENTVM.

Testes subornatos non probare, & ex quibus dicantur subornati, docetur.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ in rem iudicatam transiuit, pro veritate habetur.*

2 *Subornatio testium concludenter est probanda.*

3 *Et per alios quam qui se corruptos esse dicunt.*

4 *Testi corruptum se dicenti, non creditur.*

5 *In tantum vt etiã locum habeat, etiam si se excusauerit.*

6 *Processum mutilum dicens, eum integre exhibere debet.*

7 *Pars non dicitur ignorasse litem fuisse motã, si per biennium causa in iudicio fuerit agitata.*

DECISIO CCXXXIV.

Fuit dubitatum, An exceptio subornationis testium obstet DD. Pallauicinis, & ex pluribus rationibus DD. censuerunt, non obstare. Prima est, quia cum Pallauicini fuerint accusati coram Consilio Placentino, ad instantiã Comitis Ludouici, anno 1546. factis hinc inde probationibus, sequuta est absolutio ad fauorem Pallauicinorum, cum condemnatione d. Ludouici in expensas, & testes condemnati in pœnam fustiga- 1 tionis, quæ † sententia cum transierit in rem iudicatam, pro veritate habetur, Gabriel. de sent. conclus. 4. num. 14.

Secundò quia prætensa subornatio, vti materia cri- 2 minis & odiosa, est per probationem † concludenter probanda, vt fuit resolutum in causa Vlyssbonensi, coram bon. mem. Corra. 20. Febr. 1573. & per alios te- 3 stes, quam per eos qui dicunt, † se fuisse corruptos, c. sicut nobis, vbi Dd. de test. Felyn. in l. cum in tua. nu. 7. de test. Ruin. cons. 146. num. 34. lib. 5. late Cephal. consil. 233. lib. 2. nam ex eo, quod dicunt se corruptos dixisse

dixisse falsum ostendunt se esse periuros & falsarios, 4 ideoque eis non † creditur. cap. testimonium. de test. Ruin. cons. 147. nu. 5. lib. 5. Rol. cons. 16. nu. 7. Verall. decis. 73. lib. 1. in manuscr. vbi dicit hoc procedere, etiã 5 † si testes afferant excusationes, & ita affirmat fuisse tentum in hac causa Parmẽsi, statuis. 12. Iun. 1551. coram Puteo. Vnde cum Rangoni desumant suas probationes ex dictis istorum testium, illæ non sunt attendendæ, sed reijciendæ.

Tertiò fuit consideratum, depositionem eorum de anno 1536. in qua dixerunt se fuisse inductos ad testificandum falsum à Com. Ludouico esse conadiutatam per alios testes, népè presbyteri Baptistæ de Fenarijs, testis pro parte Rangoni, examinati, & aliorum, qui fuerunt ponderati in alia decisione in hac causa corã me facta, deponentium nonnullos ex istis testibus eis dixisse non reperiri cõfessorem, qui eos absoluere vellet, propter falsum testimonium, per eos dictum, & hæc fuit causa, cur Pallauicini porrexerint contra dictos testes querelam, hic in Curia, antequam sequeretur pretensa subornatio in loco Varani, quæ à Rangonibus prætenditur, & hoc multum eneruat suspicionem illam, quæ ex detentione testium in Castro Varani deducitur. Nam si non præcesserat subornatio ante hoc tempus, vtique non fuerunt subordinati, tunc, cum de hac re conquerebatur, cum Bapt. Ferrario & alijs. Nec verum videtur, quod dicitur, fuisse testes priuata authoritate retentos in Castro Varani, quia contrariũ probatur, ex depositione Marci de Opicis, & Montanoni, & ex literis Senatoris Vrbis.

Quartò concurrunt coniecturæ, quia post sententiam latam Placentiæ contra Ioan. de Vsbertis, & Bernardum Montaninum, ex quorum cõfessionem & ratificatione sequuta, anno 1573. Comes Ludouicus tacuit per plures annos, & anno 1544. coram Cardinale Parisio fecit instantiam pro remissoria ad effectũ, examinandi alios testes, qui nihil probarunt, & fuerunt per Dominos antiquos reiecti, vt ex dec. Put. & Caputaq. apparet, vnde tunc confugerunt Rangoni ad aliã exceptionem, quod non constaret de contractu matrimonij inter Bernardum, & Catharinam, quod prius nunquam per eos reperitur deductum in controuersiam.

Non obstat, quod dicitur, processum factum, de anno 1536. fuisse nullum, & sine citatione, & non fuisse adhibitam diligentiam, neque facta debita Interrogatoria in testium examine, & omnia gesta absente & ignorãte Comite Ludouico, quia de hac assertione cõstare non potest, cum non reperiantur acta illius Iudi- 6 cij, & † qui dicit processum esse nullũ, vel defectiuũ, illum debet exhibere integrum, vt pluries fuit in Rota resolutum, quod maximè in hoc casu est dicendũ, 7 † cum causa per biennium, & vltra agitata fuerit in partibus, vnde non potest prætendi eius ignorantia, & idem casus annis elapsis contigit in Rota, cum pro parte Rangonis negaretur in examine facto coram bon. memor. Dario, interuenisse citationem partis, & tamen postea repertis actis constitit de contrario, vt fuit decisum 10. Decembr. 1595.

Non obstat, quod Sigismundus declinauerit forũ vti laicus, quia hoc non obstante lata fuit indefinite sententia, ad fauorem Pallauicinorum, & condemnatus Ludouicus in expensis, quod factum non fuisset, si aliqui tantum fuissent absoluendi, & si non constitisset per alia fuisse factam subornationem, tunc enim non erat condemnandus Ludouicus in expensis.

Quantum ad dictum Capitanei Ioan. Antonij, non fuit habita ratio, cum sit vnius, & multæ contra eum militent exceptiones, de quibus in alia decisione, vltimò coram me facta. Et ex his conclusum, cessare omnia ecõtrario considerata, & Pallauicinis non obstare exceptionem subornationis.

BLANCHETTI.

Esina, Bonorum, Vener. 12. Mart. 1583.

ARGVMENTVM.

Ad exhibendum scripturas, Ut quis cogi possit, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Iudicio ad exhibendum agens, interesse suum probare debet.*
2 *Edictum de edendo fundatum est super æquitate.*
3 *Iudex de tota causa instructus esse debet.*
4 *Testis dubitans, & vacillans in dicto suo, an audiendus, & quid si de familia partis fuerit, & post monitoriũ statim reuelarit. & num. 5. & 6.*

DECISIO CCXXXV.

DOmini dixerunt, ad effectum, vt Reueren. DD. Canonici cogi possint ad exhibitionem scripturarum quas Reuerendissimus D. Episcopus Esinus, & litis consortes prætendunt ad manus ipsorum peruenisse, plenè esse probandam qualitatem dictorum iu- 1 rium, licet † enim ad effectum obtinendi in iudicio ad exhibendum sufficiat, petentem exhibitionẽ docere de interesse suo summario, l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. tamen concludenter existentia instrumentorum penes eum à quo petuntur, est probanda d. l. 3. in pr. quod etiam sentit gloss. in d. §. sciẽdum, & in verb. summatim. prop. fin.

Quod maximè est dicendum, cum edictũ de eden- 2 do sit fundatum super † æquitate. l. non est nouum & iustum. C. de edẽd. Bologn. in l. fin. nu. 11. ff. eod. vtiq; videtur repugnare æquitati, vt per dictũ vnius testis quis priuetur iure suo, cum aduersus contumacem pronunciari debet editionem habendam pro facta. Anchar. in clem. 1. §. cæterum. in fin. de vsur. Felyn. in 3 c. perpetuus. de fid. instrum. cũ igitur Iudex † debeat plenè esse semper instructus, in tota causa. l. Iudices. C. de iudic. non poterit ad hunc effectum, ex quo potest sequi aliqua condemnatio, ex relatione vnius, esse plenè instructus & informatus.

Non obstat Socin. in consil. 96. nu. 4. lib. 4. & Paris. cons. 57. lib. 1. qui allegant textũ, qui loquitur quo ad interesse cognitionem, non autem loquitur, quo ad probationem.

4 Primò enim non recordatur de † omnibus scripturis, præcisè, propterea dicit, quod aderant aliqua iura, in quibus nominabatur familia de Venanis, tertiò dicit, quod sibi videtur, quod continerent alienationes ad annos 29. & ita in dubitatione deponit.

5 Secũdò, cum Canonici amplius opera † sua vti noluerint, non potest dici omnino idoneus testis. Bald. in l. Lucius Titius. ff. de leg. 2. Marf. l. 1. de aliquali reuocatione ad animum.

Tertiò, & vltimò aliquibus ex Dominis videbatur 6 diminuẽdum ex eo, quod statim † post monitorium reuelauit, quod ipse sciebat de istis iuribus.

BLANCHETTI.

Romana, domus, de Moronibus. 28. Mart. 1583.

ARGVMENTVM.

Exhibitionem libri, apud alium reseruati, petens, de suo interesse, & librum ad illum peruenisse probare debet.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitionem libri ad alio repetens, quæ probare debeat.*

DECISIO CCXXXVI.

FVit resolutum, quod si Domini de Moronibus egent libris consignatis, de anno 1565. Leonardo Deto, de quibus in Inuentario fol. process. compulsati. 61. Leonardus tenetur ad illorum exhibitionem, quia ex propria apocha constat ad ipsum peruenisse, 1 & de † interesse Dominorum de Moronibus constat ex

ex negotijs gestis inter Alexandrum Detum, & Felicem Moronum, quæ duo sufficiunt, l. 3. in princ. §. & sciendum. ff. ad exhibend. si verò egent dictis libris, debent Moroni ostendere, quod eos dictus Leonardus habeat.

ARIGONII.

Romana, Computorum. 3. Octob. 1593.

ARGVMENTVM.

Damna, & interesse refundere tenetur, qui librum penes se existentem, Dominis exhibere recusat.

SVMMARIA.

1 *Libros penes se existentes exhibere renuens, ad damna & interesse tenetur.*

2 *Bilancij exhibitio non sufficit si in libro computorũ qualitates & causæ singulorum debitorũ annotatæ sunt, & is, apud quem ille reperitur, exhibere recusauerit.*

3 *Librum computorum Domino exhibere recusans, de dolo tenetur.*

DECISIO CCXXXVII.

Domini dixerunt, D. Prosperum propter nõ exhibitionem librorum, teneti ad damna, † & interesse. Bald. consil. 151. col. 2. vers. alias non facit. lib. 3. Soc. consi. 46. nu. 4. vol. 1. [1]

Dixerunt quoque satis constare de interesse Dominorum de Saluiatis, & non sufficere exhibitionem Bilancij, quia in libro circa singulas † partitas possunt esse adnotatæ qualitates, & causæ singulæ debitorum, & an de illis fuerit confectum instrumentum, & multa alia, de quibus non apparet in Bilancio, & cum D. Prosper illum recuset exhibere, † præsumitur esse in aliquo dolo. Bald. d. consi. 152. col. 2. lib. 3. & quod liber extet penes D. Prosperum, fuit resolutum coram Reu. Patre D. Orano, die 11. Feb. 1591. [2] [3]

Idem fuit resolutum coram Reuer. Seraphino Rotæ Decano, in causa Ariminensi, Castrorum, Lun. 21. Apr. 1597. & passim io plurimis alijs causis.

ORANI.

Romana, Mercium. Vener. 14. Octobr. 1588.

ARGVMENTVM.

Ad exhibendum librum, quem sub iuramẽto deperditum asseuerat, pars non tenetur, si maximè diligentiam in eo perquirendo fecerit, & alias ad illum custodiendum non erat obligatus.

SVMMARIA.

1 *Amissio libri iuramento rectè probatur.*

2 *Ex contractu vel obligatione, si quis ad rem custodiendam tenetur, ad probandam illius amissionem per solum iusiurandum non admittitur. Secus, si ad eius custodiam non est obligatus, & nu. 3.*

4 *Obligatus qui est ad rem præstandam, grauius, non obligato, punitur.*

5 *Rem amissam præstare quando quis non cogatur.*

6 *Testis familiaris in his, quæ de domo fiunt, non omnino repellitur.*

7 *Probationes leuiores, in his, quæ difficilioris probationis sunt, sufficiunt.*

8 *Exhibitionem libri petens de suo interesse docere debet.*

9 *Iuramentum iuxta formam l. fin. C. de fid. instr. præstare tenetur is, qui merces, & negotia cum alio administrauit.*

DECISIO CCXXXVIII.

Conclusum fuit D. Lauaianum non posse cogi ad exhibitionẽ libri, de quo agitur, suffragatur enim † sibi iuramentum super illius amissione præstitum, Nam licet, vbi quis tenetur ex contractu, vel obligatione, ad alicuius rei custodiam, non admittatur ad probationem † illius amissionis, per solum iuramentum, Soc. consi. 190. post num. 5. lib. 2. Bero. consi. 191. num. 21. lib. 1. tamen secus est, quando pro vt in præsenti themate intendit probare † amissionem eius, ad cuius custodiam alias nõ erat obligatus. l. fin. vbi post gl. in verb. sacramẽtum, Bal. cir. fi. C. de fid. instr. trad. Imol. in l. quæsitum. num. 9. de re iud. Alex. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. in fi. de edend. quoniam mitius agitur cum † non obligato, quam cum obligato. Cyn. in d. l. fin. num. 5. & hoc tanto magis, quando concurrunt adminicula, vt sunt † bona fama D. Lauaiaoi, & depositio testium, qui de diligentia per eum adhibita in perquirẽdo libro deperdito, optimè cõcludit, quia eo casu iuramentum semper præstat excusationem. Nec curandum est, quod vnus testium sit familiaris, quia in his, quæ domi fiunt, familiaris in totum non repellitur. l. etiam, vbi Dd. C. de test. Thob. Non. in §. Pater. num. 13. lim. 8. Instit. de test. & in his, quæ sunt difficilis probationis, † leuiores sufficiunt probationes, Batt. in d. l. si quis ex contratijs d. §. fin. & ibi Ias. num. 14. de edend. [1] [2] [3] [4] [5] [6] [7]

Præmissis etiam addebat vnus ex Dominis, non † cõstare hic de aliquo interesse D. Passari, quod Rotam mouere solet ad editionem petitorũ, propterea quod petita exhibitio libri tendit ad demonstrandam reuocationem ordinis dati per Lauaianum Andreæ del hoste, vt habetur in literis eiusdem Lauaiani, ad Passarum, sed constat ordinem prædictum nedũ fuisse reuocatum, sed executioni demãdatum: Idque primò ex duabus quietantijs Passari, de mense Nouem. in quibus idem Passarus asserit se recipere quasdam pecuniarum summas ab Andrea delle Hoste, in executionem ordinis Lauaiani. [8]

Secundò ex literis eiusdem Andreæ de anno 1584. quando significat se transmittere bona empta ad dict. Lauaianum vt de illis valeat iuxta conuentiones cum Passaro initas, disponere.

Neque contrarium suadet Lauaiani protestatio, de receptione mercium, quia recusatio receptionis illarũ non processit ex aliqua reuocatione ordinis, sed quia Andreas mandatum suum fuerat transgressus, ex quo in mandato habebatur, quod promitteret merces soluere extra certum tempus. Et tamen io pecunia numerata illos persoluerat: Nam postquam pro interesse illius temporis mutuatas pecunias pro nundinis Bisuntinis, competit, ita quod ex solutione præsenti pecunia facta nullo damno fuit affectus Lauaianus, acceptauit merces, & illas iuxta conuentum cum Passaro administrauit. Voluerunt tamen Domini, vt Lauaiano iuxta † formam traditam, in l. fin. C. de fid. instr. de nouo deferatur iuramentum, super administratione libri. [9]

ORANI.

Romana, Computorum, Mercur. 7. Febr. 1590.

ARGVMENTVM.

Exhibitionem libri ab aliquo petens existentiam eius penes eum, à quo petitur, probare debet.

SVMMARIA.

1 *Exhibitio libri vt ritè & validè petatur, existentia eius apud eum, a quo petitur, est probanda.*

2 *Censuris Ecclesiasticis, an quis ad exhibitionem libri cogi possit.*

3 *Ex officio Computistæ non arguitur quis librum computorum scripsisse, cum non fuerit administrator.*

4 *Administrator an ad confectionem, & custodiam libri teneatur. & duob. seqq.*

7 *Libri, seu rei mobilis, facilis est amissio.*

A præterito ad futurum non rectè infertur.

9 *Ex confessione restitutionis libri facta, infertur, confitentem eum aliquando habuisse.*

10 *Confessio à procuratore emanata, domino non præiudicat.*

11 *Et semper ab eo reuocari potest.*

12 *Bilancij traditio arguit tradentem originalem librum habuisse.*

13 Bi-

13 *Bilancio ad heredes transmisso, etiam liber originalis ad eos peruenisse præsumitur.*
14 *Liber in eadem domo, qua scriptus est, permansisse præsumitur, nisi demotio probetur.*
15 *Possessio continuata non præsumitur, vbi iusta causa arguendi, illam fuisse interruptam, adest.*

DECISIO CCXXXIX.

Die Mercurij 7. Febr. 1590. in vna Romana, computorum, coram me fuit resolutũ, hæredes Dominos de Saluiatis, respectu libri signati I. non esse in probatis, ita quod Prosper Cribellius teneatur iuxta formam primi Capituli Laudi ad illius editionem. Et ideo frustra petitur, quod deueniatur cõtra ipsum ad declarationem, sub prætextu, quod literis executo-
1 rialibus non paruerit, ex quo enim agunt ad † exhibitionem d. libri, oportet, quod probent existentiam penes Cribellium, à quo volunt exhiberi. l. 3. in prin. vbi glo. in §. sciendum. in verb. summatim. ff. ad exhib. &
2 hoc eo magis, quod volunt † ad hoc ipsum censuris Ecclesiasticis compelli. Rot. decis. 21. de dol. & cont. in antiq. Mohed. decis. 160. Quare præsumptio resultans ex obligatione Officij Computistæ, quod apud DD. de Saluiatis exercuit, non sufficit ad arguendum
3 † ipsum confecisse, librum cum non esset administra-
4 tor, quo tamen concesso non propterea † dicendũ est, quod ad eius administrationem confectio & custodia libri, de quo quæritur, pertineret minusque, quod li-
5 ber † negotia concernentia eius administrationẽ con-
6 tineret. Licet autem probaretur liber † sua manu scriptus fuisse, fateri tamen oportet, scriptum in domo aliena, & non tanquam propriũ, sed vt alienũ, cuius
7 cũ sit res mobilis, facilis est † amissio. l. si rem mobilẽ. ff. de acquir. posses. glo. in l. inciuile. C. de fur. Hinc fit, vt præsupposita aliquando illius existentia penes ip-
8 sum, non † possit inferri, quod hodie ipsum habeat. Castr. in l. si minorem. nu. 4. C. de in integ. restit.

Non obstat, quod confessus sit, quod inter ceteros libros restituit D. Laurentio Bonciano, librum Signa-
9 tum I. ex qua confessione restitutionis † obligatur in necessarium antecedens, illum aliquando habuisse, quia omissis responsionibus hic datis per Informãtes,
10 sufficit sibi docere, quod cum confessio † emanauit à procuratore, potest etiam non docto de errore illius,
11 semper eam † reuocare. Rot. decis. 19. de procur. in nou. præsertim cum fuerit facta in alio iudicio, & ad alium finem.

Nec releuat Bilancium, quod prætenditur in prin-
12 cipio & fine manu sua scriptum, quia † licet etiam inde appareat librum originalem habuisse, ex quo facta fuit extractio, Rota decis. 176. nu. 22. prout per computi redditionem præsupponitur originalis liber rationum, iuxta tradita per Corn. consi. 319. nu. 6. versic. nam ratio. lib. 3. & cons. 196. num. 4. eo. nihilominus cum Bilancium ad manus hæredum peruenerit, & ab ipsis fuerit occupatum, necessarium est, quod liber, ex
13 quo † fuit illud extractum ad hæredes peruenisse præsumatur, & satis possessio libri verificatur, in tempore, quo apud Dominos de Saluiatis habitauit, sed postquam recessit à domo, in qua illum restituit, tan-
14 quam minister, nisi probetur † amotio ab illo loco, præsumendum est, quod remanserit in eadem domo, vbi prius stabat, iuxta no. in l. siue possidetis. vbi glo.
15 Bart. & alij, C. de probat. Nam vbi iusta † causa arguendi adest, quod continuatio non interuenerit, ibi ex eo solo, quod quis semel habuerit, vel possederit, non præsumitur continuata possessio. Balb. in l. Celsus. §. 1. quæro. num. 8. versic. quæ ratio. de vsucap. Et ita decisum.

ORANI.

Conchensis, Exemptionis decimarum, Lun. 30. Ian. 1589.

ARGVMENTVM.

Priuilegium Papale concessum ordini alicui, per vsum monasterij vnius illius ordinis, ceteris etiam præseruatum censetur, & cum habeat decretum irritans per non vsum non amittitur.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium Papale monialibus Conceptionis B. Mariæ, ordinis S. Claræ concessum.*
2 *Priuilegium effectum contrarium operari non debet.*
3 *Priuilegium ex quo concessum est motu proprio, & cursus temporis, illiusque obseruantia concurrit, satis verificatur.*
4 *Præsens priuilegio in præiudicium successorum renunciare non potest.*
5 *Priuilegium habens decretum irritans, per non vsum non amittitur.*
6 *Priuilegium toti ordini concessum per vsum vnius monasterij illius ordinis, etiam ceteris præseruatum intelligitur. & num. 7.*

DECISIO CCXL.

1 Fvuit resolutum, Monialiũ B. Mariæ † Conceptionis, ordinis S. Claræ intentionem fundari in priuilegijs, per summos Põtifices, Abbatissis, & Monialibus S. Claræ concessis, in quibus habetur, quod ipse de quibuscunque terris, & possessionibus suis, quas per se, vel colonos, vel seruitores excoli, & cultiuari faciebant, aut in posterum fecerint, nullas decimas & primitias Parochialibus Ecclesijs & alijs persoluerent, nec ipsi, aut possessionum earundem coloni ad earum solutionem à quocũque cogi possent. Nam cum huiusmodi exceptio fuerit concessa fauore ipsarum monialium, & vt exinde se possent sustentare, & necessitatibus suis prospicere, non debet interpositio fieri, per quam exceptio censeatur ad commodum & vtilitatem etiam colonorum concessa, sed prout bene fuit iudicatum, quod coloni alias obligati ad solũtionem decimarum faciendam Ecclesijs, teneantur eas pendere
2 Monialibus, ne alioquin priuilegium † operetur contrarium effectum eius, ad quod fuit concessum, quod fieri non debet, Rom. consi. 280. num. 7.

Ex quo igitur istæ decimæ adimuntur à Curatis, & ab alijs contemplatione Monialium, sequitur, quod Monialibus debeant applicari. l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1. Rom. in l. si cum dotem. num. 44. ff. sol. matrim. & consil. 32. post num. 7. versic. tertio hoc idem probatur.

Nec in contrarium facit, quod narratiua priuilegij Pauli III. sit restricta ad causam paupertatis, quæ inprimis verificari debet, quia satis fuit verificata per depositiones testium, de quibus in summario Monialium, quorum 2. & 4. probant, quod singulæ non habent sex mille Morapetinos, 19. quod non habent sustentationem pro duabus tertijs partibus redditũum, & expensarum monasterij, vt bene hic per Informan-
3 tes, neque verò laborandum est, circa † verificationẽ d. priuilegij, ex quo fuit concessum motu proprio, & concurrit cursus temporis, & illius obseruãtia, prout alias fuit decisum in vna Lucana, Decanatus, coram Illustriss. Cardinali Aldobrandino, Et in alia Burgensi, Iurisdictionis, coram Reueren. Patre, D. Seraphino, & est decis. Caputaq. 378. num. 5. lib. 2. in qua ha-
4 betur, quod præsentes non possent † renunciare priuilegio, in præiudicium successorum. Ex hoc enim tollitur id, quod dicebatur, de non vsu priuilegij, vltra quod à concessione priuilegij per Paulum III. non sint lapsi 40. anni, prout in Ecclesia requiritur. Boss. tit. de princ. num. 139. & quatenus adesset temporis lapsus, supersunt priuilegia Pij V. & Papæ Gregorij recentia. Et cum illud priuilegium habeat decretum
5 irritans, per non vsum † non dicitur amissum. Rot. decis. 3. de priuil. in antiq. Hoc autem eo magis, quod

fuerit

6 fuerit vniuerso ordini † concessum, nã per vsum aliorum Monasteriorum, ius istarum Monialium censetur præseruatum, non secus, atque ius patronatus,
7 quod per † exercitium vnius ex cõpatronis alijs præseruatur. Abb. cons. 54. lib. 1. Curt. de iur. patr. in vers. comp. num. 42.

Non obstat, quod in priuilegio fuerit facta mẽtio quasi possessionis eorum, qui decimas percipiebant, nam satis est, quod natura exemptionis hoc habet, vt deroget iuri eorum, qui illas percipiebant, Dec. consil. 113. nu. 7. Cassad. decis. 1. num. 2. de priuil.

Et ex his fuit resolutum Monialibus exemptionem competere, donec ex bonis Monasterij habeant singulæ 25. ducatos, iuxta priuilegium Gregorij XIII. inclusiuè, nisi obstet dispositio cap. super decimis. de quo particulariter videbitur.

MELLINI.

Florentina, bonorum, Vener. 29. Octob. 1593.

ARGVMENTVM.

Ad exhibitionem libri, vt quis cogi possit, quæ probanda veniant.

SVMMARIA.

1 *Exhibitio libri, vt validè petatur, existentia eius apud illum, a quo petitur, est probanda.*
2 *Hæres ad exhibitionem libri à defuncto possessi non tenetur, sed sufficit, quod iuramento asseueret, se non habere.*
3 *Exhibitio sine interesse partis non datur.*

DECISIO CCXLI.

FVit resolutum Iacobum non teneri ad exhibitionem librorum, quia non probatur, quod ipse illos
1 habeat, & ad istum effectum † exhibitionis existentia librorum penes illos, à quibus exhibitio petitur, concludenter est probanda, l. 3. in princ. & ibi glos. in §. sciendum. in verb. summatim. propè fin. ad exhib. & fuit resolutum in causa Esina bonorũ, 21. Maij, 1583. coram Reuer. Patre D. Blanchetto, tanto magis, quia petitur exhibitio ab hærede Bernardi, & in isto casu
2 sufficit, quod † hæres iuret se non habere, vt fuit decisum in vna Clusina, grani, coram Episcopo Oriolensi.

Addebant Domini, quod non constat de interesse
3 Rectoris, sine quo † non datur exhibitio, d. l. 3. §. sciendum. ff ad exhib. Nam aut vult ostendere depositum non fuisse factum ad effectum nullitatis alienationis, & non potest, quia emptores in instrumento vocant se depositarios, quod sufficit propter decretum executiuum. & fuit decisum 17. April. anni preteriti: Aut petit exhibitionem pro recuperando deposito, & Iacobus non negat eius restitutionem.

Non obstat, quod Iacobus est hæres vnius ex Dominis rationis Bancharix, quia cum adessent alij socij, non sequitur, quod libri potius ad hæredem Bernardi, quam ad alios socios peruenerint.

MELLINI.

Romana, Pecuniaria, Lun. 25. Iun. 1601.

ARGVMENTVM.

Creditor ad exigendum debita constitutus à debitore, summam sibi debitam, ad computum ponere non potest, sed ad restitutionem tenetur, non obstante approbatione debitoris.

SVMMARIA.

1 *Creditor ad exigenda debita ab alijs creditoribus constitutus, summam sibi debitam in computis pro satisfactione sui crediti ponere non debet. & Ratio. num. 2. & 3.*
4 *Debitor in præiudicium & detrimentum aliorum posteriorum creditorem prioribus non potest præferri.*
5 *Et si creditor sit negotiorum gestor.*
6 *Et sit in bona fide, & statum debitoris ignoret.*
7 *Statum sui debitoris ex lapsu aliquot mensium ignorare creditor non præsumitur.*
8 *Creditor vnius prouinciæ quando alijs alterius prouinciæ præferatur. & num. 9.*

DECISIO CCXLII.

FVit resolutum Hortensium Bagnacaballium non
1 potuisse ponere † in computis pretiũm Gabellæ in satisfactione sui crediti, & ipsum teneri ad restitutionem, non obstante soliditate & approbatione computorũ, facta à Comite Nicolao, de mense Iulij, 1597.

2 Fundamentum † resolutionis fuit, quia antea à creditoribus fuerant constituti deputati, pro satisfactione suorum creditorum & Comes de anno 1595. constituerat procuratorem irreuocabilem ad exigendum ad fauorem, & commodum creditorum, omnes pecuniarum summas, sibi debitas, & debẽdas, & disponẽdum, iuxta mãdatum Deputatorum à creditoribus, & de ann. 1596. fuerat distributa inter creditores summa 2100. exacta à Dominis de Sabellis, & ideo cum creditores instarent pro consequutione suorum credi
3 torum, Hortensius non † potuit in præiudicium anteriorum creditorum sibi satisfacere de suo credito, neque Comes approbando computa, præferre credi
4 torem † posteriorem anteriori. l. si non expedierit. §. si pupillus. ff. de bon. auth. iud. possid. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credit. Castr. in cons. 446. num. 3. lib. 1. Rum. consi. 76. num. 11. lib. 1. & fuit resolutum in causa Romana pecuniaria, coram Sanctiss. D. Nostro, & in alia Romana Officiorum, Celesij 3. Nou. 1592. coram Illust. Cardinale Blanchetto, & vltimo loco in Romana, censuum, de Luraglis, 1. April. anni præteriti, coram Reu. Patre, D. Iusto, & tanto magis cum præcederet mandatum Comitis irreuocabile, ad fauorem creditorum.

Nec in hoc est aliqua differentia inter negotiorum
5 gestorem, & creditores ex alijs causis, quia cum negotiorum gestor remaneat creditor, eo tempore, de quo cessante gratificatione inspicitur solum prioritas, iuxta dispositionem iuris communis, nulla ratio suadet, vt si est posterior, possit vti retentione, vel compensatione sui crediti, in præiudicium creditorum anteriorum, & hoc maximè dicendum est in isto casu, quia venditio locorum Gabellæ, quorũ pretium fuit positum in satisfactione crediti Hortensij de mense Februar. 1597. & ex literis ipsius Hortensij, de mense Iunij, & Octobris eiusdem anni apparet, quod solum tractabatur venditio, & quod erat facta de mense Octob. sequen. & ista confessio Hortensij comprobatur etiam ex literis ei scriptis, de eodem mense Iunij ab Abbate Faraonio, in quibus dicit, *se li paresse, ne passassimo la partita in faccia di V. S. d' vna vendita simulata per leuare, che non vi siano scrupuli di fastidio sino, che poi V. S. la venderà ad altri.*

6 Non obstat, quod Hortensius erat in † bona fide, cum ignoraret statum Comitis, & quod creditores instarent pro consequutione suorum creditorum, quia non habetur in cõsideratione ad istum effectum ignorantia creditoris posterioris, sed secundum Dd. attenditur solum diligentia creditorũ anteriorum, & quod eis non possit imputari negligentia, vt fuit resolutum in d. causa Romana pecuniaria, coram Sanctiss. D. Nostro, vltra quod ex literis colligitur scientia status Comitis Nicolai, ad istum effectum fuit simulata venditio, vt dictum fuit, & in ista sciẽtia multum etiam coa
7 diuuatur ex notorietate facti, & ex † lapsu temporis decem, & septem mensium.

Non obstat, quod creditores vnius prouinciæ sunt
8 præferendi Creditoribus † alterius prouinciæ, l. si procuratoris. §. si plures. ff. de trib. action. quia ille tex. ha
9 bet locum † in creditoribus mercatorum, qui habent plures negotiationes separatas in diuersis prouincijs & extra istum casum nõ fit distinctio inter creditores

vnius

vnius & alterius prouinciæ, sed attenditur solum inter eos prioritas, quia creditores ab initio sibi obligarunt personam, & vniuersum patrimonium, & non habuerunt respectum ad negotiationes, vt bene deducit Paul. de Castr. in conf. 286. nu. 3. lib. 1.

PAMPHILI.

Romana Mercedis, Lun. 16. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Constito de seruitio ex mandato Beneficiatis impenso, salarium deberi, & quomodo conuentio eiusdem probetur, deciditur.

SVMMARIA.

1 *Salarium pro seruitio, de mandato impenso, debetur.*
2 *Procuratori ad lites salarium etiam non conuentum debetur.*

DECISIO CCXLIII.

PRo Informante, nempè sententiam Auditoris Cameræ esse confirmandam, quatenus ad fauorem Vincentij pro salario sibi debito condemnat beneficiatos ad soluenda scuta 550. De seruitio † enim per ipsum beneficiatis impenso, & de mandato non dubitatur. Conuentio autem salarij saltem in genere satis probatur ex literis ipsorum beneficiatorũ, in quibus Vincentio scribũt, se illi soluturos salarium, & illius laboribus, & diligentijs satisfacturos, & ex mandato nuper per eosdem beneficiatos facto in personã Ludouici Cordubæ in quo illum procuratorem constituerunt ad exigenda computa ab omnibus procuratoribus, tam ratione expensarũ in litibus factarum, quàm ratione suorum salariorũ, quod sufficit, vt fuit dictum in illa Romana mercedis, 20. Martij de anno præterito, coram Reu. Patre D. meo Lancellotto. Maximè cum versemur in procuratore ad lites, cui debetur † salarium etiam non conuentum. Natt. conf. 376. nu. 1. & fuit resolutũ in Toletana mercedis, 13. Maij 1568. coram bon. mem. D. Card. Aldobrandino, & in causa Romana mercedis, die 21. Iunij 1599. coram Reuerendo Patre, D. Decano.

Arbitrati autem sunt Domini A. C. non excessisse in taxatione huius salarij, stãte, quod beneficiati alijs procuratoribus, & præcipuè Vincentio Pennæ, cui Vincentius immediatè successit maius salariũ, & rationem, scilicet 300. lib. monetæ regalium Valentiæ persoluerunt, iuncta maxima diligentia ipsius Vincentij Dominis satis nota. Et ita conclusum.

VOTVM D. BVRGHESII.

Romana, Dotis, de Sodcrinis.

ARGVMENTVM.

Marito onera matrimonij sustinenti, pater qui dotem promisit in mora constitutus dicitur, & fructus promissæ dotis soluere tenetur: & fructuum dotis taxatio quomodo sit instituenda. Quæritur etiam hic, debitor quando in mora constitutus dicatur.

SVMMARIA.

1 *Pater qui dotem promisit, marito onera matrimonij sustinente, in mora constitutus dicitur, etiam absque interpellatione, & marito fructus dotis persoluere tenetur. & num. 9.*
2 *Et hoc siue dos à patre, siue ab extraneo sit promissa.*
3 *Fructus dotis sunt soluẽdi, siue dos in stabilibus bonis, siue pecunia numerata sit promissa.*
4 *Fructus dotis debentur ratione damni, quod maritus ex præstatione alimentorum sentit.*
5 *Taxatio fructuum dotis promissæ quomodo fiat.*
6 *Et quidem ad rationem septem cum dimidio, pro centenario.*
7 *Promissor per schedulam datam non liberatur.*
8 *Nouatio facta non dicitur, vt nec promissor liberatus, per simplicem debiti acceptationem, & promissionem.*
10 *Fructus seu alimenta dotis in principio anni debentur,*
11 *Debitor an stante promissione, & obligatione mercatoris ad soluendum excusetur, & a mora excusetur. & num. 12. & 13.*
14 *Debitor in mora constitutus quando dicatur.*
15 *Decreti irritantis, & clausula, sublata, Pontificio Breui annexa vis.*
16 *Perito in arte sua creditur, donec de errore non probetur.*

DECISIO CCXLIV.

EO ipso, quod maritus sustinet onera matrimonij, pater, qui dotẽ † promisit, dicitur in mora absq; interpellatione, & tenetur soluere marito fructus dotis promisse, & non solutę. Rom. cõs. 517. no. 4. & seq. Corn. cõs. 164. nu. 5. lib. 3. & de cõmuni testatur Alex. conf. 143. nu. 5. 10 fin. lib. 5.

Quæ procedunt, siue sit dos, vt supra, à patre promissa, † siue ab extraneo, qui dotare non tenetur, iuxta text. in l. fin. §. præterea. & ibi gl. & Bart. C. de iur. dot. Corn. cõsi. vlt. col. 2. vers. quæ ratio nõ videtur cadere, lib. 2. Fortun. in tractat. de vlt. fi. num. 72. versic. vnde rursus infertur.

Et fructus sunt soluendi, siue dos sit promissa in bonis stabilibus, † siue in pecunia numerata, etiã quod maritus non sit solitus negotiari, cum hi fructus non debeãtur marito ratione vsurarum, † sed ratione dãni, quod sentit, ex quo præstat alimenta, de proprio, vbi soluta dote ex eadẽ præstitisset. Rom. d. conf. 517. nu. 5. circa med. optimè Alex. cõs. 31. nu. 20. & seq. lib. 6. & placuit etiã Bal. conf. 94. per tot. lib. 1. refert alios Surd. in tract. de aliment. q. 42. nu. 1. & pluribus seqq. vbi istam communem dicit.

Taxatio autem alimentorum, seu fructuum dotis promissæ, & nõ solutæ, fit de iure communi, ad rationem † census, & ad illam summam, quam si pecuniæ ad honestum lucrum ponantur, redderc solent. Aym. in term. conf. 189. nu. 6. vers. præterea. lib. 1. Rom. conf. 139. sub nu. 5. & sing. 179. vers. pone. Lup. in c. per vestras. num. 2. de donat. inter vir. & vxor.

Vnde licita videtur taxatio † ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, prout fuit prouisum per statutum Vrbis, quæ taxatio est iuri communi congrua, dicit Pont. in tract. de alim. c. 15. nu. 7. tit. de alim. vid. & tenuit Rot. Rom. coram Reuer. Patre D. Seraphino in vna Rom. cõpromissi, quæ est Diuers. 741. nu. 3. lib. 1. vbi alimenta liquidati ad rationem 8. pro centenario videntur.

Nec per schedulam data videtur † promissor liberatus, quia illa fuit simplex promissio de soluendo, nõ autem verè depositum factum, animo abdicandi ab se dominium, vt creditor posset ad eius arbitrium & voluntatem pecunias depositas recipere, vt voluit Bart. in l. si soluturus. in fin. ff. de solut. & liber. Cum. in l. deleg. num. 2. de nouat. & in his terminis procedunt DD. per Soderinum allegati.

Et quod per simplicem debiti acceptationem & promissionem, † quis non dicatur liberatus nec facta nouatio, dicit tex. in l. vbi quis ff. de constit. pec. Barb. consil. 37. num. 2. lib. 1. Hier. Gabr. consil. 155. num. 2. lib. 1. & fuit pluries resolutum tum coram Reuerendo Patre D. Pamphilio, tum etiam coram Reuerendo Patre D. Gypsio, vt in decisionibus datis.

Simili modo, quando maritus sustinet onera matrimonij, & non expectato biennio promissor † incipit esse in mora, tunc tenetur ad alimenta dotis, l. Iulianus. §. offerri, & ex vendito. ff. de act. empt. glo. in l. de Diuis. vbi Bart. num. 1. ff. sol. matr. vbi Soc. num. 9. & seq. & Alex. num. 72. vbi dicit hanc opinionem esse magis æquam. Angel. in l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. Surd. vbi sup. num. 133. Qui fructus, seu alimenta debentur in principio, nõ † autem in fine anni. Bal. in l. 1. num. 3. C. de fideicom. Soc. conf. 70. nu. 14. lib. 1. Surd. d. tract. tit. 3. q. 17. num. 12.

Restat

Restat solàs difficultas, an debitor excusetur à mo- 11 13 stante promissione † & obligatione mercatoris de soluendo, iuxta terminos gl. in l. de diuisione. in verb. possessio. vers. vel pone eam obtulisse. ff. solu. matr. & dicit Bart. Soc. cons. 114. nu. 19. lib. 4. Quæ difficultas 12 tollitur primo ex eo, quod debitor † post promissionem soluit fructus & alimenta dotis, quo casu videtur illi renunciare, c. ex literis. de transact. c. ex ore sedentis. de his, quæ fiunt à prælat. sine con. Cap. l. fideicommissum. in fin. ff. de iud. cum simil. Secundò, quia 13 † creditor, licet sæpè, sæpius mercatorem iudicialiter, & extraiudicialiter interpellasset, pecunias ab eo promissas recuperare non potuit, licet contra ipsum mandatum executiuum etiam fuerit obtentum, ob quam 14 recusationem † adhuc debitor dicitur in mora. Ripa in l. quod te. nu. 2. ff. si cer. petat. Tiraquel. de retract. conuent. num. 4. glos. 6. num. 21. in fin. Rolan. à Vall. cons. 53. num. 32. lib. 1. Rot. Diuers. coram Cantuccio. decis. 71. nu. 11. & seq. par. 2.

Quia creditor in Rota obtinuit in sententia graduatoria, tam pro sorte principali, quàm pro fructib. graduatorijs, & sic fuit creditum principaliter canonizatum, & liquidatum, & non video, quin possit executio retardari, stante etiam Breui Sanctissimi Do- 15 mini nostri, directo A. C. cum † decreto irritanti, & clausula *sublata*, quæ claudunt os iudicis, vt nō possit contra illius formam aliquid determinari, nec respectiuè decidi, donec & quousque per eūdem Papam, os parti aperiatur. Caputaq. decis. 134. num. 4. lib. 3. Put. decis. 50. nu. 5. lib. 1. Gabr. de claus. cons. 1. per tot.

Circa verò quantitatem pecuniarum, si illæ tendāt in diminutionem sortis principalis dotis, vel fructuū, habemus calculum factum per Castronium, calcula- 16 torem peritum, electum, † cui standum est, quousq; de errore non doceatur. Bart. in l. 2. in fin. C. de iur. lib. 10. Rolan. à Val. cōsi. 44. nu. 46. & 55. & seq. lib. 1.

P E N I Æ.

Terdonensis, Separationis thori, Mercur. 14. Ian. 1599.

A R G V M E N T V M.

Pendente lite inter maritum, & Uxorem super separatione cohabitationis, vxor de iure tā apud honestas matronas, quàm Monasterium sequestrari tuto potest.

S V M M A R I A.

1 *Vxor separationem thori petens apud quem sequestranda. & num. 2.*

3 *Iudices omnium personarum notitiam particularem nō censentur habere.*

4 *Religiosæ mulieres verè honestæ matronæ dicuntur.*

5 *Vxor infirma in monasterio includenda non est.*

D E C I S I O CCXLV.

PRoposito dubio: An pendente lite inter maritum, & vxorem super separatione cohabitationis, pos- 1 sit vxor de iure sequestrari apud † honestas matronas ad effectum, de quo agebatur. Rota respondit, de iure esse locum sequestro tā apud honestas matronas, quàm apud monasterium, licet ex circumstantijs huius causę magis placuisset reponi Claudiam in aliquo monasterio.

Quamuis enim textus in c. ex transmissa. de restitu. 2 spol. dicat, vxorem † lite pendente, si vir odio illam prosequatur, alicui probæ & honestæ matronæ esse committendam, vsque ad causæ decisionem, vt illam studiosè custodiat, non tamen constituit, ne possit in aliquo etiam monasterio sequestrari, cum enim finis legislatoris fuerit, prouidere de loco tuto, ne interim mulier aliquam violentiam, aut damnum patiatur, propterea Canonistæ in d. cap. ex transmissa. vbi Anton. de Butr. num. 9. & Abb. num. 4. sequestrationem in aliquo religioso loco fieri posse censuerunt, quod ipsum voluerunt Dd. iuxta terminos cap. cum locum. de spons. vbi Abb. num. 5. & Rota in multis causis sequestrari mulieres in monasterijs decreuit: quia cum Auditores vt plurimum non habeant certam notitiā 3 matronarum particularium, apud quas commorari decenter mulieres cum viris litigantes possint, nullum tutiorem locum, quàm monasterium religiosarum, 4 quæ verè † honestæ matronæ dici possunt, inueniri posse arbitrātur, quod in hoc casu obseruari placuit, quo facilius causa expediri posset, & sententia executioni demandari, sicut decisum fuerat in hac eadem causa, die 10. April. 1595. Additum tamen fuit, tunc 5 non fuisse † in monasterio Claudiam reponendam, si aliqua eius infirmitas probaretur.

C O M I T V L I.

Hipporegiensis, Prætensi matrimonij, Ven. 1. Dec. 1589.

A R G V M E N T V M.

Desponsatio impuberum non subsistit, etiam si copulam interuenisse dicatur, vbi & quomodo hæc sit probanda discutitur.

S V M M A R I A.

1 *Copula carnalis qualiter probanda.*

2 *Matrimonium cum puella minore decem annis non subsistit, & cur. ibid.*

3 *Exceptio, malitia suppleri ætatem, quando procedat. & num. 16.*

4 *Pubertati proximi qui dicantur.*

5 *Discretio, quæ ad validanda sponsalia de futuro sufficit, post septennium in minore adesse licet præsumatur, non tamen talis esse censetur, quæ ad validitatem matrimonij sufficiat. & num. 6.*

7 *Anni discretionis pro annis pubertatis interpretantur.*

8 *Testes verisimiliora deponentes in concursu alijs præferuntur.*

9 *Maximè, si numero plures sint.*

10 *Et exceptiones, quæ aduersæ partis testibus obijciuntur, non patiuntur.*

11 *Habilitas, & aptitudo ad matrimonium ex copula præsumitur.*

12 *Et hæc quomodo probetur. & num. 13.*

14 *Confessioni puellæ in actu ab ea sola cognoscibili statur.*

15 *Confessio emissa à puella minore annis 12. non attenditur.*

17 *Matrimonij pro validitate an semper pronunciandum.*

D E C I S I O CCXLVI.

DOmina Veronica Malgrata, cum esset pupilla maior nouem, & minor annis decem, fuit ex agro, vbi propter pestem custodiæ agebantur, in oppidum Scarmagni ad domum D. Genebræ amitæ traducta, ibique sponsalia per verba de pręsenti, cum parocho & testibus, cum D. Emanuele Venusto, annorū circiter quindecim contraxit, postque statim inter eos subsequuta fuit cohabitatio, per duodecim dies continuos, & in eodem lecto concubitus, donec Domini de Alladio, vti tutores aduersus huiusmodi factum reclamantes pupillam sequestrari obtinuerūt. Exinde causa super dissolutione sponsaliorum introducta, coram Reuerendissimo Nuncio, per sententiam declaratum fuit, assertam desponsationem & concubitum inter præfatum Emanuelem, & Veronicam, matrimonium minimè fecisse. A qua sententia pro parte D. Emanuelis extitit appellatum, & causa appellationis mihi commissa. Dubitatum fuit, concordatis nonnullis præsuppositis, an constaret de copula. Cumq; in disputatione essent excitatæ difficultates, propter quas non videbatur capienda resolutio, circumscripto effectu, tendente ad firmandum matrimonium, & voluntas ipsius puellę in dubium vocaretur. Quippe, quod seducta prætendebatur detineri in loco suspe-

ĉto: prouisum fuit, vt puella, quæ pubertatis annos iam excesserat, adduceretur Mediolanum, vt ibi per Reuerendissimum Dominum Episcopum in monasterio neutri partium suspecto, collocata iuxta Rotæ ordinationem interrogaretur, quo facto, & per Reuerendissimo Dominum Episcopum prouida, & sufficienti relatione ad Rotam transmissa, rursus dubitatum, præsuppositis depositionibus testium, hinc inde examinatorum, & depositione D. Veronicæ: An constaret de copula, ad effectum validitatis matrimonij.

1 Et quamuis copula † qualis qualis præsupponeretur, etiam ex confessione iurata Veronicæ, deponentis, credere se, quod Emanuel aliquoties intus immiserit, ipsam dolorem citra voluptatem sentiente, nec intelligente, quam rem ille agerct: Domini tamen cōclnserunt, ex ea non inferri validitatem matrimonij. Cum enim ex processu satis constet, quod Veronica tempore sponsaliorum, & assertæ copulæ non perue-2 nerat ad annos decem, † imò non excedebat ad annos nouem & menses duos cōpletos, stat regula pro nullitate matrimonij, tam ex defectu præsumptio naturalis vigoris ad coeundum, & generandum, quam ex defectu coniugalis consensus. c.tuæ. de spons. c. à nobis. c.de illis. il 2.c.fin. de despons. impub. c.vnico. §. idem quoque, eod.tit.lib.6.

Exceptio autem, quod malitia suppleret ætatem, d. cap à nobis. & cap.fi.cum simılib. præterquam quod 3 vix admittenda videtur nisi in ijs, qui † proximi sunt pubertati, quales intelliguntur, qui ab ea solum di-4 stant per † sex menses, glossa communiter recepta, in cap.continebat. versic.proxima. vbi Innocent. & Abbas, & in cap.assertiones. versic. circa fin.de despons. impub. Cardin. consil.4. Staph. de var. mod. vac.tit. beneficiatus contrahens. versic. sed tenendo. Put.decis.65.lib. 2 nequaquam concludenter probatur, nam 5 esto, vt post septennium † iuris præsumptione adsit illa discretio, quæ sufficit ad validanda sponsalia de futuro, l.si sponsalib.de sponsal.c.literas.de desponsat. impuber. Ioan.Andr.& Abb.in cap. Iuuenis.de spon-6 sal. Alia tamen, quę maior exigitur † ad validandum matrimonium, in quo perpetua indissolubilitate corpus traditur, vt post D.Thom.concludit Turrecrem. in cap.non est.30.quæst.1. ad 2.Abb. in c.de illis. in 4. de desponsat. impuber. non præsumitur ante annos pubertatis aduenire. c.de illis. c.à nobis. c.fin. cū sim. 7 & hoc respectu anni discretionis † interpretantur pro annis pubertatis, Ioan.And.in c.duo pueri.eo.tit.post Goffr.in summ.eod.num.3.

Probationes autem, quæ pro sagacitate & prudentia Veronicæ ex parte Emanuelis factæ sunt, eliduntur ex concordi depositione triginta, & amplius testium, qui de simplicitate eiusdem, & infirmitate intellectus ac iudicij ad cognoscendam vim matrimo-8 nialis vinculi planè testantur, & cum † verisimiliora dicant, præferuntur in concursu, Innocent. & Abb.in cap.auditis.de præscript.Soc.iun. consi.183.colum.2. lib.2.Aym.consil.6.num.66. Rolan.consil.4.num.55. 9 lib.1.præsertim cum † numero sint plures, ad l.ob carmen. §. si testes. de testibus. Gabr. de test. conclus.4. 10 num.50. nec patiantur exceptiones, † quibus subiacent testes ex aduerso examinati, qui ferè vel affectant matrimonij effectuationem, vel sunt eorum domestici, & dependentes, vt per Informantes in facto, pro Veronica, quorum depositionibus fides diminuitur. Felyn.in c.super eo. ad fin.de test.Patis.consi.15.num. 30.lib.2.Aym.287.nu.4.

11 Nec obstat d.copula subsequuta, † ex qua præsumi solet habilitas ad matrimonium, d.c.à nobis, & c.de illis.de despons.impub.quoniam dict.iura non verificantur in omni defloratione, sed in ea, quæ interuenit cum ijs, qui à natura habiles sunt ad generandum vel concipiendum.cap.puberes.ad fin.eodem tit.Turrecrem.vbi supra art.1.qui ait, tempore matrimonij requiri non solum vsum rationis, sed etiam ex parte corporis requiri, vt illud sit aptum generationi, idem sentiunt Abb. in c.continebatur. num.7. Præpos.num.5. Anchar. num.2. & alij, quæ aptitudo non probatur 12 concludenter † pro parte D.Emanuelis, quin potius ex habitu corporis imbecilli, & gracilis ipsius D Veronicæ inhabilitatem ad talem copulam concludunt omnes testes pro Veronica examinati, & patet ex do-13 lore, † quem D.Veronica sentiebat nedum in primo actu copulæ, sed etiam in alijs subsequutis, quem non sensisset, si naturalem iam adepta fuisset vigorem, & aptitudinem ad generandum, cum dicto dolor non aliunde appareat processisse, quam à tenera, & immatura ætate.

Et quoad hunc actum à puella solum dignoscibi-14 lem, eius confessioni † magis credendum, quam D. Emanueli, ad glo.in c.viduam.vers.licet.de reg.Ioan. Lopez. in c. per vestras.§.43.nu.7. de donat. maximè cum habeat præsumptionem pro se, Præpos. in c.tua nos.nu.2.de spons.

Nec fiat vis in alia confessione D.Veronicæ, prius in lecto post secutam copulam malitiosa, quatenus refertur hilariter mandasse, vt sibi solueretur cingulum brachio alligatum, quasi iam compleuisset opus matrimonij, quia non colligitur ex vltima depositione Veronicæ, talia verba prolata fuisse in eam significa-15 tionem, & nihilominus † cōfessio emissa à puella minori 12.annis, parum attenditur ad probandum matrimonium, ex Put.decis.65.lib.2. sed & quatenus alterum prædictorum duorum, videlicet potentia ad carnalem copulam, vel prudentia rationis sufficienter discernentis vim contractus matrimonij continentis perpetuam, & indissolubilem cum viro societatē, probaretur, adhuc non sufficeret ad validitatem ma-16 trimonij, cum † vtrumque copulatiuè requiratur, vt malitia suppleat ætatem, ex Couuarru. lib.4. decret. par.2. capit.5. numero 3. In specie autem proposita, quia neutrum concludenter probatur, nec adsunt indicia, ex quibus contra communem diffinitionem locus sit arbitrandi, quod esser Veronica proxima pubertati, ex Couarr. vbi supra, col.fin. Quin potius coniecturæ & probationes vrgent in contrarium, Domini iudicarunt, præfatam copulam, vel magis deflorationem, ad tex. in l.si quis aliquid. §.si nondum viripotentem.de pœn. insufficientem ad efficiendum matrimonium. Nec eos mouit, quod in dubio pro vali-17 ditate † matrimonij, pronunciandum est, iuxta tex. c.vlt.de re iudic.nam stantibus prædictis, sumus extra probabilem dubitationē, nec prochiues esse debemus in fauorem huiusmodi cōtractus alieno impulsu potius, quam propria inductione, & tempore Quadragesimali contra Canonum prohibitionem celebrati. cap.Cappellanus. de fer.c.vlt.session.24. de reformat. matrim.Concil.Triden.& cap.1.de desponsat.impub. vt ex Purpur.consi.529.num.16.lib.2. fuit dictum, & in causa Toletana, matrimonij, 21. Octobr. hoc anno coram Reuerendo Patre D. meo Seraphino.

P E N I Æ.

Perusina, Dotis, Merc. 1. Iul. 1598.

A R G V M E N T V M.

Subhastatio, & executio facta contra formam statuti, & in perniciem vxoris, quæ dotem per eam amittit, nulla est & reuocanda.

S V M M A R I A.

1 *Subhastatio facta contra formam statuti nulla est.*
2 *Idem obtinet, si ex ea mulier indotata remanet.*
3 *Subhastatio vt validè fiat, quæ ex statuto Perusino allegato requirantur.*

4 *Forma à statuto præscripta non obseruata, actus corruit.*
5 *Subhastatio facta habita fide de pretio, nulla est.*
6 *Fallit.*
7 *Fideiussio facta ab vxore corruit, si ex ea dotem penitus amittat.*
8 *Restitutio in integrum etiam post quadriennium fit, si ex fideiussione mulier penitus indotata remaneat.*

DECISIO CCXLVII.

ANnn 1559. Lucretia Bartoccia nupsit Matthæo Copulo, cum dote florenorum 1000. ex quibus Matthæus 500. recepit à Iulio Cæsare, & aliox 500. à Sinibaldo Bartoccio Lucretiæ patre, & ideo an. 1563. Sinibaldum quietauit, & pro restitutiooe d. dotis omnia sua bona nbligauit.

Anno 1579. Franciscus Balleonus asserens se creditorem Matthæi, illum, tanquam suspectnm de fuga carcerari fecit, Franciscus verò Almena author Dominorum de Gogis aduersatiorum Lucretiæ fideiussit pro Matthæo illius marito, quod non discederet de Palatio sine licentia Balleoni, & hoic fideiussioni accessit Lucretia, promittens sub die 26. Augusti 1579. conseruare indemnem Almenam.

Postea cum ..... Signorellius reqnisiuisset Balleonum, vt vellet Matthæo impartiri licentiam recedendi à Palatio, idem Balleonus die 10. Decemb. 1579. rescripsit Signorellio, quod si Matthæus recederet pro seruitio Signorellij non foret illum molestaturus.

Matthæo ergo quasi sine licentia è Palatio recedente, Balleon. cum Almena fideiussore agere cœpit, & credito suo vtcunque liquidato, ad floren. 1000. die 7. Iunij, 1580. omnia iura soa Almenæ fideiussori cessit, & Almena vigore cessionis egit contra Lucretiam, vt illum à molestijs liberaret, & tandē eodem ann. 1580. sententias & mandatum pro florenis 1000. obtinuit, quod fuit executum super bonis dotalibus Lucretiæ, quæ fuerunt subhastata, & deliberata Iacobo Tano, pro florenis 1100. quos idem Tanus Almenæ soluere, aut eidem remittere iura super dictis bonis promisit, vnde idem Taous die 16. Nouemb. 1580. agnoscendo bonā fidem, eadem bona retrocessit Almenę, quæ Almena anno 1585. ad hastam publicam vendidit Dominis de Gogis Lucretiæ aduersarijs, pro scutis 910.

Tandem pro parte Lucretia obtenta in integrum restitutione, & causa introducta in Rota, dubitaui, An subhastatio, & executio sustineretur, ita vt foret, vel non foret locus restitutioni in integrum. Et Domini Lucretia tantum informante, nō sustineri subhastationem & executionem, responderuot, ex duplici capite,
1 tum, quia non fuit † seruata forma statuti Perusioi,
2 tum quia Lucretia † remansit penitus indotata.

3 Nam respectu non seruatæ † formæ, res videbatur clara, quia in 2. volum. statutorum Perusinorum rub. 29. de executinne iostrumentorum, sententiarum, & laud. §. si vero placuerit, sub pœna nullitatis, cauetur, vt ante venditionem bonorum immobilium, quæ pro executione capiūtur, facta exequutinne expectetur debitor per 30. dies, & deinde ante subhastationē eidem assignetur terminus peremptorius, quo finito, bona subhastentur, diuersis diebus, ad minus quinque vicibus, & vendantur plus offerenti, & satisfacto creditore residunm reperiatur infra dies 15.

Vnde in casu proposito, cum post sententiam latā facta fuerit venditio intra 15. dies, non expectato termino 30. dierum, nec præfixo termino peremptorio, nec facto deposito de residuo, consequenter subhastatio fuit inualida. Bald. io l. ordo. nu. 8. vers. nota, quod si statutum. C. de execut. rei iud. Cum enim statutum det formam in subhastatione, & deliberatinne facienda,
4 vtrq; ea noo seruata † actus corruit. l. cum hi. §. etsi prætor. ff. de transact. & teouit Rnta in vna Senogalliensi, prædij, die 15. Maij, 1596. coram Illustris. Blanchetto, tunc Rotæ Auditore.

5 Subhastatio etiam dicebatur † nulla, quia videbatur facta, habita fide de pretio, cum tamen pretium maoualiter solui debuisset, l. à Diuo Pio. §. si emptor. ff. de rei vend. & fuit resolutum in vna Fauētina, Bonorum die 25. Iun. 1593. & die 10. Maij 1594. coram
6 Reuer. Patre D. meo Litta, quamuis † hoc non procedat creditore consentiente venditioni, & subhastationi, habita fide de pretio, vt Rota declarauit, die 5. Decemb. 1594. in vna Vrbeuetana, domus, corā D. meo Pamphilio.

Respectu alterius capitis de Lucreria indotata remanente, res etiam videbatur clara, nam cum Lucretia fideiusserit pro integra dote, propter fideiussionē
7 fuit enormiter læsa, ex quo remāsit † penitus indotata, & conseqoenter fideiussio fuit nulla. Paris. cons. 75. nu. 14. & seq. lib. 3. Dec. cons. 180. no. 4. circa medium. Alciat. c. cum contingat. nu. 223. de iureiur. & fuit resolutum coram Illostriss. Angonio, die 21. Iun. 1593. in causa Romana, fideiussionis.

Quibus ita constitutis Rota cēsuit locum fuisse re-
8 stitutioni † in integrum, non obstante lapsu qoadriēnij. Odd. tract. de restit. in integr. par. 1. q. 19. art. 7. nu. 66. & q. 43. art. 1. nu. 25.

PEREGRINO.

Clusina, Dotis, Lun. 12. Ian. 1598.

ARGVMENTVM.

Proposita questione, Dos à patre profecta, mortua in matrimonio filia, post se liberis relictis, an ad patrem reuertatur, tres subijciuntur hinc exortæ difficultates.

Prima, dato quod ex consuetudine cōmuni Doctorum calculo approbata ad filios, non autem ad patrem spectet dos, Quæritur, An ista cōsuetudo generalis sit, vel particularis, & ab eo, qui in ea se fundat, probanda.

Secunda, An etiam in dote promissa locum habeat, maximè cum in casu, exigua saltem pars promissæ dotis fuisset soluta.

Tertia, An consuetudinis huius effectus cesset, filijs post mortem matris paulo post decedentibus, & quidem in proposito casu, quid sentiendū, cum filius per 8. saltem dies post matrem superstes fuisset.

SVMMARIA.

1 *Dos à patre profecta, mortua filia in coniugio liberis relictis, an ad patrem reuertatur, & num. 2.*
3 *Consuetudo, quod dos ad filios matre mortua reuertatur generalis est, & notoria, ac propterea eā asserens non tenetur probare.*
4 *Et quidem consuetudo hac interpretatiua censetur.*
5 *Retentio patri in dote promissa, magis datur, quam actio ad eius repetitionem.*
6 *Dos promissa etiam verè, & propriè dos dicitur.*
7 *Iuniores sensibus an perspicaciores.*
8 *Verbum remanere, ad dotem promissam trahitur.*
9 *Dos promissa, iuxta vulgatum loquendi motum, etiam data fuisse dicitur, & à dotante profecta.*
10 *Vsus loquendi communis attendendus.*
11 *Statutum de lucro dotis, etiam in dote promissa locum habet.*
12 *Dos ad patrem spectat, etsi filius per vnicam saltem horam superuixisset.*
13 *Pater iure patrio ad filium infantem, ex quacunque successione, etiam non agnita, deuoluta capere potest.*
14 *Pupillus maior infante decedens, ius petendæ restitutionis in integrum transmittit.*
15 *Ius delatum, licet non agnitum, transmittitur.*

DECISIO CCXLVIII.

CVm mihi fuisset causa hæc commissa soli, & extra Rotam, ac sine Rotæ participatione, ac eam exemplarem esse animaduertissem, voloi capere resolutionem, cū voto Dominorum meorū, & propterea

die

die 12. Ia. 1598. & per me in Rota proposita, fuit vnanimiter tentum, locum esse solutioni dotis.

1 Dixeruntnamque Domini, quod † quicquid sit attenta rigorosa Iuris cẽsura, de veritate illius quæstionis, An dos à patre profecta, mortua in matrimonio filia relictis post se liberis, ad eundẽ patrem reuertatur, de qua olim fuerat controuersia inter Bulgarũ & Martinum, vt refert Accursius in l. dos à patre profecta. in verb. filia. C. sol. matr. & post eum ibi omnes. & in l. post dotẽ. ff. eo. tit. & negatiuã acerrimè defendit Calder. cons. 1. per tot. de donatione inter vir. & vxor. Sal. in d. l. dos à patre profecta. Roma. latissimè in d. l. post dotem, & Soc. iun. cons. 9. lib. 2. Alij verò quamplurimi affirmatiuam tenentes, eam communem appellant, quos omnes hinc inde fideliter refert Capic. dec. 176. ac Thessaur. decis. 190. omnes tamen in locis citatis, & infra citandis in hoc conueniunt, quod de

2 cõsuetudine à Curia Bulgari orta Martini opinio seruatur, nempè quod dos ipsa ad filios, nõ autem ad patrem spectet. Bald. consil. 273. prima par. & 307. par. 4. 275. par. 5. Castr. consil. 310. par. 1. Zabarel. consil. 111. num. 2. & 152. versic. sed pro alia parte. & ferè omnes cumulat Capic. & Thessaur. in decis. præcitatis. Vnde circa hoc non esse insistendum Domini dixerunt, sed difficultatem ad tria deduxerunt.

Primò, An ista consuetudo sit generalis, vel particularis, & sic, An sit, vel non sit probanda ab eo, qui in ea se fundat.

Secundò, an habeat locum etiam in dote promissa, cum in casu, de quo agebatur, illius & quidem modica pars, tantum fuisset soluta.

Tertiò, An cesset d. consuetudinis effectus, eo ipso, quod filij, & ipsi post mortem matris decesserunt, filius enim in casu proposito solum per 8. dies post mortem matris superuixerat.

3 Et circa primam † difficultatem Domini dixerunt, Martini consuetudinẽ esse generalem, & per consequens etiã notoriam, & propterea non esse probandã, imò asserenti in loco particulari contrarium seruari, onus probandi incumbere, Odofr. in l. 3. §. vtrum. ff. de minor. & in l. iure succursum. de iur. dotiũ. qui dicit, hanc esse consuetudinem totius Italiæ, imò totius mundi consuetudinem istam appellat. Ang. in d. l. post dotem. nu. 4. & infinitos hoc idem attestantes cumulat, & ponderat Capic. d. decis. 176. nu. 18. quib. addo Neuiz. consil. 45. num. 37. cum seqq. Maluatic. consil. 114. volum. 1. num. 18. Petr. Anton. Aug. consi. 76. nu. 22. lib. 6. Gabriel. 165. nu. 16. lib. 2. & cum tot Doctores diuersorum locorum, & prouinciarum, Vltramõtani, & Citramontani asserant hanc vigere consuetudinem, eam nõ esse particularem, sed generalem manifestè deprehenditur, imò ius commune non scriptũ dici posse videtur. §. ex non scripto. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & forsan etiam ius scriptũ ita interpretatur. Nam cũ Martinus non corrigendo, sed interpretando. d. l. dos à patre profecta. processerit, & fuerit communiter sequutus, hęc non correctoria, sed inter-

4 pretatiua videtur † consuetudo, vt voluit Thes. & ab eo citati in dicta decis. 190. quib. addo Gerard. Mozz. consi. 121. num. 1. Maluatic. præcitat. consi. 114. num. 17. lib. 1. Et hoc tenent illi omnes, qui Martini opinionem de iure veram esse censuerunt, hoc tamen vltimum non fuit vti non necessarium ad causæ resolutionem à Dominis firmatum.

Quam quidem consuetudinem qualis illa sit, siue correctoria, siue interpretatiua, & dotem promissam non minus, quam solutam non per extensionem, sed comprehensiue capere fuit, resoluendo secundã propositam difficultatem, similiter vnanimiter tentum, quamuis enim admittamus Martini consuetudinem intelligi, iuxta terminos d. l. dos à patre profecta. C. sol. matr. cum tamen termini illius legis versentur, & in dote promissa, pro qua multo magis datur retentio

5 patri, quam † actio ad illius repetitionem, & in dote promissa est intelligenda Martini consuetudo.

Accedat, quod ibi necessario non præsupponebatur, dotem solutam, licet dicatur profecta, & ad patrem redire. Nam fuit appellata dos profecta, ad differentiam dotis aduentitiæ.

6 Vnde si dos promissa † propriè, & vera dos dicitur, l. si mulier ita dotem. ff. de iur. dot. l. 1. versic etsi tantum promissa. ff. de iure dot. eo ipso, quod est à patre promissa, ab eo profecta verè quoque dicitur, cũ profectio non minus in promissione, quàm in datione verificetur.

Et eo modo, quo fuerat profecta, eodem & redire verè dicitur. Et quando etiam in dote soluta dictam legem loqui diceremus, id fuisse existimandum est, quia vt plurimum tempore mortis mulieris dotes, quę dantur propter onera matrimonij, solutæ reperiuntur, quo fit, vt dispositio ad dictum casum iuxta communiter contingentia positum nõ debeat restringi. gl. in c. audiris. in verb. ex post facto. ext. de elect. gl. in l. 1. in verb. quoties. & ibi Dec. nu. 9. Ias. num. 12. C. quand. non petent. par. & in terminis tradit Soc. iun. in rubr. ff. sol. matr. nu. 53. & in d. consi. 35.

Et minus obstare dixerunt Domini, quod Martini consuetudo sit his verbis concepta, vt dos filijs remaneat, vel quod illius pater illam retineat, & propterea non possit verificari in promissa.

Quia fuit responsum, negando apparere, quod Martinus suam interpretationem dictis verbis explicauerit, sed imò sensisse simpliciter, quod dos ad filios spectaret, & sic voluisse etiam dotem promissam comprehendere, & licet Soc. iun. in cons. 114. nu. 3. hoc neget, & Martini consuetudinem ad dotem solutam fuisse restrictam affirmet, quamuis dum erat iuuenis, contrarium senserit, in cons. 35. lib. 1. fuit tamen dictum, ex supradictis apparere, eum melius sensisse, dũ erat iuuenis, quam senior factus, & nimirum, quia quanto

7 iuniores, tanto † perspicaciores, & satis apparere ex falsa causa motum suam primam veriorem, & ęquiorem mutasse sententiam.

Et maximè, quia si etiam diceremus Martinum verbo remanere, vsum fuisse, ex hoc tamen necessario inferri non posset, eum solum de dote data intellexisse, tum ex supradictis, tum etiam quia verbum

8 *remanere* verificatur † in dote promissa, tex. est apertus in l. Bebius. ff. de pact. dot. & ibi glo. in verb. remaneret.

Hoc enim casu, & si non possit dici remanere, rem ipsam dando in dotem, minus ob id non diceretur remanere dotem, hoc est ius penes ipsum maritum, cũ dos iuxta diffinitionem Bart. quam sequuntur omnes in Rubr. sol. matr. & communem dicit Soc. consil. 57. nu. 4. lib. 1. sit ius continens in se id, quod marito propter onera matrimonij traditur, vel pro tradito habetur, quod verificatur in promissa, vt tradunt omnes in Rub. sol. matr. Accedat, quod secundum communẽ

9 vsum loquendi, dos promissa † dicitur etiam fuisse data, & à dotante profecta, vt idem Soc. tenuit, in d. consil. 35. & satis cuilibet notum est, communiter dici talem pro dote suæ filiæ tantum dedisse, licet id fuerit per eum solum promissum, & receptissimum est

10 apud omnes, communem † vsum loquendi attendi à quacunque materia etiam sancta, quando in ea versaremur, quod quidem non ita de plano, ex supra deductis, est admittendum.

Et hanc sententiam eo libentius Domini fuerunt amplexi, quia iam fuit à Rota canonizata illa opi-

11 nio, quod statutum de † lucro dotis habeat locũ etiã in dote promissa, eadem vigente ratione, quæ viget in casu de quo agitur, nempè fauore filiorum, non fuit dubitatum, vt latè tradit Salic. in d. l. dos à patre

profecta, Rom. in d. l. post dotem. & hanc esse rationẽ receptissimum est apud omnes ferè, qui in hoc articulo scripserunt, sic enim fuit resolutum, & coram Achill. vt in decis. 2. de dote, & coram Reueren. Patre D. meo Decano, in Auximana, Dotis, 10. Ian. 1575. & iterum coram D. meo Gypsio, in Asculana, 29. Maij 1596. coram D. meo Litta, vbi in indiuiduo fuit consideratum verbum remanere in statuto de lucro dotis appositum, non minus facere, quod illud intret etiam in dote promissa, cum sic loquutum fuisse statutum, dici possit, quia vt plurimum dotes solent tradi viris, & quia illud verbum remanere potest intelligi, respectu iuris incorporalis.

Nec etiam obstare Dominis visum fuit, quod filius superuixerit matri, nisi per octo dies, quia pro resolutione huius vltimæ difficultatis fuit dictum, quod si 12 etiam † per vnam horam tantum superuixisset, non minus dos ad illius patrem perpetuo spectaret, quicquid in contrarium dicat Soc. iun. cons. 114. nu. 23. & Modernior. eum sequentes, tam in hac quàm in præcedenti difficultate. Hoc enim voluit Soc. iun. d. consil. 9. num. 23. vers. & ideo. & vers. 2. & num. 24. lib. 1. Bertr. cons. 309. vol. 3. par. 2. In casu enim, in quo ipse consuluit, solum per horam filius matri superuixerat, Capic. d. decis. 176. nu. 28. Thes. decis. 190. nu. 10. sufficit enim quod conditio semel extiterit, licet non durauerit, vt ex mente Bald. arguit Alex. consil. 115. in fin. lib. 1. neque contra hanc opinionem meretur allegari Bal. in d. l. dos à patre profecta. & in Auth. sed si quis. sub nu. 9. vers. tertius casus. de sec. nupt. quandoquidẽ ipse variauit, & hãc opinionem fuit secutus in l. quod sciens, sub num. 4. versic. sed tunc ego quæro. de bon. quæ liber. & id etiam procedere fuit dictum, licet viuente filio non fuerit agnita.

Nam aut dicimus dictam dotem filio esse delatam, vti hæredi, vt voluerũt Iacob. de Bellapert. quem refert Bal. in d. l. dos à patre profecta. circa medium, dicens, quod hoc est ipsa veritas, & Ang. in d. l. post dotem. nu. 4. & Cuman. ibid. col. fin. vers. restaret. Castr. cõs. 108. circa med. p. 2. Rom. in d. l. post dotem nu. 47. Alex. nu. 30. Cor. qui dicit, hanc forte esse communẽ, cons. 287. nu. 12. lib. 1. & cons. 116. nu. 16. in 7. & cons. 237. nu. 3. in 4. Ruin. cons. 186. nu. 9. col. 2. & cum hic filius in infantia mortuus fuerit, intrat dispositio l. si infanti. in pr. C. de iur. delib. qua cautum fuit, patrem posse iure patrio capere deuoluta ad filium infantem 13 ex quacunque † successione, etiam non agnita, & in terminis hoc voluit Capic. d. decis. 176. nu. 15. Et quã-14 do † pupillus maior infante decessisset, transmisisset ius petendi restitutionem in integrum, vt similiter in terminis voluit Soc. iun. d. cons. 9 num. 24. lib. 1. Bern. cons. 67. in fi. lib. 2. par. 2.

Aut verius existimamus, quod consuetudo detulerit dotem filio, non vt hæredi, sed vt dicunt Doctores ab auo auocando, & in filium transferendo, quod videtur magis communiter receptum, vt post Bart. in d. l. post dotem, nu. 30. cum seq. attestatur Bertr. d. consil. 67. & 126. lib. 3. p. 1. & cons. 309. vers. ad secundum, lib. 3. p. 2. & cons. 103. lib. 7. Rip. in l. in quartam. nu. 191. ff. ad leg. Falcid. Cephal. cons. 613. nu. 11. & tunc 15 intrat altera cõmunis conclusio, quod † ius delatum ex dispositione statuti, vel consuetudinis, quę quidem sunt paris virtutis, non tamen titulo vniuersali, & successionis, nec ex dispositione testatoris licet non agnitum, transmittitur, Bar. in l. si arrogator. vbi est materia, in 6. oppositione. ff. de adopt. vbi Bald. in 2. oppos. & Ias. latissimè, nu. 14. & seq. Alex. cons. 160. num. 5. lib. 2. & Brun. ex professo, in tract. de stat. fem. & cogn. sine succes. exclus. art. 11. in q. 9. vbi de quarta debita filio arrogato, de lucro dotis, & multis similibus, & propterea quoquo nos vertamus, extant ad fauorem mariti communes Iuris conclusiones.

PENIÆ.

Perusina, Dotis, Lun. 10. Nouem. 1597.

ARGVMENTVM.

Expensæ refundendæ sunt, antequam ad vlteriora procedatur, non obstante prætensa paupertate, quæ non probata est, & clausula, parito iudicato.

SVMMARIA.

1 *Paupertas concludenter est probanda, ad effectum, vt refusionem expensarum retardare possit.*
2 *Arbitrium ad temperandum iuris rigorem, vt intret, releuantes causæ sunt deducendæ.*

DECISIO CCXLIX.

ROta censuit, clausulam *parito iudicato*, quo ad expensas obstare Lucretiæ, quia non erat proba-1 ta paupertas narrata, † quam probare oportebat. glo. in l. si vero. §. qui pro re, in verb. dubitetur. ff. qui satisdare cog. Couar. lib. 2. var. resol. c. 6. nu. 2. & præsertim in casu proposito, vbi erat modica summa, scut. 27. Bal. in Auth. præterea. num. 4. vbi Sal. q. 4. ibi hoc relinquitur arbitrio iudicis. C. vnde vir & vx. Afflict. dec. 179. num. 3.

2 Et cõsequenter pronunciauit † arbitriũ non intrare, ad effectũ reseruandi expẽsas in fine litis, quia cum reguletur iuxta terminos iuris, Cæs. de Grass. dec. 100. alias 8. nu. 2. de re iud, nil releuans deducebatur pro parte d. Lucretię, ad temperandũ huncce iuris rigorẽ.

Et ex his præterea conclusit expensas fuisse reficiendas, priusquam ad vlteriora procederetur. Animaduertendum denique fuit, ex veritate facti, inprimis diluendas difficultates excitatas per Informantes contra dictam Lucretiam.

PENIÆ.

Perusina. Dotis. Ven. 15. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Paupertas quomodo probata dicatur, ad effectum, vt quis possit audiri, & in causa restitutionis in integrum ad vlteriora procedere, non solutis expensis, stãte clausula Commissionis, constito de paupertate, arbitrio Rotæ.

SVMMARIA.

1 *Paupertatis probatio Iudicis arbitrio relinquitur.*
2 *Iuris rigor verbis arbitrio Rotæ, temperatur.*
3 *Pauper dicitur, qui pro vita sustentanda eleemosynas quærit. & num. 4.*
5 *Paupertas concludenter est probanda, si ad certum & determinatum effectum agitur.*
6 *Fallit in casu, vbi probatio paupertatis arbitrio Rotæ committitur.*
7 *Et de modico præiudicio agitur.*

DECISIO CCL.

VTraque parte Informãte Rota cẽsuit, constitisse 1 † de paupertate Lucretiæ, cũ enim huiusmodi probatio paupertatis iudicis arbitrio relinquamus, gl. in Auth. præterea. in verb. locuples. C. vnde vir, & vxor. Bart. in l. si cõstante, nu. 14. & 16. Rip. nũ. 30. ff. sol. matr. Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 6 num. 8. in casu proposito ex deductis pro Lucretia satis videtur probata paupertas Lucretiæ ad effectũ, vt possit audiri, & in causa restitutionis in integrũ ad vlteriora procede-2 re, non solotis expensis, præsertim cum † Commissio restitutionis in integrum non esset simpliciter signata clausula, *constito de paupertate*, sed cum adiectione, *arbitrio Rotæ*, quibus verbis iuris rigor temperari solet, Cresc. dec. 287. alias 4. tit. de test. & sæpè Rota censuit, & signanter in vna Leodiensi Parochialis, die 16. Decemb. 1594. coram Reuer. Patre D. meo Litta.

Locum autem hoc casu fuisse arbitrio, vt expensæ, de quibus agebatur, ob paupertatem Lucretiæ reuocarentur, in fine litis, testes pro Lucretia inducti insinuabant ex quorum dictis cõstabat, ipsam tanquam 3 pauperem † eleemosynam quærere solitam, vt sese sustentare

4 stentare valeret, cũ pauper ille dicatur, qui † pro vita sustentanda eleemosynas quęrit, l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cler. l. paupertas. C. eo. tit. Ang. in l. si vero. § qui pro reis. nu. 6. ff. qui satisd. cog.

Quibus non obstabat, quod quando tractatur de 5 paupertate, † respectu alicuius certi, & determinati effectus, qualis est differre solutionem fructuum, vel expensarum, in quibus victus est condemnatus, oporteat talem paupertatem probari, quę pręster legitimæ solutionis impedimẽtum, Bald. & Sal. in d. Auth. pręterea. nu. 4. C. vnde vir, & vxor. & in terminis condẽnationis fructuum fuit decisum in causa Portuensi, restitutionis in integrum, die 4. Febr. 1577. coram bon. memoriæ, Cantuccio, & iterum in vna Auersana, Decanatus, die 16. Martij 1580. coram Sanctissimo Domino nostro, Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, & in terminis fructuum & expensarum, in causa Placentina, Parochialis, de Malpartida, die 26. Martij, 1593. coram Reuerendo Patre D. meo Litta, & iterũ in causa Camarinensi, legati, die 14. Martij 1595. coram D. meo Orano, & rursus in eadem die 27. Iunij eiusdem anni, coram me.

6 Quia respondebatur, in illis † causis simpliciter adfuisse conditionem, si constaret de paupertate, & ideo necessarium fuisse illam concludentius probare, in casu proposito aderat clausula, *arbitrio Rotæ*, quæ vt di-7 ctũ est, temperat iuris rigorẽ, concurrebat † præterea modicum præiudiciũ, ex quo agebatur solum de differẽda tantisper modicarum expensarum solutione.

ORANI.

Romana, Fructuum Dotis, Lun. 4. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Dotis promissor Vt in mora constitutus dicatur, & ad interusurium teneatur, quæ ex statuto Vrbis libro 1. cap. 78. & lib. 4. c. 20. requirantur.

SVMMARIA.

1 *Interusuriũ dotis promissæ vt debeatur, quæ requirantur.*
2 *Interusurium pro dote debetur, vt & alimenta, etsi mulier aliunde habeat.*
3 *Et licet creditor dotis in loco tuto soluenda non sit.*
4 *Vxor eo ipso quod ad virum transit, ex dote est alenda.*
5 *Mora in dilata dotis solutione & regularis & irregularis est. & num. 6.*
7 *Debitor quando à mora soluẽda dotis excusetur. & nu. 8.*
9 *Debitori ex absentia creditoris ius nouum sibi acquirere prætendenti, quomodo procedendum.*
10 *Protestatio necessario requiritur, si debitor periculum pecuniæ nauticæ in creditorem transferre cupit.*
11 *Legis est futuris prosp. cere, non præteritis.*
12 *Legis dispositio frustratoria esse non debet.*

DECISIO CCLI.

TAndem statuiũ fuit restrictum ad statuta Vrbis antiqua lib. 1. c. 78. & lib. 4. c. 20. An in vidua requirat interpellationem ad effectum, vt interusuriũ 1 † taxatum dotis promissæ, & non solutæ ab herede eã promittere debeat cuius resolutio modicam habuit difficultatẽ, nam verba statuti c. 78. sunt per se clara, ibi, *& habeat locum in vidua & in nupta, quibus dos soluta non fuerat, & omni casu quo ius alimentorum competeret.* Idem c. 20. ibi, *& si taxentur, tam pro oneribus matrimonij post moram non soluta dotis, quam pro alimentis viduarum, & habentibus ius dotale, ex quo possint percipere fructus, loco alimentorũ, quæ debẽtur mulieri dotata, & nupta, cui dos soluta non fuit,* Parisius, cõs. 64. nu. 3. li. 4. quod impediri nõ potest, quãuis probet, 2 mulierem habere † aliunde, & tradit Bal. in c. de alim. & ibi Curt. iun. in fin. decis. nu. 6. Rim. nu 1. de transact. Bal. cons. 18. n. 7. lib. 2. vt etiam illud excludit, sub prætextu, quod non doceatur creditorem dotis fuisse 3 in loco destinatæ † solutionis, ad effectum, vt debitor constitueretur in mora, propter quam ad interusuriũ teneretur, iuxta doctrinam Bart. in l. sed etsi alia. & l. item illa. num. 11. de const. pec. Alex. cons. 33. nu. 8. lib. 6. Affl. decis. 316. nu. 4. quia cap. 78. non considerat moram sed solum, quod dos promissa non fuerit solu-4 ta, hoc enim ipso quod mulier † transit ad obsequium viri, est alẽda dote. l. pro onerib. C. de iur. dot. & mo-5 ra, de qua in c. 20. inducitur tam † regularis ex lapsu diei appositi cum iuramento, in instrumento promissę dotis, iuxta l. magnam. C. de contrah. stipul. cum materia Doctor. in l. vnica. & l. quod te. ff. si cer. petat. l. vnica. § exactio. & ib. Bald. C. de rei vxor. action. quam 6 etiã irregularis, † ex quo maritus sustinuit onera matrimonij, vt de communi testatur Bero. cons. 129. nu. 7 11. lib. 3. præterea † doctr. Bart. & aliorum, de quibus per Tiraquel. de retract. lignag. § 17. gl. 2. nu. 10. procedit, quando debitor ex facto creditoris absentis, à loco, vbi debebat fieri solutio, est impeditus, & de acquirendo non agit, sed de præseruando à mora, quoniam 8 tunc † sufficit impedimẽtum adesse, quo minus promissioni satisfaciat, vt per gl. in l. ait prætor. § sed hodie. ff. de minor. per l. pecuniæ. § fin. ff. de vsur. & l. cũ quidam. § si pupilli. eod. verum quando debitor ex absentia creditoris prætendit ius nouum sibi acquire-9 re, quod † prius nõ competebat, eo casu, necessarium est, quod offerat & protestetur separatim promissa adimplere, ita Bart. in l. si reus paratus. ff. de procur. prout etiã, quando vsuras debet in vim stipulationis, quæ est in casu nostro, iã inceperat currere, quando vxorẽ maritus ad suam domũ traduxit, hoc enim casu vult constituere creditorem in mora, ad effectum, vt interusurio liberet, requiritur dispositio l. fin. C. de vsur. pupil. facit l. Labeo. ff. de naut. fœn. vbi si debitor vult transferre periculum pecuniæ nauticæ in credi-10 torem, ex quo non est præsens, necessaria † est protestatio. Nõ obstat, quod statutum nouum requirit interpellationem, quia ex eo datur intelligi, quod prius 11 non requirebatur, tum quia proprium † legis est pro-12 spicere futuris, non præteritis, tum etiam quia † alias fuisset frustratoria eius dispositio. l. si quãdo. in pr. de leg. 1. neque admittẽdum est... per opinionem lib. 4. c. 8. de caus. alim. nu. 5. desiderantis diligentiam in exactione dotis, & consequenter petitionem, nam iure comprobatur, & potest hoc adaptari casui, quo vidua repetit dotem ab hęredibus, respectu quorum nulla considerari potest mora, circũscripta interpellatione, cum maritus eorum tutor non promiserit, certa die post solutum matrimonium, mulieri restituere dotẽ, An. Aug. vero decisio, 68. incip. 30. Octob. lib. 3. cõtrarium dicendo, non suadet, nam potius casum D. Flaminiæ firmat, dum vult, quod hęreditate eius iacente, qui dotem promisit, absque interpellatione, debuisset dari hęreditati iacenti curator, maximè cum in eadẽ decisione habeatur. fructus deberi etiam post aditam hęreditatẽ, etsi hęres nõ fuerit interpellatus, & quidẽ interusurium regulariter hoc casu præstandum est, quando ex post facta ratione retardatæ solutionis in pactum deductum, vt multorũ authoritate comprobat Mol. de iur. primog. lib. 4. 5. nu. 6. quia hoc venit ex natura promissionis dotis, vt censeatur facta cum fructibus, Nauarr. de vsur. nu. 66. & in Manual. c. 17. num. 213. & ita decisum.

ORANI.

Romana, fructuum dotis, 19. Octob. 1598.

ARGVMENTVM.

Dotem ad certam diem promittens, nõ soluendo eã moram incurrit, & ad interesse & fructus dotis tenetur, non obstante, quod ea intra decennium non fuerit petita.

SVMMARIA.

1 *Dotem ad certam diem promissam, non soluens, quando ad interesse teneatur.*
2 *Lapsus diei moram inducit.*

3 *Regula quod quando aliquid est faciendum, intelligi debeat, si petitum fuerat, quomodo intelligatur.*
4 *Pœna cōuētionalis vt debeatur, mora irregularis sufficit.*
5 *Mora etiam absque interpellatione contrahitur.*
6 *Iuramentum in promissione dotis præstitum, onus interpellandi remittit.*
7 *Promissor merum factum promittens ad illud absque interpellatione tenetur.*
8 *Mora an incursa dicatur ex quo creditor, qui reciperet debitum, non fuit in loco destinatæ solutionis. & nu. 9.*
10 *Remissio petitionis interesse, & fructuum an facta censeatur ex quo per decennium non fuerint petiti. & num. 11.*
12 *Quæ concurrere debeant, vt ex lapsu temporis remissio prætendi possit.*

DECISIO CCLII.

Domini mandarunt causam Illustrissimæ D. Flaminiæ expediri, non obstante, quod 1 † dos fuerat illi ab extraneo promissa, quia regulariter licet non cōstituatur in mora, nisi lapso biennio, ad effectum, vt teneatur ad fructus & vsuras dotis, secus autē, quando dos, vt in præsenti casu, fuit ad certam diem pro- 2 missa, nam lapsus diei inducit † moram irregularem, iuxta l. magnam. C. de contrah. & commit. stipul. cum vulg. Ias. in §. fuerat. num. 2. Inst. de act. ideoque quod communiter dicitur, quod quādo aliquid faciendum 3 est intelligi debere, si † fuerit petitū, ita demum procedit vbi non fuit præstitutum tempus rei faciendæ, Fel. in c. sin autem. num. 4. versi. non est sic in actibus extraiudicial. lib. de rescript. Ad incurrendum pœnam enim conuentionalem, de qua in pactis dotalibus fuit 4 actū, † sufficit mora irregularis, quæ per lapsum diei contrahitur, quoties ea debetur iure actionis, & ex conuentione, non autem officio iudicis, glos. l. ad diē. quam sequitur Cum. de verb. oblig. Soc. in l. de diuisione in fin. ff. sol. matr. Ruin. cons. 198. num. 14. vol. 1. 5 & hæc recepta est passim sententia, vt mora † contrahatur absque interpellatione. Alex. consi. 32. num. 7. & consi. 148. num. 5. vol. 7. Paris. consi. 21. nu. 43. lib. 4. per tex. in l. traiectitiæ. ff. de action. & oblig. ibi consultus respondi, eius quoque temporis, quo interpellatus non esset, pœnam peti posse, vt post Dyn. Bart. & Alber. aduertūt, & est casus in l. iurium. vers. Sabinus. ff. si cer. peta. & ibi post alios Dec. nu. 9. Cagnol. nu. 22. & 42. Doct. in l. si pacto quo. C. de pact. & in l. ita stipulatus, vbi Alex. post Rom. & Imol. de verb. sign. & videtur tex. clarus cum gl. in l. nummis, de in lit. iur. vbi agitur de interesse consequendo propter retardatam solutionem veræ sortis. nam gl. in verb. ea die. exponit scilicet præstituta, & subijcit, vel à die interpellationis. iuxta d. l. magnam. Secundò vero casu sic ex l. si ex legati causa. de verb. oblig. quod tāto magis dicendū est in hoc casu, tum quia promissio dotis fuerat facta 6 medio iuramento, quod † onus interpellādi remittit. c. breui. vbi Dd. de iureiur. Ias. in l. quod te. nu. 22. ff. si cer. pet. Cur. iun. cons. 74. nu. 5. Rip. in l. 4. §. Cato. nu. 59. ff. de verb. oblig. vbi de communi. Gozad. cons. 17. nu. 10. & consil. 31. nu. 7. Aym. cons. 64. nu. 20. de magis communi. Gomez. in l. item si quis. nu. 10. de act. Rol. à Val. consi. 72. nu. 19. lib. 1. tum etiam, quia obligatio cōtinet merum factum, nempè solutionem do- 7 tis, quo casu promissor † ad illud tenetur absque interpellatione, quia satis est, quod sciuerit, se ita obligatū. Bal. in c. domino quę nam. §. ad hoc nu. 3. hic finitur lex Corn. Sequitur Alex. cons. 157. in pr. vol. 6. & consil. 148. in pr. vol. 3. Aret. consi. 143. col. 4. Rub. consil. 152. ad fin. Nec præmissis refragatur, quod cum tem- 8 pore † destinatæ solutionis sortis, creditores non essent in vrbe, qui eam reciperent, non potuerit per debitorem dici incursa mora, iuxta trad. per Bart. in l. itē illa. nu. 9. cum seq. ff. de const. pecun. per Purp. consil. 151. nu. 4. lib. 1. Mohed. dec. 15. locat. quia hęc conclu- 9 sio habet locum, quando creditor † & debitor sunt diuersi fori, vnde cum illi moram traherent in comitatu vrbis, & in loco eius districtus, & fori, vtique ad effectum euitādi solutionem interesse, debitor debuit illos conuenire, & à promissione se liberare, ita glo. in l. item illa. vers. non veni. & idem Bar. nu. 19. & Bal. in l fin. nu. 7. C. de condit. inser. Ias. in l. 2. nu. 92. C. de iu. emphyt. Petr. de Vbal. tract. de præscr. q. 14. nu. 11.

Placuerunt etiam aliæ responsiones datæ hic per Informantes pro D. Flaminia.

Non obstat, quod stante silentio 10. annor. videa- 10 tur facta † remissio petitionis istorum fructuū, & interesse. Alex. cons. 74. num. 8. lib. 5. Alciat. reg. pri præsumpt. 32. num. 9. cum seq. quia admittitur, quando 11 † interesse venit vt merum lucrum, & sic titulus causat lucratiuum, non autem in interesse debito, & causato propter supportata onera matrimonij, dote non soluta, ita in terminis. Rom. cons. 517. num. 14. & ibi, 12 addit. ad verbum pusil. Pręterea, vt † ex lapsu temporis prætendi possit remissio, necessum est, quod cōcurrant tria, de quibus in l. Proculo, de prob. Alex. consil. 56. col. vlt. lib. 4. & boc per Ias. in §. fuerat. versic. sed auditæ. nu. 21. Instit. de act.

LANCELLOTTI.

Senogalliensis, Fructuum dotis, Ven. 10. Nouemb. 1598.

ARGVMENTVM.

Dotem ad certam diem promissam non soluens, ad interusurium, & fructus dotis tenetur.

SVMMARIA.

1 *Interesse, & in fructus dotis ad certum tempus promissa, & non soluta, debentur.*
2 *Mora & regularis, & irregularis commissa dicitur, si dos ad certum tempus promissa, non soluatur.*
3 *Fructus dotis promissa an diminuantur, ex quo vxor aliquandiu in domo paterna mansit, ibique alimenta recepit.*
4 *Onera matrimonij quæ complectantur.*
5 *Taxatio fructuum dotis promissa quomodo facienda.*

DECISIO CCLIII.

Resolutio dubij propositi pēdebat ab eo, An Hierony. Alaulinus teneretur ad solutionē fructuū dotis non solutæ, præstitutis temporibus, super quo 1 Domini † affirmatiuè responderunt. Cum enim Fulgent. traduxerit vxorē ad domum suam, & sustinue- 2 rit onera matrimonij, incursa fuit † per promittentem, mora irregularis, gl. fin. in l. de diuisione. quā ibi Bart. & alij sequuntur. ff. sol. matr. prout & regularis, per lapsum temporis appositi in promissione, iux. l. magnam. C. de contrah. stipul. vtroque enim casu alimenta, seu interusuria debentur, l. pro onerib. C. de iur. dot. c. salubriter. vbi Abb. nu. 3. de vsur. Alex. cons. 147. in pr. & nu. 4. col. 1. Couar. var. resol. lib. 3. c. 1. nu. 4. Molinæ. de primog. Hisp. lib. 4. c. 5. nu. 6. & fuit latè dictū in illa Romana, fructuum dotis, de Cesis, de anno pręterito, coram Reu. Patre Domino meo Orano.

Neque ex eo, quod per aliquod tempus vxor per- 3 manserit in domo patris, ibique † alimenta receperit, sunt diminuendi isti fructus, quia cum de eo tempore maritus retinuerit domum apertam, cum reliqua familia, in qua poterat mulier ad libitum habitare, per maritum non stetit, & nihilominus sustinuit onera matrimonij, Bero. consi. 129. nu. 11. lib. 2.

4 Vltra, quod onera matrimonij † non restringūtur ad vitam, sed complectuntur vestitum, nec non consistunt in vestibus, salarijs ancillarum, & alijs huiusmodi, de quibus per Rip. in rub. ff. sol. matr. nu. 57. & Anton. Guber. const. in tract. de dot. & car. iur. pr. num. 9.

5 Taxationem autem huiusmodi † fructuum Domini dixerunt, faciendam esse iuxta consuetudinē loci, quatenus ibi non adsit statutum, de hoc disponens.

PE-

P E N I Æ.

Perusina Dotis. Ven. 16. Mart. 1601.

A R G V M E N T V M.

Agens ad restituendum, quando vtrumque extremum concludenter probasse dicatur, ad effectum, vt ad possessionem bonorum veniat restituendus.

S V M M A R I A.

1 *Possessio per testes recte probatur.*
2 *Possessio ex continua habitatione probatur.*
3 *Et ex eo, quod coli vineam fecit, ex eaque fructus percepit.*
4 *Itidem ex instrumentis.*

D E C I S I O CCLIV.

CVm de ordine Dominorum vellem expedire causam, iuxta decisionem vltimo loco factam, sub die 10. Nou. 1600. dubitaui, An esset probatũ in actis, quod Lucretia Bartoccia possedisset bona, de quibus agebatur, & sic dato dubio, An constaret de primo, & secundo extremo. Rota ex dictis testium vltimo loco ad instantiam Lucretiæ examinatorũ, de vtroque extremo cõstare censuit, ad effectum, vt ad illorum possessionem veniret restituenda. Cum enim Lucretia viro suo vergente ad inopiam egisset contra illum pro restitutione dotis, ille bona hæc Lucretiæ in solutum dare se obligauit, & Lucretia ea deinceps possedit vs-
1 que ad diem factæ subhastationis, per quam fuit ex parte possessione priuata, de hac enim † possessione deponebant testes. Primus iuxta 5. ibi. *l'haueua vista possedere*, & iuxt. 11. *l'haueua vista. 7. 8. 9. volte in detta possessione*, & ibi *Madonna Lucretia fece vendemmiare*, secundus iuxt. 6. *io l'ho vista, che pagaua l'opere, à chi li acconciaua il podere*, & iuxt. 7. *che 7. 8. 9. anni fa detta Lucretia habitaua quasi del continuo nella casa di detto podere, & io più volte ve l'ho vista & auiata sola a fare le vendemmie, e visto, che lei vendeua il vino, e riscoteua il prezzo*, & iuxta 9. & 10. idem testis explicite dicebat, *che l'ha vista possedere, e vendemmiare*.

Ex his fuit decisum primum extremom, quod concludenter probandum fuit, Put. decis. 35. nu. 1. vers. cũ constat. lib. 1. Verall. decis. 170. incip. primum extremum. par. 2. sufficiẽter fuisse probatum, ex dictis duorum testium, & l. vbi numerus. ff. de test. testificando de actibus possessorijs resultat probatio possessionis,
2 nempe † ex continua habitatione. Dec. cons. 400. nu. 4. vers. 3. accedit Alex. cons. 51. num. 6. in pr. lib. 1. Menoc. de retinend. remed. 3. nu. 562. in pr.

3 Item ex eo, quod Lucretia faciebat † colere prædiũ, gl. in l. 3. in vers. finietur. vbi Bal. vers. quarto qualiter. Sal. nu. 4. Aret. in §. sicitaque. num. 10. vers. sed etiam probatur. Inst. de act. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 563.
4 vers. 2. probatum. Item ex eo, quod † vindemiabat vineam, & percipiebat alios fructus, ex quorum perceptione potissimum probatur possessio, l. 2. C. de acqui. poss. l. lib. C. de agric. & cens. lib. 10. Dec. d. cons. 400. nu. 4. vers. 2. ex perceptione fructuum, Crauetta cons. 107. nu. 2. vers. 2. quia istos actus potissimum probatos per testes reddebat magis certos, & verisimiles, decretum Iudicis factum, ad fauorem Lucretiæ, pro restitutione dotis super dictis bonis.

5 Secundum extremom probant † instrumenta subhastationis, & deliberationis super dict. bonis, & litis sustentatio.

C O R D V B Æ.

Romana, Prætensæ dotis, Lun. 25. Decemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Augmentum dotis in secundo matrimonio, an etiam ad filios primi coniugij spectet, vt ex ea percipere partem possint, an vero huic iuris communis dispositioni per statutum vrbis, (volens, quod vxore mortua stantibus liberis maritus totam dotem lucretur, eamque liberis communis matrimonij seruare teneatur) derogatum censeatur.

S V M M A R I A.

1 *Augmentum dotis ad filios etiam primi matrimonij spectat.*
2 *Et quid per statutum Vrbis, volens, quod extantibus liberis maritus totam dotem lucretur, eamque liberis communis matrimonij seruare teneatur. & num. 3.*
4 *Explicatur hoc statutum.*
5 *Dos vxore mortua, quo ad proprietatem ad filios, vsufructu verò ad patrem spectat.*
6 *Statuta ita interpretanda sunt, ne absurdum sequatur.*
7 *Legi hac edictali in dubio nunquam censetur derogatum.*
8 *Filij vterini vtriusque matrimonij matri in dote aequaliter succedunt, exclusis mariti filijs.*

D E C I S I O CCLV.

LVcretia transiuit ad secundas nuptias, duobus relictis filijs ex primo viro, cui scuta mille pro dote dederat, secundo viro vltra dictam dotem scut. 50. auxerat, nata filia ex hoc altero matrimonio, & Lucretia mortua, inter omnes fratres contendebatur, super do-
1 te aucta. Filij enim primi matrimonij † prætendebant habere partem dicti augmenti, ex dispositione l. hac edictali. C. de sec. nupt. sed filia secundi allegabat dictę legi derogatum esse per statutum vrbis, lib. 1. c. 135.
2 vbi cauetur, quod † si vxor post consummatum matrimonium marito superuiuente liberis stantibus decedat, maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij secundum iuris dispositionem reseruare teneatur, & cum statutum possit legi derogare, vt late consuluit Paul. cons. 192. colum. 2. vers. sed etsi talis lib. 1. Rim. iun. cons. 353. num. 2. Menoch. consil. 4. num. 14. lib. 1. & multa hinc inde deducerentur, proposui dubium extra Rotam, An per hoc statutum d. leg. sit derogatum, ita vt filij primi matrimonij non succedant in dotem auctam. Informantes pro parte..... considerabant verba illa statuti, quam tamen secundum Iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare teneatur, quoniam si hoc lucrum est reseruatum liberis communis matrimonij, nullo modo potest pertinere ad liberos alterius matrimonij, quod est cõtra l. hac edictali. atque inde eius dispositioni censetur derogatum, & procedit maximę, quia si concedimus, omnes admitti ex statuto, illa verba superflua starent, cum iam hoc sit iure communi decisum, in Auth. vxore mortua. C. de sec. nupt.

Quibus tamen nõ obstantibus, Domini contrariam
3 opinionem sequuti resoluerunt per statutum † non esse derogatum dictæ legi, cum nil in eo contineatur, quod sit ei contrarium.

Nam in ea parte, in qua dicitur, liberis extantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij reseruare teneatur, est intelli-
4 gendum † in casu simplici, nempe quando solum adsint liberi ex illo matrimonio, nec cogitauit statutum de superexistentia liberorum, ex duobus matrimonijs, vt in simili statuto optime consideratur per Curt. sen. consil. 78. nom. 6. vers. & posito, & sine veri præiudicio.

Præterea hoc lucrum non defertur vere à statuto, sed à iure communi, quod clarius colligitur ex verbis statuti veteris, in quo habetur, quod maritus muliere præmortua liberis extantibus de iure dotem lucretur,
5 hoc autem est de iure expressum, vt proprietas sit † filiorum, vsusfructus verò patris, dic. Auth. vxore mortua. C. de secundis nuptijs. Ideo cum ius commune lo-
6 quatur in casu simplici, idem dicendum est † de statuto, alias duo absurda sequerentur, alterum, quod ab intestato liberi vtriusque matrimonij non succederent in dote materna æqualiter contra dispositionẽ l. cum

alijs

alijs eod.tit.de sec.nupt. & ideo reduceretur correptio illius legis. Alterum, quod derogaretur d.l.hac edicta-
7 li. cui in dubio nunquam censetur † derogatum, Rot. Diuers. decis.432.nu.3.part.1.Dec.in Auth. præterea. num.7. C.vnde vir & vxor. Bero.q.119. nu.5. & hanc interpretationem sequitur Bertran. in d.l.hac edictal. num. 39. Quare cum mulier superstitibus liberis prioris matrimonij, quæ ad secunda vota transiuit, moritur, relictis filijs alterius coniugij, non est casus comprehensus in d.statuto, & tanquam omissus debet regulari secundum iuris dispositionem, vulg.l.commodissime.ff.de lib.& posthum.

Neque obstat obiectio de superfluitate verborum, nam cum maritus stante statuto totã dotem lucretur, poterat dubitari, An de ea libere disponere posset, sicut de patrimonio, & liberis suis alterius matrimonij relinquere, vel in totum, vel in partem, & propterea ad exclusionem illorum fuerant posita, quia secundũ
8 iuris dispositionem filij † vterini vtriusque matrimonij succedunt æqualiter matri in dote, exclusis filijs mariti, l.1.C.ad Orfic. Auth.de hærede ab intest.in pr. Ruin.in cons.59. nu.8.vers.accedit,& num.14.libr.3. Dec. consil.282. num.4. vers.2. non obstat, & vers.3. non obstat, Paris. consil.91. num.6. & 41.lib.3. Curt. d.num.6.

M A N T I C Æ.

Spoletana, Lucri dotis, 12.Iun.1595.

A R G V M E N T V M.

Lucrum dotis ad certam diem promissæ, ante illius aduentum peti non debet, & ad id condemnatus, sententia Iudicis restituendus est.

S V M M A R I A.

1 *Lucrum dotis ante peti non potest, quam ipsa dos debeatur.*
2 *Dos ante diem non potest peti.*
3 *Statutum sic est intelligendum, vt absurdum vitetur.*
4 *Argumentum ab absurdo vitando fortissimum est.*
5 *Dies solutionis obligationis pars est.*
6 *Terminus ad alium se referens, omnia quæ sunt in illo, ad quem fit relatio, complectitur.*
7 *Tempus promissionis dotis magis spectandum est, quam solutionis.*
8 *Argumentum à pacto ad statutum recte ducitur.*
9 *Maritus nec naturali, nec ciuili ratione plus ex dote consequi potest soluto matrimonio, quam si non consisteret illud, eiusque onera subiret.*

D E C I S I O CCLVI.

CONclusum fuit, sententiam A.C. ceteris capitibus non discussis, ex eo esse reuocandam, quod Siluium condemnauit ad soluendum Paulo de Valentibus, statim scuta septingenta, pro residuo lucri dotis, quæ intra certa tempora fuit promissa.

Nam supponendo, sine veri præiudicio, extra statutum in terra Treuij, quod maritus defuncta vxore sine liberis lucretur quartam partem dotis non solum datæ, sed etiam promissæ, sane debet intelligi, vt lucrũ
1 dotis † ante peti non possit, quam dos ipsa deberetur. Etenim absurdum est eo casu lucrum deberi, cum dos peti non possit. Bald.cons.467.num.1. vers.item istud lucrum.lib.4. Ias. in l. si donatarius.§.1.num.16. ff.de cond.ob caus. Crau.cons.632.nu.2.& 6. vers.& quam-
2 uis. & ante diẽ † dos peti non potest. l.1.in fin.ff.quãd. dies vsufr.leg. ced. l.eum, qui calendis. §. vlt.de verb. oblig. l.cedere diem.de verb.sign. Ergo nec lucrum dotis ante tempus præstitutum peti potest, quia statutũ
3 sic est intelligẽdum, vt cesset absurdum. l.in ambigua. ff.de leg. l.scire oportet.§.aliud.de excus.tut. l.nam absurdum.ff.de bon.liber. Bart.in l.omnes populi.nu.55. ff.de iust.& iur. & inibi non dubium.num.12.& Bald. num.17.& 19. & Ias.num.39. C.de leg. Anc.cons.190. num.4. Alex.cons.87. num.6.lib.2. & hoc quidem ar-
4 gumentum ab absurdo † vitando, fortissimum est, quia procedit à discretione naturali, quæ non mutatur, Bal. cons.29.num.4.lib.1.

5 Accedit etiam, quod dies † solutionis, sicut summa pars est obligationis, l.1.§.2. vers.nam dies.ff.de edend. & ideo plus dicitur petere, qui ante diem petit, c.1. de plus pet.§.plus.Inst.de act. Vnde si lucrum dotis promissæ in diẽ pure deberetur, maritus plus lucraretur, quam à statuto videtur dispositum, quia id est maioris æstimationis, l.in leg.Falc.la 2.ff.ad lege Falc. quod quidem nõ est ferendum, neque enim statutum amare est intelligendum, sed ciuili, & æquo modo, l.si cui. ff.de seruit. Bal.in l.1.num.8. in fin. & 81. C.qui accus. non poss. quod probatur etiam ex l. si seruum. §. Stichum.§.sequitur. & ibi post eum not. Ias.nu.3. dicens illum text. meliorem de iure, de verb. oblig. Item statutum debet intelligi cum grano salis, id est, cum temperamento iuris communis, Bald.in l. omnes populi. num.22.& Seuer.num.99.in fin.alias,num.203. in fin. de iust. & iur.

Præterea statutũ quod disponit de lucro dotis, vtique habet relationem ad dotem datã, vel promissam, Ergo includit etiam tempus, quod inest promissioni,
6 quia terminus † referens se ad alium cõplectitur omnia, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, vt per illum text.notat Ias.in l.qui sic.nu.2.de verb.oblig. quã pendente dilatione in promissione dotis apposita, & conuentione contrahentium lucrum dotis peti nõ potest, d.l.eum qui Calendis. §. vlt.de verb.oblig. Guid. Pap.decis.430.num.2.

Non obstat, quod magis sit spectandum tempus
7 promissionis † dotis, quam solutionis. l.1. ff.qui pot. in pign. hab. quia id locum habet, quo ad acquirendum ius anterioritatis hypothecæ, quæ solo consensu contrahitur, l.si tibi. de pign. ff.de pact. l.in traditionibus. num.2. C.de pact. diuersum est, quo ad acquirendum lucrum dotis, maritus consequatur, quia intelligitur, vt lucrum habeat in id tempus, quo dos ipsa sibi debetur, ne plus lucri maritus cõsequatur, quam statutum disponat, vt dictum est.

Neque etiam refragatur, quod lucrum dotis sit separatum ab ipsa dote, vt scribit Gabr.consil.136.num. 26.lib.2. quia ipse in alio proposito loquitur, de lucro dotis, quod ex pacto debetur, vt nu.22. vers. sed si dos ipsa, & num.23.& tamen nemo dixerit, ante diem soluendæ dotis, quando lucrum ex pacto debetur, quia contrahentes dant formam conuentioni stipulationi, & contractus ex conuentione legem accipiunt. l.in cõuentione.de verb.oblig. l.1.§.si conueniat.ff.de pos. Idẽ ergo dicendum est, si lucrum ex statuto debeatur, vt
8 ante diem peti nõ possit, quia de pacto † ad statutum recte deducitur argumentũ, statutum enim est quoddam pactum ciuicum, l.formatum. l.legitimum. l.non impossibile.cum gl.ff.de pact. Bal.in l.3.num.18.de nõ num.pec. imò cum quis disponit de reb.proprijs, plus operatur pactum, quam statutũ. Curt. in l.filiusfam. §.dicit.num.89.de leg.1. Dec.cons.282.num.17.lib.2. proinde lucrum dotis sit titulus lucratiuus, nisi sit reciprocum, vt declarat num.23.cum seq. Sed ex hoc nõ sequitur, quod lucrum dotis ante diem in promissione
9 † comprehensum, peti possit, siue illud ex pacto, siue ex statuto, debeatur, quia nec ciuilis, nec naturalis ratio persuadet, vt maritus plus ex dote consequi possit, soluto matrimonio, quam si non consisteret matrimonium, & eius onera subiret. c.salubriter. de vsuc. & l. pro onerib.C.de iur.dot. l.dotis fructus.in pr. & l.si is, qui Stichum.§.1.ff.eod.

S E R A P H I N I.

Romana, Repetitionis Dotis, 3.Octob.1599.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Census in dotem dati, si à marito alienati fuerint, ab vxore recte repetuntur, & quid si census isti æstimati marito in dotem dati fuerint, & sic proprij ipsius effecti.

SVMMARIA.

1 *Res in dotem æstimata data, in dominium mariti transit.*
2 *Maritus ad restitutionem rei in dotem æstimata data, non, sed saltem ad pretium tenetur.*
3 *Aestimatio facit venditionem.*
4 *Census æstimatio fit propter redemptionem.*

DECISIO CCLVII.

HAnc causam proposui, vna tantum parte informante, & Domini pro maiori parte censuerunt, sententia extra Rotam latam esse confirmandam, cum census, de quibus agitur, essent dotales, & Mutius maritus sibi datum promisit tenere, custodire, conseruare, hypothecando omnia bona sua in forma.

Vnde potuit D. Pacifica agere ad recuperationem census, de quo agitur, venditi per maritum, Reu. Monachis S. Eusebij, tanquam male alienati, & ideo restituendum esse, vnà cum fructibus à die motæ litis. fuit enim difficultas excitata, An iste census fuerit datus æstimatus, ita vt effectus fuerit proprius ipsius mariti, 1 cum regulariter res † data in dotem, æstimata transeat in dominium mariti, Ar. Pinell. lib. 1. p. 3. nu. 15 chart. 97. & fuit resolutum in vna Spoletana, dotis, corã me. 2 Ideoque postea non tenetur ad restitutionem † rei æstimatæ, & in solutum datæ, sed tantum ad pretium. l. quoties. & l. in dotem. C. de iur. dot. & fuit decisum in præd. causa Spoletana, & in causa Interamnensi, fundi dotalis, 20. Febr. 1589. coram Illustriss. D. Platto. Nam 3 æstimatio † facit venditionem, l. plerumque. §. si ante. de iur. dot. Couar. pract. q. c. 28. num. 1. & ideo videndum esset, an hoc casu æstimatio ista faciat venditio-4 nem. Nam facto † fuit æstimatus census, ad alium effectum, nempe redemptionis ipsius, quam sibi competere voluit D. Agabitus dotans.

Verum etiam hoc casu, quod transijsset dominium, Domini dicebant, dari actionem ad pretium, ad tex. in l. in rebus. & ibi gl. in verb. æstimatio. C. de iur. dot. Ias. in §. actionem. nu. 84. Inst. de action. cum maritus pro dotis restitutione hypothecauerit omnia bona sua, & maxime cum probetur eum decoxisse.

Verum cum hac via agendo cum D. Pacifica non possit consequi fructus, ideo necesse est, videre, an æstimatio fecerit emptionem in casu isto, & ita resolutum, circa ista nulla adest difficultas, sed videndum est, an ista requisita sint probata ad effectum, vt hac via, & hoc remedio succurratur D. Pacificæ: ideo in hac re particulariter erit videndum.

EIVSDEM.

Eadem, 20. Mart. 1600.

ARGVMENTVM.

Vxori, marito decocto, vtilis rei vindicatio competit, contra bona data in dotem, etsi æstimata, contra tertios possessores, pro dotis suæ recuperatione.

SVMMARIA.

1 *Vxor contra tertium possessorem bonorum in dotem marito decocto datorum, recte agit.*
2 *Et fructus a die motæ litis consequitur.*

DECISIO CCLVIII.

FVit resolutum, D. Pacificæ competere in subsidiũ, 1 vtilem rei vendicationem, contra bona † data in dotem, licet æstimata cõtra tertios possessores, pro recuperatione suæ dotis. Negus. de pign. 8. part. pr. 1. memb. num. 23. Bald. Nou. de dot. in vers. priuilegia. post solut. matr. priu. 37. par. 8. pt. chart. mihi 169. probata tamen decoctione, & quod non adsint alia bona, l. in rebus. & ibi Bald. num. 18. C. de iur. dot. Rol. cons. 92. num. 22. & seq. lib. 2. Mars. sing. 691. Ias. §. actionũ. num. 84. Inst. de action. Bald. Nou. tract. de dot. par. 7. priuil. 23. Ar. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 15. C. de bon. mater. 2 & in hoc iudicio † veniunt fructus à die motæ litis, &

MELLINI.

Romana, Fructuum, 17. April. 1600.

ARGVMENTVM.

Vxori fructus dotis, & donationis propter nuptias, ex bonis mariti, à die petitionis, ab hæredibus debentur.

SVMMARIA.

1 *Dotis à marito ad inopiam vergente, exactio in quem finem fiat.*
2 *Vxori etiam fructus dotis debentur.*
3 *Vidua an fructus dotis percipiat.*
4 *Fructus dotis an actione dotis peti possint. & num. 5.*
6 *Restitutio dotis ob vergentiam ad inopiam, an in promissione comprehendatur, & quid si habita est in omnem & quemcunque casum. & num. 7.*
8 *Vidua soluto matrimonio fructus donationis ob nuptias percipit & cur, num. 9.*

DECISIO CCLIX.

FVit resolutum, deberi D. Fuluiæ ex bonis Honorij fructus suæ dotis, & donationis propter nuptias, à die petitionis. Quantum ad fructus dotis, fundamen-1 tum Dominorum fuit, quia † exactio dotis in casu vergentiæ ad inopiam, fit ad effectum, vt dos collocetur in tuto, & mulier ex fructibus se ipsum, virum, & liberos sustentare posit, l. si cum dotem. §. si vero. ff. solut. matrim. l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. l. vbi adhuc. C. eod. tenet Bart. in l. constante. num. 88. & 94. ff. 2 solut. matrim. & ideo ei fructus † debentur, d. l. adhuc. Bal. in Auth. ei qui iurat. num. 39. versic. sed mulier. C. de bon. author. iud. poss.

Et licet sit magna controuersia, inter Doctor. an vi-3 duæ soluto † matrimonio, & sic cessantibus oneribus matrimonij debeantur fructus dotis, tamen ista controuersia cessat, quando matrimonium durat, & concurrunt onera matrimonij, vt bene hos duos casus distinguit Bart. in l. insulam. §. de vsu. num. 3. ff. sol. matrim. & tradunt Doctor. in c. salubriter. de vsuc. & est communis opinio, vt per Corn. cons. 164. num. 5. lib. 3. & in isto casu exactionis, ob vergentiam ad inopiam, sunt iura clara, & non repetitur aliquis, qui contradicat.

Non obstat, quod isti fructus debeantur officio Iudicis, & ideo cum condemnatio in sententia sit omissa, non possunt peti in iudicio separato, iuxta l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. quia non est ita clarum, quod isti 4 fructus † possint peti actione de dote, cum augeant dotem. Paul. de Cast. in l. si merito. §. si fundi. ff. sol. matr. Rip. eod. tit. in rub. num. 96. & ibi Ruin. nu. 72. & 77. Bal. Nou. tract. de dot. in 2. part. num. 10. Rimin sen. 5 consil. 184. num. 56. lib. 1. sed quia opinio † controuersa est, & Rota visa est alias inclinasse in contrariam sententiã, vt per Put. decis. 93. lib. 1. Ideo omisso hoc fundamento fuit per Dominos responsum, quod instrumento continetur promisio restitutionis dotis, in omnem, & quemcunque casum, & quicquid dicendum 6 sit, quando solum † est facta promisio in omnem casum, in quo est discrepantia inter Doctor. An promissio comprehendat restitutionem ob vergentiam, quo-7 niam est † impropria, vt per Ias. d. l. si constante. num. 192. tamen cessat difficultas, quando promisio est facta in omnem, & quemcunque casum, quia tunc comprehenditur iste casus improprius, Rimin. consil. 600. num. 2. lib. 3. & ideo cum postea in instrumento subnectatur promisio damnorum, & interesse vigore promisionis, licet condemnatio fuerit omissa in sentẽtia. Corn. d. l. terminato. nu. 9. Alex. d. l. si fundum. num. 1. Rim. d. cons. 184. nu. 57. Rol. cons. 62. nu. 7. & 8. lib. 4.

Quan-

Quantum verò ad fructus donationis propter nuptias, licet sint variæ Doctorum sententiæ, An viduæ 8 † soluto matrimonio debeantur isti fructus, & in ista dissensione Dominis magis per viam inclinatis, placebat opinio affirmatiua, quam contraria decis. Affl. 291. & Capic. 65. sequuntur Gramm. decis. 103. num. 98. & 101. Mar. Salm. de pact. consil. 4. num. 28. & late Thes. decis. 45. in qua respondetur rationibus decis. Afflict. & reprobatur consil. Corn. 240. lib. 3. quod allegatur per Informantes, pro Creditoribus, tamen hic versamur 9 extra istam difficultatem, quia † sicut in casu vergentiæ ad inopiam, debentur vxori fructus dotis, vt dictũ fuit, ita pariter debentur fructus donationis propter nuptias, vt ex ipsis seipsam, virum & liberos sustentare posit. d. l. vbi adhuc. & ibi bene deducit Bald. sub nu. 54. vers. item ex fruct. ipsius. C. de iur. dot.

Non obstat, quod non est locus restitutioni in bonis Honorij, quia communis opinio est in contrarium, Batt. d. l. si constante. num. 25. Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. tit. de dote, post diuort. restit. §. vlt. num. 18. in vers. viso. Rip. d. l. si constante. num. 25. Put. decis. 265. lib. 3.

M A N T I C AE.

Senogalliensis, Dotis. 21. Iun. 1591.

A R G V M E N T V M.

Sumptus litis, & alimenta à die decreti Cameralis, vel rescripti, debentur vxori contra tertium possessorem agenti ad restitutionem bonorum pro dote obligatorum.

S V M M A R I A.

1 *Alimenta, & sumptus litis vxori contra tertium possessorem bonorum pro dotis restitutione agenti, debentur à tempore obtenti decreti Cameralis, Et cur. num. 2.*
3 *Vxor a marito, eiusve hæredibus ali debet.*
4 *Feudum absque domini consensu etiam pro dote non potest alienari, nec specialiter obligari.*
5 *Feudum in generali obligatione non comprehenditur.*
6 *Filius in bonis paternis habet boni iuris præsumptionem.*

D E C I S I O CCLX.

CVm die 10. Maij præteriti, fuerint vigore specia1 lis Commissionis taxata alimenta † & sumptus litis Illustriss. D. Hippolytæ Picæ de Piccolominibus, ad scuta auri mille pro singulis mensibus, fuit quæsitum, An illa debeantur à die decreti Cameralis, vel rescripti, & quod Dominis placuit, ea deberi à die rescripti.

2 Nam cum non constet de bono † iure ipsius, super istis bonis, & obtinuerit speciale rescriptum super istis alimentis, & sumptibus litis, non possunt eis deberi, nisi à die rescripti.

Neque enim vxor agit cõtra maritum, vel eius hæ3 redes, à quibus † ali debet, Affl. decis. 10. etiam si dotẽ non dederit, Paul. de Castr. consil. 147. num. 2. lib. 3. sed agit cõtra tertium possessorem sub eo prætextu, quod hæc bona sint pro restitutione dotis obligata, & cum sint feudalia, non videtur in eis habere præsumptionẽ 4 boni iuris, quia regulariter feudum, † sine consensu Domini nõ potest, etiam pro dote alienari, nec specialiter obligari, c. 1. §. donate. qual. ol. feud. alien. pot. c. 1. in pr. & ibi Bald. num. 6. de proh. feud. alien. per Fed. 5 Et ideo in generali † alienatione nõ comprehenditur, Alex. cons. 1. num. 1. lib. 4. Dec. consil. 521. in fin. Paris. cons. 98. num. 3. & 4. lib. 2.

Vnde non obstat l. si constituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. test. & Caputaq. decis. 18. & 20. lib. 1. quia loquuntur de filio, qui petit alimenta, & sumptus litis 6 de bonis paternis, in quibus habet boni iuris † præsumptionem. l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. test. l. scripto. in fin. ff. vnde liber.

Neque etiam obstat, quod scribit Paul. de Castr. in l. diuortio. num. 6. ff. solut. matr. quia loquitur de vxore, quæ petit alimenta ab hæredibus viri, & in casu proposito vxor petit alimenta à tertio possessore, & singulari successore. Bursat. consil. 56. col. 1. tenet contrarium prius esse faciendam excussionem contra virum, qui cum fuerit feudum per feloniam mariti ad sedem Apostolicam deuolutum, de eo fuit inuestitus, & ideo cum ex rescripto debeantur, à die præsentati rescripti, præstari debent.

B V B A L I.

Firmana, Lucri dotis, ex statuto terræ Ciuitatis Nouæ, Vener. 30. Martij 1601.

A R G V M E N T V M.

Stante statuto, quod vir lucretur tertiam partem dotis, vxore absque liberis annum 14. non attingentibus, decedente, an maritus decedente post matrem filio, antequam annum prædictum non attingat, duas dotis partis hæredibus dotantis teneatur restituere.

S V M M A R I A.

1 *Statutum non visum, nec approbatum à Papa, non est attendendum.*
2 *Pars vna alternatiua aliam declarat.*

D E C I S I O CCLXI.

PRæsupposito statuto Ciuitatis Nouæ, cuius verba sunt hæc, Muliere prędecedente ante mortem mariti, sine filijs, vel cum liberis ex eodem matrimonio natis, non superuenientibus ad ætatem 14. annorum, maritus lucretur tertiam partem dotis, reliquæ verò duæ partes præfatæ dotis dentur, & restituantur illi, vel illis, quibus de iure restitutio dotis fieri debet: Dubitaui, An Carolus maritus Europæ prędefunctæ cum filijs, qui postea prædecesserit, antequam perueniret ad 14. annum, teneatur restituere duas tertias partes dotis Iuliano hæredi dotantis, iuxta formam dicti statuti, in quo dubio licet partes non conuenirent, informando, pars enim Caroli contendebat, statutum præfatum non esse attendendum, quia non constat, quod 1 fuerit visum † vel confirmatum à Papa, seu Rectore prouinciæ, prout requiritur iuxta formam Constitutionis Marchiæ, lib. 2. c. 36. quo casu non potuit ligare, & obligare Carolum, ad restitutionem dict. dotis, vt per Corn. cons. 148. nu. 9. lib. 3. Peregr. decis. 196. lib. 3. Pars Iuliani præsupponebat validitatem statuti, & informabat super eo, An statutum haberet locum in casu isto, in quo filius decessit post obitum matris ante 14. annum, Dominis tamen videbatur verba statuti esse ita clara, vt comprehendant etiam casum, de quo agitur, & consequenter Carolum teneri ad restituendum duas tertias partes dictæ dotis, quia cum statutum æquiparet hos duos casus, quando mulier decedit sine filijs, vel cum filijs non peruenientibus ad ætatem 14. annorum, quemadmodum in primo casu, nulla est difficultas, quod maritus tenetur restituere duas tertias partes dotis patri, vel eius hæredibus, l. dos à patre. C. solut. matrim. ita in hoc secundo casu videtur clarum, quod si filius non peruenit ad ætatem 14. annorum, maritus similiter ad restitutionem dotis teneatur, vt fere in terminis consuluit Bald. cons. 89. ver2 ba instrumenti. lib. 7. vna enim † pars alternatiuę declarat aliam l. 1. de rebus dub. præsertim quando vnico contextu verborum reperitur concepta, vt per Cephal. qui alios allegat. consil. 450. num. 30. & 31. lib. 3. Placebant etiam alia fundamenta, D. Bisciæ, cum quibus Domini transierunt, cum præsupposito, quod statutum sit validum, & confirmatum ab habente authoritatem confirmandi, & quia fuit producta quædam fides confirmationis horum statutorum, Leonis X. fel. record. fuit dictum, quod producatur in forma probãte, & doceatur quod huiusmodi statutum fuit editum ante dictam confirmationem.

SERAPHINI,
Portuensis, Bonorum, Sabbathi, 23. Ian. 1580.

ARGVMENTVM.
Dos relicta nepti ab auo, an in legitimam imputetur.
SVMMARIA.

1 *Dos ab auo relicta nepti, contemplatione filij relicta censetur.*
2 *Et in legitimam imputatur.*
3 *Fallit.*
4 *Dotem relictam fuisse contemplatione neptum, non filij, etiam coniecturis probari potest.*
5 *Dispositio per paciscentes facta secundum ius commune regulatur.*
6 *Authent. res quæ. C. comm. de leg. quando locum habeat, & num. 7.*
8 *Testatoris voluntas ex coniecturis etiam colligitur.*
9 *Dos quando contemplatione neptis relicta censeatur.*
10 *Dos vltra legitimam an debeatur.*

DECISIO CCLXII.

Fuit dubitatum, An dotes Illustrissim. filiarum bon. memor. Sciarræ, debeant detrahi de legitima, ita vt ad illas nō teneatur Illustrissimus Dominus Iulius, nisi quatenus legitima non sufficiat, Et pro parte affirmatiua, deducebātur duo principaliter. Primum vulgata, & communis Doctorum conclusio, quod dos 1 † relicta ab auo nepti censetur relicta contemplatione filij, non autem neptis. Cyn. in l. scimus. in 5. q. C. de inoff. testam. Angel. in l. In quartam. & ibi Ripa. num. 202. ad leg. Falcid. & idem Ang. cons. 780. Alex. consil. 31. num. 4. lib. 4. & ibi addit. cum alijs congestis per Gabr. in comm. concl. tit. de iur. dot. concl. 5. & ideo 2 dicunt prædicti Doctor. eam † imputari filio in legitimam, & nepti etiam petenti legitimam in bonis auitis ex persona patris.

Huic fundamento plures per Dominos econtrario informantes dantur responsiones, inter quas placuit, 3 quod præfata conclusio † non procedit, vbi apparet, neptes non fuisse dotatas contemplatione filij. Bart. in l. dotem. de coll. bon. Ang. & alij in dict. l. in quartam. Alexand. in dict. consil. 31. num. 5. in 4. Socin. consil. 33. num. 16. in 3. Gabriel. in dict. conclus. 5. nu. 7. cum alijs 4 adductis. Hic autem adsunt plures † coniecturæ concludentissimæ, ex quibus constat dotis huiusmodi non propter filios, sed propter neptes, & proneptes & deinceps ratione exclusionis ab istis bonis relictas fuisse, quas, quia bene deducunt Informantes, hic non repeto.

Alia ratione mouebantur Informantes pro D. Iu-5 lio, nempe, quod dispositio † huiusmodi facta per paciscentes, debet recipere interpretationem à dispositione iuris communis, & ideo quemadmodum dispo-6 sitio Auth. res quæ. C. comm. de leg. locum habet tantum in subsidium, quoniam non adessent alia bona, ita intelligetur onus dotandi, fideicommisso adiecto, vt 7 tunc demum locum habeat, si cō modo † aliunde dotari non possent, iuxta tradita per Castr. consil. 64. nu. 4. lib. 2. Rubal. consil. 124. Ceph. consil. 105. nu. 13. Marzar. consil. 1. fol. 15. & 16. in epit. q. 48. hanc sententiam 8 comprobant † coniecturæ, voluerunt enim paciscentes, bona conseruari in familia, vt dicitur in procemio fideicommissi, quę voluntas facile eluderetur, si permitteretur huiusmodi detractio dotium, & legitimæ, & maxime procedente tempore, à fœminis dotantibus hæc bona exhaurirentur, propterea voluerunt, quod nihil præter dotes ex dict. bonis habere possent, ex quo videtur, quod in necessarium antecedens noluerunt eas habere legitimam, & dotes, alioquin ex dict. bonis haberent aliquid præter dict. dotes. Nec placebat responsio Menoch. consil. 88. num. 53. quia non habemus expressam voluntatem, quod bona conseruarentur, & ita respondere possumus adductis à Cephal. consil. 257. num. 22. quia ratio per eum allegata, 9 quod dos sit relicta † contemplatione neptis, non autem filij, non est concludens, cum hæc contemplatio recipiat hanc limitationem à Iuris dispositione, vt ea tunc demum locum habeat, quando aliunde dotari non potest. Nec præterea est inutilis hæc paciscentium prouisio, quia saltem tollit difficultatem, An Authentic. res quæ. habeat locum in omnibus descendentibus, conceptis post obitum disponentis, de qua alias actum fuit in vna Romana, dotis, coram Reuerend. Domino Decano, & ex his, quæ in hoc fundamento deducuntur, fuit conclusum, dotes non deberi vltra legitimam, si ex legitima possunt haberi sufficientes, iuxta dignitatem familiæ, & temporum qualitatem.

GYPSII.
Romana, Augmentis dotis, Lun. 20. Nou. 1589.

ARGVMENTVM.
Numeratio dotis integra quomodo probetur.
SVMMARIA.

1 *Confessio dotis receptæ facta per maritum, constante matrimonio, præcedente instrumento promissionis, dotem fuisse solutam, probat: si maxime tempus etiam opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ sit elapsum. & num. 3.*
2 *Confessio adminiculata in totum vera præsumitur.*
4 *Confessio receptæ dotis facta a marito constante matrimonio, non solum hæredibus, sed etiam, tertio possessori præiudicat.*

DECISIO CCLXIII.

Dubitaui, An Benedictus & litis consortes possint audiri super prætensa non solutione integræ dotis, & sic an constaret de illius integra satisfactione.

Domini omissa disputatione primæ partis dubij, tanquam non necessaria, concluserunt, constare de satisfactione integræ dotis, nam confessio dotis receptæ 1 facta per † maritum constante matrimonio præcedente instrumento promissionis probat veram numerationem, Affl. decis. 401. num. 3. Aym. consil. 40. Pa-2 leotr. decis. 191. Cott. 113. & seq. maxime, quia est † adminiculata, nam constat de solutione maioris partis dotis, quo casu huiusmodi confessio in totum præsumitur vera, gloss. & Dd. in l. 2. C. de nō num. pec. Aym. de antiq. temp. p. 1. num. 153. & sunt lapsa tempora ad 3 opponendam † exceptionem non numeratæ pecuniæ, & maritus sustinuit onera matrimonij, quo fit vt talis 4 confessio non solum præiudicet hæredibus † mariti, sed etiam tertio possidenti, Bal. in l. vnica. C. de prio. dot. Aret. de comm. consil. 86. Caputaq. decis. 196. par. 1. & fuit dictum de anno præterito in vna Bononiensi, de Formicarijs, 30. Ian. coram Reuerend. patre Dom. Pamphilio.

ORTEMBERGII.
Romana, Dotis, Mercur. 29. Maij 1602.

ARGVMENTVM.
Statutum generaliter loquens causam dotis non comprehendit, si in certo casu dos reperitur specialiter priuilegiata.
SVMMARIA.

1 *Statutum generaliter loquendo causam dotis comprehendit.*
2 *Nisi specialiter dos in certo casu reperiatur priuilegiata.*
3 *Mulier pro dote se obligare potest, & num. 4.*
5 *Et quid in hoc casu ex stylo Rotæ.*
6 *Causa dotis in muliere paupere, dicitur causa pia.*
7 *Et in ea solennitates statutariæ cessant.*

DECISIO CCLXIV.

1 Valde controuersum est, An statutum † generaliter loquens indistincte, comprehendat causam dotis, vt est videre in cons. Hier. Gabr. 50. nu. 4. & seq. vol. 2.

vol. 2. & contr. cons. Menoch. 245. num. 6. vers. 3. qui plures partes cumulant. Verum plerique omnes in eo conueniunt, huiusmodi causam non comprehendi statuto, quamuis generaliter, siue vniuersaliter loquendo, quando † in certo casu reperitur specialiter priuilegiata, eamque opinionẽ semper Rota amplexa fuit, in terminis statuti Vrbis, cap. 151. lib. 1. quod nõ comprehendat mulieres pro dotibus se obligantes vt coram Put. decis. 100. lib. 3. Caputaq. decis. 3. & 119. nu. 3. par. 3. coram Illustriss. Blanchetto in Romana executionis, 27. Martij 1588. & nouissime in Romana, societatis officij, 4. Febr. huius anni, coram Reuer. patre D. Pennia, & alias sæpe, idemque secundum dictum Saly. in l. fin. nu. 3. in 4. not. C. de iur. dot.

Et quidem in proposito casu reperitur dos priuilegiata specialiter, vt mulier possit † pro dote se obligare, l. si dotate. & l. fin. C. ad S C. Vell. per tot. ff. de iur. dot.

Non obstat, quod prætendebatur dict. decisiones procedere in † obligatione necessaria dotandi, quia contrarium patet ex dictorum decisionum lectinne, & ratione, in qua fundantur, quæ est, quod isto casu dos reperitur specialiter priuilegiata, vt mulier possit pro dote sua se obligare. d. l. fin. in verb. pro qualibet muliere, cum qua licitum est matrimonium contrahere, quæ verba non sunt restricta tantum ad eas, quæ necessario dotantur, sed omnes generaliter comprehenduntur.

Non obstat decisio Reu. patris D. Lancellotti, in Anconitana dotis, 27. Nou. 1598. in qua fuit dictum, id procedere, in eo, † qui tenetur dotare respectu cuius necessaria reputatur obligatio, quia quicquid sit in minore, de quo ibi agebatur, quod tamen nec ibi principaliter fuit decisum, sed tantum alias motum, cum versemur in muliere maiore, extra controuersiam est, dotem in hoc casu specialiter esse priuilegiatam, & per consequens statuto Vrbis non compreheodi, prout fuit dictum in Senogalliensi, dotis, coram eodem Reuer. patre D. Lancellotto, Merc. 16. Maij 1599.

Considerarunt etiam Domini, quod ista dos fuit promissa mulieri pauperi, quæ non poterat congrue dotari de bonis proprijs, quę est † causa vere pia. Alex. in l. si constante. num. 18. ff. solut. matrim. Bald. Nou. de dot. par. 5. num. 4. Natt. cons. 410. num. 13. vol. 2. in † qua non requiruntur solennitates statutariæ, vt fuit dictum in Tholentina, pecuniaria, 26. Ian. 1590. coram Reuer. Perusino.

Ex quibus conclusum fuit, cum dubium hoc à me extra Rotam propositum esset, promissionem dotis factam à Cornelia de Soccis, ad fauorem Michaelis & Claræ de Bellonis, esse validam.

L V D O V I S I I.

Calliensis, Fructuum. Ven. 28. Febr. 1603.

A R G V M E N T V M.

Confessio aduersary iudicialiter facta contra eundem probat, & ob eam fructus, de quibus controuertitur, agens consequitur.

S V M M A R I A.

1. *Confessio aduersarij contra eundem probat.*
2. *Medietas fructuum percipienda, sub verbis perceptione omnium fructuum comprehenditur.*
3. *Fructus iure familiaritatis percepisse quis non dicitur, stante conuentione partium, & beneplacito Apostolico. & num. 4.*

D E C I S I O CCLXV.

FVit resolutum, informante tantum Horatio, dandum esse illi mandatum de manutenendo, in perceptione medietatis fructuum, de quibus agitur, cum de quasi possessione constet † ex confessione aduersarij facta respondendo positionibus Horatij, quæ contra ipsum plene probat. l. procuratore. & ibi notat. ff. de interr. act. Abb. in c. quamuis. nu. 4. de re iudi. Aym. consil. 217. num. 9.

Non obstat, quod in responsione fateatur de integris fructibus, quia in perceptione † omnium fructuũ includitur perceptio medietatis. l. diem proferre, §. si plures. in vers. inde quæram. ff. de arbit. l. 1. eod. tit. l. 6. & pars illa confessionis, quæ non annullat & perimit ipsam confessionem fructuum, in positionibus reijci potest, ita vt alia remaneat, vt fuit dictum in vna Romana hæreditatis, seu census, 8. Iun. 1588 coram Illustrissimo Platto, & stante conuentione † inter partes inita, & beneplacito Apostolico munita, non potest præsumi, quod Horatius vti pater, percepe[r]it fructus iure familiaritatis, Ang. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Imol. Rom. & alij in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. Socin. consil. 131. sub num. 4. lib. 1. Curt. iun. 168. num. 34. Natt. consil. 102. num. 14. etiam si titulus esset nullus. Curt. iun. vbi supr. Cephal. consil. 4. num. 39. in fin. & præsumitur percipere hos † fructus ex titulo præambulo d. conuentionis. l. 1. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 2. vbi glo. C. de acquir. poss. late Alciat. de præsumpt. num. 5. & fuit decisum in vna Bononiensi terrarum, 29. Maij 1579. coram Cantuccio, & sic etiam cessat, quod respondentes dicuntur tacuisse propter reuerentiam, quia cum præsumptio sit, quod potius ex iure proprio, quam ex promissione fuerint percepti, & potius ex causa necessaria, quam voluntaria, Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de cond. & demonstr. Aym. consil. 108. nu. 8. & 149. num. 12. & propterea cum Confessio aduersarij habeat in hoc contra se præsumptionem, potest hac qualitate reiecta acceptari. Bart. in l. Aurelius. §. item quærit. ff. de liber. leg. Matth. notab. 37. num. 8. Purput. consil. 242. num. 6. Aym. consil. 150. num. 5. & fuit decisum in illa Romana, hæreditatis, coram Illustriss. D. Platto.

Die 26. April. 1603. fuit denuo proposita ad instantiam Petri, & Domini steterunt in decisis.

S E R A P H I N I.

Fauentina, Matrimonij, Vener. 1. Febr. 1585.

A R G V M E N T V M.

Vitio frigiditatis & impotentiæ non probato, & altero coniuge negante, dispositio c. laudabilem, & c. fin. de frig. & malef. obseruanda est. Vbi quæritur etiam, frigiditas & maleficium quomodo probetur.

S V M M A R I A.

1. *Dispositio c. laudabilem, & cap. fin. de frig. & malef. obseruanda in causa impotentiæ alterius ex coniugibus. & num. 2.*
3. *Frigiditas etiam ante matrimonium adfuisse, per testes recte probatur.*
4. *Et per obstetricum inspectionem attestantium vxorem non esse corruptam.*
5. *Dispositio prædictorum Capitulorum de frig. & malef. quando intret.*
6. *Ratio.*
7. *Impedimentum in viro non esse visibile, per Medicos recte probatur.*
8. *Et quando per alias probationes dicatur posse probari. & num. 9.*
10. *Obstetricum relatio mulierem non esse corruptam, matrimonium non rumpit.*

D E C I S I O CCLXVI.

FVit dubitatum, An sententia in partibus lata sit confirmanda, vel infirmanda, & difficultatẽ contra sententiam faciebat, quod non fuit seruata forma c. laudabilem. & † c. fin. de frig. & malef. in quibus disponitur, vt coniuges habitent per triennium, iniuncta prius per Ecclesiam salutari pænitentia; Econtrario tamen prætendebatur, hoc non † fuisse introductum de forma, quando per aliud genus probationis constat de frigiditate, vt videtur probari in dict. cap. lauda-

laudabilem, & ibi gloss. & Inn. in princ. Anchar. in c. collect. in cap. 1. in princip. eodem tit. & ibi. Card. & Abb. Specul. eodem tit. §. 1. nu. 3. & ib. Ioan. Andr. in Addit. Angel. Clau. in verbo matrimonium imped. 16. num. 19.

Sed per testes huiusmodi frigiditas probari dicebatur, non solum de tempore matrimonij, sed etiam an-
3 te † matrimonium, quæ probatio in hac materia admittitur, vt per Car. & alios. d. cap. 1. & ex eo tempus triennij, quod datur ad cognoscendum, An frigiditas sit perpetua, satis ex eorundem testium depositione colligi, & hanc probationem adiuuari ex obstetricum
4 inspectione † deponentium Do. Victoriam non fuisse defloratam, cum tamen vir affirmet, se eam cognouisse, & in hoc reperiatur mendax, ad Anch. d. c. 1. nu. 4. ad fin, & ideo bene fuisse sententiatum super separatione per Ordinarium Fauentinum.

His tamen non obstantibus, Do. vnanimiter censuerunt, sententiam esse reuocandam, & præcipuum fundamentum huius opinionis fuit, quod quando vitium frigiditatis, & impotentiæ non est visibile, ita vt,
5 sensu oculorum percipi possit, & negatur † per alterum ex coniugibus impotentia, bene dispositio, c. lau-
6 dabilem. & c. fin. est de solennitate † probatoria, eamque obseruari est necesse, cum fieri possit, vt tale impedimentum non sit naturale, sed temporale prouenicns ex aliquo maleficio, & sperari possit, quod acta pœnitentia Deus misertus coniugum, tale impedimentum sit sublaturus.

7 Quod autem impedimentum non sit † visibile, constat ex relatione Medicorum, vnde hoc casu statuendus erat terminus ab Ecclesia præfinitus, vt tradit D. Thom. in summ, p. 3. quæst. 58. art. 1. Syluestrina, in verb. matrimonium. 15. num. 3. Summ. Confess. lib. 4. tit. 6. q. 16. Tabiena, in verb. impedimento. nu. 2. Goffr. tit. de frig. & malef. num. 16. Ioan. Andr. tit. de consang. & affin. num. 83. Turrecrem. 33. q. 1. c. 1. nu. 1. & 9. Anchar. d. c. laudabilem. num. 7. & ibi Abb. nu. 5. & fere omnes alij.

Non obstant deducta in contrarium, & primo ad authoritates allegatas, quod possit probari frigiditas,
8 per aliud † genus probationis, id verum est: quoties vitium est tale, quod per visionem detegi potest, vel,
9 quoties coniuges † fatentur impotentiam, accedente septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, dict. cap. laudabilem. Habent enim Canones has probationes pro concludentibus; sed vbi vitium non est visibile, & maritus negat impedimentum, tunc seruanda est forma supradicta c. laudabilem. & c. fin. & ideo non sunt attendendi testes, cum ex eorum dictis non probetur naturalis perpetua frigiditas, & impotentia, maxime cum econtrario adsint aliæ probationes per testes, quorum tamen in præsentia nulla fuit habita ratio.

10 Non obstat, quod † obstetrices dicant, eam nõ fuisse cognitam, quia & huiusmodi probatio adhuc est in incerto, neque accessit septima manus, sed datur, etiã, quod probaretur concludenter, non ideo ob mendacium diritmẽdum est matrimonium, licet de fide coniugis multum detrahatur ex hac causa. Nam in hac materia asseueratio coniugum non est vera probatio, vt tradit Abb. d. c. laudabilem. nu. 5.

Quare ex his conclusum, quod cum agatur de periculo animæ, & sacramenti deceptione, neque vitium de recta probatione, & concludenti probari possit, seruandum fuisse temporis ab Ecclesia statuti præfixionem, ex hac ratione sententiam Ordinarij esse reuocandam.

L I T T Æ.

Romana, Fructuum dotis, de Palluzillis, Vener. 28. Iun. 1602.

A R G V M E N T V M.

An tempore cohabitationis vxoris cum fratribus suis fructus dotis, & qui ad quamque summam debeantur.

S V M M A R I A.

1 *Vxor à marito ali præsumitur.*
2 *Maritus vxorem alere tenetur.*
3 *Maritus absens constituendo generalem exactorem suorum redditum, ex iis vxorem alere censetur.*
4 *Fructus dotis viuente marito non debentur.*
5 *Fundamentum intentionis suæ quis concludenter debet probare.*
6 *Maxime si actor intentionem suam fundauit.*

DECISIO CCLXVII.

Dubio proposito: An tempore cohabitationis Lucretiæ, cum fratribus suis, debeantur fructus dotis, & ad quam summam, Domini consideratis hinc inde deductis per Informatores, ad plura esse aduertenda censuerunt.

Et primo ad tempus, quo Lucretia & maritus suus cum d. fratribus cohabitarunt, si tamen pro aliquo tẽ-
1 pore cohabitauerunt, & † pro hoc tempore dixerunt eam præsumi debere alimentatam sumptibus, & ex-
2 pensis mariti sui, ad quem de iure † spectat tale onus, per text. in l. fin. vbi Bart. & Bal. hoc not. C. de aliment. pup. præst. Bene Natt. consil. 547. num. 13. & 29.

Secundò quo ad tempus, quod dict. Lucretia cum dictis fratribus suis habitauit, marito illius absente ab vrbe, constituto tamen per eum Alexandro fratre D. Lucretiæ procuratore suo, suorumque redditnum ge-
3 nerali exactore † vt constare videtur ex summario dictæ Lucretiæ, sub num. 19. & seq. & pro hoc tempore dixerunt eam præsumi debere alimentatam de redditibus dicti mariti sui administratis per Dominum Alexandrum fratrem suum, ratione, de qua supra, & bene ad hoc facere videntur not. per Bar. in l. Nesennius. num. 5. ff. de negot. gest. in l. alimenta eire. fin. Cod. eod. & per Rom. consil. 8. num. 2. in fin. & consil. 255. nu. 2.
4 vers. quo ad secundum. & † productis respectiue temporibus nullos fructus deberi Lucretiæ censuerũt Domini, cum dotis Dominus fuerit ipse maritus, & con-
5 sequenter † vita illius durante, ad eum spectarint fructus præfati, ad text. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. & l. dotis fructus. ff. eod.

Tertiò ad tempus, quo Lucretia mortuo marito cũ d. fratribus habitauerit, & circa hoc firmarunt Domini, pro parte non probari, alimenta per eos præstita D. Lucretiæ, & minus per quãtum tempus illa secum habitauit, quod vti fundamentum eorum intentionis, merito ab eis concludenter probare debent, iuribus vulgatis, maxime quia intentio ipsius Lucretiæ respectu fructuum, quantitatis dotis sibi non solutæ, per dictos fratres, à die iudicialis interpellationis, citra, videtur sufficienter fundata in statuto Vrbis, de fructu dotis, pro alimẽtis. c. 137. lib. 1. & indubitati iu-
6 ris est, quod vbi actor suam † intentionem fundauit, reus quoque tenetur plene, & concludenter probare suam exceptionem, & non præsumptiue tantum, secundum Ægid. decis. 607. Put. decis. 406. lib. 2. late Felyn. in c. in præsentia. num. 12. vbi etiam Dec. num. 48. & seq. de prob. & fuit sæpe tentum in hoc tribunali, in vna Perusina, Bonorum, de Galeza. 15. Dec. 1597. coram Reuerendo patre D. Seraphino.

O R A N I.

Romana, del detto, 12. Nouemb. 1588.

A R G V M E N T V M.

Stante statuto, vt filia dote à patre constituta, sit contenta, & nihil amplius petere possit, an filia, probata læsione, supplementum congruæ dotis petere possit.

SVMMARIA.

1 *Statuto Vrbis lib. 1. c. 140. vt filia vltra dotem assignatam nihil amplius petere possint, canetur.*
2 *Et tale statutum eas à petitione supplementi legitimæ excludit.*
3 *Verba statuti occasione debiti iure naturæ, & verbum semper explicantur.*
4 *Itidem & ea per quamcunque viam, seu alio modo.*
5 *Testatar vltra dotem certam summam filia relinquens an prohibere possit, ne quid vltra eam amplius petere possit. & num. 7.*
6 *Prohibitio testatoris, vbi prohibitioni legis accedit, fortiar redditur.*
8 *Prouidentia paterna, quà præsumitur pater filiam congruenter dotasse non attenditur, si contrarium appareat & num. 10.*
9 *Veritas præsumptionem vincit.*
10 *Præsumptio tollitur data enormissima læsione.*
11 *Læsione probata, pater præsumitur dolo inductus minus congruam dotem filiæ assignasse.*
12 *Filiæ non raro minor dos assignatur à patre, vt opulentior euadat filius.*
13 *Statutum volens, vt filia dote à patre assignata, sit contenta, intelligendum est dum in eius assignatione cesset dolus.*
14 *Dictio semper, secundum naturam actus, cui adijcitur, restringenda.*
15 *Verba generalia ad habilitatem reducuntur.*
16 *Verba secundum æquum, & bonum sunt intelligenda.*
17 *Et interpretationem legalem recipiunt.*
18 *In tantum, vt ita sint interpretanda, ne à sapiente possint reprehendi.*
19 *Statuto non ita inhærendũ. vt inde absurdum sequatur.*
20 *Læsum vt ad arbitrium boni viri reducatur, à partibus peti potest, si de læsione enormissima constet, licet sub amplissimis cautelis talis reclamatio fuerit prohibita.*

DECISIO CCLXVIII.

DVbitaui, præsuppositis resolutionibus in hac causa factis, An D. Bernardina potuerit ad supplementum congruæ dotis agere, & Angelica illius filia bona assignata pro cõgrua dote retinere, pro parte hospitalis S. Iacobi, incurabilium, de Vrbe. Fundamentum pro parte negatiua resolutionis fiebat in statuto 1 Vrbis, lib. 1. c. 140. in quo disponitur quod † filię feminæ dotatæ à patre, vel ab auo, sint contentæ dotibus, quas pater, vel auus dederit.

Igitur cum Ioan. Petrus Bernardinam filiam nuptui traditã dotauerit, iure debuit excludi à portione supplementi congruæ dotis, quoniam statutum iubens filias esse dote à patre data contentas, & prohibendas, ne quid vlterius possint petere, etiam si minor sit legiti 2 ma, vel † minus cõgrua, excludit filias à petitione supplementi. Bald. in Auth. res quæ. num. 16. & seq. C. comm. de leg. & in l. fin. C. de dot. prom. Rosign. cons. 188. num. 8. lib. 2. Bug. cons. 56. num. 3. & 8. lib. 3. cum alijs allegat. per Perus. decis. 21. num. 94. & Burs. cons. 223. num. 23. lib. 2. maxime, si ponderentur verba sta 3 tuti, ibi, occasione † debiti iure naturæ, & ibi, sed sem- per, quod exponitur omni casu, Socin. iun. in l. 1. nu. 7. 4 ff. solut. matrim. & ibi postea, † per quamcunque viam, seu alio modo; Accedit prohibitio testatoris, 5 qui in † testamento, vltra dotem reliquit filiæ 10. scuta, cum prohibitione, ne quid vlterius in sua hæreditate petere posset, quando enim cum prohibitione le 6 gis † concurrit prohibitio testatoris, efficacior redditur prohibitio, gloss. in c. verum. de cond. app. Ias. cons. 211. nu. 37. lib. 1.

Quibus tamen non obstantibus, Domini cum præsupposito, quod attendi debeat tempus, quo Bernardina secundo dotata fuit, concluserunt, ipsam potuisse agere ad supplementum congruæ dotis, & successiue d. Angelicam bona assignata retinere, nam cum alias fuerit resolutum, Io. Petrum habuisse tantum vnum filium masculinum, & istam Bernardinam filiam, tempore secundarum noptiarum ipsius Bernardinæ in facultatibus habuisse valorem scutorum 10000. dotem autem partes fateantur fuisse in censu 50. scutis con 7 stitutam, & 50. similibus pro..... negari † non potest, illam nimis fuisse modicam, ex quo non excedit decimam partem legitimæ, data autem modicitate, & magno excessu, potest supplementum peti, etiam si statutum dicat, quod debeat filia contentari dote sibi data per patrem, & nihil vltra petere possit, Castr. cons. 275. num. 6. lib. 1. vbi consulit contra patrem, qui cum haberet in bonis scut. 10000. filiam in ducentis dotauerat, sequitur Alex. cons. 33. num. 4. lib. 4. Boer. in c. Raynurius. nu. 225. de testibus. Corn. cons. 77. vol. 2. Barr. cõs. 75. num. 11. lib. 3. Ruin. cons. 56. nu. 5. lib. 3. Dec. cons. 181. nu. 1. Curt. iun. cons. 10. in pr. Brun. de statut. excl. dot. 9. art. 1. q. num. 53. Rim. iun. cons. 18. num. 148. & 317. num. 15. Sim. de Pret. cons. 158. num. 58. Menoch. de arbitr. cas. 149. num. 15. & cons. 158. & Gabr. in terminis eiusdem statuti, concl. 3. lib. 2. Bursat. consil. 250. nu. 20. Ceph. cons. 494. num. 18. lib. 3. qui multos alios 8 allegat. Nam cum ratio statuti fundatur in † prouidentia patris, l. ne in ea. ff. de adult. quæ facit præsumi filiã fuisse à patre congruenter dotatam, si veritas in contrarium appareat, quod scilicet modica, vel nulla fuerit dos, respectu facultatum, cessat dispositio statuti, & 9 veritas † vincit præsumptionem, l. Diuus. ff. de in integr. rest. l. admonendi. & ibi Doct. de iureiur. & in tantum præsumptio, quę alias pro patre facit, tollitur, da 10 ta † enormissima læsione, de cõmuni. Ceph. consil. 142. nu. 27. lib. 1. & facit oriri præsumptionem patrem sci 11 licet dolo † inductum fuisse ad ita modicam dotem filiæ assignandam. Bero. consil. 177. num. 51. lib. 1. Non 12 enim nouum est, quod † parentes filias decipiant, vt opulentiores filios relinquant. l. si superstite. in fi. C. de dolo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. Igitur quando statutum prohibet, ne filia quid possit 13 petere vltra dotem, † & testamentum patris semper sustineatur, nec possit per quamcunque viam, seu alio modo impugnari, intelligitur dummodo in assignatione dotis cessat dolus verus vel præsumptus, qui ex enormissima læsione arguitur, Bart. in l. fin. ff. de præt. 14 stip. Nam aliter dictio *semper*, † non extenditur, sed potius restringitur secũdum naturam actus, cui adijcitur, l. 1. & ibi Doct. ff. solut. matrim. & in l. rebus. §. vlt. ff. de iur. dot. Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glo. 2. 15 num. 10. cum seq. & † verba generalia reducuntur ad habilitatem, late Euerard. in loco de generalitate, & prohibitio testatoris non excludit filiam à petitione eius quod sibi debetur, Dec. consil. 150. num. 2. ver. & licet. & cons. 427. num. 8. Ceph. d. consil. 404. num. 18. 16 Vnde † verba statuti debẽt intelligi secundũ æquum & bonum, etiamsi opus sit illa restringere, vel impropriare, l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excus. tut. l. nam absurdum. de bon. lib. Bald. in l. nõ dubium. C. de 17 leg. & quandocunque præcisa recipiunt † interpretationem legalem, Barr. Bald. Castr. & Ias. in l. stipulatus sum damna. ff. de verb. oblig. ita quod in ijs interpretandis præcipue hoc attendatur, ne possent à sapienti 18 bus † reprehendi, l. saluus. ff. de leg. præst. Soc. cõs. 86. vers. sexto moueor. lib. 1. quod si ad corticem verborũ 19 statuto esset inhærendum, † absurdum sequeretur, videlicet, quod filiæ etiam in minimo dotatæ non possent de iniquitate & fraude patris cõqueri, dum à petitione congruæ dotis excluderentur, denegatur igitur filiæ actio ad supplementum, si dotis constitutio facta à patre non continebit excessum, & enormissimam læsionem quod equidem non debet videri nouum, quia etiam in compromissis, etiamsi apponatur 20 pœna arctissima, & conuenientissima verba, † per quæ appatet,

apparet, partes ab illa reclamari prohibere, nihilominus si de enormissima læsione constet, non obstantibus clausulis, in amplissima forma positis, potest per partes peti, quod laudum ad arbitrium boni viri reducatur, Bald. in l. cum antea. col. 5. de arb. Dec. cons. 39. num. 8. cum simil.

Et ex his Domini recesserunt à resolutionibus factis coram Domino de Grassis, & itidem coram bonæ memoriæ Lauretano.

LVDOVISII.

Romana, Dotis, seu Pecuniaria, Lun. 17. Iun. 1602.

ARGVMENTVM.

Confessio recepta dotis, facta constante matrimonio, concurrentibus etiam alijs adminiculis, contra confitentem probat.

SVMMARIA.

1. *Maritus confessione propria emanata tempore constantis matrimonij, sibi non præiudicat.*
2. *Fallit.*
3. *Confessio inter personas prohibitas emanata, concurrentibus alijs adminiculis probat.*
4. *Matrimonium sine dote regulariter non contrahitur.*
5. *Maritus ex præstatione alimentorum dotem ab vxore recepisse præsumitur.*
6. *Promissio dotis soluenda solutionem eius præsumi facit.*
7. *Solutiones aliquarum partitarum in confessionibus enunciatarum, dotem fuisse solutam arguunt, licet causam dotis non exprimant.*
8. *Scriptura vna in parte probata, tota vera præsumitur.*
11. *Conuentio prior per posteriorem tollitur.*
12. *Suspicio fraudis in confessione adminiculata alijs præsumptionibus non habet locum.*

DECISIO CCLXIX.

Conclusum fuit, confessiones receptarum pecuniarum, ex causa dotis factas ab Alexandro Pagnetta, probare veram numerationem, ad fauorē Prudentiæ vxoris, non solum contra ipsum Alexandrum, 1 sed etiam cōtra tertios, quia licet alias † confessio mariti stante matrimonio non præiudicet, gl. in l. assiduis. 2 C. qui pot. in pignor. hab. illud tamen hic non † procedit; quando pro ea non concurrunt coniecturæ, & adminicula, Bal. in l. 1. sub nu. 4. ver. vnde quæritur. C. de priu. dot. Soc. cons. 122. post nu. 7. lib. 3. Dec. consil. 536. post nu. 18. Purp. cons. 461. nu. 11. Curt. sen. cōs. 70. nu. 4. Aym. cons. 40. nu. 4. Ber. cons. 60. nu. 43. lib. 2. Mohed. dec. 2. nu. 2. de conf. & est generale, quod confes-3 sio inter personas prohibitas † probet concurrentibus coniecturis, vti late per Alex. cons. 18. num. 2. lib. 3. Hic autem plures concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines, vltra enim illam generalem præsumptionē, quæ 4 ex eo oritur, quod regulariter † matrimonia sine dote non contrahuntur, Purp. cons. 461. nu. 10. Soc. consil. 8. nu. 17. lib. 2. Aym. cons. 49. num. 1. in fin. quam non neglexit Rota in vna Vrbeuetana, legati, coram Cantuccio, die 13. Octob. 1583. & vltra etiam exhibitionē ali-5 mentorum, quæ pro coniectura † huiusmodi confessiones adducitur, Bald. in d. l. 1. sub nu. 4. Aret. in §. fuerat, sub nu. 4. Inst. de act. Soc. cons. 82. nu. 3. Purp. d. cōs. 461. nu. 2. Dec. cons. 563. post num. 20. & fuit habita in consideratione, à Rota, in d. Vrbeuet. concurrit etiam potissimū adminiculum in hac materia, videlicet pro-6 missio dotis † præcedens, l. in contractibus, §. sed quoniam. vbi Cyn. in 2. q. & alij. C. de non num. pec. Ioan. And. in Addit. ad Spec. in rub. de don. int. vir. & vx. cir. fin. ver. hoc verum. Pau. de Cast. in l. 2. sub nu. 8. verfic. quartus est. ff. sol. matr. Aret. in d. §. fuerat. nu. 36. ver. nec etiā obstat opinio cōmunis. Rō. cons. 445. n. 5. vcr. vnde si confitetur, Ruin. cons. 83. nu. 4. lib. 2. Guid. Pap. cons. 204. nu. 2. Rub. cons. 78. nu. 20. vet. tertio respondeo. Affl. decis. 402. nu. 9. vet. sed in contrarium. Aym. cons. 40. post nu. 2. Alc. cons. 232. nu. 2. Accedit etiā alia vrgens coniectura, quia probatur solutio aliquarū par-7 titarum † in confessionibus enunciatarum, Dec. d. cōs. 563. num. 10. Soc. d. consil. 81. num. 2. in fin. Aym. cons. 158. num. 6. in fin. Natt. consil. 547. num. 26. quando e-8 nim scriptura † in parte probatur vera, in totum vera præsumitur. Paul. de Castr. cons. 301. sub num. 4. p. pr. Paris. cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1. nec releuat, quod ali-9 quæ solutiones non exprimant † causam dotis, quia sufficit, quod aliam non exprimant ad hoc, vt censeantur factæ in causam dotis debitæ, l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr.... de stat. fem. exclus. art. 6. num. 243. 10 præsertim † cum de alia causa non appareat, Aym. consil. 158. num. 13.

Non obstat, quod dos fuerit solui promissa in tot 11 societatibus, quia vltra quod non apparet, quod aliquæ societates eo tempore factæ reperirentur, † hoc non tollit, quod de consensu partium non potuerit solutio fieri, prout facta fuit in pecunia.

12 Coniecturæ, quę pro † suspicione fraudis ex aduerso deducuntur, possent haberi in consideratione quando essemus in noda dotis confessione, non autem in confessione ita adminiculata, & verificata, præsumptiones enim, quæ sunt pro veritate ipsius confessionis, absorbent, & eludunt eas, quæ pro suspicione possent considerari.

BLANCHETTI.

Camarinensis, Dotis, 12. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Filij ad collationem dotis maternæ tenentur.

SVMMARIA.

1. *Filij ad materna dotis collationem sunt obligati.*
2. *Et hoc ius etiam ad hæredes transit.*
3. *Et licet filia sit hæres cum beneficio Inuentarij.*
4. *Beneficium legis, & inuentarij, a damno præseruat.*
5. *Restitutus ex vno capite, in alio commodum non sentit.*

DECISIO CCLXX.

Resolutum fuit, filios Lauiniæ teneri ad collatio-1 nem dotis † maternæ, ex clara dispositione tex. in l. illa dotem. C. de collat. Auth. in testamento. eod. tit. 2 Et hoc ius transit † etiam in hæredem, l. si maritus. vbi Dd. d. tit. & fuit resolutum, coram bon. mem. D. de Bu-3 batis, idque procedit, etiam si filia sit hæres cum † beneficio legis & Inuentarij. Hoc enim beneficium tan-4 tum præseruat à damno, † ne hæres vltra vires hæreditatis teneatur, & propterea non cōfundantur actiones, l. fin. §. præfatam. C. de iur. delib. non autem aliquod lucrum defert, aut ius tribuit hæredi consequendi in bonis defuncti plus, quàm de iure cōmuni sibi liceat. Bart. in l. cum emptor. in fin. & ibi Alex. ff. ad leg. Falc. Bal. in l. vlt. §. in computatione. num. 11. Paul. de Castr. nu. 9. & Iason. nu. 8. C. de iur. delib. Et fuit resolutum coram Reuerendo patre D. meo Mantica in vna Ciuitatis Castelli Census 10. Maij. proxime præteriti. Et ideo non possunt hęredes Lauiniæ iuuari restitutione in integrum sibi concessa, quia cum sit diuersa restitutio in integrum, aduersus aditam hæreditatem, à restitutione aduersus confectionem inuentarij, ex traditis per Sfortiam Odd. de restit. in integr. quæst. 61. artic. 2. & quæst. 89. art. 7. cum ipsi sint restituti ad confectionem inuentarij, vt in registro, fol. 287. & sequent. sufficit, 5 † quod damnum aliquod non patiantur, non autem vt aliquid plus lucrentur.

Non obstat repudiatio hæreditatis, quia cum restitutio fuerit concessa aduersus aditionem, & ipsi post dictam restitutionem confecerint inuentarium, non possunt desinere esse hæredes, l. & si fine. ff. de minor.

Non obstat quod Elisabetta alienauerit aliqua bona, quia huiusmodi alienatio non excludit collationem, sed de bonis alienatis habenda erat ratio, tam respectu valoris, quàm causæ, ob quam fuerunt alienata.

3 *Regula quod quando aliquid est faciendum, intelligi debeat, si petitum fuerat, quomodo intelligatur.*
4 *Pœna conuentionalis vt debeatur, mora irregularis sufficit.*
5 *Mora etiam absque interpellatione contrahitur.*
6 *Iuramentum in promissione dotis præstitum, onus interpellandi remittit.*
7 *Promissor merum factum promittens ad illud absque interpellatione tenetur.*
8 *Mora an incursa dicatur ex quo creditor, qui reciperet debitum, non fuit in loco destinata solutionis. & nu. 9.*
10 *Remissio petitionis interesse, & fructuum an facta censeatur ex quo per decennium non fuerint petiti. & num. 11.*
12 *Qua concurrere debeant, vt ex lapsu temporis remissio prætendi possit.*

DECISIO CCLII.

Domini mandarunt causam Illustrissimæ D. Flaminiæ expediri, non obstante, quod 1 dos fuerat sibi ab extraneo promissa, quia regulariter licet non cõstituatur in mora, nisi lapso biennio, ad effectum, vt teneatur ad fructus & vsuras dotis, fecus autē, quando dos, vt in præsenti casu, fuit ad certam diem promissa, nam lapsus diei inducit 2 moram irregularem, iuxta l. magnam. C. de contrah. & commit. stipul. cum vulg. Ias. in §. fuerat. num. 1. Inst. de act. ideoque quod communiter dicitur, quod quãdo aliquid faciendum est intelligi debere, si fuerit petitũ, ita demum procedit vbi non fuit præstitutum tempus rei faciendæ, Fel. in c. fin autem. num. 4. vers. non est sic in actibus extraiudicialib. de rescript. Ad incurrendum pœnam enim conuentionalem, de qua in pactis dotalibus fuit actũ, 4 sufficit mora irregularis, quæ per lapsum diei contrahitur, quoties ea debetur iure actionis, & ex conuentione, non autem officio iudicis, gl. l. ad diē. quam sequitur Cum. de verb. oblig. Soc. in l. de diuisione in fin. ff. sol. matr. Ruin. consi. 198. num. 14. vol. 1. & hæc recepta est passim sententia, vt mora 5 contrahatur absque interpellatione. Alex. consi. 31. nom. 7. & consi. 148. num. 5. vol. 7. Paris. consi. 21. nu. 43. lib. 4. per tex. in l. traiectitiæ. ff. de action. & oblig. ibi consultus respondi, eius quoque temporis, quo interpellatus non esset, pœnam peti posse, vt post Dyn. Bart. & Alber. aduertũt, & est casus in l. iurium. vers. Sabinus. ff. si cer. peta. & ibi post alios Dec. nu. 9. Cagnol. nu. 22. & 42. Doct. in l. si pacto quo. C. de pact. & in l. ita stipulatus, vbi Alex. post Rom. & Imol. de verb. sign. & videtur tex. clarus cum gl. in l. nummus, de in lit. iur. vbi agitur de interesse consequendo propter retardatam solutionem veræ sortis. nam gl. in verb. ea dic. exponit scilicet præstituta, & subiecti, vel à die interpellationis, iuxta d. l. magnam. Secundò vero casu sic ex l. si ex legati causa. de verb. oblig. quod tãto magis dicendũ est in hoc casu, tum quia promissio dotis fuerat facta 6 medio iuramento, quod onus interpellãdi remittit. c. breui. vbi Dd. de iureiur. Ias. in l. quod te. nu. 22. ff. si cer. pet. Cur. iun. consi. 74. nu. 5. Rip. in l. 4. §. Cato. nu. 59. ff. de verb. oblig. vbi de communi. Gozad. consi. 17. nu. 10. & consil. 31. nu. 7. Aym. consi. 64. nu. 10. de magis communi. Gomez. in l. item si quis. nu. 10. de act. Rol. à Val. consi. 72. nu. 19. lib. 1. tum etiam, quia obligatio cõtinet merum factum, nempè solutionem do- 7 tis, quo casu promissor ad illud tenetur absque interpellatione, quia satis est, quod sciuerit se ita obligatũ. Bal. in c. domino quæ nam. §. ad hoc nu. 3. hic finitur lex Corn. Sequitur Alex. consi. 157. in pr. vol. 6. & consil. 148. in pr. vol. 5. Artr. consi. 143. col. 4. Rub. consil. 151. ad fin. Nec præmissis refragatur, quod cum tem- 8 pore destinatæ solutionis sortis, creditores non essent in vrbe, qui eam reciperent, non potuerit per debitorem dici incursa mora, iuxta trad. per Barr. in l. tē illa. nu. 9. cum seq. ff. de const. pecun. per Purp. consil. 151. nu. 4. lib. 1. Mohed. dec. 15. locat. quia hęc conclu- 9 sio habet locum, quando creditor & debitor sunt diuersi fori, vnde cum illi moram traherent in comitatu vibis, & in loco eius districtus, & fori, vtique ad effectum euitãdi solutionem interesse, debitor debuit illos conuenire, & à promissione se liberare, ita glo. in l. item illa. vers. non veni. & idem Bar. nu. 19. & Bal. in l fin. nu. 7. C. de condit. insert. Ias. in l. r. nu. 91. C. de iu. emphyt. Petr. de Vbal. tract. de præscr. q. 14. nu. 11.

Placuerunt etiam aliæ responsiones datæ hic per Informantes pro D. Flaminia.

Non obstat, quod stante silentio 10. annor. videa- 10 tur facta remissio petitionis istorom fructuũ, & interesse. Alex. consi. 74. num. 8. lib. 5. Alciat. reg. pri præsumpt. 31. num. 9. cum seq. quia admittitur, quando 11 interesse venit vt merum lucrum, & sic titulus causat lucratiuum, non autem in interesse debito, & causato propter supportata onera matrimonij, dote non soluta, ita in terminis. Rom. consi. 517. num. 14. & ibi, 12 addit. ad verbum pu. sil. Preterea, vt ex lapsu temporis prætendi possit remissio, necessum est, quod cõcurrant tria, de quibus in l. Proculo, de prob. Alex. consil. 56. col. vlt. lib. 4. & bene per Ias. in §. fuerat. versic. sed audit. nu. 11. Instit. de act.

LANCELLOTTI.

Senogalliensis, Fructuum dotis, Ven. 10. Nouemb. 1598.

ARGVMENTVM.

Dotem ad certam diem promissam non soluens, ad interusurium, & fructus dotis tenetur.

SVMMARIA.

1 *Interesse, & in fructus dotis ad certum tempus promissæ, & non solutæ debentur.*
2 *Mora & regularis, & irregularis commissa dicitur, si dos ad certum tempus promissa, non soluatur.*
3 *Fructus dotis promissæ an diminuantur, ex quo vxor aliquandiu in domo paterna mansit, ibique alimenta recepit.*
4 *Onera matrimonij quæ complectantur.*
5 *Taxatio fructuum dotis promissæ quomodo facienda.*

DECISIO CCLIII.

Resolutio dubij propositi pēdebat ab eo, An Hierony. Alaulinus teneretur ad solutionē fructuũ dotis non solutæ, præstitutis temporibus, super quo 1 Domini affirmatiuè responderunt. Cum enim Fulgent. traduxerit vxorē ad domum suam, & sustinue- 2 rit onera matrimonij, incursa fuit per promittentem, mora irregularis, gl. fin. in l. de diuisione. quã ibi Barr. & alij sequuntur. ff. sol. matr. prout & regularis, per lapsum temporis appositi in promissione, iux. l. magnam. C. de contrah. stipul. vtroque enim casu alimenta, seu interusuria debentur, l. pro oneribus. C. de iur. dot. c. salubriter. vbi Abb. nu. 3. de vsur. Alex. consi. 147. in pr. & nu. 4. col. 1. Couar. var. resol. lib. 3. c. 1. nu. 4. Molinæ. de primog. Hisp. lib. 4. c. 5. nu. 6. & fuit latè dictũ in illa Romana, fructuum dotis, de Cesis, de anno preterito, coram Reu. Patre Domino meo Orano.

Neque ex eo, quod per aliquod tempus vxor per- 3 manserit in domo patris, ibique alimenta receperit, sunt diminuendi isti fructus, quia cum de eo tempore maritus retinuerit domum apertam, cum reliqua familia, in qua poterat mulier ad libitum habitare, per maritum non stetit, & nihilominus sustinuit onera matrimonij, Bero. consi. 129. nu. 11. lib. 1.

4 Vltra, quod onera matrimonij non restringũtur ad vitam, sed complectuntur vestitum, nec non consistunt in vestibus, salarijs ancillarum, & alijs huiusmodi, de quibus per Rip. in rub. ff. sol. matr. nu. 57. & Anton. Guber. const. in tract. de dot. & car. iur. pr. num. 9.

5 Taxationem autem huiusmodi fructuum Domini dixerunt, faciendam esse iuxta consuetudinē loci, quatenus ibi non adsit statutum, de hoc disponens.

PE-

P E N I Æ.

Perusioa Dotis. Ven. 16. Mart. 1601.

A R G V M E N T V M.

Agens ad restituendum, quando vtrumque extremum concludenter probasse dicatur, ad effectum, vt ad possessionem bonorum veniat restituendus.

S V M M A R I A.

1 *Possessio per testes recte probatur.*
2 *Possessio ex continua habitatione probatur.*
3 *Et ex eo, quod coli vineam fecit, ex eaque fructus percepit.*
4 *Itidem ex instrumentis.*

D E C I S I O C C L I V.

CVm de ordine Dominorum vellem expedire causam, iuxta decisionem vltimo loco factam, sub die 10. Nou. 1600. dubitaui, An esset probatũ in actis, quod Lucretia Battoccia possedisset bona, de quibus agebatur, & sic dato dubio, An constaret de primo, & secundo extremo. Rota ex dictis testium vltimo loco ad instantiam Lucretiæ examinatorũ, de vtroque extremo cõstare censuit, ad effectum, vt ad illorum possessionem veniret restituenda. Cum enim Lucretia viro suo vergente ad inopiam egisset contra illum pro restitutione dotis, ille bona hæc Lucretiæ in solutum dare se obligauit, & Lucretia ea deinceps possedit vs- 1 que ad diem factæ subhastationis, per quam fuit ex parte possessiooe priuata, de hac enim † possessione deponebant testes, Primus iuxta 5. ibi. *l'haueua vista possedere*, & iuxt. 11. *l'haueua vista. 7.8.9. volte in detta possessione*, & ibi *Madonna Lucretia fece vendemmiare*, secundus iuxt. 6. *io l'ho vista, che pagaua l'opere, à chi li acconciaua il podere*, & iuxt. 7. *che 7.8.9. anni fu detta Lucretia habitaua quasi del continuo nella casa di detto podere, & io piu volte ve l'ho vista & auiata sola à fare le vendemmie, e visto, che lei vendeua il vino, e riscoteua il prezzo*, & iuxta 9. & 10. idem testis explicite dicebat, *che l'ha vista possedere, e vendemmiare.*

Ex his fuit decisum primum extremum, quod concludenter probandum fuit, Put. decis. 35. nu. 1. vers. cũ constat. lib. 1. Verall. decis. 170. incip. primum extremum. par. 2. sufficiẽter fuisse probatum, ex dictis duorum testium, & l. vbi numerus. ff. de test. testificando de actibus possessorijs resultat probatio possessionis, 2 nempe † ex continua habitatione. Dec. cons. 400. nu. 4. vers. 3. accedit Alex. cons. 51. num. 6. in pr. lib. 1. Menoc. de retinend. remed. 3. nu. 562. in pr.

3 Item ex eo, quod Lucretia faciebat † colere prædiũ, gl. in l. 3. io vers. finietur. vbi Bal. vers. quæro qualiter. Sal. nu. 4. Aret. in §. sicitaque. num. 10. vers. sed etiam probatur. Inst. de act. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 563. 4 vers. 2. probatum. Item ex eo, quod † vindemiabat vineam, & percipiebat alios fructus, ex quorum perceptione potissimum probatur possessio, l. 2. C. de acqui. poss. l. litib. C. de agric. & cens. lib. 10. Dec. d. cons. 400. nu. 4. vers. 2. ex perceptione fructuum, Crauetta cons. 107. nu. 2. vers. 1. quia istos actus potissimum probatos per testes reddebat magis certos, & verisimiles, decretum Iudicis factum, ad fauorem Lucretiæ, pro restitutione dotis super dictis bonis.

5 Secundum extremum probant † instrumenta subhastationis, & deliberationis super dict. bonis, & litis sustentatio.

C O R D V B Æ.

Romana, Prætensæ dotis, Lun. 25. Decemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Augmentum dotis in secundo matrimonio, an etiam ad filios primi coniugij spectet, vt ex ea percipere partem possint, an vero huic iuris communis dispositioni per statutum vrbis, (volens, quod vxore mortua stantibus liberis maritus totam dotem lucretur, eamque liberis communis matrimonij seruare teneatur) derogatum censeatur.

S V M M A R I A.

1 *Augmentum dotis ad filios etiam primi matrimonij spectat.*
2 *Et quid per statutum Vrbis, volens, quod extantibus liberis maritus totam dotem lucretur, eamque liberis communis matrimonij seruare teneatur. & num. 3.*
4 *Explicatur hoc statutum.*
5 *Dos vxore mortua, quo ad proprietatem ad filios, vsufructu verò ad patrem spectat.*
6 *Statuta ita interpretanda sunt, ne absurdum sequatur.*
7 *Legi hac edictali in dubio nunquam censetur derogatum.*
8 *Filij vterini vtriusque matrimonij matris in dote æqualiter succedunt, exclusis mariti filijs.*

D E C I S I O C C L V.

LVcretia transiuit ad secundas nuptias, duobus relictis filijs ex primo viro, cui scuta mille pro dote dederat, secundo viro vltra dictam dotem scut. 50. auxerat, nata filia ex hoc altero matrimonio, & Lucretia mortua, inter omnes fratres contendebatur, super do- 1 te aucta. Filij enim primi matrimonij † prætendebant habere partem dicti augmenti, ex dispositione l. hac edictali. C. de sec. nupt. sed filia secundi allegabat dictę legi derogatum esse per statutum vrbis, lib. 1. c. 135. 2 vbi cauetur, quod † si vxor post consummatum matrimonium marito superuiuente liberis stantibus decedat, maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij secundum iuris dispositionem reseruare teneatur, & cum statutum possit legi derogare, vt late consuluit Paul. cons. 192. colum. 2. vers. sed etsi talis lib. 1. Rim. iun. cons. 353. oum. 2. Menoch. consil. 4. num. 14. lib. 1. & multa hinc inde deducereotur, proposui dubium extra Rotam, An per hoc statutum d. leg. sit derogatum, ita vt filij primi matrimonij non succedant io dotem auctam. Informantes pro parte. . . . . coosiderabant verba illa statuti, quam tamen secundum Iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare teneatur, quoniam si hoc lucrum est reseruatum liberis communis matrimonij, nullo modo potest pertinere ad liberos alterius matrimonij, quod est cõtra l. hac edictali. atque inde eius dispositioni censetur derogatum, & procedit maxime, quia si concedimus, omnes admitti ex statuto, illa verba superflua starent, cum iam hoc sit iure communi decisum, in Auth. vxore mortua. C. de sec. nupt.

Quibus tamen nõ obstantibus, Domini contrariam 3 opinionem sequuti resoluerunt per statutum † non esse derogatum dictæ legi, cum nil in eo contineatur, quod sit ei contrarium.

Nam in ea parte, in qua dicitur, liberis extantibus maritus totam dotem lucretur, quam tamen liberis communis matrimonij reseruare teneatur, est intelli- 4 gendum † in casu simplici, nempe quando solum adsint liberi ex illo matrimonio, nec cogitauit statutum de superexistentia liberorum, ex duobus matrimonijs, vt in simili statuto optime consideratur per Curt. sen. consil. 78. num. 6. vers. & posito, & sine veri præiudicio.

Præterea hoc lucrum non defertur vere à statuto, sed à iure communi, quod clarius colligitur ex verbis statuti veteris, in quo habetur, quod maritus muliere præmortua liberis extantibus de iure dotem lucretur, 5 hoc autem est de iure expressum, vt proprietas sit † filiorum, vsusfructus verò patris, dic. Auth. vxore mortua. C. de secundis nuptijs. Ideo cum ius commune lo- 6 quatur in casu simplici, idem dicendum est † de statuto, alias duo absurda sequerentur, alterum, quod ab intestato liberi vtriusque matrimonij non succederent in dote materna æqualiter contra dispositionẽ l. cum

alijs

alijs eod.tit.de sec.nupt. & ideo reduceretur correptio illius legis. Alterum, quod derogaretur d.l.hac edictali. cui in dubio nunquam censetur † derogatum, Rot. Diuers. decis.432.nu.3.part.1.Dec.in Auth. præterea. num.7. C.vnde vir & vxor. Bero.q.119. nu.5. & hanc interpretationem sequitur Bertran. in d.l.hac edictal. num.39. Quare cum mulier superstitibus liberis prioris matrimonij, quæ ad secunda vota transiuit, moritur, relictis filijs alterius coniugij, non est casus comprehensus in d.statuto, & tanquam omissus debet regulari secundum iuris dispositionem, vulg.l.commodissime.ff.de lib.& posthum.

Neque obstat obiectio de superfluitate verborum, nam cum maritus stante statuto totā dotem lucretur, poterat dubitari, An de ea libere disponere posset, sicut de patrimonio, & liberis suis alterius matrimonij relinquere, vel in totum, vel in partem, & propterea ad exclusionem illorum fuerant posita, quia secundū iuris dispositionem filij † vterini vtriusque matrimonij succedunt æqualiter matri in dote, exclusis filijs mariti, l.1.C.ad Orfic. Auth.de hærede ab intest.in pr. Ruin.in cons.59. nu.8. vers.accedit,& num.14.libr.3. Dec. consil.282. num.4, vers.2. non obstat, & vers.3. non obstat, Paris. consil.91. num.6. & 41.lib.3. Curt. d.num.6.

MANTICÆ.

Spoletana, Lucri dotis, 12.Iun.1595.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis ad certam diem promissæ, ante illius aduentum peti non debet, & ad id condemnatus, sententia Iudicis restituendus est.

SVMMARIA.

1. *Lucrum dotis ante peti non potest, quam ipsa dos debeatur.*
2. *Dos ante diem non potest peti.*
3. *Statutum sic est intelligendum, vt absurdum vitetur.*
4. *Argumentum ab absurdo vitando fortissimum est.*
5. *Dies solutionis obligationis pars est.*
6. *Terminus ad alium se referens, omnia quæ sunt in illo, ad quem fit relatio, complectitur.*
7. *Tempus promissionis dotis magis spectandum est, quam solutionis.*
8. *Argumentum à pacto ad statutum recte ducitur.*
9. *Maritus nec naturali, nec ciuili ratione plus ex dote consequi potest soluto matrimonio, quam si non consisteret illud, eiusque onera subiret.*

DECISIO CCLVI.

Conclusum fuit, sententiam A.C. ceteris capitibus non discussis, ex eo esse reuocandam, quod Siluium condemnauit ad soluendum Paulo de Valentibus, statim scuta septingenta, pro residuo lucri dotis, quæ intra certa tempora fuit promissa.

Nam supponendo, sine veri præiudicio, extra statutum in terra Treuij, quod maritus defuncta vxore sine liberis lucretur quartam partem dotis non solum datæ, sed etiam promissæ, sane debet intelligi, vt lucri 1 dotis † ante peti non possit, quam dos ipsa deberetur. Etenim absurdum est eo casu lucrum deberi, cum dos peti non possit. Bald.consil.467.num.1. vers.item istud lucrum.lib.4. Ias. in l. si donatarius.§.1. num.16. ff.de cond.ob caus.Crau.consil.632.nu.2.& 6.vers.& quam-2 uis. & ante diē † dos peti non potest.l.1.in fin.ff.quād. dies vsusfr.leg. ced. l.cum, qui calendis. §. vlt.de verb. oblig.l.cedere diem.de verb.sign.Ergo nec lucrum dotis ante tempus præstitutum peti potest, quia statutū 3 sic est intelligēdum, vt cesset absurdum.l.in ambigua. ff.de leg.l.scire oportet.§.aliud.de excus.tut.l.nam absurdum.ff.de bon.liber. Bart.in l.omnes populi.num.55. ff.de iust.& iur. & ibi non dubium.num. 12.& Bald. num.17.& 19. & Ias.num.39. C.de leg.Anc.cons.190. num.4. Alex.cons.87. num.6.lib.2. & hoc quidem ar-4 gumentum ab absurdo † vitando, fortissimum est, quia procedit à discretione naturali, quæ non mutatur, Bal. cons.29.num.4.lib.1.

5 Accedit etiam, quod dies † solutionis, sicut summa pars est obligationis, l.1.§.1. vers.nam dies.ff.de edend. & ideo plus dicitur petere, qui ante diem petit, c.1. de plus pet.§.plus.Inst.de act. Vnde si lucrum dotis promissæ in diē pure deberetur, maritus plus lucraretur, quam à statuto videtur dispositum, quia id est maioris æstimationis, l.in leg.Falc.la 2.ff.ad lege Falc. quod quidem nō est ferendum, neque enim statutum amare est intelligendum, sed ciuili, & æquo modo, l.si cui. ff.de seruit.Bal.to l.1.num.8. in fin.& 81. C.qui accus. non poss. quod probatur etiam ex l. si seruum. §. Stichum.§.sequitur. & ibi post eum not. Ias.nu.3. dicens illum text. meliorem de iure, de verb. oblig. Item statutum debet intelligi cum grano salis, id est, cum temperamento iuris communis, Bald.in l. omnes populi. num.22.& Seuer.num.99.in fin.alias,num.203. in fin. de iust. & iur.

Præterea statutū quod disponit de lucro dotis, vtique habet relationem ad dotem datā, vel promissam, Ergo includit etiam tempus, quod inest promissioni, 6 quia terminus † referens se ad alium cōplectitur omnia, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, vt per illum text. notat Ias.in l.qui sic.nu.2.de verb.oblig.quā pendente dilatione in promissione dotis apposita, & conuentione contrahentium lucrum dotis peti nō potest, d.l.cum qui Calendis. §.vlt.de verb.oblig. Guid. Pap.decis.430.num.2.

Non obstat, quod magis sit spectandum tempus 7 promissionis † dotis, quam solutionis, l.r. ff.qui pot. in pign. hab. quia id locum habet, quo ad acquirendum ius anterioritatis hypothecæ, quæ solo consensu contrahitur, l.si tibi. de pign. ff.de pact. l.in traditionibus. num.2. C.de pact. diuersum est, quo ad acquirendum lucrum dotis, maritus consequatur, quia intelligitur, vt lucrum habeat in id tempus, quo dos ipsa sibi debetur, ne plus lucri maritus cōsequatur, quam statutum disponat, vt dictum est.

Neque etiam refragatur, quod lucrum dotis sit separatum ab ipsa dote, vt scribit Gabr.consil.136.num. 26.lib.2.quia ipse in alio proposito loquitur, de lucro dotis, quod ex pacto debetur, vt nu.22.vers. sed si dos ipsa, & num.23.& tamen nemo dixerit, ante diem soluendæ dotis, quando lucrum ex pacto debetur, quia contrahentes dant formam conuentioni stipulationi, & contractus ex conuentione legem accipiunt, l.in cōuentione.de verb.oblig.l.1.§.si conueniat.ff.de pos. Idē ergo dicendum est, si lucrum ex statuto debeatur, vt 8 ante diem peti nō possit, quia de pacto † ad statutum recte deducitur argumentū, statutum enim est quoddam pactum ciuicum, l.formatum, l.legitimum.l.non impossibile.cum gl.ff.de pact.Bal.in l.3.num.18.de nō num.pec. imò cum quis disponit de reb.proprijs, plus operatur pactum, quam statutū. Curt. in l.filiusfam. §.dicit.num.89.de leg.1. Dec.consil.282.num.17.lib.2. proinde lucrum dotis sit titulus lucratiuus, nisi sit reciprocum, vt declarat num.23.cum seq. Sed ex hoc nō sequitur, quod lucrum dotis ante diem in promissione 9 † comprehensum, peti possit, siue illud ex pacto, siue ex statuto, debeatur, quia nec ciuilis, nec naturalis ratio persuadet, vt maritus plus ex dote consequi possit, soluto matrimonio, quam si non consisteret matrimonium, & eius onera subiret. c.salubriter. de vsuc. & l. pro oneribus.C.de iur.dot.l.dotis fructus.in pr. & l.si is, qui Stichum.§.1.ff.eod.

SERAPHINI.

Romana, Repetitionis Dotis, 3.Octob.1599.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Census in dotem dati, si à marito alienati fuerint, ab vxore rectè repetuntur, & quid si census isti æstimati marito in dotem dati fuerint, & sic proprij ipsius effecti.

SVMMARIA.

1 *Res in dotem æstimata data, in dominium mariti transit.*
2 *Maritus ad restitutionem rei in dotem æstimatæ datæ, non, sed saltem ad pretium tenetur.*
3 *Aestimatio facit venditionem.*
4 *Census æstimatio fit propter redemptionem.*

DECISIO CCLVII.

HAnc causam proposui, vna tantum parte informante, & Domini pro maiori parte censuerunt, sententia extra Rotam latam esse confirmandam, cum census, de quibus agitur, essent dotales, & Mutius maritus sibi datum promisit tenere, custodire, conseruare, hypothecando omnia bona sua in forma.

Vnde potuit D. Pacifica agere ad recuperationem census, de quo agitur, venditi per maritum, Reu. Monachis S. Eusebij, tanquam male alienati, & ideo restituendum esse, vnà cum fructibus à die motæ litis. fuit enim difficultas excitata, An iste census fuerit datus æstimatus, ita vt effectus fuerit proprius ipsius mariti,
1 cum regulariter res † data in dotem, æstimata transeat in dominium mariti, Ar. Pinell. lib. 1. p. 3. nu. 15 chart. 97. & fuit resolutum in vna Spoletana, dotis. corã me.
2 Ideoque postea non tenetur ad restitutionem † rei æstimatæ, & in solutum datæ, sed tantum ad pretium. l. quoties. & l. in dotem. C. de iur. dot. & fuit decisum in præd. causa Spoletana, & in causa Interamnensi, fundi dotalis, 20. Febr. 1589. coram Illustriss. D. Platto. Nam
3 æstimatio † facit venditionem, l. plerumque. §. si ante. de iur. dot. Couar. pract. q. c. 28. num. 1. & ideo videndum esset, an hoc casu æstimatio ista faciat venditio-
4 nem. Nam facto † fuit æstimatus census, ad alium effectum, nempe redemptionis ipsius, quam sibi competere voluit D. Agabitus dotans.

Verum etiam hoc casu, quod transijsset dominium, Domini dicebant, dari actionem ad pretium, ad tex. in l. in rebus, & ibi gl. in verb. æstimatio. C. de iur. dot. Ias. in §. actionem. nu. 84. Inst. de action. cum maritus pro dotis restitutione hypothecauerit omnia bona sua, & maxime cum probetur eum decoxisse.

Verum cum hac via agendo eum D. Pacifica non possit consequi fructus, ideo necesse est. videre, an æstimatio fecerit emptionem in casu isto, & ita resolutum.

EIVSDEM.

Eadem, 20. Martt. 1600.

ARGVMENTVM.

Vxori, marito decocto, vtilis rei vindicatio competit, contra bona data in dotem, etsi æstimata, contra tertios possessores, pro dotis suæ recuperatione.

SVMMARIA.

1 *Vxor contra tertium possessorem bonorum in dotem marito decocto datorum, rectè agit.*
2 *Et fructus a die mota litis consequitur.*

DECISIO CCLVIII.

FVit resolutum, D. Pacificæ competere in subsidiũ,
1 vtilem rei vendicationem, contra bona † data in dotem, licet æstimata cõtra tertios possessores, pro recuperatione suæ dotis. Neguf. de pign. 8. part. pr. 1. memb. num. 23. Bald. Nou. de dot. in vers. priuilegia. post solut. matr. priu. 37. par. 8. pr. chart. mihi 169. probata tamen decoctione, & quod non adsint alia bona, l. in rebus. & ibi Bald. num. 18. C. de iur. dot. Rol. cons. 92. num. 22. & seq. lib. 2. Marf. sing. 691. Ias. §. actionũ. num. 84. Inst. de action. Bald. Nou. tract. de dot. par. 7. priuil. 23. Ar. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 15. C. de bon. mater.
2 & in hoc iudicio † veniunt fructus à die motæ litis, & circa ista nulla adest difficultas, sed videndum est, an ista requisita sint probata ad effectum, vt hac via, & hoc remedio succurratur D. Pacificæ: ideo in hac re particulariter erit videndum.

MELLINI.

Romana, Fructuum, 17. April. 1600.

ARGVMENTVM.

Vxori fructus dotis, & donationis propter nuptias, ex bonis mariti, à die petitionis, ab hæredibus debentur.

SVMMARIA.

1 *Dotis à marito ad inopiam vergente, exactio in quem finem fiat.*
2 *Vxori etiam fructus dotis debentur.*
3 *Vidua an fructus dotis percipiat.*
4 *Fructus dotis an actione dotis peti possint. & num. 5.*
6 *Restitutio dotis ob vergentiam ad inopiam, an in promissione comprehendatur, & quid si habita est in omnem & quemcunque casum. & num. 7.*
8 *Vidua soluto matrimonio fructus donationis ob nuptias percipit & cur, num. 9.*

DECISIO CCLIX.

FVit resolutum, deberi D. Fuluiæ ex bonis Honorij fructus suæ dotis, & donationis propter nuptias, à die petitionis. Quantum ad fructus dotis, fundamen-
1 tum Dominorum fuit, quia † exactio dotis in casu vergentiæ ad inopiam, fit ad effectum, vt dos collocetur in tuto, & mulier ex fructibus se ipsum, virum, & liberos sustentare posit, l. si cum dotem. §. si vero. ff. solut. matrim. l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. l. vbi adhuc. C. eod. tenet Bart. in l. constante. num. 88. & 94. ff.
2 solut. matrim. & ideo ei fructus † debentur. d. l. adhuc. Bal. in Auth. ei qui iurat. num. 39. versic. sed mulier. C. de bon. author. iud. poss.

Et licet sit magna controuersia, inter Doctor. an vi-
3 duæ soluto † matrimonio, & sic cessantibus oneribus matrimonij debeantur fructus dotis, tamen ista controuersia cessat, quando matrimonium durat, & concurrunt onera matrimonij, vt bene hos duos casus distinguit Bart. in l. insulam. §. de vsu. num. 3. ff. sol. matrim. & traduot Doctor. in c. salubriter. de vsuc. & est communis opinio, vt per Corn. cons. 164. num. 5. lib. 3. & in isto casu exactionis, ob vergentiam ad inopiam, sunt iura clara, & non reperitur aliquis, qui contradicat.

Non obstat, quod isti fructus debeantur officio Iudicis, & ideo cum condemnatio in sententia sit omissa, non possunt peti in iudicio separato, iuxta l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. quia non est ita clarum, quod isti
4 fructus † possint peti actione de dote, cum augeant dotem. Paul. de Cast. in l. si merito. §. si fundi. ff. sol. matr. Rip. eod. tit. in rub. num. 96. & ibi Ruin. nu. 72. & 77. Bal. Nou. tract. de dot. in 2. part. num. 10. Rimin. sen.
5 consil. 184. num. 56. lib. 1. sed quia opinio † controuersa est, & Rota visa est alias inclinasse in contrariam sententiã, vt per Put. decis. 93. lib. 1. Ideo omisso hoc fundamento fuit per Dominos responsum, quod instrumento continetur promisio restitutionis dotis, in omnem, & quemcunque casum, & quicquid dicendum
6 sit, quando solum † est facta promisio in omnem casum, in quo est discrepantia inter Doctor. An promissio comprehendat restitutionem ob vergentiam, quo-
7 niam est † impropria, vt per Ias. d. l. si constante. num. 192. tamen cessat difficultas, quando promisio est facta in omnem, & quemcunque casum, quia tunc comprehenditur iste casus improprius, Rimin. consil. 600. num. 2. lib. 3. & ideo cum postea in instrumento subnectatur promisio damnorum, & interesse vigore promissionis, licet condemnatio fuerit omissa in sentẽtia. Corn. d. l. terminato. nu. 9. Alex. d. l. si fundum. num. 1. Rim. d. cons. 184. nu. 57. Rol. cons. 61. nu. 7. & 8. lib. 4.

Quan-

Quantum verò ad fructus donationis propter nuptias, licet sint variæ Doctorum sententiæ, An viduæ 8 † soluto matrimonio debeantur isti fructus, & in ista dissensione Dominis magis per viam inclinatis, placebat opinio affirmatiua, quam contraria decis. Affl. 291. & Capic. 65. sequuntur Gramm. decis. 103. num. 98. & 101. Mar. Salm. de pact. consil. 4. num. 28. & late Thes. decis. 45. in qua respondetur rationibus decis. Afflict. & reprobatur consil. Corn. 240. lib. 3. quod allegatur per Informantes, pro Creditoribus, tamen hic versamur 9 extra istam difficultatem, quia † sicut in casu vergentiæ ad inopiam, debentur vxori fructus dotis, vt dictū fuit, ita pariter debentur fructus donationis propter nuptias, vt ex ipsis seipsam, virum & liberos sustentare possit. d. l. vbi adhuc. & ibi bene deducit Bald. sub nu. 54. vers. item ex fruct. ipsius. C. de iur. dot.

Non obstat, quod non est locus restitutioni in bonis Honorij, quia communis opinio est in contrarium, Bart. d. l. si constante. num. 25. Inno. Andr. in Addit. ad Specul. tit. de dote, post diuort. restit. §. vlt. num. 18. in vers. viso. Rip. d. l. si constante. num. 25. Put. decis. 265. lib. 3.

MANTICAE.

Senogalliensis. Dotis. 22. Iun. 1592.

ARGVMENTVM.

Sumptus litis, & alimenta à die decreti Cameralis, vel rescripti, debentur vxori contra tertium possessorem agenti ad restitutionem bonorum pro dote obligatorum.

SVMMARIA.

1 *Alimenta, & sumptus litis vxori contra tertium possessorem bonorum pro dotis restitutione agenti, debentur à tempore obtenti decreti Cameralis, Et cur. num. 2.*
3 *Vxor à marito, eiusve hæredibus ali debet.*
4 *Feudum absque domini consensu etiam pro dote non potest alienari, nec specialiter obligari.*
5 *Feudum in generali obligatione non comprehenditur.*
6 *Filius in bonis paternis habet boni iuris præsumptionem.*

DECISIO CCLX.

CVm die 10. Maij præteriti, fuerint vigore specia-1 lis Commissionis taxata alimenta † & sumptus litis Illustriss. D. Hippolytæ Picæ de Piccolominibus, ad scuta auri mille pro singulis mensibus, fuit quæsitum, An illa debeantur à die decreti Cameralis, vel rescripti, & quod Dominis placuit, ea deberi à die rescripti.

2 Nam cum non constet de bono † iure ipsius, super istis bonis, & obtinuerit speciale rescriptum super istis alimentis, & sumptibus litis, non possunt eis deberi, nisi à die rescripti.

Neque enim vxor agit cōtra maritum, vel eius hæ-3 redes, à quibus † ali debet, Affl. decis. 10. etiam si dotē non dederit, Paul. de Castr. consil. 147. num. 2. lib. 3. sed agit cōtra tertium possessorem sub eo prætextu, quod hæc bona sint pro restitutione dotis obligata, & cum sint feudalia, non videtur in eis habere præsumptionē 4 boni iuris, quia regulariter feudum, † sine consensu Domini nō potest, etiam pro dote alienari, nec specialiter obligari, c. 1. §. donare. qual. ol. feud. alien. pot. c. 1. in pr. & ibi Bald. num. 6. de proh. feud. alien. per Fed. 5 Et idem in generali † alienatione nō comprehenditur, Alex. consil. 1. num. 1. lib. 4. Dec. consil. 521. in fin. Paris. consil. 98. num. 3. & 4. lib. 2.

Vnde non obstat l. si constituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. test. & Caputaq. decis. 18. & 20. lib. 1. quia loquuntur de filio, qui petit alimenta, & sumptus litis 6 de bonis paternis, in quibus habet boni iuris † præsumptionem. l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. test. l. scripto. in fin. ff. vnde liber.

Neque etiam obstat, quod scribit Paul. de Castr. in l. diuortio. num. 6. ff. solut. matr. quia loquitur de vxore, quæ petit alimenta ab hæredibus viri, & in casu proposito vxor petit alimenta à tertio possessore, & singulari successore. Bursat. consil. 56. cnl. 2. tenet contrarium prius esse faciendam excussionem contra virum, qui cum fuerit feudum per feloniam mariti ad sedem Apostolicam deuolutum, de eo fuit inuestitus, & ideo cum ex rescripto debeantur, à die præsentati rescripti, præstari debent.

BVBALI.

Firmana, Lucri dotis, ex statuto terræ Ciuitatis Nouæ, Vener. 30. Martij 1601.

ARGVMENTVM.

Stante statuto, quod vir lucretur tertiam partem dotis, vxore absque liberis annum 14. non attingentibus, decedente, an maritus decedente post matrem filio, antequam annum prædictum non attingat, duas dotis partis hæredibus dotantis teneatur restituere.

SVMMARIA.

1 *Statutum non visum, nec approbatum à Papa, non est attendendum.*
2 *Pars vna alternatiua aliam declarat.*

DECISIO CCLXI.

PRæsupposito statuto Ciuitatis Nouæ, cuius verba sunt hæc, Muliere prædecedente ante mortem mariti, sine filijs, vel cum liberis ex eodem matrimonio natis, non superuenientibus ad ætatem 14. annorum, maritus lucretur tertiam partem dotis, reliquæ verò duæ partes præfatæ dotis dentur, & restituantur illi, vel illis, quibus de iure restitutio dotis fieri debet: Dubitaui, An Carolus maritus Europæ prædefunctæ cum filijs, qui postea prædecesserit, antequam perueniret ad 14. annum, teneatur restituere duas tertias partes dotis Iuliano hæredi dotantis, iuxta formam dicti statuti, in quo dubio licet partes non conuenirent, infirmando, pars enim Caroli contendebat, statutum præfatum non esse attendendum, quia non constat, quod 1 fuerit visum † vel confirmatum à Papa, seu Rectore prouinciæ, prout requiritur iuxta formam Constitutionis Marchiæ, lib. 2. c. 36. quo casu non potuit ligare, & obligare Carolum, ad restitutionem dict. dotis, vt per Corn. consil. 148. nu. 9. lib. 3. Peregr. decis. 196. lib. 3. Pars Iuliani præsupponebat validitatem statuti, & informabat super eo, An statutum haberet locum in casu isto, in quo filius decessit post obitum matris ante 14. annum, Dominis tamen videbatur verba statuti esse ita clara, vt comprehendant etiam casum, de quo agitur, & consequenter Carolum teneri ad restituendum duas tertias partes dictæ dotis, quia cum statutum æquiparet hos duos casus, quando mulier decedit sine filijs, vel cum filijs non peruenientibus ad ætatem 14. annorum, quemadmodum in primo casu, nulla est difficultas, quod maritus tenetur restituere duas tertias partes dotis patri, vel eius hæredibus, l. dos à patre. C. solut. matrim. ita in hoc secundo casu videtur clarum, quod si filius non peruenit ad ætatem 14. annorum, maritus similiter ad restitutionem dotis teneatur, vt fere in terminis consuluit Bald. consil. 89. ver-2 ba instrumenti. lib. 7. vna enim † pars alternatiuę declarat aliam l. 1. de rebus dub. præsertim quando vnico contextu verborum repetitur concepta, vt per Cephal. qui alios allegat. consil. 450. num. 30. & 31. lib. 3. Placebant etiam alia fundamenta D. Bisciæ, cum quibus Domini transierunt, cum præsupposito, quod statutum sit validum, & confirmatum ab habente authoritatem confirmandi, & quia fuit producta quædam fides confirmationis horum statutorum, Leonis X. fel. record. fuit dictum, quod producatur in forma probāte, & doceatur quod huiusmodi statutum fuit editum ante dictam confirmationem.

SERA-

SERAPHINI.
Portuensis, Bonorum, Sabbathi, 23. Ian. 1580.

ARGVMENTVM.

Dos relicta nepti ab auo, an in legitimam imputetur.

SVMMARIA.

1 *Dos ab auo relicta nepti, contemplatione filij relicta censetur.*
2 *Et in legitimam imputatur.*
3 *Fallit.*
4 *Dotem relictam fuisse contemplatione neptum, non filij, etiam coniecturis probari potest.*
5 *Dispositio per paciscentes facta secundum ius commune regulatur.*
6 *Authent. res quæ. C. comm. de leg. quando locum habeat, & num. 7.*
8 *Testatoris voluntas ex coniecturis etiam colligitur.*
9 *Dos quando contemplatione neptis relicta censeatur.*
10 *Dos vltra legitimam an debeatur.*

DECISIO CCLXII.

FVit dubitatum, An dotes Illustrissim. filiarum bon. memor. Sciarræ, debeant detrahi de legitima, ita vt ad illas nõ teneatur Illustrissimos Dominus Iulius, nisi quatenus legitima non sufficiat. Et pro parte affirmatiua, deducebatur duo principaliter. Primum vulgata, & communis Doctorum conclusio, quod dos 1 † relicta ab auo nepti censetur relicta contemplatione filij, non autem neptis. Cyn. in l. scimus. in 5. q. C. de inoff. testam. Angel. in l. Io quartam. & ibi Ripa. num. 202. ad leg. Falcid. & idem Ang. cons. 780. Alex. consil. 31. num. 4. lib. 4. & ibi addit. cum alijs congestis per Gabr. in comm. concl. tit. de ior. dot. concl. 5. & ideo 2 dicunt prædicti Doctor. eam † imputari filio in legitimam, & nepti etiam petenti legitimam in bonis auitis ex persona patris.

Huic fundamento plures per Dominos econtratio informantes daotor responsiones, inter quas placuit, 3 quod præfata conclusio † non procedit, vbi apparet, neptes non fuisse dotatas contemplatione filij. Bart. in l. dotem. de coll. bon. Ang. & alij in dict. l. in quartam. Alexand. in dict. consil. 31. num. 5. in 4. Socin. consil. 35. num. 16. in 3. Gabriel. in dict. conclus. 5. nu. 7. cum alijs 4 adductis. Hic autem adsunt plures † coniecturæ concludentissimæ, ex quibus constat dotis huiusmodi non propter filios, sed propter neptes, & proneptes & deinceps ratione exclusionis ab istis bonis relictas fuisse, quas, quia bene deducunt Informantes, hic non repeto.

Alia ratione mouebantur Informantes pro D. Iu-5 lio, nempe, quod dispositio † huiusmodi facta per paciscentes, debet recipere interpretationem à dispositione iuris communis, & ideo quemadmodum dispo-6 sitio Auth. res quæ. C. comm. de leg. locum habet tantum in subsidium, quoniam non adessent alia bona, ita intelligetur onus dotandi, fideicommisso adiecto, vt 7 tunc demum locum habeat, si cõmode † aliunde dotari non possent, iuxta tradita per Castr. consil. 64. no. 4. lib. 2. Rubal. consil. 124. Ceph. consil. 105. nu. 13. Marzar. cons. 1. fol. 15. & 16. in pri. q. 48. hanc sententiam 8 comprobant † coniecturæ, voluerunt enim paciscentes, bona conseruari in familia, vt dicitur in proœmio fideicommissi, quę voluntas facile eluderetur, si permitteretur huiusmodi detractio dotium, & legitimæ, & maxime procedente tempore, à feminis dotantibus hæc bona exhaurirentur, propterea voluerunt, quod nihil præter dotes ex dict. bonis habere possent, ex quo videtur, quod in necessarium antecedens noluerint eas habere legitimam, & dotes, alioquin ex dict. bonis haberent aliquid præter dict. dotes. Nec placebat responsio Menoch. consil. 88. num. 53. quia non habemus expressam voluntatem, quod bona conseruarentur, & ita respondere possumus adductis à Cephal. consil. 257. num. 22. quia ratio per eum allegata, 9 quod dos sit relicta † contemplatione neptis, non autem filij, non est concludens, cum hæc contemplatio recipiat hanc limitationem à Iuris dispositione, vt ea tunc demum locum habeat, quando aliunde dotari non potest. Nec præterea est inutilis hæc paciscentium prouisio, quia saltem tollit difficultatem, an Authentic. res quæ. habeat locum in omnibus descendentibus, conceptis post obitum disponentis, de qua alias actum fuit in vna Romana, dotis, coram Reuerend. Domino Decano, & ex his, quæ in hoc fundamento deducuntur, fuit conclusum, dotes non deberi vltra legitimam, si ex legitima possunt haberi sufficientes, iuxta dignitatem familiæ, & temporum qualitatem.

GYPSII.
Romana, Augmentis dotis, Lun. 20. Nou. 1589.

ARGVMENTVM.

Numeratio dotis integra quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Confessio dotis receptæ facta per maritum, constante matrimonio, precedente instrumento promissionis, dotem fuisse solutam, probat: si maxime tempus etiam opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ sit elapsum, & num. 3.*
2 *Confessio adminiculata in totum vera præsumitur.*
4 *Confessio receptæ dotis facta à marito constante matrimonio, non solum hæredibus, sed etiam, tertio possessori praeiudicat.*

DECISIO CCLXIII.

DVbitaoi, An Benedictus & litis consortes possint audiri super prætensa non solutione integræ dotis, & sic an constaret de illios integra satisfactione.

Domioi omissa disputatione primæ partis dubij, tanquam non necessaria, concluserunt, constare de satisfactione integræ dotis, nam confessio dotis receptæ 1 facta per † maritum constante matrimonio præcedente instrumento promissionis probat veram numerationem, Afflict. decis. 402. num. 3. Aym. consil. 40. Pa-2 leott. decis. 191. Cott. 113. & seq. maxime, quia est † adminiculata, nam constat de solutione maioris partis dotis, quo casu huiusmodi confessio in torum præsumitur vera, gloss. & Dd. in l. 1. C. de oõ nom. pec. Aym. de antiq. temp. p. 1. num. 253. & sunt lapsa tempora ad 3 opponendam † exceptionem non numeratæ pecuniæ, & maritus sustinuit onera matrimonij, quo fit vt talis 4 confessio non solum præiudicet hæredibus † mariti, sed etiam tertio possidenti, Bal. in l. vnica. C. de prio. dot. Aret. de comm. consil. 86. Caputaq. decis. 196. par. 1. & fuit dictum de anno præterito in vna Bononiensi, de Formicarijs, 30. Ian. coram Reuerend. patre Dom. Pamphilio.

ORTEMBERGII.
Romana, Dotis, Mercur. 19. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Statutum generaliter loquens causam dotis non comprehendit, si in certo casu dos reperitur specialiter priuilegiata.

SVMMARIA.

1 *Statutum generaliter loquendo causam dotis comprehendit.*
2 *Nisi specialiter dos in certo casu reperiatur priuilegiata.*
3 *Mulier pro dote se obligare potest, & num. 4.*
5 *Et quid in hoc casu ex stylo Rota.*
6 *Causa dotis in muliere paupere, dicitur causa pia.*
7 *Et in ea solennitates statutariæ cessant.*

DECISIO CCLXIV.

1 VAlde controuersum est, An statutum † generaliter loquens indistincte, comprehendat causam dotis, vt est videre in cons. Hier. Gabr. 50. nu. 4. & seq. vol. 2.

vol. 2. & contr. cons. Menoch. 245. num. 6. vers. 3. qui plures partes cumulant. Verum plerique omnes in eo conueniunt, huiusmodi causam non comprehendi statuto, quamuis generaliter, siue vniuersaliter loquendo, quando † (2) in certo casu reperitur specialiter priuilegiata, eamque opinionẽ semper Rota amplexa fuit, in terminis statuti Vrbis, cap. 151. lib. 1. quod nõ comprehendat mulieres pro dotibus se obligantes vt coram Put. decis. 100. lib. 3. Caputaq. decis. 3. & 119. nu. 3. par. 3. coram Illustriss. Blanchetto in Romana executionis, 27. Martij 1588. & nouissime in Romana, societatis officij, 4. Febr. huius anni, coram Reuer. patre D. Pennia, & alias sæpe, idemque secundum dictum Saly. in l. fin. nu. 3. in 4. not. C. de iur. dot.

Et quidem in proposito casu reperitur dos priuilegiata specialiter, vt mulier possit † (3) pro dote se obligare, l. si dotare. & l. fin. C. ad S C. Vell. per tot. ff. de iur. dot.

Non obstat, quod prætendebatur dict. decisiones procedere in † (4) obligatione necessaria dotandi, quia contrarium patet ex dictorum decisionum lectione, & ratione, in qua fundantur, quæ est, quod isto casu dos reperitur specialiter priuilegiata, vt mulier possit pro dote sua se obligare. d. l. fin. in verb. pro qualibet muliere, cum qua licitum est matrimonium contrahere, quæ verba non sunt restricta tantum ad eas, quæ necessario dotantur, sed omnes generaliter comprehenduntur.

Non obstat decisio Reu. patris D. Lancellotti, in Anconitana dotis, 27. Nou. 1598. in qua fuit dictum, id procedere, in eo, † (5) qui tenetur dotare respectu cuius necessaria reputatur obligatio, quia quicquid sit in minore, de quo ibi agebatur, quod tamen nec ibi principaliter fuit decisum, sed tantum alias motum, cum versemur in muliere maiore, extra controuersiam est, dotem in hoc casu specialiter esse priuilegiatam, & per consequens statuto Vrbis non comprehendi, prout fuit dictum in Senogalliensi, dotis, coram eodem Reuer. patre D. Lancellotto, Merc. 16. Maij 1599.

Considerarunt etiam Domini, quod ista dos fuit promissa mulieri pauperi, quæ non poterat congrue dotari de bonis proprijs, quę est † (6) causa vere pia. Alex. in l. si constante. num. 18. ff. solut. matrim. Bald. Nou. de dot. par. 5. num. 4. Natt. cons. 410. num. 13. vol. 2. in † (7) qua non requiruntur solennitates statutariæ, vt fuit dictum in Tholentina, pecuniaria, 26. Ian. 1590. coram Reuer. Perusino.

Ex quibus conclusum fuit, cum dubium hoc à me extra Rotam propositum esset, promissionem dotis factam à Cornelia de Soccis, ad fauorem Michaelis & Claræ de Bellonis, esse validam.

LVDOVISII.

Calliensis, Fructuum. Ven. 28. Febr. 1603.

ARGVMENTVM.

Confessio aduersarij iudicialiter facta contra eundem probat, & ob eam fructus, de quibus controuertitur, agens consequitur.

SVMMARIA.

1 *Confessio aduersarij contra eundem probat.*
2 *Medietas fructuum percipienda, sub verbis perceptione omnium fructuum comprehenditur.*
3 *Fructus iure familiaritatis percepisse quis non dicitur, stante conuentione partium, & beneplacito Apostolico. & num. 4.*

DECISIO CCLXV.

FVit resolutum, informante tantum Horatio, dandum esse illi mandatum de manutenendo, in perceptione medietatis fructuum, de quibus agitur, cum de quasi possessione constet † (1) ex confessione aduersarij facta respondendo positionibus Horatij, quæ contra ipsum plene probat. l. procuratore. & ibi notat. ff. de interr. act. Abb. in c. quamuis. nu. 4. de re iudi. Aym. consil. 217. num. 9.

Non obstat, quod in responsione fateatur de integris fructibus, quia in perceptione † (2) omnium fructuũ includitur perceptio medietatis. l. diem proferre, §. si plures. in vers. inde quæram. ff. de arbit. l. 1. cod. tit. li. 6. & pars illa confessionis, quæ non annullat & perimit ipsam confessionem fructuum, in positionibus reijci potest, ita vt alia remaneat, vt fuit dictum in vna Romana hæreditatis, seu census, 8. Iun. 1588 coram Illustrissimo Platto, & stante conuentione † (3) inter partes inita, & beneplacito Apostolico munita, non potest præsumi, quod Horatius vti pater, perceperit fructus iure familiaritatis, Ang. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Imol. Rom. & alij in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. Socin. consil. 131. sub num. 4. lib. 1. Curt. iun. 168. num. 34. Natt. consil. 102. num. 14. etiam si titulus esset nullus. Curt. iun. vbi supr. Cephal. consil. 4. num. 39. in fin. & præsumitur percipere hos † (4) fructus ex titulo præambulo d. conuentionis. l. 1. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 2. vbi glo. C. de acquir. poss. late Alciat. de præsumpt. num. 5. & fuit decisum in vna Bononiensi terrarum, 29. Maij 1579. coram Cantuccio, & sic etiam cessat, quod respondentes dicuntur tacuisse propter reuerentiam, quia cum præsumptio sit, quod potius ex iure proprio, quam ex promissione fuerint percepti, & potius ex causa necessaria, quam voluntaria, Bart. in l. 2. nu. 3. ff. de cond. & demonstr. Aym. consil. 108. nu. 8. & 149. num. 12. & propterea cum Confessio aduersarij habeat in hoc contra se præsumptionem, potest hac qualitate reiecta acceptari. Bart. in l. Aurelius. §. item quærit. ff. de liber. leg. Matth. notab. 37. num. 8. Purpur. consil. 242. num. 6. Aym. consil. 150. num. 5. & fuit decisum in illa Romana, hæreditatis, coram Illustriss. D. Platto.

Die 26. April. 1603. fuit denuo proposita ad instantiam Petri, & Domini steterunt in decisis.

SERAPHINI.

Fauentina, Matrimonij, Vener. 1. Febr. 1585.

ARGVMENTVM.

Vitio frigiditatis & impotentiæ non probato, & altero coniuge negante, dispositio c. laudabilem, & c. fin. de frig. & malef. obseruanda est. Vbi quæritur etiam, frigiditas & maleficium quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Dispositio c. laudabilem, & cap. fin. de frig. & malef. obseruanda in causa impotentiæ alterius ex coniugibus. & num. 2.*
3 *Frigiditas etiam ante matrimonium adfuisse, per testes recte probatur.*
4 *Et per obstetricum inspectionem attestantium vxorem non esse corruptam.*
5 *Dispositio prædictorum Capitulorum de frig. & malef. quando intret.*
6 *Ratio.*
7 *Impedimentum in viro non esse visibile, per Medicos recte probatur.*
8 *Et quando per alias probationes dicatur posse probari. & num. 9.*
10 *Obstetricum relatio mulierem non esse corruptam, matrimonium non rumpit.*

DECISIO CCLXVI.

FVit dubitatum, An sententia in partibus lata sit confirmanda, vel infirmanda, & difficultatẽ contra sententiam faciebat, quod non fuit seruata forma c. laudabilem. & † (1) c. fin. de frig. & malef. in quibus disponitur, vt coniuges habitent per triennium, iniuncta prius per Ecclesiam salutari pœnitentia; E contrario tamen prætendebatur, hoc non † (2) fuisse introductum de forma, quando per aliud genus probationis constat de frigiditate, vt videtur probari in dict. cap.

lauda-

laudabilem. & ibi gloss. & Inn. in princ. Anchar. in c. collect. io cap. 1. in princip. eodem tit. & ibi. Card. & Abb. Specul. eodem tit. §. 1. nu. 4. & ib. Ioan. Andr. in Addit. Angel. Clau. in verbo matrimonium imped. 16. num. 19.

Sed per testes huiusmodi frigiditas probari dicebatur, non solum de tempore matrimonij, sed etiam ante † matrimonium, quæ probatio io hac materia admittitur, vt per Car. & alios. d. cap. 1. & ex eo tempus triennij, quod datur ad cognoscendum, An frigiditas sit perpetua, satis ex eorundem testium depositione colligi, & hanc probationem adiuuari ex obstetricum inspectione † deponentium Do. Victoriam non fuisse defloratam, cum tamen vir affirmet, se eam cognouisse, & in hoc reperiatur mendax, ad Anch. d. c. 1. nu. 4. ad fin, & ideo bene fuisse sententiatum super separatione per Ordinarium Faventinum.

His tamen non obstantibus, Do. vnanimiter censuerunt, sententiam esse reuocandam, & præcipuum fundamentum huius opinionis fuit, quod quando vitium frigiditatis, & impotentiæ non est visibile, ita vt sensu oculorum percipi possit, & negatur † per alterum ex coniugibus impotentia, bene dispositio c. laudabilem. & c. fin. est de solennitate † probatoria, eamque obseruari est necesse, cum fieri possit, vt tale impedimentum non sit naturale, sed temporale proueniens ex aliquo maleficio, & sperari possit, quod acta pœnitentia Deus misertus coniugum, tale impedimentum sit sublaturus.

7 Quod autem impedimentum non sit † visibile, constat ex relatione Medicorum, vnde hoc casu statuendus erat terminus ab Ecclesia præfinitus, vt tradit D. Thom. in summ. p. 3. quæst. 58. art. 1. Syluestrina, in verb. matrimonium. 15. num. 3. Summ. Confess. lib. 4. tit. 6. q. 16. Tabiena, in verb. impedimento, nu. 2. Goffr. tit. de frig. & malef. num. 16. Ioan. Andr. tit. de consang. & affin. num. 83. Turrecrem. 33. q. 1. c. 1. nu. 1. & 9. Anchar. d. c. laudabilem. num. 7. & ibi Abb. nu. 5. & fere omnes alij.

Non obstant deducta io contrarium, & primo ad authoritates allegatas, quod possit probari frigiditas, 8 per aliud † genus probationis, id verum est, quoties vitium est tale, quod per visionem detegi potest, vel 9 quoties coniuges † fatentur impotentiam, accedente septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, dict. cap. laudabilem. Habent enim Canones has probationes pro concludentibus, sed vbi vitium non est visibile, & maritus negat impedimentum, tunc seruanda est forma supradicta c. laudabilem. & c. fin. & ideo non sunt attendendi testes, cum ex eorum dictis non probetur naturalis perpetua frigiditas, & impotentia, maxime cum econtrario adsint aliæ probationes per testes, quorum tamen in præsentia nulla fuit habita ratio.

10 Non obstat, quod † obstetrices dicant, eam nõ fuisse cognitam, quia & huiusmodi probatio adhuc est in incerto, neque accessit septima manus, sed datur, etiã, quod probaretur concludenter, non ideo ob mendacium dirimẽdum est matrimonium, licet de fide coniugis multum detrahatur ex hac causa. Nam in hac materia asseueratio coniugum non est vera probatio, vt tradit Abb. d. c. laudabilem. nu. 5.

Quare ex his conclusum, quod cum agatur de periculo animæ, & sacramenti direptione, neque vitium de recta probatione, & concludenti probari possit, seruandam fuisse temporis ab Ecclesia statuti præfixionem, ex hac ratione sententiam Ordinarij esse reuocandam.

L I T T Æ.

Romana, Fructuum dotis, de Palluzillis, Vener. 28. Iun. 1602.

A R G V M E N T V M.

An tempore cohabitationis vxoris cum fratribus suis fructus dotis, & qui ad quamque summam debeantur.

S V M M A R I A.

1 *Vxor à marito ali præsumitur.*
2 *Maritus vxorem alere tenetur.*
3 *Maritus absens constituendo generalem exactorem suorum reddituum, ex ijs vxorem alere censetur.*
4 *Fructus dotis viuente marito non debentur.*
5 *Fundamentum intentionis suæ quis concludenter debet probare.*
6 *Maxime si actor intentionem suam fundauit.*

D E C I S I O CCLXVII.

Dubio proposito: An tempore cohabitationis Lucretiæ, cum fratribus suis, debeantur fructus dotis, & ad quam summam, Domini consideratis hinc inde deductis per Informantes, ad plura esse aduertenda censuerunt.

Et primo ad tempus, quo Lucretia & maritus suus cum d. fratribus cohabitarunt, si tamen pro aliquo tẽpore cohabitauerunt, & † pro hoc tempore dixerunt 1 eam præsumi debere alimentatam sumptibus, & ex2 pensis mariti sui, ad quem de iure † spectat tale onus, per text. in l. fin. vbi Bart. & Bal. hoc not. C. de aliment. pup. præst. Bene Natt. cons. 547. num. 13. & 29.

Secundò quo ad tempus, quod dict. Lucretia cum dictis fratribus suis habitauit, marito illius absente ab vrbe, constituto tamen per eum Alexandro fratre D. Lucretiæ procuratore suo, suorumque reddituum ge3 nerali exactore † vt constare videtur ex summario dictæ Lucretiæ, sub num. 19. & seq. & pro hoc tempore dixerunt eam præsumi debere alimentatam de redditibus dicti mariti sui administratis per Dominum Alexandrum fratrem suum, ratione, de qua supra, & bene ad hoc facere videntur not. per Bar. in l. Nesennius. num. 5. ff. de negot. gest. in l. alimenta circ. fin. Cod. eod. & per Rom. consil. 8. num. 2. in fin. & consil. 255. nu. 2. 4 vers. quo ad secundum. & † productis respectiue temporibus nullos fructus deberi Lucretiæ censuerũt Domini, cum dotis Dominus fuerit ipse maritus, & con5 sequenter † vita illius durante, ad eum spectarunt fructus præfati, ad text. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. & l. dotis fructus. ff. eod.

Tertiò ad tempus, quo Lucretia mortuo marito cũ d. fratribus habitauerit, & circa hoc firmarunt Domini, pro parte non probari, alimenta per eos præstita D. Lucretiæ, & minus per quãtum tempus illa secum habitauit, quod vti fundamentum eorum intentionis, merito ab eis concludenter probare debent, iuribus vulgatis, maxime quia intentio ipsius Lucretiæ respectu fructuum, quantitatis dotis sibi non solutæ, per dictos fratres, à die iudicialis interpellationis, citra, videtur sufficienter fundata in statuto Vrbis, de fructu dotis, pro alimẽtis. c. 137. lib. 1. & indubitati iu6 ris est, quod vbi actor suam † intentionem fundauit, reus quoque tenetur plene, & concludenter probare suam exceptionem, & non præsumptiue tantum, secundum Ægid. decis. 607. Put. decis. 406. lib. 2. late Felyn. in c. in præsentia. num. 12. vbi etiam Dec. num. 48. & seq. de prob. & fuit sæpe tentum in hoc tribunali, in vna Perusina, Bonorum, de Galeza. 15. Dec. 1597. coram Reuerendo patre D. Seraphino.

O R A N I.

Romana, del detto, 12. Nouemb. 1588.

A R G V M E N T V M.

Stante statuto, vt filia dote à patre constituta, sit contenta, & nihil amplius petere possit, an filia, probata læsione, supplementum congruæ dotis petere possit.

SVMMARIA.

1 *Statuto Vrbis lib. 1. c. 140. vt filia vltra dotem assignatam nihil amplius petere possint, cauetur.*
2 *Et tale statutum eas à petitione supplementi legitimæ excludit.*
3 *Verba statuti occasione debiti iure naturæ, & verbum semper explicantur.*
4 *Itidem & ea per quamcunque viam, seu alio modo.*
5 *Testator vltra dotem certam summam filiæ relinquens an prohibere possit, ne quid vltra eam amplius petere possit. & num. 7.*
6 *Prohibitio testatoris, vbi prohibitioni legis accedit, fortior redditur.*
8 *Prouidentia paterna, qua præsumitur pater filiam congruenter dotasse non attenditur, si contrarium appareat & num. 10.*
9 *Veritas præsumptionem vincit.*
10 *Præsumptio tollitur data enormissima læsione:*
11 *Læsione probata, pater præsumitur dolo inductus minus congruam dotem filiæ assignasse.*
12 *Filiæ non raro minor dos assignatur à patre, vt opulentior euadat filius.*
13 *Statutum volens, vt filia dote à patre assignata, sit contenta, intelligendum est dum in eius assignatione cesset dolus.*
14 *Dictio semper, secundum naturam actus, cui adijcitur, restringenda.*
15 *Verba generalia ad habilitatem reducuntur.*
16 *Verba secundum æquum, & bonum sunt intelligenda.*
17 *Et interpretationem legalem recipiunt.*
18 *In tantum, vt ita sint interpretanda, ne à sapiente possint reprehendi.*
19 *Statuto non ita inhærendũ, vt inde absurdum sequatur.*
20 *Laudum vt ad arbitrium boni viri reducatur, à partibus peti potest, si de læsione enormissima constet, licet sub amplissimis cautelis talis reclamatio fuerit prohibita.*

DECISIO CCLXVIII.

DVbitaui, præsuppositis resolutionibus in hac causa factis, An D. Bernardina potuerit ad supplementum congruæ dotis agere, & Angelica illius filia bona assignata pro cõgrua dote retinere, pro parte hospitalis S. Iacobi, incurabilium, de Vrbe. Fundamentum pro parte negatiua resolutionis fiebat in statuto 1 Vrbis, lib. 1. c. 140. in quo disponitur quod † filiæ feminæ dotatæ à patre, vel ab auo, sint contentæ dotibus, quas pater, vel auus dederit.

Igitur cum Ioan. Petrus Bernardinam filiam nuptui traditã dotauerit, iure debuit excludi à portione supplementi congruæ dotis, quoniam statutum iubens filias esse dote à patre data contentas, & prohibendas, ne quid vlterius possint petere, etiam si minor sit legiti- 2 ma, vel † minus cõgrua, excludit filias à petitione supplementi. Bald. in Auth. res quæ. num. 16. & seq. C. comm. de leg. & in l. fin. C. de dot. prom. Rosign. cons. 183. num. 8. lib. 2. Bug. cons. 56. num. 3. & 8. lib. 3. cum alijs allegat. per Perus. decis. 21. num. 94. & Burs. cons. 223. num. 23. lib. 2. maxime, si ponderentur verba sta- 3 tuti, ibi, occasione † debiti iure naturæ, & ibi, sed semper, quod exponitur omni casu, Socin. iun. in l. 1. nu. 7. 4 ff. solut. matrim. & ibi postea, † per quamcunque viam, seu alio modo; Accedit prohibitio testatoris, 5 qui in † testamento, vltra dotem reliquit filiæ 10. scuta, cum prohibitione, ne quid vlterius in sua hæreditate petere posset, quando enim cum prohibitione le- 6 gis † concurrit prohibitio testatoris, efficacior redditur prohibitio, gloss. in c. verum. de cond. app. Ias. cons. 211. nu. 37. lib. 1.

Quibus tamen non obstantibus, Domini cum præsupposito, quod attendi debeat tempus, quo Bernardina secundo dotata fuit, concluserunt, ipsam potuisse agere ad supplementum congruæ dotis, & successiue d. Angelicam bona assignata retinere, nam cum alias fuerit resolutum, Io. Petrum habuisse tantum vnum filium masculinum, & istam Bernardinam filiam, tempore secundarum nuptiarum ipsius Bernardinæ in facultatibus habuisse valorem scutorum 10000. dotem autem partes fateantur fuisse in censu 50. scutis con- 7 stitutam, & 50. similibus pro..... negari † non potest, illam nimis fuisse modicam, ex quo non excedit decimam partem legitimæ, data autem modicitate, & magno excessu, potest supplementum peti, etiam si statutum dicat, quod debeat filia contentari dote sibi data per patrem, & nihil vltra petere possit, Castr. cons. 275. num. 6. lib. 1. vbi consulit contra patrem, qui cum haberet in bonis scut. 10000. filiam in ducentis dotauerat, sequitur Alex. cons. 33. num. 4. lib. 4. Boer. in c. Raynutius. nu. 225. de testibus. Corn. cons. 77. vol. 1. Bart. cõs. 75. num. 11. lib. 3. Ruin. cons. 56. nu. 5. lib. 3. Dec. cons. 181. nu. 1. Curt. iun. cons. 10. in pr. Brun. de statut. excl. dot. 9. art. 1. q. num. 53. Rim. iun. cons. 18. num. 148. & 317. num. 15. Sim. de Pret. cons. 158. num. 58. Menoch. de arbitr. cas. 149. num. 15. & cons. 158. & Gabr. in terminis eiusdem statuti, concl. 3. lib. 2. Bursat. consil. 250. nu. 20. Ceph. cons. 494. num. 18. lib. 3. qui multos alios 8 allegat. Nam cum ratio statuti fundatur in † prouidentia patris, l. ne in ea. ff de adult. quæ facit præsumi filiã fuisse à patre congruenter dotatam, si veritas in contrarium appareat, quod scilicet modica, vel nulla fuerit dos, respectu facultatum, cessat dispositio statuti, & 9 veritas † vincit præsumptionem, l. Diuus. ff. de in integr. rest. l. admonendi. & ibi Doct. de iureiur. & in tantum præsumptio, quę alias pro patre facit, tollitur, da- 10 ta † enormissima læsione, de cõmuni. Ceph. consil. 142. nu. 27. lib. 2. & facit oriri præsumptionem patrem sci- 11 licet dolo † inductum fuisse ad ita modicam dotem filiæ assignandam. Bero. consil. 177. num. 51. lib. 1. Non 12 enim nouum est, quod † parentes filias decipiant, vt opulentiores filios relinquant. l. si superstite. in fi. C. de dolo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. Igitur quando statutum prohibet, ne filia quid possit 13 petere vltra dotem, † & testamentum patris semper sustineatur, nec possit per quamcunque viam, seu alio modo impugnari, intelligitur dummodo in assignatione dotis cessat dolus verus vel præsumptus, qui ex enormissima læsione arguitur, Bart. in l. fin. ff. de præt. 14 stip. Nam aliter dictio *semper*, † non extenditur, sed potius restringitur secũdum naturam actus, cui adijcitur, l. 1. & ibi Doct. ff. solut. matrim. & in l. rebus. §. vlt. ff. de iur. dot. Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glo. 2. 15 num. 10. cum seq. & † verba generalia reducuntur ad habilitatem, late Euerard. in loco de generalitate, & prohibitio testatoris non excludit filiam à petitione eius quod sibi debetur, Dec. consil. 150. num. 2. ver. & licet. & cons. 427. num. 8. Ceph. d. consil. 404. num. 18. 16 Vnde † verba statuti debẽt intelligi secundũ æquum & bonum, etiamsi opus sit illa restringere, vel impropriare, l. scire oportet. § aliud autem. ff. de excus. tut. l. nam absurdum. de bon. lib. Bald. in l. nõ dubium. C. de 17 leg. & quandocunque præcisa recipiunt † interpretationem legalem, Bart. Bald. Castr. & Ias. in l. stipulatus sum damna. ff. de verb. oblig. ita quod in ijs interpretandis præcipue hoc attendatur, ne possent à sapienti- 18 bus † reprehendi. l. saluus. ff. de leg. præst. Soc. cõs. 86. vers. sexto moueor. lib. 1. quod si ad corticem verborũ 19 statuto esset inhærendum, † absurdum sequeretur, videlicet, quod filiæ etiam in minimo dotatæ non possent de iniquitate & fraude patris cõqueri, dum à petitione congruæ dotis excluderentur, denegatur igitur filiæ actio ad supplementum, si dotis constitutio facta à patre non continebit excessum, & enormissimam læsionem quod equidem non debet videri nouum, quia etiam in compromissis, etiamsi apponatur 20 pœna arctissima, & conuenientissima verba, † per quæ appa, et,

apparet, partes ab illa reclamati prohibere, nihilominus si de enormissima læsione constet, non obstantibus clausulis, in amplissima forma positis, potest per partes peti, quod laudum ad arbitrium boni viri reducatur, Bald. in l. cum antea, col. 3. de arb. Dec. cons. 39. num. 8. cum simil.

Et ex his Domini recesserunt à resolutionibus factis coram Domino de Grassis, & itidem coram bonæ memoriæ Lauretano.

LVDOVISII.

Romana, Dotis. seu Pecuniaria, Lun. 17. Iun. 1602.

ARGVMENTVM.

Confessio receptæ dotis, facta constante matrimonio, concurrentibus etiam alijs adminiculis, contra confitentem probat.

SVMMARIA.

1 *Maritus confessione propria emanata tempore constantis matrimonij, sibi non præiudicat.*
2 *Fallit.*
3 *Confessio inter personas prohibitas emanata, concurrentibus alijs adminiculis probat.*
4 *Matrimonium sine dote regulariter non contrahitur.*
5 *Maritus ex præstatione alimentorum dotem ab vxore recepisse præsumitur.*
6 *Promissio dotis soluenda solutionem eius præsumi facit.*
7 *Solutiones aliquarum partitarum in confessionibus enunciatarum, dotem fuisse solutam arguunt, licet causam dotis non exprimant.*
8 *Scriptura vna in parte probata, tota vera præsumitur.*
11 *Conuentio prior per posteriorem tollitur.*
12 *Suspicio fraudis in confessione adminiculata alijs præsumptionibus non habet locum.*

DECISIO CCLXIX.

Conclusum fuit, confessiones receptarum pecuniarum, ex causa dotis factas ab Alexandro Pagnetta, probare veram numerationem, ad fauorē Prudentiæ vxoris, non solum contra ipsum Alexandrum, 1 sed etiam cōtra tertios, quia licet alias † confessio mariti stante matrimonio non præiudicet, gl. in l. assiduis. 2 C. qui pot. in pignor. hab. illud tamen hic non † procedit; quando pro ea non concurrunt coniecturæ, & adminicula, Bal. in l. 1. sub nu. 4. ver. vnde quæritur. C. de priu. dot. Soc. cons. 122. post nu. 7. lib. 3. Dec. consil. 536. post nu. 18. Putp. cons. 461. nu. 11. Curt. sen. cōs. 70. nu. 4. Aym. cons. 40. nu. 4. Ber. cons. 60. nu. 43. lib. 2. Mohed. dec. 1. nu. 2. de conf. & est generale, quod confes- 3 sio inter personas prohibitas † probet concurrentibus coniecturis, vti late per Alex. cons. 18. num. 2. lib. 3. Hic autem plures concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines, vltra enim illam generalem præsumptionē, quæ 4 ex eo oritur, quod regulariter † matrimonia sine dote non contrahuntur, Putp. cons. 461 nu. 10. Soc. consil. 8. nu. 17. lib. 2. Aym. cons. 49. num. 1. in fin. quam non neglexit Rota in vna Vrbeuetana, legati, coram Cantuccio, die 13. Octob. 1581. & vltra etiam exhibitionē ali- 5 mentorum, quæ pro coniectura † huiusmodi confessiones adducitur, Bald. in d. l. 1. sub nu. 4. Aret. in §. fuerat, sub nu. 4. Inst. de act. Soc. cons. 82. nu. 3. Purp. d. cōs. 461. nu. 2. Dec. cons. 563. post num. 20. & fuit habita in consideratione, à Rota, in d. Vrbeuet. concurrit etiam potissimū adminiculum in hac materia, videlicet pro- 6 missio dotis † præcedens, l. in contractibus, §. sed quoniam. vbi Cyn. in 2. q. & alij. C. de non oum. pec. Ioan. And. in Addit. ad Spec. in tit. de don. int. vir. & vx. cir. fin. ver. hoc verum. Pau. de Cast. in l. 2. sub nu. 8. versic. quartus est. ff. sol. matr. Aret. in d. §. fuerat, nu. 36. ver. nec etiā obstat opinio cōmunis. Rō. cons. 445. n. 5. ver. vnde si confitetur, Ruin. cons. 83. nu. 4. lib. 2. Guid. Pap. cons. 204. nu. 2. Rub. cons. 78. nu. 20. ver. tertio respondeo. Affl. decis. 402. nu. 9. ver. sed in contrarium. Aym. cons. 40. post nu. 2. Alc. cons. 232. nu. 2. Accedit etiā alia vrgens coniectura, quia probatur solutio aliquarū par- 7 titarum † in confessionibus enunciatarum, Dec. d. cōs. 563. num. 10. Soc. d. consil. 82. num. 2. in fin. Aym. consil. 158. num. 6. in fin. Natt. consil. 547. num. 26. quando e- 8 nim scriptura † in parte probatur vera, in totum vera præsumitur. Paul. de Castr. cons. 301. sub num. 4. p. pr. Paris. cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1. nec releuat, quod ali- 9 quæ solutiones non exprimant † causam dotis, quia sufficit, quod aliam non exprimant ad hoc, vt censeantur factæ in causam dotis debitæ, l. si cum dotem, §. si pater. ff. sol. matr.... de stat. fem. exclus. art. 6. num. 243. 10 præsertim † cum de alia causa non appareat, Aym. consil. 158. num. 13.

Non obstat, quod dos fuerit solui promissa in tot societatibus, quia vltra quod non apparet, quod ali- 11 quæ societates eo tempore factæ repetirentur, † hoc non tollit, quod de consensu partium non potuerit solutio fieri, prout facta fuit in pecunia.

12 Coniecturæ, quę pro † suspicione fraudis ex aduerso deducuntur, possent haberi in consideratione quando essemus in nuda dotis confessione, non autem in confessione ita adminiculata, & verificata, præsumptiones enim, quæ sunt pro veritate ipsius confessionis, absorbent, & eludunt eas, quæ pro suspicione possent considerari.

BLANCHETTI.

Camarinensis, Dotis, 12. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Filij ad collationem dotis maternæ tenentur.

SVMMARIA.

1 *Filij ad materna dotis collationem sunt obligati.*
2 *Et hoc ius etiam ad hæredes transit.*
3 *Et licet filia sit hæres cum beneficio Inuentarij.*
4 *Beneficium legis, & inuentarij, a damno præseruat.*
5 *Restitutus ex vno capite, in alio commodum non sentit.*

DECISIO CCLXX.

Resolutum fuit, filios Lauiniæ teneri ad collatio- 1 nem dotis † maternæ, ex clara dispositione tex. in l. nuæ dotem. C. de collat. Auth. in testamento. cod. tit. 2 Et hoc ius transit † etiam in hæredem, l. si maritus. vbi Dd. d. tit. & fuit resolutum, coram bon. mem. D. de Bu- 3 balis, idque procedit etiam si filia sit hæres cum † beneficio legis & Inuentarij. Hoc enim beneficium tan- 4 tum præseruat à damno, † ne hæres vltra vires hæreditatis teneatur, & propriè non cōfundantur actiones. l. fin. §. præfatam. C. de iur. delib. non autem aliquod lucrum defert, aut ius tribuit hæredi consequendi in bonis defuncti plus, quàm de iure cōmuni sibi liceat. Bart. in l. cum emptor. in fin. & ibi Alex. ff. ad leg. Falc. Bal. in l. vlt. §. in computatione. num. 11. Paul. de Castr. nu. 9. & Ias. nu. 8. C. de iur. delib. Et fuit resolutum coram Reuerendo patre D. meo Mantica in vna Ciuitatis Castelli Census 10. Maij. proxime præteriti. Et ideo non possunt hęredes Lauiniæ iuuari restitutione in integrum sibi concessa, quia cum sit diuersa restitutio in integrum, aduersus aditam hæreditatem, à restitutione aduersus confectionem inuentarij, ex traditis pec Sfortiam Odd. de restit. in integr. quæst. 62. artic. 2. & quæst. 89. art. 7. cum ipsi sint restituti ad confectionem inuentarij, vt in registro, fol. 287. & sequent. sufficit, 5 † quod damnum aliquod non patiantur, non autem vt aliquid plus lucrentur.

Non obstat repudiatio hæreditatis, quia cum restitutio fuerit concessa aduersus aditionem, & ipsi post dictam restitutionem confecerint inuentarium, non possunt desinere esse hæredes, l. & si sine. ff. de minor.

Non obstat quod Elisabetta alienauerit aliqua bona, quia huiusmodi alienatio non excludit collationem, sed de bonis alienatis habenda erat ratio, tam respectu valoris, quàm causæ, ob quam fuerunt alienata.

L I T T Æ.

Romana, Transactionis, 17. Iun. 1601.

A R G V M E N T V M.

Transactio altera parte contraueniente, corruit.

S V M M A R I A.

1 *Transactioni semel inita standum.*
2 *Consequens qui vult, etiam omne antecedens velle præsumitur.*
3 *Exceptio non adimplementi contra eum, qui transactionis vincula rupit, opponi potest.*
4 *Et dicitur exceptio litis finita.*
5 *Eius tanta vis est in contractu vltro citroque obligatorio, vt replicatione reus conuentus non liberetur.*

D E C I S I O CCLXXI.

NOn acquiescente D. Mataldo decisioni factæ 11. Ian. proxime præteriti, iterum causam proposui, super iisdem, & Domini vtraque parte informante, steterunt in resolutis, rationibus de quibus in ea.

Neque obstare dixerunt, quod Marcellus non reproduxerit citationem, ad sententiam, sed fiscus, quia vnum est, quod ipse eam, & sententiam in executione illius per locum tenentem Gubernatoris Vrbis in causa criminali ratificauit, & approbanit, tum soluendo notulam pro sua parte, vt ex fide d. solutionis constat, tum denique executionem illius petendo, pro suo iure, ac interesse, ad text. in l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. cum vulg.

Nec facit, quod solum institerit pro consequendo 1 suo interesse ciuili, quia cum attenta † transactione deberet desistere à criminalitate, non potuit prætextu sui interesse ciuilis fisco adhærere, tum quia illi adhærendo se facit cum eo partem formaliter in dicto iudicio, Rot. 52. de appellat. in nou. tum etiam, quia in omni 2 materia, qui consequens † vult, & omne necessarium antecedens ad illud velle dicitur, l. nec is. §. 1. & l. illud. ff. de acquir. hæred. cum alijs de quibus per Soc. Iun. in consil. 111. num. 16. lib. 2. & bene ad hoc faciunt deducta per Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.

Minus facit, dum dicitur pro Matoldo, nos non versari in terminis l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. sed potius in terminis l. si quis maior. in qua requiritur vera inobseruantia, & dolus, quia fuit responsum, quod cum Maroldus non seruauerit promissa, & sic eum effectu non destiterit à criminalitate, imò contra fecerit fisco adhærendo, potest iuramento Catalonus se iuuare, non solum dicta l. si quis maior. sed etiam 3 exceptione non † implementi, fundata in d. §. offerri. cum illius intersit habere plura remedia. l. 4. §. fin. ff. de lib. leg. l. si actor. & ibi Dd. ff. de iureiurand. & l. filiorum varijs. ff. de legat. 1. Quæ exceptio † est litis finitæ, 4 vt inquit Castrens. per illum text. in dict. §. offerri. & Iason in §. actionum. Instit. de act. nu. 138. Et adeo obstat agenti ex contractu vltro citroque obligatorio; 5 † vt non etiam iuuetur replicatione, quod reus conuentus prius defecerit in implendo dictum contractum, Alex. cons. 49. num. 4. lib. 2. & tenuit Rot. in Romana Aromatariæ, 31. Maij 1585. coram bon. mem. Bubalo.

M A N T I C AE.

Romana, Executionis mandati, seu non adimplementi, Vener. 28. Iun. 1593.

A R G V M E N T V M.

Exceptio non adimplementi an in casu proposito, ob varias causas in decisione allegatas, de quibus etiam in Summarijs breuiuscule, admittatur, ad effectum impediendi executionem mandati relaxati.

S V M M A R I A.

1 *Apocha manu Cardinalis subscripta vi statuti Vrbis vigorem obtinet publici instrumenti, & habet executionem paratam.*
2 *Exceptio non adimplementi, quando locũ habeat. & nu. 5.*
4 *Dominium per traditionem transfertur.*
5 *Venditor traditione rei obligatione liberatur.*
6 *Factum correspectiuum quando dicatur.*
7 *Actu correspectiuo vno sublato, alter etiam corruit.*
8 *Executio apochæ, quæ cum instrumento venditionis nihil commune habet, eius (instrumenti) executionem non potest retardare.*
9 *Forma in instrumento præscripta, specifice adimplẽda est.*
10 *Forma præscripta per æquipollens non est adimplenda, & num. 11.*
12 *Consensus, si ex forma obligationis, ob præiudicium, requiratur, efflagitandus.*
13 *Consensus alicuius si non ad validandum actum, sed saltem auerruncãdi præiudicij eius gratia requiritur, etiã post actum celebratum præstari potest. & num. 15.*
14 *Consensum præstare qui tenetur ad eum impertiendum iudicis authoritate compelli potest.*
16 *Pactum vt seruetur, cessante præiudicio partis, æquitas suggerit.*

D E C I S I O CCLXXII.

ILlustrissimus D. Alexãder Vrsinus die 12. Feb. 1584. vendidit bon. mem. Cardinali de Cęsis, quoddam Castrum, cũ eius territorio, situm in Sabinis pro pretio scutorum nouem millium & octingentorum monetæ, quæ ipse Cardinalis deberet soluere in tribus terminis, hoc est die Aug. eiusdem anni, scuta tria millia, & tercenta, & eodem die 15. eiusdem mensis anni 1585. alia scuta tria millia, & tercenta, & eodem die eiusdem etiam mensis anni 1586. scuta tria millia, & ducenta.

Atque idem Cardinalis eodem die 22. Febr. quo fuit confectum instrumentum venditionis, eidem D. Alexandro pro pretio scutorum duorum millium, centum, & septuaginta quinq; monetę consignauit quandam possessionem Fabrucciani & residuum trium millium & tercentorum scutorum promisit soluere in dicto primo termino.

Et pro cautela in casu euictionis d. Castri idem D. Alexander promisit tria millia scuta inuestire in bonis stabilibus, & locis Montium, aut censuum, cum scientia, & consensu ipsius Cardinalis, & suorum hęredum. Item dedit in fideiussores Dominos Alexium & Ioan. Baptistam de Alexijs, qui ab ipso etiam Cardinali fuerunt approbati, & acceptati in eodem instrumento venditionis.

Postea autem die 23. eiusdem mensis Febr. idem Cardinalis per apocham eius manu subscriptam promisit eidem D. Alexandro, si voluerit transacto biennio dictam possessionem restituere, se accepturum pro eodem pretio scutorum duorum millium, centum & septuaginta quinque, pro quo dedit eam in solutum.

Transacto autem biennio in d. Apocha præstituto, idem D. Alexander obtulit se restituere dictam possessionem, quam etiam dimisit, & obtinuit sibi decerni & relaxari mandatum executiuũ pro dicta summa, contra bona hæreditaria Cardinalis, quod decretum transiuit etiam fecit in iudicatum. Et quia Illustrissimus D. Federicus non exhibuit inuentarium bonorum hęreditatis, mandatum fuit relaxatum, tam contra bona hæreditaria, quàm contra bona, & personam ipsius, sed nunc idem D. Federicus opponit exceptionem non adimplementi, & retentionis.

Vnde quibusdam in facto præsuppositis extra Rotam, apud me fuit quæsitum, An eidem D. Federico competat hæc exceptio non adimplementi eorũ, quæ in d. instrumento venditionis continentur, vel competat retentio, aut alia exceptio ad effectum impediendi executionem dictæ apochæ.

Et quidem in dubio proposito in Rota, vtraque parte informante, fuit conclusum, exceptionem non adimplementi eidem Dom. Federico non competere,

neque

neque aliam exceptionem, per quam possit pecuniam retinere,& executionem d.mandati impedire.

Nam illa apocha manu Cardinalis subscripta, ex 1 statuto Vrbis cap.83.lib.1.habet † vigorem publici instrumenti, & executionem paratam, quod de simili statuto tradit etiam Soc. sen.conf.101. nu.2.lib.2. Ex-2 ceptio autem non † adimplementi tunc locum habet, quando oritur ex eodem contractu, de cuius executione agitur, vt loquitur l.Iulianus.§.offerri.ff.de act. empt.& l.cum proponas. in 2.de pact. Imò nec si aga-3 tur ex eodem contractu,huiusmodi † exceptio locum habet in Capitulis separatis, Alex. in d.l.cũ proponas. num.2.Dec.num.6.& alij.Alb.Bruen.conf.48.num.5. & 6. Put.decis.414. lib.3. In proposito autem D.Alexander non agit pro executione instrumenti venditionis, sed pacti postera die per apocham subsequuta: Ergo, hac exceptione non adimplementi eorum, quæ in dicto venditionis instrumento continentur,non potest submoueri.

Neque verò dici potest instrumentum venditionis & apocham die sequenti factá, ex interuallo esse correspectiuam, quia in dicto instrumento possessio Fabrucciani D.Alexandro fuit tradita, & in solutum data,pro parte pretij.Et quo ad illam partem contractus venditionis,suum habuit effectum.Nam per traditio-4 nem † dominium dictæ possessionis in D.Alexandrum illico fuit translatum, § per traditionem. Inst. de rer. diuis.l. traditionibus. C. de pact. & Cardinalis ab hac 5 obligatione † liberatur. Instit. quib.mod.toll.oblig.in pr. Igitur pactum postea subsequutum ex interuallo 6 super † restitutione illius possessionis non potest dici correspectiuum,tum quia non est factum eodem loco & tempore, & coram eisdem testibus, tum quia factũ est post absolutum contractum venditionis, Bal.in l. petens. num.49.ib. nam si conclusus est contractus, id est,explicitus,& absolutus,C.de pact. Corn.consil.36. num.14.& seq. lib.2. Dec.cons.245. nu.5. & fuit corá, Reuer. patre D.meo Decano,in Ciuitatis Castelli,donationis,28.April.1578.

7 Accedit etiam, quod correspectiua † sunt indiuidua, quia vnus actus intelligitur factus contemplatione alterius, ita vt vno sublato, alius etiam corruere patur. l. vlt.ff.de acceptil. Lalumnæ. §. Seia. de adim. leg.cum concord. Crauett. consil.179.num.13. & fuit decisum coram Sanctissimo, tunc Rotæ Auditore, in Lucana, Decanatus, die 20.Maij 1580. in vers. stante enim resolutione. Et tamen si tollatur pactum in apocha conuentum,non potest dici sublatum instrumentum venditionis.

Quare cum petitio executionis apochæ nihil com-8 mune habeat cum instrumento † venditionis,eius executio non potest retardari sub prætextu non implementi,quod scilicet D.Alexander non inuestiuerit tria millia scuta cum scientia & consensu Cardinalis, seu eius hæredis.

Quod multo facilius placuit Dominis esse recipiendum,quia de implemento ex dicti contractus venditionis ex parte ipsius D.Alexãdri apparet, quia tradidit castrum.

Nec obstat, quod hodie lis etiam pendeat in Rota, cũ Canonicis Capituli Narniensis, super tenuta Collis Rampuli,quod est membrum territorij dicti castri vẽditi.Primum,quia dati sunt idonei fideiussores fratres de Alexijs ab ipso Cardinali, in ipso instrumento approbati,& acceptati. Secundò quia in casu euictionis fuit etiam prospectum, vt scuta tria millia inuestirentur à D.Alexandro in bonis stabilibus, seu locis Montium, vel censuum, & dictæ pecuniæ fuerunt inuestitæ in domibus emptis ab hæredibus quondã Helenæ de Vrsinis, vt patet ex attestatione Pontij Senæ, Notarij Cameræ Apostolicæ, in actis producta, nam cũ D.Alexius declarauerit se prædictas domos emisse pro D.Alexandro, & de proprijs eius pecunijs, sequitur solum nudum nomen habere,ab initio dominium ipsi D. Alexandro intelligitur acquisitum, Bald.in l.multum interest.num.2.C.si quis alteri,vel sibi.Plus enim valet quod agitur, quam quod simulate concipitur. tot.tit.plus val. quod ag.

Præterea constat etiam ex instrumento quietationis dictum D. Federicum Cesium consignasse eidem D. Alexandro annuum censum scut.75. pro pretio scut. mille ab ipso emptum.

Nec obstat, quod dicta scuta tria millia non fuerint 9 inuestita cũ scientia, † & consensu Cardinalis, seu eius hæredis, prout ex tenore instrumenti venditionis re-10 quiritur,nec forma † data possit impleri per æquipollens.l.qui per salutem.ff.de iureiur.& not. Soc.sen.per illum text.in l.qui Romæ.§.Flauius.nu.5. de verb.obl. Bald. Alex. & alij in l. 1. de lib. & posth. Fel. in c. cum dilecti.nu.6.& seq.de rescr.quia fuit responsum,quod 11 quãdo forma requiritur ad certum † effectum, potest impleri per æquipollens, effectus enim magis inspicitur,quam modus.l.mulier.in pr.ff.ad Trebell.l.si mater.& ibi notatur Dec.nu.3.& 4.de inst.& subst. Ruin. consil.137.num.9.lib.1. Paris.conf.32.num.34. lib.2. Sarm.io reg.de publ.q.11. num.2.& fuit decisum coram Sanctissimo, in Legionensi Canonicatus, die 27. Apr.1577. in fin. & coram bon.mem. Lauretano..... Spoliorum, 11. Dec.1576. in fin. In proposito autem nullam aliam ob causam requiritur scientia, & consensus Cardinalis, seu eius hæredum, nisi propter eorum 12 † præiudicium, cui consequens est, vt si pecuniæ rectè fuerint inuestitæ, ita vt si Cardinalis, siue hæres ipsius indemnis seruari possit, intelligatur formæ satisfactum.

Accedit etiam, quod quando consensus alicuius re-13 quiritur nõ ad † authorizandum,& validitatẽ actus, sed ratione præiudicij, vt in casu proposito,non est necesse, quod ille interueniat tempore actus, sed potest sequi ex interuallo. Dd.per illum text. in l.si quis mihi bona.§.cassum. de acquir. hæred. & in c. consuetudines.de consuet. Gabr.conf.181.num.12.lib.2.

Neque dubium est, quin is, cuius consensus ad ali-14 quem actum requiritur, possit † Iudicis authoritate ad consentiendum compelli, vel illius consensus suppleri, si non habeat iustam causam contradicendi. c. nullus.& ibi Abb.de iur.patr. Bart. in l.si eum dotem. §.eo autem tempore.num.2. Bal.num.1. in 4.not. & Paul.Cast.num.11.ff.sol.matr.Corn.conf.167.num.2. Caccial.in tract. de vnion.art.5. num.2. & art.6.nu.2. & Rocch.de Curt.in tract.de iur.patron.in illis verbis pro eo,quod diœcesani consensu, num.13. Quod si lo-15 cum habet, quando † consensus requiritur ad validitatem actus, vt ipsi loquuntur, multo magis est recipiendum,quando consensus requiritur ratione præiudicij, vt in casu præsupposito, quia tunc etiam potest sequi ex interuallo,vt dictum est.

Postremo ex abundanti fuit etiam respõsum, quod D.Alexander, quamuis non teneretur, obtulit se inuestiturum etiam pretium d. possessionis Fabrucciani in locis Montium, aut censibus loco euictionis,ex quo cessat prorsus omne præiudicium ipsius dicti Federici. Nam in dicta apocha hoc onus inuestiendi dictam pecuniam non fuit D. Alexandro impositum, & ideo non est intelligendum, l. si vnus. §.ante omnia. ff. de pact.l.quicquid astringendæ. in pr. de verbor.obligat. Et in quocunque casu siue intelligatur obligatus inuestire, siue non intelligatur obligatus, D. Federicus nullam habet causam contradicendi,quia cum dictæ pecuniæ sint inuestiendæ, eius indemnitati cautum est.

16 Vnde cessante eius præiudicio, † æquitas suggerit, vt pactum seruetur,ac ipse D.Federicus cum alterius iactura locupletetur, l. 1. in pr. & l.iuris gent.§.

M 3 Prætor

Prætor ait.ff.de pact. & l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.& c.locupletari. de reg.iur.in 6. Præsertim cum bon.mem. Cardinalis author ipsius, antequam venisset dies soluendi integrum pretium vendiderit dictũ Castrum, cum eius territorio Illustriss. & Reu. D. Cardinali ab Altemps, eodem pretio scut. 9000. & octingentorum, quod ilico fuit ei persolutum.

Atque ita fuit decisum D. Federico non competere exceptionem non adimplementi, neque locum esse retentioni, & cõsequenter mandatum esse exequendũ.

M E L L I N I.

Papiensis, Matrimonij, Vener. 1. Iunij 1594.

A R G V M E N T V M.

Matrimonium rite, & iuxta formam Concilij Tridentini fuisse contractum, ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1 *Matrimonium ex præsentia duorum testium, & interrogatione Præpositi per verba de præsenti, vt & registratione eius in libro matrimoniali, rite contractum dicitur.*

2 *Præsertim si adminicula alia & præsumptiones accedant, vt est.*

3 *Chirographum à contrahentibus, & testibus recognitum, & subscriptum, conceptum per verba de præsenti, ab eis prolata. num. 4.*

5 *Matrimonium per annuli traditionem rite contrahitur.*

6 *Munera vltro citroque missa matrimonij fœdus arguunt.*

7 *Matrimonium ex confessione probatur.*

8 *Lucra vltro citroque missa matrimonij vinculum arguunt.*

9 *Matrimonium ex multiplicato accessu ad feminam arguitur.*

10 *Ex licentia itidem à Vicario pro matrimonio contrahendo, impetrata.*

11 *Matrimonium ex publica voce, & fama probatur.*

12 *Matrimonium clandestine contractum testes omni exceptione maiores, & plenissimam probationem requirit.*

13 *Matrimonium de licentia Vicarij contractum in præsentia Præpositi, & trium testium, clandestinum nõ dicitur. & num. 14. sed potius habere probationem plenissimam inde arguitur. & num. 16.*

15 *Testes omni exceptione maiores, & probatio plenissima, quando in matrimonio clandestine contracto requirantur.*

17 *Matrimonium probatum dicitur, licet testes in verbis formalibus non concordent.*

18 *Probatio plena elidi non potest, nisi alia plena probatio detur.*

19 *Matrimonium vt iuxta formam Concilij Tridentini contractum dicatur, quæ requirantur. & num. 20.*

21 *Concilium Tridentinum matrimonia clandestina non tollit.*

22 *Concilij Tridentini verba, ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, quomodo intelligantur.*

DECISIO CCLXXIII.

DVbium fuit distinctum in duas difficultates: Prima fuit: An constet sufficienter de matrimonio cõtracto inter D. Camillum, & D. Comitissam Lucretiam Antoniam. Secundò, an fuerit rite contractum, & seruatis decretis in Concilio Tridentino.

Quantum ad primum, Domini concorditer resol-1 uerunt, † constare de matrimonio, quia vt probatur ex fide Præpositi à testibus subscripta, & registrata in libro matrimoniali, & depositione duorum testiũ, qui fuerunt præsentes, matrimonium fuit contractum inter eos, per verba de præsenti, ad interrogationem Præpositi, cui fuerat concessa licentia à Vicario Episcopi, in præsentia trium testium. Vnde cum concurrant depositiones duorum testium, de visu attestantium, matrimonium fuit deliberate contractum, & fides Præpositi registrata in libro matrimoniali, non est dubiũ, sufficienter constare de matrimonio, Dec. consil. 163. nu. 1. Caputaq. decis. 205. p. 2.

Quod etiam dicebant Domini perspicue probari ex 2 pluribus adminiculis, † & præsumptionib. in hoc ca-3 su concurrentibus, videlicet ex † chirographo præce-4 dente ab eis, & testib. † subscripto, & recognito, quod etiam secundum aliquos ex Dominis continet matrimonium per verba de præsenti; vt concedunt Informantes pro Comitissa, quia ipsa promisit acceptare, prout de præsenti acceptat, D. Camillum in virum, & ecõuerso ipse D. Camillus eisdem verbis promisit acceptare, prout de præsenti acceptat eam in vxorẽ, data & recepta vtriusque fide. c. penult. & ib. Abb. no. 2. de spons. Spec. in tit. de spons. §. 1. nu. 2. & istud chirographum multum confert ad ostendendum veritatẽ matrimonij postea contracti. Natt. consil. 250. num. 5.

5 Secundò ex traditione annuli, † & subarrhatione tempore celebrati matrimonij, quæ probatur ex confessione ipsius, & depositione D. Speciosæ, & subarrhatio fuit vrgens adminiculum contracti matrimonij, per verba præsentis temporis, etiam si verba dubia præcessissent, quia fieri non solet, nisi vxori, Ferret. cons. 86. num. 16.

Tertiò ex muneribus pretiosis ei traditis à D. Ca-6 millo, quæ absque fœdere † matrimonij à muliere Nobili, & honesta accepta non fuissent.

7 Quartò ex confessione ipsius, † de qua deponunt duo testes, & confessio probat matrimonium prius fuisse contractum. gl. in c. super eo. in verb. confessi. de eo qui cogn. vxor. su. Soc. iun. cons. 89. num. 9. lib. 2.

8 Quintò ex pluribus literis † ab ea scriptis D. Camillo, & Camilli, ex quibus aperte colligitur fuisse contractum matrimonium.

9 Sextò ex multiplicato † accessu D. Camilli ad eam visitandam, commoratione illius per integros dies, & coniugijs pluribus cum ea initis.

10 Septimò, ex licentia † obtenta à Vicario, quæ non est necessaria, nisi pro matrimonio contrahendo, vt fuit consideratum in causa Britonoricensi, matrimonij. 17. Maij 1581. coram Reu. patre D. Decano.

11 Octauò † ex publica voce, & fama in monasterio huius matrimonij, de qua deponunt D. Angelica, & Antonius de Brauis, super 3.

Nec obstat, quod illud matrimonium fuit clande-12 stine contractum, ideo requirantur † testes omni exceptione maiores, & probatio plenissima, quia multipliciter respondetur.

13 In primis illud matrimonium non † fuisse clandestine contractum, cum fuerit celebratum à Præposito 14 de licẽtia Vicarij, in præsentia † trium testium. Alciat. resp. 5. nu. 28. Tom. 1. præsertim concurrente publica voce & fama in monasterio, fide ipsius Præpositi registrata in libro matrimoniali, confessione Comitissæ, iteratis accessibus D. Camilli ad eam visitandam, quæ prorsus excludunt clandestinitatem.

Secundò respondent Domini, quod quando agitur 15 de probando matrimonium † clandestinum, non ad impugnandum aliud, nec ad ipsum dirimendum, non requiruntur testes omni exceptione maiores, nec probatio plenissima, sed sufficit ordinaria. Dec. d. cons. 163. nu. 13. Et fuit resolutum in causa Tullensi, matrimonij, 14. Iul. 1568. coram bon. mem. Oradino.

16 Tertiò fuit dictum ex abundanti, † in casu isto adesse probationem plenissimam, cum concurrant depositiones testium, de visu, fides Præpositi, & tot vrgentes præsumptiones.

17 Non obstat, quod testes non † conueniant in verbis formalibus, quia in causa matrimonij sufficit, quod testes concordent in substantia, Gramm. consil. 50. nu. 42. & 44. inter consl. ciuil. Ferret. d. consil. 86. nu. 8.

& fuit

& fuit resolutum in causa Rothomagensi, matrimonij, corã D. Sarmiento 15. Mart. 1563. & in causa Calaguritana, matrimonij, 14. Dec. 1575. coram Reuer. Patre D. Decano.

Non obstant aliæ contrarietates, & exceptiones cõtra testes, inuerisimilitudines, & suspiciones, quia visæ sunt Dominis leuissimæ. Et cum matrimonium sit plenè probatum, non potest elidi ista † probatio plena, nisi detur alia probatio plena, Felyn. in c. in præsentia. n. 12. & ib. nu. 48. & 49. de prob. Et in his terminis fuit resolutum in d. causa Tullensi, matrimonij, 14. Nouem. 1575.

Quantum ad secundum, Domini pariter fuerunt concordes, matrimonium fuisse solenniter contractũ, & iuxta formam S. Conc. Trid. quia fuit cõtractũ per 19 verba de præsenti, corã testib. † ad interrogationẽ Præpositi, de licentia Vicarij, qui potest eam cõcedere, vt Cõgregatio Illustr. Dominorum Cardinalium eiusdẽ Concilij Interpretum censuit, & ad effectum, vt con- 20 tractus matrimonij sit validus, † solũ requiritur, quod præsente Parocho proprio contrahentiũ, vel alio Sacerdote ad ipsius Parochi, vel ordinarij licentiã, & coram testibus matrimonium sit contractum per verba de præsenti, vt eadem Congregatio resoluit, & fuit decisum in dicta causa Calaguritana, matrimonij, 26. Jan. 1575.

Non obstat, quod Concilium irritet matrimonia clandestina, quia vltra quod hoc matrimonium non fuit clandestine cõtractum, vt supra dictum est, Con- 21 cilium nõ annullat † matrimonia clandestina, vt fuit resolutum in vna Sauonensi, Matrimonij, 21. Aprilis. 1570. coram D. Gropperio, & in causa Illerdensi, Matrimonij. vlt. Maij 1572. coram Reuer. Patre D. Blanchetto.

Non obstat, quod cum per chirographum esset cõtractum matrimonium per verba de præsenti, nõ ser- 22 uata forma Concilij † cõtrahentes fuerunt effecti inhabiles, ad contrahendum de nouo, quia eadem congregatio censuit, quod verba illa decreti ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, non intelliguntur, quod qui non contraxerunt iuxta formam Decreti, simpliciter inhabiles fiant ad cõtrahendum de nouo, sed ad contrahendum sic, id est, in eum modum sine Parocho, & testibus.

LANCELLOTTI.

Senogalliensis Dotis. Lun. 15. Iun. 1598.

ARGVMENTVM.

Dos ex mandato promissa debetur, & mandatum illud per testes probari dicitur.

SVMMARIA.

1 *Dos ex mandato per alium promitti potest.*
2 *Mandatum per testes probatur.*
3 *Etsi tales testes sint singulares, si tamen dicta eorum inuicem coadiuuantur.*
4 *Actus ex obseruantia subsecuta validus redditur.*
5 *Mulier ex constitutione Marchia sine certis solennitatibus sese obligare non potest.*

DECISIO CCLXXIV.

DOmini censuerunt constare D. Volumniam promisisse dotẽ scut. 2000. stante apocha per Equitem Anton. Orlandum, & Sertorium Amatum con- 1 fecta, in qua fuit promissa huiusmodi † dos, quæ promissio perinde operatur, ac si ab ipsamet Volũnia facta fuisset, cum enim duo cõsenserint, quibus negotiũ ab ipsa commissum fuerat, ipsa, quoque cõsensisse videtur, l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis nomine.

De mandato autem D. Volumniæ constat, tum ex depositione eorundem Equitis, & Sertorij, tum ex dictis aliorum testium in Summario pro Brunorio da- 2 torum, nec dubium est, quin † mandatum possit probari per testes, l. 1. ff. mand. & quamuis sint singulares, 3 tamen etiam probant, cum non sit † singularitas obstatiua, sed adminiculata, quæ ad vnum finem rẽdit, & dictum vnius respondet alteri, & dicto alterius coadiuuatur, Dec. consi. 650. nu. 10. Paris. cons. 57. nu. 43. lib. 1. Aym. cons. 267. nu. 3. Cephal. cons. 141. num. 12. vol. 1. maximè in hoc casu, in quo concurrunt confessiones ab ipsa Volumnia post apocham, & matrimonium factæ.

4 Et omnem amaritudinem tollit † obseruantia subsequuta, cum post apocham fuerint contracta sponsalia per verba de præsenti, consignata quædam mobilia promissa, & factæ plures solutiones temporibus conuentis, quæ obseruantia declarat, qualis fuerit intentio ipsius Volumniæ, circa præcedentem dispositionem, Castr. cons. 347. lib. 3. Rom. cons. 261. nu. 4. Aym. cons. 211. num. 8.

5 Non obstat cõstitutio Marchiæ, quod † mulier non possit se obligare, nisi cum certis solennitatibus, quia non comprehendit casum dotis, Soc. consil. 80. nu. 23. & seq. lib. 4. Ias. cõs. 157. in sec. dub. vers. sed præmissis. lib. 2. Paris. consil. 81. nu. 8. lib. 3. & faciunt tradita per Tiraq. de leg. cõnub. gloss. 8. nu. 197. & 198. & de statutis vrbis est decisio Caputaq. 199. p. 3. An autem solutio dotis facienda sit de bonis proprijs ipsius Volũniæ, aut potius de bonis hæreditatis quondam Petriaugustino Orlandi, quo tendunt multa pro parte Volumniæ deducta, alterius erit inspectionis.

LVDOVISII.

Romana, Donationis propter nuptias, 30. Maij 1601

ARGVMENTVM.

Lucrum dotis, dote non soluta, an debeatur.

SVMMARIA.

1 *Statutum simpliciter dotis mentionem faciens, de vtraque dote & promissa, & data, est intelligendum.*
2 *Statutum ad aliud præcedens sese referens, iuxta terminos illius, ad quod refertur, intelligendum est.*
3 *Verba statuti, siue dos fuerit in pecunia numerata, ampliant dispositionem præcedentem, non distinguunt.*
4 *Dictionis siue natura.*
5 *Verborum statuti, & si dos simpliciter per mulierem, intellectus.*

DECISIO CCLXXV.

LAurentius Carpesius duxerat in vxorem Paulinã de Accõciolis, cum promissione dotis scut. 1000. soluendæ in fine 5. annorum, mortuus fuit Laurẽtius paucis diebus post quinquennium, dote tamen non soluta. Paulina superstes conuenit hæredes Laurentij pro quarta, quam prætendebat fuisse lucratam, tam quo ad proprietatem, quàm quo ad vsumfructum, ob prædecedentiam viri sine liberis. Causa coram me extra Rotam pendente, consului de more Dominos, An esset locus lucro prædicto, qui affirmatiuè responderunt. Potissima ratio fuit, quia statutum cap. 131. cum deferat simpliciter lucrum, nulla habita distinctione 1 † dotis datæ, vel promissæ, de vtraque est intelligendum. Bal. in l. mulier, num. 3. ff. de cond. inst. Salic. in l. cum te. sub num. 4. C. de donat. an. nupt. Pau. de Cast. in l. si donaturus. §. si quis indebitum. num. 3. vbi etiã Alex. num. 2. Iason. num. 14. de cond. caus. dat. Socin. consi. 32. num. 7. lib. 1. Achill. decis. 13. de cond. & fuit decisum in vna Clusina dotis, 12. Ianuar. 1598. coram bon. memoriæ.

Non obstat statutum in cap. seq. quia vltra, quod se refert ad præcedens, vt patet ex illis verbis, *vt supra dictum est, lucretur*, & propterea † intelligi debet iux- 2 ta terminos relatos, l. asse toto. ff. de hæred. inst. l. testamento. vbi Bart. ff. de cond. & demon. loquitur etiam generaliter & indistinctè in principio, *dotem, & donationem propter nuptias, vir & vxor post consummatum matrimonium, vt prædictum est, lucretur*, & hęc verba

quæ

3 quæ sequuntur, *sine dos fuerit* † *in pecunia numerata, &c.* non veniunt ad distinguendum, sed potius ad
4 ampliandum, prout est natura dictionis illius. † *sine*, l. cum quis decedens. §. fin. vbi Bar. ff. de leg. 3. Bal. in l. cum quidam. sub num. 4. C. de verb. sign. Abb. de Bergam. de propos. nu. 133. quod etiam dicendum est de
5 illis verbis, *& si dos simpliciter* † *per mulierem*, cũ pariter sit de natura illius copulæ, & augere & ampliare dispositionem, l. ea tamen adiectio. de leg. 3. notatur in l. Gallus. §. etiam si patente. ff. de lib. & posth. Bal. in l. sed etsi. in fi. ff. pro soc. Roin. cons. 29. n. 9. lib. 3. Paris. consi. 7. nu. 29. lib. 3. & iste vltimus casus de dilatione pendente fuit expressus ratione maioris dubij, minus enim dubiũ erat, quod esset locus lucro, quando dos erat sine dilatione promissa, vel quando dilatio erat finita, quia ad effectum dicti lucri per moram nõ soluentis habetur pro soluta. Bart. cons. 113. Bald. in l. fin. nu. 5. vers. Ego consului. C. de dot. prom. Pau. de Cast. in l. si mulier. sub nu. 2. vers. sed quid si statutum. ff. de condit. inst. Aret. in l. re iudicata. §. Socer. num. 6. post med. vers. relinquitur pulchra dubitatio. ff. sol. matr. Calcan. cons. 31. sub nu. 19. & fuit decisum coram me in vna Fanensi, Lucri dotis. 3. Iul. anni præteriti.

EIVSDEM.

Paduana, Matrimonij, 6. Mart. 1595.

ARGVMENTVM.

Exorta controuersia super impotentia, si maritus adulterium confiteatur, Uxor, ex tali confessione ad separationem thori agere non potest.

SVMMARIA.

1 *Uxor ad separationem thori agere non potest, si maritus ab ea de impotentia accusatus adulterium confiteatur.*
2 *Adulterium matrimonium dirimit.*
3 *Iudex contra formam cap. ex literis de diuort. procedens in causa matrimoniali, nulliter agit.*
4 *Nemo turpitudinem suam reuelare cogitur.*
5 *Iudicium separationis thori a iudicio dirimendi matrimonium propter impotentiam, diuersum est.*
6 *Confessio in vno iudicio emanata in alio diverso confitenti non nocet.*
7 *Confessio accessoriè, & ad alium effectum facta, ad diuersum effectum non præiudicat.*
8 *Mulier de furto accusata, si adulterium fateatur, ex tali confessione non damnatur.*
9 *Probationum paritate rei, & actoris data, pro reo præsumitur.*
10 *Confessione rei actor vti non potest, nisi prius positionem suam reuocet.*

DECISIO CCLXXVI.

Hyppolita agebat super nullitate matrimonij, contracti cum Marco, ex defectu impotentiæ, & cum positionibus ad illam probandam datis Marc. negaret, & redderet rationem, *che sono 4. ò 5. giorni, che io ho conosciuto carnalmente delle donne:* Hyppolita recessit à priori iudicio, & cœpit instare pro separatione thori, propter commissum adulterium, ex d. confessione resultans. Vnde dubitaui, an esset illi locus, &
1 Domini tenuerunt † partem negatiuam: Nam licet
2 adulterium per alterum † ex coniugibus commissum sit legitima causa separationis contra illum, qui commisit. c. intelleximus. de adult. c. significasti. c. gaudemus. de diuort. c. ex parte. de spõs. 2. par. c. 7. §. 5. nu. 8. vers. 5. huic diuortio. & bene probatur per confessionem adulteri. d. c. intelleximus. vbi Abb. nu. 3. & 4. gl. mag. post med. vers. nisi. in cap. 1. 32. q. 1. Cou. d. §. 5. num. 12. Natt. consi. 24. in pr. tamen confessio, de qua quæritur, ex multis non probatur.
3 Primò, quia Iudex contra † formã expressã c. ex literis. de diuort. processit, nã in primis admisit positionẽ tertiam, conceptã hoc modo, quod d. Marcus ante contractũ matrimonij sæpè tẽtauit cognoscere feminas carnaliter, & propter impotentiã nõ potuerit, cui Marcus nõ tenebatur respondere, nã si illã fateretur,
4 detegebat † turpitudinẽ suã, Lanfranc. in c. quoniam cõtra. de prob. §. de responsionib. nu. 191. Bal. in l. 2. §. quod obseruari. nu. 21. & 23. de iuram. cal. Caputaq. dec. 327. nu. 3. & 4. par. 2. & cũ bene respondisset Marcus se non credere, castigauit illũ, vt magis præcise respõderet, vnde instat suspicio, quod d. cõfessio fuerit facta ad effectũ se defendẽdi & excusandi, suggestione & impositione impotentiæ, ex quo capite solum prætendebatur dissolutio matrimonij, qua suspicione stãte d. confessio non probat, vt notant omnes in c. attestatione. de sponsal. in cap. super eo. de cõsang. & affin. & est decis. Put. 118. nu. 13. & 14. lib. 2.

Præterea secundo, iudicium separationis thori non est diuersum à iudicio dirimendi matrimonium pro-
5 pter impotentiam, cũ separatio † coniugum præsupponat matrimonium extare, & dirimi non posse, quo
6 fit, vt confessio in vno iudicio † emanata non noceat cõfitenti in alio diuerso. Rot. decis. 4. nu. 2. de confess. in antiq. Purp. in l. 2. nu. 142. de verb. oblig. Achill. decis. 4. de confess. facit etiam doctrina Bal. in auth. nouo iure. nu. 3. C. de pœn. iud. qui mal. iud. vbi dicit, quod qui accusauit iudicem tãquam à se corruptum, ex sola illa cõfessione damnari, sequitur Præpos. in c. super eo quod, de eo qui cogn. cons. vx. su. eandem sententiã tenuit Alex. in l. 2. nu. 27. C. de edend. qui loquitur, vbi agebatur in alio iudicio inter easdem personas, & ita fuit iudicatum, in Regio Consilio Portugalliæ, refert Valasc. to. primo consult. consult. 33. in fin.
7 Tertiò, dicta confessio fuit facta † accessoriè & incidenter ad alium effectum, & de re non deducta in illo iudicio, quo casu non præiudicat ad alium effectum. Dec. cons. 310. num. 4. Afflict. dec. 176. quædam mulier. Vbi habetur, quod mulier inquisita de furto,
8 † si confiteatur adulterium, non potest condemnari ex tali confessione, quod maximè procedit in hoc casu ex supra deductis, ob periculum animæ, & fauore matrimonij, ad tradita per Abb. in c. ex literis. num. 9. & ib. Hent. num. 6. de diuort.

Accedat, quod cum dicta confessio contradicat cõfessioni ipsius Hyppolitæ resultante ex ipsa positione impotentiæ, ad no. per Io. Andr. & Canon. in c. fin. de iureiur. in 6. nõ potest probari adulterium, tum quia
9 data paritate † probationis Actoris, & rei, pro reo sit præsumendum, ex volg. iur. tum etiam, quia Hyppolita non potest vti hac confessione, antequam reuo-
10 cet suam positionem, † quam reuocare nõ potest, nisi docto de errore, Bar. in l. post leg. nu. 13. de his, quibus vt indign. cum alijs alleg.

BVBALI.

Callaguritana, Diuortij, Mercur. 13. Iun. 1584.

ARGVMENTVM.

Controuersia exorta inter coniuges ob impotentiam, triẽnalis cohabitatio requiritur, ad effectum, Ut si intra illud tempus copulæ operam dare non queant, separetur matrimonium.

SVMMARIA.

1 *Mulierem virginem esse probatur ex relatione septem matronarum expertarum, & ex fama publica, ac voce. & num. 4. & num. 7.*
2 *Itidem ex confessione mariti, asserentis se eam cognoscere non potuisse, nec voluisse. & num. 5.*
3 *Testi singulari licet non credatur, adminiculum tamen alijs adfert.*
6 *Impotentia ex eo etiam probatur, quod quis medicamenta quærit.*
8 *Relatione prima stante, an ad secundam deueniendum.*
9 *Virginitas a peritis matronis vt exploranda.*

10 Testes

10 *Testes singulares & infames, si maximè alios habeant testes contrarios, non probant.*
11 *Cohabitatio triennalis quę requirat, & num. 12.*
13 *Cohabitatio hac triennalis, quando currere incipiat. & duob. seqq.*
16 *Solemnitates à Canonibus circa triennalem cohabitationem requisitæ, obseruandæ sunt.*

DECISIO CCLXXVII.

IN hac causa pronunciauerat Reuer. D. Archiepisc. Callaritanus, in prima instantia ad fauorē D. Eleonoræ Simensis, declarando diuortium esse faciendum inter ipsam D. Eleonoram & D. Ephesum Sanrochū eius virum, ob illius impotentiam, & dictam mulierē liberam à qua sententia cum fuisset appellatum, & causa mihi commissa, dedi dubium generale, præsumpto summario Iurium, & testium vtriusque partis: An sententia D. Archiepiscopi sit cōfirmanda, vel reuocanda, vel iterum vxor viro restituenda, ad effectū cohabitandi per triennium, vt constare possit de potentia, vel impotentia viri. Pro cuius resolutione Domini distinxerunt hanc materiam in plures difficultates. Prima erat, an probetur, quod Eleonora nō fuerit cognita ab Epheso suo viro, toto illo nouēnio, quo durauit matrimonium ante motam litem. Secundò, an probetur impotentia generalis coeundi cum mulieribus, vel potius probetur potentia, coeundi cum alijs. Tertiò, an ex parte Eleonoræ probetur cohabitatio, & condormitio per triennium, Et an hoc sufficiat ad effectum, vt in casu, de quo agitur, matrimonium sit dirimendum.

Quo ad primam difficultatem, Domini concluserunt sufficienter probari Eleonoram non fuisse cognitam ab Epheso, & consequenter probatum esse, ipsam adhuc esse virginem. Et primo mouebantur ex relatione septem matronarum † expertarū in opere nuptiali, quæ omnes concorditer retulerunt, Eleonoram esse virginem, hic est omnimodus probandi virginitatem, c. fin. de frig. & malef. vbi Butt. num. 3. & Card. num. 1. & ibi passim omnes Dd.

Secundò ex confessione † ipsiusmet Ephesi, de qua deponunt Cosmus Tola, & Hieronymus Totella, qui sunt contestes, qui confessus fuerat, quod non poterat cognoscere D. Eleonoram, & ex alia confessione, de qua deponunt Petrus Honorius & Isabella vxor D. Petri, quæ confessio comprobatur ex dicto Iacobi Vitalis, & ex alijs confessionibus, de quibus per Franciscum Tappatam, Bernardum Pico, & Petrum Portalem, qui licet sint singulares, † tamen deseruiunt adminiculo.

Adminiculatur etiam † probatio prędicta ex fama virginitatis, & non deflorationis Eleonoræ, de qua deponunt Antonius Meltes, super quarta, & Bernardus Pico, ibidem, & probatio famæ coadiuuatur ex d. Caspari Bencansi ibidem, qui dicit, quod pueri Neniani canebant de ista impotentia Ephesi, & ex dicti Francisci Tapatta super tertio, dum deponit de fama præsenti.

Coadiuuatur etiam hæc probatio ex eo, quod ipse Ephesus non articulatur † cognouisse Eleonoram, sed quod semper ipse renuit, quod an sit verisimile, aliorum sit iudicium.

Item ex eo, quia ipse quærebat † medicamenta, vt deponunt Cosmus Tola super sexto, Petr. Honorius, ibi, & Bernardus ibidem, & comprobatur ex d. Ioan. Andr. de quib. in summario Ephesi, num. 8. vbi dicit, quod quærebat remedium, vt possit rem habere cum vxore, quia sibi contigebat quædam defectio, & exinanitio.

Et hæc etiam adminiculantur ex his, quæ habentur in summario Ephesi, nu. 6. 17. & 18. ex quibus apparet, quod dicta Eleonora ostendebat ita fuisse cruciatis & inquieta.

Non obstat prima relatio, † quia vltra quod prætenditur nulla, & tres tantum mulieres retulerunt. In hac secunda fuerunt septem matronæ peritæ, vt apparet ex supradictis.

Nec secunda relatio est magis adminiculata. Nec obstat, quod stante prima † relatione non esset deueniendum ad secundam deputationem matronarum quæ inspicerent, an Eleonora esset virgo, quia si hæc materia plurimum exuberat officium Iudicis, immo. Iudices de N. admonentur, vt adhibeantur peritiores. vt per gl. fin. in d. c. fi. & ibi Card. nu. 3. bene Host. in c. fraternitatis. §. licet autem. eod. tit. vbi consuluit, quod Iudices quærant, quanto poterint peritiores, & diuersas, & de vicinia, & de ciuitate expertas, & non sint nimis iuuenes propter experiētiam, & nimis antiquæ propter defectum visus, nam & cum manu, & cum oculo sunt talia probanda à diuersis, & à pluribus, & licet Host. ibi velit, quod debeat prius lauari † cum aqua calida, & ibi diu retineri, ad dissoluendū medicamenta, quæ essent apposita, vt ibi dicit Abb. num. 4. in fin. tamen videtur loqui in muliere arcta, & quicquid sit, præsumendum est istas mulieres, vti expertas, bene exercuisse officium suum.

Quo ad secundam difficultatem Domini inclinabant non esse probatam generalē impotentiam coeūdi ipsius Ephesi, quamuis enim Isabella, & Simona videantur deponere, quod dormierunt cum Epheso, & quod non potuit eas cognoscere, & aliæ etiā deponant de auditu, tamen sunt singulares, † & infames, & in contrarium habent plures alios, de quibus in summario Ephesi, contrarium disponentes, quorum dicta comprobatur ex eo, quod Ephesus fuit curatus à morbo Gallico, vt in eius summario, nu. 13. & 14. & & ex relatione Medicorum, qui referunt ipsum habere membra apta ad coeundum.

Super tertia difficultate non potuit capi aliqua resolutio, & videndum esset particulariter, nam quamuis vltra triennium cohabitauerint, tamen quia non solum requiritur cohabitatio in domo per † triennīū, sed etiam in lecto, vt inquit Host. in d. c. fin. post prio. de frig. & malef. & dicit ibi Ioan. Andr. quod requiritur condormitio, hic non videtur probari condormitio per triennium, quia Anna super 4. Hieronymus Sancius, & Antonius Loangocci non videntur rectè concludere de integro † triennio, & quamuis Anton. Xinta, de quo in summario Ephesi nu. 22. dicat, quod à 4. annis citra insimul non dormiebant, tamen non concludit à contrario sensu, quod antea insimul condormirent.

An autem in casu, de quo agitur, sufficiat † hęc cōdormitio, per triennium, vel potius incipiat currere post peractam pœnitentiam, & postquam iudex illum terminum statuit, Domini in hoc habebant difficultatem, & esset particulariter discutiendum. Nam Innoc. in d. c. fin. & ibi Card. in fin. & Abb. nu. 12. tenent, sufficere triennium, siue ante, siue post motam litē, Hostien. verò in d. cap. fin. quem sequitur ibi Ioan. Andr. Butr. num. 10. Anchar. num. 9. Henric. Boick. in prin. tenent, quod † triennium incipiat à tempore peractæ pœnitentiæ, & inuentionis factæ per Iudicem, quę vltima opinio videbatur aliquibus ex Dominis satis æqua, & verior, nam Ecclesia considerat aliquando propter peccata superuenire similia impedimēta, imponit ergo pœnitentiam, vt videatur, an ex bonitate & misericordia Dei omnipotēns placati, post peractā pœnitentiam ipsi coniuges reddantur habiles, ad consummandum matrimonium. Non peracta † ergo pœnitentia non potest dici, quod triennium præcedens suffragatur, cum non probetur remotio obicis peccati, & saltem placebat istis Dominis temperamentum, Abb. in d. c. fin. num. 12. quem sequitur ibi. Præp. nu. 4. quod post pœnitentiam peractam insurgat cohabitatio

tio per aliquod tempus arbitrio Iudicis præfigẽdum, Ex quibus D. Archiepiscopi Callatiani sententia sustineri non potest, tum quia non fuit indicta pœnitentia, iuxta formam d.c. fin. à qua non licet recedere, vt admonet ibi Host. tum etiam quia non fuit adhibita septima manus propinquorum, & quamuis gl. fin. in d. c. fin. dicat, quod sententia nihilominus teneat, tamen 16 Host. ibi in fin. Anchar. nu. 10. tenent, illam † solemnitatem esse seruandam, nec diminuendum.

G Y P S I I.

Perusina, Separationis Thori, Mercur. 28. Iun. 1589.

A R G V M E N T V M.

Vxor an, & ob qualem sæuitiam mariti, ab eo diuertere possit, vbi & deciditur, dotem non deberi, licet separationi thori sit locus.

S V M M A R I A.

1. *Sententia ex actis iustificanda.*
2. *Iudex an ad iudicandum aliundè moueri possit.*
3. *Sententia, quæ ex actis non iustificatur, nulla est.*
4. *Vxor propria authoritate à viro discedere non potest.*
5. *Vxor quando ob sæuitiam mariti ab eo diuertere possit.*
6. *Sæuitiæ exempla, ob quam vxor a domo mariti discedere potest.*
7. *Sæuitia magna ne sit, Iudicis arbitrio relinquitur.*
8. *Dummodo illud arbitrium sit iuri & æquitati cõforme.*
9. *Vxori de sæuitia mariti conquerenti non creditur, nisi probetur.*
10. *Timoris vani nulla est consideratio.*
11. *Timor iustus quis.*
12. *Maritus vxorem ex causa, leuiter castigare potest.*
13. *Vxor cum viro, etsi peruersus sit, manere debet.*
14. *Maritum sæuitiam erga vxorem non exercuisse, ex publica fama, & qualitate personæ præsumitur.*
15. *Vxor virum sequi tenetur.*
16. *Vxor an propter litem contra maritum institutam, ab eo discedere possit.*
17. *Dos non restituitur, etsi separationi thori sit locus.*

D E C I S I O CCLXXVIII.

Circumscripto capite bonorum paraphernalium, de quo particulariter agitur, resolutum fuit, sententiam Vicarij Perusini esse reuocandam, tum quia 1 † ex actis non iustificatur, prout opus est. Cassan. dec. 179. & sentit Put. decis. 401. lib. 1. Mohed. 290. Nam Rota non tenet illam opinionem, quam refert & sequitur Aym. post alios, quos citat cons. 198. in fi. quod 2 Iudex ad iudicandum aliundè potuerit † moueri, & sic ex his, quæ extra acta fuerunt gesta, nisi esset notorium, iuxta decis. vlt. de fid. instr. in antiq. tum etiam, 3 quia ex deductis pro D. Prospero apparet, sententiam huiusmodi esse notoriè iniustam.

Et primo in eo, dum firmat licuisse D. Lucretiæ è 4 domo viri discedere, quod propria † authoritate facere non poterat, c. porro. c. significasti. de diuort. Paris. consi. 54. nu. 52. vol. 4. Rim. iun. cons. 17[illegible]

5 Nec refragatur, quod ob viri † sæuitiam permittatur vxori ab ipso recedere, c. literas. in fin. de restitut. spol. Bart. in l. cum satis. nu. 7. de agric. & cens. lib. 11. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. nu. 4. quoniam id solum procedit, quãdo maritus est nimium morosus, & sæuus, vt in d. c. literas probatur, 6 & † exempla sæuitiæ bene colligi possunt, ex consil. Anchar. 408. Rimin. vbi sup. num. 1. & licet arbitrio 7 † Iudicis relinquatur, quæ sit, vel ne, magna sæuitia. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. omnia, vel partem. nu. 31. in fi. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. iud. 8 cas. 139. in fin. Nihilominus † arbitrium istud debet iure & ratione regulari. Bal. in Auth. iubemus. in vlt. 9 no. C. de iudic. Hinc est, quod non creditur † vxori de sæuitia mariti, nisi illa probetur, Ioã. Lup. in c. per vestras. in 3. no. nu. 7. in fi. de donat. inter vir. & vxor. & Rimin. inter consi. matrim. consil. 81. num. 24. cum 10 plur. sequentibus. Propterea vani timoris nulla † habetur consideratio, l. 4. ex quibus causis maior. Rolan. consi. 27. num. 3. lib. 3. siquidem iustè duntaxat timet, 11 qui timet, quod † etiam constantes timere solent. l. metum. ff. quod metus caus. cum sim.

Præterea ex testibus pro vxore examinatis sæuitia non probatur, cum singulares, vel non concludant sæuitiam ad separationem thori necessariã, vt bene de-12 ducunt Informantes, maximè quia † maritus potest ex causa vxorem ad correptionem leuiter verberare, Abb. in c. quemadmodum. §. illud autem. de iureiur. Rolan. & Rimin. in consil. sup. citat. & vxor cum eius 13 viro, † etiamsi sit vnus peruersus, permanere debet, dicunt Soc. consi. 286. in fin. Syl. nupt. in verb. non est nubendum. num. 57.

Et quod propter sæuitiam allegatam sentẽtia sustinetur, eo magis dicendum venit, cum ex præd. testib. D. Lucretię satis constet, D. Prosperum erga ipsam be-14 ne semper gessisse, & ex † bona fama ipsius & qualitate personę facilè Iudex discernere potest pro huiusmodi separatione thori, iudicandum non esse.

Sed quod sæuitia non fuerit causa recessus D. Lucretiæ, nullam prorsus videtur habere difficultatem, stando, quod ipsa respondendo positionibus confessa fuit se à domo D. Prosperi recessisse, quia nolebat mutare domicilium, & ad vrbem ab ipso inuita adduci, 15 & tamen dubium non est, mulierem teneri † sequi suum virum, quocunq; vadit. c. vnaquæque. 13. quęst. 2. c. si quis. & c. naturalem. de coniunct. leprosorum, Cum. cons. 1. nu. 4. Rim. d. cons. 81. nu. 21.

Ex prædicta confessione tollitur obiectum desumptũ ex decis. 11. Thom. de Then. Anton. de spons. nu. 16 28. nempè, quod propter litem † possit vxor discedere, & seorsim à viro permanere, maximè quia tempore dict. excessus nulla adhuc fuerat lis contra D. Prosperum introducta.

Est etiam iniusta d. sententia, quia condemnat Do. 17 Prosperum, ad restitutionem † dotis, nam dato millies, quod esset locus separationi thori, attamen dos non erat restituenda, vt determinat Host. in summ. tit. de diuort. nu. 5. solum ex fructibus dotis cogebatur vxori præstare alimenta, l. si cum dotem. §. sin autem. sol. matrimon. Bal. in cap. ex parte. num. 8. de consuet.

Eadem, 3. Iul. 1589.

A R G V M E N T V M.

Dependet hæc à priori, & concludit sententiam, qua vir ad restitutionem paraphernalium condemnatur, non probata sæuitia, & separatione thori denegata, non esse iustam, maximè cum bona non alienauerit, ac proinde reuocandam.

S V M M A R I A.

1. *Actum aliquem impugnans, ex eo commodum consequi non debet, durante impugnatione.*
2. *Dotalia bona breui manu ad virum peruenisse præsumitur.*
3. *Fructus bonorum paraphernalium de voluntate vxoris consumpti præsumuntur.*
4. *Sententia notoriè iniusta sententia nulla æquiparatur.*

D E C I S I O CCLXXIX.

Quantum attinet ad bona paraphernalia, & vltra dotalia, ad quorum restitutionem, seu illorum valorem sententiam D. Prosperum condemnat, cum nullibi constet, ipsum talia bona alienasse, resoluerũt Domini, sententiam esse iniustam. Nec refert, quod ex instrumentis transactionis, & quietationis, de quibus appareat aliquam pecuniarum summam peruenisse ad manus D. Prosperi, quia cum D. Lucretia noluerit ratificare dict. transactionem & quietationem, & de hac in actis expresse protestata fuerit, litem introduxerit aduersus possessores bonorum, quibus D. Prosper

in

in casu non ratificationis vxoris de suo teneri voluit, satis clarè dignosci potest ad prædictam restitutioné cödemnari non potuisse, præsertim ne ex actu impugnato † [1] durante impugnatione D. Lucretia commodum consequatur. c. ex eo. de reg. iur. in 6. prius enim debet ratificare, & formiter quietare, ac in actis de quietatione, & ratificatione docere, & postea agere, per ea, quæ tradit Bar. in leg. in illa. de verb. obligat. Aym. cons. 193. nu. 15.

Non est omittendum, quod ex iuribus D. Prosperi quamuis extraiudicialiter exhibitis dilucidè constare dicitur, litem contra ipsum motam non carere suspitione calumniæ, cum in illis legatur D. Lucretiam nö modicam partem dictorum bonorum recepisse.

Nec ad rem pertinet, quod breui mano censeantur peruenisse pecuniæ ad virum, & voluerunt Bald. & Salic. in Auth. si qua mul. C. ad Vell. Alexan. consi. 35. lib. 2. Rol. cons. 64. nu. 8. lib. 1. quoniam hæc præsumptio nö vendicat sibi locum † [2] nisi in bonis dotalibus, Purp. cons. 310. Natt. 552. nu. 4. Aym. 14. Ronchegal. in l....cod. nu. 58. de quob. reis. in alijs autem rebus non dotalibus præsumitur ad eum, cuius est pretium peruenisse. Tiraq. de retract. consang. gl. vn. nu. 4. cum seq. & ita loquitur Natta & alij sup. citati.

Et etiam iniusta dicta sententia respectu condemnationis in fructibus bonorum paraphernalių, quia censentur consumpti † [3] de voluntate vxoris, Bart. cons. 125. Bald. in d. c. ex parte seuitiæ deducta influit in alijs capitibus sententiæ, ideo reuocari omnino debet, etiä si adesset res iudicata, quia sententia notorie iniusta equiparatur † [4] sententię nullæ, quę non transit in iudicatom. Modern. de nullit. ex defect. proc. num. 126. Verall. lib. 2. decis. 87.

M A N T I C Æ.

Romana, siue Ciuitatis Castelli, Census, Mercur. 1595.

A R G V M E N T V M.

Executio sententiæ in Saluiano interdicto latæ, non datur, intentata repetitione dotis maternę retentę.

S V M M A R I A.

1. *Hypotheca anterior pro dote competit.*
2. *Exceptio quæ sententiam nõ impugnat, ad impediendum eius executionem, etiam post sententiam opponi potest.*
3. *Confusio fit, vbi creditor debitori succedit.*
4. *Beneficium inuentarij hæredem in eodem statu constituit, quo esset futurus, si hæreditatem non adiuisset.*
5. *Eius effectus. & num. 8.*
6. *Cur datum.*
7. *Hæres, qui inuentarium facit, potest Iudicis officium implorare, vt sibi pro suo credito res aliquas assignet.*
8. *Sententia ex actis iustificanda.*
9. *Sententia contra minorum indefensum lata, nulla est.*

D E C I S I O C C L X X X.

Conclusum fuit, sententiam extra Rotam in Saluiano interdicto latam ad fauorem Illustrissimi D. Virginij, cötra Illustrissimum Dominum Marchionem de Ricone, & litis consortes non esse exequendam, nam licet ex eisdem actis non possit dici omnino iniusta, tamen exceptio retentionis dotis maternæ, quę obijcitur ab Illustr. D. Virginio, impedit eius exequutionem, siquidem ipsa pro dicto D. Marchione iudicium sumpsit, & pro dote materna anteriorem habet † [1] hypothecam in bonis bon. mem. Iacobi Vitelli patris. qui eidé D. Virginio, Illustr. D. Beatrici filiæ, & ipsius D. Virginij vxori dotem promisit, & ideo cæteris debet præferri. l. si fund. l. diu. l. assiduis. §. ideo. ver sic exceptis. C. qui pot. in pig. hab.

Proinde huiusmodi exceptio, quæ non impugnat sentẽtiam † [2] ad impediẽdum eius executionem, etiam post sentẽtiam potest opponi, l. ex diuerso. §. si in iudicio. & ib. Bart. Pau. & Alex. & alij. ff. de sol. matr. Gozad. cons. 56. nu. 25. Neguss. de pign. & hypoth. 5. par. memb. 4. nu. 10. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. nu. 14. & seq. Rol. cons. 28. num. 3. lib. 1.

Non obstat, quod D. Virginia sit hæres patris, & quando creditor succedit † [3] debitori, fiat confusio, l. 2. §. vlt. ff. de hęred. vel act. vend. & in l. 1. §. pen. in fin. ad Leg. Falcid. quia adiuit hęreditatem cum beneficio Inuẽtarij, quod hęredem constituit † [4] in eodem statu, quo futurus esset si non adiuisset hęreditatem, & facit censeri iacentem hæreditatem, vt no. Bal. in l. vlt. §. in computatione. post princ. num. 3. Ias. num. 4. C. de iur. delib. qua ratione beneficium Inuẽtarij operatur † [5] vt actiones, quæ competunt hæredi ad effectum. nõ confundantur, idem Bal. in l. tertium. C. ad Leg. Falcid. & in l. si vxori. num. 2. C. de bon. auth. iud. possid. Rom. consil. 276. num. 1. Ias. in l. morte. num. 33. de acquir. hæreditate.

Non etiam refragatur, quod ex inuentario in actis producto appareat hæreditatem esse soluendo, ita vt D. Virginia, quæ est hæres cum beneficio Inuentarij, potest D. Virginio creditori, & sibi ipsi pro dote materna satisfacere, neque inuẽtarium possit eis prodesse, vt † [6] lucrum faciat, sed solum, vt damnum vitet, & non patiatur. Bart. in l. cum empt. in fin. & ibi Alex. ff. ad Leg. Falcid. Bal. in d. l. vlt. §. in computatione. nu. 11. Pau. num. 2. & ib. Ias. num. 8. C. de iur. deliber. Soc. consil. 108. num. 42. lib. 2. quod dictum est in decisione in hac causa facta, die 8. Ian. proximè præteriti, quia adhuc d. D. Virginia habet electionem, in quibus bonis dotem velit retinere, d. l. vlt. §. in computatione. vers. si vero, & ipsi. C. de iur. deliber. nam hæres qui facit inuentarium, † [7] potest citatis citandis Iudicis officium implorare, vt sibi res aliquas pro suo credito assignet. Bal. in l. debitor. nu. 1. cum seq. & ib. Ias. cum seq. C. de pact.

Vnde sententia, per quam in Saluiano interdicto fuit pronunciatum, dictum Virginium esse intromittendum, in possessionem bonorum, quæ in Ciuitate Castelli ab Illustriss. D. Marchione possidentur, etiam si D. Virginius sit creditor, & hęreditas opulenta, executioni demandari non potest, quia D. Virginius, qui pro Marchione iudicium suscepit, in dictis bonis dotem maternam iudicis officio retinere potest, saluo iure D. Virginio agendi contra quoscunque alia bona possidentes.

Neque obstat, quod D. Virginia, & D. Isabella eius soror declarauerint, & elegerint, velle se dotem maternam retinere in alijs censibus, & bonis existentibus in Regno Neapolitano, ex publico instrumento, quia fuit responsum. Primò, quod cum hoc instrumẽtum fuerit nouissimè in actis productum post sententiam latam in Saluiano interdicto, illa ex † [8] nouis actis non potest iustificari. Corn. cons. 10. nu. 3. lib. 4. Caputaq. decis. 82. lib. 2. in manuscr.

Verum, quia hoc instrumentum potest dici productum ad elidendum exceptionem ipsius D. Virginię, non autem ad fundandam intentionem D. Virginij. Secundò loco fuit etiam responsum, quod in controuersia positum est, an huiusmodi electio & declaratio dictis mulieribus præiudicet, quia tunc tẽporis erant minores, & habebant curatorem, cuius † [9] authoritas non fuit interposita, l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. minor. hoc autem per sententiam diffinire necessarium est, & ab hac sententia, siue fuerit lata ad fauorem D. Virginiæ potest appellari, vnde consequens est, vt sententia lata in Saluiano ad fauorem D. Virginij non possit nunc executioni demandari.

R A T T Æ.

Suanensis, Matrimonij, Ven. 17. Maij 1596.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Impotentia, vel frigiditate non probata, cohabitatio triennalis requiritur, & viro asserenti se vxorem cognouisse, creditur, licet vxor contradicat.

SVMMARIA.

1 *Mulier ad cohabitandum cum viro, & obsequia matrimonialia præstanda, cogi potest.*
2 *Matrimonium contrahens propriam personam alienare quodammodo dicitur.*
3 *Cohabitatio triennalis coniugum requiritur ante dissolutionem matrimonij.*
4 *Marito vxorem se cognouisse, asserenti credendum, etsi vxor contradicat.*

DECISIO CCLXXXI.

DOmini altero tantum informante, censuerunt sententiam Vicarij Archiepiscopi Senensis esse confirmandam, nam cum sit cõtractum matrimoniũ inter Adrianum de Iulianis, & Flauiam de Guidarel-1 lis, iure optimo declarauit eam esse cogẽdam † ad cohabitandum cum viro, & obsequia matrimonialia ei præstanda, cap. cum literas, & ib. Abb. num. 7. de restit. spol. c. 1. de spons. Innoc. in cap. ex parte, num. 4. Host. num. 11. Ant. de Butr. nu. 31. de rest. spol. Raph. Cum. in conc. 1. num. 1. & seq. Couar. in epit. lib. 4. decret. 2. 2 pat. c. 7. in prin. quicunque enim † matrimonium contrahit, dicitur quodammodo propriam personã alienare, quia nõ habet amplius sui corporis potestatem. c. non debet, de consang. & affin. Abb. in c. 2. num. 21. vers. & puto. de rest. in integ. Non obstat impedimentũ apertitionis quod à Flauia vxore ei obijcitur, quia etiam si id verum sit, nõ tamen inducit frigiditatem, vel impotentiam. Præterea, quamuis maritus nõ possit cognoscere mulierem, non propterea statim dissol-3 uitur † matrimonium, sed debent coniuges cohabitare per triennium, & interim dare operam, & experiri, an impedimentum sit perpetuum, iuxta c. laudabilem. de frig. & malef. & sæpius fuit resolutum, in Rota, & maximè coram Reu. Patre D. meo Blãchetto, in Bononiensi, separationis.

4 Hoc amplius in casu proposito † ipse Adrianus asserit se dictam Flauiam vxorem suam carnaliter cognouisse, cuius assertioni credendum est, quamuis ipsa contradicat, c. continebatur. de despon. impub. cap. si quis acceperit. 33. q. 1. Innoc. in c. ex parte. num. 4. in fin. Ioan. Andr. num. 9. Ant. de Butr. nu. 51. vers. quandocunque probantur. de rest. spol. Abb. in c. 1. nu. 3. de cland. despons.

Ex his ergo conclusum fuit, d. sententiam esse confirmandam.

LANCELLOTTI.

Anconitana, Dotis, 27. Nou. 1598.

ARGVMENTVM.

Forma statuti non obseruata, contractus nullus est, si maximè minor fideiubens ex eo enormissimam læsionem sentiat.

SVMMARIA.

1 *Forma à statuto præscripta seruanda.*
2 *Minor ob enormissimam læsionem aduersus fideiussionem ab eo factam, est restituendus.*
3 *Læsio probatur ex eo, quod minor existens, fideiussit.*
4 *Si maximè nullam habet releuationem.*
5 *Læsio in donatione non cadit.*
6 *Minor si maior effectus, per quinquennium tacuerit de læsione, an ratificare censeatur. & num. 7.*
8 *Euictionis euentus non potest præuideri, antequam contingat.*
9 *Fideiussio à minore etiam cum iuramento facta, nulla est.*
10 *Minor de damno vitando agens, contra mulierem lucrum captantem, & priuilegio gaudentem, agit.*

DECISIO CCLXXXIII.

FVit resolutum, obligationem D. Laurentij Todiani esse nullam, cum non fuerit satisfactum statu-1 to † in parte in qua requirit insinuationem ipsius contractus, & obligationis, nec aliquid suffragatur iuramentum, quia ab eodem statuto præsumitur dolosè extortum.

Non obstat quod huiusmodi statuta non procedant in obligationib. pro dote factis, iuxta decis. Put. 160. lib. 3. & Caputaq. decis. 199. par. 3. quia hoc Domini intelligebant, procedere in eo, qui dotare tenebatur, quo ad quem reputatur obligatio necessaria, vt loquuntur dictæ decisiones, & facit consil. Soc. 80. num. 23. lib. 4.

Placuit etiam Dominis aliud motiuum, pro parte D. Laurentij factum, quod obligatio venisset rescin-2 denda, cum minor † propter enormissimam læsionem sit restituendus aduersus fideiussionem, ab ipso factã, Soc. cons. 47. num. 6. Ceph. consi. 437. num. 10. Afflict. decis. 321. nu. 7. cum seq. Odd. post alios, de rest. in integ. p. 2. q. 54. art. 2. num. 4.

De læsione autem constat absque aliqua probatio-3 ne, eo ipso, quod minor † fideiussit, Alex. in l. nam & postea. §. minor. num. 10. in fin. ff. de iureiur. Soc. d. cons. 47. nu. 7. lib. 4. cum alijs post Odd. vbi sup. art. 3. num... & p. 1. q. 36. ar. 2. & 3. num. 20. maximè in hoc 4 casu, cum † nullam habeat releuationem.

5 Et licet in donatione † nulla cadat læsio, vt per Aym. consi. 160. num. 1. & cons. 192. num. 1. tamen ista non fuit donatio, cum Elisabetha non fuerit dotata de bonis Laurentij, sed de proprijs, vnde fuit mera fideiussio, etiam quod in solidum se obligauerit, Aym. cons. 77. nu. 3. vers. hoc ita præsupposito. & consil. 91. num. 2. Put. decis. 312. nu. 2. lib. 3.

Neque obstat, quod cum Laurentius tacuerit per 6 quinquennium, postquam fuit † maior effectus, censeatur ratificare, iuxta l. fin. C. si maior fact. quia vltra, quod hoc controuertebatur in facto, fuit dictum, 7 quod ille tex. procedit, † quando minor maior factus sciuisset id, quod suam læsionem & præiudicium cõtinebat, quia tunc omnia cognoscens per longum silentium dicitur ratihabitiones confirmare, secus verò si ignorabat, vt in præsupposito, in quo damnum pen-8 debat ab euictione, † cuius euentum non potuit ipse præuidere, antequam contigerit. Soc. iun. cons. 59. nu. 5. vol. 1. Gabr. de minor. concl. 4. nu. 12. Rol. consi. 72. nu. 18. cum seq. lib. 4. & hanc huius textus interpretationem alias sequuta fuit Rota, in causa Amerina, domus, 4. Maij 1579. coram Cantuccio.

9 Iuramentum verò interpositũ † non facit aliquod impedimentum, stante supradicta læsione, dum tamẽ eius relaxationẽ obtinuit, vt per Couar. Acca. & alios relatos à Grat. in Auth. iuramenta puberum. nu. 92. cum seq. Affl. dec. 322. num. 7.

Neque priuilegium dotis aliquid suffragatur, quia minor agit de damno vitando, mulier autem de lucro captando, vnde potest minor vti priuilegio contra 10 † mulierem. Decan. c. in præsentia. num. 180. de prob. Rom. cons. 166. nu. 14. Ceph. cons. 7. Rambertcng. super statut. Mediol. §. fin. nu. 122.

LANCELLOTTI.

Romana, Prætensi matrimonij, Merc. 28. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Pactum in instrumento appositum, seruandum, & eo ab altera parte non obseruato, aduersarius ab eius obseruatione liberatur.

SVMMARIA.

1 *Pactum resolutiuum instrumento appositum obseruandum est.*

2 *Cen-*

2 *Contrarium absque consensu illorum quorum interest, inducere non possumus.*

3 *Pactum in noua conuentione, adiectum, si nõ fuerit obseruatum, prior conuentio intrat.*

4 *Testes vt probent, concludenter deponere debent,*

5 *Copula ex accessione ad domum non præsumitur.*

6 *Dotis retentio effectuationem matrimonij non operatur.*

DECISIO CCLXXXIII.

CVm D. Petrus nõ adimpleuerit in tempore promissa in instrumento sponsaliorum, Domini dixerunt, constare de bono iure d. Vincentij, ita vt non teneatur amplius ad obseruantiam dicti instrumenti, & aliam vxorem ducere possit, stante † pacto resolutiuo in eodem instrumento apposito, quod importat conditionem suspensiuam, & facit quod nihil videatur actũ. Caputaq. decis. 82. nu. 2. & 4. p. 3. & fuit pluries decisum, quo pacto vtitur Vincẽtius, cũ illius vigore instet absolui, & hoc pactum operatur, quod non sit locus purgationi moræ, propter cassationem census, cum non sit in potestate nostra inducere † contrarium sine consensu. Grat. respons. 93. num. 6. lib. 1. Affl. dec. 172. nu. 3. Put. dec. 66. lib. 3. & 11. de trãsact.

Non obstat noua conuentio, nam † quatenus illa deducitur ex apocha, seu folio Vincẽtij, illa habet dilationem octo dierum, cum pacto resolutiuo, & cum non fuerit infra 8. dies adimpletũ, intrant supradicta.

Quatenus autem illa deducitur ex testibus, nõ est probata, cum testes non probent † aliquam conclusionem, nam primus dicit, Vincentium dixisse, *che quando mi dessero 2. o 400. scudi manco di quello, che mi haueuano promesso, forse me ne contentaria.* Idem etiam dicit secundus, *che non haueua quetatione a 3. ò 400. scudi manco.* Tertius nihil probat, cum dicat, *mi par, che mi dicesso.* Quartus, *che si contentarebbe di scudi 1000. ogni volta, che lo faccino adesso.*

Ex quibus testibus non potest aliquid firmari.

Non obstat quod domicella accesserit ad domum Vincentij, quia nõ † constat de copula, & ex hoc non infertur ad aliquam nouam conuentionem.

Non obstat, quod Vincentius retineat partem dotis, quia id non concludit aliquam effectuationem matrimonij † & poterit Petrus repetere, nisi ei obstet compensatio, quam Vincentius prætendit.

PLATI.

Taurinensis, Dissolutionis matrimonij. Ven. 16. Martt. 1590.

ARGVMENTVM.

Cohabitatio triennalis in casu impotentiæ requiritur, ad effectum, vt separationi thori sit locus.

SVMMARIA.

1 *Cohabitatio triennalis requiritur, ad probandam impotentiam.*

2 *Impotentia si manifesta est, ad separationem thori statim deuenitur, secus si non manifesta.*

3 *Viro asserenti se vxorem cognouisse, magis creditur, quam mulieri neganti.*

4 *Impotentia signis dubijs existentibus non statim ad separationem thori deuenitur.*

5 *Sed periculum ab ipsa experientia desumendum.*

6 *Virum per duas horas cum muliere in eodem lecto fuisse non sufficit, ad probandam eius impotentiam. & nu. 7.*

8 *Impotentia perpetua, & insanabilis humano remedio sit oportet, ad effectum vt ob eam separatio thori concedatur.*

9 *Frigidus, & impotens naturaliter, non putatur, qui ad copulam anhelans, eam non omnino perficit, sed virgam saltem arrigit, & semen emittit.*

10 *Sententia in his quæ animæ periculum concernunt, non præcipitanda.*

11 *Relatio obstetricum, mulierem adhuc esse virginem, fallax est.*

12 *Terminus cohabitationis triennalis præfigitur, licet per aliquot iam annos coniuges cohabitauerint.*

13 *Præfigitur tamen ex iudicis arbitrio.*

DECISIO CLXXXIV.

PEtente muliere dissolutionem matrimonij ob viri impotentiam, nisi huiusmodi impotentia per iustum iudicium fuerit prius probata, certum est, deueniendum esse ad cohabitationem † triennalem, & probationes impotentiæ, de quibus agitur in cap. laudabilem. de frig. & malef. vbi de hoc est tex. clarus, & glo. & apertè notat Innoc. in cap. 7. d. tit. & ib. Ant. à Butr. versic. quod si velit probare se virginem, & in dicto cap. laudabilem. num. 9. & 17. & ibid. Abb. cir. fin. versic. & ideo intellige, quæ sequuntur alij communiter † concludentes, quod aut de impotentia viri constat per signa euidentia, puta, quia caret genitalibus, aut habet membrum virile siccum, aut aridũ, aut quid simile, & tunc potest statim deueniri ad separationem. aut verò signa frigiditatis sunt dubia, & tunc nõ potest statim deueniri ad separationem, maximè si vir, cui † in hoc magis creditur, c. 1. eod. tit. copulam asserat, sed debeat præfigi terminus, in quo coniuges operam copulæ coniugali dantes, curent perficere id, quod antea non potuerunt.

Quapropter, cum in casu proposito non adsint aliqua euidentia signa impotentiæ in D. Horatio, cum Medici ad illum inspiciendum per Iudices, in partibus, de consensu partium electi dicant se in eo reperisse partes genitales naturaliter bene dispositas, cũ etiam ipsa vxor confiteatur D. Horatium aliquantulum erigere virgam, & semen emittere, ex his satis apparet, nulla in eo esse euidentia signa frigiditatis, sed potius dubia, & propterea non posse † deueniri ad solutionem, nisi clarior & manifestior probatio impotentiæ afferatur, quod manifestè colligitur, ex relatione eorundem Medicorum ad id electorum, dum affirmant, difficile, imò impossibile esse ex sola partium Veneri dicaturum, inspectione facere iudicium de D. Horatij potentia, vel impotentia. Si enim in virilibus membris D. Horatij essent signa apparentia impotentiæ, vel ob nimiam breuitatem, vel ob aliam quamuis causam, vtique non esset impossibile, nec difficile ex eorum inspectione de impotentia iudicare.

Nec obstat, quod Domini periti asserant, pudendũ D. Horatij visum fuisse paulo breuius, & gracilius, quam consueuerit esse hominibus iustæ magnitudinis, & propterea necessarium esse dixerunt, facto ipso de potentia D. Horatij periculũ † facere, qua de causa verius est solus cum sola, nudus cum nuda, in eodem lecto iaceat.

Nec tamen mouit Dominos quod duarum circiter horarum † spacio, cum vxore in lecto iacuit, illam carnaliter cognoscere non potuit, quia animaduertebant multas potuisse interuenire causas etiam naturales & accidentales, quæ circa naturalis potentiæ defectum illum impedire potuerunt ne tam breui tempore venereum opus perficerent, quas latè prosequutæ sunt illi Domini Medici, qui pro D. Horatio scripserunt & propterea experientia huiusmodi nõ fuit sufficiens, vt apertè dicit Innoc. in dicto cap. 1. de frigid. sub num. 1. vers. Item non deficit, vbi ait, non sufficere 7 quod per totum diem mansit mulier cum viro, sed necesse esse, vt ad minus per mensem manserit in experientia copulæ coniugalis.

Addo, quod experientia huiusmodi facta de D. Horatio, vbi posset aliquo modo aliquid inferre ad eius frigiditatem, seu impotẽtiam, solum potest facere aliquã probationem, respectu illius temporis, quo factum est experimentum, non tamen ex eo conclu-

ditur, quod talis impotentia sit naturalis, perpetua, & insanabilis, & tamen ad hoc, vt dirimatur matrimonium, debet constare quod perpetua † sit, & insanabilis humano remedio, cap. fraternitatis. dicto tit. de frig. & malef. vbi omnes Dd. & Abb. in d. cap. laudabilem, sub num. 5. vbi dicit, quod cum dubitatur, an frigiditas sit naturalis & perpetua, an verò accidentalis, deueniendum est ad triennalem cohabitationẽ, vt ex cursu temporis, cum aliter probari non possit, appareat, qualis sit temporalis, an perpetua, quod tamen in casu isto nullam videtur habere difficultatẽ, ex quo etiam ex confessione vxoris constat, D. Horatium aliquantulum erigere pudendum, & semẽ emittere, quo casu dici non potest constare de euidenti & naturali frigiditate, quin potius cum, qui † simili modo ad copulam moueatur, semenque emittat, sed non perficiat, dicit Host. in sum. d. tit. sub num. 10. non esse naturaliter frigidum. & nu. 13. dicit, hoc casu, si vterque confiteatur, & post triennium vxor appareat virgo, posse fortè matrimonium dirimi.

Et his dicebant Domini superfluum etiam fore, ad nouam Horatij inspectionem, pro qua instabant Informantes pro vxore deueniri, quia tam ex relatione peritorum, quàm ex confessione puellæ, constat inspectionem nihil conferre ad iudicandam viri impotentiam, sed omnino ad experientiam rerum magistram esse deueniendum, illam autem sufficientem, aptamque experientiam fore aiebat, quam Rom. Pontifex in similibus casibus statuisset, ac sacrorum Canonum interpretes docuissent, qui omnes vno ore exclamant, in re tanta, in qua animæ periculum agitur, sæpius nõ esse † agendum, vt dicit Hostiens. in summ. dicto tit. num. 13. versi. sed si iudex, & propterea abundantius adhiberi, vt dicit idem Host. num. 14. versic. sed si Iudex. Innoc. in d. cap. 1. num. 2. Abb. nu. 5. Neque huiusmodi restitutionem ad cohabitandum ad dictum effectum experiendæ coniugalis copulæ, potest impedire, quod puella inspecta ab obstetricibus fuerit reperta virgo, tamen quia iudicium huiusmodi † est fallax, oculusque sæpè fallitur, vt in proposito dicit Innoc. in d. cap. 1. num. 5. tum quia non valet consequentia, vxor reperitur intacta, Ergo vir est impotens impotentia naturali & perpetua, quæ sufficiat ad dirimendum matrimonium. Nam ad hunc effectum solet dari triennium, vt videatur, an interim possint effici vna caro, & illud perficere, quod antea non potuerunt. d. cap. laudabilem. vbi Abb. num. 5. quod si post triennalem cohabitationem non potuerint matrimonium consummare, tunc bene intrat præsumptio, quod impedimentum sit perpetuum, idem Abb. in c. fraternitatis. nu. 15. d. tit.

Vnde etiam non obstat, quod Do. Horatius 11. mensibus cum vxore cohabitauit, & non potuit illam cognoscere, quia vt habetur in c. 15. d. tit. etiam post octo annos quibus simul † coniuges habitauerant, præfixi fuerunt noui, & plures termini, ad faciendam experientiam copulę coniugalis, quapropter erit etiã in casu nostro præfigendus terminus Domino Horatio, & vxori, quo dantes operam carnali copulæ experiantur, si Deo fauente simul possint conueniri, & vna caro, & vnum corpus effici. Reseruarunt Domini videndum, qualis debeat, ac quantus esse huiusmodi terminus, cum pluribus casibus Doctor. illum Iudicis arbitrio relinquant, & propterea discutiendũ erit, An in aliquo ex illis casibus versemur, quo minor triennio sit statuenda cohabitatio, erit etiam decernendus modus & locus huiusmodi cohabitationis, ac ratio ineunda, per quam sit puellæ cautum, ne à viri fecatiin detrimentum aliquod patiatur.

PAMPHILII.

Beneuentana, Census, 29. Mart. 1593.

ARGVMENTVM.

Protestatio apposita contractui, ius partis conseruat, vt ex ea si quid in eo contra formam à constitutione Papali præscriptam, vel appositum vel omissum fuerit, pro inualido vel omisso haberetur, contractus validus reddatur, & præsumatur iuxta prædictam constitutionem celebratus.

SVMMARIA.

1. *Rescriptum Papale super constitutione census.*
2. *Protestatio conseruat ius partis.*
3. *Protestatio apposita instrumẽto etiam ad pacta expressa refertur.*
4. *Schedula Bancharia vim habet solutionis, & quando hoc maximè procedat. & nu. 5. 7. & 8.*
6. *Contractus vitium passus ob non præsentis pecuniæ solutionem, an ex speciali Commissione Papæ cum clausula Constituo, sanetur.*
9. *Solutio facta post dies quatuor statim, in ipsa actu celebratione facta dicitur.*
10. *Statim, dictio cũ aliquo temporis interuallo intelligitur.*
11. *Imò & duorum mensium spacium aliquando complectitur.*
12. *Census an super omnibus alicuius bonis, & sic super incertis imponi queat.*

DECISIO CCLXXXV.

DIxerunt Domini, sententiã A.C. super inualiditate census nõ sustineri. Validitas enim ipsius census, etiam quod in instrumento adessent aliqua pacta repugnãtia Constitutioni † fel. record. Pij V. videbatur Dominis satis præseruata ex declaratione & protestatione per contrahẽtes in principio, medio, & fine contractus facta, quod instrumentũ intelligatur initum, factum, & stipulatum iuxta formam prædictæ constitutionis, ita quod si in eo aliquid contra dictam formam esset appositũ, illud habeatur pro nõ apposito, nõ scripto, nec stipulato, sed reducatur, & reductũ censeatur iuxta illius tenorem, cũ eorum intentio fuerit, & sit ita cõtrahere, & non alias, aliter nec alio modo: Ista enim protestatio cum sit facta in ipso contractu ad limitandã ipsius obligationẽ, & illi ambæ partes consenserint, præseruat † ius protestantis, & validitatẽ contractus perinde, ac si fuisset celebratus sine illis pactis, & in omnibus & per omnia iuxta formã, & tenorem prædictæ Constitutionis. Aym. consil. 145. sub nu. 14. ad no. per Barr. in l. non solum. §. morte. nu. 24. Alex. nu. 3. cum seq. & alij. ff. de op. nou. nunc. Abb. in c. cum M. Ferrariensis sub nu. 15. de const. Alex. cõsil. 27. nu. 40. lib. 3. Put. dec. 22. nu. 3. lib. 2. & in terminis huius protestationis in instrumento census, tradit Hier. Gabr. cons. 47. nu. 7. lib. 2. & tenuit Rota, dicẽs, hanc protestationem referri etiam ad † pacta expressa in causa Foroliuiensi, census, coram Reuer. Patre D. Orano, sub die 13. Nou. 1589. maximè, quod emptor, qui produxit instrumentum pro consequendo tantummodo fructus, vsus fuerit vnquam aliquo ex prædictis pactis, quæ prætenduntur illicita.

Non obstat, quod ista protestatio non possit supplere defectum realis numerationis pecuniarum, quã Constitutio in ipso actu celebrationis instrumenti coram Notario, & testibus requirit, quia per dationem schedulæ Bancharię, quæ habet, † vim solutionis, Bar. in l. si soluturus. ff. de solut. Put. dec. 156. lib. 1. videtur satisfactum huic formæ inductæ ad cautãdum fraudes, & simulatas solutiones, ad no. per Dec. in l. si mater. sub nu. 4. C. de instit. & subst. Cassad. in decis. 2. de iud. latè Brun. de implen. & obscuri. form. in pr. fall. maximè cum † pretium prædictum esset conuertendum in extinctionem aliorum censuum, quod eodem temporis momento fieri non posset, valdè expediebat emptori, vt solutio fieret per schedulã, ne interim pecuniæ cõuerterentur in aliam causam, ad no. in

in Auth. hoc ius porrectum. Cod. de SS. Eccles. Et cessat difficultas, quia iste defectus † fuit sanatus per specialem commissionē Sanctissimi Domini Nostri, quae licet habeat clausulā *consilio*, quod statim post celebrationem instrumenti vēditionis census fuerit ipsis Domiois de Carissimis solutum pretium, vigore schedulae datae in instrumento, illa tamen est satis iustificata ex libris Montis de Citatella Mercatorum Neapolitanorum, qui pro emptore censūs constituerunt se illorum debitores in summa 4000. scutorum, pro pretio praedictae venditionis, quae promissio habet vim † vēditionis, vt per Bart. in l. singularia. ff. si cer. petat. tradit Afflict. decis. 553. in fin. & ctt decis. Ianuens. 4. nu. 9. & seq. praesertim quia illa eadem summa † fuit postea à praedictis mercatoribus soluta illisinet creditoribus Dominis de Carissimis, quibus vigore praedicti instrumenti erat soluenda, vt patet ex eisdem libris, qui cum sint adminiculati eo ipso instrumento venditionis, & ex schedula, probant etiam inter ternos. Bar. & alij in l. admonendi. ff. de iureiurand. Guid. Pap. decis. 441. Aym. consil. 275. num. 81. maximè in libris Mercatorum Ciuitatis Neapolitanae, per ea. quae alias deducta fuerūt de anno 1570. coram bon. memor. D. Bubalo, in causa Neapolitana, pecuniaria, & facit quae notata per Ias. in l. admonendi sub nu. 120. cum alijs, per Rol. conf. 92. nu. 5. lib. 3.

Neq; obstat, quod ista solutio facta fuerit post quattuor dies à celebratione instrumenti, quia non † ideo minus dicitur facta statim, vt loquitur Commissio, cū haec dictio *statim* † intelligatur cum aliquo temporis interuallo. l. quod dicimus. & ib. gl. ff. de solut. adeo, vt secūdum subiectam materiam aliquando verificetur † etiam in spacio duorum mēsium, vt latè per Alber. in suo dictiō. in verb. statim. Tiraquell. in l. si vnquā. in vers. reuertatur. sub num. 119. C. de reuocdonat.

Neque obstat, quod in praedicta Commissione non fuerint narrata alia pacta, quia de illis non erat habēda mentio, cum ex speciali partium conuentione illa haberentur pro non appositis, quatenus Bulla super forma creandi censūs contraria esset, vt supra dictum fuit.

Non obstat, quod census in defectu aliorum bonorum fuerit generaliter impositus super omnib. bonis, quia non † ideo redditur nullus, cum fuerit impositus super certis rebus, licet pro illius securitate in defectu illorum fuerit etiam impositus in alijs bonis; vt alias in fortioribus terminis fuit resolutum in causa Panormitana, seu Agrigentina, rescissionis contractus, sub die 13. Iun. 1575. coram Reuerendo Patre D. meo Blanchetto.

Et ex his Domini resoluerunt, cōtractum sustineri, & sententiam A. C. esse reuocandam.

L I T T Æ.

Eugubina, Census, 10. Febr. 1597.

A R G V M E N T V M.

Census constitutus super praediis, quae talis summae non erant capacia, & non interueniente pecunia, an sustineatur.

S V M M A R I A.

1 *Census creatus absque praesenti pecunia, ante constitutionem Papalem, quae talem praesentem pecuniae numerationem requirit, sustinetur.*

2 *Debitum ex vna causa de consensu partium in debitum ex alia causa conuerti potest.*

3 *Constitutio Papalis de creandis censibus, an & quatenus praesentem pecuniam requirat. & 5.6.*

4 *Leges proprium est futura prospicere, non praeterita.*

7 *Census super praedio tantae summae non capaci qualiter imponi possit.*

D E C I S I O CCLXXXVI.

De anno 1564. Euangelista Lames & Bernardus Gorantes mercatores Eugubij, asserentes se Dominos cum iuramento duorum praediorum, in territorio Eugubij existentium, imposuerunt specialiter super illis hypothecando, & supponendo generaliter omnia alia eorum bona censum scutorum 135. ad fauorem Bernardi Raynerij pretio scutorum 1500. quae scuta 1500. tunc non fuerunt exbursata venditoribus, sed verè ipsi aliàs erant debitores dictae summae.

Huius census fructus per plures annos fuerunt soluti sine aliqua controuersia, mox Bernardo emptore cēsus defuncto denegata fuit solutio heredi, vnde introducto iudicio inter haeredem emptoris, & haeredes venditorum, super nullitate dicti cēsus, tum quia non interuenit in eius creatione pecunia numerata, tum etiam, quia dicta duo praedia, super quib. specialiter impositus fuit census, non erant capacia census tantae summae.

Iudices de partibus per duas sententias declarauerunt dictū censum fuisse nullum, & fructus ex eo perceptos, non secus ac ex illicito cōtractu perceptos, vltra summam 5. pro cent. dicti capitalis scut. 1500. esse imputandos in extinctionem sortis principalis.

Ac tādem introducta causa in Rota coram me, dubitatur, An stante instrumento census, & alijs, de quibus in actis, sententiae de partibus sint iustae.

Et Domini vnanimiter pro negatiua resoluerunt, 1 moti, quia cum census iste † fuerit creatus ante Constitutionem Pij V. non potuit iudicari nullus, ex eo, quod in actu impositionis census nō interuenerit pecunia numerata, cum de iure communi debitum ex 2 vna causa non sit prohibitum † ex consensu partium conuerti in debitū ex alia causa, & sic ex causa, census, l. singularia. ff. si cer. pet. l. 3. §. fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. si ei nuptura. & l. si sponsa. §. fin. ff. de iur. dot.

3 Nec constitutio Pij V. † annullat cēsus alíter antea factos, vt ex lectura eius constat, & ex eo comproba- 4 tur, quod proprium legis † est, respicere negotia futura, & nō praeterita. l. leges, & Constitutiones. de legib. & quod census ante constitutionem Pij V. potuerit valide creari de pecunia ante debita emptori per venditionem, Nauar. consil. 1. nu. 1. tit. de empt. & vend. Surd. cons. 162. nu. 34. lib. 2.

5 Imò & post Constitutionem Pij V. non videtur improbata Constitutio census, etsi in † ipso actu non interuenerit pecunia numerata, dummodo tenēta constet ad manus venditoris peruenisse pretium ipsius census, vt alias in Signatura Sanctissimi, per Gregor. XIII. fel. record. fouit declaratum dixerūt Domini in vna Beneuentana, census, coram Reuerendo Patre D. Pamphilio, dum tenuerunt pro validitate census, licet in actu illius constitutionis non interuenisset pecuniae 6 † numeratio, sed sola schedula Bancharia.

7 Sicut nec ex eo potuit iudicari nullus census † iste, quod praedia illa duo super quibus specialiter fuit impositus, non essent tanti reditus, quod sufficerent pro soluendis fructibus d. census, stāte quod fuerunt etiā hypothecata, & grauata omnia alia bona ipsorum vēditorum, quod bene ante Constitutionem Pij V. fieri potuit, vt expresse probatur in Constitutione Calixti III. tit. de empt. & vend. in extrauag. ib. super eorum bonis, domibus, agris, praedijs, possessionibus, & haereditatibus, & Sot. de iust. & iur. q. 5. art. 1. & 2. & Dom. Bannes de iust. & iur. q. 78. ar. 4. tit. de censibus. & fuit resolutum in illa Panormitana, seu Agrigentina, rescissionis contractus, 17. Iun. 1575. coram Illustrissimo Blanchetto.

B L A N C H E T T I.

Romana, Societatis, Lun. 28. Ian. 1591.

ARGVMENTVM.

Societate inita vltra valorem officij, fructus non debentur iuxta conuentionem, vltra summam excedentem valorem officij, sed in sortem principalem computantur.

SVMMARIA.

1 *Fructus qualiter ex conuentione societatis licitè percipiantur.*
2 *Societates vltra valorem officiorum iniri non debent.*
3 *Societates inire super officijs vltra illarum valorem ex Bulla Pontificia prohibitum est.*
4 *Euictionis remedium ei non datur, vt nec Bulla Papalis, qui prudens, & sciens rem alteri obligatam emit.*

DECISIO CCLXXXVII.

HAbebat duo officia Cæsar de Bosis, ascendentia ad valorem aureorum, 1856. contraxit plures societates super eisdem officijs, Petrus Marcus Marinel, videlicet primam aureorum 3000. aliam 1500. tertiam 1700. quartam 1850.

1 Dubitaui in Rota, super validitate prædictorũ contractuum, ad effectũ, an licitè fructus potuerint percipi, iuxta conuentionem societatis, vel saltem ratione damnorum, & interesse, aut potius venirẽt computandi in sortem principalẽ, & Domini dixerũt, quod 2 in hoc casu, in quo contrahens sciens & prudens † societatem iniuit vltra valorem officiorũ, fructus percepti non debentur, iuxta conuentionem, vltra summam excedentem valorem officiorum, & debent cõputari in sortem. Bulla enim Pij IV. claré prohibet, 3 inire tales societates, super † officijs vltra illorum valorem, ex quo sequitur quod tales societates non sustinentur, & fuit resolutum coram me, 24. Ian. 1575. in causa Romana, societatis, de Lutelmis, & tradit Cos. Ful. de offic. sacer. p. 2. p. 70. vers. quarto est. Et ea est ratio, quia vbi deficit subiectũ, super quo subsistat, contractus in vim societatis valere non potest, l. verũ. §. fin. ff. pro soc. & necesse est, vt resoluatur in mutuũ.

Nec obstat periculum vitæ cõsideratum, cuius ratione possunt emi certi reditus ad vitam emẽtis, quia quando emuntur certi reditus, sors principalis repeti non potest, sic disdicta societate sors principalis venit restituenda, præterea adest prohibitio expressa Papæ.

Nec obstat, quod importat pœnam Officiali, non autem creditoribus, quia procedit, quando Officialis inscio socio plures societates cum alijs contraxit, & illas non reuelat, hoc autem casu est idem socius, & super ijsdem officijs est inita societas, ita vt bene poterit scire valorem officiorum, & sicut illi nõ est perspe4 ctum de euictione, qui sciens, & prudens † rem alienam, vel alteri obligatam emit, l. si fundũ. C. de euict. ita nec huic debet Bulla suffragari.

An autem fructus pecuniarum cedãt loco damnorum, & interesse, ratione lucri cessantis, Rota voluit semper probari requisita per Pau. de Cast. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loc. Put. decis. 259. lib. 1. Chass. decis. 29. & coram me in causa Romana census, 4. Decem. 1577. & infinitis alijs causis, quæ an concurrant hoc casu, vel ne, potest particulariter videri.

SERAPHINI.

Romana, Officij, Lun. 19. Octobr. 1598.

ARGVMENTVM.

In subhastationis officiorum quæ obseruanda sint, præsenti decisione explicatur.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca an etiam super officijs locum habeat & nu. 3.*
2 *Ius quæsitum alicui, non est ei auferendum. & num. 8.*
4 *Papa ex licentia Principals potestatem facit subhastandi officia.*
5 *Officiorum in venditione quæ requirantur.*
6 *Hypothecæ ea tantum subsunt, quæ vendi, aut ad hæredes transmitti queunt.*
7 *Iure dantis resoluto, etiam ius accipientis resoluitur.*
9 *Principis rescriptum per subreptionem obtentum, non sustinetur.*
10 *Clausulæ generales non sunt attendendæ, si ex iuribus, quibus derogatur, implicatur contrarietas.*

DECISIO CCLXXXVIII.

FEl. record. Sixtus V. vnum ex officijs militum Lilij donauit q. Io. Pet. Riccio eius familiari, qui postea dictũ officium vendidit, & postea pretio eiusdẽ emit aliud officium Equitum Lauretanorum, quæ officia in eorũ erectione habent indultum, ne per trienniũ à die erectionis vacarẽt. Obijt deinde Riccius in primo anno, cũ adhuc superessent duo anni, ex forma indulti relicta Camilla, filia infante, cuius contemplatione idem Sixtus contulit dictũ officium Pompeio de Blanchis, cũ decreto, quod illud vendere, alienare, vel obligare nõ posset, nec in totũ, vel in parte de illo disponere, absque expresso consensu Camillæ, & Magdalenæ matris, ita vt neq; à creditorib. Ioã. Petri in vim cuiuscũq; obligationis Cameralis, vel alio respectiuè molestare valeant, cum decreto irritãti, & clausula *sublata*.

Fuit postea ad instantiam creditorum Ioann. Petri obtenta à Sanctiss. Do. Nostro licentia subhastandi dictum officium, narrando, quod dictum officium fuerat collatum in personam dicti Pompeij de Blanchis, cum onere, quod ipse Pompeius debita Ioan. Petri integrè persolueret, cum clausulis opportunis, & clausula derogatiua priuilegiorum, & indultorum, ... & hæc fuerunt gesta cum Pompeio, non citata Camilla, aut Magdalena eius matre, & tutrice.

Cumque mihi esset commissa extra Rotam, & vti prelato causa repetitionis officij, siue eius pretij ad instantiam Camillæ, volui cõsulere Reu. Dominos meos Coadiutores super hoc articulo, an locus esset restitutioni huius officij, stãte rescripto, siue indulto Sixti V. & causa proposita, vota Dominorum fuerunt diuisa, 1 tres enim ex Dominis existimabãt hypothecam † cadere super istis officijs, per tex. in l. fin. C. de pign. hocque dicebant esse de mente Couar. lib. 3. var. cap. 19. nu. 6. Adcued. ad Curiam Pisant. c. fin. nu. 4. Auendani respons. 9. nu. 3. Matthiens. in l. 5. tit. 9. gl. 4. lib. 5.

Quo stante fundamẽto, cum esset vigore hypothecæ ius quæsitum creditoribus Ioan. Petri super d. officio, non suffragari Camillę rescriptum Sixti V. ex quo in eo non fuit derogatum regulæ, de non tollendo iu2 re † quæsito, ad decis. Mohed. 2. Sarm. super d. reg. q. 15. Cæs. de Grass. decis. 3. de rescrip. & fuit resolutum in causa Bononiẽsi, officij, 5. Dec. 1594. coram Reuer. Patre D. meo Litta, & in plurimis alijs causis per Informantes allegatis.

Quatuor verò ex DD. contrarium sentiebant, nam 3 quod dicitur ista † officia cadere sub hypotheca, id dicebant intelligendum esse respectu fructuum, & pretij, non autem respectu tituli, de quo non licet disponere, nisi de expressa licentia Papæ, in cuius præiudicium nulla potest cadere super titulo hypotheca, vt est receptissimum in Curia, cum videamus per mortem debitoris vacante officio illud acquiri Papæ, qui de eo disponit nulla habita ratione creditorum, quod 4 si aliquando Papa dat licentiam † subhastandi officia debitorum, illud fit ex Principis indulgentia, maximè quod eo tempore subhastationis non sunt vacantia, & hoc optimè intelligitur ex Nouella constitutione 53. de exhib. & introd. te. §. optimum est quoque. vbi Imperator tradit, antiquis temporibus, non adfuisse in militijs hypothecam, sed paulatim Imperatores interpellanonum creditorum miserantes eos admisisse, nec refragatur l. fin. C. de pign. quia loquitur de officijs, quę vendi, vel ad hęredes transmitti possunt, quæ qualitates istis officijs non obueniunt, cum nunquam ad hæredes transmittantur, nisi ex particulari decreto 5 non vacationis, neq; vendi † possint, nisi impetrata licentia.

cẽtia, quę licet obtineri soleat, noo tamen ita de facili, nam & adhiberi solet diligentia in explorando, sitne senex, aut valetudinarius, qui vult resignate, & si est absens, præstãda est fideiussio, de superuiuentia, ideo non bene applicantur ea, quæ afferuntur ex Couarr. quinimò magis adaptantur authoritates per eum allegatæ, Bart. Bald. & Castr. neque par est ratio Imperatoris in legioma, etiam facultate alienandi, nam quãdo in legitimam computantur, agitur tantum de dict. officiorum iotimatione, nõ autem de titulo, vt fuit dictum corã me in vna Romana, de Piatetis, 17. April. 1580. Ideo quæ ex Doctorib. deducuntur in l. omnimodo. §. imputari. de inoffic. testam. nõ faciũt ad propositum, & si bene aduertatur, hoc idem videtur in effectu concludere Couarr. in loco supra citato, dum in fin. ait, officia publica conferenda, quo ad eorum

6 æstimationem, vnde stat regula, ea solum † cadere sub hypotheca, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti possint. l. fin. C. de reb. alien. noo alien. Ruin. cons. 123. ou. 20. lib. 2. & Doctores contrariom tenentes iotelligendi suot tantum respectu fructuum & æstimationis, si eoum contingat officium alienari, pretium, quod pro eo datur vendenti cadit sub hypotheca, vigore clausulę generalis, qua obligãtur bona tam præsentia, quã futura, quod si etiam velimus, quod hypotheca cadat super titulo, quod tamen non est verum, tamen hoc

7 casu etiam dicendum erit, resoluto iure daotis † resolui etiam ius accipientis, & ita eam euanescere, postquam titulus rediit ad Pompeium. l. lex vectigali. & ibi Dd. de pigo. Ruin. cons. 17. nu. 8. lib. 1.

8 Ex his facilè tollitur, quod † dicitur derogaodum fuisse regulæ de non tollendo iure quæsito, quia supposito, quod titulus non veoit sub hypotheca, clarum est, eius respectu nullum esse ius quæsitum creditoribus, vnde fit, vt non sit opos derogare regulæ, siue etiam si hoc ius est tale, quod per mortem resoluatur, ad consil. Soc. iun. 190. num. 17. lib. 1. nam hoc casu Papa disponit de re sua, non autem de aliena, & nemini aufert ius aliquod quæsitum, & quæ in cõtrarium allegãtur, si siogula examinentur, apparebit loqui in iure quæsito, vel in re, vel saltem ad rem, hic verò nihil tale reperitur. Nam quod dicitur de iure petendi licentiam, est nullius considerationis, cum hoc ius noo sit formale, sed quędã facultas, cuius euentus ex alieno pendet arbitrio, & bene faciunt, quæ tradit Sarm. in d. reg. q. 4. vbi vult ius conditionale non præiudicari per regulam, & ex his concludebant Domini, hanc partem tenentes fructus quidem totius trienoij, quo nõ dabatur vacatio, obligatos fuisse creditoribus, pretium verò officij non potuisse ab ipsis vindicari, stante indulto Sixti V. hoc prohibente, neq;

9 † ipsis suffragari licentiã obtentã à Sanctiss. D. Nostro, propter subreptionẽ, & obreptionem, nã expressum fuit, Pompeium teneri ad solutionẽ æris alieni, quod erat falsum, & non fuit expressum Sixtũ V. tale indultum concessisse, quod nõ potuit intelligi sub iouolucro, clausulaq; maximè cũ ex iurib. quibus derogatur

10 implicetur cõtrarietas ad ea, † quæ fuerunt expressa, quæ facit vt clausulæ generales nõ siot attẽdeodæ, vt fuit alias resolutum corã bon. mem. Illustr. Cardinali Lancelotto, in voa Canensi, & hæc fuerunt dicta hinc inde per Dominos, verũ cum causa esset extra Rotã, & qui sentiebant pro Camilla, erant seniores, quorum sentẽtia mihi quoque probatur, volui eã sequi, cum à Dominis hoc totum arbitrio meo relictum fuerit.

Romana, Societatum.

ARGVMENTVM.

Fructus exacti occasione societatum, debitore in mora non existente, loco damnorum, & interesse, ex causa lucri cessantis, seu damni emergentis, non cedunt, sed imputantur in sortem principalem.

SVMMARIA.

1 *Fructus occasione societatum exacti, loco damnorum, & interesse non cedunt, deficiente mora debitoris. & nu. 6.*
2 *Interesse lucri cessantis ex potentia propinqua lucrandi, non probatur.*
3 *Lucrandi potẽtia propinqua quomodo probetur. & nu. 4.*
5 *Vsurariæ conuentionis non est habenda ratio.*

DECISIO CCLXXXIX.

1 DOmini dixerunt, fructus occasione societatum exactos per Petrum Marcum, non posse † cedere loco damnorum, & interesse ex causa lucri cessantis, seu damni emergentis, quia deficit principale requisitum, videlicet mora debitoris, l. lecta. vers. nec ante sortem. & vers. sed si quantitatem. ff. si cert. petat. l. institutio talis. ff. de cond. inst. Canon. ioc. salubriter. de vsur.

2 Noo probatur etiam lucri cessantis † ioteresse ex potentia propinqua lucrandi, prout requirit Paul. de Castr. in l. nunc. ff. de eo quod cer. loc. quia ex qualitate loci, in quo passim inueniũtur occasiones pecunias

3 ad lucrum collocandi, Rota non † ceosuit probatam istam potentiam lucri propinquam, vt alias coram D. meo Gra. in vna Anconitana, pecuniarũ teouit, cum

4 requiratur in specie probatio, † quod tempore interpellationis creditor haberet certam occasionem pecunias inuestiendi, vt per Alex. in l. dissentio. in pr. nu. 13. ff... in c. cum venerabilis. col. 5. de except. Franc. Marc. decis. 167. lib. 2. Lap. in l. vni. nu. 41. C. de sent. qui pro dote, quod communiter fuit ita resolutum io pluribus causis.

Nec etiam potest peti vti interesse ab initio cõuentum, quia saperet vsurariã prauitatem, & cõuentio-

5 nis huiusmodi nulla est † habenda ratio, tam de iure diuino, quàm humano, vt per Reuer. Patrem D. D. in causa Romana expeosarũ, coram Reuer. Patre D. meo Decano, 16. Dec. 1596.

Ex quibus & alijs allegatis Domini ceosuerunt pro rata per quam societates sustineri non potueruot, fru-

6 ctus exactos † cohærere extinctioni sortis principalis.

PAMPHILII.

Romana, Census, Lun. 29. Nooembr. 1599.

ARGVMENTVM.

De fructibus ex censu percipiendis, an & quando hi debeantur, discutitur.

SVMMARIA.

1 *Venditori census permittitur illius redemptio, non autem emptori.*
2 *Iudicis mandatum factum partis reputatur.*

DECISIO CCXC.

FVit resolutum, non deberi fructus D. Magdalenæ, quia aut illos prætendit ratione interesse, ob retardatam solutionem, & oon concurrunt requisita à Castr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc. quem sequitur Rota, vt per Mohed. dec. 103. & decis. 208. cum vulg. aut ratiooe census, & minus debentur, quia à die, quo ob non impletas conditiones Magdalena suscepit mandatum, pro restitutione sortis principalis, ipsa sors cessit in debitum, ita vt vltra eam nõ possint peti aliqui fructus, citra vitium vsuræ. c. plerique eum seq. quæst. 3. Laur. de Rodul. in tractat. de vsur. quæst. 1. nu. 1. Couarr. lib. 3. var. resolut. c. 1. sub nu. 1. nec enim ad touicem se compatiuntur quod census duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem principalem, quando

1 velit, quia licet venditori † census sit promissa illius redemptio, iuxta Constitutionem Martini, Calisti, & Pij emptori tamẽ est omoino prohibita, eum alias esset certus de lucro, Sot. de iust. & iur. lib. 9. art. 3. in 1. concl. latè Conrad. de conect. q. 54. in 5. conclus. Cou. lib. 3. var. resol. c...... nu. 4. etiam quod actu non sit deductum in supputatione, dummodo emptor aliundè

sit securus, sum. Ant. in 2. part. c. 8. §. 14. circ. fin. & ideo cum post relaxationem mandati, fuerit in facultate Magdalenæ repetere pecuniam, quādo vellet, census fuit statim resolutus, etiam quod non concurrat actus retrouenditionis, quia res deuenit ad casum, à quo incipere non potuit, maximè stante mandato Iudicis, 2 † cuius factum reputatur factum partis, l. si ob causam. C. de euict. & cessat difficultas, ex quo Magdalena accepit eas pecunias, ad cōputationem sortis principalis, quod ostendit ipsam voluisse vti hac facultate extinguēdi censum pro rata pecuniarum habitarū, sed etiam pro tota summa, cum alias parte inuita non potuisset cēsus extingui pro parte, ad l. tut. §. luerum. ff. de vsur. Ias. post alios in l. quidam. sub nu. 4. ff. si cer. pet. vltra quod concurrit relaxatio mandati pro tota summa, quæ facit, vt verisimiliter mente Iudicis & Magdalenæ cō tractus habitus pro indiuiduo, in totū resolutus contractus, ad l. Pedius. ff. de arbit. Bart. in l. egregiè. §. illud. sub nu. 4. ff. de fideiuss. Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. in repet. sub nu. 6. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 12. nu. 34. lib. 2. Aym. cons. 170. nu. 6. nec aliquid facit, quod Marcus promisit soluere fructus pro duabus tertijs, quia eius promissio stante supradicto, fuit inualida, maximè cum sit facta post translatum onus census, in dict. Valerium, cum quo seruatis seruandis erat erecandus nouus census pro licitis habendis fructibus.

M E L L I N I.

Romana, Societatis, Ven. 23. Iun. 1600.

A R G V M E N T V M.

Societas officij per Venditionem soluitur, & fructus post eam, emptori non debentur, licet ignorauerit Venditum illud fuisse.

S V M M A R I A.

1 *Societas officij ex eius venditione soluitur.*
2 *Et solum mutuum remanet.*
3 *Ignorantia venditionis officij non operatur, vt illud præsumatur durare.*
4 *Societates officiorum, ob periculum amissionis sortis principalis sustinentur.*
5 *Fructus a sciente soluti an possint repeti.*
6 *Vsuræ etiam sponte solutæ repeti possunt.*
7 *Indebitum scienter soluens, quando repetere possit.*

D E C I S I O C C X C I.

DOmini circumscripserunt in præsenti disputatione caput scientiæ vel ignorantiæ Illustr. D. Ioan. Baptistæ de Monte, venditoris officij, & concluserūt, quod siue sciuerit, siue ignorauerit, fructus ei nō debeantur post venditionem officij.

Fundamentum resolutionis fuit, quia per vēditio-1 nem officij † societas dissoluitur, l. verum. §. vlt. ff. pro soc. §. soluitur. Inst. eod. tit. & dissoluta societate cessat periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, & re-2 manet purum, & merum † mutuum, ex quo citra vsuram non possunt percipi fructus, non obstante pacto, vel consuetudine in contrarium, vt fuit resolutum in causa Romana Societatis, coram Cardinali Lancelotto, 28. April. 1570. & in alia Romana, Societatis, 10. Maij, 1578. coram Illustr. Blanchetto, & in causa Romana, 3. Iun. 1575. coram Cotta, & sæpissimè in alijs causis, & distinctio quæ fit per Modernos, & sic per Informantes inter scientem, & ignorantem non habet 3 aliquod fundamentum, quia ignorantia † venditionis officij non operatur, quod societas duret. Alexan. consil. 60. nu. 1. & 2. lib. 1. & dissoluta societate militat eadem ratio, quod cessat periculum amissionis capi-4 talis, propter quod periculum solum sustinētur † societates officiorum, & licitè percipiuntur fructus, sed solum in hoc casu competit actio ad interesse probatum verè & concludenter, & non præsumptiuè, iuxta doctr. Pau. de Cast. in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cer. loco quā Rota seruat, vt per Put. decis. 232. lib. 1. Mohed. dec. 208. Verall. dec. 2. lib. 3. in manuscrip.

Non obstant tex. in l. sed & totius. §. si absenti. & in l. actione §. item si alicuius. ff. pro soc. quia in Spec. illorum textuum societas est finita, & licet vnus ex socijs ignoraret, dissoluitur, Bart. & Bal. in d. §. si absenti. Idem Bart. & Fulgos. in d. §. Item si alicuius. Alex. d. cons. 60. nu. 1. & 2. & quæstio est solum de damnis, & lucris, & alijs gestis medio tempore inter dissolutionem societatis, & scientiam alterius socij, & ista quæstio cessat in hac specie, quia post venditionem officij non potest amplius alicui ex socijs obuenire damnū, neque lucrum, cum cesset periculum amissionis sortis principalis, ex parte dantis, & ex officio vendito, super quo solum est contracta societas, alias socius non possit amplius percipere vllos fructus.

5 Non obstat, quod cum isti † fructus fuerint soluti sponte à sciente illos esse indebitos, non possunt amplius repeti, l. 1. ff. de cōd. indeb. cum alijs allegat. quia 6 hoc non habet locum in vsuris, † quæ possunt repeti, etiam si fuerint scienter, & spontè solutæ, Bart. in l. si non sortem. §. si quis falso. ff. de cond. indeb. Ias. in d. l. 1. nu. 12. vers. quinto limita. Dec. in l. cuius per errorē. nu. 4. de reg. iu. & tanto magis, quia ista solutio nō fuit facta ab Episcopo animo donandi, sed ad effectū differendi restitutionem summæ satis notabilis scut. 2000. sortis principalis, quam tunc non habebat in promptu, vt probatur ex suis literis, & quando potest 7 sumi alia præsumptio quam donationis, † soluēs scienter indebitum potest repetere. Bal. in d. l. fin. & ib. Ias. in 4. limit. Dec. in d. l. cuius per errorem. num. 2.

Non obstat, quod esset in potestate recipientis pecunias ad societatem sine certioratione socij eum priuare fructibus societatis, quia certioratio non est necessaria. Alex. d. cons. 60. nu. 2. & ex ista venditione nō resultat aliquod præiudicium considerabile, cum non curras amplius periculum amissionis sortis principalis, & is qui dat pecunias, facilè possit certiorari, an societas duret, vel ne, & ea dissoluta repetere sortē principalem, & ideo imputare sibi debet, si est negligens in perquirendo, an societas duret.

C O T T Æ.

Romana. Damnorum, 3. Iun. 1575.

A R G V M E N T V M.

Societate officij dissoluta, fructus loco damnorum & interesse, ad rationem 12. pro centenario quolibet, non debentur.

S V M M A R I A.

1 *Fructus soluta officij societate non debentur.*
2 *Pactum, vt soluta societate, fructus percipiantur ad rationem 12. pro centenario, non sustinetur. & nu. 3.*
4 *Taxatio vsuraria ex confirmatione Papali robur non accipit.*
5 *Vsura etiam iure diuino prohibita.*

D E C I S I O C C X C I I.

COnclosum in casu de quo agitur, loco damnorū, & interesse non deberi D. M. Antonio Lepido fructus ad rationem 12. pro quolibet 100. vsque ad 1 diem solutionis 2000. quia dissoluta † societate perceptio fructuum nō est licita, cum cesset periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, remaneatque purū & merum mutuum, in quo nisi.... totidem pecuniæ 2 restitui debeat, & pactio illa, quod distracta † societate fructus currant ad rationem 12. pro centenario, non valet, tāquā in fraudē vsurarum facta, nisi aliūde 3 probet de † interesse præfato, vt per Bal. in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. vers. quid ergo. ff. si cer. pet. vbi Purp. n. 39. Dec. cōs. 39. sub nu. 5. & in cōs. 322. 2. dub. col. fi. Aym. cōs. 89. sub nu. 7. Plot. de cōm. in l. si quādo, nu. 452. C. vnde vi. & ex Theologis D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. in respons. ad 5. arg. tit. de iust. & iu. lib. 6. q. 6. ar. 2. cir. fin.

Et

Et ad supplicatiooem super confirmatione societatis, & quod ea finita restituantur 2000. alias fructus soluerentur ad 12. pro centenario, loco damnorum, & interesse fuit responsum, dictam taxationem absque aliqua probatione dicti interesse esse vsurariam & illicitam, idcirco confirmationem, siue dispensationem illi robur aliquod tribuere † non posse, c. super eo. de vsur. Cooar. var. resol. lib. 3. & pr. num. 8. vers. 2. expressius ea sane ratione, quia cum vsuræ † sint prohibitæ, etiam de iure diuino, c. quia in omnib. & d. c. super eo. de vsur. c. plerique 14. quæst. 4. Papa non dispensat cōtra ius diuinum, & super pacto vsuram sapiente. D. Thom. p. 2. quæst. 94. artic. 5. per tot. dixerunt Domini tum dispensationem sustineri noo posse in terminis iuris communis, nempe quando probaretur interesse lucri cessantis, & damni emergentis, non autem simpliciter, & absolute. Dec. d. consil. 322. num. 4. quod quidem erit probandum, vt Rota postulat iuxta decis. Mohed. 208.

P E N I Æ.

Neapolitana, Census, Luo. 31. Ian. 1594.

A R G V M E N T V M.

Recensentur casus, in quibus vel secundus creditor, vel secundus mutuans quis præsumatur.

S V M M A R I A.

1 *Casus primus, quando aliquis secundus creditor dicatur.*
2 *Casus alter.*
3 *Tertius.*
4 *Creditor secundus, vt in locum primi succedat, quæ requirantur. & seqq.*

D E C I S I O CCXCIII.

IN hac causa fuerunt factæ multæ resolotiones contra D. Abbatem Paulotium, qoibus cum ægre vellet acquiescere, ex benigoitate fuit sibi concessum disputari dubium, quod petierat. An scilicet in casu, de quo agitur, esset secundus creditor, vel secundus mutuans.

Casus autem talis erat de anno 1576. D. Antonius Portius nunc Episcopus Neapolitanus, tanquam Procurator Camilli sui fratris, vendidit Lucretiæ Boccaplanulæ annuum censum ducat. 90. pro ducatis mille, super quadam domo dicti Camilli, & pro maiori securitate Lucretiæ, Antonius tam pro pretio, quàm pro euictione domus in perpetuum se principali nomine obligauit: & de anno 1578. Camillus suam cooditionem meliorem efficiendo, reducendo censum ad rationem octo cum dimidio pro centenario, vendidit ius luendi sibi reseruatum, pro eodem pretio ducatorum mille Iuliæ Starbanæ cum pacto expresso, vt ipsa succederet in iuribus, & actionibus Lucretiæ competentibus, & de anno 1579. idem Camillus reducendo prædictum censum ad rationem octo tantum pro centenario, vendidit eidem Do. Abbati Paulutio annuum censum ducatorum centum, super eadem domo pro pretio ducatorū 1250. & addito pacto vt ducati mille deberent remanere in bancho, vt soluerētur Iuliç Starbanç priori creditrici, ad effectum, vt Abbas Paulutius succederet in locum, gradum, iura & actiones dictæ Iuliæ, & de eodem anno 1579. prædictæ pecuniæ fuerunt solutæ Iuliæ Starbanæ priori creditrici, quæ coofitebatur in instrumento retroueoditionis, factæ Camillo sibi fuisse satisfactum de pecunijs Do. Abbatis Paulutij.

Qua facti serie stante Do. ad propositum dubium responderuot, Abbatem Paulutium non esse secundū creditorem, ad effectom, vt debuerit, vel non debuerit interuenire pactum, de cuius pecunia soluebatur cum debitore, vt succederet in locum prioris & secundi creditoris, cui pecunia soluitur. Distinguebant enim aliquos casus. Primus erat, quando adsunt duo credito-1 res, quibus eadem res reperitur † obligata, & tunc si secundus creditor offert primo, & soluit pecuoiam ei debitam, absque pacto succedit in eius locum, & ita procedit text. in l. 1. C. qui pot. in pign. hab. & l. fin. C. de his, qui in prior. cred. loc. succ. & gl. in l. 1. in 1. cas. C. eod. & in l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. non poss. & in his terminis loquitur etiā Odoffr. Alber. Bald. & Ang. in l. 1. C. de his qui in pr. cred. loc. succ. & ratio est, quia cū ista successio prioris creditoris in locum primi per oblationem, & solutionem fuerit à lege inducta, ideo non requiritur aliquod pactum, quum ministerio iudicis ita disponentis ipso facto inducatur successio primi creditoris in locum secundi. l. 1. l. prior. l. diuersis. & l. cum tibi. C. qui pot. in pign. hab. hic tamen casus non applicabatur huic themati, in quo Paulutius non erat secundus creditor, cum ante istam solutionem nō haberet aliquam actionem, neque hypothecariam, neque personalem contra Camillum debitorem.

2 Alter casus † erat, quando extraoeus soloit ipsimet priori creditori, & tunc necessarium est pactum, vt pee glo. in l. Aristo. vbi Salyc. num. 2. & fuit late dictum in alijs decisionibus, sed neque iste pertinebat ad hanc facti speciem, cum Paulutius non soluerit Lucretiæ, sed Camillo debitori.

3 Tertius casus † erat, quando debitor soluit de pecunia aliena, & tunc cum pecunia soluatur per debitorem, licet creditor, cuius est pecunia, possit dici mutuans, quia credit pecuniam creditori soluendi causa, & habet actionem mutui, vt per Franc. Connan. lib. 4. 4 comm. iur. ciuil. c. 17. num. 8. Ceterum, vt † succedat in locum primi, vltra pactum cum debitore requiruntur illa, de quibus glo. in d. l. Aristo. vbi not. omnes, & 5 vltra pactum est † etiam necessaria scientia huius pa-6 cti in creditore, Et quamuis non sit † necessarium pactum expressum, cum tacitum sufficiat, quia fingitur consentire, Bart. io d. l. Aristo. num. 3. Negus. tract. de pign. 3. memb. 5. part. num. 75. Vinc. de Franc. decis. 97. 7 num. 3. tamen non potest dari † iste consensus fictus, si non præcedat scientia, vt bene deducit Salyc. in d. l. Aristo. num. 3. vnde cum Iulia non habuerit scientiam huius pacti, Paulutius noo potuit succedere io eius locum.

B L A N C H E T T I.

Vrbeuetana, Census, Vener. 16. Decemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Census num inter mobilia computetur ad effectum, quod si à testatore vxori pecuniæ & mobilia sibi competentia, & competitura, relicta fuerint, etiam census relictus censeatur.

S V M M A R I A.

1 *Census mobilium appellatione non venit.*
2 *Testator vocabulo competitura, quæ comprehendi voluisse dicatur. & num. 3.*
4 *Verba legati tempus mortis non excedunt.*
5 *Mobilia, & se mouentia, quæ post obitum testatoris hæredibus obueniunt, non dicuntur competere testatori.*
6 *Census inter iura relicta numeratur.*
7 *Ius quæsitum nemini debet auferri.*
8 *Sors principalis ex parte creditoris inexigibilis est.*
9 *Census redemptio, & retractus differentia.*
10 *Fructus maturi pendentes tempore conditi testamenti, & mortis inter mobilia non censentur.*
11 *Census qui tempore mortis inter stabilia numeratur, inter res mobiles post mortem testatoris non computatur.*

D E C I S I O CCXCIV.

FVit resolutum, pecunias ex censibus redemptis extractas non spectare ad hæredes Franciscæ, sed ad illos de Magdalenis, cū enim Franciscæ à viro fuerint relictæ pecuniæ, mobilia ipsi testatori competen-1 tia, & competitura indubitati iuris est horum † appellatione non comprehendi census, clemen. exiui. §. cum annui redditus. de verb. signific. Rom. cons. 188. circ. fin.

fin. Tiraq. de retract. lignag. §.1.gl.6.num.4.cum seq. Couarr.var.resol.lib.3.c.7. nu.7. Rol.consil.54. num.6. lib.2.Gabr.consil.141.nu.2.lib.1. & si testator non dixit

2 † *competitura*, comprehenduntur, tum pecuniæ cum mobilibus existentes penes testatorem, tempore conditi testamenti, & non mortis, si ita legatū fuisset conceptum. Reuer. pater D.Mantica de coniect. vlt.vol.

3 lib.3.tit.11.num.4. sed cum ad † futura respexerit, veniunt etiam ea, quæ tempore mortis in bonis testato-

4 ris reperta fuerunt, sed hoc tempus † verba legati non excedunt, quia mobilia, & se mouentia, quæ post obi-

5 tum testatoris superueniunt † hæredibus, non testatori competere dicuntur, præcipue cū verba testamenti sint relatiua, ad oculum demonstratiua personæ testatoris, attentis illis verbis sæpe repetitis testatoris, &c. iuxta tradita per Bald. consil.304. num.1. vol.5.Ias.in l. filiusfam.§.Diui. in 2.lect.num.151. cum alijs per Decian.consil.29.nu.47.lib.2.

Istis non obstant tradita per Cyn. Iacob. Rom. & alios in l. ea demum. C.de collat. quos refert Becc.ibi. nu.2.& 3. & Tiraq. de retract. lign. in fin.num.14. videlicet, quod si statuto caueatur proximiorem agnatum posse rem alienatam rettahere, si quis in testamēto cauerit, quod bona mobilia remaneant penes hæredes, si fundum emptum à testatore contingat retrahi, disputant. An ad hæredem, vel ad executorem pertineat, in qua controuersia licet nonnulli tenuerint ad executores, non ad hæredes pertinere, tamen Fulgos. Alex.& Aret.in d.l.ea demum.contrarium tenuerunt.

Sed Domini dixerunt non applicari proposito census. Primò, quia fuit relicta vsufructuaria iurium, in-

6 ter quæ etiam † connumerantur census, & ex eius definitione patet, non autem proprietaria, quæ proprietas cum fuerit à die agnitæ hæreditaris acquisita hæredibus licet propter expressam testatoris prohibitionem non potuerit capere illius possessionem, ius ipsis

7 iam † quæsitum propterea ademptionem non potest ab eis auferri, & in vxorem transferri, nec hoc casu retractio ad initium fieri potest, cum media fuerint interrupta.

8 Secundò, cum sors principalis census ex parte † creditoris sit inexigibilis, ne cadat in retractum vsurarum, iste census, qui pendet à voluntate debitoris, non debet haberi in consideratione. Tiraquel.vbi sup. num.11.

Tertiò, retractus, & redemptio census non pari pas-

9 su ambulant, illud enim priorem † contractum ita resoluit, ac si factus non fuisset, per istam verò non resoluitur contractus, sed per actum retrosimilem res obnoxia cēsui efficitur libera. l.fin. C.quand.lic.ab empt. disced.§.hoc amplius.Inst.quib.mod.toll.oblig.& fuit resolutum coram Illustriss. Lancellotto, in vna Romana, Census, 25.Iun.1574.

10 Præterea, sicuti fructus pendentes † maturi tempore conditi testamenti, & tempore mortis non computantur inter mobilia, Reuer. pater D.meus Mantica, lib.9.tit.3.nu.6.Gabr.consil.98.num.5.lib.1.multomi-

11 nus Census, qui inter stabilia † tempore mortis connumerabatur, debet post mortem testatoris inter res mobiles recenseri.

Non obstat, quod ex decreto communitatis census iste esset redimendus, quia hoc casu poterit reuocari hoc decretum, ex quo non immutatur natura, & inter mobilia, non autem immobilia computetur, & ita decisum.

SERAPHINI.

Ariminensis, Census, Ven. 1.Iul.1588.

ARGVMENTVM.

Census an ab eo, qui mandatum, cum plena, & libera administratione habet, extingui & tolli possit.

SVMMARIA.

1 *Mandato nullo existente, etiam actus ex eo subsecutus corruit.*
2 *Mandatum non esse sufficiens vnde colligatur.*
3 *Clausula, cum plena & libera administratione, vis.*
4 *Priora in sequentia magis influunt, quam econtra.*
5 *Obseruantia non nisi ex præcedentibus actibus colligitur.*
6 *Illatio ex diuersis non reste sumitur.*

DECISIO CCXCV.

Constitutus fuerat census super quibusdam suis bonis, à D.Carolo de Hyppolitis ad fauorem D. Alexandri Pannaterij, qui dictum censum per viam recognitionis bonæ fidei cessit, & transtulit in Reuer. patrem D.Maluasiam: Deinde cum idem Pannaterius vigore cuiusdam mandati eiusdem D.Maluasiæ vellet terminos decursos exigere à D.Carolo, is excepit de extinctione, & reportauit sententiam pro se, quę postmodum fuit reuocata à Reuer. patre D.Iusto, & demum per appellationem causa in Rota introducta, fuit dubitatum, An hæc posterior sententia esset confirmanda, & Domini censuerunt esse confirmandam. Extinctio enim census per Pannaterium fuit expresse facta, vigore authoritatis sibi concessæ in dicto man-

1 dato, quare cum dictum mandatum non esset † sufficiens, fuit nulla, & inualida, restrinxit enim se ad facultatem, quæ ei data non fuerat, Ideo non potest valere, neque hoc nomine, neque alio, Rom.consil.446. nu.7.& consil.496.Cassad.decis.7.de appell.

2 Quod autem mandatum non esset † sufficiens, colligitur ex eo, quod erat constitutum tantum ad exigendum, non autem retronendendum, maxime attenta natura census, qui non potest inuito debitore extingui, & clarum est, in venditione exigi mandatum speciale, l. procurator tutorum.de procurat. l.procuratorem. C.eodem.

Nec obstat, quod mandatum sit cum plena & libe-

3 ra speciali, & generali administratione, quia † hæc clausula restricta est per verba præcedentia, & sequentia ad præmissa, ita vt hæc libera potestas non possit egredi fines præmissorum, c.qui ad agendum.de procur.in 6.Alex.in l.qui Romæ.§.Callimachus.num.6. de verbor.obligat.& consil.22.num.10.lib.1. Ruin. consil.59. num.3. lib.4.

Non obstat, quod ad sustinendam hanc extinctionem deducitur, D.Maluasiam approbasse quandam aliam extinctionem factam per D.Pānaterium, vigore dicti mandati, nam in ea tria concurrunt, quæ omnino tollunt applicationem huius argumenti.

Primum est, quod dicta extinctio & approbatio fuit facta per 17. menses, post priorem illam, de qua agitur, ideo non potest ab ea desumi argumentum, cum

4 priora magis influant † in sequentia, quam econtra, gloss.in l.quisquis. & ib. Bart.de leg.3. l. si quis ex argentarijs. §. si Titium. & ib. Ias.de edend. maxime in

5 materia vsus, & obseruantiæ, quæ non potest † colligi, nisi ex præcedentibus actibus, & ita loquuntur text. qui in simili citari solent, in l. vel vniuersorum. de pignor.& in l.si seruus plurium.§.fin.de leg.1.& in l.hæredes palam. §.si quid. in fin. de testament.cum simil. Secundum est, quod in prædicta posteriori extinctione creditor noluit confidere simplici mandato, sed voluit, vt Pannaterius se obligaret de suo proprio, & de obtinenda ratificatione. Et hoc bene colligitur tum ex instrumento, tum ex fide Notarij, qui de illo actu fuit rogatus. Tertium est, quod D.Maluasia actum illum ratificauit, pretio sibi per Pānaterium tradito, & solu-

6 to, vnde non potest fieri † illatio ex diuersis, vulg. l. Papinianus exul. de minor. Rom. Aret. & Alex.citati per Beronm.consil.123.nu.16.& 17.lib.1.

Quæ verò allegantur de nullitate cessionis actus census, ex dispositione legis, per diuersas. C.de mandat.non habent locum in cessione, quæ fit per recogni-

tionem

tionem bonæ fidei, & vbi pecuniæ erant ipsius cessionarij, vt fuit pluries resolutum in Rota, & onus caret dubitatione.

Quare conclusum, sententiam Reuer. patris D. Iusti esse confirmandam.

BLANCHETTI.

Romana, Census, 13. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Census ex pacto adiecto, quod per certum tantum tempus durare debeat, stante in contrarium constitutione Papali, nullus est.

SVMMARIA.

1 *Contractus ex pacto vsurario adiecto, nullus redditur.*
2 *Nec à consuetudine vim recipit.*
3 *Contractus ab initio nullus partium tacito consensu validari non potest.*
4 *Vsura iure, & naturali, & diuino prohibita.*
5 *Constitutio Papalis pacta contractibus apposita, quatenus saltem honesta sint, confirmat.*

DECISIO CCXCVI.

FVit resolutum, censum, de quo agitur, esse nullũ, propter adiectum pactum, quod per sexennium tantum durare deberet, stantibus Constitutionibus Martini V. Calisti III. de emptione & venditione, & 1 constitutione Pij V. & per tale pactum † tanquã vsurarium contractum annullari in totum, tradit Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 3. c. 9. num. 4. Gabr. consil. 152. nu. 4. & 5. lib. 1. & fuit resolutum coram Reuerendo patre Do. meo Decano, in causa Vrbeuetana, Census, sub die 13. Nouemb. 1592.

2 Hunc contractum nec † confirmatio Papæ, nec obseruantia subsequuta validare potuit, tum quia consuetudo hoc casu nihil operatur. c. cum nobis. vbi glo. in verb. olli. de vsur. Rocch. in c. fin. in 3. de consuet. & fuit resolutum coram Illustriss. Lancellotto, in vna Romana, Societatis, 1570. & in dict. Vrbeuetana, census, coram Reuer. patre D. meo Gypsio, tum etiam, quia partium tacito consensu, non potest contractus 3 † ab initio nullus validari, clement. 1. de vsur. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. regula non firmatur. eodem tit. in 6. Dd. in l. de quibus. ff. de leg.

Confirmatio autem Papæ hoc casu non suffragabatur. c. super eo. de vsur. & est communis opinio Theologorum, & Canonistarum, Dd. in l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. Summ. Angel. in verb. vsura. 2. nu. 14. Syluest. in eod. vers. 9. num. 22. Sot. de iust. & iur. lib. 9. prim..... primo ad tertium argumentum Couar. 4 lib. 3. var. resol. cum vsura, & iure naturali, † & diuino sit prohibita, contra quæ Papa non dispensat, D. Thom. p. 2. q. 94. artic. 5. & fuit resolutum coram bon. mem. Cotta in vna Romana, societatis. 3. Iun. 1575. quæ est decis. 75. inter Diuers. part. 1. in impress.

Multo magis, quia confirmatio Papæ respexit præcipue venditionem officij, alia verò pacta tam expres-5 sa, quàm tacita confirmat, quatenus † sint honesta, vt patet in illis verbis, pacta huiusmodi, & omnia & singula præmissa.

Non obstant mandata executiua, quia non fuit in potestate Iudicis validare hunc actum.

SERAPHINI.

Romana, Census, Vener. 15. Martij 1577.

ARGVMENTVM.

Venditor census in se periculum euictionis, & omnem litem suscipiens, an ad obseruationem pactorum in venditione expressorum, teneatur, & ad quid casu, quo casale, super quo est impositus census, est fideicõmisso subiectum: Et discutiuntur sex occurrentes difficultates.

Prima, an venditor in instrumento venditionis quicquam narrauerit, quod in rei veritate aliter se haberet.

Secunda, dato eo, an euictione non secuta, ad aliquid præstandum teneatur.

Tertia, An obligationi per præstationem fideiussorum, qui ab initio sunt adhibiti, sit satisfactum.

Quarta, An sufficiat, quod omnes vocati, qui pro tempore sunt in rerum natura, alienationi consentiant.

Quinta, An ratione debitorum solutorum, & portionis legitimæ, venditor sibi imputare posset casale, ad effectum substituendi dicti census constitutionem.

Sexta, An tunc executiue possit procedi vigore obligationis Cameralis.

SVMMARIA.

1 *Dominium rei prohibitæ alienari, an dicatur pleno iure spectare ad eum, cui facta est prohibitio.*
2 *Differentia inter fideicommissum cõditionale, & expressam alienandi prohibitionem.*
3 *Hæres adiens hæreditatem, cum creditoribus hæreditarijs quasi contrahere dicitur.*
4 *De euictione non agitur, non sequuta euictione.*
5 *Limitatio huius regulæ prima, secunda. num. 7. tertia. num. 9. quarta. num. 10.*
6 *Scientia ex præsentia præsumitur.*
8 *Conuentio expressa auget obligationem.*
11 *Emptor re tradita deterioris conditionis esse non debet, quam si ea tradita non fuisset.*
12 *Obligatio rem tradi, in venditione, habet cõnexam obligationem rem dari.*
13 *Res ita tradenda, vt dominium aucupari nequeat.*
14 *Obligatio primæua an per cautionem de euictione præstanda, & dationem fideiussorum extinguatur. & 15.*
16 *Dominium in emptorem non transfertur, stante prohibita testatoris alienatione.*
17 *Fideiussores sub narratiua allegata dati censentur, & ideo superueniente noua causa liberari.*
18 *Dominij translatio per solum fideicommissum non impeditur.*
19 *Fideicommisso perpetuo existente, per eos qui sunt in natura, non satis cautum videtur.*
20 *Exceptio dubia non releuat.*
21 *Obligatio sequitur naturam contractus, super quo interponitur.*

DECISIO CCXCVII.

IN causa Romana census, inter Illustrissimum & Reuerendissimum Cardinalem, nuncupatum actorem, ex vna, & illustrem D. Hieronymum de Cuppis, reum econtra, status causæ ita se habet. De anno 1566. Illustris D. Hieronymus vendiderat Illustrissimo Cardinali, Cornelio, censum quẽdam scutorum 405. monetæ, super quodam suo casali, pro pretio scutorum 4050. monetæ, cum narratiua, quod huiusmodi casale erat ipsius D. venditoris, & ad ipsum pleno iure domini j, vel quasi spectabat, & nulli alij concessum, pignoratum, seu quomodolibet alienatum, alienationis latissime sumpto vocabulo, nec de eo factum etiam, nec apparere quomodolibet aliquem alium contractum, distractum, vel quasi contractum in præiudicium dicti Illustrissimi emptoris, & promittebat facere consentire omnem personam, nec non suscipere in se omnem litem, alias volebat teneri de euictione, in forma iuris valida, & ad duplum, & ad omnia damna, & alia, prout latius in instrumento. Processu temporis cum peruenisset ad notitiam Illustrissimi D. Cardinalis, huiusmodi casale esse subiectum fideicommisso, olim facto per bon. memoriæ Cardinalem Tranensem, in suo vltimo testamento, cum expressa alienationis prohibitione, & fideicommisso pœnali in dictum euentum cœpit agere aduersus D. Hieronymum, via executiua coram A. C. pro obseruatione contentorum in instrumento, & cum essem deputatus Iudex ab eodem A. C. decreueram mandatum contra D. Hieronymũ, in quo

in quo mandabam alternatiuè adimpleri contenta in instromento, vel pretium restitui, à quo decreto cum reclamatum fuisset, pro parte D. Hieronymi, & adita Signatura, mihi iterum commissum, vt procederem in causa sine præiudicio legitimæ exequutionis, vt parti peteuti satisfacerem, licet causa non esset Rotalis, voloi tamen proponere dubium, An esset procedendum ad vlteriorem exequutionem dicti mādati, & causam his proposui, nempe die Lun. 11. Mart. 1577. & die 5. eiusdem mensis, & in hoc quidem negotio plures excitabantur difficultates.

Prima, An Illustr. D. Hieronymus narrasset in prædicto instrumēto quicquam, quod in rei veritate aliter se haberet.

Secunda, dato, quod res aliter se haberet, quā narratum fuerat, An euictione non sequuta teneretur ad aliquid præstandum.

Tertia, An satisfactum esset obligationi per præstationem fideiussorum, qui fuerant ab initio adhibiti.

Quarta, An sufficeret, quod omnes vocati, qui pro tempore sunt in rerum natura, alienationi consentirent.

Quinta, An ratione debitorum per ipsum solutorum, & portionis legitimæ posset D. Hieronymus sibi imputare dictum Casale, ad effectum substituendi dicti census constitutionem.

Sexta, An isto in casu posset procedi exequutiue, vigore obligationis in forma Camerali.

Quantum ad primam difficultatem fuit dictum, quod rei veritas aliter se habebat, quam fuisset narratum, nam quicquid sit in illa quæstione, An dominium rei prohibitæ † alienari, dicatur pleno iure spectare ad eum, cui facta est prohibitio, de qua per Bal. in l. feminæ. §. illud & §. fin. de sec. nupt. Aret. in l. si quis. §. 1. num. 7. de acquir. poss. Alex. cons. 27. num. 1. text. in l. fin. §. sed quia in fin. C. comm. de leg. in qua quidem quæstione constituere oportet differentiam inter fideicommissum † conditionale, & expressam alienandi prohibitionem, quia posteriori casu, opinio Baldi videtur procedere sine difficultate, vbi agitur de vtilitate & æstimatione rei, vt bene animaduertit Aret. consil. 19. nu. 3. quod bene applicatur in hoc casu, in quo talis enunciatio, & assertio tendit ad hunc effectum, vt facilius emptor induceretur ad emendum super dictum Casale censum, quicquid sit ad alium effectum, quo casu possent procedere dicta per Bald. in l. Iulianus. §. fin. de rei vend. per l. generaliter. qui & à quibus. Ruin. consil. 138. nu. 7. lib. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. vn. nu. 52. & in l. si vnquam. in fin. nu. 51. vbi allegat corrupte Alex. consil. 229. cum sit 208. cum alijs, tamen in proposita facti specie cessat omnis difficultas, ex quo dictum fuit de isto casali, nullum aliud fuisse factum, nec quasi contractum, & tamen contrarium apparet, ex eo, quod D. Hieronymus adiuerat hæreditatem Cardinalis, & ideo quasi contraxerat cum † creditoribus hæreditarijs, & fideicommissarijs, §. hæres. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.

Quantū ad secundam fuit conclusum, quod quamuis ante euictionem † sequutam regulariter non possit agi de euictione, l. qui rem. C. de euict. l. si plus. §. mora. ff. eod. tamen huic regulæ applicantur limitationes, quæ desertuire possunt casui, de quo agitur.

Prima est, quando † venditor vendidit rem alteri obligatam, quia antequam euincatur, potest agi ad interesse, vt est text. in l. seruus quem. §. fin. de act. empt. l. si hominem. de sol. tradunt omnes in d. l. qui rem. vbi Butr. qui optime deducit interesse, ex eo, quod volentes alienare, vel obligare, non possunt facile reperire emptorem, vel contrahere volentem. Scientia verò D. Hieronymi est indubitata, tum eo, † quod fuit præsens confectioni testamenti, tum etiam quia prius de anno 1554. idem D. Hieronymus constituerat censum 360. scutorum, super palatio bon. mem. Cardinalis de Trans, enunciando fideicommissum.

Secunda est, † quando specialiter aliquid promittitur hoc vel illo pacto sese habere, tunc enim actione empti potest cogi venditor ad illud præstandum, quia ex tali narratione & promissione videtur inductus emptor ad emendum, alias non empturus, quæ ratio colligitur ex tex. in l. si quis hæres. §. 1. de except. rei iud. & l. cum eiusdem. §. interdum. de in diem adiect. Corn. consil. 226. num. 3. lib. 2. & conuentio † expressa auget obligationem, l. venditores. de verb. oblig. Cagn. in l. vnum. num. 114. C. de sent. quæ pro eo quod inter.

Tertia, † In qua Doctor. omnes concordant, est, quod hoc casu datur etiam actio quanti minoris, Bart. in l. cum stipularus sim. de verb. obligat. Angel. in l. si seruus. in 2. de cond. furt. cum alijs late cumulatis in 24. decis. Pedem. num. 5.

Quarta † limitatio, ex qua videtur tolli difficultas, est, ex l. ex his prædijs. iunct. glo. C. de euict. vbi vult text. quod re nondum tradita si reperitur à venditore obligata, potest agi actione ex empto, vt liberetur, & etiam si agatur ad pretium, potest emptor exceptione se tueri, subdit ibi glo. quod si fuerit res tradita, etiam aget emptor actione ex empto, vt liberetur, alleg. l. creditores. §. prædium. ff. de act. empt. ne deterioris conditionis sit emptor, re tradita, † quam si non esset tradita, idem tradit gl. in l. qui rem. quam referunt, & sequuntur Modern. Pedem. d. decis. 24. nu. 2. vers. in contrario. & num. 4.

Corroboratur hæc limitatio ex eo, quod obligatio rem tradi in venditione † habet admixtam obligationem, rem dari, Bart. in l. certi condictio. num. 22. & 23. si cert. pet. & ib. Dec. late, num. 11. & 12. idem Bart. in l. in conuentionalibus de verb. oblig. quoties autem in obligatione est rem dari, potest agi vt res libera tradatur, l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig. quia tenetur ita dare, vt dominium auocari † nequeat. Ias. in d. §. qui fundum num. 5.

Nec obstat, si diceretur ex eo, quod fuit cautum de euictione, & dati fideiussores, D. Hieronymum fuisse liberatum † à primæua obligatione. Bart. in l. cū quis. §. qui hominem. ff. de solut. & in l. si quis aliam. cum. 2. eod. tit. quia hoc dictum Bart. pulchre limitatur per Crem. in d. §. qui hominem. quem refert & sequitur Alex. in d. §. qui fundum. num. 2. in fin. vt procedat, † quando non apparet, quod res esset obligata, secus verò si appareret obligatam esse, tunc enim non liberatur venditor ab obligatione de tradendo.

Hæc verò maxime procedunt in casu isto, in quo propter prohibitionem alienationis factam † à testatore, non potuit dominium transferri in emptorem, vt communiter tradunt Doctor. in l. filiusfamil. §. Diui. de leg. 2. & ad idem optime facit Dec. cons. 102. prop. fin. & Alciat. in d. §. qui fundum.

Quantum ad tertiam difficultatem, An satisfactum sit per fideiussores præstitos à principio, fuit dictum non esse satisfactum, tum ex supradictis, quod vbi apparet, rem esse obligatam per fideiussores, non sanfieri obligationi de dando, quæ inest obligationi, de tradendo: tum etiam quia fideiussores tenentur eadem actione ad præstandam rem liberam, quia promissioni principalis, vti principales accesserunt, ideo absurdum est dicere, quod ijdem sint obligati, & obligationem tollant, sed & animaduertendum est eos fuisse receptatos sub eadem narratiua, † quod nullus fuerat de istis bonis factus contractus, nec quasi. Ideo cum superuenerit noua causa, nempe notitia fideicommissi, & prohibitionis alienationis potest agi, vt donec caueatur in hunc casum, vt bene deducitur per Pedem. in d. decis. 24. num. 2. versic. 1. & num. 8. vers. nec aduersatur.

Nec obstat, quod tradit Bal. in l. ex his prædijs. in fin. dum

dum dicit, emptorem agere non posse, vt sibi caueatur, quia loquitur in obligatione conditionali, hic verò nedum adest obligatio côditionalis fideicommissi, sed etiam prohibitio alienationis, quæ impedit dominij translationem, quæ † per solam fideicommissum non impeditur, licet reuocabilis sit. Castr. consil. 370. lib. 2. Præterea loquitur, quando venditor idoneus erat facultatibus, de qua quantitate hic propter fideicommissum ambigi potest, & ita intelligit dictû Bald. Afflict. decis. 24. circ. fin.

Quantum ad quartam difficultatem fuit quoque dictum, cum fideicommissum sit perpetuum, non est sufficienter cautum Illustrissimo Cardinali per consensum præstitum per istos, qui † sunt in rerum natura, & ideo difficile est inuenire modum cauendi. Dec. cons. 127. Præterea ijdem consentientes huic alienationi propter prohibitionẽ alienationis cadunt à iure suo, vt fuit resolutum in illa Romana, vinearum, cotam Reuer. Patre D. Decano, & ita eorum consensus non reddit securum Cardinalem.

Quantum ad quintam difficultatem, si exceptio D. Hieronymi esset liquida, non displiceret Dominis quod satis diceretur prospectum indemnitati Cardinalis, sed quia non fuit confectum inuentarium, dato etiam, quod Hieronymus fuerit legitimatus, & possit petere legitimam, tamen non constat, neque de quantitate bonorum, neque de quantitate legitimæ, ideo cum exceptio † non sit clara, non releuat, vt alias fuit resolutum in vna Tiburtina Casalis, cotam Robusterio, 24. Nouem. 1574. quod onus probandi, quod non fuisset plus consequutus legitima, incumbebat alleganti detractionem legitimæ sibi deberi.

Sexta & vltima difficultas, an possit procedi executiue, sublata videtur ex his, quę deducta fuerunt, nam in effectu fuit assertum casale esse liberum, & fideicommisso non subiectum, cum fuerit dictum, nullum fuisse de ea factum contractum.

Propterea cum ista obligatio fuerit opposita super contractu emptionis, † vtique sortitur eius naturam, l. si stipulatus. de verb. obligat. notant Doctor. in rubr. eiusd. tit. Si ergo agi potest ex empto, ad primæuam obligationem de tradendo, vt fuit deductum, poterit agi etiam executiue, vigore obligationis Cameralis, appositæ super dicto contractu, & ex his virtualiter sublata sunt omnia, quæ in contrarium deducta fuerunt, visaque est hæc sentẽtia Dominis maxima æquitate niti, cum ex cautionis præstatione nullum afferatur præiudicium D. Hieronymo, & eius vera omissione videatur suos principales Illustrissimi D. Cardinalis periclitari.

GYPSII.
Romana, Census, de Caffarellis, Merc, 9. Dec. 1587.

ARGVMENTVM.
Præscriptio statutaria minori non currit.
SVMMARIA.

1 *Præscriptio statutaria an contra minorem currat. & & duobus seqq.*
4 *Contractus censualis parit obligationem, ex qua actio realis oritur.*
5 *Statutum actionem realem non comprehendit.*
6 *Præscriptiones an tot sint, quot annuæ præstationes.*
7 *Statutum inducens præscriptionem decennalem, quomodo intelligendum.*
8 *Præscriptio vnica non sufficit, si in promissione aliqua conditio insit.*
9 *Census redimibiles facti ex constitutionibus Calixti & Martini Pontificum.*
10 *Præscriptio statutaria in negligentia non petentis fundatur.*

DECISIO CCXCVIII.

Agebat Illustrissimus D. Petrus Caffarellus ad solutionem fructuum census, de quo agitur post obitum Ascanij, sui patris decursorum, & de credito per instrumentum impositionis dicti census docebat ad tradita in c. cum dilecti. vbi Abb. in pr. Crau. consil. 315. nu. 1. cum simil.

Ad impediendam huiusmodi executionem pro parte Illustr. Dd. filiorum q. D. Prosperi nonnulla in medium afferebantur, quæ alia responsione haud indigere Domini dixerunt, cum satis ex deductis in facto tollantur.

Difficultas ad duo potissimum restringi videbatur, videlicet ad præscriptionem statutariam sexdecim annorum, & ad tacitam, seu præsumptam huius crediti remissionem, iuxta terminos l. Proculæ. de probat.

Quod ad exceptionẽ præscriptionis attinet, fuit conclusum, illam non intrare, & consequenter executionẽ impediri non posse, siquidem in confesso apud partes extitit, præscriptionem statutariam † sexdecim annorũ, in vita D. Ascanij, qui censum emerat, completam non fuisse, post vero eius mortem durante pupillari ætate D. Ioan. Petri perfici non potuit, nam quicquid sit in alijs præscriptionibus † hæc contra pupillum non currit, sed dormit, vt de communi testatur Bald. de præscript. in 1. part. 6. p. princ. in 23. cas. nu. 34. ant. fio. & voluerunt Domini, in vna Romana, de Magdalenis, coram Reuer. patre D. Blanchetto, 5. Iul. præteriti, quæ quidem præscriptio etiam locum sibi † vendicat in præscriptione à statuto inducta. Paul. de Cast. cons. 439. num. 3. vers. quatenus. lib. 2.

Nec ad rem pertinet, quod statuti præscriptio tanquam inducta post l. fin. C. in quibus rest. in integr. nô est necesse, currere & impleri contra pupillum, valeat per ea, quæ tradit idem Balb. loc. supra. cit. num. 43. vers. nec obstat, quoniam iste paulo post se declarans, subdit, non habere locum in pupillo, per text. in d. l. fi. cut. & si alter sentiret, eius opinio tenenda non esset, quia præscriptio statutaria loco præscriptionis 40. ann. subintrat. Paul. de Castr. d. cons. 439. num. 3. circ. med. Balb. vbi sup. num. 43. ver. fin.

Minusque huic sententiæ aduersatur, quod præscriptio compleri potuerit, postquam d. Ioan. Petrus effectus fuit maior, quoniam obiectum procederet, nisi ipso adhuc in ætate pupillari existente, superuenisset, nouum statutum c. 158. lib. 1. hanc præscriptionem prohibens, noua enim statuti dispositio locum sibi assumit, in præscriptione cœpta, nedum perfecta, vbi præscriptio à facto futuro perfectionem expectat, Fel. in c. fin. num. 11. in 5. fall. de const.

4 Præterea ex contractu † censuali oritur obligatio, quæ actionem realem parit, Aym. cons. 117. nu. 4. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 6. nu. 4. sed statutum † actionem realem non cõprehendit, Gabr. de præscr. concl. 4. nu. 17. & pluries tenuit Rota, præsertim in vna Romana, Vineæ cotam Reuer. patre D. Decano, de anno 1576. & in alia extinctionis census, 22. Octob. 1582. coram D. meo Episcopo Lauretano, vnde annua præstatio, tanquam res sibi debita petatur personalis, quâ obligatio, vel hypotheca pro ea competat, non propterea excluditur, quin etiam realis actio non debeatur ex allegatis ab informantibus.

Non obstat, quod sicut vnica stipulatione fructus census, & ius illos exigendi debeantur, pari modo vnica præscriptione tollatur. Doctor. in l. de pupillo. §. in pluribus de oper. nou. nunc. in l. cum acutissimi. §. in his. vbi glo. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. & in c. de quarta. de præscript. cum sim. quia omissa illa disputatione, an † tot sint præscriptiones, quot sunt annuæ solutiones, vt per Mobed. decis. 156. sat est, quod in casu modo non adest aliqua præscriptio completa, vt ex supra deductis apparet.

Non

Nec refragatur, quod statutum c.159.lib.1.in nou. 7 inducat præscriptionem † decennalem, in prædictis annuis præstationibus, quia non trahitur retro, sed intelligitur dummodo decem anni post publicationem statuti decursi sint, vt per Bart. io l.omnes populi.nu. 26.de iust.& iur.cum alijs alleg.

Præterea omoes in hoc conuenire videntor, quod 8 vnica præscriptio non sufficiat, † qoando in promissione inest aliqua cooditio, vtpu ta, si debitor esset in mora, quo casu plutes requiruntur præscriptiones, vt declarat Mohed. d.decis.216. Put.decis.259.lib.1. sed cum iuxta Constitutiones Calixti & Martini census 9 † redimibiles siot, dubium non est, hanc conditionem operari, quod ante euentum dictæ conditionis actio nata sit, iuxta l.cedere diem. de verb.oblig. Idcirco tot cẽsentur præsctiptiones, quot annuæ præstationes. Foller. qui alios citat tract. de ceos.§.ceosus.nu.105. Ideo stante quod dictus Ascanius, nec eius hæres sortem principalem petere poteraot, conueniens & æquum satis videtur, quod eis dicta præscriptio obesse non 10 valeat, ad l.fin. de annal. except. nam † præsctiptio etiam statutaria fuadatur in negligentia non petentis satisfactionem, & præscriptionem inducit, quæ quidem præscrtptio in casu proposito oon intrat per prædicta.

Quo ad aliam difficultatem, Domini dixerunt particulariter esse videndum.

G Y P S I I.

Romana Census, de Caffarellis, Lun. 28. Mart. 1588.

A R G V M E N T V M.

Dispositio L. Proculæ. de prob. quando intret, & quæ ad hoc requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Dispositio L. Proculæ. de prob. quæ requirat.*
2 *Quietantia limitata, limitatum producit effectum.*

D C E I S I O CCXCIX.

FVit dubitatum, dispositionem l.Proculæ. de probat. io hac specie locum sibi noo vendicare, quoniam omnia illius requisita nõ concurrunt, nam vltra 1 cõsanguinitatem, & temporis † diuturnitatem necesse est probare rationes sæpius calculatas fuisse, vt tradit Ias. io l.quæ dotis.num.18.sol.matr. Decian.consil. 269. colum.2. prop. fin. cum alijs congestis per Modern.de arbitrar. cas.88. num.16.& seq. sed diuturnitas temporis in proposito casu considerari non potest, quia versamur io censu, ex sui natura perpetuo, & nõ redimibili, nisi venditore volente, quod fit, vt remissio illius crediti, qood petere noo poterat creditor iuxta terminos d. l. Proculæ. censeatur facta, vt plene per Soc.iun. cons.128.ou.14. & 126.lib.1. præserum quia hodie Illustr. D.Ioan. Petrus petit fructus census post obitum D.Ascanij sui patris, non antea decursos.

Deficit insuper aliud requisitum rationis sæpius redditæ, vna duotaxat reperitur quietatio paulo aote obitum D.Antonij Ascaoij degentis, & administrantis per D.Prosperum, ceteræ verò, quæ afferuntur sunt particulares, nec totalem bonorum communium administrationem tangunt, ideo suffragari nequeunt, vt tradunt Scribentes, in supradictis locis, & quietantia 2 limitata † limitatum producit effectum.l.si decem.C. de trans. nec ad ea, quæ iure dominij vendicari possunt, extendi debent.l.Aurelius.§.Mæuia. ff. de liber. leg.etsi verba essent vniuersalia. Alex. cons.170.no.7. lib.2. Ruin.consil.25.num.17.lib.1.

Non obstant cooiecturæ econtrario deductæ, & D.Ascanius qui erat vir expertus, & sagax, non omisisset quietantijs factis D. Prospero de huiusmodi ceosu mentionem facere, quia com nondom ioter ipsos fratres diuisio bonorum facta extaret, inconueniens non fuit, quod sicut de alijs bonis stabilibus nihil dixit, ita quoque meotionem huius census omittere, quia ipsotum intentio tunc temporis non fuit bona patrimonialia diuidere. Ex istis igitur conclusum fuit, esse locum executioni, iuxta formam vltimæ commissionis.

P E N I Æ.

Romana, Census, 8. Ian. 1598.

A R G V M E N T V M.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum, vt valide fiat, certa solennitates requiruntur, quæ si omissæ fuerint, contractus alienationis nullus redditur.

S V M M A R I A.

1 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum vt valide fiat, quæ requirantur.*
2 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione rerum Ecclesiasticarum interuenire debet.*
3 *Census vt impositus valide dicatur, de iusta causa impositionis constare debet.*
4 *Præscriptio quanta in impositione census ecclesiastici requiratur.*

D E C I S I O CCC.

PRæsupposito instrumento annui census scut. 72. auri, in auro, sub die 25.Feb.1561. Alemano de Romulis venditi pro pretio scut.1050.similitum, & stante iostrumento solutionis pretij supradicti ceosus ab illo de Romulis exbursati factæ Domino Archipresbytero pro executione alterius census eiusdem pretij, vt asserebatur alias sub 1.Iun.1551. impositi ad fauorem duorum fratrum, & eiusdem Archipresbyteri.

Nec non re iudicata tam ex conformitate duarum conformium Rotalium super nullitate prædicti census, sub 21. Febr.1561. impositi, quàm etiam ex lapsu fatalium, & lapsu temporis ad petendam restitutionem in iotegrum.

Et alio instrumento annoi census scut.84. similitum sub 1.Iun.1552. ad fauorem duorum fratrum prædicti Archipresbyteri, per ipsom Archipresbyterum & quinque Canonicos supradictæ Ecclesiasticæ impositi nouissime producto.

Et commissione mano Sanctissimi signata vltimo loco in actis præsentata.

Et alijs vtrinque deductis dubitaoi, an constaret de bono iure Domini Iuliani de Romulis, ita vt aliquo remedio contra Ecclesiam S.Celsi foret ei succurrendum, & Rota vtraque parte informante negatiue respondit, cum enim ad validitatem alienationis rerum Ecclesiasticarum, vel grauaminis ei imponendi duo 1 copulatiue reqoirantur, † solennitas videlicet, & iusta caosa, ita vt si alterum deficiat, contractus, seu alienatio reddatur prorsus inualida, c.1.de reb.Eccles.non alien.lib.6.Clem.1.eo.tit. Abb.in c.1.num.17. de rest. in integr. Barb. cons.48. nom.3. affirmaotes communem hanc opinionem, quam Rota fuit etiam amplexa 2 semper, & pro solennitate beneplacitum † Apostolicum ioteruenire debeat, vt in extrauag. Paul.II. incip. ambitiose, tit.de reb.Eccl. nõ alien. Naoarr.in comm. de alienat. rer. Eccl.oum.14. Et in casu proposito non constaret, quod in impositione alicuius ex dictis censibus adhibita fuerit præterita solennitas, & consequenter census essent validi, non poterat de bono iuro Iuliani coostare. Couar.lib.2.var.resol.c.17.num.2. & fuit sæpe in Rota decisum.

Et ex hoc capite dicebatur, quod quamois pro parte Iuliani doceretur de iusta causa impositionis censuum, quia tamen non constabat de legitima solennitate consistere ceosus non poterat, & ex hoc potissimum fundamento sustinebantur decisiones huc vsque factæ, & sententiæ Rotales pro Ecclesia S.Celsi latæ.

3 Supradictis accedebat, quia neque de † causa iusta impositionis censuum constabat, facta videlicet pro extinguendo ceosu maioris summæ, quam necesse

erat,

erat, vt pro parte Iuliani probetur versio Iuliani in causam Ecclesiæ. Couarr.c.17.nu.3.

Rursus respectu census scut.84. idem fuit iudicatum, quia licet in instrumento reperto diceretur, censum fuisse impositum pro soluendis Ecclesiæ debitis, de his tamen non constabat, nisi ex assertione Archipresbyteri, & quinque Canonicorum, quorum assertione non probatur illud in materia prohibita. Tiraq. in reg.comm.gl.5.num.113.& 114.& 116.Idem in l.si vnquam.in verb.donatione largitur. num.89. & seqq. C.de reuoc.donat.

Ex antiquitate temporis non poterat præsumi iusta causa, quia nondum elapsum fuerat tantum tempus. Alex.consil.50.incip.in causa & lite.nu.6.& 7.li.5. Dec.cons.442.num.22.

4 Neque beneplacitum Apostolicum, † quia vltra quod non fuerat in impositione census reseruatum, ab anno 1562. vsque ad annum 1584.quando Canonici cœperunt excitare de nullitate lapsi nisi 24. anni, & tamen 30. anni requirebantur.

Denique placuerunt Domini responsiones datæ per informantes Ecclesiæ S.Celsi &c.

PENIAE.

Romana, Censuum, de Romulis, Vener. 18.Iun.1599.

ARGVMENTVM.

Pars hæc est præcedentis decisionis, & deciditur, cum iuxta decisionem factam census impositus super rebus Ecclesiasticis, nullus sit, Capitulum teneri ad sortis principalis receptæ restitutionem.

SVMMARIA.

1 *Census absque debita solennitate & iusta causa impositus nullus est.*

2 *Ecclesia nemini præiudicare debet. & num. 3.*

4 *Ecclesia quando ad pretij recepti restitutionem teneatur. & num. 5.6.& 7.*

DECISIO CCCI.

PRæsupposita decisione in hac causa facta, die 8.Iunij 1598. per quam Capitulũ & Canonici SS.Celsi & Iuliani obtinuerant declarari census, de quib. agebatur, fuisse inualidos; ex eo, quod nec de † solennitate, nec de iusta causa impositionis constabat, in hac propositione ad instantiam Iuliani de Romulis dubitaui an prædictum Capitulum & Canonici tenerẽtur restituere sortem principalem, & vtraque parte informante Rota ad eam restituendam teneri censuit, quia stante nullitate contractus non erat æquum Ecclesiam cum aliena iactura locupletari, gl.in l.iubemus.la 2.§. sane.in verb.acquirente.C.de SS.Eccles.in c.ad audientiam.in vers.ad effugiendum, de reb. Eccles.non alienand. Cum enim Ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet 2 † cuiquam præiudicare, c. per tuas.de donat.gl. fin.in 3 c.1. de in integr. rest. quod tunc † primus locum † habet, quando locupletior facta est, Abb.in c.si quis presbyterorum.de reb.Eccl.non alien.in fin.

Quoniam verò informantes pro Ecclesia SS. Celsi, & Iuliani prætendebant, non aliter eam teneri ad pre-4 tij prædictorum censuum † restitutionem, nisi D.Iulianus de Romulis, qui illud sibi restitui prætendebat, probaret illud fuisse conuersum in Ecclesiæ vtilitatem, Couarr.lib.2.variar.resolut.cap.17. num.3. propterea Domini ad hanc difficultatem diluendam distinguebant duos casus, sicut alias Rota distinxerat, in vna Romana, census, die 3.Ian.1591.corã bon.mem. Marcello Bubalo.

5 Primus casus est, quando fit † venditio vel alienatio rei Ecclesiasticæ, aut minoris ex causa necessaria pro soluendo ære alieno, & tunc emptor sollicitus esse debet, quod pretium conuertatur in solutionem æris alieni, propter quod fuit facta venditio. Innoc.in cap.2.num.2. vbi communiter Canon. de depos. Abb. & alij c. quod quibusdam. de fideiuss. Couarr. lib.1. var.resol.c.17.seu 27.nu.3.

6 Alter casus est, † quando venditio fit non ex causa necessaria, sed voluntaria propter Ecclesiæ vtilitatem, quo casu emptor rei Ecclesiæ & minoris, non tenetur probare versionem pretij in vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris, Dec.consil.36. num.8. circ. fin. & consil.230. nu.3.Crott.cons.4.nu.6.lib.1.

In casu proposito pronunciatum est locum fuisse secundo casui, quia Capitulum SS.Celsi & Iuliani, ex causa voluntaria ob Ecclesiæ vtilitatem, census imposuerat, acceperat enim pecunias censuales ad rationem 7. pro centenario, vt extingueret alios census impositos ad rationem 8. & 10. pro centenario, & cõsequenter Iulianus de Romulis, iuxta regulam in 2. casu constitutam, non tenebatur probare pretium, seu pecuniam, quam tradiderat in Ecclesię vtilitatem fuisse conuersam.

Neque prædictis obstat, quod esset agendum contra hæredes Canonicorum, qui imposuerant censum, non autem contra Ecclesiam, quia respondebatur id esse verum, si solutio fuisset facta Canonicis, tanquam singulis, secus autem si tanquam vniuersis, & Collegio, quia tunc restitutioni non est locus, non probata versione, iuxta prædictam distinctionem gloss. fin. in Auth.hoc ius porrectũ in verb. probet. C.de SS Eccl. vbi Bar.num.22. idem Bart.in l.ciuitas. nu.12. si cert. pet.vbi Alex.num.11.& Ruyn. cons.68.nu.7.lib.2.

MELLINI.

Romana, Censuum. Ven.23.Iun.1600.

ARGVMENTVM.

Contractus census si ex causa voluntaria constituatur, emptor ad restitutionem pretij tenetur, & probatio versionis in causam expressam non est necessaria.

SVMMARIA.

1 *Census super rebus Ecclesiasticis imposito ex causa voluntaria, emptor ad restitutionem pretij tenetur.*

2 *Versio pecuniæ in extinctionem alterius census, ex præsumptionibus & coniecturis probatur.*

3 *Nullitas ex voluntate partium tollitur.*

4 *Oppositio ad contractus præcedentis tẽporis non trahitur.*

DECISIO CCCII.

PLacuit Dominis decisio alias facta in hac causa co-1 ram Reu. patre D.Penia, quod Capitulũ † teneatur ad restitutionem pretij, quia cum contractus fuerint initi ex causa voluntaria, non est necessaria probatio versionis in causam expressam, iuxta eam distinctionem, quam Rota sequuta fuit in causis, Romana, Domus de Piccionibus, corã Decano, Auximana, Bonorum & Anconitana Terrarum, coram Reuer. patre D.Seraphino, & Romana census, coram bon.memor. Bubalo, & si probatio versionis esset necessaria, respectu census scutorum 73. est clara, quia probatur concludẽter extinctio census Firmiani, respectu verò aliorum censuum est multum verisimilis, cum per spacium tanti temporis, nunquam fuerint petiti à Capitulo fructus illorum censuum, & ab eo per spacium 28. annorum ante motam litem fuerint soluti fructus 150. istorum censuum, & probetur extinctio alterius census, maioris summæ. Versio enim probatur præ-2 sumptionibus † & coniecturis, Bart. & alij in l.ciuitas. ff.si cert.pet.præsertim quando solutio est facta Capitulo, & quæstio est solum de restitutione pretij, vt per gloss.in Auth.hoc ius porrectum.in verb.probet.& ib. Bart.nu.17. C. de SS.Eccles.

Non obstat, quod stante nullitate præcedentium contractuum ex defectu solennitatis non adhibitæ in impositione censuum, pro quorum extinctione fuerunt creati isti noui, isti posteriores contractus nõ fue-3 runt vtiles Capitulo, quia ista nullitas † habebat locum volente Capitulo.Put.dec.310.lib.1. & tunc non

O fuerat

fuerat ab eo declaratum, & ideo cum isti contractus de eo tempore haberent implicitum statum validitatis, & Capitulum sustineret onus soluendi fructus, neque vellet declarare nullitatem, quæ etiã fortasse non erat, valde vtile ei fuit per reductionem ad minorem summam, eximere se à solutione maioris summæ. Et licet postea Capitulum opposuerit de nullitate præcedentis impositionis, tamen ista oppositio non potest 4 retrotrahi † in præiudicium contractuum antea initorum, ad effectum ostendendi eorum nullitatem de tempore impositionis, & damnum, nõ vtilitatem istorum posteriorum, quia sufficit ad istũ effectum, quod tunc Capitulum voluerit habere illos contractus pro validis, & se liberare à solutione maioris summæ.

PENNIÆ.

Romana, Census, de Comitibus, Vener. 31. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

Extinctio census prioris in proposito casu, quomodo probetur. Et quidem præter alia adminicula etiam per confessionem, licet extraiudicialem illam probari, asseritur.

SVMMARIA.

1 *Confessio, etsi extraiudicialis, de iure Canonico etiam parte absente probat.*
2 *Ampliatur.*
3 *Confessio extraiudicialis per idoneos testes probata, fidem facit.*

DECISIO CCCIII.

Hieronymus Abbas & Federicus de Comitibus alias imposuerunt censum scut. 1170. ad fauorem Balthasaris etiam de Comitibus, pro pretio scutorum 18000. de quo constabat per publicum instrumẽtum Camerali obligatione munitum. Hieronymo & Federico, & Balthasaro vita functis, cum hæredes Balthasaris integros fructus totius census scutorum 18000. decursos petijssent, Camillus verò & Horatius de Comitibus ex illa summa scut. 18000. fortis principalis restituta fuisse Balthasari scut. 3000. prætenderent, & pro ea rata extinctum fuisse censum & redactum ad summam scut. 15000. dubitaui, an constaret de prædicta census extinctione.

Et vtraq; parte informante, Rota de dub. videndum censuit, primum, an esset probata solutio 3000. scut. secundũ an dato quod solutio esset probata, cessisset in extinctionẽ census pro dicta portione 3000. scu.

Et quantum ad primũ affirmatiuè responsum fuit, nempe ex his, quæ proponebantur constitisse de solutione scut. 3000. facta Balthasari, duo enim testes asserebant sæpè audiuisse Balthasarẽ dicentem se habuisse à Dominis de Comitibus scut. 3000. ad computum 1 18000. quæ confessio † licet extraiudicialis de æquitate Canonica etiam parte absente probat, Fel. in cap. si cautio, nu. 27. de fid. instr. Put. decis. 11. nu. 8. lib. 2. 2 præsertim, cum non ageretur de probanda † obligatione acquisita, vel aliquo alio iure, sed veritate rei gestæ, quo casu licet versemur inter Romanos, inter quos attenditur Ius ciuile, confessio extraiudicialis 3 per idoneos testes † probata facit fidem, etiam de iure ciuili. l. desiderium. C. depos. Fel. in c. si cautio. nu. 28. vers. fallit 3. de fid. instr. Cort. iuo. cons. 168. nu. 10. & seq. lib. 2.

Eandem confessionem coadiuuat altera eiusdẽ Balthasaris assertio, in quodam mandato, seu chirographo directo Abbati Hieronymo de Comitibus, vt solueret Comiti Annibali Scotti scut. 330. à quo subdebat, *che to li faro buoni a V. S. à conto del censo delli 15000. scudi.*

Concurrebant præterea multa adminicula eãdem solutionem indicantia. Primum, quoniam ante impositionem census scut. 3000. facti ad fauorem Cardinalis Azzolini tres testes deponebant audiuisse Balthasarem, dicendo se indiguisse pecunia, vsque ad summam scut. 3000. quam procurabat habere à Dominis de Comitibus in diminutionem census scut. 18000.

Secundò, quoniam in executionem dicti cõtractus fuit impositus cẽsus scut. 3000. ad fauorem Cardinalis Azzolini, de quo patebat ex publico instromento in actis producto.

Tertiò, aderat declaratio Abbatis Hieronymi iuramento munita, & in d. instrumento census inserta, quod prædicta scut. 3000. ad censum accepta deberẽt solui Balthasari in computationem prædicti maioris census scut. 18000.

Quartum adminiculum sumebatur ex quietantia manu Balthasaris facta de receptis scut. 18000. de ordine Cardinalis Azzolini, à Ioan. Lopez, quia faciebat ea soluere pro Federico & Hieronymo, cui non repugnabat, quod Balthasar conficeret apocham mutui, & dederit Ioanni Lopez pignora, quoniam post confectum instrumentum census scut. 3000. cum Cardinale Azzolini, idem Cardinalis qui restituerat pecuniam Ioan. Lopez, iusserat etiam pignora Balthasaro restitui.

Quintum & postremum erat, quod pro solutione residui vsque ad scut. 3000. seu 6000. nempè pro scut. 1200. apparebant plures partitæ, quas Abbas Hieronymus diuersis Balthasaris creditoribus de illius mãdato soluerat, videlicet cuidam Marsilio scut. 100. pro extinctione vnius societatis officij, Antonio Formiccino scut. 150. pro extinctione alterius similis societatis, Item quædam aliæ referebantur per Informatores pro Camillo, & Horatio, ex quibus dicebant Domini cõfessionem extraiudicialem plenè probare, quamuis alias non probaret, Pau. de Cast. consil. 28. in fi. lib. 1. Rol. consi. 82. nu. 47. lib. 2. Achill. decis. 1. de confess.

Quantum ad secundum, Domini voluerunt particulariter videre, an per d. solutionem 3000. scut. fuerit extinctus dictus census scut. 18000. & reductus ad summam scut. 15000. nam circa hoc difficultatem faciebant multa, sed illud in primis, quia ex deductis non constabat in extinctione interuenisse aliquẽ actũ similem creationi census, nempè retrouenditionem, vt videtur requirere decisio Illustrissimi D. Cardinalis Lancellotti, die 28. Iun. 1574. licet de hoc esset videndum.

PENNIÆ.

Bononiensis, Census, Lun. 20. Mart. 1600.

ARGVMENTVM.

Census impositus super bonis subiectis fideicommisso, cum expressa prohibitione alienationis, nullus est, & venditor census, vt & fideiussores, ad restitutionem pretij recepti tenentur.

SVMMARIA.

1 *Census impositus super rebus fideicommisso subiectis, & prohibitis alienari, nullus est, & venditor ad pretij restitutionem tenetur.*
2 *Bona si libera dari non possunt, perinde est, ac si euictioni foret locus, & restitutio pretij competit.*

DECISIO CCCIV.

Imposuerat D. Comes Alexander de Pepulis anno 1596. annuum censum scut. 960. monetæ Florentinæ, super quibusdam bonis suis immobilibus existentibus in territorio Bononiensi, in contrata Duratij S. Martini, & Molinellæ, eumque sic impositum rediderat Saluio Scarlato, nobili Florentino pro pretio scutorum 12000. similium, afferens prædicta bona de sui natura fructifera, nulli hypothecæ & fideicommisso purificato, vel purificando subiecta, sed libera, franca, & allodialia fuisse promiserunt, & se obligarunt ad legitimam dicti census prædictorum bonorum defensionẽ de euictione, secundum formam proui-

prouisionis Bonon. anno 1446. editæ, nec non in ampliori forma Cameræ Pro comite Alexandro Ven. in eodem contractu fideiusserunt Ferdinãdus Elepnantutius, Comes Iulius de Pepulis, Andreas Boncius, & Ioannes Petrus de Manginis. Domini Comitis Antonij de Isolanis, seipsos principaliter, & in solidum, & vti expromissores pro dicta euictione & legitima defensione perpetuo duratura, etiam in casu nullitatis, inualiditatis, vel resolutionis prædicti contractus, ex quauis causa & incertitudinis, in ampliori forma Cameræ obligantes.

Cum verò anno 1598. Saluius Scarlattus intellexisset prædicta bona super quibus census fuerat impositus, fideicommisso q. Comitis Romei de Pepulis patris Comitum Alexandri & Iulij fuisse subiecta, cum expressa prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, contra eosdem Alexandrum, & Iulium, coram A.C. super restitutione sortis principalis dicti census, iudicium intentauit, & ex eo, quod res promissa non fuit libera, & contractus attenta testatoris prohibitione fuerat inualidus.

Postquam autem A.C. mandatum executiuum pro dicta sorte principali deponenda decreuisset, causa introducta in Rota dubitaui, an esset locus restitutioni scutor. 12000. ita vt Comes Alexander, & eius fideiussores tenerentur ad illorum restitutionẽ, & Rota restitutioni fuisse locum, & Alexandrum principalem & fideiussores teneri censuit.

Cum bona, super quibus census fuerat impositus, 1 essent fideicommisso † & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emptor rescindere impositionem census, & cõpellere venditorem ad pretium restituendum. Dec. consil. 102. num. 10. vers. etiam quando. lib. 6. & tenuit Rot. in vna Romana, census de Cuppis. die 17. Martij, Anno 1577. coram D. Seraphino, Oliuario, & in alia Spoletana, terrarum die 11. Nouembr. 1599. coram D. Mellino, & iterum in eadem, die 6. Martij 1600. coram eodem, & sæpe alias, cum enim bona non pos-2 sent dari † libera, perinde est, ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu sortis principalis. l. si venditione. ff. de euict. l. super empt. C. eodem.

Similiter Scarlattos compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis, & rescissionis contractus, Dec. consil. 3u. nu. 4. vers. sed in quæstione. Paris. consil. 79. num. 42. & consil. 97. num. 25. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 2.

Quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligauerunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere, Gramm. decis. 272. numero 2. & 3.

Et licet generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta decisione in causa Romana, de Cuppis, in quibus..... fideiussores promittentes emptori tradi liberam ante euictionem, agi possit. glo. in l. qui rem. in vers. non potest, C. de euict. Ofasc. dec. 24. num. 4. Dec. d. cons. 102. in fin.

Supra dictis accedebat, quia fideiussorum obligatio erat etiam secundũ formam prouisionum Bonon. quibus cauetur, vt bona debeant tradi libera. Alexan. cons. 63. nu. 11. lib. 6. Dec. cons. 483. num. 18.

LANCELLOTTI.

Romana, Societatis, Vener. 28. Aprilis, 1570.

ARGVMENTVM.

Cessante periculo vitæ, & amissionis sortis principalis, contractus census in mutuum resoluitur, & pactum ei appositum illicitum censetur.

SVMMARIA.

1 *Contractus societatis officiorum in mutuum transit, cessante periculo vitæ, & amissionis sortis principalis.*

2 *Et tunc taxatio fructuum confessio quædam futuri interesse censetur.*

DECISIO CCCV.

Circumscripta consuetudine, & ceteris alijs fuit conclusum, pactum esse illicitum de iure, quia fi-1 nita societate cessat † periculũ vitę, & amissionis sortis principalis, & remanet purum mutuum, & illa taxa-2 tio facta ab initio est quædam † confessio futuri interesse, quæ videtur facta in fraudem vsurarum, nisi illud aliunde probetur, per doctrin. Bald. in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. vers. quid coge. si cert. pet. cum alijs late per Couar. lib. 3. var. resol. c. 4. nu. 5. Aym. cons. 189. nu. 6. Sot. de iust. & iur. & in lib. 6. q. 6. art. 2. circ. fin.

Eiosdem 2. Ianuar. 1570.

ARGVMENTVM.

Pactum appositum contractui Societatis officiorum, ex quibus illicitum censeatur.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo Curiæ in vsuris nihil operatur.*

2 *Vsura & diuino, & humano iure prohibita.*

3 *Extensio de casu ad casum, in diuersis, & concernentibus materiam peccati, non fit.*

DECISIO CCCVI.

Fuit conclusum, dictum pactum vt illicitum non considerari, ex consuetudine Curiæ, quia consue-1 tudo Curiæ nihil operatur in † vsuris, c. quia in omnibus, iunct. gl. Reul. c. fin. iunct. glo. de consuet. est enim 2 vsura à iure diuino & † humano prohibita, late Couarr. lib. 3. var. resol. c. 3. num. 6. Dd. late in l. quod seruus fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. & cetera in contrarium allegata procedunt, quo ad euitationem pœnæ, non quo ad validitatem actus, vt per Butr. in d. c. quia in omnibus nu. 4. cum seq. Aym. cons. 115. num. 12. In tolerantia Pauli IV. propter supplicationes, quæ eios tẽpore signabantur vigore Bullæ editę, super societatibus officiorum Domini non fecerunt aliquod fundamentum, nam omissa illa disputatione, An Papa possit super vsuris dispensare, dixerunt Domini Bullam in eius proœmio, & fere per totũ reprobare pacta illicita in huiusmodi societatibus, & ideo ex ea non iuuari hæredes, præter id, quod societas hæc contracta fuit ante Bullam, quæ non extenditur ad præterita. In præteritis enim dat formam præscriptã Notario, qui ei debeat bimestre notificari, alias annullatur. Præterea cum super hac societate non reperiebatur supplicatio aliqua signata, adhuc viget d. Bulla reprobans pactum huc, vt illicitum, adeo quod in societate, de qua agitur ex alijs supplicationibus signatis, super alijs societatibus, non potest argui tolerantia, quia in diuersis, & concernentibus materiam peccati 3 non fit extensio † de casu ad casum, iur. vulg.

COTTÆ.

Romana, Societatis, Ven. 3. Iun.

ARGVMENTVM.

Societate distracta fructus ad rationem 12. pro centenario, loco damnorum, & interesse, non debentur à die solutionis.

SVMMARIA.

1 *Fructus in societate distracta loco damnorum & interesse, ad rationem 12. pro centenario, non debentur.*

2 *Ratio.*

3 *Vsura diuino iure prohibita.*

DECISIO CCCVII.

Conclusum fuit, in casu, de quo agitur, fructus lo-1 co damnorũ, & interesse non † deberi D. Marco, ad rationem 12. pro cẽtenario, vsque ad diẽ solutionis 2000. quia distracta societate perceptio fructuum non

2 est licita, † cum cesset periculum vitæ, & amissionis sortis principalis, remaneatque purum & merum mutuum, in quo non nisi totidem pecuniæ restitui debēt, & pacta illa, quod distracta societate fructus currant ad rationem 12. pro 100. non valet, tanquam in fraudem vsurarum facta, nisi aliunde probetur de interesse prædicto, vt per Bald. in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. vers. quid ergo. ff. si cert. pet. vbi Purp. num. 59. Dec. consil. 39. sub nu. 5. & cons. 322. in 8. dub. col. fin. Aym. consil. 189. sub num. 7. Ploto, qui testatur de communi, in l. si quando. nu. 412. C. vnde vi. & ex Theolog. D. Thom. 2. 2. q. 78. c. 2. in respons. ad 1. argumentum. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. circ. fin. etiam ad taxam societatis, quod finita restituantur 12. pro cent. loco damnorum, & interesse, fuit responsum dictam pactionē absque aliqua taxatione dicti interesse vsurariam, & illicitam, idcirco confirmationem, seu dispensationē illi robur aliquod non posse tribuere. c. super eo. de vsur. Cou. var. resol. lib. 3. c. 1. nu. 8. vers. 2. expressus, ea sane 3 ratione, quia cum vsuræ prohibitæ sint † etiam de iure diuino, c. quia in omnib. & d. c. super eo. de vsur. c. plerique. 14. q. 4. Papa non dispensat contra ius diuinum, & supra vsurę naturam sapienti D. Thom. p. 2. q. 98. art. 5. per tot. dixerunt tamen Domini dispensationem sustineri posse in terminis iuris communis, nempe, quando probaretur interesse lucri cessantis, & dāni emergentis, non autem simpliciter & absolute, Dec. d. cons. 222. num. 4. quod quidem erit probandum, vt Rota postulat iuxta decis. Mohed. 208.

BLANCHETTI.

Romana, Societatis, Ven. 9. Maij 1578.

ARGVMENTVM.

Societate soluta fructus non debentur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus officiorum societate soluta non debentur.*

DECISIO CCCVIII.

1 FVit resolutum, non deberi † fructus pecuniarum hæredibus Leonis post disdictam societatem, ex pacto enim non debentur, vt fuit resolutum in causis Romana, 2000. seu Bon. 2000. & Romana societatis corā Reu. D. Cotta, & R. P. D. meo Lancellotto. Minua etiam loco damnorum, & interesse, quia non præcessit protestatio hæredum Leonis, & testes non probant requisita interesse lucri cessantis, iuxta dec. Mohed. 208.

MELLINI.

Romana, Societatis, Vener. 21. Ian. 1600.

ARGVMENTVM.

Per venditionem societas officiorum soluitur, & fructus ex ijs non debentur.

SVMMARIA.

1 *Societas per venditionem officiorum dissoluitur.*
2 *Et contractus in mutuum transit.*
3 *Ignorantia venditionis officiorum durationem societatis non operatur.*
4 *Fructus a sciente soluti an repeti possint.*
5 *Vsuræ etiam sponte solutæ repeti possunt.*
6 *Indebitum soluens repetere potest, si alia præsumptio, quam donationis sumi potest.*

DECISIO CCCIX.

DOmini circumscripserunt in pręsenti disputatione caput scientiæ, vel ignorantiæ Illustriss. D. Io. prætensi venditoris officij, & concluserunt, quod siue sciuerit, siue ignorauerit fructus ei nō debeantur post venditionem officij. Fundamentum resolutionis fuit, 1 quia per venditionem officij † societas dissoluitur. l. verum. §. vtrum. ff. pro socio. §. soluitur. Inst. eod. tit. & dissoluta societate cessat periculum vitæ, & amissionis 2 sortis principalis, & remanet purum, † & merum mutuum, ex quo citra vsuram non possunt percipi fructus, non obstante pactu vel consuetudine in contrarium, vt fuit resolutum in causa Romana societatis coram Cardinali Lancellotto. 28. Apr. 1570. & in alia Romana, Societatis, 10. Maij 1578. & coram Illustriss. Cardinali Blanchetto, & in causa Romana 2000. 3. Iun. 1575. coram Cotta, & sæpissime in alijs causis, & distinctio, quæ fit per Modernos, & sic per Informantes inter scientem, & ignorantem non habet aliquod 3 fundamentum, quia ignorantia venditionis † officij non operatur, quod societas duret. Alex. consil. 60. nu. 1. & 2. lib. 7. & dissoluta societate militabat eadem ratio, quod cessat periculum amissionis capitalis, propter quod periculum sustinentur solum societates officiorum, & licite percipiuntur fructus, & remanet purum mutuum, & consequanter non possunt percipi fructus, sed solum in hoc casu competit actio ad interesse probatum vere, & concludenter, & non præsumptiue, iuxta doctr. Paul. de Castr. in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. quam Rota seruat, vt per Put. decis. 238. lib. 1. Mohed. decis. 308. Verall. decis. 2. lib. 3. in manuscr.

Non obstat tex. in l. sed & socius. §. si absenti. & in l. actione. §. item si alicuius. ff. pro soc. quia in specie illorum textuū societas est finita, licet vnus ex socijs ignoraret dissolutionem. Bart. & Bald. in d. §. si absenti. idē Bart. & Fulgos. in d. §. si absenti. Idem Bart. & Fulgos. in d. §. si alicuius. Alex. dict. consil. 60. num. 1. & 2. quęstio soluenda de damnis, & lucris, & alijs gestis medio tempore inter dissolutionem societatis, & scientiam alterius socij, & ista quæstio cessat in hac specie, quia post venditionem officij non potest amplius alicui ex socijs obuenire damnum, neque lucrum, cum cesset periculum amissionis sortis principalis ex parte dantis, & ex officio vendito, super quo solum est contracta societas, alias socius non potest amplius percipere fructus vllos.

4 Non obstat, quod cum isti fructus † fuerint soluti sponte à sciente, illos esse indebitos, non possunt amplius repeti. l. 1. ff. de cond. indeb. cum alijs alleg. quia 5 hoc non habet locum in vsuris, quæ possunt † repeti etiam, quod fuerint scienter, & spontè solutæ. Bart. in l. si non sortem. §. si quis falso. ff. de cond. indeb. Ias. in d. l. 1. sub nu. 12. ver. 5. limita. Dec. in l. cum per errorem. num. 4. ff. de reg. iur. & tanto magis, quia ista solutio non fuit facta ab Episcopo animo donandi, sed ad effectum differendi restitutionem, summæ satis notabilis scutor. 2000. sortis principalis, quā tunc nō habebat in prōptu, vt probatur ex suis literis, & quādo 6 potest sumi † alia præsumptio, quā donationis, soluēs scienter indebitum, potest repetere. Bald. in d. l. fin. & ib. Ias. in 4. limit. Dec. in d. l. cum per errorem. nu. 2.

Non obstat, quod esset in potestate recipientis pecunias ad societatem vendendi officium post contractam societatem sine certioratione socij eum priuare fructibus societatis, quia certioratio non est necessaria. Alex. d. cons. 6. nu. 2. & ex ista venditione non resultat aliquod præiudicium considerabile, cum non currat amplius periculum amissionis sortis principalis, & is, qui dat pecunias, facilè potest certiorari, an societas duret, vel ne, & ea dissoluta repetere sortem principalem, & ideo imputare sibi debet, si est negligens in perquirendo, an societas duret.

ORTEMBERGII.

Rumana, Societatis officij, 18. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Mandatum ex capite nullitatis, & iniustitiæ nullum est, & hæ nullitates quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 *Citationis defectus processum nullum reddit.*
2 *Procurator principalem suum in plus, quam in mandato habet, obligare non potest.*

3 *Verba*

3 *Verba vniuersalia ad id, quod iuris est, & probabile restringuntur.*
4 *Societates vltra valorem officij contrahi non possunt.*
5 *Societates officiorum ex stylo curiæ Romanæ vltra valorem grauari solent.*
6 *Relatio ad stylum Curiæ Romanæ quomodo intelligatur.*
7 *Contrahens cum aliquo, eius conditionẽ inquirere debet.*

DECISIO CCCX.

FVit resolutum mandatum A. C. esse reuocandum, idque ex duplici capite nullitatis, scilicet, & iniustitiæ.

Nullitas deducitur ex eo, quod Comiti nõ fuit no-
1 tificata obligatio procuratoris, neque facta † particularis citatio ad effectum censurarum, Cassad. decis. 12. nu. 2. de rescript. & decis. 2. de pœn. num. 13.

Attestatur quidem Gallesc. tit. reliqua de processu, nu. 5. quod stylus sit in cõtrarium, verum debebat saltem insinuari & verificari cessio. Bald. in l. per diuersos. C. mand. Boer. decis. 10. Hipp. de Mars. sing. 26. & hoc casu cessat fundamentum Gallesc. quod Dominus præsumitur certioratus, quia cessio non est facta per procuratorem, neque poterat Dominus ab eo certiorari, cum esset mortuus.

Iniustitia ex eo resultat, quia licet in mandato data sit facultas accipiendi, quantascunque quantitates, tamen illud restringendum est ad valorem officij, cum super illo tantum societates contrahendæ essent, ita vt
2 procurator suum principalem † in plus obligare non posset, l. quidam testamento. ff. de leg. 2. l. cum hi. §. modus. ff. de transact. Paris. conf. 93. num. 31. lib. 1.
3 Verba enim vniuersalia † restringuntur ad id, quod iuris est, & probabile, Gabr. de reg. iur. concl. Crauett. consil. 3. num. 12. & 23.

De iure autem communi, & ex Bulla Pij IV. socie-
4 tates vltra † valorem officij contrahi non possunt.

Et in præsenti mandato verba expresse referuntur ad officium, cum dicitur super dicto eius officio.

Non obstat, quod secundum stylum Rom. Curiæ
5 longe vltra valorẽ ipsorum † grauati soleant, & quod constituens mandatum dedit ad capiendum omnes pecuniarum quantitates, iuxta stylum Rom. Curiæ, quia talis stylus solum toleratur contrahentibus ipsis officialibus, propter ignorantiam cõtrahentium. Ideo huic casui applicari non potest, in quo non ipse officialis, sed eius procurator contraxit.
6 Denique relatio ad stylum Rom. † Curiæ potest intelligi de modo contrahendi societatem, & non de facultate accipiendi quantitatem vltra fauorem.

Eadem ratione non intrat distinctio, an cum vno, vel cum pluribus societates sint contractæ.

Nec obstat, ignorantia D. Flaminiæ, quod aliæ societates fuerint contractæ, quia hoc nõ potest obesse Comiti, qui non censetur dedisse mandatum contrahendi vltra valorem officij, & sic vlterius non tenetur. l.
7 diligenter. ff. mand. Et qui cum alio † contrahit, tenetur inquirere conditiones, & qualitates eius, cum quo contrahit, l. qui cum alio. ff. de reg. iur. vbi Dec. & alij. Alex. in l. si procurator. nu. 4. & 5. ff. de cond. indeb.

Denique non obstat, quod societas contracta cum Flaminia non excedat valorem officij, quia sufficit, quod in 300. scutis, pro quibus antea contracta fuit alia societas, mandatum erat consumptum: Vnde societas Flaminiæ subsistit tantum in summa à 300. scutis, vsque ad concurrentem quãtitatem valoris officij.

GYPSII.

Romana, Societatis, Lun. 9. Maij 1588.

ARGVMENTVM.

An stante prohibitione patris, ne filius portionem sibi à patre resignatam alienare, aut quomodolibet super ea contrahere queat, filius societatem super ea portione contrahere valide possit.

SVMMARIA.

1 *Societas solo consensu perficitur.*
2 *Societas super re aliena contracta an sustineatur.*
3 *Contractus à partium conuentione leges accipiunt.*
4 *Venditio rei alienæ valida est.*
5 *Societas etiam super officio emendo recte contrahitur.*
6 *Consuetudini in societatibus plurimum defertur.*
7 *Census in re fideicommissaria imponi non debet.*
8 *Societates non nisi à Dominis officiorum contrahuntur.*

DECISIO CCCXI.

PAter quandam portionem Ripæ filio suo resignauerat, cum solito decreto, quod illam alienare, fructus, & emolumenta exigere, aut quouis modo in ea, seu eis intromittere vita patris durante, & absq; illius consensu nullatenus possit. Huiusmodi prohibitione non obstante, filius post aliquot annos societatem super dicta portione contraxit, siue, vt vulgo dicitur, societatem contrahentibus officium accommodauit.

Quæsitum fuit, an prædicta societas valida nunc esset,
1 & validam esse Domini censuerunt, quia cum † societas solo consensu perfici possit. l. societas cõtrahitur. ff. pro soc. vbi gl. citat text. Inst. eodem pluribusque modis iniri permittitur. l. 4. vbi gl. eod. tit. pro soc.
2 Nil resistit, quin societas † super re aliena contracta sustineatur, prout sentit I. C. in l. quod autem. cum
3 plurib. seqq. pro soc. siquidem † contractus à partium conuentione legem accipiunt, l. stipulationum commodissime. de verb. oblig. cum simil. idcirco quemad-
4 dum venditio rei † alienæ tenet. l. rem alienam. de cõtrah. empt. Afflict. decis. 369. ita etiam societas super officio alieno valere debet, maxime cum in ceteris requisita ad societatem officiorum necessaria habeat,
5 hinc est, quod super officio emendo † contrahitur societas. Put. decis. 67. lib. 3.

Eoque magis hoc dicendum esse Domini videbatur propter vniuersalem vrbis consuetudinẽ inendi hoc pacto societates officij, ob nimiam Curialium necessi-
6 tatem inductam, & in † societatibus plurimum consuetudini defertur. Bald. in l. 1. & 2. q. C. pro soc. nec à communi obseruantia, indubitataque mercatorũ consuetudine recedere licet, l. minime. de leg. Corn. consil. 319. nu. 12. lib. 3. Paris. 93. nu. 8. vol. 3. Crauett. 91. nu. 7.

Nec refragatur, quod sicut filius de officio, & fructibus disponere non valebat, ita etiam super illis societatem coire non poterat, secundum Bald. in l. cum oportet. nu. 9. C. de bon. quæ liber. Rom. conf. 471. nu. 2. post med. eod. Vnnen. qui in hunc sensum alios congerunt conf. 11. lib. 1. quando prohibitio alienationis, & obligationis præd. ita restringi, & intelligi debet, vt in præiudicium patris officium, & fructus eiusdẽ alienare nequeat. Secus verò si pater damnum non patiatur, vt in proposito casu, quia Cõmunitas Tusculi bonam fidem recognouit officialem nudum nomẽ duntaxat in societate habere declarauit illum indemnem releuare promisit, & omne commodum & incommodum societatis in se suscepit, & fideiussores dedit, quæ omnia aut incognita consocio fuisse eredendum est, eum à Communitate accedentibus idoneitas officialis, in modica cõsideratione habeatur, sed tuitio residet in personam accipiendi pecuniã, & illius fideiussoris, quamobrem talis obligatio officij prohibita non censetur. Idemque. §. fin. & l. seq. pro soc. Videmus in
7 simili, quod licet impositio † census super re fideicõmisso subiecta non valeat, nihilominus in præiudiciũ illius, qui censum imposuit, sustinetur, vt fuit dictum in vna Romana, Saluiani interdicti, coram Reuer. patre D. meo Seraphino, 9. Iun. 1587.

Præterea, cum filius portionis fructus exegerit, illosque in vsus proprios consentiente patre cõuerterit, vt bene deducunt Informantes, negari nõ potest, à dicta prohibitione, saltẽ quo ad fructus recessum fuisse, quo ad hoc propositum sufficeret, Vnde cessat obie-

ctum de decreto irritanti, & clausula sublata, quibus renunciari posse hęsitandum non est, Gabriel. de claus. concl. 3. num. 35.

Ex istis etiam patet responsio ad constitutionem felic. recordationis Pij IV. qua cautum est, societates, 8 nisi per dominos † officiorum, contrahendas non esse, nam filius satis erat dominus, quia per eius mortem vacabat officium.

His postremo accedit maxima æquitas, ne tot societates cum contractu annullentur, quam æquitatem maiores nostri præ oculis habuerunt, vt per Mohed. decis. 344. Achill. 4. de const. fuit igitur ex supradictis, vt supradictum est, conclusum, societatem valere, & communitatem Tusculi per obitum Iosephi pecunias societatis lucrifecisse.

BLANCHETTI.

Panormitana, seu Agrigentina, Rescissionis contractus, 13. Iun. 1575.

ARGVMENTVM.

Contractus census, an ex constitutione super omnibus bonis, & pacto de retrouendendo, & conuentione, quod post relutionem census emptor possit remanere in castro, super quo census est impositus, per sex menses, efficiatur illicitus, & vsurarius.

SVMMARIA.

1 *Reditus annui emptio permittitur, si modo contractus in mutuum non resoluatur.*

2 *Emptor super relutione census super castro impositi, in castro per tempus conuentum remanere potest.*

DECISIO CCCXII.

DVbitaui 13. Iun. in vna Panormitana, seu Agrigentina rescissionis cõtractus, an ex constitutione census, super omnibus bonis, & ex pacto de retrouendendo, & ex conuentione, quod per relutionem census emptor possit remanere in castro post sex menses, contractus efficiatur illicitus, seu vsurarius, & fuit resolutum ex impositione census, super omnibus bonis contractum non posse dici illicitum, permittitur 1 enim emptio annui reditus, † dummodo contractus non resoluatur in mutuum. Salyc. de vsur. in verb. vsura, num. 12. Abb. in c. in euictione. num. 7. de vsur. & ib. Anan. num. 15. vbi vult, quod possit emi annua prestatio super redditibus alterius Communitatis. Aret. consil. 15. num. 2. vers. secus si annua præstatio. Bullæ Calixti & Martini permittunt in isto casu obligationem esse hæreditarii, quæ est ius vniuersale, quod eo magis videtur dicendum in hoc casu, quo obligatio omnium bonorum accedit, pro securitate obligationis particularis Castri Ricalmuti, prout expresse legitur in instrumento. Idem etiã dixerunt Domini quo 2 ad pactum, quod emptor super relutione census † super Castro impositi deberet remanere in castro per sex menses, nam expresse dicitur, ex qua causa debeat remanere, videlicet, vt commodius possit mobilia transportare. Nec dicitur, quod eo tempore Franciscus de Francisco debeat frui fructibus castri, Quo verò ad tertium pactum de retrouendendo, Domini dixerunt, videndum, An stantibus alijs pactis respicientibus fauorem D. Francisci resultet talis modicitas pretij, quod iuncta cum pacto de retrouendendo efficit contractum vsurarium.

SERAPHINI.

Romana, Turris Bubalacciæ, Lun. 7. Nouem. 1575.

ARGVMENTVM.

Contractus census per pactum appositum, quod venditor teneatur intra certum tempus censum redimere, inutilis redditur.

SVMMARIA.

1 *Substantia actus remota, ipse actus remouetur.*

2 *Pacta contractus apposita, si non sunt contra substantiã, sed accidentia saltem concernunt, quamuis illicita sint, non tamen contractum inutilem reddunt.*

3 *Pacta apposita contra formam Bullæ Papalis, pro non appositis habentur.*

DECISIO CCCXIII.

FVit resolutum, pactum appositum in contractu census, quod venditor teneatur infra 4. annos, in totum redimere censum, vitiare contractum census, per reg. c. fin. de condit. appos. cum ib. not. l. per seruũ. §. fin. de vsu, & habit. Bald. in l. pater. de adopt. Bart. in l. 2. num. 3. Cod. de iur. emphyt. D. in Authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. huius conclusionis inter cetera potissima ratio est illa, quam tradit Bald. in c. 1. §. fin. num. 7. per quos fi. inu. quia pactum hoc in ipso contractu census appositum tendit ad perimendum 1 ipsum actum, cum sit contra ipsius † actus substantiã, qua remota remouetur ipse actus, Abb. in dict. c. fin. nu. 4. Deficit enim consensus, qui requiritur pro substantia ipsius actus, itaque videtur, vel quod partes voluerint facere actum elusorium, l. an inutilis. in pr. de accept. vel quod voluerint in aliam speciem cõtractus consentire, aut in casu proposito, in quo potius videtur, quod voluerint contractum pignoris, vel fœneratitium à iure reprobatum constituere, vt per Laur. de Rodulp. in tract. de vsur. p. 2. quæst. 61. Guid. Pap. decis. 477. cum alijs per Informantes allegatis, vbi verò 2 † pacta non sunt contra substantiam, sed circa accidentia, tunc quamuis sint illicita, vitiantur & non vitiant, consensus enim circa substantiam contractus non deficit.

Nonobstat text. in l. non præcario. de præcar. tum quia illud potius est contra naturalia, quam contra substantiam, & multi ex Dominis tenuerunt, tum etiã quia non procedit, vbi pactum facit, vt contractus in aliam speciem transeat, quod est casus noster, ita post Bart. in l. vbi ita donatur. de donat. caus. mort. Tradunt Scribent. in d. auth. ingressi. Dec. cons. 593. in fin. Cagn. in l. contractus, nu. 20. de reg. iur.

In isto casu res transit sine difficultate, nempe quod pactum vitiatur, & non vitiat stante consensu vtriusque partis, quod apposita contra † formam Bullæ pro 3 non appositis habeantur, alias huiusmodi pactum, quod pro non appositis habeantur, frustra occuparet membranas.

ORANI.

Foroliuiensis, Census, Lun. 3. seu 13. Iul. 1589.

ARGVMENTVM.

Mandatum ei, qui in quasi possessione exigendi census, ante motam litem fuit, de manutenendo recte datur.

SVMMARIA.

1 *Probatio leuior in probanda possessione census admittitur.*

2 *Mandatum iudicis praua causæ cognitione emanatum, iustum motum non inducit.*

3 *Confessio à procuratore facta, quandocunque à domino reuocari potest.*

4 *Fallit.*

DECISIO CCCXIV.

DIxerunt Domini dandum Illustriss. D. Hippolytæ Veranę, mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi cẽsus, de quibus agitur, nam cum 1 in hoc remedio leuiori contenti † simus probatione, Curt. sen. in l. admonendi. num. 323. vers. secundo moueor. de iureiur. Modern. de retin. remed. vl. nu. 34. de quasi possessione ipsius ante litem motam sufficienter constat, iuxta tradita per Bar. in l. 1. §. quod ait. nu. 2. & 14. ff. vti possid. Caputaq. dec. 198. p. 2. per instrumentũ quietationis, quod licet non sit recognitũ, habet tamẽ comitantiã veritatis, resultantẽ tam ex susceptione

termini,

termini, per quam confitetur debitum, Guid. Pap. decis. 14. & 262. tum etiam ex confessione expressa in monitorio coram A. C. producto, in quo fatetur dubitor dictam D. Hippolytam percepisse census decursos, Nam hæc probatio cæteris est fortior, l. geocraliter, C. de non nu. pec. cap. per tuas. de prob. nec refert, quod metu mandati dilationem ad soluendum petens, aliquid in posterum debere non fateatur, iuxta tradita per Ruin. consil. 196. in fin. lib. 1. quia confessio debiti spontanea hic colligitur. Iudex enim non ad confitendum, sed ad soluendum cogit, & mandatum iudi-

2 cis, præuia causæ cognitione emanatum, non † inducit iustum metum, l. si mulier. ff. de eo, quod met. caus. Cast. in l. nec emere. C. de iur. deliber. & quicquid sit, sufficit confessio explicitè in monitorio facta, quæ li-

3 cet fit † procuratoris, & ideo quandocunque à Domi-

4 no reuocari possit, tamen † fallit, quando vigore illius in primo iudicio obtinuit, nam in secundo necessum est, quod eam sequatur, nisi de errore illius expresse constatet. Aegid. dec. 3. Neq; retardare debet sententiam A. C. per quam reprobatus fuit contractus vigore cuius cẽsus petuntur, quoniam stante appellatione ab eo introducta suspensus fuit illius effectus. l. 1. §. reus. vbi Dd. C. ad Terr. cum sim. & ex his, atque alijs per Informantes à Dd. absque difficultate conclusum fuit decernendum mandatum.

CORDVBÆ.

Beneuentana, Census, Lunæ, 13. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Possidenti facultatem exigendi redditus census, ante motam litem, mandatum de manutenendo rectè datur: Et quidem etiam hæredib. possessoris defuncti dandum est.

SVMMARIA.

1 *Appellatio effectum sententiæ in prima instantia latæ suspendit.*

2 *Probatio vna per alteram non excluditur.*

3 *Hæres ex quibus actibus iudicialibus præter alia quis præsumatur.*

DECISIO CCCXV.

Domini resoluerunt, dandum esse mandatum de manutenendo filijs & hæredibus q. Constantiæ de Comitibus, quia cõstat illam per multos annos ante, & de tempore litis motæ fuisse in possessione exigendi redditus census, de quo agitur, & sicut illi dandum esset, si viueret, §. retinendæ. Instit. de interd. cum vulg. ita & filijs & hæredibus eius, ad trad. per Menoch. de retinend. remed. 6. nu. 61.

Non obstat sententia A. C. super nullitate census,

1 cuius effectus † suspensus est per appellationem, l. 1. ad Tertull. c. veniens, de iureiur. & fuit decisum corã Reu. P. D. Orano. in vna Foroliuiensi census, 13. Nou. 1589. præsertim cum census fuerit declaratus nullus, quia per testes fuit probatum, non adfuisse pecunias numeratas verè ipsius emptoris, quæ probatio potest

2 recipere probationem in contrarium, vna † enim alteram non excludit. Quod verò obijcitur de legitima-

3 tione personarum, facile tollitur, quia † vltra quod Ioannes & Petrus sunt filij D. Constantiæ, & præsumuntur heredes, pars aduersa pro talibus acceptauit, ex quo contra eos, vti filios, & hæredes Constantiæ citato procuratore ab eis constituto, processit in causa, & obtinuit sententiam ab A. C. facit etiam, quia procurator dominus litis effectus per mortem D. Constãtiæ fuit per filios reuocatus, qui actus citra nomẽ hæredis fieri non potest.

ORANI.

Foroliuiensis, Census, Lun. 13. Nouembr. 1589.

ARGVMENTVM.

Census constitutus super re certa, & confecto publico instrumento sustinetur, tanquam contractus licitus & legitimus.

SVMMARIA.

1 *Contractus omnis regulariter iustus, & legitimus præsumitur.*

2 *Vsuræ præsumptio in personam nobilem difficilius cadit.*

3 *Protestatio apposita contractui intentionem contrahentium arguit.*

4 *Pacta contraria Bullis Pontificum adhibita contractui, pro non appositis & vitiosis habentur, contractu ipso saluo permanente.*

5 *Vtile per inutile non vitiatur.*

6 *Census ex consuetudine loci ad rationem 10. pro centenario constitui potest.*

7 *Et stante tali consuetudine licitus est contractus.*

8 *Testes ad impugnandum instrumentum inducti, omni exceptione maiores esse debent.*

DECISIO CCCXVI.

Fvit conclusum, sententiam A. C. annullantem annuum censum, de quo est quæstio, tanquam fœneratitium reuocandam esse, cum enim fuerit super re certa constitutus, & de eo confectum publicum instrumentum, præsumptionem pro se habet, vt sit factum de contractu licito, Cæpoll. de simul. contract. præ-

1 sumpt. 26. nu. 85. & regulare est, vt omnis † contractus præsumatur iustus & legitimus. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. nu. 19. ff. si cert. petat. Tanto autem magis, quod ce-

2 lebratus fuit cum muliere nobili, in qua † difficilius cadit præsumptio vsuræ. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. nu. 34. Couar. lib. 3. var. resol. c. 8. nu. 3. præsertim cum in ipso actu protestata fuerit se velle emere serua ta dispositione Bullarum Pontificum, super censibus editarum, signanter autem Constitutionis Pij V. cum

3 clausula, nõ alias aliter, nec alio modo, ex qua † arguitur præcise illius intentio. l. si non aliter. de leg. 3. l. si hæredi. §. fin. de cond. & demonst. licet autem in illo legatur duplex appositum pactũ dicta Constitutione Piana damnatum, scilicet de retrouendẽdo, quod aliter non est collatum in liberam, & absolutam voluntatem vendentis, sed est limitatum, vt possit redimere tantum infra 10. annos, & duos mẽses. Alterum, quod ad remissionem census non vult teneri, nisi damnum, & deterioratio, occasione cuius remissio petitur, ascẽdat ad quartam partem, nihilominus non propterea concludendum esse vsurarium, sed debent tanquam

4 † vitiosa pro non appositis haberi, l. cum precario. de precar. Nam illis non obstantibus, adest voluntas disponentis in principali actu, itaq; si quod amplius concedere voluit, vtique & quod minus est, voluisse dicitur.

Vnde quod plus est additum, secundum intentionem disponentis separabile est, adeo quod non vitia-

5 tur vtile per inutile, † sed tantum inutiliter adiectum vitiatur. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verb. oblig. Hoc autem comprobat clausula dictæ Constitutionis, *non obstantibus aliquib. pactis directè vel indirectè, talem facultatẽ auferentibus*, ex qua colligitur intentionẽ Papæ fuisse confirmare actus in contrarium, Ang. in l. quod autẽ. nu. 2. ff. si quis omiss. caus. test. Neque redargui potest vsurarius sub prætextu, quod fuerit constitutus ad rationem 10. pro centenario, nam quicquid sit de iure communi, de quo per Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 6. nu. 16. & seq. iste census fuit redditus secundum

6 vsũ & obseruantiã Prouinciæ Romandiolæ, vbi prędia, super quibus est impositus, sita sunt, in qua quidem prouincia solet vendi, & constitui census ad rationem 10. pro centenario.

Certum est, quod stante huiusmodi consuetudine

7 iudicari debet cõtractus † licitus, l. quis sit fugitiuus. §. item

§. item apud Labeonem. vbi Bart. ff. de ædil. edict. l. quicquid ergo. §. 1. 10 versic. cum vsuris tuend. ex his, quæ in regione obseruãtur. ff. de contra. & in l. actio. & in l. tutor. qui repertorium. §. sed etsi negauit. ff. de admi. & per tut. Oldr. consil. 207. Alba. consil. 4. tit. de vsur. Cępoll. in tract. de simul. contract. in 4. & 97. Socin. sen. cõs. 83. nu. 22. li. 2. Rui. in l. 2. nu. 17. C. de edẽd. cum simil. & probant extrauagantes Martini & Calixti, sub tit. de empt. & vend. in extrau. com.

Minus habita fuit ratio testium deponentium in huiusmodi creatione census pecunias verè è contrario non fuisse solutas, ex quo restitutæ fuerunt in cõtinenti, nec penes venditorem census remanserunt. Neque etiam pretium integrum fuisse in pecunia numerata, sed partim in gemmis, quæ contrariantur formæ præscriptæ in constitutione Pij V. quia Domini responderunt istis testibus nullam adhibendam fidẽ, ex quo enim ad impugnationem instrumenti fuerũt
8 inducti, necessum est, quod † sint omni exceptione maiores, Rocch. cons. 147. nu. 36. & seq. vol. 2. tantum autem abest, vt sint tales, vt etiam omnino veniant repellendi, cum duo fiot fideiussores, qui regulariter repelluntur. Crot. de testib. aut saltem, secundum Ang. consi. 295. arbitrio iudicis committuntur, tertius autem multas exceptiones habet.

MANTICÆ SEV PAMPHILII.

Beneuentana, Census. Ven. 16. Dec. 1594.

ARGVMENTVM.

Censum legitimè fuisse impositum, ex publico instrumento rectè probatur, & sententiam ad infringendum eum latam reuocandam esse.

SVMMARIA.

1 *Instrumento publico contenta vera præsumuntur.*
2 *Instrumentum dicitur probatio euidens, & rem certam, & manifestam facit.*
3 *Probatio etiam contra publicum instrumentum admittitur, sed apertissima ea sit, oportet. & num. 5.*
4 *Testes examinati parte non citata, & sine interrogatorijs, fidem non faciunt.*
6 *Confessio facta a procuratore, sine speciali mandato ad confitendum, reuocari potest.*
7 *Commissio sanatoria non præsentata, nec in iudicium deducta confessionem non facit.*
8 *Iurans, omnia in instrumento contenta vera esse, non potest agere in iudicio, ante iuramenti illius relaxationem.*
9 *Census nisi super certis rebus imponatur, nullus est.*
10 *Apposita ex abundanti, obesse non solent.*
11 *Protestatio, vt apposita pacta cõtraria constitutioni Papali pro non appositis habeantur, efficit, vt contractus absque hac inualidus, sustineatur.*

DECISIO CCCXVII.

PLacuit Dominis sententiam A. C. esse reuocandã, quia census de quo agitur, secũdum ea, quæ proponuntur, sustinetur. Nam, quod scriptum est in publico instrumento, pecuniam fuisse numeratam, præ-
1 sumitur esse verum, † Bald. in l. sciendum. num. 3. de verb. oblig. & in authent. si quis in aliquo. nu. 11. C. de edend. Bald. in l. 1. num. 15. in fin. de testamen. Alexan. cons. 53. nu. 1. lib. 7. vnde etiam instrumẽtum pu-
2 blicum dicitur euidens probatio, & † facit rem certam, & manifestam c. cum dilecti. & ib. no. Abb. nu. 2. de donat. Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de oper. nou. nunc. Bald. in l. interest. num. 2. C. de solut. Alex. consil. 135. num. 5. lib. 6. Dec. consil. 423. num. 9. cum seq. Soc. iun. consil. 127. num. 7. lib. 3. & consil. 1. num. 49. lib. 4. & ideo vbi est casus instrumenti cessat omnis disputatio, vt dicitur de casu legis. Crauett. consil. 31. in fin.

3 Non obstat, quod contra † publicum etiam instrumentum probari possit, l. cum Ioãnes. de fid. instrum. l. iuris gentium. §. quod ferè. & ib. no. Ias. num. 2. ff. de pact. & quod testes descripti in instrumento deponãt pecuniam non fuisse numeratam, sed solum demonstratam, neque à N. qui censum vendiderunt fuisse receptam, quia non fuerunt legitimè examinati, sed
4 pro informatione Curiæ parte non citata, † & sine interrogatorijs recepti, & ideo nullam faciunt fidẽ, nisi iuridicè fuerint recepti, c. 2. de test. l. si quando. C. eo. Bart. in l. vlt. de quæst. Sal. in l. vlt. in fin. C. eod. Alex. cons. 180. nu. 7. lib. 2. Cyn. cons. 134. nu. 3. lib. 4. & con-
5 tra instrumentum publicum apertissima † requiritur probatio. d. c. cum Ioannes, de fid. instr. l. optimam. C. de contrab. stipul. §. vlt. Inst. de inut. stipul.

Non obstant Confessiones, quia fuerunt reuocatæ,
6 nam cum factæ fuerint † à procuratoribus, sine speciali mandato, ad confitendum, & non docto de errore possunt reuocari. Rot. dec. 19. de proc. in Nou. Aegid. decis. 119. Put. decis. 171. nu. 2. lib. 3. Fel. in c. 1. num. 14. vt lit. non contest. Paris. consil. 115. num. 18. & seq. lib. 1.

Neque etiam obstat confessio, quæ dicitur ex commissione sanatoria obtenta ab ipsis Dominis de Paterno, quia non constat ab eis, vel de eorum mandato fuisse impetratam, neque id præsumitur, cum ad eam impetrandam modica requiratur impensa, Sarment. reg. de anna. poss. q. 32. nu. 6. vers. contraria vero opinio. Orad. decis. 80. Put. decis. 299. num. 2. lib. 3. Peregr. decis. 44. lib. 1. & decis. 7. lib. 2. neque etiam dicta commissio fuit præsentata, & in iudicium deducta, &
7 ideo † nulla ex eo confessio dici potest.

Accedit etiam, quod D. Titi, qui opponunt contra hoc instrumentum, & dicunt pecuniam non fuisse numeratam, nec sibi traditam, & consequenter cõtractum esse simulatum, seu vsurarium, iurarunt omnia contenta in instrumento esse vera, & ideo cum prius
8 absolutionem à iuramento † non obtinuerint, tanquã periuri à iudicij limine debent repelli. c. dilecti. & ibi Abb. Fel. & alij notant. de except. Rip. in c. ex parte. nu. 4. de rescript. Crauett. cons. 7. nu. 12.

Neque etiam obstat, quod census non fuisset impositus super certo corpore rei immobilis, vt requiritur à Constitutione fel. record. Pij V. quia ex lectione instrumenti hoc obiectum tollitur, nam census fuit impositus super quadam vinea, & quibusdam domibus certis finibus circumscriptis, & postea dictum est, & super omnibus & quibusdam bonis, vnde cum certa
9 corpora fuerint expressa, vtile per inutile † non vitiatur, cap. vtile. de reg. iur. lib. 6. l. 1. §. sed simili. de verb. obl. & illa verba super omnibus, & quibuscunque bonis, ex abundanti sunt adiecta pro faciliori census exa-
10 ctione, quæ aotẽ ex abundanti interponuntur † obesse non solent. l. item. §. procuratori. vers. quid tamen. ff. de neg. gest. l. testamentum non ideo. C. de testam.

Neque etiã obstant aliæ conuentiones, quæ dictæ constitutioni Pij V. sunt adiectæ, super constitutione
11 censuũ videntur repugnare, † quia cẽsus est constitutus cũ expressa protestatione, quod cõtrahentes intẽduot dictã Constitutionẽ obseruare, & non aliter, nec alio modo cõtrahere, & ideo quodcunq; pactum fuit appositũ contra tenorẽ illius Constitutionis perinde habetur, ac si non esset scriptũ in instrumento, quoniã hæc verba inducunt formam l. non aliter. in princ. de leg. 3. l. qui hæredi. §. vlt. de cond. & dem. l. nõ aliter. ff. de adopt. & ita in hac specie fuit resolutum coram Reo. Patre D. meo Orano, 13. Nouemb. 1589.

GYPSII.

Neapolitana, Census, Lun. 9. Mart. & 20. April. 1592.

ARGVMENTVM.

Censu redempto, omnis obligatio orta ex dicti census contractu, extinguitur, & fideiussor liberatur, vt contra eum agi non possit.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Fideiussor, qui in impositione census accessit obligationi, extincto censu liberatur.*

2 *Res de pecunijs meis empta, mea non fit, nisi hoc in ipso actu emptionis sit expressum.*

DECISIO CCCXVIII.

Reuerendiss. D. Episcopus Neapolitanus tāquam procurator Dn. Camilli eius fratris, vnum annuum censum redimibilem super quandam domo d. Camilli, eius fratris imposuit, & vendidit D. Lucretiæ Boccaplanulæ, ad cuius fauorem etiam vti principalis, principaliter & in solidum accessit. Tandem d. Camillus de anno 1578. censum non redemit, & de eodem anno alium maioris summæ super eadem domo Abbati Paulutio vendidit, qui pro consecutione sui crediti, cum domus censualis ab anterioribus creditoribus Camilli euicta fuisset, egit coram A.C. aduersus prædictum D. Episcopum obligatum de euictione domus in impositione census Lucretiæ venditi, prætendens etiam ad ipsius commodum de euictione domus teneri, forsan ex eo quod de pecunijs ab ipso receptis Camillus extinxerit illum priorem censum, propterea successisse in ius Lucretiæ primi census emptricis ad no. in l. Aristo. vbi gl. in verb. pignus. in fi. & Bart. nu. 7. ff. quæ res pign. oblig. poss. Negus. de pign. in 3. memb. 5. par. principal. nu. 45. vers. si autem ille.

Sed istis & alijs informatatibus citatis minimè obstantibus Domini resoluerunt, Abbati Paulutio nullā actionem contra Episcopum competere, ideo sententiam A.C. confirmādam esse, quia per redemptionem census à Camillo factam fuit extincta omnis obliga-1 tio alias orta ex contractu † dicti census, & consequēter D. Episcopus fideiussor liberatus. l. 2. cum ib. no. C. de sol. l. 2. & ib. Bart. de fideiuss.

Non obstat, quod census fuerit extinctus ex pecunijs à Paulutio habitis, quoniam etiam si hoc esset verum, non propterea dici potest, eum successisse in ius & locum Lucretiæ, seu.... quæ censum Camilli retrocessit, quoniam hoc non fuit actū, prout agi oportebat cum Camillo, vel cum ipsa creditrice, quæ in actu retrocessionis debuisset omnia sua iura præd. Paulutio cessisse, & in istis terminis loquuntur Bart. & alij in d. l. Aristo. ad quod facit regula l. si ea. & ibi DD. C. de rei vendic. l. quamuis la 2. C. de pign. quod 2 res de pecunijs meis empta † non efficitur mea, nec in eo acquiro ius alterius, nisi hoc in continenti in ipso actu emptionis sit actum, per l. licet. C. qui pot. in pignor. hab. & faoderur, quia si Paulutius posset se tueri hac ratione, quod extinctio census fuerit facta de pecunijs suis, atque illi suffragantur contra alios creditores Camilli, qui domum per subhastationem distraxerunt, vt dictum est.

PENIÆ.

Eadem, Census, 28. Octob. 1593.

ARGVMENTVM.

Debitor secundus quando in locum primi succedat: & quæ ad hoc requirantur.

SVMMARIA.

1 *Debitor secundus vt succedat in locum primi, quæ requirantur.*

2 *Requisitum secundum.*

3 *Confessio emanata ab eo, qui verus procurator non est, domino non præiudicat.*

DECISIO CCCXIX.

Fuit conclusum, non constare D. Episcopum Neapolitanum esse debitorem Abbatis, quia ad effectum, vt aliquis extraneus de pecunia cuius soluitur, 1 priori creditori succedat in eius locū, requiritur † pactum expressum cum debitore, qui liberatur à primo, & tunc secundus succedit in locum primi, vt no. glo. in l. 1. in verb. non accepisse. versic. quod hic cōueniat. C. de his qui in prior. credit. loc. succ. vbi Salic. num. 2. vers. primum, & per pactum, glo. in l. Aristo. in verb. pignus. in vers. item & in locum primi. Bart. num. 4. vers. & quod sit actum. & Salyc. num. 2. vers. secundū vt conueniat. C. quæ res pign. oblig. non poss. vnde cū in hac causa non fuerit actum cum Episcopo fideiussore Camilli, vt Abbas succederet in ius prioris creditoris, cessabat vnum ex requisitis ad effectum istius successionis.

2 Secundò etiam † requiritur cessio prioris creditoris, & licet sufficiat cessio tacita, quia licet fingit creditorem hoc velle, quando sibi soluitur, Bar. in d. l. Aristo. num. 2. vers. gl. hic soluit. ff. quæ res pign. obl. non poss. Negus. tract. de pign. 3. memb. 5. par. nu. 45. Vincent. de Franch. decis. 97. nu. 2. Nihilominus id procedit, quando primo creditori fuit notificatum, quod pecunia secundi creditoris fuit hoc pacto tradita, & sub eodem pacto ei numerata, alias enim si nihil ei dicatur, non censetur consentire pacto, nec secūdus succedit in locum primi, vt bene declarat Salyc. in d. l. Aristo. nu. 3. vers. quod satis puto.

Quare, cum in hac causa non appareat Iulium habuisse scientiam, quod sub hoc pacto ei solueretur pecunia, & consequenter non posset dici adesse cessionem tacitam, Abbas non dicebatur succedere in eius locum.

Neque prædictis obstat, confessio contenta in quadam supplicatione porrecta Vicegerenti nomine Episcopi, in qua dicebatur Episcopum simul cum Camillo eius fratre fuisse Abbati obligatum, quoniam cum non constaret, illum, qui porrexerat supplica-3 tionem fuisse † procuratorem Episcopi, non poterat Episcopo præiudicare.

PENIÆ.

Neapolitana, Census, Venet. 10. Dec. 1593.

ARGVMENTVM.

Eiusdem causæ data resolutio in præsenti decisione amplius confirmatur, & docetur, pacto inito cum debitore ad effectum, vt fideiussor obligatus permaneat secundo creditori, vt priori fuerat, requiri, vt de hoc expresiè admoneatur, & fiat hoc pactum expressum intercessisse in noua obligatione.

SVMMARIA.

1 *Nemo voluisse id dicitur, quod ignorat.*

2 *Ignorans non consentit.*

DECISIO CCCXX.

Proposita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, 25. Octobr. proximè præter. quia licet Camillus debitor redemerit censum à Iulia Siarbona de pecunijs D. Abbatis Paulutij, cū pacto expresso, quod Abbas esset subrogatus in locum Iuliç, cum tamen Iulia de ista conuentione nullam habuerit notitiam Episcopus non remansit obligatus, ad fauorem Abbatis sicut antea erat ad fauorem Iuliæ creditricis, cuius scientia erat necessaria ad effectum, vt Episcopus remaneret obligatus, licet alias sufficeret fuisse pactum initum cum debitore, tamen vt bene declarat Salyc. in l. Aristo. ante nu. 4. vers. quod satis puto, si ei dicatur. ff. quæ res pign. obligar. non poss. cum enim debitor teneatur soluere creditori, ideo recipiendo pecunias sibi debitas videtur consentire, & idem velle seu approbare quod actum fuit cum debitore. Vnde sapienter dicebat Salyc. dummodo creditor, quando sibi soluitur, sciat huiusmodi conuentionem, alias enim non 1 possumus dicere creditorem † idem voluisse, quod ignorabat.

Doctrinam autem Salycet. esse communem indicāt cōformes Dominorum sententiæ, de hac materia agētium, & Vinc. de Franch. decis. 97. nu. 3. quibus nō repugnat dictum Ripæ in l. si Veneti. §. fin. de priu. credit. quia loquitur in casu lōge diuerso, quando secundus

dus creditor offert priori nullo etiam facto pacto, quinimò neque ibi tractatur de scientia, vel ignorantia creditoris, sed de obligatione facta ipsimet priori creditori per secundum creditorem, & quæritur an secũdus creditor acquisiuerit actionem personalem competentem priori creditori. At in proposita facti specie, in qua tractatur de pacto facto cum ipso debitore, de succedendo in locum prioris creditoris, Salyc. non discordat ab opinione, quam profitentur Bart. Rip. & alij, nempè sufficere cõuentionem fuisse factam cum debitore ad rationem paulo ante explicatam, quæ debitore soluente postea priori creditori, prior creditor videtur consentire, vt possit autem videri † consensisse, requiritur scientia.

Assertio Iuliæ affirmantis sibi fuisse solutum ex pecunijs Abbatis Paulorij, non sufficiebat, quoniam ad effectum, vt creditor diceretur consentire requirebatur, quod sciuisset pecunias Paulurij, solutas fuisse numeratas sub illo pacto, de succedendo, atq; ita expresse tenet Salyc. non enim est bona consequentia, Iulia habet notitiam, quod pecuniæ solutę erant Paulorij, Ergo habuit notitiam quod fuerunt sibi numeratæ sub illo pacto de succedendo.

C O R D V B Æ.

Romana, Census, de Vellis, Lun. 9. Mart. 1598.

A R G V M E N T V M.

Obligatus pro rata portionis suæ, pro toto debito conueniri nequit.

S V M M A R I A.

1 *Ratificatio, siue acceptatio instrumenti iuxta illius formam intelligenda est.*

2 *Apocham pro rata sua portionis duntaxat subscribens & absque clausula in solidum, per toto debito non dicitur obligatus.*

D E C I S I O CCCXXI.

COntra resolutionem, coram me in hac causa factam, opponebãt pro D. Andrea de Vellis. Primũ quod constabat de ratificatione D. Santinelli promissionis factæ à Iacobillo ad fauorem Domini de Vellis de faciendo consentire. Secundum quod fuerat delatũ iuramentum litis decisiuum, ad instantiam Santinelli d. Iulio, qui iurarunt & cõtra ipsum Santinellum fuit relaxatum mandatum.

Sed his non obstantibus, Domini steterunt in resolutis, nam fuit respõsum, quod etiam si ex partito iurato per D. Iacobillum appareret de scientia D. Santinelli, obligationis factæ de releuando Dominum de Vellis ab omnibus in solidom, non tamen inde inferebãt, quod Santinellus se in solidum obligauerit, quod ostendit mandatum relaxatum contra Iulium ad instantiam Vellij. Si enim Santinellus voluisset ratificare promissionem in solidum, non esset necesse, quod D. Vellius ageret contra Iuliũ, donec ipse faceret obligari d. Santinellum in solidum, vt promiserat & contra ipsum obtineret dictũ mandatum, quod & ipsum clarius apparet, com ipse Iulius iurauerit se in genere denunciasse Santinello obligationem factam ad fauorem Domini de Vellis, in cuius executionem fuit subscripta apocha per Santinellum, quæ expresse cantat pro rata suæ portionis tantum, pro qua duntaxat ratificauit obligationem, vt fuit consideratum in decisione, ac inde non obstabat, quod per decisionem portionis cessæ per Dominum de Vellis cum pacto, quod omnes obligarentur in solidum ipso facto, videatur orta actio ad fauorẽ Domini de Vellis virtute obligationis, quia nihil fuit actũ inter Santinellum & Dominum de Vellis, sed tantum cum Iacobillo, qui quamuis promiserat Domino de Vellis, quod omnes se obligarent in solidum, imputet sibi, si postea diuidendo portiones inter socios nõ curauit, quod ipsi obligarẽtur, prætensa autem tanta ratificatio, seu acceptatio in-1 strumenti † intelligenda venit iuxta illius formam, Dec. in leg. semper qui non prohibet. nu. 2. de reg. iur. Mohed. decis. 8. de procurat. non enim fuit processum per viam ratificationis, seu acceptationis instrumenti, sed per viam assignationis sibi factæ per Iacobillum, iuxta quam Santinellus solum se voluit obligare & 2 renuit subscribere † apocham, cũ clausula in solidum; & cessat dicta tacita obligatio.

Et ad obiectum, quod in iudicio moto per Iacobillum Santinellus negauit habuisse notitiam obligationis, fuit responsum contrarium apparere, cum potius dicat se paratum releuare indemnem, iuxta formam suæ obligationis iustificato damno, ex quibus non tantum negabat obligationẽ in solidum, sed etiam, quod non tenebatur releuare Iacobillum pro rata suæ participationis, nisi constito, quod ratione portionis Santinelli fuerit passos damnum.

L I T T Æ.

Romana, Census, de Vellis, Ven. 19. Iun. 1598.

A R G V M E N T V M.

Resolutio superiorum decisionũ confirmatur etiam in hac, ex alijs deductis, & ex eo, quod ex sola scientia contractus gesti inter alios quis non obligari possit, sed solum ex consensu, vel tacito, vel expresso.

S V M M A R I A.

1 *Stipulatio ad personas non expressas in ea non extenditur.*

2 *Scientia contractus gesti inter aliquos, neminem obligat, sed ad hoc consensus, vel tacitus, vel expressus requiritur.*

D E C I S I O CCCXXII.

DOmini steterunt in decisis coram Reuer. patre D. Corduba, sub die 10. Dec. præteriti, & sub die 9. Martij præsentis anni, rationibus, de quibus in d. decisionibus, & ad illud, super quo insistunt Informantes pro Domini de Vellis, quod dum voluit Santinellus fieri particeps illios portionis, cessæ per Dominum de Vellis, Iulio Iacobillo, & socijs, vtique etiam voluisse videtur se obligare in solidom ad fauorem Domini de Vellis iuxta tenorem suę cessionis, ad tex. in l. illud. ff. de acquir. hæred. in l. ad rem mobilem. ff. de procurat. cum alijs per Rim. iun. cons. 60. nu. 9. in terminis contractus loquentem, lib. 1. fuit responsum Santinellum non fuisse participem, vigore dictæ cessionis Domini de Vellis cum nihil reuera gestum fuerit inter 1 Santinellum & Dominũ de Vellis, & stipulatio † non extendatur ad personas in ea nominatas, vt no. Alb. in l. omnes. nu. 2. ff. vsusfr. quemad. test. can. sed mediãte facto, & persona Iacobilli, qui cedendo vnum solum cum dimidio alterius ex alijs sibi cessis à Domino de Vellis, & Raynutio Baschio expressè conuenit cum illis, vt teneantur ipsum indemnem releuare ab omni obligatione, quam fecit iã erga Iustinianum, quã Dominum de Vellis pro d. solido vno, & dimidio alterius. Vnde cum obligatio Santinelli sit restricta ad partem suam dicti solidi cum dimidio, & concernat solum indemnitatem Iacobilli pro dicta rata, nõ debet propterea vlterius extendi ad fauorem Domini de Vellis, vel alterius personæ, vulg. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig.

Nec ex eo solo, quod Santinellus de tempore, quo contraxit cum Iacobillo sciuerit cessionem factam à Domino de Vellis ad fauorem Iacobilli & sociorum, potest dici se voluisse obligare in solidum pro omnibus 4. solidis ad fauorem d. Domini de Vellis, cum ex 2 sola scientia contractus gesti inter alios quis † nõ obligetur, sed ex consensu tacito, vel expresso, l. obligationum substantia. & l. cõsensu. ff. de act. & obl. cum alijs per Decian. cons. 19. num. 51. & cons. 32. num. 1. lib. 5. At sic est, quod tacitus Santinelli consensus hoc in casu non potest sibi vendicare locum, stante expressè

eius-

eiusdem restricto ad portionem duntaxat dicti solidi vnius cum dimidio & prout latius constat ex tenore contractus gesti inter D. Iacobillum, & Santinellum, ad notat. per Bart. in l. liberorum, nu. 4. versi. 1. casu. ff. de verb. sign. & per Bald. in l. in multis. in versic. item noto. ff. de stat. homin. quibus add. post Ruyo. consil. 130. nu. 4. lib. 2. Aym. cons. 677. nu. 3. vers. 2. respondet. Paris. consi. 86. nu. 49. lib. 2. Ideo &c.

L I T T AE.

Romana, Census, de Vellis, Merc. 5. Maij 1599.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. vt locum habeat, quæ in causa præsenti, & superioribus resolutionibus decisa, requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Iuramentum l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. litis decisiuum.*

2 *Et non præstatur, vbi petenti obstat res iudicata.*

D E C I S I O CCCXXIII.

FVit resolutum, non esse locum partito, seu iuramento de quo in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. tum quia iuramētum quod defertur pro parte Domini de Vellis, non est omnino litis decisiuum, prout requiritur † iuxta terminos d. l. manifestæ turpitudinis. vt notab. tradit Alex. ibid. nu. 6. patet, quia potest esse, quod Comes Alexander Santinellus subscripserit apocham, quam Dominus de Vellis prætendit, sed rematurius considerata eam lacerauit ante traditionem, quo fit, vt sola ipsa subscriptio super qua defertur iuramentum non possit victoriam dare ipsi Domino de Vellis, ad text. in c. præsentia. de probat. & in l. non hoc. C. vnde cogn. etiam potest esse, quod Comes apocham cum dicta dictione in solidum nūquam subscripserit, sicque iuret, & tamen Dominus de Vellis alijs exceptionibus in hoc iudicio propositis ad elidendam intentionem Santinelli, hoc est exceptione solutionis. & nouæ conuentionis non excludere, quo fit vt nullo modo possit dici iuramentum litis decisiuum, tum etiam quia respectu apochę subscriptæ per Santinellum ad fauorem Domini de Vellis absque dicta dictione *in solidum*, obstat ipsi Domino de Vellis res † iudicata, quo fit vt amplius nō possit esse locus dicto iuramento, secundum Bart. in d. l. manifestæ turpitudinis, nu. 4. vbi Ias. nu. 16. ff. de iureiur. Alex. in l. si patronus. in princ. ff. eod. pulchrè Soc. sen. cons. 184. col. 5. vers. sed in casu nostro.

Nec obstare dixerūt Domini, quod hoc iudicium sit diuersum ab illo, quod fuit intentatum in Rota, in quo Dominus de Vellis succubuit, quia licet, quo ad actionem & petitionem Comitis videatur diuersum, cum hodie Comes sit actor, & eo in iudicio esset reus, attamen respectu apochæ est idem, quod patet, quia quemadmodum actio Domini de Vellis in illo iudicio fundabatur super eo, quod apocha obligationis Santinelli esset cum dictione in solidum, ita hodie eiusdem Domini de Vellis exceptio super eodem fundatur, vnde si agendo cōtra se reportauit sententiam, & rem iudicatam, merito hodie ipsi Domino de Vellis excipienti de eadem subscriptione apochæ cum dictione *in solidum*, & petenti super ea deferri iuramentum, obstare debet replicatio iudicati, qua stante non potest esse locus iuramento ex supradictis, & alijs hic latius per informantes pro Santinello deductis. Quæ omnia Dominis placuerunt.

S E R A P H I N I.

Calagutitana, Census, Lun. 29. April. 1602.

A R G V M E N T V M.

Pacta, quæ sunt contra substantiam census, impediendo eius creationem, & faciendo eum transire in alium contractum, eum annullant, & extinguunt, secus pacta, quæ circa accidentalia tantum contractus versantur, Et cum talia pacta tantum in præsenti concurrant, & ab incerto euentu dependeant, concluditur, contractum census per ea non vitiari.

S V M M A R I A.

1 *Contractus ex pacto adiecto, substantiam eius concernente, vitiatur, secus in eo quod circa accidentia solum versatur. & num. 2.*

3 *Principis factum à contrahentibus præuideri nequit.*

4 *Pactum circa accidentia contractus versans, eueniente conditione, vitiatur, saluo remanente contractu.*

D E C I S I O CCCXXIV.

FVit proposita causa super pacto in contractu census apposito, An sit contra constitutionem felicis recordationis Pij V. ita vt reddat contractum census fœneratitium, vt propter illud fructus sint in sortem computādi. Pactum verò sub his verbis est conceptū: Item sub conditione expressa, quod si sua maiestas & Reges suæ Maiestatis successores mandauerint, quod reditus, vel census cariores fiant, quam ad rationem 14. morapetinorū pro quolibet millenario, lege pragmatica, vel prouisione quam super præmissis dari, vel fieri mandauerint, quod in tali casu sit in electione Domini Petri Garlia & eius vxoris, vel illius, qui ab eis titulum & causam ad hūc censum habuerit, quod Dominus Decanus, & Capitulum debeant illis restituere morapetinos & pretium principale huiusmodi census, vnà cum fructibus decursis, vsque ad illud tēpus vel concedere eis illam in futurum, iuxta formā, & pro pretio, quod continebitur in tali pragmatica lege, vel prouisione.

Examinatis itaque conditionibus huius pacti Domini censuerunt, ex eo contractum non reddi fœneratitium, neque propter illud fructus in sortem esse computandos.

Nam iam fuit in examine aliorum pactorum conclusum, ea tantum pacta contractum census annullare, quæ sunt contra † substantiam census, ita vt impediant eiusdem creationem faciendo contractum transire in aliam speciem contractus, vt fuit dictum corā me, in causa Romana, Turris Bubalacciæ, 7. Nouem. 1576. quam amplexa fuit Rota in Bononiensi Cēsus, coram Reuer. Patre Domino meo Pamphilio, 26. Iun. 1600. Pacta verò, quæ † sunt circa accidentalia vitiari, non vitiare, & fuit allegatus Tatius lib. 1. sing. respons. c. 12. quia hanc materiam bene explicat.

Pactum autem, de quo agitur, versari mere circa accidentalia, patet, quia pendet ab incerto quodam euentu, qui fortasse nūquam erit in rerum natura: & ideo non facit, quo minus census à principio non habeat suam formam substantialem bene, & legitimè constitutam, neque est cōtra substantiā venditionis, quod aliquo casu rescindatur, & resoluatur, vt probatur toto titulo de rescind. vend.

Neque obstat, quod expresse prohibita sint in Constitutione Pij V. pacta continentia, vt pretium census ab inuito aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti possit, quia vt tum dictum fuit, noluit Pius V. quod omnia pacta indistinctè annullarent contractum, sed illa tantum quæ respiciunt formam substantialem, & ideo in contractu irritanti ait, contractus sub alio forma celebrandos fœneratitios iudicamus.

Et hoc eo magis est dicendum, quia nō videtur referenda prohibitio ad hunc casum prouenientem ex facto Principis, cui † contrahentes aliter præuidere non possunt, sed ad pacta dependentia ex facto contrahentium, qui in pœnam, vel alia de causa sibi reseruarunt

uarunt facultatem repetendi sortem, illud enim prouenerit à mera voluntate & dispositione emptoris census Gabr. cons. 152. lib. 1.

Præterea pactum non continet præcisam constitutionem pretij in casu Pragmaticæ Regiæ, sed alternatiuè prouidet, vel quod possit repetere pretium, vel cōcedete in futurum iuxta formam Pragmaticæ, Vnde non improbabiliter dici potest, habere locum conclusionem illam, quod in alternatiuis, quando vna pars est licita, alia verò est illicita, vel alias inutilis, nō vitiatur obligatio in totum, sed resoluitur in simplicē licitam & vtilem permissionem. l. si duo rei. & ib. Bar. & post eū Castr. nu. 3. Alex. & Ias. nu. 3. de verb. oblig. Aret. cons. 121. in fin.

Quinimò videtur hoc pactum quodammodo non conforme dispositioni Bullæ, in ea parte, in qua prohibet pretium constitutum ex aliqua causa, vel accidenti minui, vel augeri, in §. declarantes.

Sed & quatenus etiam possint ex principis indulgentia fructus cōuenti in constitutione census ad minorem summam reduci, & nō ideo possit ab emptore discedi à contractu, & repeti pretium, tamen hoc pa-4 ctum semper versatur † circa accidentalia, & vitiabitur, non autem vitiabit contractum, vt supra deductum est.

Quare conclusum, ex hoc pacto contractum non reddi fœneratitium, neque conuertendos esse fructus in sortis diminutionem.

G Y P S I I.

Vrbeuetana, Census, Lun. 6. Iun. 1594.

A R G V M E N T V M.

Census constitutus cum pacto, quod liceret emptori, eiusue hæredibus venditorem ad census redēptionem, & restitutionem pretij cogere, nullus est, & inualidus.

S V M M A R I A.

1 *Consuetudo quæ est contra ius tam diuinum, quàm humanum contractum illicitum confirmare nequit.*

2 *Et corruptela potius est, quam legitima consuetudo.*

D E C I S I O CCCXXV.

FVerat declaratum censum, de quo agitur, nullum & inualidum esse, quia illius emptores apposuerunt pactum, quod liceret eis, ac ipsorum hæredibus cogere venditorem ad redimendum censum, & restituendum pretium, sed postea examinatis nōnullis testibus, ac productis aliquibus instrumētis, & iuribus, dubitaui, An D. Octauius vnus ex dictis hæredibus esset excusandus, ita vt non teneretur restituere fructus census ante litem contestatam perceptos, & excusandum non esse, conclusum fuit, tum quia testes non probant allegatam consuetudinem, cum non deponant de multiplicitate instrumentorum, nec constat habuisse effectum, præter id, quia dicta instrumenta ex Archiuis extracta, & producta non releuant in concursu aliorum instrumentorum, quæ sunt absque dicto pacto, tum etiam quia si dicta consuetudo probetur, dicto Octauio non posset suffragari, quia huius-1 modi † consuetudo non potest validare contractum illicitum, cum sit contra ius naturale, & diuinum. c. inter dilectos. de excess. præl. cap. fin. de consu. vbi Do-2 ctor. dicunt, quod potius est quædam † corruptela, quam consuetudo, Bero. consil. 167. in pr. lib. 5.

Nec in hac materia vsurariæ prauitatis Sot. de iustit. & iur. lib. 6. quæst. 1. artic. 1. col. 6. paulo post. vers. restant ergo tria argumenta. & ratio, quare emptor sic contrahens non faciat fructus suos, illa est, quia ipse non amittit dominium illarum pecuniarum, cum prædicto pacto solutarum, Sot. vbi sup. q. 1. art. 4. in princ. & quod talis cōsuetudo non excuset, tradit Bero. vbi sup. nu. 10. vers. nec obstat consuetudo. lib. 1. qui etiam respondet ad Bart. & alios in cōtrarium allegatos, quod consuetudo loci excusat, vt per eum, num. 1.

E I V S D E M.

Eadem, Lun. 13. Febr. 1595.

A R G V M E N T V M.

Superiori causa rursus proposita, quærebatur, cum cōtractus census ob pactum adiectum nullus esset, an fructus soluti tempore communionis prædictorum fructuum, veniant computandi in sortem principalem.

S V M M A R I A.

1 *Census extinctio, & computatio fructuum in sortem, ipso iure à lege fit, absque hominis facto.*

2 *Fructus percepti sine causa, restituendi.*

D E C I S I O CCCXXVI.

DOmini Monaldus, & Iordanus de Clementinis iūc minores emerent censum, de cuius fructibus hodie agitur, cū pacto, quod liceret ipsis emptoribus quandocunque compellere Dominos de Gualterijs venditores ad censum redimendum, & pretium restituendum propterea Rota resoluit huiusmodi contractum esse nullum, & fructus solutos extinguere sortē principalem, & super hoc latę fuerunt duæ sententiæ.

Postremò coram me fuit quæsitū, An fructus soluti tempore cōmunionis prædictorū fructuū veniant cōputandi in sortem principalem in præiudiciū D. Octauij filij q. Iordani, cum ipse non sit hæres Monaldi, & dicta die 13. Febr. Domini resoluerunt fructus solutos tempore communnionis extinxisse sortem princi-1 palem, cum hoc casu extinctio & computatio † fructuum in sortem fiat à lege ipso iure absque hominis facto. c. 1. & 2. c. conquestus. de vsur. c. cum contra. de pign. act. Soc. consil. 29. num. 27. versic. circa tertium. lib. 1. Paris. consil. 54. nu. 79. lib. 1. Roland. consil. 40. sub nu. 37. lib. 2. Fructus verò qui repetūtur per Dom. Iulium, sunt illi, quos vltra sortē Dom. Octauius post diuisionem recepit, ad quorum restitutionem teneri 2 nō est dubitandum, cum sine causa ad ipsum † peruenerunt. l. ex his omnibus causis. ff. de condict. indeb. l. 1. Cod. eod. quamuis contra Monaldum, siue eius hæredes prædictus D. Octauius poterit habere recursum de euictione census pro rata eos tangente.

An in calculo faciendo habenda sit ratio illius partis census retrouenditi, de anno 1570. poterit particulariter videri.

P E N I AE.

Romana, Census de Comitibus. Merc. 29. April. 1592.

A R G V M E N T V M.

Censu imposito super portione castri, si postea vi laudi illa assignata fuerit imponenti an ex hoc census extinctus dicatur, & super vna ex nouem partibus intelligatur impositus.

S V M M A R I A.

1 *Scriptura pars vna ab altera declaratur.*

2 *Assignatio confinium arguit, quid in dispositione sit comprehensum.*

3 *Contrahentium mens verisimilis attendenda.*

4 *Scientia præsumitur, nisi ignorantia probetur.*

5 *Census ex constitutione Pontificis super re certa, & indiuidua constitui debet.*

D E C I S I O CCCXXVII.

DOminus Hieronymus, & Fridericus de Comitibus annuum censum scutorum 150. auri in auro, quem super octaua parte ex nouē partibus illiusque tenimenti Castri diruti Tericellæ imposuerunt Mario Fano pro pretio 2000. scut. similium vendiderunt, & D. Balthasari de Comitibus, vt rē gratam illi facerent, summam scut. 2000. tradiderunt, sed Balthasar vice versa tanquam Dominus, & Patronus vnius partis ex nouem partibus dicti Castri diruti Tericellę illiusq;

illiusque tenimenti, super dicta vna parte ex nouem partibus dicti Castri, eiusque tenimenti, ex territorio intra certos terminos ibidē designatos, & expressos, similem annuum censum 150. scut. auri in auro imposuit, illumque, eidem Hieronymo & Federico pro eodem pretio duorum millium scut. auri in auro vendidit. Ora postmodum controuersia inter prædictos Hieronymum & Federicum ex vna, & Balthasarem ex altera, de & super diuisione statuus ab eis in communi possessione D. Cardinalis Azzolinus, in quem fuerat compromissum in laudo desuper lato Balthasari pro sua nona & integra parte prædicti status Castrum Sorgli, Hieronymo verò & Federico fratri cetera omnia & singula Castra, iurisdictiones, territoria, & tenimenta assignauit, & pro totali adæquatione nonæ partis Balthasari assignatæ, eundem Hieronymum & Federicum ad deponendum in banco tuto scut. 18000. ad tot census emendos, & in Balthasaris commodum iouestiendos super bonis stabilibus eorundem Hieronymi, & Federici, ad rationem sex cum dimidio pro quolibet centenario, vt in perpetuum pro euictione dictæ nonæ partis Balthasari assignatæ remanerent obligati, condemnauit. Et quoniam post obitum Balthasaris in dubium reuocabatur per illius hæredes, an prædictos census deberet, nam ex quo dicebatur impositus super bonis Castri Tericellæ, & illius territorij, & quod per prædictum laudum vnà cum alijs Castris & territorijs status de Comitibus fuerat assignatus Hieronymo & Federico, prætendebatur extinctus, & consolidatus cum proprietate, & super hoc ab A. C. contra hæredes Balthasaris fuerat pronunciatum. Dubitaui, An dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & ter proposita causa in duabus prioribus positionibus non fuit capta resolutio. Quia Domini voluerūt videre depositiones quorundam testium, quorū fuit data copia, die 29. April. vtraque parte informante, fuit resolutum pro validatione sententiæ A. C.

Et quoniam resolutio pendebat ex eo, An ille census fuisset solum impositus super illa nona parte Castri Tericellæ quæ prius possidebatur pro indiuiso, vel etiam super illo Castro existēte in territorio dicti Castri, quod tanquam fundus proprius & hæreditarius pro indiuiso possidebatur à Dominis Io. & Balthasare fratribus de Comitibus, quod proprio nomine vulgariter dicebatur *il Casale della Casa*, nam si cēsus erat impositus super illa nona parte, cū ea postea in laudo adiudicata fuisset Hieronymo & Federico, proculdubio fuisset extinctus, l. 4. ff. quemad. seru. amitt. l. si tibi fundo. ff. quibus mod. vsusfr. amitt. l. ne pignus. ff. de reg. iur.

Econtra verò non extinctus cēseretur, si foret etiam impositus super prædicto Casali eiusdem census capaci, l. vt pomum. §. si prędium. ff. de seru. Bart. in l. pro parte. ff. eod. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 3. ff. de verb. oblig.

Domini inspectis verbis instrumenti impositionis census, etiam super illo Casali impositum, censuerūt, verba enim sunt, & super d. vna parte ex nouē d. Castri diruti Tericellæ, illiusque tenimento, & territorio, turribus, membris & pertinentijs &c. ex quibus putabant censum nedum fuisse positum super vna parte ex nouem dicti Castri, sed etiam super illius tenimento, quod adhuc per Dom. Io. & hęredes Balthasaris possidebatur, præsertim, cum ex testium depositionibus apparet illud Casale, quod dicebatur, continet circiter 300. rubra terræ, fuisse in territorio Tericellæ, & confinare cum territorio Veliterno, itaque illa verba, illi vsque tenimēto, perinde accipienda fore, ac si dictum fuisset, censum imponi super vna parte ex nouem partibus, & super illius tenimento.

Nec aliquid faciebat consideratio desumpta ex prioribus instrumenti verbis, quibus Balthasar asserebatur dominus & patronus vnius partis ex nouem Castri diruti Tericellæ, illiusque tenimenti seu territorij, quasi quod ille genitiuus reguletur seu dependeret ex illis verbis *vnius partis ex nouem*, quoniam dicebatur, vtrumque genitiuum æqualiter referri ad illa verba *Dominus, & patronus*, vt esset sensus, Balthasarem non solum habuisse dominium vnius partis ex nouem dicti Castri, sed etiam particularis illius Casalis, seu tenimēti, quod vnà cum Ioanne possidebat, & ad se pro medietate spectabat, quem sensum verum & directum arguere videbantur subsequentia verba, ibi, *super dicta vna parte illiusque tenimento*, cū 1 non sit † nouum vnam scripturæ partem obscuram per aliam declarari.

Hanc interpretationem suadebat etiam resignatio confinium, quibus Casale enunciabatur comprehen-2 sum, cum ex confinibus † assignatis, quid in dispositione comprehensum sit, intelligatur, l. sæde sacra. ff. de contrah. empt. Paris. conf. 2. nu. 64. lib. 3. Soc. iuo. consil. 139. nu. 1. quoniam territorium Veliternum, quod ab vno latere assignabatur, ipso limine cōfinabat cum præfato Casali, præsertim com licet Ioan. & Balthasar illud Casale possiderent, tanquam fundum proprium & peculiarem, non tanquam separatum à territorio Tericellæ possedisse probaretur, imò verò semper diceretur tentum, & possessum, tanquam pars territorij Tericellæ.

3 Verisimilis quoque mens † contrahentium eādem interpretationem suadebat, eos scilicet noluisse imponere censum super solo Tericellæ territorio, cuius fortassis exigui valoris erat iurisdictio, sed etiam super illo Casali maioris valoris, vt firmiorem & stabiliorem censum constituerent.

Nec mirandum, si D. Cardinalis Azzolinus nullam in laudo istius census & illius valoris mentionem fecerit, cum non potuerit meminisse eius, quod ignora-4 bat, & in dubio ignoratio nisi † probetur, præsumitur scientia. l. Lucius. ff. de probat.

Ex istis tenuerunt Domini, censum fore præsumendum impositum etiam super illo castro *di Casa*.

Libenter tamen iterum audirem hæredes Balthasaris, nam non possum facile concipere, quomodo cōtrahentes contra veritatem, & vsitatum stylum, qui in similibus contractibus passim seruatur, non fecerint specificam & indiuiduam mentionem istius Casalis, cum possessio etiam peculiari nomine vocaretur, nam bona pro indiuiso possessa vocabantur la *nona parte*, 5 istud verò appellabatur *il Casale della Casa*, † maximè stante constitutione Pij V. de creatione censuum, volente rem super qua census creatur, debere esse certam, & indiuiduam, hic verò non poterat dici, certitudinaliter de isto Casali constare, præsertim etiam cum limites designari magis prætenderentur conuenire nonæ illius parti, ex nouem partibus, quam isto Casali, & tanto magis erat specificandum per Balthasarem, quia ipse non possidebat integrum *Casale della Casa*, sed illius medietatem tantum, vt testes cōformiter deponūt, præsertim cum idem Balthasar in alio censu 80. ducat. quem imposuit super d. Casali, & nomen & confinia & medietatem eius se solum possidere expresserit.

Denique cum Hieronymus & Federicus prætenderent super illo Casali *della Casa* habere iura, & ad se spectare pro duabus tertijs partib. & desuper lis mota fuerit, quæ adhuc coram Reuer. Patre D. meo Pamphilio dicitur indecisa pendere, inuerisimile videtur eos fundari voluisse censum super fundo, quod maioti ex parte suum esse prætendebant.

IVSTI.

Ciuitatis Castelli, Census. Luo. 29. Maij 1600.

P ARGV-

ARGVMENTVM.

Census constitutus ante editam constitutionem Papalem, validus iudicatur, non obstante, quod contra illius formam præscriptam nonnulla contineat, quæ in summarijs latius discutiuntur.

SVMMARIA.

1 *Census constitutus ante editam reformationem Papalem validus est, licet quadam contra eius formam contineat.*
2 *Datio in solutum vim pretij obtinet.*
3 *Nomina debitorum in solutum rectè dantur.*
4 *Debitum vendentis in pretium census conuerti potest.*
5 *Census ante constitutionem Papalem super omnibus bonis imponi poterat.*
6 *Contractus census sustinetur etsi emens non sit præsens, si modo percipiendo fructus, ratificauerit.*
7 *Ratificatio non supplet defectus, qui non pendent à potestate partium.*
8 *Apocha non recognita, & incerta non probat.*
9 *Census inter immemorabilia computatur.*
10 *Obligatio de iure per scripturam priuatam probari potest.*
11 *Statutum iuris communis correctorium strictè est interpretandum.*

DECISIO CCCXXVIII.

Dominis visum fuit, censum esse validum, quia non obstant ea, quæ opponuntur.

Et primo non obstat, quod non adfuerit pecunia numerata in venditione census, & quod non fuerit constitutus super certa re, quoniam istæ difficultates fuerunt sublatæ per Rotam in causa Eugubina, Census, coram Reuerendo Patre D. meo Litta, 10. Febr. 1575. vbi dictum fuit, ista non procedere de iure cōmuni, & quod iste census, de quo agitur, fuit emptus 1 ante † constitutionem Pij V. qui dedit certam formā censibus, & est consil. Nauar. nu. 5. de empt. & vendit. 2 lib. 3. Et datio † in solutum in hoc casu vim pretij obtinet. l. si prædium. C. de euict. Paris. in terminis pretij census consi. 75. sub nu. 23. lib. 4. & nomina debitorum 3 absque † dubio dari possunt in solutum, l. cū à quo. 4 ff. de solut. sicut etiam potuisset proprium † vendentis debitum in pretium census conuerti, ad l. singularia. ff. si cert. pet. & Nauar. consi. 1. de empt. & vend. lib. 3.

Neque habet dubium, quod ante tēpus dictæ Con-5 stitutionis poterat † imponi, & vendi cēsus generaliter super omnibus bonis, Couarr. lib. 3. var. resol. c. 7. sub num. 6. versi. constat igitur. Decian. post Ioan. de Lig. Rodul. & Couar. quos allegat consi. 2. num. 141. lib. 1.

Non obstat, quod D. Cherubina non fuerit præsens, 6 quia satis est, quod † ratificauerit percipiendo fructus. l. Paulus. ff. rem rat. hab. Alexan. consil. 117. lib. 5. Dec. consi. 232. ou. 5.

7 Et licet ratificatio † non suppleat defectus, qui non pendent à potestate partium, non facit, quia solum agitur ad effectum ostendendi consensum ex ratificatione.

8 Non facit Apocha, † quæ deducitur pro ostendenda nullitate census, quia non est recognita, & nesciatur, cuius manu scripta fuerit.

Non obstat statutum Ciuitatis Castelli, quo cauetur, quod instrumenta conficiantur de rebus immobilibus venditis.

9 Nam licet census computetur † inter immobilia, Feder. consi. 16. num. 4. cum alijs per Informantes allegatis, tamen census est ius quoddam separatum, & distinctum ab ipsa re, Couar. d. c. 7. nu. 8. Gabr. concl. 148. in pr. lib. 2. & non est ipsa res.

Et ideo non habet locum statutum, quod loquitur in vendente possessionem, vel rem immobilem. Quin-10 imò cum de iure possit probari obligatio per † scripturam priuatam, l. Publia. §. fin. depositi, statutum 11 quod corrigit ius, † strictè est interpretādum, l. quod vero. ff. de leg. c. quæ à iure. de reg. iur. in 6. cū ib. simil.

Et ex his decisum fuit pro validitate huius census.

SERAPHINI.

Romana, Duorum millium, 19. Martij 1574.

ARGVMENTVM.

Actio ex contractu ei non datur, vt nec lucrum captare ex eo potest, qui ex parte sua promissa in contractu non adimpleuerit.

SVMMARIA.

1 *Actio ex contractu vt detur, requiritur, vt petens ex parte sua de adimplemento plenè doceat.*
2 *Lucrum quis non percipit ex contractu, quem non adimpleuit.*

DECISIO CCCXXIX.

Fuit per Dominos resolutum, nemine contradicēte, non esse locum locro pecuniarum, cū per Reu. D. Episcopum non fuerint adimpleta promissa. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. nam ad effectum, vt quis 1 cōsequatur actionem † ex contractu, debet ante omnia docere pro parte sua de adimplemento. Aym. cōsil. 191. nu.... & 192. nu. 15. & 20. nam alias Dominus Theophilus non erat contracturus. l. in conditionalib. ff. de verb. oblig. & ideo nō intrant allegata, quod sit probandum D. Episcopum fuisse in mora dandi fideiussores, vt per Bart. in l. si dicto. §. hæc verba. de const. pec. cum alleg. quia non sumus in casu, in quo requiratur mora nec regularis, nec irregularis, cū non 2 possit quis lucrifacere † ex eo contractu, quem non impleuit, nō obstante aliqua excusatione, vt per Dec. in l. eum proponas. C. de pact. nu. 4. Allegata verò in contrariū procedunt, vbi ageretur de incurrenda pœna, non de locro captando, tunc enim necessario esset mora, vt per Informantes deducitur, nec quod dicitur de absentia ab Vrbe. Et ex his etiam tollitur id, quod ex stylo deducitur. Nam quomodocunque interpretemur pactum resolutiuum, satis est, quod ad effectum lucri ille, qui non adimpleuit pro parte sua, non potest commodum consequi ex cōtractu, & ideo causam esse expediendam.

LANCELLOTI.

Romana, Societatis officij. Ven. 19. April. 1602.

ARGVMENTVM.

Stante conuentione, quod societas censeatur facta super periculo vitæ personæ in ratificatione, infra dies 15. proximos nominandæ, illa non nominata, periculum societatis alterius super vita ipsius, qui non nominauit, remanet.

SVMMARIA.

1 *Societas vno, & eodem tempore perfecta esse debet, tam quo ad perceptionē fructuum, quam facultatē nominādi.*
2 *Translatio periculi vitæ de vna persona in aliam, ex pacto fieri potest.*

DECISIO CCCXXX.

Fuit decisum, Abbatem fuisse superlucratum pecunias, de quibus agitur, per obitum Baccij, super cuius vitæ periculo fuit inita societas, stante conuentione, de qua in instrumento societatis, quod illa censeretur facta super periculo vitæ personæ in ratificatione infra quindecim dies proximos nominanda, & interim, ac illis elapsis, & non nominata dicta persona super periculo vitæ ipsius Baccij. Vnde cum Baccius infra 15. dies proximos non nominauerit, periculum vitæ alterius societatis remansit super vita ipsius.

Nec obstat, quod stante absentia Baccij & ipsius ignorantia tempus 15. dierū non incipiat currere, nisi à die scientiæ, quia omisso an probetur sufficienter illius absentia, nihilominus illa non concluderet ad ignorantiā, cum etiā absens potuerit scire, imò scientia

tia est multum verisimilis, qoia in instromento exprimitur, ita conuentū fuisse cum Baccio, quod etiam est credendum, quia alias sine consensu Baccij Abbas nō contraxisset societatem, exponendo se periculo, quod Baccius nollet eā ratificare, & tollitur omnis difficultas ex facto ipsius Baccij, qui recepit fructus à prima die, qua inita fuit societas, per quam receptionē fructuum declaratur, societatē, vsq; ab initio fuisse initā de ipsius consensu, alias si non interuenisset consensus ipsius ab initio, sicut ante ratificationem, nō currebat periculū vitæ, in persona ipsius, nec poterat locus esse lucro pecuoiarū, ita nec potuisset percipere fructus, ac ideo in cōsequentiam Baccius recipiendo fructus à prima die declarauit, qood pro illo tēpore, quo percepit fructus ante nominationē Lucretiæ, societas staret super periculo vitæ ipsius, quod præsupponit in necessarium antecedens, societatem fuisse contractam de consensu ipsius. Nam non se compatiuntur ad inuicem, quod societas currat respectu fructuum, & eodem tempore non currat respectu facultatis nominandi, cum tamē eo tempore societas debeat esse per-

1 fecta, † quo ad omnia, scilicet perceptionem fructuū & facultatem nominandi, quod etiam colligitur ex subsequutis, ex quibus apparet, nullam fuisse habitā rationem istius ratificationis cum oominationi periculi vitæ in persona Lucretiæ, tum quia non fuit annotata io margine societatis, prout fieri solet, tū qoia idem Baccius per nooem menses & vltra, post dictam nomioationem fecit aliam ratificationem absque aliqua nominaoone alterius personæ, quod ostendit primam ratificationem eum nominatione Lucretiæ non habuisse effectum, quia alias hæc secuoda fuisset superflua.

Et in hanc sententiam eo facilios Domini venerūt, quia eis non placuit iste modus agendi, quo vsus fuit Baccius, qui nimis callide se gessisse videtur, nominādo periculum vitæ Locretiæ absque eo, quod restringeretur à tergo societatis, ne Abbati intimaretur, vnde id sciri non poterat ab Abbate, & deinde ratificare absque nomine alicuius, ita vt Abbas non posset prætendere lucrum per mortem Lucretiæ.

Nec obstat, quod hæc nominatio Lucretiæ saltem potuerit deseruire pro translatione periculi vitæ, de

2 vna in aliam personam, quod ex pacto fieri l potest fructibus non solutis, quia licet Baccius id potuerit facere, tamen non fecit, & ideo noo intrat regula, *quod potuit, noluit*, & quod voluit adimplere nequiuit.

P E N I AE.

Romana, Pecuniaria, Lun. 2. Decembris, 1596.

A R G V M E N T V M.

Stante pacto societatis, quod deficiente vno ex fideiussoribus, alius in locum eius idoneus intra dies 15. nominaretur, quod si non fiat, locus sit restitutioni sortis principalis, ac si finita esset societas, deciditur, tum pacto huic non satisfecisset pars, decedente altera parte, superstitem lucrum pecuniarum positarum super periculo vitæ defuncti, non posse consequi.

S V M M A R I A.

1 *Commodum quis ex contractu non sentit, quem nō adimpleuit.*
2 *Prouisioni de præstando facto alieno, quando quis satisfacere teneatur.*
3 *Iuramentum præcise obligat præstantem.*

D E C I S I O C C C X X X I.

AD tres societates officiorum contractas die 26. Iuoij, anni 1590. ad fauorem quondam Ioan. Baptistæ de Aragonia, voam videlicet 500. & alteram 401. ac tertiam 696. scut. monet. fideiussores accesserunt Petrus Antonius, & Horatius ac Octauius, ounc Illustrissimus Cardinalis de Bādiois, qui tanquā principales, principaliter & in solidū se debitores & promissores in fauorem D. Ioan. Baptist. constituerunt, obligantes se cum iuramento in forma Cameræ consueta, quod fideiussoribus, seu aliquo deficiente, moriente, ex Vrbe recedente, aut conditionem deteriorante, alium seo alios fideiussores idoneos intra dies 15. ad beneplacitum Io. Bapt. loco deficientis, seu deficiētium dare deberent, alias esset locus pecuniarum restitutioni societatis.

Societatibus ratificatis, & pro scut. 1000. cōstituto periculo super personis Iuliæ vxoris Ioā. Bapt. & Virginiæ eius filiæ, & Olympiæ pariter eius filiæ pro scutis 300. & pro reliquis scut. 496. periculo ipsiusmet Ioan. Bapt. & Horatio Bandino altero fideiussore an. 1590. vita functo, Petr. Anton. & Octauio de Bādinis ounc Cardinali, alterum fideiussorem in locum Horatij defuncti dare differentibus, & tandem eius procuratore coram A. C. comparente, & allegante, quod licet sui principales nō teneaotur dare alium fideiussorem nihilominus offerebat Io. Abbatem de Bandinis suum filium, & fratrem Florentiæ commorātem, & Ioan. Bapt. talem fideiussorem acceptare recusante, quia erat filiusfam. & clericus, & in Vrbe non possidebat bona immobilia, dum Bandioi datis quibusdam articulis probare intendebant Io. fuisse idoneum fideiussorem Ioan. Bapt. de Aragonia, die 16. Martij anno 1581. diem clausit extreoium.

Cum autem per eius obitum d. Cardinalis de Bandinis prætenderet suo lucro cessisse scut. 96. posita super periculo vitæ eiusdem D. Io. Bapt. & de partium consenso coram A. C. fuisset cōuentum, vt staret Rotæ iodicio, me proponente fuit dubitatum, Ao esset locus lucro pecuniarum, & Domioi conformiter censuerunt per obitum Ioan. Baptist. nō fuisse locum lucru pecuniarum.

Ratio potissima fuit, quia cum in societate adesset pactum, quod deficiente aliquo ex fideiussorib. Bandini alium eius loco fideiussorem æqoè idoneum infra dies 15. ad beneplacitum, contentamentum, & satisfactionem Io. Bapt. dare tenerētur, alias esset locus restitutioni sortis principalis, proinde ac si esset finita societas, & prædicto tempore elapso non fuisset realiter & cum effectu datos alius fideiussor, in locū Horatij defuncti, ad quod tamen probandum sæpè de Bandinis fuerant interpellati, pacto resolotiuo in societate apposito fuerit factus locus, & consequeoter ante obitū Io. Bapt. cēseretur finita societas nō potuit per illius obitū D. Cardinalis illā lucrari. Alex. l. si insulam. in 17. fall. ff. de verb. obl. c. rerum. de cond. appos. l. 2. C. de cōd. ob caus. Corn. cōsi. 102. nu. 34. lib. 2. Pur. decis. vlt. tit. de translat. Mohed. dec. 26. & fuit resolutum in causa Romana coram Reuer. Patre D. Seraphino die 18. Octob. 1578. & die 19. Martij 1574.

Dominis de Bandinis etiam obstabat non adimplementum, non eoim commodum poterant reportare

1 † ex contractu, queoi non adimpleuissent. Dec. in l. cū proponas. la 2. nu. 4. vbi Rim. nu. 3. C. de pact. Rolan. consi. 53. nu. 28. lib. 1. Crau. consi. 246. oum. 3. quia ad effectum, vt quis ex contractu consequatur actionē, vel exceptionem in primis docere debet pro parte sua se adimpleuisse & promissis stetisse, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Crau. consi. 151. nu. 80.

Neque ab hac decisione potuerūt Domini recedere ex eo, qood die 2. Martij anni 1591. fuerat oblatus Io. Abbas de Bandinis in locū Horaoij, quia omissa illa disputatione, an stante pacto resolutiuo, talis oblatio post dies quindecim fuisset admittenda, ex ipsa serie contractus tollebatur omnis difficultas, nam cū fideiussor dandus deberet esse æquè idoneus, & ad beneplacitū, contentamentum, & satisfactionem Io. Bapt. licitè potuit Io. Abbatem recusare, cū esset filiusfam. & clericus, & booa stabilia noo possideret in Vrbe, & præsertim cum esset etiam absens, & vigore conuen-

P a tionis

donis in locum absentis alius foret subrogandus,

Præterea non obstabat, quod mandatum D. Cardinalis non se extenderet ad faciendam oblationem pro renouatione fideiussoris, quia præterquam, quod verba mandati erant multum generalia, dicebatur, quod cum talis clausula esset ferè ordinaria, & apponi solita in omnibus instrumentis consequenter videbatur extendi ad istam promissionem.

Et difficultas cessabat, quia ad effectum vt societas censeretur finita, licet Cardinalis nō fuisset obligatus satis fuerat Petrum Antonium Bādinum fuisse etiam interpellatum, præsertim cum non ageretur, contra Cardinalem pro renouatione fideiussoris, sed pro solutione sortis, ex eo, quod Petrus Ant. principalis fideiussorem non renouauerat, & consequenter societas esset finita.

Non placuit Dominis illa consideratio Informantium pro Dominis de Bandinis, quod ipsi non tenebā-

2 tur adimplere promissionem† de facto alieno, quia licet illa prætensio posset habere locū, si fuisset promissa fideiussio alicuius certæ personæ, secus erat in hac facti specie, in qua pactum, seu promissio de alio fideiussore erat concepta in genere.

3 Et præsertim stāte iuramento, quod † obligat præcise iurantem, c. etsi Christus. de iureiur. adeo vt post moram nō videatur relinquere omissioni locum, Crauett. consil. 64. nu. 2. Sabb. de iureiur. conclus. 2. ou. t.

Postremo non obstat, quod Ioā. Bapt. de Aragonia videbatur ratificasse societates, ex quo post mortem Horatij sciens, & prudens receperat fructus societaris pro vltimo semestri, quod Informātes pro Dominis de Bandinis ostendere nitebantur, ex quadā copia partitæ, ex libris Dominorum de Bandinis extracta, quia respondebatur ex eadem partita apparuisse illam fructuum receptionem fuisse pro fructibus decursis ante obitum Horatij, ibi *pagateli contanti fino di Giugna passato, cioè del 1590. per i frutti del semestre che maturò, a 26. di Decembre passato.*

Atque ex prædictis fuit sine difficultate conclusum non fuisse locum lucro pecuniarum per obitum Ioan. Baptistæ.

SERAPHINI.
Votum.

ARGVMENTVM.

Cessante periculo vitæ, cessat etiam præstatio fructuum, & contractus societatis in merum mutuum resoluitur.

SVMMARIA.

1 *Fructus societatis non percipit, qui non subiacet periculo mortis.*

2 *Contractus societatis, cessante periculo mortis, in mutuum transit, & fructus non præstantur, & num. 3.*

DECISIO CCCXXXII.

Certum est, eum qui nō subiacet periculo mortis,

1 non posse lucrari † fructus societatis, non enim alia ratione sustineri potest lucrū 12. pro centenario, quam propter mortis periculum, & ideo eo cessante

2 contractus † resoluitur in mutuum, & quicquid exinde percipitur, est fœneratitium,

In casu proposito propter pactum resolutiuum appositum in contractu societatis certum est, neque officialem, neque D. Annibalem, quod recognouit bonā fidem, potuisse lucrari sortem per obitum D. Boetij Ciuitellæ, vt fuit resolutum coram me in causa Romana 2000. quam decisionem Rota in alijs causis secuta fuit.

3 Cessante itaque periculo † amissionis sortis, cessat etiam fructuum præstatio, nam alias exigens fructus tales, incideret in prauitatem vsurariam, de iure puoibilem, & detestandam, & si fructus solui fuissent, venirent computandi in diminutionem sortis principalis.

Iure itaque non potest dominus pecuniarum quicquam exigere pro fructibus, cum subijt periculum amissionis suarum pecuniarum in euentum mortis, & si alias diceremus, esset aperire viam vsurariæ prauitati, vt quis possit lucrari absque periculo amissionis. Hunc casum hodie proposui per modum cōsultationis in Rota, & Reuerendi Patres D. mei censuerunt, fructus exigi non posse, & sibi imputet pecuniarum dominus, si non ratificauit expressa societatem, cū illis fideiussoribus, qui accesserunt. Verum, quia, si exigeret fructus secundi semestris, iure videretur facto ratificasse societatem, & hoc casu subiaceret periculo amissionis per mortem, & in consequentiam posset etiam fructus exigere, & ita de facto interrogatus ex sententia Dominorum meorum de iure respondendum censeo.

LANCELLOTTI.

Romana, Societatis, Ven. 27. Iunij, 1597.

ARGVMENTVM.

Dies termini an à media nocte ad alteram medietatem noctis sequentis veniat computandus, in casu, vt nominatio intra hoc spacium facta, tanquam facta intra præstitutum tempus sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Dies à media nocte incipit, & noctis medietate sequentis finitur.*

2 *Dies termini in termino non computatur.*

3 *Termini in materia odiosa non computantur.*

4 *Tempus de momento ad momentum currere debet.*

DECISIO CCCXXXIII.

Die 14. Octobris anni 1596. super officio Cursoratus Philippi Lucij ad fauorem Michaelis Butij fuit inita societas duratura ad sex mēses, & deinde ad beneplacitum in forma, pacto tamen adiecto, quod moriente seu morientibus persona, vel personis infra 15. dies proximos nominanda, & alias, & interim ipso Michaele decedente officialis pecunias lucraretur.

Die 29. eiusdem Mensis Michael nominauit periculum vitæ Iacobi,

Et cum deinde defuncto Michaele de anno 1597. prætenderet officialis se lucratum fuisse societatem tāquam adhuc stātem super periculo ipsius Michaelis, ita vt nominatio Iacobi non fuisse facta infra 15. dies conuentos, fuit dubitatum an dicta nominatio sustineretur, & Rota super hoc consulta respondit, nominationē fuisse factā infra 15. dies quia dies à media no

1 cte † incipit, & sequentis noctis parte finitur, l. more Romano. ff. de feri. & tradit Arch. in c. quod à patrib. nu. 4. 75. dist. & ibi Turrecrem. & nu. 4. Fely. in d. c. consuluit. nu. 6. de off. deleg. Sum. Tab. in vers. dies. nu. 1. Tiraq. de retract. lignag. gl. 11. nu. 17.

Vnde cum facultas nominandi inciperet à media nocte, quę diem 15. mensis præcederet, & desineret in media parte noctis post diem 29. eiusdem mēsis, vtiq; nominatio facta eodem die 29. sustinetur.

Quo stante non obstat, quod contractus die 14. ve-

2 niat computanda, quia dies † termini non debet computari in termino, l. vbi lex. ff. de reg. iur. facit tex. in c. 1. de restit. spol. eod. lib. 6.

Et licet hæc opinio sit admodum controuersa, & contra eam teneat in add. ad l. 1. ff. si quis caut. Fulgos. & alij alleg. per Tiraq. d. §. 1. gl. 11. nu. 2. tamen vltra quod hanc partem grauissimi Authores secuti sunt, eam esse communem, & magis communem testatur, post alios Ias. in d. l. 1. nu. 19. & de consuetud. ita serueat in Palatijs post Ab. Paul. de Alleal. Castr. & alios tradunt Ias. in d. l. 1. num. 29. Alex. num. 13. Bald. in l. eas. §. si autem. nu. 6. C. de appellat. Guid. Pap. q. 270. & hanc veriorem dicit Mynsinger. sing. obseruat. cēt. 5. obseruat. 15. & vti æquiorem sequendam esse dicit Tiraquel. in loco de quo supra num. 22.

Et

Et in hanc sententiam magis inclinabant Domini.

Tum quia versabamur in materia odiosa, in qua 5 dies termini † nunquã computantur, quod vti singulare mente tenendũ, dicit Francisc. in cap. felicis §. fin. nu. 2. in fin. de pœn. in 6. Corn. consil. 297. nu. 5. vol. 5. Mandos. in reg. de infirmis quæst. 8. nu. 8. Tiraq. sup. cit. nu. 44. & in dubio magis est fauendum agenti ad pecuniarum repetitionem quam aduẽtitio lucro iuxta doctrinã Ias. in l. sufficit. num. 1. ff. de cond. indeb. & ita alias fuit decisum in causa Romana societatis 27. Iunij 1809. coram Sanctiss. tunc Rotæ Auditore & in alia Romana sortis 16. Febr. 1596. D. Iusto.

Tum quia in instrumento societatis fuerat appositum pactum de nominando infra 15. dies proximos, ponderando illud verbum, *proximos* quod omnino excludit diem celebrati contractus, quæ non potest dici proxima illius dies; cum sit ipsamet dies, iuxta textum in l. eum qui Calendis. ff. de verb. sign. & ibi etiam no. glos. Bart. in d. l. 1. num. 11. ff. si quis caut. & ibi Alex. nu. 12. ibi de tribus diebus proximis, & num. 19. ibi de decem diebus proximè sequentibus, & in his terminis consuluit Imol. cons. 11. versi. in contrarium. iuncto eius Themate.

Tum etiam quia terminus fuerat præfixus ad fauorem dantis pecunias, vnde succedit conclusio, quod dies termini computatur, vel non computatur, prout magis expedit, ad cuius fauorem statuitur, Bald. in l. à caligato. nu. 2. C. de nup. Fely. in c. 1. nu. 4. de præscrip. Tiraq. vbi sup. num. 30. & fuit consideratum die 21. Aprilis 1578. coram Cantuccio, in causa Imolensis Canonicatus.

4 Non obstat, quod tempus debeat currere † de momento ad momentum, iuxta tex. in l. 3. §. minor. ff. de maior. Bald. consil. 477. lib. 1. & consil. 412. lib. 5. Ang. consi. 404. in fin. cũ alijs quos sequitur, & refert Corn. cons. 27. quæst. 1. nu. 4. lib. 5. quia etiam si tempus cõputari debeat de momento ad momentum, tamẽ hoc procedit, postquam cœpit currere, non ante, Iason in d. l. 1. nu. 21. Tiraq. vbi sup. nu. 25. in fin. Marc. Anton. Bart. in tract. de tempor. vtil. & inut. c. 3. num. 1. Mynsinger. sing. obseruat. dicta cent. 5. obseruat. 15. in fin.

Neque obstat absurdum consideratum, quod illa die, qua initus fuit contractus, societas staret sine periculo, quia curreret periculum vitæ ipsius Michaelis stãte clausula, *& alias & interim*, quæ operatur quod donec fiat nominatio periculum currat super vita dantis pecunias.

Decisio in causa Imolensis Canonicatus 21. April. 1578. coram Cantuccio, non obstat, tum quia ibi non aderat verbum *proximos*, tum quia vt in ea dicitur, pro euitatione absurdi dies termini fuit computatus in termino 20. dierum, nam si non fuisset computatus, magnum resultasset inconueniens, quod moriente resignante in illo termino non intrasset regula vltra alias responsiones, quæ data fuerunt.

Et ex his fuit conclusum, nominationem sustineri.

L I T T AE.

Bononiensis, Officij Portæ Palatij. Sabb. 5. Nouemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Regula de iure quæsito non tollendo, maximè in beneficijs perpetuis locum habet, ita vt propter eam gratia obtenta non sustineatur.

S V M M A R I A.

1 *Officia de sui natura sunt perpetua.*

2 *Derogatio specifica regulæ de iure quæsito non tollendo, an necessaria sit, vbi gratia, cui est derogatum, est conditionalis, & conditio ipsa tunc temporis non sit iustificata.*

3 *Mandatum facit probationem probatam.*

DECISIO CCCXXXIV.

Domini resoluerunt, obstare regulã de iure quæsito non tollendo in casu, & ad effectum de quo 1 agitur. Nam regulariter officia de sui † natura sunt perpetua. Guid. Pap. dec. 195. num. 1. Cal. cõs. 3. de rescript. Præsertim quando conceduntur ad vitam: nam tunc officiales habent ius quæsitum, in tantum vt sine causa de potestate ordinaria non debeant remoueri, vt latè deducit Bologniet. cons. 3. Quod tanto magis sibi vindicat locum hoc in casu, ex quo D. Mario concessum fuit officium, de quo agitur, per bene merita Andreæ sui patris, & Francisci fratris, vt in terminis officij custodiæ tradit Celsus Hugo cons. 16. no. 2. & seq. Ideo cum in gratia de eodem officio facta ad fauorem bon. mem. Gasparis ab Armis, à quo causam habet Dominus Aurelius, non fuerit specialiter & expressè derogatum dictæ regulæ, vt requiritur, Capuraq. decis. 30. par. 3. Put. dec. 165. lib. 2. Cæs. de Grassis dec. 3. de præsc. latè Mandos. super regula 17. q. 4.

Et fuit dictum in illa Cæsaraugustana exceptionis, 9. Martij proximè præteriti, coram Reu. Patre D. Orano, nil mirum si mentio in eadem gratia facta de gratia alias concessa ad fauorem D. Marij cum derogatione illius, non sufficit ad effectum, de quo agitur.

Nec obstare dixerunt Domini dictum Boerij dec. 149. nu. 25. & Dec. cons. 91. quia non loquuntur in officijs, quæ dantur ad vitam, sed in his, quæ sui natura pendent à beneplacito concedentis, & ideo nil mirũ, si in illis non habet locum regula de iure quæsito non tollendo, cum ad illos non transierit cum sua causa.

Minus obstare dixerunt decisionẽ Cæsaris de Grassis, 166. quia loquitur in gratijs impetratis tempore Clementis, in quibus non habet locum regula, quæ de eo tempore habebat duntaxat locum in gratijs impetratis lite pendente, & non generaliter, & indistinctè in omnibus gratijs, vt nunc habet locum.

Sicut etiam minimè obstare dixerunt decisionem alias factam in illa Romana beneficij N. Pecudum ea ratione, quia licet Papa populo Romano concessisset facultatem distribuendi officia, sibi tamen expressè præseruauerat ius liberum disponendi de illis, quo casu nil mirum, si in collatione officij, quæ fiebat per Papam ad fauorem alicuius, non erat necessaria derogatio regulæ, ex quo concessio facta Populo Romano erat facta, vt in decisione, dicitur, cum sua causa.

Non etiam obstare dixerunt, quod regula prædicta non habet locum, fauore publicæ vtilitatis, quia quod officiũ conferatur magis vni, quam alteri æquè idoneo, non versatur aliqua publica vtilitas.

Maiorem autem difficultatem faciebat Dominis, quod vltimo loco per Informantes deducebatur ad fauorem Domini Aurelij quod scilicet non sit neces2 saria specifica † derogatio regulæ, vbi gratia, cui derogatur sit conditionalis, & conditio ipsa tunc temporis non sit purificata, vt per Sarnen. in d. regula. q. 4. qui alios allegat.

Verum per Dominos fuit responsum, id esse extra dubium, & in omnem casum tolli obiectum ex deductis in alia decisione in hac causa facta, ex quib. liquido constat, gratiam D. Marij fuisse perfectam, antequam gratia super qua fundatur prætensio D. Aurelij, prodiret in lucem. Et licet consensus Frãcisci Mariæ fuerit extensus in Cancellaria, eadem die qua gratia Domini Gasparis ab Armis emanauit, fuit tamen etiam per Dominos dictum, quod talis extensio non fuit necessaria ad perfectionem ipsius gratiæ, ex eo, quod nõ versamur in beneficialib. in quibus habet locũ regula de extendendis consensib. sed in prophanis, quo casu pro implemento illius cõditionis, appositæ in gratia Domini Marij accedẽte scilicet cõsensu Frãcisci Mariæ sufficit aliunde constare de expresso cõsensu illius, de quo satis constare dictum fuit, & antequã

emanaret gratia Domini Gasparis ab Armis per instrumentum publicum mandati ad hunc effectum de 3 partibus ad Curiam transmissum, quod † probationem probatam, & omni ex parte concludentem facit, c. licet causam, de probat. l. fin. ibi in verbo manifestum, vbi glos. hoc no. C. de reb. cred. latè Dec. consil. 36. num. 2.

SERAPHINI.

Bononiensis, Officij, Lun. 27. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Consensus ex literis sufficienter probatur.

SVMMARIA.

1 *Testis de facto suo deponens quando admittatur.*
2 *Consequens qui vult, etiam antecedens velle dicitur.*
3 *Ambiguitas ex effectuatione subsequuta tollitur.*

DECISIO CCCXXXV.

QVamuis Domini admittant in casu proposito requiri consensum D. Francisci Mariæ, & hunc consensum plenè esse probādum, propter clausulam dummodo expressus accedat cōsensus, quæ cum importet conditionem, requirit plenam probationem, vt per Dec. cons. 327. Put. dec. 36. de priuil. Fol. in Rubr. de probat. num. 3. Ruin. consil. 68. num. 18. lib. 1. nihilominus censuerunt dictum consensum ex deductis sufficienter probari, & præcipuè ex litera Frācisci Mariæ, sub die 24. Ianuarij, 1586. in qua scribit Antonio Xinto, vt transmittat ad se Breue Coadiutoriæ, & hęc litera est sufficienter recognita, cum in his non requiratur, quod testes viderint scribere, quicquid in alijs scripturis in quibus testes adhibentur obseruetur, Ruin. consil. 7. num. 4. lib. 4. & distinxit Rota in vna Auinionensi, anno 1560. coram bon. mem. Oradino, & in alia Barchinonensi, Matrimonij 31. Ianuarij, 1565. coram D. Oriolensi, & in alia coram me in vna Anconitana, Terrarum. Nec placuit responsio, quod non constet actum fuisse in eadem de Coadiutoria ista, sed de alia sine clausula futuræ successionis, cuius datur minuta. Quia illa non fuerat per eum acceptata, neque expedita. Vnde satis cōstat Franciscum Mariam intellexisse de ea, quę petebatur cum futura successione, quod manifestum fit ex euentu subsequuto, maximè cum non indigeret simplici Coadiutoria, cū posset inseruire per substitutum. Neque obstat, quod litera loquatur de suo Breui, & tamen gratia Coadiutoriæ cum futuro successori fuit expedita sub plumbo post illud tempus, quia verisimiliter poterat Franciscus Maria credere, quod tunc iam esset expedita per Breue, licet ob negligentiam solicitatoris, vel alia de causa, tunc non esset adhuc expedita, sed fuit postea mandante Datario expedita sub plumbo propter interesse Officialium.

Neque mouit Dominus subtilis illa consideratio, quod litera non contineat consensum, sed solum explicationem desiderij scribentis, quia si ipse mandat Breue expediri, & ad se transmitti, non potest hoc fieri sine consensus interuentu.

Et cum litera cōcordat dictum Antonij Xinti, qui dicit se porrexisse supplicationem Sanctissimo, quam curauit expediri, quod intelligitur factū in executionem dictarum literarum, vt per Caputaq. dec. 226. num. 2. par. 2. Et licet Antonius sit vnicus testis tamē 1 cum deponat de gestis à se, & habeat † adminiculum literarum, & mandati ad consentiendum supplicationi, signatæ, vel signandæ, ei fides est adhibenda, neque verum est ex mandato non probari consensum, quia verum quidem est, vbi requiritur formalis præstandus in Camera, vel Cancellaria, sed hoc casu sufficit vndecumque colligatur. Colligitur autem ex litera, 2 quæ cum velit † consequens, nempè expeditionē Breuis, vult quoque antecedēs necessarium, sine quo illud haberi non poterat.

Nec verum est has probationes coniungi non posse, quia id procedit, vbi singulæ sunt in suo genere imperfectæ, sed hic omnia in sua specie sunt perfecta, 3 & vt dictum est, effectuatio † subsequuta tollit omnem ambiguitatem, l. vxor. §. fin. de leg. 3. Castr. consil. 343. nu. 1. lib. 1. & in specie quod mandatum cum illa clausula, *iuxta formam supplicationis signatæ, vel signandæ*, importet voluntatem, & consensum mandantis, extat Decis. Paleotti 586. inter decisiones diuersorum, Tom. 3. & ita conclusum standum esse in decisis.

MELLINI.

Romana, Societatum, Lun. 29. Ianuar. 1601.

ARGVMENTVM.

Societates Officiorum initæ cum eadem persona, super officio eodem sustinentur, vsque ad valorem officij, non autem vltra eam summam.

SVMMARIA.

1 *Societas vltra medietatem valoris officij contrahi non debet.*
2 *Societas sine communione fructuum non sustinetur.*
3 *Officia pignori obligari nequeunt.*
4 *Venditio facta pluribus de eadem re, valida est.*
5 *Societatis contractus super officio ratione periculi sustinetur, & absque eo in merum mutuum transit.*
6 *Officia non subhastantur absque magna difficultate.*
7 *Consuetudo ex sententijs difformibus non inducitur.*
8 *Consuetudo in materia vsuraria non suffragatur.*

DECISIO CCCXXXVI.

HOnorius Trincius super suo officio Militis Pij valoris scut. 500. acceperat à Lælio Barisciano diuersis temporibus plures pecuniarum summas, longè excedentes valorem officij.

Dubitaui, An istæ societates officij fuerint validæ in totum, vel solum vsque ad valorem officij, & Domini fuerunt concordes, quod societates officij initæ cū eadem persona super eodem officio, sustinerentur solum vsque ad valorem officij non vltra.

Mouebantur primo oportet Cōstitutiones fel. rec. Pauli IV. & Pij IV. In Constitutione enim Pauli IV. 1 prohibentur contrahi societates officij † vltra medietatem valoris officij, & requiritur supplicatio signata manu Papæ. Constitutio Pij IV. continet moderationem illius Constitutionis & permittit vt in futurum contrahi possint societates sine supplicatione vsque ad valorem officij, & non vltra, & quamuis non inueniatur publicatio Constitutionis Pij IV. tamen dicebant Domini, quod aut ista Constitutio fuit publicata, & societates vltra valorem non sustinentur, aut non fuit publicata, & multo minus sustinentur, quia si ista Constitutio non habuit effectum, remanet Cōstitutio Pauli IV. prohibentis contrahi societates vltra medietatem valoris officij, vltra quod si publicatio est necessaria in Constitutionibus emanatis motu proprio, illa est multum verisimilis, cum ista Constitutio reperiatur registrata in secretaria Apostolica, impressa ab impressoribus Cameralibus & publicè vendita, & vsque ad hanc diem fuerit semper allegata in deliberatione causarum & obseruata sine aliqua contradictione & cessat secundum Dominos omnis difficultas, quia in Pontificatu Pauli IV. expediebantur, super huiusmodi societatibus supplicatione quæ vigore illius Cōstitutionis erāt necessariæ & post

istam

istam Constitutionem Pij IV. nõ fuerunt amplius expeditæ iuxta formam istius Constitutionis, & societates fuerunt retractæ vltra medietatem valoris officij, & ex ista obseruantia subsequuta satis aperte declaratur, quòd Constitutio Pij IV. fuit publicata, & habuit effectum,

Secundò circumscriptis etiam istis Constitutionibus mouebantur Domini, quia ex dispositione iuris communis, istæ societates non possunt sustineri in excessu, neque in vim cõtractus societatis, neque in vim alterius contractus, quantum enim ad contractum societatis, notissima est illius forma, quod partes inierũt societatem super officio, & officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias pro rata parte, quam ratam propter incertitudinem fructuum officij, & ad effectum euitandi labores computorum, idem officialis conducit ad rationem duodecim pro centenario, & ideo cum dans pecunias admittatur ab officiali in socium officij, & ad participationem fructuum, in eo, quod societates excedunt valorem officij cessat officium, quod est subiectum societatis, & communicatio fructuum, quorum socius pecunias conferens particeps fieri possit, & consequenter sine subiecto, & com-2 munione † fructuum non potest subsistere societas, l. verum. in fin. ff. pro socio, & 12. pro centenario percipiuntur ex pecunia, ex qua non possunt licite percipi fructus, & quamuis officium non poterat communi periculo, sed per mortem officialis totũ pereat damno ipsius contra naturam contractus societatis, tamen ex hoc non sequitur quod officium non sit subiectum societatis, quia pro maiori commoditate contrahentium periculum societatis inter socios commutatur, Si enim officialis moritur officium amittit, & è contra si moritur ille, qui dat pecunias, amittit suum capitale, & sic in effectum compensatur periculum cum periculo,

Nec placuit Dominis, quod officia sint de regali-3 bus, & non possint † pignorari, vel obligari, & ideo licet societates absorbeant totum valorem officium semper remanet in integrum penes officialem, & consequenter remanet etiam subiectum societatis, & res, quæ possit communicari, quia per istum contractum non alienatur officium sed socius admittitur solũ ad participationem fructuum, & in excessu non remanẽt fructus, qui possint communicari. Præterea licet titulus officij non possit alienari sine consensu Papæ, ad effectum euitandi fraudes, & vt possit esse certus de vacatione, tamen respectu contrahentium, dummodo non mutetur persona officialis, & remaneat periculum vitæ in ead. persona, officia sunt in communi cõmercio, & possunt etiam fructus in totum communicari, vt fuit dictum in causa Romana officij scriptoriæ, 1. Aprilis 1588. coram Reuer. patre D. meo Pamphilio, & tanto magis per viam contractus societatis, qui aliter iniri nõ potest, & permittitur à Papa etiam sine licentia,

Non obstat, quod sicuti dictũ prædium, & fructus illius possunt vendi pluribus personis, ita pariter super officio, & illius fructibus possint admitti plures socij, quia inter istos duos casus ratio diuersitatis est eui-4 dens, quando enim eadẽ res † venditur pluribus, venditio est valida, quia cum vẽditor teneatur solum tradere, & sic ad factum, cuius loco succedit obligatio, & interesse, si non potest secũdo emptori tradere id prædium, vel fructus illius, soluendo interesse liberatur, sed in societate secus est, quia non potest consistere sine officio, & eo ipso quod est admissus aliquis in socium, est ei communicatum, & non est amplius communicabile, & consequenter de tempore contractus nihil remanet penes socium, quod possit alteri communicari & super eo admittere alium in socium.

Quod verò non possint sustineri in vim alterius cõtractus, fundamentum Dominorum fuit, quia in vim census vitalitij propter periculũ vitæ æstimabile pecunia iuxta cons. Old. 207. non potest sustineri in vim alterius contractus, quia de natura istius census vitalitij est, quod pecunia repeti non possit, & sustinetur solum propter incertitudinem vitæ, vt per Dec. in cons. 121. num. 1. & ideo cum dans pecunias ad societatem possit illas repetere elapsis sex mensibus, iste contractus est contrarium naturę census vitalitij, ratione verò assumpti periculi non potest sustineri, quia quando officium est grauatum in totum non existente officio, nec fructibus nihil remanet officiali periculo impositum pro cuius assecuratione aliquid præstari possit, l. nihil interest. & l. periculũ. ff. de naut. fœn. & etiã quia nullum periculum transfertur in officialem, pecunia æstimabile, cum periculum compensetur cum periculo, & cessante periculo nõ potest etiam sustineri in vim contractus sponsionis, quia iustitia sponsionis pariter est fundata super periculo, vt dicit Sot. de iust. & iu. lib. 6. q. 6. art. 2. col. pen. & Nauar. q. 29. num. 1. de vsurp. innitantur solum iustificando istos cõtractus ratione assumpti periculi, & assecurationis, & in vim sponsionis, tamen vterque eorũ præsupponit existentiam & capacitatem officij & dubitant solum de istius contractus validitate, quia reduci nõ potest ad rationem census, cum capitale possit repeti finitis sex mensibus, neque potest sustineri in vim contractus societatis, quia socius iuxta naturam societatis non tulit periculum remissionis officij, & ideo putant illum esse reducendum ad contractum assecurationis, vel sponsionis, sed cum in isto contractu periculum cum periculo compensetur, vt dictum fuit, cessat eorum fundamentum & contractus remanet licitus, ex sui natura, & sustinetur ex lege societatis, neque eget iustificatione reducendi illum ad aliam speciem contractus, quem contrahentes non intellexerunt inire, & tanto magis cum in vim illorum contractuum non possit sustineri,

Tertiò dicebant Domini, non esse recedendum ab hac opinione, quia vltra rationes concurrunt etiam authoritates Doct. Hanc enim opinionem semper tenuit Rota, vt patet ex multis decisionibus factis in hac materia, in causa Romana Societatis de Ferris. 6. Nouem. 1585. coram D. Seraphino, in causa Romana Societatis de Lucchinis, 24. Febr. 1575. coram Illustriss. Card. Blanchetto, & coram eodem, in alia Romana Societatis 28. Ian. 1595. & 20. Octobris, 1595. & in alia Romana societatis 1. Iulij 1596. coram Reuer. patre D. Corduba, & decisiones, quæ allegantur in contrarium, nõ tangunt istum casum, & in eis semper præsupponitur existentia, & capacitas officij, licet enim iste contractus 5 † sustineatur ratione periculi, vt fuit resolutũ in causis Romana Compromissi, & Foroliuiensi, Societatis, coram bon. memor. Episcopo Lauretano, & ideo cessante periculo remanet purum mutuum, & fructus non debentur, vt fuit resolutum in causa Romana Societatis coram bon. mem. Cardin. Lancellotto, & Romana damnorum coram bon. mem. Cotta, tamen ex hoc non sequitur, quod societates sustineantur, solum propter periculum sine officio, & quod non requiratur existentia, & capacitas officij, in causa verò Romana, seu Tusculana, societatis officium erat capax, & fuit solum resolutum societatem sustineri, quia etiam super re aliena potest contrahi societas, in præiudiciũ contrahentis, & præsertim cũ adesset probabilis ignorantia dantis pecunias ad societatem, quæ in hoc casu cessat, & alia decisio quæ allegatur in causa Romana, Societatis, de Lucchinis, quod à communiter accidentibus inspiciuntur potius fideiussores, quam officia, quæ ad colorandum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem interponuntur, non facit ad rem, quia licet habeatur respectus magis contra fideiusso-

res,

6 res, quam officia, † cum officia non possint subhastari nisi cum magna difficultate, & sine licentia Papæ, & à fideiussoribus sit facilior exactio, tamen ex hoc non infertur, quod societates sustineantur sine officio, & potius illa decisio confirmat hanc opinionem, cum admittat contractum sine officio esse vsurarium, & sic Rota nunquam recessit ab hac opinione, quam etiam sequuti fuerunt multi Iudices extra Rotam, adhibito etiam Consilio Theologorum, & omnes recentiores, qui de istis societatibus scripserunt, & demum articulo diligenter discusso, eadem opinio placuit Congregationi, ad istum effectum à Sanctiss. Domino nostro, institutæ, cui interfuerunt quinque Cardinales, tres Rotæ Auditores antiquiores, & tres Theologi.

Non obstat, quod propter consuetudinem ineundi societates vltra valorem officij isti contractus sustinentur ex bona fide contrahentium, quia ista consuetudo non probatur obtenta in contradictorio iudicio, cum opinione partium, & effectuatione mandatorum, prout probari debet, & constat de contrario ex decisionibus factis in diuersis causis secundum quas fuit iudi-

7 catum & consuetudo non † inducitur ex sententijs difformibus. Alber. in l. quæsitum. §. si quis eodem. ff. de fun. instructo, instrum. legato. Aym. consil. 94. num. 5.

Vltra quod si probaretur, non releuaret, quia con-

8 suetudo non † suffragatur in materia vsuræ. c. quia in omnibus. de vsur. & fuit late deductum in causa Romana Societatis 2. Iunij 1570. coram bon. mem. Cardinal. Lancellotto.

MELLINI.

Romana, Vineæ, 1. Martij 1602.

ARGVMENTVM.

Renouatio Societatis ex quibus colligatur.

SVMMARIA.

1 *Societas ex quibus coniecturis renouata dicatur.*

DECISIO CCCXXXVII.

FVit resolutum, non constare de renouatione socie-

1 tatis. Ratio potissima resolutionis fuit, † quia in instrumento renouationis societatis non interuenerūt Domini de Petronijs, & ratificatio nō deducitur aliunde, quam ex calculo Marij, qui continet contractum de renouando & non renouationem, vel illius ratificationem, & hoc Domini deducebant ex pluribus cōiecturis, & primo quia in fine computi sunt apposita ista verba, *Che sua signoria, faccia il conto de' frutti à modo suo tanto de questi, quanto delli passati, e non ci conta danari*, quæ verba videntur significare quod facto computo renouetur societas sine noua numeratione pecuniarum, & ab his verbis recipiunt declarationem duæ partitæ in cōputo, in quorum altera Gaspar cōstituitur debitor pro fructibus primi semestris nouæ societatis in scu. 20. & in alia constituitur creditor scu. 500. quia ex verbis subsequentibus apparet, quod iste calculus continebat tale præambulum, & præsupponit, quod deberet iniri noua societas, & cum isto præsupposito in eo datur Gaspari debitum, & creditum ad effectum, vt posset videre, in quo remanebat debitor iuxta solitum similium negotiorum, & postea iniretur societas, & ideo ex eo non potest colligi sufficiens ratificatio.

Secundò multum mouit Dominos, quod iste calculus fuit factus die 9. Sept. 1591. & tamen in principio memorialis ipsius Martij negotiorum gerendorū sub die 20. Sept. continetur ista nota, *Renouare, & accommodare le compagnie de officio del S. Gasparo della Molara*, quòd ostendit calculum præcedentem fuisse factum ad effectum renouandi societatem, & ante illam diem non præcessisse renouationem, quia si aderat renouatio non erat amplius necessaria & quamuis ista annotatio sit propria ipsius Martij, tamen cum ratificatio non deducatur aliunde, quam ex eius calculo, qui nō est clarus, illa seruit pro declaratione eius mētis, quod non intellexerat in illo calculo, quod ista secunda societas esset perfecta, & tanto magis attenta qualitate eius personæ, & obitu postea sequuto.

Tertiò in ista dubietate mouet Dominos inuerisimilitudo, quia in prima societate aderant tres fideiussores, & ideo videbatur eis inuerisimile, quod Marius voluerit inire nouam societatem sine fideiussoribus, & alijs cautelis consuetis, & ideo concluserunt, non constare de renouatione societatis.

MELLINI.

Romana, Societatis, Lun. 20. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Societate vltra valorem officij inita, contractus merum mutuum censetur, & fructus percepti restituuntur.

SVMMARIA.

1 *Fructus in mutuo non præstantur.*

2 *Consuetudo in vsuris nihil operatur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

FVit per Dominos resolutum, Lelium teneri ad restitutionem fructuum, quia cum ista societas officij vltra valorem non sustineatur, vt fuit resolutum

1 remanet purum, & merum mutuum, † quo non cadit præsumptio fructuum, vt fuit sæpius resolutum, & consuetudo ad istum effectum excusandi à restitutione fructuum, non suffragatur, quia consue-

2 tudo † nihil operatur in vsuris, c. quia in omnibus. & ibi gloss. in verb. multa. de Vsur. & c. inter dilectos. de excess. Prælat. & in his terminis fuit resolutum in causa Romana Societatis, 2. Iulij 1570. coram Cardinale Lancellotto, & in censu nulliter imposito, fuit etiam resolutum coram Gypsio, in causa Vrbeuetana, Census, de anno 1594.

ORANI.

Romana, Officij Scriptoriæ, Merc. 13. Maij 1584.

ARGVMENTVM.

Deducuntur, & examinantur in hac decisione, coniecturæ, ex quibus præsumatur, officium ad aliquem pertinuiße, & ex ipsius pecunijs acquisitum.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem ex pecunijs alicuius factam fuisse ex quibus probetur.*

DECISIO CCCXXXIX.

FVerunt Domini concordes, non auditi pro parte Aduersarij coniecturas ex quibus apparet officiū fuisse suum, cum nunquam in ipsa emptione adsit clarum decretum quod dictum officium tanquam emptum à Sarda ad illius dispositionem pertinebat, aut

1 D. Antonius vellet ex coniecturis † probare errorem confessionis, & quod postmodum noua fuit facta inter ipsum & Sardam conuentio, & neutrum probat, primum quia per acceptationem decreti fatetur ipso officium fuisse emptum ex pecunijs Sardæ, nil autem eorum, quæ adducuntur percutit tempus emptionis officij, vltra quod cum non appareat de causa simulationis, quare voluerit Antonius simulate fateri pretium fuisse erogatum à Sarda, non potest præsumi simulatio, nec facit quod compositio fuerit soluta nomine Antonij, quia cum officium esset positum in capite Aotonij, eius quoque nomine facienda erat solutio compositionis.

Minus probatur ex coniecturis adductis noua conuentio, quia illam necessario non inferunt. In primis enim stant ipsa simul quod pretiū officij fuerit à Sarda solutum Francisco de Leon, & quod idem Franciscus plura reliquerit in Vrbe debita, quæ Sarda soluere voluerit, quod non abest à verisimili, si vera sunt quæ à partibus dicuntur, Franciscum fuisse filium Sardæ, & quod id voluerit Sarda arguit renouatio societatis scu. 200. cum Camillo Mutio, à quo & Sarda qui

releuat

releuat indemnem Antonium,& Antonius profitetur se velle releuare de his pecunijs, & illas recuperari à Francisco de Leon, quod fieri non posset, si hæ pecuniæ fuissent pretium, vel pars pretij Officij Scriptoriæ, & si Antonius, aliquas pecunias soluit pro Francisco recepit etiam fructus Officij, quos Sarda potuit promittere, quod Antonius perciperet, donec de pecunijs erogatis in solutione æris alieni Francisci sibi satisfaceret,& isto modo tollitur coniectura deducta ex perceptione fructuum officij, quia potuit à Sarda id hac de causa permitti ex quo etiam tollitur fundaméntum factum super cista debitorum Francisci de Leon, vltra quod nihil prohibet, quia illam habere poterit Antonius à Sarda. Non obstant solutiones pecuniarũ, quia vltra dictas responsiones ex mutua quietatione appatet, quòd ad inuicẽ agebat negotia cuiusque ipsorum Antonius,sc.negotia Sardę& negotia Antonij. Vnde fuit multum verisimile, quod quando etiá pretium ab initio non fuisset solutum Francisco,sed delegatur soluendum suis creditoribus, solutiones factæ fuerint de pecunijs Sardæ, postquam in decreto dicitur, quod emptum fuit de pecunijs Sardæ, allegatur Antonius soluisse sc.40. Francisco de Leon Iuliano petenti, quod non probat nisi per attestationem Iacobi Salmonia, qui deinde attestatus fuit, Antonium mandato Sardæ ex scrinio Sardæ pecunias prædict. accepisse, item allegat reseruationem societaris, scu.100. cum Camillo Mutio, quæ pertinebant ad Dominum Franciscum, & tamen apparet, quod in renouatione Sarda promisit releuari indemnem Antonium, & cõsequenter quod principalis debitor cõstituebatur Sardæ harum pecuniarum,& in alia renouatione societatis alterius Sarda fideiussit pro Antonio inter quos postea subsequuta fuit mutua generalis quietatio & allegat deposuisse penes Antonium Caligor.scu.50. pro Domino Francisco, quod depositum rehabuit Sarda, quæ omnia ista arguunt facta fuisse ex pecunijs Sardæ,& licet Sarda exegit illa 50. vti procurator Antonij hoc necessario ita factum, quia Antonius eos deposuerat, vnde cum postea inter Sardam, & Antonium facta sit generalis quietatio, cessant omnia obiecta,& in omnem euentum sat est,quod Antonius fatetur,quod ab initio pretium Francisco de Leon fuit solutum à Sarda. Hæc autem non probant, quod verè non fuit solutum, nec probare nouam conuentionem,quod voluerit Sarda dare in solutum Antonio officium dummodo soluerit æs alienum Domini Francisci: quamuis enim Antonius aliquid soluisset pertinens ad hoc, vltra quod de facili ex prædictis argui potest solutionem fuisse factam de pecunijs Sardæ, quod conuenire videtur Iuris præsumptioni, l. Pomponius. de neg. gest. vbi Doctores. Rom. cons.42. num.6. præsertim inter extraneos. l.2. C. pro soc. Aym. cons. 124. num.4. se compatiuntur omnia ista, cum hoc officium esset Sardæ, quia in omnem euentum Sarda remanebat debitor Antonij supradictarum pecuniarum, & propterea inter eos postea facta fuit generalis quietantia.

C O R D V B Æ.

Romana, Nullitatis Census. Lun. 5. Maij 1597.

A R G V M E N T V M.

Impositio census, facta sub conditione redimendi censum certo effluxo tempore, valida est, si maxime sit facta cum reseruatione beneplaciti Apostolici fueritque à Pontifice confirmata.

S V M M A R I A.

1 *Filio manus breuis conditionem alterius deteriorem efficere nequit.*
2 *Papa super vsuris non dispensat.*
3 *Vsura contra ius diuinum sunt.*
4 *Pactum de redimendo censum intra certum tempus repugnat natura contractus censualis.*

D E C I S I O C C C X L.

ANdreas Quenus de mense Februarij 1583. vendit Ioan. Lunanis Officium Notariatus pro pretio scu. 4000. & Ioan. emptor pro satisfactione partis dicti pretij constituit census scut. octuaginta super scripturis dicti officij venditi, pro ducatis mille, cum pacto, quod Ioan. teneatur censum redimere post sex annos, in quo contractu fuit reseruatum beneplacitum Sedis Apostolicæ, & non aliter nec alio modo, qui cõtractus fuit postea de verbo ad verbum insertus in supplicatione, & confirmatus per Sedem Apostolicam; sed cum pars hæredum quondam Io. prætenderet dictum pactum fuisse illicitum, & vsurarium, & illud non comprehendi sub dicta confirmatione Apostolica, re per Dominos sæpe discussa, primum coram Illustriss. & Reuer. Cardin. Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, deinde coram me, tandem, 5. Maij 1597. fuit resolutum intrare confirmationem Papæ, & dictum pactum fuisse sub illa comprehensum, ex pluribus.

Primò quia id apparet ex lectura supplicationis in qua dicitur quòd partes deuenerunt ad supradictos contractus,& concordiam, ac conuentiones, & pacta sub beneplacito Sedis Apostolicæ & cupiunt, & supplicant illa omnia contenta in instrumento confirmari & propterea simpliciter confirmat ex quo fit, vt censeatur etiam confirmasse pactum Constitutionis census, eo modo, quo fuerat factum, cum sit insertum in eodem instrumento, c. olim. dec.1. in antiq. & dec.9. in nouis. Fel. in c. super literis. nu.10. in pr. de rescript.

Non obstat clausula apposita, videlicet *dummodo licite, & honeste, &c.* quia stante insertione totius instrumenti & quod petebatur etiam confirmatio aliorum pactorum de quibus in schedula non inserta illa clausula, intelligitur quo ad contenta in dicta schedula inserta, & fuit dictum in Legionensi, iurisdictionis 11. Maij 1580. coram Reu. patre D. meo Decano, in illa schedulã, quorum confirmatio petebatur, propterea voluit confirmari, nec secuta ex eis nisi cum illa clausula, *quatenus essent licita, & honesta*, cum ignoraret quæ, & qualia forent, quæ ratio non adaptatur ad pactum, de quo quæritur cum illius tenor esset insertus instrumento, & propterea viderit, quod facit vt confirmatum dicatur ex certa scientia. c. vlt. de confir. vti. vel inutil. & ibi post Abbat. Dec. nu.1. Rom. cons. 128. num.7. Ferret. consil. 38. num.6. Ruin. consil. 227. num.5. lib.4. & tenuit Rota coram Reuerend. patre D. meo Pamphilio, 26. Nouembris 1594. in vna Veronensi exemptionis.

Secundò moti fuerunt Domini, quia præstat iustã causam confirmationis maxima æquitas, cum enim venditio,& constitutio census sint positæ in eodem instrumento, taliter quod venditor non fuisset venditurus, si census non fuisset constitutus sufficit ad effectũ quod actus dicantur correspectiui, etiam quod habeant causam. l. cum eisdem. §. interdum. de ædil. ed. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsit. num.3. de liber. leg. Dec. consil. 245. num.5. & consil. 421. col.1. & in l. petens. 2. notab. C. de pac. Tiraq. de retract. lignag. §.22. gloss. 1. num.2. Corn. cons. 36. & 117. vtroque num.14. lib.2. & consil. 57. num.17. & 119. num.10. lib.3. Soc. consil. 273. num.4. lib.2. Felyn. in c. pastoralis. num.7. de rescript. Crescent. decis. 28. Mohedan. 114. Peregr. 85. Put. 214. lib.3. & decis. 3. de Simon. & fuit dictum coram D. meo Decano, 28. Aprilis 1578. in vna Romana donationis. Rot. Diuers. decis. 446. num.7. par.3. coram Sanctissimo.

Stante ergo correspectiuitate, cum Andreas officium vendiderit, & scripturas tradiderit, & consignauerit,& Ioan. pretium rei emptæ non persoluerit, omnis æquitas clamat, quod pro rata pretij fructus rei emptæ soluat propter fructus, quos recipere potuisset venditor ex re sua. l. curabit. C. de act. empt. Couarr-

var.

var.resol.lib.5.c.4. num.5. versic.3. & 8.Nauar.consil. 21.sub tit.de vsuris. lib.5. Afflict.decis.20.nu.4. Gabr. de empt.& vend.conclus.4.maxime quia cum scripturæ istæ soleant locari pro annua locatione octo pro centenario,& in vrbe iniri societates super illis, vt fuit cōsideratum coram Reuer. patre D.meo Decano in vna Romana, societatis, 6.Nouembris 1580. qui quidem fructus correspondent fructibus taxatis inter ipsas partes, censetur per huiusmodi constitutionem ad sex annos potius data dilatio ad soluendum pretium, taxatione interesse proportionabili ad dictas scripturas, ad Paul.de Castr. in l. 3.num.3. de eo quod cer. loc. Menoch. de arbitr.lib.2. cas.119. Moder. de probat. conclus.934.num.17. Mohedan.decis.1.& 3.de vsur.Rot. Diuers.decis.67.num....par.1.

Neque obstat, quod in casu, de quo agebatur, nulla poterat mora considerari, ex quo breui manu pretium censebatur solutum Andreæ, & deinde Andreas satisfactus de illo censum imposuisse, quia vltra quod ad hoc, vt intret dispositio huius æquitatis, satis est mora singularis, vt not. Couarr. & alij supr. dict. non possunt adaptari casui nostro, quia verba contractus cantant quod mille ducati debeant permanere ad annuū censum super scripturis, & sic apparet quod pretium 5 non fuit solutum, nec fictio breuis † manus debet operari conditionem deteriorem alterius contra dictam æquitatem, quod tanto magis locum habere videbatur Dominis, quia in hoc casu hæredes Ioan.aguor de maximo lucro, quod consequerentur computando in sortem principalem omnes fructus iam solutos, & è conuerso Annibal tractat de damno maximo vitando, cum vltra æstimationem sortis principalis teneretur ad restitutionem fructuum in notabili quantitate.

Non obstat, quod pactum de redimendo censum infra sex annos sit contra substantiam census, cum in illo interuenerit mutuum cum lucro, Nauar.ou.r22. rationem assignat. Petr.Arag.de iust.& iur.quæst.29. art.4.colum.fin.& quod non sit verisimile Papam, qui 2 † non solet dispensare super vsuris, voluisse illud confirmare, quia ex deductis apparet responsio, quod voluit, & quod potuerit, dubitari non potest, quia quā-3 uis vsura sit † contra ius diuinum, tamen quod pactū 4 de redimendo intra certum † tempus sit contra substantiam census, & illud vitiet, fuit inductum iure positiuo in extrauaganti D. Mart. V. Callisti III. quibus Papam derogare potuisse certi iuris est, imò dixerunt Domini in illa Vrbeuetana, Census Lunæ 16. Iunij 1594. coram Reuerendiss. patre D.meo Gypsio, quod census formati ante constitutionem Pij V. cum pacto redimendi, quoties imponens &c. sustinetur per longam consuetudinem, faciendo similem impositionem dummodo huiusmodi consuetudo sit recepta à maiori parti Populi; credentis non fore contractum vsurarium, ad doct. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. num.1. de ædil. ed. quem sequitur Alexand. consil.39. num.2. lib.3. Cæpol. de simul. contr. in pr. num.4. Bart. de epit. part.1. lib.3. quæst.14.num.9. Tiraquell. de pœn. temp. causid.48.num.8. Grat.cons.39. num.4. lib.2. Gabriel. de Crim. conclus.8.num.31. Couarr. in 4.par.cap.7.§.3.num.3. Sazzar. de vsu, & consuet. cap.2.num.1. Nauar. in cap.1.§.tanto.num.3. de pænit. dist.5.

L I T T Æ.

Romana, Saluiani interdicti. Ven. 23. Iun. 1600.

A R G V M E N T V M.

Census vt extinctus dicatur, requiritur actus retrosimilis.

S V M M A R I A.

1 *Actus retrosimilis requiritur, vt census extinctus dicatur.*

2 *Iudicis factum pro facto partis reputatur.*

3 *Venditori census licet sortem principalem restituere, vnà cum fructibus decursis, & non solutis, quod emptori denegatur.*

4 *Actus agentium vltra eorum intentionem non operantur.*

D E C I S I O CCCXLI.

FVit resolutum, censum non fuisse extinctum, quia 1 vt extinguatur † census in esse deductus, & perfectus, requiritur actus retrosimilis, l. 1. C. quan. lic. ab empt. disc. & tenuit Rota in Romana census apothecarum 28. Iunij 1574. coram bon. memor. Cardinali Lancellotto, in Romana census 3. Iulij 1589. coram bon. mem. Bubalo, & in alia Romana census 31. Maij 1596. coram Penia, qui actus retrosimilis cum non interuenerit in casu isto, ideo.

Et quòd actus retrosimilis Constitutioni non interuenerit, ex eo clare apparet, quod nunquam fuerit deuentum ad restitutionem pretij census, cuius pretij traditio vltra consensum partium sicut debuit interuenire pro perfectione Constitutionis census, ad text. in §. pretium. Inst. de empt. & vend. in l. 2. §. 1. & in l. pacta conuenta. ibid. & expresse cauetur in Constitutione Pij V. de censibus, & ita etiam restitutio illius fuit necessaria pro integra dissolutione dicti contractus, d. l. 1. quando lic. ab empt. disced.

Nec obstare dixerunt Domini, quod fuerit resolutum mandatum etiam pro restitutione sortis principalis, loco damnorū, & interesse, & quod factum Iu-2 dicis factum † partis reputetur, quia fuit responsum, quod per hoc non legitur quod emptori census fuerit restitutum pretium, quæ tamen restitutio fuit, vt dictum est, necessaria pro dissolutione dicti census.

Non obstat decisio alias facta in illa Romana census, coram Pamphilio, quia in eo casu non tantum fuerat relaxatum mandatum pro fructibus, & restitutione sortis principalis, sed vlterius fuerat processum ad actualem restitutionem ipsius sortis, seu partis illius, quo fit vt iure merito pro extinctione in eo casu fuerit pronunciatum, tum ratione indiuiduitatis ipsius census & pretij eiusdem, tum etiam quia venditor census restituit emptori pretium, seu partem illius, in necessarium antecedens recedere voluisse videtur à dicto censu, ad tex. in l. illud. ff. de acquir. hæred. l. ad rem mobilem. ff. de procur.

Et ad illud motiuum deductum per Informantes pro D.Septimin, quod semper procurator D. Marci Lepidi in executionē supradicti mandati relaxati pro fructibus, & sorte principali receperit scuta 123. fuit dictum ea cessisse in causam fructuū dicti census decursorum, & non in causam sortis principalis, ad quā restituendam venditor census de perfectione ipsius census compelli non potest, obstantibus Constitutionibus Martini, & Pij V. de censibus, ex quarum lectura clare constat de potestate quidem venditoris esse 3 † quandocunque eximere se à præstatione census restituendo emptori sortem principalē vnà cum fructibus decursis, & non solutis, nō autem esse in potestate ipsius emptoris, repetere sortē ipsam, aut partē illius.

Et quod tollere videtur omnē difficultatem in isto casu est declaratio, quam partes ipsi re adhuc integra fecerunt, quod scilicet mentis earum nunquam fuit recedere à dicto contractu census, imò voluisse, & velle illud perdurare in suo esse, & clarum est actus 4 agentium non † operari vltra eorum intentionem & mentem, ex vulgat.

Ad illud verò quod census ipse non potuerit valide constitui super Palatio subiecto perpetuo fideicommisso & expresse alienari prohibito, fuit responsum non esse præsentis inspectionis, ex quo dum agitur de extinctione alicuius actus ipse præsupponi debet, cum non entium non sint qualitates, & partes.

SACRATI.

Romana, Census de Palatijs. 20. Nouemb. 1600.

ARGVMENTVM.

Sententia restitutionem sortis principalis census approbans iniusta est, & reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Bona fideicommisso non dicuntur subiecta, existentibus filijs, primi gradus.*
2 *Legitima quota pars bonorum, & integra liberis debetur.*

DECISIO CCCXLII.

Domini dimissa discussione oullitatum ex capite iniustitiæ resoluerunt mandatum A.C. esse iofirmandum, cum fuerit relaxatum pro recuperatione sortis principalis census cõtra Constitutionem Pij V. super Constitotionem census. §. pacta etiam.

Non obstat, quod Casale super quo fuit impositus dictos census prætendatur subiectũ fideicommisso quondam Iulij fratris Domini Episcopi, & fratrũ, qui censum imposuerũt, nam dicti Casalis remanet libera tanta pars, quæ longe superat valorem census, nec fuit locus recuperationi sortis principalis, prout sæpius fuit resolutum in Rota, & signanter in alia Romana, Census, coram Reuer. patre D. meo Penia, de Cincijs, super hoc eodem Casali, sub die 17. Aprilis 1600.

Quod autem huic remaneat tanta pars libera, patet, quia valor census est scutorum mille, Casale autẽ excedit valorem sco. 30000. vnde bene potest sustineri census respectu legitimæ portionis D. Episcopi & fratrum, qui censum imposuerunt, & omnes 1 sunt filij primi gradus, vnde oullo fideicommisso est subiectũ. l. quoniam in priorib. C. de inoff. testam. l. cohæred. §. cum filia, vt ibi not. ff. de vulg. Aret. consil. 19. oum. 4. Corn. consil. 133. num. 6. lib. 4.

Quod dicitur legitimam non esse liquidam, negatur, cum 2 sit media pars bonorum, auth. nouissima, C. de inoff. testam. vnde patet, quod erit medietas Casalis, quæ censetur electa, eo ipso, quod super Casali fuit impositus census, Bald. in l. iubemus. sub nom. 3. vers. item fallit in legitima, &c. C. ad Trebellian. Castr. in l. Marcellus. §. res quæ. in fin. eod. tit. Alex. cons. 3. nu. 6. cum alijs per Gabr. tit. de legit. conf. 4. num. 8. alleg.

Non obstat notula æris alieni Episcopi, eum non sit de actis, vltra quod non sufficit probare æs alienum, nisi probetur, quod absorbeat legitimam, & quod præcedat tempore hunc censum, ex supradictis.

Non obstant plures clausulæ instrumento venditionis istius census appositæ ad fauorem actoris, quia omnes restringuntur ad interesse reale eiusdem emptoris, Bald. in l. ijs prædijs. nom. 4. C. de euict. quem sequitur Alex. cons. 65. oum. 5. vers. & dato quod dari non potest. lib. 5. & fuit late deductum in eadem decisione Romana de Cincijs, supra allegata.

LITTÆ.

Calaguritana, Census, Mereur. 11. Decemb. 1602.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis absque fumo, in secunda, vel vlteriori instantia, concedi solita, ex quibus denegatur.

SVMMARIA.

1 *Census impositus absque reali numeratione pecuniæ, nullus est.*
2 *Remissoria ob calumniam denegatur.*

DECISIO CCCXLIII.

Licet pro capitulo petente remissoriam, staret regula, quæ vult, quod in prophanis absque fumo in secunda, vel vlteriori instantia, concedi debeat remissoria, eum dici soleat quod non deductum, deducam, & non probatum probabo, maxime vbi articulata materia sit releuans, ad decis. Verall. 68. oum. 1. par. 3. cum alijs allegatis per Informantes pro Capitulo.

Attamen Domini hanc remissoriam denegarunt non ea ratione quod articulata materia non sit releuans, cum ibi reuera in constitutione Census, de quo 1 agitur, non interuenisset pecunia numerata census esse oullus, vt habetur in constitutione Pij V. de Censibus. & fuit sæpe resolutum, signanter de anno præsenti in Romana, Cẽsus de Mutinis, coram Reuerẽd. 2 Patriarcha, sed quia eam calumniose peti ad differendam caosæ expeditionem cẽsuerunt Domini, quo casu passim denegari solet, Rom. cons. 273. in fin. quẽ sequitur Felyn. in c. de cetero. ou. 12. de re iud. Cassad. decis. 3. de dilat. & calumnia visa fuit Dominis saos manifesta, tum quia huiusmodi non numeratio realis pretij dicti Census 10 partibus, & sic à personis magis probabiliter de veritate rei informatis, non fuit vnquam prætensa, imò fructus per multũ temporis spacium soluti fueront absque aliqua cõtradictione, tum etiam, quia de ipsa reali numeratione pretij constat ex verbis claris ipsius instrumẽti Census, Bart. in l. singularia. nu. 23. ff. si cert. pet. Alex. consil. 37. ou. 8. versic. sed in casu nostro. lib. 3. & fuit sæpè tentum, vt in Beneuẽtana, Census 16. Decembris, 1544. coram nunc Illustriss. Mantica, & in Florẽt. Bonorum, 17. Aprilis, 1592. coram D. Mellino.

His accedit, quod ex decreto Capituli ac ex iuramento à Capitularibus ipsis præstito, in omni eorum admissione de soluendo dictum eeosum, admodum inuerisimilis redditur hæc noua prætensio procuratoris Capituli, & omnino reijci debeat ad tex. in c. quia verisimile. de testibus. eum vulgar. maximè cum nihil aliud hucusque prætenderit Capitulum, quam quod contractus census contineret pacta quędam illicita, & vsuraria, & qood propterea fructus veniebant computandi in sortem principalem, quod cum de directo repogoet huic articulatæ non solutioni pretij illius, merito super ea audiri non debet Capitulum, ad text. in l. 1. vbi gloss. C. de sus. in c. sollicitudinem. in fin. de appellat. & in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

PAMPHILII.

Anconitana, Bonorum, de Rinaldinis, Ven. 17. Maij, 1602.

ARGVMENTVM.

Partem prædij liberam obtinens valide super eam censum potest imponere, absque vitio caducitatis, sub cuius pœna prædium alias alienari fuerat prohibitum.

SVMMARIA.

1 *Obligatio generalis ad bona alienari prohibita, non extenditur.*
2 *Prohibitio testatoris ius creditoris non impedit.*
3 *Caducitatis pœna non habet locum nisi praua declaratione illius per substitutum.*
4 *Pœna testatore fideicommisso adiecto vt locum habeat, dolus & animus subuertendi fideicommissum requiritur.*

DECISIO CCCXLIV.

Fuit resolutum, per impositionem Census factam à D. Io. nullã fuisse iocursam caducitatem, fuit enim impositus super prædio in cõtrada Montagooli, quod licet ab Andrea de anno 1498. fuit prohibitum alienari sub pœoa caducitatis, eius tamen pars erat libera ab hoc onere, quia idem prædiũ fuerat de anno 1506. ab eodem testatore obligatum ita, vt efficeretur fundus dotalis pro restitutione dotis vxoris Angeli sui filij, cui à fratrib. in diuisione post obitum testatoris, pro dicta dote fuerat certa illius portio assignata iuxta obligationem testatoris, & cum ceosus fuerit simpliciter impositus super prædio, censetur ad euitandam caducitatem solum impositus super portione libera, maximè qood est capax census modicæ quantitatis scutorũ centum, generalis enim 1 obligatio non extenditur ad bona prohibita alienari, Bart. in l. codicillus.

eillis. §. instit. num. 15. ff. de leg. 5. cum alijs per Gabr. conclus. 11. de reg. iur. & alienatio facta ab hærede grauato cedit in portionem, quam grauatus detrahere potest, vt tradunt Doctores communiter in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellian. & in istis terminis census impositi super bonis fideicommissi fuit resolutum coram bon. mem. Orano, sub die 26. Feb. 1586. in causa Perusina fideicommissi, de Americis.

Neque obstat, quod prædium fuerit ab ipsomet D. Ioan. & fratribus vigore sententiæ Rotalis recuperatum vti fideicommisso subiectum, quia sententia loquitur etiam de bonis fideicommisso non subiectis, quæ omnia erant ipsis relaxanda propter dotes, quas Rota ad euitandum lites super æstimatione terrarum mandauerat solui ex proprijs pecunijs istorum fratrũ illis mulieribus, qui iuxta formam testamenti de bonis liberis & deinde de proprijs ipsorum hæredum, & in subsidium de bonis fideicommissi dotare debebant, & re vera de hoc prædio pro quantitate, quæ alias fuerat Angelo assignata pro dote suæ vxoris, in vim obligationis factæ à testatore, & sic pro soluendo eius ære alieno, non erat subiectum fideicommisso, quia non comprehendit bona ab ipsomet testatore obligata. Bald. in l. fin. C. si aduers. vend. pignor. & in l. 1. C. deb. vend. pign. imped. non poss. Soc. Iun. cons. 28. num. 3. lib. 2. Prohibitio enim testatoris † ius creditoris impediri non potest, d. l. 1. C. debit. vend. pign. l. igitur peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Bart. l. pater filium. ff. de leg. 3. tradunt Doctor. communiter in l. filiusfamilias. §. Diui. il 2. de leg. 1.

Accedit etiam, quod super hoc prædio post obitum testatoris fuerant facta diuersa melioramẽta, quę longe excedunt valorem census, & non comprehenduntur sub fideicommisso, sed in casum restitutionis detrahuntur, vti libera ab hærede grauato, l. domos. de leg. 1. & consequenter impositio census, ne incurratur caducitas, saltem debet intelligi super istis melioramentis, quæ possunt alienari, & sufficiunt pro censu, vt alias in simili casu fuit decisum, in causa Romana, Casalis, Marsiliani, 19. Iunij 1587. coram Domino meo Seraphino, præsertim, quod instrumentum census loquitur de vinea, nuncupata il *Cauaticcio*, quam testes dicunt fuisse plantatam post obitum testatoris.

Cessat propterea in hoc casu omnis difficultas, quia ante acceptatam caducitatem à Scipione census fuit 3 rescissus, cum enim pœna caducitatis † non habeat locum, nisi præuia illius declaratione, per subtitutum Alex. cons. 106. num. 4. lib. 4. potuit dictus Ioann. liberando bona per cassationem census, vel rescissionem ex capite nullitatis ex qua habetur idem effectus liberationis honorum euitare caducitatem nondum declaratam, iuxta cons. Butr. 34. num. 5. quod quicquid de vigore iuris dicendum sit, ex Ias. in l. fin. num. 135. C. de iur. emphyteut. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 13. cum alijs in contrarium allegatis, saltem ex æquitate, quando alterius conditio deterior facta non fuit. Rota in pluribus causis sæpius sequuta fuit, cum hoc casu non reperiatur offensa mens testatoris. Ang. consil. 169. num. 169. de locat. Soc. Iun. cons. 28. num. 5. lib. 2. & fuit resolutum coram Domino meo Seraphino, in causa Lemorensi, Castri, 10. Decembris 1576. & in d. causa Romana, Casalis Marsiliani, 19. Iunij 1587. & 16. Maij 1588. coram Blanchetto, in causa Romana de Theodnzis, 17. Aprilis 1591. vbi aderat arctior, & strictior, prohibitio alienationis, & coram bon. memor. Orano in dicta Perusina.

Præsertim, quod impositio census fuit facta cum expresso pacto redimendi, quandocunque, quod etiã inerat ex natura contractus, iuxta constitutionem fel. record. Pij V. & hoc pactum expressum facit, vt redemptione quandocunque secuta, non attendatur sequens accepta deuolutio, sed habeatur perinde, ac si res nunquam fuisset alienata, vel hypothecata, vt tradit Dec. consil. 88. num. 3. quem refert & sequitur Cagnol. in l. 2. num. 174. C. de pact. int. empt. & vend. & faciunt ea, quæ notat idem Dec. in cons. 239. num. 11. & Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. nu. 10. & ita distinguitur inter casum redemptionis, ex causa mere voluntaria superueniente, & ex causa antecedente necessaria, ex qua præseruatur omne ius, quod partibus competit, & hanc distinctionem tenuit Rota in dicta causa Romana, Casalis, de ann. 1588. & antea in istis terminis redemptionis census, in illa Perusina fideicommissi de Americis.

In omnem euentum fuit dictum, saltem ab hac caducitate esse excusandum Ioann. qui ex prædictis potuit probabiliter credere, licitam sibi fuisse huius cen-4 sus impositionem, & cessat in ea dolus † & animus subuertendi fideicommissum, qui ad effectum pœnæ requiritur, vt fuit dictum in causa Perusina.

P E N I AE.

Romana, Census, Veneris. 17. April. 1598.

A R G V M E N T V M.

Census impositus super casali hypothecis, & obligationibus granato sustinetur, si modo pretium Casalis valorem, & summam illius census, onerumque alias impositorum excedat.

S V M M A R I A.

1 *Census super casali, obligationibus, & hypothecis subiecto, sustinetur, si modo summam debitorum illorum, vt, & census pretium eius excedat.*

2 *Promissio simpliciter absque dolo, & defraudandi animo facta, alteri præiudicium non infert.*

3 *An asserenti casale liberũ obstet exceptio periurij, quando illud alijs reperitur obligatum.*

D E C I S I O CCCXLV.

CVm Anno 1594. Cæsar Cincius imposuisset annuum censum scut. 214. pro pretio scutor. 3300. super casali, Falcognano, rubiorum 300. excedentem valorem scut. 30000. illumque vendidisset Domino Horatio Bartholano, cum assertione, quod casale prædictum pleno iure ad se pertinebat, fuissetque liberũ ab omni alio censu, Canone & responsione, & ab omni onere impediendi hanc census impositionem, & venditionem, & quod in eam, tanquam validam faceret consentire, omnes personas, ius habentes, aut quomodolibet habere apparentes super dicto casali, & anno mox sequenti Bartholanus cognouisset casale fuisse multis alijs personis obligatum, conuenit Cæsarem coram A. C. prætendendo illum cogere ad faciendum consentire D. Iustinianam vxorem suam, nec non fratres, & filios, & alias personas habentes priora iura super d. casali alias relaxari mandatum executiuum, pro ratificanda sorte principali.

Cum verò dict. Cæsar prædictas personas non fecisset consentire, & A. C. contra ipsum mandatum executiuum pro sorte principali relaxasset, & Cæsar appellasset, proposito dubio in Rota, an prędictum mandatum executiuum A. C. esset exequendum, Domini 1 negatiue, non esse exequendum, responderunt, † nam cum casale excederet valorem 30000. & omnes obligationes & onera, quibus erat subiectum, non consumerent tot valoris partes, & non esset relictus locus prędicto censui, non erat deueniendum ad actus restitutionis sortis principalis, cum Bartholanus emptor census non pateretur aliquod damnum, vt fuit decisum in causa Romana palatij, die 7. Maij, ann. 1590. coram bon. memor. Bubalo, & in causa Auximana, Bonorum, 5. Iun. ann. 1595. coram Domino meo Mellino, & in causa Romana, non adimplementi, die 17. Nouembr. 1597. coram Dom. meo Decano.

Necobstabant clausulæ in instrumento venditionis census appositæ, quas longo sermone ponderabant Informantes

formantes pro Bartholano, quia omnes restringuntur ad interesse reale ipsius emptoris census, Bald. in l. ex his prædictis. nu. 4. C. de euiction. Vnde cum ex deductis pro parte Bartholani emptoris census, nondum constaret prædictum casale fuisse obligatum, & hypothecis grauatum, vt huius census impositio sustineri non possit, non erat executioni locus.

2 Minus obstabat † obligatio, seu promissio de faciendo cõsentire omnem personam, iuxta gl. in l. qui rem. vbi Bald. nu. 1. C. de euict. quia idem Bald. ib. nu. 4. respondit, hoc procedere, dummodo emptoris intersit. Vnde cum ex supradictis constaret, nullum versari damnum Bartholani cessabat obiectio, & sic etiam respondit Rota in dict. causa Romana, adimplementi.

3 Postremo non obstabat, quod † Cæsar asseruerit, casale esse liberum, & tamen repertũ fuit alijs obligatum, & consequenter obstare exceptionem periurij, l. si quis maior. C. de transact.

Quia respondebatur hoc procedere, quando promissio dolosa & alteri est præiudicialis, Cassad. decis. 2. num. 7. de iure patr. & consequenter cessabat decisio in causa Romana Census, coram Reuer. patre D. meo Decano, die 15. Mart. 1572.

SERAPHINI.

Rauennatensis, Donationis, 24. April. 1596.

ARGVMENTVM.

Disquiritur in hac decisione, num donatio, de qua in casu, pura, & simplex sit, ex mera liberalitate donantis profecta, an verò remuneratoria, & cum remuneratoriam esse constet, an vigore iuramenti promissorij appositi, etiam non probatis meritis sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Coniecturæ cessant, vbi verba sunt clara.*
2 *Donatio remuneratoria, etiam iurata non sustinetur, nisi merita probentur.*
3 *Fallit in iuramento assertorio, & procedit in promissorio.*
4 *Iuramentum promissorium obseruandum omnino est, si modo absque dispendio salutis æternæ seruari potest.*
5 *Donatio inter patrem, & filium valida est.*
6 *Donatio absenti facta quando valeat.*
7 *Absenti per iuramentum ius quæritur, etiam absque stipulatione.*
8 *Ratificatio an in donatione absenti facta requiratur.*
9 *Hæres tenetur ratum habere factum defuncti.*
10 *Iuramentum an occurrentes defectus in donatione supplere dicatur.*

DECISIO CCCXLVI.

DOminus Hieronymus de Pasolinis habens quatuor filios, donauit irreuocabiliter inter viuos Petro Francisco, vni ex filijs scuta 500. auri eidem soluenda per ipsius fratres, de ratis bonorum, & hæreditatis ipsius donantis prædictis fratribus, cum clausulis, iuramento, & alijs contentis in instrumento donationis. Orta controuersia super validitate istius donationis, & causa introducta coram Gubernatore Rauennæ, fuit per eum lata sententia, contra Petrum Franciscum, à qua appellatum fuit, & causa introducta coram me, dubitaui, An d. sententia esset confirmanda, vel reuocanda, quod pendet ex validitate donationis, circa quam duæ potissimum se obtulerunt difficultates.

Primò, an hæc donatio sit pura, & simplex, ex mera liberalitate, an verò remuneratoria, altera est, an quatenus remuneratoria nihilominus sustineatur vigore iuramenti, promissorij, etiam non probatis meritis.

Quantum ad priorem quæstionem, Domini inclinarunt donationem non fuisse puram, quia ex eius lectura constat, non cecidisse tantum generalem illam meritorum accessionem, quæ censetur posita ad colorandam donationem, iuxta consil. Oldrad. 5. cum allegat. sed expresse est facta mentio meritorum, & in eorum recompensationem, vt in ea legitur, quo casu non habet locum consil. Oldrad. vt tradit Dec. in l. si donatione, num. 4. C. de collat. late Francisc. Becc. cons. 2n. num. 21. præsertim vbi versamur inter personas prohibitas, vt per Tiraquell. in l. si vnquam. in verb.

1 donatione largitus. num. 92. & cum verba † sint clara, cessant coniecturæ deductæ ex alijs clausulis, quę possunt dici appositæ ad maiorem donationis validitatẽ, nempe promissio de non reuocando, posita est in clausulis generalibus, & pura & libera, &c. quæ solent apponi de stylo Notariorum, neque repugnat donationi remuneratoriæ, neque etiam obstat clausula, omni meliori modo, & præter expressum quarum non ampliat dispositionem. Cassad. decis. 7. num. 7. de appell. Achill. decis. vn. de clausul.

Quantum ad alteram quæstionem, regula est, do-
2 nationem † ob merita, quando ea recipit robur, & validitatem à benemeritis, vt est in donationibus, quæ sunt nullæ & prohibitæ, l. donationes quas parentes. de donation. inter vir. & vxor. ideo merita sunt probanda, nec sufficit assertio iurata donatoris, vt late per Clar. in §. donatio. quæst. 3. & 8. Tiraquell. vbi supra. nu. 91. cum alijs quos allegat Hipp. Rim. Instit. de donat. in princ. num. 260. cum seq. vsque ad num. 270.

3 Verum hæc videntur procedere in † iuramento assertorio, secus verò in iuramento promissorio, quod
4 semper est obseruandum, † si obseruari potest, absque dispẽdio salutis æternę. c. debitores. c. veniens. c. Quintauallis. de iureiur. ideo ex magis communi Dd. sen-
5 tentia confirmant donationem † factam inter patrem & filium, vt late tradit Clarus in dict. §. donatio. quæstio. 8. Gabriel concl. 4. de donat. Nam sicut pater poterat cum iuramento valide simpliciter donare, ita etiam sub assertione meritorum, etiam quod alias non iustificentur, vt donatio non recipiat robur à meritis hoc casu, sed à iuramento, vt bene declarat Ripa in d. l. si vnquam. quæst. 15. respons. 1. de don. caus. mort. num. 9. Corn. consil. 104. num. 13. lib. 2. Grat. respons. 63. num. 24. lib. 2. & hæc facilius admitti debent in casu isto, in quo accessio meritorum est satis adminiculata ex confessione Nicolai, in suis literis, ex assertione Iacobi facta tempore donationis, & vbi concurrunt adminicula statur assertioni, vt post alios tradit Tiraq. vbi supra. num. 100.

Addebat etiam vnus ex Dominis, videri magnam esse differentiam inter donationẽ nullam ratione prohibitionis legis, qualis est, quæ fit inter virum & vxorem, & quæ redditur nulla, non ex prohibitione, sed ex sui natura, quia reflectitur in patrem ob patriam potestatem, & ideo non potest præsumi facta in fraudem legis, cum lex eam fieri non prohibeat, quemadmodum lex non prohibet testari, licet testamentum minus solenne sit, nam in hoc non militat ratio illa, ne fiat fraus legis.

6 Non obstat, quod † donatio absenti facta fuerit, quia sufficit stipulatio Notarij, quę probatur ex illa dictione, absenti, quæ solet extendi, & mihi Notario pro eo stipulanti, & recipienti. Adsunt etiam alia verba, ex quibus stipulatio colligitur, vt in simili fuit dictum coram me, in causa Vrbeuetana, hæreditatis, 15. Iun.
7 ann. 1580. Vltra quod adest iuramentum, per † quod acquiritur ius absenti, etiam absque stipulatione. But. in c. cum contingat. de iureiur. Gabr. conclus. 1. nu. 69. & fuit ponderatum in dict. causa Vrbeuetana.

8 Neque obstat, quod necessaria † sit ratificatio, quia nihilominus dicitur ius quæsitum ante ratificationẽ, & sufficit sola scientia, & patientia, vt per Couarr. in rubric. de testam. part. 3. num. 13. & tenuit Rota coram Reuerend. patre Domino Robusterio, in causa Romana, fideiussionis, 28. Ianuar. ann. 1587. Neque obstant testes, quia nihil deponunt de tempore post

factam donationem, licet dicant, quod ante donationem Petrus Franciscus togarat patrem, ne illam faceret, verens fortasse indignationem fratrum. Neque obstat, quod ratificatio non fuerat facta in vita patris, quia cum bona non fuerint in alios translata, titulo 9 singulari, hæres tenetur habere ratum factum † defuncti, vt fuit dictum in causa Vrbeuetana.

Non obstat alius defectus allegatus insinuationis, quia sæpius Rota censuit, suppleri per iuramentum, vt per Gabriel. conclus. 1. de donat. num. 66. qui ceteros allegat, & tenuit Rota in Beneuentana donationis, 21. Decembr. ann. 1558. coram D. Gypsio.

Verum suborta est alia difficultas, non contemnenda, an iuramentum vnicum possit tot defectus supplere, & tot effectus diuersos parere, nempe confirmationem donationis, probationem meritorum, stipulationem & insinuationem, iuxta notat. per Bartolum & alios in Auth. sacramenta puberum. C. si adu. vendit. cum alijs his deductis, per Informantes.

Verum, præterquam, quod hic duo tantum adsint defectus, alter proueniens ratione patriæ potestatis, alter verò insinuationis, verior & receptior est opinio illa, vt attendenda sit forma iuramenti, si enim non est restricta, sed ampla, & prægnans apta comprehendere omnes defectus, cum in promissione habentur rata omnia, & singula in instrumento contenta, iurando omnia & singula attendere, & non contrafacere, sub pœna periurij, prout in casu isto cessat difficultas 10 † & iuramentum censetur supplere omnes defectus. Dec. consil. 138. num. 3. & consil. 414. num. final. conf. 37. vol. 4. Aym. consil. 17. num. 4. & 14. num. 9. late Rimin. Initit. quibus ali. lic. num. 50. & latissime modern. Senens. de priuil. 83. num. 49 versic. aliquando. & hanc sententiam communem esse apparet ex traditis per Bartol. in dict. authent. sacramenta. num. 14. & 16. Castr. num. 10. Iason num. 46. Dec. consil. 349. num. 6. & 403. num. 22. versic. quarto respondi. Ruin. consil. 212. num. 6. lib. 1. Bero. consil. 11. num. 50. lib. 1. Curt. iun. conf. 269. num. 12. lib. 3. Soc. iun. conf. 48. num. 9. lib. 1. vbi de communi, & consil. 144. num. 22. lib. 1. Ex quibus conclusum, pro validitate donationis, & sententiæ reuocatione.

SERAPHINI.

Romana, Donationis, Lun. 22. Febr. 1596.

ARGVMENTVM.

Donatio à forensi facta absque debitis, & à statuto requisitis solennitatibus, inualida est, & reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Forensis statuta loci, in quo contractus celebratur, obseruare tenetur.*
2 *Domicilium contraxisse dicitur, qui vltra decennium in loco habitauit.*
3 *Statuta confirmata à Papa etiam clericos ligant.*
4 *Donatio remuneratoria an obseruantiam solennitatum requirat.*
5 *Statuti formæ renunciari nequit.*

DECISIO CCCXLVII.

Fvit resolutum, in donatione de qua agitur, siue sit inter viuos, siue causa mortis, requiri solennitates, de quibus in statuto, c. 129. lib. 1. quæ cum hic non adsint, sustineri non potest.

Nec facit ad rem, quod donans esset forensis, quia 1 etiam forenses tenentur † seruare statuta loci, in quo contractus celebratur, vt per Bart. Bald. & alios in l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. Gozad. consil. 49. nu. 14. Caputaq. decis. 283. p. 1.

Maxime, cum hic habitauerint vltra decennium, 2 & emerint multa bona stabilia, ex quibus † domicilium contraxisse videntur. Bald. consil. 393. lib. 1. Parif. consil. 12. nu. 14. & 20. lib. 3.

Non obstat, quod esset clericus, quia vltra quod esset coniugatus, ista statuta fuerunt confirmata à Papa, 3 & sunt † Papalia, & ligant clericos, vt dictum fuit in causa Romana, dotis, coram Reu. patre D. Robustrio, in Romana de Comitibus, de mense Iun. 1577. coram Sanctiss. D. Nostro.

Non obstat, quod dicitur, hanc esse donationem re-4 muneratoriam, in qua non † requiruntur solennitates, Tiraquellus in l. si rem quam. in verb. donatione largitus. nu. 11. C. de reuoc. don. & dictum fuit in causa Romana viridarij, 29. Septemb. coram Reuer. patre D. meo Orano, nam hoc procedit pro qualitate meritorum, quæ aliter probari debent, quam per assertionem ipsius donantis, vt per Tiraq. in dict. vers. donatione largitus, num. 29.

Et non releuat, quod dicitur, nos non esse inter personas prohibitas, quia imò prohibitum est dona-5 re, non seruata forma statuti, cui † renunciari non potest.

Merita verò etiam non probantur, cum seruitus præstita satis videatur recompensata ex salario Matthæo præstito, & ita conclusum.

PENNIAE.

Romana, Donationis, de Grandis, Ven. 16. Feb. 1601.

ARGVMENTVM.

Stante statuto, ne mulieres absque interuentu proximorum, & iudicis decreto, causaque plena ab ijs cognita, contrahere possint, an retrodonatio facta marito ab vxore, in præsenti casu sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens fieri aliquid cum interuentu illorum quorum interest, de quo interesse intelligatur.*
2 *Tutor à tutela administratione non repellitur, licet de interesse eius secundario constet. Idem in teste obtinet.*
3 *Statutum loquens de consensu propinquorum, intelligitur de non suspectis. Et qui in tali casu suspecti dicantur.*
4 *Iudicem rite, & legitime processisse præsumitur.*

DECISIO CCCXLVIII.

PRopositi dubium, An retrodonatio facta per D. Læliam Alexandro de Grandis, eius marito, anno 1590. de domo de qua agebatur, fuisset nulla, ex eo, quod per Dominam Læliam, & eius filios prætendebatur, non fuisse seruatas solennitates statuti vrbis, lib. 1. vbi iubentur, ne mulieres, vel minores contrahere debeant, nisi duobus coniunctis proximioribus adhibitis, quorum non interfit, ac mixcum iudicis competentis decreto, causa in scriptis illis expressa, & insinuata, ac plene cognita.

Et Rota, vtraque parte informante, validam esse censuit, quia interuenerunt proximiores, duo scilicet fratres Læliæ donatricis, & decretum Iudicis, licet contra vtrumque considerabiles fierent obiectiones.

Opponebatur enim primo, in contractu retrodonationis Taddæum, & Ioann. Baptistam fratres de Massa, qui tanquã fratres, & proximiores Læliæ consensum adhibuerunt, habuisse interesse in hac retrodonatione, ex quo erant de numero creditorum, ad quorum fauorem, & commodum præstabatur consensus, & fiebat retrodonatio Alexandro marito, multum ære alieno grauato. Nam respectu Taddæi eius interesse constabat ex instrumento rogato in actis Beati A. C. Notarij, die 1. Septemb. Ann. 1578. in quo Alexander constituebat se illius debitorem in scut. 290. respectu autem Ioan. Baptistæ de interesse etiam apparebat, ex duobus instrumentis ab eodem Notario rogatis, vbi legebatur Ioannem Baptistam tanquam principalem impositionibus quorundam censuum, ad summam scut. 15000. adscendentium, ad commodum Alexandri creditorum, sola promissione

eiusdem

eiuſdem de releuādo Ioan. Baptiſtam indemnem ſub die 24. Decemb. 1583. & 31. Ian. 1584. acceſſiſſe.

Sed Rota hanc oppoſitionem non releuare cenſuit, 1 quia cum lex vel ſtatutum iubet aut † diſponit, aut requirit fieri aliquid cum interuentu illorum, quorum non intereſt, de intereſſe principali, & directo, non de eo, quod ab extrinſeco, vel aliunde, ſiue ſecundario, conſiderari poteſt. l. penult. ff. de exhibend. Bartol. in l. 1. num. 5. verſic. fuit etiam. ff. de auth. tut. Iaſon in l. 1. §. quæſitum. num. 4. in princip. ff. ſi cert. pet. Socin. conſil. 86. num. 18. verſic. ſuper his autem. lib. 4. Gratian. conſil. 41. num. 17. in princip. lib. 2. Put. deciſ. 15. num. 2. verſic. & quando. lib. 3. & placuit funda-2 mentum ſimile, quod de † tutore & teſte allegabatur, qui non repelluntur, licet de ſecundario illorum intereſſe conſtet. Put. deciſ. 31. num. 2. & 4. lib. 3. Grat. concluſ. 41. num. 17. lib. 2.

Vnde cum in caſu propoſito ex eo poterat non agi ad intereſſe principale fructuum, ſed potius de ſecundario, quod pretium ex venditione & donatione domus non erat conuertendum in eorum vtilitatem, quamuis inde commodum aliquod, & vtilitatem, in conſequentiam percepturi forent, ex quo ſatisfactis creditoribus, pro quibus fideiuſſerat, ipſi remanſuri erant liberati, non poterat cenſeri ſtatuti ſolemnitas violata, aut ſtatuto minus legitime ſatisfactum, neque enim vere affirmari contractum retrodonationis poterat principaliter, cum ipſis, aut per ipſos fuiſſe celebratum, eum pretium anterioribus creditoribus ſoluendum foret. Bartol. in dict. l. 1. num. 4. verſ. ſunt enim. ff. de author. tut. Imol. in l. 1. §. quæſitum. nu. 7. verſ. nota quod nemo. ff. ad Trebell. Lamb. de contr. gloſſ. 10. num. 13. verſ. Sextus eſt caſus. Put. deciſ. 31. nu. 4. verſ. quia ibi. lib. 3. & fuit deciſum in cauſa Maceratenſi, ceſſionis, die 9. Nouem. 1592. coram Reuer. patre D. meo Decano.

Neque refragabatur doctr. Bald. in l. viduæ. C. de nupt. & Fel. in c. edoceri. num. 9. de reſcript. dicentium, 3 ſtatutum loquens de conſenſu propinquorum, † intelligendum de non ſuſpectis, nam ipſi ſe declarant, dicentes eos ſuſpectos cenſeri, qui procurant propria commoda, vel quando mulier contrahere principaliter cum ipſis, quod ad caſum propoſitum applicari nequit.

Tertiò, opponebatur de iudicis decreto, minus legitime interpoſito, ex quo non apparebat, adhibita cauſæ cognitio, quæ cum in decreto non legeretur enunciata, oó eſſet ſolennitas extrinſeca, in dubio non præſumebatur interueniſſe.

Sed reſpondebatur, primo, iudicem aſſeruiſſe, ſe ſuper omnibus & ſingulis, tanquam rite, & legitime geſtis, ſuam, dictique ſui officij authoritatem, & decretum interpoſuiſſe, quæ verba æquipollent atteſtationi, adhibita cauſæ cognitione. Alex. conſ. 60. num. 2. verſic. ſed in propoſito. lib. 5. nam quando cauſæ cognitio æquipollenter, aut indirecte enunciatur, ſufficit. Gabr. conſil. 24. num. 5. verſ. ideirco. lib. 1. pro qua optime faciebat deciſ. Catanienſis, illegitimitatis, 10. Ian. 1583. coram Sanctiſſim. tunc Rotæ Auditore.

4 Maxime cum pro † iudice præſumatur, licet incontinenti decretum fuerit appoſitum, Achill. deciſ. 3. num. 3. verſ. tenuerunt. de præſcr. Put. deciſ. 364. nu. 2. verſ. item tentum. lib. 1. & præſertim, ſtante clauſula omni meliori modo.

Secundò reſpódebatur haberi etiam atteſtationem propinquorum, affirmantium ſe eſſe optime informatos, & conſequenter præſumendum eſſet præcedente cauſæ cognitione fuiſſe interpoſitum.

Poſtremo in inſtrumento cauſa quoque exprimebatur, ex quibus apparebat cognitionem cauſæ fuiſſe adhibitam, neque erat huius inſpectionis, expendere veritatem cauſarum.

Atque ex prædictis fuit concluſum, retrodonationem reſpectu ſolennitatum ſtantis fuiſſe validam, dummodo ſuper alijs bonis, reſpectu dotis, fuiſſet Læliæ ſufficienter ſuccurſum. Abbas conſil. 8. num. 2. & 3. part. 2.

Nicoterenſis, donationis, Lun. 4. Martij 1601.

ARGVMENTVM.

Deciſio Rotæ in alia cauſa facta, an in præſenti locum habeat, & in quibus ab ea diſcrepet, quæritur, & deciditur, cum ea longe diuerſa ſit ab illa, allegari, & opponi non poſſe, ad effectum, vt vi illius, tanquam rei iudicatæ, ſententiæ executio impediatur.

SVMMARIA.

1 *Deciſio Rotæ in alia cauſa emanata, in diuerſa opponi non poteſt, ad effectum, vt vigore illius executio ſententiæ impediatur.*

2 *Donatio remuneratoria propriè in merito ſeruitiorum præterito conſiſtit.*

DECISIO CCCXLIX.

POſt reſolutionem factam in hac cauſa, quod ſententia A.C. erat iuſta, & confirmanda, fuit allegata in contrarium deciſio alias facta in Rota, in cauſa Placentina, donationis, coram bon. memor. Domin. Gypſio, & ideo volui iterum proponere idem dubiū, & Domini concluſerunt, non eſſe recedendum à de-1 ciſis, quia termini iſtarum † deciſionum ſunt multum diuerſi. Nam in terminis dict. cauſæ Placentinæ fuerat ſolum aſſignata prouiſio Medico, qui non habebat aliud ſalarium, ab Illuſtriſ. Cardinali Sfortia, inhærendi deſiderio præſentis, quod erat, vt ea in ipſa aſſignatione à Cardinali exprimitur, *che lui non ſi partiſſe mai della ſeruitù noſtra, per la ſufficienza ſua per la quale confidiamo più in lui, che in altro Medico.* & ideo in illo caſu conſtabat, clare tam ex verbis, quàm ex mente, quod cauſa aſſignationis prouiſionis erat ſeruitium præſtandum in futurum, cum prouiſio ſua fuit conſtituta Medico, vt detur pro ſeruitio, & aſſignatio fuerit facta ob induſtriam ſuæ perſonæ & ad effectum, vt iuxta deſiderium partis continuaret in ſeruitio in futurum, quæ omnia ceſſant in hoc caſu, quia Herculi non fuit aſſignata prouiſio, ſed vltra ſalarium fuit ei facta donatio, libera, & irreuocabilis inter viuos, & cauſa principalis, & finalis fuit, vt in proœmio exprimitur, remuneratio ſeruitiorum de-2 præterito, in quibus propriè † conſiſtit donatio remuneratoria, & quamois poſtea ſubdatur, & ad hoc, vt deinceps, & in futurum, cum maiori animo & amore eius ſeruitia debeat proſequi, tamen, vt late fuit deductum, in alia deciſione iſta clauſula non fuit appoſita ad effectum reſtringendi, & limitandi donationē, quæ fuit facta ob benemerita, & ideo non poteſt importare cauſam finalem, ſed importat ſolum cauſam impulſiuam, & excitatoriam durante ſeruitio ad officium, vt dum permanebat in ſeruitio, cum maiori animo, & amore ſeruiret.

Quantum ad caput ratificationis reuocationis Domini pariter dixerunt, illam non obſtare Herculi, prout fuit reſolutum in alia penſione.

MELLINI.

Nicoterenſis, Donationis, Merc. 21. Iun. 1601.

ARGVMENTVM.

Mandatum ex præſumptionibus probari deciditur, & ſententia iuſtitia ex capite donationis, an ea reuocari poſſit, controuertitur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ex præſumptionibus probatur.*

2 *Coniectura ex quibus aliquem procuratorem alicuius fuiſſe, probatur. & tribus ſeqq.*

6 *Donatio remuneratoria proprie in benemeritis consistit.*
7 *Donatio inter viuos cum promissione de non reuocando etiam ex causa ingratitudinis, reuocari nequit.*
8 *Error iuris laico non obest.*

DECISIO CCCL.

IN prima propositione huius causæ Domini fuerũt concordes, quod non esset locus exequutioni sententiæ A. C. cum sit vulnerata per sententiam reuocatoriam, D. de Caualerijs, sed quia contra istam sententiam A. C. opponebatur nullitas, & iniustitia, fuit restricta difficultas, vt videatur, An esset valida, & iusta, ita vt esset confirmanda, vel reuocanda, & causa per plures positiones plene discussa, fuit resolutum, A. C. sententiam esse validam & iustam, ideoque confirmandam. Quantum enim ad nullitatem, illa deducitur ex defectu mandati Marci Antonij Cibi, & cum 1 mandatum probetur † præsumptionibus, & coniecturis, Innoc. in c. ex parte Decan. de rescriuat. Curt. senior consil. 76. Dec. 23. lib. 1. Put. decis. 362. lib. 1. Caputaq. lib. 2. hic concurrunt coniecturæ multum vr- 2 gentes, † quod Marcus Antonius verè esset procurator Episcopi.

Primò, quia iudicium fuit cœptum & continuatum contra eum, vti procuratorem Episcopi sine contradictione.

3 Secundò, † quia ipse produxit examen testium, & alia iura in fauorem Episcopi, quæ verisimiliter non potuit aliunde habere, quam ab ipso Episcopo. Alex. in l. 1. col. 2. C. de procur. Abb. consil. 7. colum. 3. lib. 1. Rom. cons. 446. in 2. dub. Aym. consil. 80. num. 5. Fab. decis. 23. Caputaq. d. decis. 1015. Paleott. decis. 71.

4 Tertiò, quia soluit suam partem extractus, Cassad. decis. 3. nu. 4. de procur.

5 Quartò, † quia comparuit in causa, & fecit plures protestationes, & appellauit à sententia A. C. ac obtinuit commissionem appellationis & restitutionis in integrum, & substituit procuratorem D. Scipionem Rosam, & ex tota illa serie facti videbatur Dominis sufficienter constare de eius mandato, & tanto magis, cum idem Marcus Antonius vti procurator Episcopi exegerit fructus duorum officiorum, ab anno 1588. vsque ad 1597.

Quantum verò ad iustitiam, illa pendet ex duplici inspectione, quarum prima est, an ista donatio potuerit reuocari ab Episcopo, & cum difficultas consistat in intellectu donationis, An sit facta æque principaliter tam pro seruitijs Herculis, de præterito, quàm pro seruitijs de futuro, Domini intellexerunt, quod principalis intentio Episcopi, & causa donationis fuit re- 6 muneratoria seruitiorũ de præterito, in † quibus proprie consistit donatio remuneratoria, & licet subdatur, & ad hoc, vt deinceps, & in futurum, cum maiori animo, & amore eius seruitia debeat prosequi, tamen ista clausula non fuit apposita ad effectum restringendi, & limitandi donationem, vt solum locum haberet, dum permanebat in eius seruitio, respondendo huic liberalitati Episcopi, importat solum causam impulsiuam, & inuitatoriam donatarij, durante seruitio, & 7 ideo cum † donatio sit inter viuos, cum promissione de non reuocando, etiam ex causa ingratitudinis, & sic vallata iuramento, non potuit reuocari ab Episcopo, sub prætextu, quod seruitium cessauerit, quia vt dictum fuit, donatio non fuit facta correspectiue ob seruitia in futurum, ita vt cessante seruitio cesset donatio, l. 2. & ibi gloss. & alij. ff. de donat. Tiraq. tract. cess. causa. lim. 1. & quamuis pro declaratione mentis Episcopi adducantur in contrarium depositiones testium, tamen isti testes non concludunt, quod Episcopus voluerit facere donationem, quæ duraret durante seruitio.

Altera inspectio est, An saltem Hercules sibi præiudicauerit, cum exegerit ducat. 37. post reuocationem donationis, vigore ordinis Episcopi, in quo fiebat mẽtio de reuocatione donationis, & in hac difficultate Domini dixerunt, quod Hercules non habuit intentionem ratificandi reuocationem, neque renunciandi iuri suo, si reuocatio erat inualida, sed exegit cum ista credulitate, quod donatio esset reuocata, ex iusta causa, prout in partita banchi continetur, & in continenti fecit protestationem, quod intendebat petere terminos decursos, & decurrendos.

Et ideo cum ista materia, An reuocatio fuerit valida, tanquam facta ex iusta causa, pendeat ex dispositione iuris communis, si de iure communi reuocatio non est valida, factum istud exactionis ei non præiudicat, Bartol. in l. ornamentorum. ff. de aur. & argent. legato.

Et hoc maxime dicendum est, quia Hercules habuit iustam causam existimandi, quod reuocatio esset valida, cum consuluerit Doctorem, & ab eo habuerit responsum, quod donatio poterat reuocari cessante seruitio Episcopi: Et ideo cum sit homo idiota, iste 8 error ei nocere † non debet, & est excusandus, præsertim cum donatio non sit omnino clara, & habuit etiã difficultatem inter Dominos, Put. dec. 248. & 401. li. 1.

Non obstant depositiones testium, quia aliqui ex eis patiuntur exceptiones, quæ bene deducuntur per Informantes, alij sunt singulares, & deponunt de confessione extraiudiciali, quæ non probatur per testes singulares, secundum communem opinionem, quam Rota sequitur, Put. decis. 3. de prob. & non concludũt, quod Hercules consenserit reuocationi donationis, nec quod voluerit ratificare reuocationem, licet esset inualida.

ORANI.

Romana, Saluiani Interdicti, Ven. 9. Nou. 1598.

ARGVMENTVM.

Sententia euertitur, si termini substantiales non sint seruati.

SVMMARIA.

1 *Sententia ex omissione terminorum substantialium, vitiatur.*
2 *Nullitas comprehensa in Bullis Pontificum ex omissione terminorum non oritur.*
3 *Termini omissi, reiterari nequeunt.*

DECISIO CCCLI.

DOmini tenuerunt, sententiam A. C. ad fauorem Agathę & Elisabethæ de Vbertis in Saluiano interdicto latam, esse reuocandam, quia cum nõ fuerint 1 seruati termini substantiales, eorum omissio † vitiat sententiam, Cassad. decis. 80. de rescript. Rot. decis. 2. nou. 11. & seqq. in nou. Peregr. decis. 24. lib. 1.

2 Non obstat, quod ex † prætermissione terminorum non oriatur nullitas comprehensa in Bullis Pontificum, quia sufficit, quod termini sunt de substantia iudicij, Ægid. decis. 23. Cassad. 2. de iudic. Bullæ enim non tollitur nullitatem actuum prouenientium ex forma non seruata, veluti si contractus fieret contra formam, vel sine solennitate. cap. cum dilecta. de rescript. Felyn. in c. quoniam contra. col. 5. vers. si tamen statutum. vt lite non contestat. & fuit dictum coram me in vna Romana, alimentorum, & in terminis nullitatis processus A. C. propter non seruatos terminos substantiales, in vna Sabinensi, pensionis, coram Illustriss. D. Cardinali, Arigonio.

Neque citatio pluries repetita in conclusione causæ ad videndum reiterari omnes & singulos terminos nulliter, & male tentos istum defectum sanat, & ter- 3 mini † nullo modo seruati, non possunt reiterari. Reiteratio igitur operatur, quando à principio eorum obseruatio fuit nulliter, vel male facta. Caputaq. dec. 149. num. 3. par.... Quo ad sententiæ iniustitiam, propter diuersitatem non potuit capi resolutio.

SERA-

SERAPHINI.

Romana, Salviani interdicti, Ven. 11. Ian. 1601.

ARGVMENTVM.

Salvianum interdictum an in praesenti casu locum habeat, disquiritur.

SVMMARIA.

1 *Possessio ex instrumento venditionis probatur.*

2 *Mandatum non iustificatum non relevat.*

DECISIO CCCLII.

Fuit resolutum, esse locum Ægidianae, in casu, de quo agitur, nam primo probantur extrema Salviani, nempe possessio illorum de Scholis, ex instrumento venditionis, in quo adest clausula constituti, 1 ex qua probatur † possessio constituentis, Angelus in l. quaedam mulier. nu. 2. de rei vend. Tiraquell. de constit. part. 3. lim. 1. num. 20. secundum extremum probatur ex litis sustentatione. Verall. decis. 369. part. 2. Cas. de Grassis. decis. 4. de restit. spoliat. De iustitia sententiae constat, cum in grege detur hypotheca, vt fuit dictum in causa Romana, pecudū, 9. Maij, anno 1600. coram Reueren. patre D. meo Mellino, & prius in eadem causa, coram bon. mem. Gypsio, & de hypotheca constat ex instrumentis, de quibus constitit in actis, licet omissa fuerit registratio, in confectione registri, sed tollitur difficultas, ex sententia graduatoria, lata inter creditores, & Parisium, consentientem graduationi, ea casu sententia probat, & pro ea praesumitur. Innoc. in c. bene. il 2. de elect. Alex. consil. 101. lib. 5. Pute. decis. 113. lib. 3.

Non obstat, quod praetendatur pro parte D. Parisij se esse anteriorem alijs creditoribus, ob pecunias traditas Scholis, ex quibus facta fuit recollectio fructuum, ex arte agriculturae, quae recollectio cessit in vtilitatem creditorum, ad l. interdum. ff. qui pot. in pignor. hab. quia istae pecuniae fuerunt solutae pro pretio animalium, & ita debitae ratione emptoris, & ideo ex illis non potuit quaeri hypotheca. Nam id procederet, si fuissent singulariter proprij Parisij, quia ...... fuerit graduatus inter partes pro dicto credito, fuit factum cum hac conditione, quod teneretur ostendere ante exequutionē pecunias fuisse de proprijs, non autem de pertinentibus ad illos de Scholis.

Nec obstat, quod obtinuerit mandatum, quia non fuit iustificatum, & adhuc pendet causa appellationis, coram Reuer. patre D. Pamphilio. Ex his conclusum fuit esse locum Ægidianae.

LITTÆ.

Placentina, Nullitatis reuocationis mandati procuratae, Vener. 23. Ian. 1598.

ARGVMENTVM.

Procurator an post litem contestatam ex causa, & ex qua reuocari possit.

SVMMARIA.

1 *Procurator post litis contestationem, ex causa potest reuocari.*

2 *Procurator non debet reuocari, nisi expensae factae ab eo, ei restituantur.*

3 *Verba non sufficiunt, vbi opus est facto.*

DECISIO CCCLIII.

Domini tenuerunt reuocationem mandati procuratae, alias dati per Capitulum Placentinum in personam Dom. Christophori Loberae, I. V. D. non sustineri, ea potissimum ratione moti, quia procurator, 1 licet post litem contestatam ex causa possit † per dominum reuocari, Put. decis. 313. lib. 3. Cappell. Tholos. decis. 756. attamen, quia pro causa huius reuocationis non potest allegari negligentia, aut insufficientia ipsius procuratoris, cum reuera in pertractandis negotijs ita semper honorifice, ac prudenter se gesserit in hac causa, vt alteri optimo causarum patrono minime secū-da fuerit, sed illud solum, quod ipsi Capitulo fuerit intimatum monitorium ad effectum, vt solueret certas partitas, per ipsum Dom. Loberam, ad cambium captas, occasione salarij, & expensarum pro negotijs eiusdem Capituli factarum, quod et si Capitulo aliquam prodere videatur causam reuocationis mandati, cum quaelibet leuis sufficiat, eam tamen non absolutam, sed limitatam praebere censuerunt Domini, vt scilicet ita demum ipsum procuratorem inuitum reuocare potuerit Capitulum, postquam tamen ei cū 2 effectu persoluerit illud † omne, quod ei de causa debitum est, maxime stante protestatione nomine eiusdem Loberę in actis ipsius reuocationis facta, ad text. in l. quae omnia. §. plane. vbi gl. in verb. retinere. ff. de procut. Gem. in c. 1. num. 5. vers. 3. & ib Franc. nu. 1. de procur. in 6. pulchre Bald. in §. item si retentione. quē legit sub l. mutare. ff. de proc. dum concludit, quod procuratorem, qui expensas facit, non debet reuocari nisi sibi efficiantur, & Fulg. in eodem §. quem ipse legit, sub l. ante diem. eod. tit. dum sub num. 14. sic inquit, quod procurator potest retinere litem, & pari ratione instrumenta, quae sibi Dominus dedisset, pro instructione causae, & etiā causam ipsam propter sumptus, quos ipse facit, & etiā pro salario suo. Nec obstat oblatio de soluendo facta per Capitulum, cum regulari- 3 ter verba non † sufficiant, vbi opus est facto. Nec sub praetextu, quod creditum D. Loberae sit illiquidum, potest saluari dicta oblatio, cum respectu quantitatis, pro qua relaxatum fuit mandatum, ad fauorem eiusdem Loberae, contra Capitulum, per D. meum Lancellottum, cesset omnis difficultas: haecque sententia tanto magis placuit DD. quod videtur quodammodo facta haec reuocatio potius ad vindictam, quam pro bono Ecclesiae, & vt damno aliquo indebito afficeretur ipse D. Lobera, ex tam improuisa reuocatione à Curia, pro qua de iure ei statuenda erat aliqua competens dilatio, iuxta dictum Hostiens. in summ. de cler. non resid. num. 3.

BLANCHETTI.

Romana, Societatis, Lun. vlt. Ian. 1594.

ARGVMENTVM.

Testis de facto proprio deponens, si nullum interesse in negotio, super quo deponit, habet, admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Testis de facto proprio deponens, in negotio, in quo interesse eius non versatur, admittitur.*

DECISIO CCCLIV.

Domini steterunt in decisis, quod constat de venditione Fronzettae, & D. Ioan. Baptistam prenū illius sibi appropriasse pro concurrenti quantitate sui crediti, id quod ex dicto vnius testis, qui deponit de 1 † facto proprio, & in negotio, in quo nullum interesse, habet, quo casu plus quam semiplene probat. Innoc. in c. inquisit. de accus. Aym. consil. 18. num. 7. cum alijs per Men. de arbitr. cas. 99. num. 1 t. In hac autem lite nullum versatur testis interesse, quia licet mediāte ipso vendita fuerit Fronzetta, tamen ex victoria causae, nullum commodum vel incommodum reportare potest, & satis constat, esse illam, de qua agitur, cum de alia non doceat, & instantia Massae, & litera D. Moroni satis indicat indemnitatem si non Ioan. Baptistam voluisset aliam vendere, non institisset apud D. Iacobum, vt solueret, & protestatus fuisset ad illam vendendam, &c.

LANCELLOTTI.

Romana, Census Apothecarum, 28. Iun. 1574.

ARGVMENTVM.

Census ex quibus extinctus dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Census institutus titulo emptionis, vt extinctus dicatur, quæ requirantur.*

DECISIO CCCLV.

FVit resolutum, non constare de extinctione census, confessio enim illa .... non importat quietantiam sortis principalis, sed fructuum debitorum, ex causa 1 censuum. Cum enim † census fuerit institutus titulo emptionis, & pretium solutum fuerit, non sufficit nuda voluntas, sed requiritur actus priori similis videlicet retrouenditio, l. 1. in fin. C. quand. lic. ab empt. disced. §. hoc amplius. Inst. quibus mod. toll. oblig.

BLANCHETTI.

Portugalensis, Dismembrationis Fructuum, Ven. 19. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Literæ Apostolicæ etsi executionem habeant paratam, tamen sunt iustificandæ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula literarum Apostolicarum, si ita est, conditionales eas reddit.*

DECISIO CCCLVI.

DOmini dixerunt, quod licet literæ Apostolicę habeant executionem paratam, Cassador. decis. 10. de rescu. num. 8. tamen debere iustificari, Ioan. Andr. in c. 1. de lit. contest. & fuit resolutum coram Illustriss. Lancellotto, in causa Salamantina, Pensionis, multo 1 magis stante clausula, si † ita est, quæ reddit totam gratiam conditionalem, cap. 2. de rescru. & requirit causæ cognitionem, Rot. de off. deleg. decis. 12. in nou. non obstat clausula quod non possit dari de subreptione, quia cum literæ Gregorij XIV. fel. record. quæ debent attendi, sint in forma commissionis, dicta clausula non suffragatur, nisi postquam literæ fuerint executioni demandatæ, vt fuit resolutum coram Reuerendissimo Otiolensi, 8. Octob. 1576. in vna Tarraconensi decimarum.

Nec obstat consensus Gundisalui, quia cum consensus sit præstitus dismembrationi faciendę recipit conditionem, dummodo gratia in alijs veniat executioni demandanda.

Nec mouebant Dominos dicta testium, quia non probant valorem Parochialis, qui est probandus ad effectum validitatis dismembrationis. Alia quæ contra literas obijciuntur, non placebant Dominis, nam stante reualidatoria Gregorij XIV. gratia non expirauit per obitum Sixti, minus intrat regula reuocatoria vnionum, quia verificatis narratis apparet fuisse dismembratos fructus Parochialis pro dote necessaria in executione decretorum Concilij Tridentini, quo casu cessat regula, vt fuit decretum in pluribus causis.

PAMPHILII.

Legionensis, Præstimoniorum, Ven. 28. Ian. 1593.

ARGVMENTVM.

Processus compulsorialis ex defectu citationis ad videndum collationari scripturas extractas cum suis originalibus, nullus est.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ, vt fidem faciant, collatio earum cum originalibus requiritur.*

DECISIO CCCLVII.

DOmini habuerunt processum compulsorialē pro nullo, ex defectu citationis ad videndum collationari Scripturas extractas cum suis originalibus, vt requiritur, Rim. conf. 405. nu. 8. lib. 3. & tenuit Rota in causa Vicentina, feudi, sub die 27. Ian. 1574. coram Sanct. & tanto magis, quod nō constat scripturas præfatas fuisse aliquo modo collationatas cum ipsis origi- 1 nalibus † quemadmodum fieri debuit, vt fidē faciant, per ea quæ post Salyc. in Auth. si quis in aliquo. C. de ed. tradit Bart. decis. 336. lib. 2. cum alijs deductis in causa Syracusana, quart. sub die 29. Maij 1592. coram D. Gyplio, & dixerunt Domini hunc defectum non tolli ex eo, quod facta compulsatiōne Iudex mandauerit dari transumptum præfatarum scripturarum correctarum, parti, & Notarius asserat dedisse, illum correctum, quia aliud est, quod sit facta collatio exempli remanentis penes Notarium, cum suis originalibus, prout ad excludendam omnem fraudem requiritur; Aliud verò, quòd transumptum, quod Notarius postea extraxit, ex sua originali exemplo correctum, cum ista possint simul stare, quod exemplum extractum discordet ab ipsis originalibus & non probet transumptum postea datum à Notario, concordat cum extracto non collationato, cum suis originalibus vt alias in his terminis fuit consideratum in causa Valentina, Cappellæ, sub die 19. Iun. 1592. coram Reuer. patre D. meo Seraphino.

SERAPHINI.

Pampilonensis, de Tanzi, Merc. vlt. Ian. 1601.

ARGVMENTVM.

Possessio capta intra decendium ad appellandum præstitutum, attentatorum iure censetur, & nulla est.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta intra decendium constitutum ad appellandum attentata dicitur, & reuocatur.*

2 *Et mandatum de manutenendo non datur.*

DECISIO CCCLVIII.

FVit resolutum constare de attentatis, quia fuit ca- 1 pta possessio per Ferdinandum intra 10. dies † ad appellandum. c. nō solum de appell. in 6. & causa erat appellabilis, Iudex enim erat executor mixtus propter clausulam vocato Antonio, & alijs, Card. cons. 63. nu. 1. & 2. Fel. in c. de cętero, num. 10. de re iudic. & maxime, quia Ioannes in cuius locum fuerat subrogatus, nunquam habuit possessionem, & subrogatio non erat gratiosa, sed in forma digna, ideo prius erat discutiendum de iure sui auctoris, Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nou. Mohed. 10. eod. tit. Neque obstant sententiæ latæ contra Antonium quibus declaratur nullum ius ei competere, quia & earum effectus fuit suspensus, per commissionem restitutionis in integrum.

Neque obstat dimissio possessionis per eum facta, nam fuit cum protestatione & reseruatione sui iuris, & facta coactè propter clausulam parito iudicio, appositam in commissione restitutionis. Ex his sequitur hanc possessionem esse reuocandam, & non posse 2 dari † mandatum de manutenendo Ferdinandum, Caputaq. decis. 234. lib. 1. in manuscr. cum alijs alleg. & ita conclusum.

IVSTI.

Tarraconensis, Sacristiæ, Ven. 9. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

Collatio Sacristiæ Ecclesiæ Tarraconensis, an per obitum possessoris extra Romanam curiam defuncti, spectet ad Archiepiscopum Tarraconensem, vel sit reseruata Sedi Apostolicæ.

SVMMARIA.

1 *Prouisio beneficiorum in ecclesia cathedrali vacantium, iure communi, ad Episcopum communiter cum Capitulo spectat.*

2 *Regula reseruatoria quando introducta.*

3 *Obseruantia collationum factarum an turbetur ex eo, quod prouisio facta sit non Canonicis, prout ex concordia inita requirebatur.*

4 *Prouisiones factæ vacante sede Apostolica simultaneæ.*

DECISIO CCCLIX.

DOmini censuerunt, iura producta releuare, circumscripto an sint in forma probanti, effectus enim dubij est videre, An virtute gratiæ Altemantinæ

Collatio

Collatio Sacristiæ Ecclesię Tarraconensis,de qua cõtrouertitur, & quæ vacauit de mense April. 1599. per obitum Melchioris extra Romanam Curiam defuncti,spectet ad Archiepiscopũ,vel potius sit Sedi Apostolicæ reseruata,& dubitatio oritur,quia cum alternatiua intret cum beneficijs,quæ pertinet ad liberam collationem Episcopi,vt legitur in regula,& fuit resolutum in Salamantina, portionis,30. Apr.& 5. Maij anni præteriti, coram Reu. Patre D.meo Mellino, &

1 de iure communi prouisio † Beneficiorum in Ecclesia Cathedrali vacantium spectat ad Episcopum communiter cum Capitulo. Abb. in c. cum Ecclesia Vulterrana. num.8. qui loquitur etiam in dignitatib. de elect. Franc. in c. à collatione.in 1.no. de appell.lo 6. videretur omnino concludendum alternatiuam acceptatam ab Archiepiscopo non comprehendere Sacristiam, & idcirco reseruatam esse eius collationem Sedi Apostolicæ,per regulam reseruatoriam mensium.

Verum contrarium est verius, vt dixerunt Domini atietis iuribus, pro Archiepiscopo & Antonio Teres ab eodem Archiepiscopo prouiso, io actis productio.Et in primis considerauor instrumentum conuentionum inter Archiepiscopum & Capitulum initarũ, anno 1592. in quibus actum fuit, vt prouisio trium dignitatum, quarum vna est Sacristia, de qua agitur, pertineret ad solum Archiepiscopum,neque vlla erat necessaria confirmatio Apostolica, cum ageretur solũ

2 de præiudicio Capituli eo tẽpore, quo nondũ † emanauerunt regulæ reseruatoriæ, quæ habuere initium à Ioan.22.del 1316. Satn.in proœ n. reg.q.1. & quatenus requireretur,habemus confirmationem in diuturnitate temporis.Dec.consi.409. per tot.Aym,de antiq.temp.in 1.par.3.par.princ.nu,17. Mohed.decis.1. de transact.& fuit sæpè decisum in Rota,quod est verum, etiamsi beneplacitum non sit reseruatum, nec enunciatum. Dec.d.consi.409.nu.12. & fuit resolutũ in Neapol. Fundaci,coram bon.mem. Oriolens.die 1. Iun.1579.

Quæ omnia redduntur faciliora propter obseruãtiam, nam cum in eodem instrumento cõuentionum Archiepiscopus concessisset Sacristiæ Parrolensi Ecclesiæ S.Mariæ de Plano,cum onere impendendi medietatem fructuum pro ornamentis Ecclesiæ,pro onesis huiusmodi executione, habemus decretum factũ à Patriarcha Alexandrino, anno 1344. tunc Archiepiscopo Tarraconensi, nec non literas, & alia decreta, quæ fuerunt sortita effectum & feruantur, vsque ad præsens, quorum copia datur io Summario Antonij nu.2.3.& 4.cum seq.

Constat etiam de obseruaotia circa collationem,nã ex iuribus,de quibus in Summario,num.7. & 8.ac 9. constat,quod de aono 1470. Archiepiscopus contulit Sacristiam, Capitulum tradidit possessionẽ prouiso, & prouisor Archiepiscopi mandauit affictuarijs, vt dictum prouisum recognoscerent in Sacristam & illi de fructibus responderent. Et ex alijs iuribus,de quibus in eodem Summario nu.10.cum plur. seqq. probatur, quod de anno 1501. de mandato eiusdem Archiepiscopi fuit prouisum de Sacristia & Capitulum tradidit possessionem prouiso, & hæc prouisio probat vltimum statum, quia post semper fuit prouisum de Sacristia à sede Apostolica, vsque ad Melchiorem, post cuius obitum nunc Sacristia vacauit, vt in iurib. in Summario num.14.& seq. & prouisiones Apostolicæ nõ mutant statum,Achill.decis.13.de iur.patron. & sæpè tenuit Rota.

3 Neque obseruantia huiusmodi redditur † turbida,ex eo, quod prouisiones non fuerunt factæ Canonicis,prout ex cõuentionibus requiri videbatur: nam si in hoc sibi Capitulum præiudicauit, sibi imputet, Bart. in c. accedentibus. num.8.de priu.sed non ideo sequitur, in reliquis dictæ conuentiones non fuisse obseruatas,quibuscunque sit collata Sacristia, ad glo. in cap.si de terra.in verb. tempore.in fin.de priu.quia satis est, quod solus Archiepiscopus contulerit ad effectum,de quo agitur.

Sicut nõ obstat, quod obseruantia non dicatur propinqua, ad Soc.consi.6.nu.2.lib 1.& sæpè dixit Rota, quoniam opponi posset, si ageretur de obseruãtia interpretatiua,de qua loquuntur Domini vel de obseruantia remota, quæ est io hoc casu, in quo est infra 40.annos.

Et obseruantiæ circa Sacristiam astipulatur obseruantia in alijs duabus dignitatibus, videlicet in Præcentoria, & Prioratu de quibus in eisdem conuentionibus Rota coram bon.mem. Lauretano in Ispalcosi Iur s votaodi, 6.Febr.1576.

Non obstat Bulla Clementis VII. in qua narratur,

4 collatiooem omniũ dignitatum † esse simultaneam, si quidem fuit obtenta vacante Sede Apostolica, neque fuit obseruata quia Archiepiscopus solus Præcẽtoriam & Prioratum contulit, occurrente vacatione, vt io collationibus quæ dantur in Summar num.31. 33.& 35. ex quibus probatur pertinentia & proprietas collationum Archiepiscopi, & ideo iura debẽt dici multum releuantia. Abb.in c. consultatur,nu.9.de iur.patr.Dec.in consi.126.num.3.in fin.& consil.127. num.1. Quin etiam ex collationibus Sacristiæ ex annis 1470.& 1502.effectum sortitis supra relatis firmatur vltimus status, & quasi possessio, Abb.in cap.cum Ecclesia,nu.22. de caus.poss. & prop.ista sufficiunt de per se ad excludendum effectum regulæ reseruatoriæ, Calder, consil.25. de præb. Put.decis.106. lib.1. Rot. decis.49.de rescript.in antiq.Bitig.decis.5.de præbẽd. Simon.de reseru. q.70. & fuit resolutum coram Reuerendo Patre D.meo Pamphilio, in Vincent.beneficij 19.Nou.anoi præter.

Nec obstant quæ dicuntur in cõtrarium, quia benè tolluntur per Informantes, cum prouisos per Archiepiscopum remanserit semper in possessione.

Minus obstat, quod Capitulum tradendo possessionem prouisis ab Archiepiscopo videatur conseruasse ius suum quia id procedere posset, si titulus conuentionum non præcessisset,in quorum executionem omnia facta dicũtur,l.quædam mulier.ff.de rei vind. Ex quibus ita decisum.

ARRIGONII.

Oriolensis,beneficiorum, Lun.10.Ian.1594.

ARGVMENTVM.

Facultas conferendi ex instrumento Vicariatus concessa ab Archiepiscopo, probatur,etsi facultas illa in notula Notarij extensa non reperiatur.

SVMMARIA.

1 *Extensioni factæ a Notario standum est,licet illa in matrice,seu Notula eius extensa non reperiatur.*

2 *In tantum vt etiam correctioni eiusdem sit standum etsi à matrice discrepet.*

DECISIO CCCLX.

Dubitatu, An Iulius Cordelles habuerit facultatẽ conferendi,& fuit resolutum illam habuisse, & constare ex instrumento Vicariatus, extenso ab ipsomet Notario, qui rogatus fuerat, de eodem Vicariatu, & quamuis talis facultas in notula, seu matrice

1 non reperiatur extensa,tamen † standum est extensioni eiusdem Notarij,quia ita voluit extendere suã notulam imbreuiatam. Ant. de Butr.in c. cũ P.tabellio. vbi etiam Feiyn. num.8. de fid. instrum. Aretin.in l. Gallos §.idem credendum, col.fin.vbi etiam Ias.sub num.17.Soc.consi.94. num....lib.1. & fuit decisum in vna Verulana,legitime, 3.Decemb.1502.coram Reu. Patre D.Blanchetto, & post alios tradit Paris.cõs.48. num.16.versi.qui bene procedunt, & num.27.vbi attestatur de communi opinione, lib.1.imò correctio eiusdem

eiusdem Notarij esset † attendenda, etiam quod aliquantulum discreparet à matrice, dummodo verba ipsius matricis nõ essent ita clara, quæ nullo pacto ita potuissent corrigi, seu extendi, & extensio, seu correctio esset facta in cõtinenti, & congruo tempore, quæ in dubio præsumeretur facta tempore licito, nisi doceretur de contrario, quod procedit etiam quod Notarius non correxisset ipsam notulam originalem, vt post alios declarant Soc. in d. consi.94. sub nu.5.lib.1. Alex.consi.70. sub nu.4.lib.1.& fuit etiam decisum in causa Romana, Casalis Iuliani coram Reuer. D. Oriolensi 4 Iun.de anno 1584.

Quanto magis erat dicendum, quando tractatur de stando extensioni factæ per eundem Notarium, quem credere debemus illam fecisse iuxta mẽtem & voluntatem partium, de qua præsumitur bene informatus, nisi in ipsa extensione, seu declaratione apparet aliquod inuerisimile habens præsumptionẽ iuris contra se quod non esset iuxta voluntatem partium, ita declarat Aret. in d.§.idem credẽdum. col.fin. versic. sed relinquitur vna dubitatio. vbi etiam Lancellot. Galiaul. nu.11. In casu verò isto non solum non currit aliqua inuerisimilitudo, sed potius verisimilitudo, quia Notarius habet relationem ad suum formularium, fol.185. in quo folio reperiuntur notatæ formę duorum Vicariatuum, vna est sine facultate conferẽdi, & est forma Vicariatus generalis pro Magistro S.Lazari. Altera forma Vicariatus in Episcopatu, in qua extat facultas conferendi, & ad hanc vltimã formam est magis verisimile, Notarium habuisse relationem, quam ad præcedentem, quia in casu, de quo agitur, tractabatur de constituendo Vicario in Episcopatu, & prętendens non est talis, & quia etiam in notula originali reperiuntur expressæ multæ facultates, quæ non reperiuntur notatæ in dicta forma præcedenti Vicariatus, pro mandato S.Lazari, sed bene reperiũtur in hac vltima forma Vicarij Episcopatus.

Et est quoque verisimile Reueren. Episcopum voluisse date hanc facultatem, quia ipse morabatur hic in Curia quæ multum distat à ciuitate Oriolensi, & multum poterat differri collatio beneficiorum vacantium, & constituebat Vicariũ suum consanguineum.

COTTÆ.

Bononiensis Pecuniaria, de Thobalais, Ven. 24. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

Non adimplementum deductum ex parte agentis ad recuperationem pecuniæ solutæ, ex deductis non probari deciditur in præsenti decisione.

SVMMARIA.

1 *Conclusio vnius temporis & personæ, est alterius temporis ac personæ exclusio.*
2 *Extensio de persona ad personam in materia stipulationis non admittitur.*
3 *Hæres eadem persona cum defuncto censetur, & in stipulatione comprehensa dicitur, licet non sit expressa.*
4 *Tantum dictio personam stipulantis adstringit, & est exclusiua omnium aliarum personarum.*
5 *Verba contrahentium ambigua interpretãtur iuxta iuris communis dispositionem.*
6 *Verba vbi clara sunt, ab illis non est recedendum.*

DECISIO CCCLXI.

Domini tenuerunt sententiam de partib. esse reuocandam, non ex capite nullitatis, quia deducta per Informantes Dominis visa fuerunt turbida, sed ex capite iniustitiæ, quia licet contractus, de quo agitur, videatur in tantũ conditionaliter conceptus, propter illa verba saluis tamen supradictis, & non aliter nec alio modo, vt nihil actum videatur, nisi obseruata fuerint in ea promissa ex parte recipientis scut.mille, ad Caputaq. decis.82.num.3. & sequen.lib.3.cum alijs per Decian. consil.107. num.7.libro secundo.

Attamen Domini dixerunt ex deductis non probari non implementum deductum ex parte Agentis ad recuperationem dictorum scut.mille, prout in omnẽ casum probati deberet, per tex.in l.si quis.C.de fals. lib.& in l.ita stipulatus. ibi in verf. quod ab initio.ff. de verb.oblig.& no. Bart.in l. in illa stipulatione.la 1. col.2.eod.tit. Ideo &c.

Nec obstare dixerunt, quod prædicta conclusio nõ habeat locum, quando negatio allegatur ab eo, cui aliquid est adimplendum. secundum gl.l.2.C.de iur. emphyt. vbi Cyn. ita dictam conclusionem limitat, sub num.6.vers. sed creditori sufficit, quam etiam ex pluribus exornat Corn.consi.11.nu.8.lib.2.

Quia fuit decisum hanc limitationem non posse aliquo modo applicari casui, de quo agitur, stante, quod alleganti non implementum, & sic agenti ad reuocationem contractus, nihil penitus est implẽdum quod ex eo patet, quia stipulatio est expresse restricta ad illius vitam duntaxat, quorum neutrum verificari non potest in personam Victorię, quæ Camilli persona nõ
1 est, & mortuo ipso Camillo, tum quia † vnius temporis, & personæ conclusio. l. cum prætor. de iud. Soc. consi.2.nu.2. lib.4.cum alijs per Tiraquel. de retract. conuent. §.1.glo.2.num.46. & seq. tum etiam, quia in obligationibus strictè proceditur. l. quicquid astringendæ.ff.de verb.oblig.& in materia stipulationis nõ
2 admittitur † extensio de persona ad personam, vt notat Alber.in l.omnes.nu.2.ff.vsufruct.quemadm.cau.

Nec ad rem facere dixerunt Domini, quod hæres
3 reputetur eadem † persona cum defuncto, & quod in stipulatione persona hæredis censeatur comprehensa, licet nominata non sit. l. iuris gent.§.prætor.ff.de pact.Bart.in l.2.§.1.col.2.ff.de pręt.stip.Bald.in l.1.C. quor.legat.cum alijs per Iasconsi. 217.lib.2.quia hoc procederet, quando simpliciter esset facta stipulatio, secus vbi expresse restricta reperitur ad personam ipsius stipulantis duntaxat, prout hoc casu requiritur,
4 propter dictionem illam tantũ, quæ est restricta † respectu personæ stipulantis, & exclusiua aliarum omnium personarum. ad no.per Bart.in l.siquidem nu.3. C.de transact. & in l. rationes.num.2.C.de prob. per tex. in l.3.§.cum Titio. ff. de adim. leg. cum alijs per Abb.consi.11.lib.3. num.1.& ratio diuersitatis est in promptu, quia scilicet, vbi verba contrahentium sunt
5 ambigua, tunc † interpretari debent secundum dispo
6 sitionem iuris communis. At vbi sunt † clara, tunc ab illis non est aliquo modo recedendum. l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in fine.& l.si ita sit stipulatus Stichum.ff.de verb.oblig.cum alijs per Dec. consil.425. num.2.

His accedit, quod Camillus, cui soli debuit impleri nunquam conquestus fuit, nec reclamauit, quo fit, vt omnino concludendum veniat similiter eius, seu habentem causam ab ipso hærede declarare nũc minimè posse nullitatem hanc, cũ ita demum intret nullitas cõtractus, si pars cuius commodum respicit, voluerit, & declarauerit, & non aliter, sicut dicimus de emphyteuta qui non soluit Domino canonem, Nam hæres Domini contra eum agere non potest ad deuolutionem, nisi prius Dominus ipse declarauerit caducitatem.l.2.C.de iur. emphyt. ibi volenti eam licere, & ibi, si Dominus voluerit. Alex.consi. 173.nu.3.lib.4. Cephal.consi.25.nu.4. Ruin.consi.143.num.14.lib.1. Tiraq.in l.si vnquam. in verb. reuertatur.nu.8.C.de reu.donat.

EIVSDEM.

Eadem, Merc.30. Octob.1596.

ARGVMENTVM.

Contractus Donationis inter viuos, quæ sui natura irreuocabilis est, ex quibus modalis censeatur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Verba quæ conditionem, & modum importare possunt, in dubio de modo potius, quam conditione intelliguntur.*

2 *Hæres domini directi caducitatem propter terminos non solutos, non potest declarare.*

3 *Contractus nominati ob moram non resoluuntur.*

4 *Contractus nominatus ex contrauentione non rescinditur.*

5 *Redhibitioni, per quam contractus resoluitur, quando sit locus.*

6 *Emptori quæ remedia competant, si res vendita libera non est.*

7 *Pacta apposita contractibus ita sunt interpretanda, vt in vtriusque partis gratiam apposita censeantur.*

DECISIO CCCLXII.

DOmini steterunt in decisis, sub die 14. Maij proximè præteriti, tum ex deductis in ea, tum quia verba illa, saluis supradictis, & non aliter, nec alio modo, non faciunt cōtractum ipsius donationis inter viuos, quæ sui natura irreuocabilis est, l. Aristo. §. vltim. ff. de donat, l. siue. C. eodem, & l. cum ante illam. C. de condict. ob caus. cum alijs per Decian. consil. 59. num. 14. lib. 2. conditionalem, sed potius modalem, stante eo, quod solutio lucrorum veniebat facienda, post ipsam donationem Laurentio factam, iuxta doctr. Bartol. in l. quibus diebus. §. familias. nu. 5. ff. de condit. & demonstrat. Aym. consil. 59. nu. 1. & probat text. in l. 1 cum res. C. de dona. vbi Bald. maximè, quia vbi † verba possunt importare modum & conditionem, in dubio magis intelliguntur de modo, quam de cōditione: Bart. Bal. Alex. & alij in l. eum mota. in pr. C. de transact. per text. in l. quæro. §. inter locatorē. ff. locati. Bal. in l. etsi propter. nu. 7. ff. si quis caut. de comm. Alex. cons. 102. num. 4. lib. 1. quo fit, vt nullo modo possit esse locus resolutioni dicti contractus, Gabr. cons. 51. nu. 9. lib. 1. maximè cum Camillus non declarauerit velle esse locum dictæ resolutioni, quo casu etiam si ei locus fuisset, censetur remissa, nec possunt hæredes illius eā declarare, ex deductis in alia decisione, qua ratione censuerunt Domini Laurentium, eiusque heredes bene posse cogi ad ostendendū se ratificasse, & ad danda lucra, quæ facta fuere ex negotiatione dictorum scut. mille, durāte vita Camilli, vbi ipsi Camillo soluta nō fuerit, sed non ad restitutionem sortis, sicut heres Domini directi potest cōpellere emphyteutam ad soluē- 2 dos Canones decursos, & non solutos † viuente suo authore, & non potest declarare caducitatem propter dictas solutiones non factas tempore debito.

3 Contractus nominati non resoluuntur, † propter moram, sed agi debet ad implementum, l. inciuile. & ib. Bart. Bal. Ang. Salyc. Paul. de Castr. C. de rei vendic. Paul. de Cast. in l. fin. ff. de cond. ob caus. nu. 7. & tunc stante mora agitur ad interesse. l. 1. de act. empt. vt etiā dicit Paul. de Castr. in d. l. fin. nu. 7. in fin. Cuius interesse appellatione venit recuperatio ipsius pretij, & ita videtur procedere text. in l. Lucius. de act. empt. super quo se fundat Ruin. consi. 141. nu. 6. l. 1. si enim vēditorem creditam non tradit, tenetur ad interesse. Vnde nō potest esse difficultas, quin emptoris intersit recuperare pretium solutum. Pretium enim non repetitur vti pretium, sed vti interesse. l. sicut. in fin. C. de act. empt. & ita videtur bene declarare Bald. in l. si traditio. nu. 4. C. de act. empt.

4 Et hinc est, quod plus est, quod etiam † contrauentio non rescindit contractum nominatum, & in hoc limitatur l. cum proponas. la 2. C. de pactis. Alex. in d. l. cum proponas. in 3. limit. & Dec. similiter in 3. limit. bene Socin. in l. qui Romæ. §. Seia. num. 6. ff. de verbor. obligat.

Nec obstat Aym. in alleg. cons. quia Corn. quem allegat, id non dicit, sed solum dicit, quod illud quod dici solet, quod contractus nominati non rescinduntur, non procedit, quo ad exceptionem, quia quando non adimplens agit, potest repelli per exceptionem non adimplementi, quod non habet difficultatem.

Non obstat Bald. in l. si prædium. nu. 12. quod quādo promissum respicit qualitatem, seu bonitatem rei, 5 tunc locus est redhibitioni, † quæ rescindit contractū, l. redhibere. de ædil. edict. quia tunc locus est redhibitioni quando est erratum in qualitate intrinseca ipsiusmet rei, vt si ager est sterilis, l. etiam in fundo. ff. de ædil. edict. vel si pestilens, vel lethiferas herbas ferat, l. si prædiū. C. eodem. per quem text. mouetur Bal. Vnde ipse bene dicit in ijs, quæ respiciūt qualitatem, vel bonitatem rei, secus si alienas conuentiones, quia tūc habet locum l. cum te. C. de pact. int. empt. & vendit. vt inspiciamus si illud dederit causam contractui, vel ne, vt bene dicit ibi Baldus. Et ratio est, quia redhibitio ab ædilibus introducta, qui de corporali vitio tantum loquuti fuerunt, l. 1. in fin. ff. de ædilitio edict. & propterea in fundo Iureconsulti & Imperatores exēplificant in qualitate intrinseca, quæ corporaliter inest ipsi rei, vt si ager est pestilens, vel pestiferas herbas ferat, non autem quādo est, vel non est alteri obligatus, vel etiam alienatus, emptor tamen contra venditorem agere non potest, ergo non potest dici, quod locus sit redhibitioni, quia emptor agere posset redhibitoria; Quando enim res venditur vti libera, quæ nō est, tunc si pretium est solutum, agitur vt bona liberētur, & vt indemnis seruetur emptor; si nō est solutum pretium, repellitur pretium donec liberetur, l. ex prædijs l. cum liberum. C. de euict. & Bald in d. l. ex præ- 6 dijs, inquit, † quod emptor habet duo remedia, vnum vt agat, vt res sibi tradatur libera, alterum quod non soluat, nisi liberetur, & eo casu etiam succurritur per cautionem, & not. Dd. in l. 3. C. de euict. & duo mihi faciunt difficultatem hoc casu his stantibus.

Primum est, quod cū Domini de Odeschalchis plura bona hoc tempore quo Busalinus non adimpleuit, possederint non possint repetere solutum, quia reuera non interfuit eorum cum hoc toto tempore plura bona possederint excedentia valorem pretij.

Secundū est, An possit præfigi terminus ad implendum stante pacto, quod Domini Odescalchi non teneantur soluere pretiū nisi tradita omnium, & singu- 7 larum rerum possessione. Cum enim pacta † interpretanda sint, vt censeantur apposita gratia amborū contrahentium l. si vina. ff. de per. & comm. rei vend. Alciat. per illum tex. consil. 109. nu. 1. respicere videtur hoc pactum in fauore Dominorū de Odeschalchis, vt nō cogantur soluere pro rata rerum traditarum pretium, respicere potest etiam fauorem venditoris, vt longiorem habeat dilationem ad tradendum, & interim emptor fruatur rebus traditis.

G Y P S I I.

Lauretana, Prædij, seu Pecuniaria, 5. Apr. 1593.

ARGVMENTVM.

Executiue non proceditur, nisi extensa prius obligatione Camerali, vt & emptor à venditore non potest conueniri, nisi prius ex parte sua se adimpleuisse contractum doceat.

SVMMARIA.

1 *Emptor à venditore non potest conueniri, nisi prius docto de adimplemento contractus ex sui parte.*

2 *Obligatus dare fideiussores, an per dationem pignorum liberetur.*

DECISIO CCCLXIII.

IN emptione prædij, de quo agitur, inter cetera conuentum fuerat, quod venditor teneretur dare defensores idoneos & facultates, vt verbis contrahentiū vtar, nec non prædium liberare, ab omni censu & onere, quæ super eo extarent, & donec defensores dati

non

non fuissent, emptor non possit cogi ad aliquam pretij solutionem, adueniente postea termino tertiæ pagæ emptor facto deposito interpellauit venditorem ad recipiendom depositum, & implendum respectiuè pro eius parte in contractu dictæ vēditionis promissa, sed ipsi executiuè procedendo vigore obligationis Cameralis obtinuit per decretum A. C. pecunias depositas inuestiri in tot censibus, qui starent loco euictionis possessioois venditę, quapropter causa mihi per appellationem cōmissa, dubitaui, An decretum A. C. esset confirmandum, vel reuocandum, & d. die vtraque parte informante, reuocandū esse conclusum fuit ex duabus rationibus, quarum prima in eo residet, quod executiuè procedi non poterat non extensa prius obligatione Camerali, cum antea Iudex de sua iurisdictione certus noo sit. Rom. consil. 153. num. 6. vers. quo ad tertium Rot. decis. 6. de off. deleg. in nou. Cresc. decis. 197. alias 73. de concess. præb. Modern. ad form. oblig. Cam. de proc. ipso num. 4. Ioan. Paul. decis. 8. & decisum fuit coram Reuer. Oriolensi, in vna Aquilana, releuationis indemnitatis, 7. Sept. 1576. & alia Rom. Palatij Camp. Floræ 16. Decemb. 1588. coram Reoer. Patre D. Penia.

Altera ratio respicit iniustitiam decreti, quoniam non poterat emptor à venditore † conueniri nisi prius docto de adimplemento pro eius parte, iuxta terminos l. Iulianus. §. offerri de act. empt. l. cum proponas. la 2. C. de trans. siquidem in omni iudicio semper admittitur illa exceptio, quæ venit ex oatura actus, & vbi petitio & exceptio oriuntur ex eodem contractu. Bal. in auth. præsenti. C. de fideiuss. Felyn. in c. ex parte il 1. in 10. lim. & ibi Dec. num. 57. de offic. iud. deleg. nec releuat, quod pecuniæ depositæ inuestiri deberēt modo, & forma vt supra dictum fuit, quia per huiusmodi inuestimentum non ita redderetur actus & securus emptor, sicut pro datione fideiussorum & defensorum, qui nedum pro sorte principali, sed etiam pro damnis & interesse promittere deberent, & in euentum molestiarum eundem venditorem liberare tenerentur, propterea non applicatur quod dicit Bar. post glo. io l. 1. in verb. dotis. ff. qui satisd. cog. ou. 2. videlicet quod obligatus † dare fideiussores, liberatur dando pignora ad l. plus caution. vbi Scrib. de reg. iur. quia id procedit, quando melius & pinguius succurritur creditori, per pignora, quam fideiussores, vt declarat Ias. in d. l. 1. nu. 12.

Non obstat quod fuerant dati fideiussores, & illorum approbatores, quia approbatio noo est, nisi quatenus fideiussores idonei noo essent, idcirco hoc casu esset oecessaria discussio, ad quam emptor non tenetur.

His accedit, quod emptor molestatur ab aliquibus creditoribus hypothecarijs, dicti venditoris. Ideo, cū de præsenti imminet euictio, potest ipse tum de iure communi retinere pretium l. si post perfectam de euict. tum etiam vigore pacti. ad l. iurisgent. §. prætor ait. de pact. cum concord.

P E N I Æ.

Perusina, executionis, Ven. 3. Dec. 1599.

A R G V M E N T V M.

Exceptio non adimplementi, in contractu vltro citroque obligatorio locum habet, & sic etiam in contractu dotis, in quo ad interusuria medij temporis, agitur.

S V M M A R I A.

1 *Exceptio non adimplementi in contractu vltro citroque obligatorio locum habet.*

2 *Fides violanti fidem non est seruanda.*

D E C I S I O CCCLXIV.

QVia ex dote scut. 6000. auri quæ Comes Ranat. Baleoous actor Dominorū de Marescottis promisit Dominæ Ioannæ eius sorori, cum nuptum traderet Domino Ascanio de Cornea, solū fuerant soluta scut. 4600. in tot bonis pro ea summa æstimatis, & pro residuo, quod erat scut. 1400. per plures annos nō soluto, sub prætextu, quod Ascanius noo adimpleuerat promissa, videlicet, quod Dominæ Ioanna nihil aliud peteret, prætextu cuiuscunque legati, & quod renuntiaret omnibus iuribus successionis paternæ, & maternæ, & cęteris quæ prætendere posset, à Dominis de Cornea tanquam heredes prædictorum Ascanij & Ioannæ interusuria medij temporis & Marescotti excipiebant de noo adimplemento, super quo dato dubio die 10. Decem. fuerat conclusum, Dominis de Camera prędictam exceptionem obstitisse, turbatque Comei ratificationem & renūtiationem, Ideo dato dubio An Dominis de Cornea competeret talis replicatio, & dato quod competeret, an adesset tale interesse, per quod excluderentur ab exceptione non adimplementi, ad effectum vt liqueret, vtrum Marescotti tenerentur ad interusuria medij temporis, propter residuum prædictæ dotis competenti tempore non solutum. Rota pro Marescottis respondendum, censuit. Cum enim ageretur ex contractu vltro citroque † obligatorio, locus erat exceptioni, non adimplementi, l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. vbi comm. Doctor. Hęc enim exceptio non adimplementi oritur ex correspectiuitate actuum à cōtrahentibus mutuo præstandorum. Alex. in l. cum personas la 2. num. 2. C. de pact. vbi Dec. nu. 6. Notum est autem vno cessante alterum cessare, quia subintelligitur tacita conditio, si alter ex parte sua adimpleuerit. l. quæro. §. interloquutum. ff. locati. l. cū proponas. la 2. C. de pact. vbi communiter Dd. Rol. consi. 69. oom. 25. & 26. lib. 4. & Ceph. cons. 407. num. 14. lib. 3.

Nec Dominis de Coroea competebat replicatio, quod Marescottorum non interesset implementum, quia respondebatur, primo, hanc exceptionem non adimplementi competere, etiamsi nō intersit eorum, quibus versa vice seu respectiuè aliquid promissum fuerit, vt censuit Rota in causa Vrbeuetana. Castrorum. die 22. Iun. anno 1571. coram bon. mem. Oradino.

Secundò respondebatur ex his, quæ proponebantur satis constitisse, de interesse Marescottorum, exceptionem adimplementi opponentium, & signanter, ex eo, quod fuerat promissam Ioannam renunciaturam legato scut. 7000. & à matre relictorum, pro quo consequendo poterat Comes ipsam molestare.

Tertiò, & eo maximè, quia exceptio non adimplementi non tam est fundata in interesse, quàm in defectu, seu violatione fidei. DD. in l. cum proponas. C. de pact. vbi Bart. in Summ. Alex. num. 2. Ias. num. 2. Dec. nu. 3. nam non seruanti fidem, aut pactum, † noo debet pactum seruari. Bald. vbi sup. nu. 7.

Quartò, atque hinc amplius inferebant hanc exceptionem non adimplementi competere, etsi in minimo non fuerit adimpletum Dd. in d. l. cum proponas. C. de pact. vbi Dec. numero 5. versic. 4. amplia. Curt. iun. num. 2. Put. decis. 34. lib. 1. & decis. 383. lib. 3.

Neque proderat DD. de Cornea promissio facta per Ascanium Ioannæ maritum, quoniam hæc promissio non poterat operari libertatem à molestijs, quas Ioanna inferre poterat. Vnde cum plurimum interesset omnia promissa specificè adimpleri, antequam residuum dotis persolueretur, concorditer fuit decisum talem replicationem non competijsse DD. de Cornea, & de interesse Marescottorum constitisse, & propterea eos ad interusurium prædicti residui dotis non teneri.

Auxi-

Auximana, Bonorum, Ven. 2. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Adimplementum in contractu emptionis super bonis subiectis fideicommisso, per æquipollens potest præstari, & sic per subrogationem aliorum bonorum non grauatorum fideicommisso, & commutatione voluntatis testatoris emptori satis prospectum dicitur, & ad solutionem pretij isthinc eum teneri, deciditur.

SVMMARIA.

1 *Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum, quando à nascituris reuocari possit.*

2 *Euentus futurus in consideratione quando habeatur.*

DECISIO CCCLXV.

ILlustrissimus & Reuer. D. Cardinalis Gallus emit à Dominis Franciolinis tenutam nuncupatam Montegallo pro pretio scut. 22500. monetæ, & quia erat subiecta fideicommisso, venditores promiserũt facere ratificare certas personas expressas, & alias interesse habentes, & eam liberare à fideicommisso, per subrogationem aliorum bonorum, non grauatorum, & facta ista subrogatione, Illustriss. D. Cardinalis promisit soluere pretium eorum creditoribus anterioribus sequuta postea ratificatione, & obtenta commutatione voluntatis testatoris à S. Domino Nostro, cũ venditores instarent pro solutione pretij, & Illustris. Dn. Cardinalis prętenderet, nõ fuisse sibi sufficiẽter adimpletum, tota fuit difficultas, an constaret de adimplemento, quod dubium causa cotam A. C. pẽdente, fuit de ordine S. Domini Nostri, me proponentę in Rota, dubitatum, & Domini concludenter resoluerunt, satis constare de adimplemento.

Principale fundamentum decisionis fuit, quod nõ quæritur de adimplemẽto, respectu resolutionis cõtractus, sed ad effectum, vt Illustr. D. Cardinalis sit securus, & non possit molestari occasione fideicommissi, & in hoc sufficiat adimplementum per ęquipollẽs, de quo DD. non posse dubitari, quia stante commutatione voluntatis testatoris, & subrogationis pretij loco istius tenutę, Illustris. D. Cardinalis est tutus ab omni molestia, quæ ei possit inferri, & fuit resolutum in causa Romana, Palatij, siue census. 7. Maij 1590. coram bon. mem. D. Bubalo, & quamuis ista subrogatio sit concessa in forma commissaria, tamen fuit lata sententia, pro executione literarum, quæ apparet satis iustificata, quia fuit lata citatis omnibus interesse habentibus, & adhibita causæ cognitione, & est conformis literis, quæ etiam sunt iustificatæ, ideo cessat probabilis timor, quod ista sententia possit reuocari.

Considerabant etiam Domini, quod circumscripta cõmutatione voluntatis testatoris Illustr. Dn. Card. non potest sustinere molestiam, nisi per 50.80. quia ęs alienũ testatoris emptio partis istius tenutæ post eius obitum, & detractionem legitimorũ & melioramentorum constituit summam 14413. & scut. 3000. debẽt inuestiri. Pro ista autem summa scut. 8.50.80. Domini nõ vident, quomodo possit molestari, quia habet consensum illorum, qui vocantur ad fideicommissum à quibus non potest molestari. l. nihil. §. 1. l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg.... C. de fid. & licet nascituri possint reuocare illam alienationem, Ias. in l. quoties. Dec. cons. 323. tamen † non possunt reuocare, nisi post obitum istorum, qui consenserunt, qui sunt plures & eius ætatis, quod verisimiliter debent esse superstites tempore sequuti augmenti, in scut. 50.80. quod habebit effectum in breui spacio temporis, & futurus euẽtus tantum habetur † in consideratione, quando inspecto statu præsenti verisimiliter non est contingens. Bart. in l. inter stipulationem. §. sacram. num. 7. ff. de verb. oblig. sed tamen pro maiori securitate Illust. Dn. Cardinalis placuit Dominis quod prę-stetur fideiussio pro scut. 8000. duratura donec fuerit sequutum istud augmentum.

Non obstabat, quod liberatio istius tenutæ à fideicommisso debebat fieri per subrogationem aliorum bonorum, quia vt supra dictum fuit, cum admittatur adimplementum per æquipollens, & ista forma sit inducta ad fauorem Illustr. D. Cardinalis, vt sit securus, sufficit, quod per commutationem voluntatis testatoris inuestimentum scut. 3000, per consensum vocatorum ad fideicommissum & fideiussionem pro scut. 8000. reddatur tutus.

Non obstat, quod post sequutam alienationẽ fuerit obtenta licentia alienandi, & facultas alienandi non reddit validam alienationem factam, quia hoc non procedit, quando constat de noua voluntate post licentiam obtentam. l. Lucius. ff. de milit. test. §. sed si quis. cod. tit. Iost. Bald. in l. cẽtum, nu. 2. C. vnde cogn. quæ hic est perspicua, quia venditores obtenta sententia pro executione Breuis illam produxerũt in actis, interpellauerunt Illustr. Dn. Cardinalẽ, & hodie agũt pro adimplemento contractus, & offerunt facere instrumentum, & quod agitur pro adimplemento contractus vigore licentiæ, necessario acceptat licẽtiam, & probat contractum. l. cum quęritur. ff. de administ. tut. Bald. cons. 14. lib. 5. Dec. cons. 449. nu. 34.

Non obstat, quod non fuit præstitus consensus filię quondam Amici, quia vltra quod fœminæ non sunt vocatæ in defectum masculorum, quo tempore verisimiliter erit sequutum augmentum, Illustriss. D. Cardinali interim est sufficienter cautum per præstationem fideiussionis.

Aprusina, seu Montis Albi, Census, 4. Iun. 1601.

ARGVMENTVM.

Sententia ex literis Apostolicis super concordia inita, expeditis iustificata, confirmanda est.

SVMMARIA.

1 *Literæ Apostolicæ executionem habent paratam.*

2 *Depositum minus integrum non releuat deponentem.*

3 *Obseruantia varia & difformis, non potest deseruire pro obseruantia interpretatiua.*

4 *Auditor contradictarum etiam contra Episcopos procedere potest.*

DECISIO CCCLXVI.

SEntentia A. C. Dominis visa fuit digna confirmatione, tanquam illa, quę iustificatur ex literis Apostolicis, super concordia expeditis, ex quib. ad tria tenetur Dominus Marcellus, nempè ad obtinendũ institutionem beneficij, super quo facta fuit concordia ab Abbate B. Mariæ Montis Sancti, ad soluendum annuum censum ducatorum 40. de Camera prædicto Abbati, & ad obligandum in forma Cameræ de illo, quotannis soluendo, quæ ciuiliter pro parte dicti Domini Marcelli fuit adimpleta, vnde bene fuit declaratum, ipsum ob non paritionem incidisse in pœnas in Bulla contentas, cum explorati iuris sit, has † literas habere executionẽ paratã, Mohed. dec. 15. vt lit. pend.

Non obstat prætensum adimplementũ, ex eo, quod institutio fuerit obtenta, à fel. rec. Greg. XIII. & quod D. Marcellus nõ teneretur facere obligationẽ Cameralẽ, stante alia facta per suum Antecessorem, quæ & ipsum ligabat, & quod fuerit factum actuale depositum, recusante Abbate recipere annuam præstationẽ.

Nam quo ad primũ, fuit decisum, de eo non constare in actis, quo ad secundã conclusionem, illam nõ sustineri in iure, & nihilominus non applicari in facto, tum quia non apparet aliquam obligationem Cameralem fuisse factam per Antecessorem D. Marcelli, tum quia attendenda est forma Cameræ, ex quib. tenetur quilibet beneficiatus facere nouam obligationẽ, vt sunt verba Concordiæ, ibi, ac ipse & successores

sui,

fui, se in forma Camerali &c. obligant. &c. Ad tertium fuit responsum, deposita fuisse tātum ducatorum 52. monetæ regni, quæ summa non constituit ducat. 40. de Camera, merito tale depositum, † tanquam minus integrum, non releuare deponentem, vt not. in leg. debitores. C. de b. vend. pign. Alex. cons. 75. num. 8. lib. 5. cum alijs per Crau. cons. 106. nu. 1.

Non obstat prætensa obseruantia, ex eo quod per aliquot annos fuerint soluti ducat. 52. monetæ regni, quia intra id tempus fuerunt etiam soluti duc. 40. de Camera, vnde talis obseruantia, tanquam varia, & difformis, non potest deseruire † pro obseruantia interpretatiōa. Bart. in l. 2. nu. 22. ff. sol. matr. cū alijs cumulatis per Crau. consil. 313. num. 4. Addebant aliqui ex DD. quod illa verba ducat. 40. auri de Camera, sunt adeo clara, vt nullam admittant interpretationem, ad vulg. teg. ille aut ille. de leg. 3. cum alijs in specie traditis per Crau. cons. 115. num. 2. Admittebant tamen DD. quod solutio non sit facienda præcise in ducatis de Camera, cum illa species monetæ difficillime inueniatur, sed potuit fieri in moneta æquiualente, vt fuit decisum in alijs causis.

Minus obstāt prætensæ nullitates, & illa in primis, quod pro parte Abbatis, siue D. Episcopi Commendatarij instante D. Marcello non fuerit præstitum iuramentum Camerale, quia fuit decisum, quod ex literis Concordiæ statim fuit fundata intentio actoris, & consequenter cessauisse suspicionem calumniæ, & successiuè iuramentum, ex not. in c. 2. vbi Bald. nu. 7. vers. item esto. Felyn. nu. 2. de prob. cum alijs per Cott. in memorab. verb. iuramentū Camerale. & fuit alias corā Reuer. D. Seraph. & Mellino decisum, licet propius in causa Bononiensi, attentatorum, coram Illustriss. D. Mantica, dubitatum.

Ad secūdum de defectu iurisdictionis A. C. in procedendo contra D. Marcellum tanquam Episcopum, fuit decisum, quod quicquid sit de facultatibus ordinarijs A. C. cessabat difficultas hoc casu, quo A. C. processit tanquam deputatus executor literarum Apostolicarum, quo casu non est dubium, quin † possit procedere etiam cōtra Episcopos, iuxta text. in c. quia pōtificali, de offic. & potest. iud. deleg. in 6. cuius decretalis forma licet nō fuisset per Iudicē præcise seruata, quod non affirmant Domini, dixerunt non ex eo tantum posse inferri ad nullitatem, vt per gl. & Dd. ibid.

BVBALI.

Romana, Palatij, seu census, Lun. 7. Maij 1590.

ARGVMENTVM.

Adimplementū per æquipollens præstari dicitur, & quid si iuramentum accesserit, an & tunc obligatio per illud adimpleri possit, vbi & quæritur, an promittens factum alienum ab adimplemento possit excusari.

SVMMARIA.

1 *Adimplementum quādo per æquipollens possit adimpleri.*
2 *Papa voluntatem testatoris immutare potest.*
3 *Obligatio an stante iuramento per æquipollens adimpleri possit.*
4 *Promittens factum alienum quando ab adimplemento excusetur.*

DECISIO CCCLXVII.

Illustrissimus & Reuerend. D. Cardinalis Deza de anno 1596. emit Palatiū nouum situm in regione Capit Martij, à D. Ioan. de Lelio pro pretio scut. 16000. ad cuius pretij computum dedit in solutum, eidem D. Ioan. censūm annuū scut. 700. pro scut. 10000. residuum verò scut. 6000. darentur ad censum eidem Illustr. D. Cardinali, super ipso Palatio vendito, prout in continenti coram eisdem Notario & testibus fuit cēsus creatus pro d. scut. 6000. cū pacto expresso, quod vterque census essent perpetuo obligati ad fauorem Illustr. emptoris, pro omni, & quacunque euictione, promisitq; insuper D. Ioan. facere consentire omnem personā. &c. & in specie D. Annibalē Lelīū pro omni eius interesse, ita tamen, quod faciendo omnem diligentiam, & promittendo factum alienum sē excusare non possit, etiam ex causa possibilitatis. Cum autē D. Ioan. prætenderet exigere fructus d. annui census ab Illustriss. Cardinali, egit coram A. C. vigore obligationis in forma Cameræ, & quoniam Illustrissimus Dn. excipiebat, se non teneri ad solutionem cēsus, ex quo dict. Ioannes non adimpleuerat pro parte sua nec fecerat consentire. Dn. Annibalem, ideo datum fuit dubium, An Ioan. de Lelio adimpleuerit, & an ipsi Ioan. agenti obstet exceptio non adimplementi, in casu, & ad effectum, de quo agitur. Quod dubium de ordine Sanctissimi fuit, me proponēte in Rota disputatum, & Domini vnanimiter concluserunt, Dn. Ioann. de Lelio satis adimpleuisse pro parte sua, & ei non obstare exceptionem nō adimplementi ad effectum, vt exigere possit fructus census sibi debitos, cum omnem diligentiam adhibuerit, vt d. Annibal consensum præstaret venditioni, & ille semper recusauit, non est dubium, quod excusatur ab impedimento, iuxta decis. Affl. 295. nu. 3. Ruyn. cons. 67. in fin. lib. 4. & hoc casu

1 intrat † adimplementum per æquipollens, de quo dicebant Domini sufficienter constare, quoniam ipse Dominus in primis ad excludendum interesse Domini Annibalis, si quod prætendere poterat super d. Palatio obtinuit laudum à bon. mem. Illustriss. Domini Cardinali Farnesio, cum voto Illustriss. Dn. Cardinalis Aldobrandini, & meo, in quo laudo est canonizata donatio facta de isto Palatio per bon. memor. Dn. Thomam. Episcopum Placentinum, in fauorem Dn. Ioannis, & hoc laudum firmatum fuit, adhibita causę cognitione à Sanctiss. Dn. Nostro, ad relationem Illustriss. Dn. Cardinalis Lācellotti, qui fuit optimè informatus ab vtraque parte de huiusmodi negotio, qua donatione stante neque est dubium, quod nullum ius competit Dn. Annibali, hęredi dicti Episcopi super Palatio, & consequenter sublatum est omne eius interesse ex dicto laudo.

Secundò, quatenus aliquod ius competere posset Domino Annibali, adhuc remanet pretium palatij in manibus Illustriss. Domini Emptoris, quod pretium fuit subrogatum à Sanctiss. Dn. Nostro, à quo fuit confirmata dicta venditio, & commutata voluntas testatoris, ita vt cēsus empti ex pretio palatij censeatur subrogati & suppositi oneri fideicommissi, quatenus aliquod fideicommissum adesset. De potestate autem

2 Papæ non est disputandum, quin possit † voluntatem testantis commutare, & quatenus hæc commutatio sit in forma commissoria, cum tamen fuerit lata sententia pro executione Breuis, non videbatur Dominis quomodo hęc sententia reuocari possit, cum in omnibus sit cōformis Breui, & Breue sit satis iustificatum.

Tertiò considerabant Domini, quod dato etiam, quod Domino Ioan. nō adimpleuerit præcise faciendo cōsentire dictum Annibalem, nihilominus non tenebatur, nisi ad damna & interesse, vt apparet ex verbis d. instrumenti, quo casu soluendo interesse, liberatur, vt per Dec. cons. 1. nu. 8. Paris. cons. 110. sub nu. 24. per tot. lib. 1. Hic autem nullum interesse considerari potest, pro parte Illustr. Domini Emptoris, quia sublato iure dicti Annibalis Illustr. Dominus Emptor restitutus ab omni molestia, quæ possit ei inferri per dictum Annibalem, seu eius successores.

3 Nec dicatur, quod stante iuramento † non potest obligatio facta adimpleri per æquipollēs, gl. in l. si pecuniæ. in pr. ff. de cond. pr. §. 4. nu. 6. de pact. in 6. quia hoc procedit, quando factum est possibile, & quando is qui promisit, potest facere, alias liberatur præstando interesse, vt ibi per Cousr. post Aym. cons. 1. num. 1. Gabr. de iureiur. concl. 8. in fin.

Sublato

Sublato igitur iure d. Annibalis eius cōsensus non est amplius requirendus, & cōsequenter cessat interesse Ill. Domini Emptoris, quod erat fundatum super interesse dicti Annibalis, ratione fideicommissi appositi in testamento Domini Episcopi Placentini. Et ex his resultat resolutio secundę partis dubij, vt D. Ioan. non obstet exceptio non adimplementi, stante Breui, & confirmatione laudi, quæ omnia æquipollent consensui præstando per dictum Annibalem.

4 Non obstat, quod † qui promisit factum alienum, non excusatur ab adimplemento, quoniam ipse agit, secus quando per viam exceptionis vult euitare pœnam, vt per Rol. cons. 69. nu. 12. lib. 4. qui alios citat, quia vt supra dictum fuit, satis dicitur adimplementū pro parte D. Ioan. & tūc obstaret exceptio non adimplementi, quando aliqua molestia inferretur Illustris. D. Emptori, super dict. Palatio, & quando ipse eum non defenderet.

Non obstat, quod cum in instrumento venditionis adsit pactū, quod in omnes, & singulos casus, & euentus contrauenitionis liceat Illustr. D. Emptori agere ad restitutionem pretij, multo magis damus exceptionē, quia nulla adest conuentio, per quam liceat Cardinali agere ad restitutionem pretij, nam illud pactum intelligitur in casu euictionis, quia dicit, quod D. Ioan. voluit teneri de euictione, & defensione vniuersali & particulari in forma iuris valida, & in vrbe consueta, videlicet ad restitutionem pretij, & dupli illius, loco pœnæ, iuxta consuetudinem vrbis, quæ verba satis innuunt, quod partes intelligebant contrauentionem respectu euictionis & defensionis.

Postremo non obstat, quod huiusmodi rescripta cōcessa à Sanctiss. Dn. Nostro possint processu temporis reduci ad terminos iuris quia cum fini Iuri consentanea, non videtur de hoc dubitandum, præsertim stante laudo, in quo excluditur ius dicti Annibalis, & stāte, quod alienatio fuit facta ex causa satis legitima, quia Dn. Ioan. ferè nullos fructus percipiebat ex dicto Palatio imperfecto, & quia propter dictam tenuitatē suarum facultatum, non poterat fabricam d. Palatij perficere, ex quibus causis Papa motus fuit ad confirmandam d. alienationem, & ad commutandam voluntatem testatoris, subrogando pretium loco ipsius Palatij venditi.

O R A N I.

Maceratensis, Grani, Merc. 9. Iun. 1593.

A R G V M E N T V M.

Exorta controuersia inter contrahentes, & vno eorum in promissorum præstatione deficiente, deciditur, quis primo adimplendum pro parte sua sit cogendus.

S V M M A R I A.

1 *Instrumenta cum obligatione Camerali, & iuramento vallata executionem habent paratam.*
2 *Impeditur tamen eorum executio per exceptionem non adimplementi.*
3 *Curator hæreditati iacenti, quando dari possit.*
4 *Locatio quando perimatur.*

D E C I S I O CCCLXVIII.

Dubitaui in vna Maceratensi Grani, die Mercurij, 9. Iun. 1593. præsuppositis instrumentis locationis & sublocationis possessionum, de quibus in actis, & alijs hinc inde deductis, An ad instantiam Curatoris hæreditatis iacentis q. Antonij Lentij sit contra bona dominorum de Mozzijs, pro affictibus decursis relaxandum mandatum executiuum, Domini circumscripta validitate instrumenti sublocationis, fuerunt in voto affirmatiuo, quia instrumenta sunt iurata, cum 1 † obligatione Camerali, quę paratam habēt executionem. Cassad. decis. 2. de mut. pet. Anton. Couar. in tract. de execut. instrum. q. 41. & seq. Gallesi. de oblig. Camer. p. 4. q. 1. num. 17. licet autem exceptio, de qua 2 dicitur, non adimplementi, soleat † impedire illorum executionem. Alex. cōsil. 119. lib. 1. Corn. cons. 291. nu. 8. & cons. 297. post nu. 1. lib. 3. cum simil. tamen considerare oportet, cuinam partium onus fuerit iniunctum, primo pro parte sua adimplendum, nam ordo seruandus est, Bal. in l. 1. nu. 22. C. de vsu, & vsufruct. leg. Soc. cons. vlt. num. 3. vers. non obstat. lib. 2. & heitum est, secundo contrauenienti contra prim um agere, Matthes. sing. 50. quo fit, vt cum Mozzij obligati prius soluere annuatim, durāte sublocatione salmas quingentas quinquaginta grani, in solutione defecerunt, licut Antonio, seu curatori eius hæreditatis, pro parte sua promissum non adimplere, & nihilominus Muzzios ad cogendum implere deducta in obligatione non venire. Alber. in l. si non fuerint. de iureiur. Barb. cons. 15. sub nu. 3. vol. 1. Claud. in l. si quis maior. nu. 26. C. de transact. & fuit decisum coram Oradino, & postea coram Reuer. Patre D. meo Decano, in vna Mediolanēsi, Baroniarum, coram me, in vna Mediolanensi frumenti.

Nec ad rē pertinet, quod prætenditur iudiciu executiuo non esse locum, sub prætextu, quod curator nō fuerit nominatus in instrumento, quia stante obligatione Camerali iurata ad fauorem Antonij principalis, acceptando pro se, suisque hæredibus & successoribus, vel cui ab ipso declaratur, potest procedi executiuè ad instantiam curatoris hæreditatis vniuersum ius, & personam dicti Antonij ad fauorē creditorum repræsentantis, cum in eum non secus ac in hæredem vniuersalem transierint omnes actiones actiuè, & passiuè, Angel. in l. 2. ff. de cur. bon. dan. Alex. consil. 4. nu. 4. vers. & tutius. lib. 2. maximè, quia in commissione vigore cuius proceditur, fuit adiecta clausula, vt si quid expendendum.

3 Nec dicatur dationi curatoris † non fuisse locum, si non adsunt, nec sperantur hæredes Antonij, neq; qui velint deliberare super sua successione, ad Ang. consil. 193. nu. 2. vers. testat. Felyn. in c. relatū. nu. 2. vers. limita istam fallentiam, & ib. Dec. nu. 2. vers. sed tamen. de offic. deleg. Idem Dec. cons. 509. nu. 1. Nam nō desunt sorores superstites germanæ, & alij etiam vlterioris gradus, qui eiusdem hæreditatem prætendunt, & adhuc deliberant. Ang. in d. consil. 193. col. 3. vers. quandoque hæreditas non aditur. vltra quod potuit ad instantiam creditorum dari curator hæreditati iacenti, cum facultate intentandi quascunque actiones. Alber. in rub. de cur. bon. dan. nu. 2. Bald. conf. 319. nu. 1. lib. 1. Fulg. conf. 314. nu. 3. prout etiam successit huiusmodi datio decreta per Iudicem, ad instātiam creditorum citatis specialiter sororibus q. Antonij, & alijs prætendentibus etiam iuxta formam statuti Florentini, & ex his cessat, quod dicebatur per obitum cōductoris locationem fuisse finitam, iuxta l. si vno. §. fin. iunct. l. seq. ff. locat. quemadmodum etiam quod non fuit adita Antonij hæreditas, non per hoc locatio est de illis contractibus, qui transeunt ad hęredes actiuè & passiuè. l. viam veritatis. C. locat. l. cū in plures. §. hæredum. ff. eodem. Iason in l. 1. num. 36. C. de iur. emphyt.

4 Neq; peremptio locationi intrat † in hoc casu propter correspectiuitatem obligationis solutionis debitorum, cum effectuatione. Non obstat, quod dicitur sublocationem fuisse nullam, ex quo facta fuit Domino, & proprietario possessionū, iuxta l. neque pignus. de regul. iur. quia animaduertendum est, quod hic conductor non consideratur vt dominus, sed vti subconductor, ad l. si aliquam rem. ff. de acquirend. possess. itaq; potius iudicandus est redemptor fructuum locatorum pro certa salmarum quantitate, quod etiā fieri prohibetur.

Quod adducitur de lęsione, quod releuat ad impediendum executionem obligationis Cameralis, Ioan.

K Paul.

Paul.decis.44.fuit decisum coram me,in causa Romana. Transactionis dominorum de Sfortia.

ORANI.

Mediolanensis, Frumenti, Vener.16.Octob.1581.

ARGVMENTVM.

In contractibus vltro citroque obligatorijs ordo quo ad præstanda in ijs promissa,seruandus est, vt si quid primo loco per alterutram partem sit præstandum, de illius adimplemento docere prius debeat,quam ad agendum ex eo admittatur.

SVMMARIA.

1 *Agens ex contractu adimplevisse se pro sua parte, tenetur docere.*

2 *Contraueniens secundo loco in contractu iurato, potest agere aduersus primo contrauenientem,licet ipse postea promissa non præstet.*

3 *Prouisio hominis legis prouisionem cessare facit.*

4 *In obseruantia vtriusque partis facit,vt à neutra ex contractu agi possit.*

DECISIO CCCLXIX.

EX facti serie proposita constabat Dn. Hermetem Vicecomitem tam inclytæ ciuitatis Mediolanensis, quàm proprio nomine cum Dominis Bandinis & Pinellis in Romana Curia conuenisse, quod pretium frumenti in pactum deductum longè ante consignationem in littore Ianuensi per Dominos Baodinos & Pinellos faciendam persolueretur,quod alias tempore reconuento non sequuta solutione, liberum esset Dominis Bandinis & Pinellis, frumentum retinere: Quare cum pro parte eorundem Dominorum Bandinorum & sociorum prætenderetur, ciuitatem Mediolanensem in solutione promissa defecisse, dubitatum fuit, An ipsis ad executionem conuentionis agentibus,obstaret exceptio non consignati frumenti, Domini concorditer negatiue resoluerunt, licet enim regula sit,quod agentes ex contractu, teneantur docere 1 † se adimpleuisse pro eorum parte id, ad quod in eo erant obligati, l.Iulianus, §.offerri. de act.empt.l.cum personas. la 2.C.de pact. tamen limitatur, quando ex conuentione prius aliquid veniebat per alteram partem adimplendum, quod non fuit adimpletum. In hoc enim ordo seruandus est. Bald. in l.1.nu.22.C.de vsu,& vsufruct.leg. Socin.cons.vlt.nu.3.vers.non obstat.lib.2. Bero.consil.200. in fin.lib.1. & 136.num.7. lib.2.Aquens.in l.si quis maior.circa fin.num.46.C.de transact. Cum igitur ciuitas Mediolanensis & D.Hermes tempore in conuentione expresso, promissis non responderint,Domini Bandini,& Pinelli,qui pro parte sua non adimpleuerunt, vti videntur facultate sibi in contractu concessa,vt bene per Decian.cōsi.2.nu.8. Hoc autem tanto magis,quod cōtractus fuit iuratus, qui operatur, vt secundo loco contraueniens possit 2 † agere ex contractu,aduersus primum contrauenientē, ex quo hic tenetur ad illius obseruātiam, licet ille postea non obseruet, Mathes.not.50. vbi plures concord. alleg.ad Decis. Hinc Domini dixerunt,quod simpliciter verum,non sit,vt ille qui prius egit,teneatur docere,se prius pacto satisfecisse, iuxta cons. Alex.49.nu.4. lib.2. Ayin.cons.151.nu.10. in fi. Hoc enim procedit, quando non constat quis prius debeat adimplere, secus autem si appositum sit tempus adimplementi.

Nec præmissis refragatur, quod Domini Bandini & Pinelli allegantes impedimētum propter quod dicunt se retinuisse frumentum, probare debeant,nedū culpam & impedimentum, atque ita non executam solutionem, sed etiam tantum effecisse, quod sublato impedimento explicassent illud,ad quod tenebantur, iuxta doctr. Bart.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis cau. Alex.d.consi.49.num.5.lib.2. quia fuit decisum,quod in terminis nostris negans solutionem factam,non arctatur ad probationem huiusmodi negationis, Dd.in l. in illa. vbi Ias.nom.15. de verb. obligat. plures cumulat Hercul.de negat. nume. 35. & ideo Domini Bandini & Pinelli non tenentur probare hoc impedimentum.

Præterea adest pactum retentionis expressum, in conuentione,quo stante non requiritur alia probatio, 3 prouisio † enim hominis facit cessare prouisionem legis.

Minus obstat, quod Mediolanenses allegant Dominos Bandinos & Pinellos non posse opponere de eorum contrauentione, ex quo post huiusmodi contrauentionem perseuerarunt in contractu consignando tria millia salmarum frumenti, & proinde, quod ex huiusmodi perseuerantia in contractu, Aret.consil. 150.col. pen. vers. aliquando. & iste est casus noster. Aym. cons.151.nu.8. nam fuit responsum, quod cum consignatio triom millium salmarum grani fuerit facta in fine Ianuarij,quo tempore solutio pretij Romę facienda erat, Agentes dominorum Bandinorum, & Pinellorum in ciuitate Ianuensi verisimiliter ignorarunt solutionem non fuisse factam, atque ita non possunt censeri remisisse moram, Alexan.consi.105.num. 14.lib.3. Et tunc potest dici remissa mora,quādo Domini Bandini, & socij aliquid à Mediolanensibus recepissent, iuxta decis.Cagn. in l.si quis maior.nu.197. in fin.C.de transact. Verum quia in hac parte Informantes responderunt, quod potius videntur Mediolanenses in maiori mora constituti, & eorum contrauentionem aggrauasse.

4 Nec dicatur adesse hic in obseruantia † vtriusque partis, qua stante irritum fuisse factum contractum, ita vt ex eo agi non possit, l. nam vterque.ff. si quis eū, qui in ius vocat.nam ex parte Dominorum Bandinorum cessant contrauentio & inobseruantia,cum vigore pacti, à consignatione grani licuerit eis abstinere.

Quod dicitur contra dispositionem l.si quis maior. non habere locum in Vniuersitate, cum quia fugitur iure minoris, vt per Gabr. conclus.1.num.53. non procedit, quo ad priuationem commodi contractus, Ias.in l.si quis maior.nu.7.& 8.& consi.118.colum.2. vers.& præmissis non obstantibus. vol.1. Gratus consil.25.nu.21.lib.1.Curtius iunior nu.22.Cagno l.num. 17.sed tantummodo, quoad pœnam periurij & infamiæ. Dolus autem satis est probatus,ex quo Mediolanenses in tempore cōuento pretium non soluerunt, ad tradit.per Roland.consi.57. num.7.cum seq.lib.1. Rimin.iun. consi.124. nu.24. cum seq.Cephal.consil. 265.col.2.

Vltimo,quoniam, pro parte Mediolanensium prętendebatur Dominos Bandinos, & Pinellos pro pretij grani solutione consequenda pecunias ad Cambiū accepisse, per quod remissa videbatur mora, vel saltē prorogatus terminus solutionis, Domini ordinarunt particulariter videndum.

SERAPHINI.

Perusina, Executionis, Vener.11.Maij 1582.

ARGVMENTVM.

Purgatio moræ, quando locum habeat, & non obstante facta prima æstimatione possit ad secundam deueniri.

SVMMARIA.

1 *Ius actori pendente iudicio superueniens, an prosit.*

2 *Purgatio moræ, de iure Canonico,etiam stante iuramento,modo dolus absit, licita est.*

3 *Quietatio solutionem dotis præcedere non debet.*

DECISIO CCCLXX.

TRes fuerunt pro parte Illustriss. Dn. Hortensiæ deductæ nullitates, contra secundam æstimationem. Prima est,quod propter moram D. Ascanij,stante dispositione l.si quis maior.C.de trans. ipse non poterat

teret agere, cum cecidisset ab omni commodo contractus, & de hac mora fuerat ei in actis oppositum. Secunda est ex defectu citationis, & quod Periti non accesserunt ad æstimationem, citato Comite Raynutio, & ipsi fuerunt deputati citato Bernardo, qui mandatum nó acceptauerat. Tertia est, quod æstimatio non fuit facta omnium bonorum. l. qui tamen. de arbitr.

His tamen non obstantibus fuit cóclusum pro validitate, nam quantum ad primam nullitatem non adimplementi, non tollit actionem, sed impedit tantũ exercitium actoris, vnde tenet iudicium & sufficit, quod implementum superueniat, tunc non reconualescit iudicium, Alex. conf. 27. nu. 2. conf. 78. in fin. lib. 1. Cephal. conf. 112. nu. 20. lib. 1. nam ius pendente iu-

1 dicio † actori superueniens ei nõ prodest. l. si rem alienam. §. fin. de pign. action.

Nec obstat, quod fuerit prius oppositũ, quia quicquid dicat Cephal. conf. 186. nu. 18. in contrarium est decisio Affl. 280. in qua protestatũ fuerat, & nihilominus conclusum fuit, fuisse resolutũ contractum. Idem Put. 139. ead. dic. lib. 2.

Præterea de iure Canonico etiam stante iuramen-

2 to, si abest dolus, licita est † purgatio moræ, c. apud misericordiam. 32. q. 1. vbi gl. c. ex literis. de cõstit. c. suam. de pœn. Bal. in l. qui crimen. num. 20. C. qui accus. Alex. de l. si quis maior. in fin. & ib. Iacob. de §. Georg. num. 43. Ias. nu. 26. Cagn. nu. 155. Alex. num. 11. C. de transact. Dec. consil. 136. nu. 7. Crot. l. si insulam. nu. 79. de verb. oblig. Ruin. conf. 123. nu. 26. lib. 3. Goffred. consil. 41. num. 8. Nam d. l. si quis maior. præsupponit dolum. Ergo cessante eo, cessat depositio. Ias. ib. nom. 2. Seisel. nu. 13. Curtius iun. nu. 16. & 17. Cagn. nu. 128.

Hic verò videtur cessare dolus, quia verba instru-

3 menti videntur potius sonare, † quod prius deberet solui dos, cum in eo dicatur, quod debeat quietari mediante dicta dote. Ergo mediante dote soluenda, & sic postquam soluta fuerit, quia relatiuum dictum refert dotem cum omnibus suis qualitatibus.

Neque obstat decis. Mohed. 118. quia ibi verba erant dubia, hic verò ex verbis colligitur mens contrahentium, Alex. consi. 61. nu. 4. lib. 5. Crot. consil. 72. nu. 15. & 30. lib. 1. Absurdũ enim videtur, quod quietatio præcedat receptionem dotis.

Quantum ad secundam nullitatem, ea non obstat, quia in æstimatione fieri non debet citari pars, nec refert, quòd Bernardus tunc non acceptasset, cum postea in pluribus actis comparuerit, vt in facto bene deducitur.

Quantum ad tertiam & vltimam nullitatem, nisi forma esset præcisa, non induceret nullitatem, tamẽ placuit Dominis, vt interim æstimatio fieret, habita ratione valore illius temporis, & hoc quia prima æstimatio fuit nulla, & hæc posterior est imperfecta, cum non comprehendat domum, & ideo ex ea non potest colligi, in qua quantitate remanserit creditor D. Ascanius, cum in prima nulla & impugnata non possit fieri fundamentum.

SERAPHINI.

Romana, Releuationis indemnitatis, Ven. 9. Iun. 1581.

ARGVMENTVM.

Dominus quando ex delicto familiæ teneatur.

SVMMARIA.

1 *Dominus, an ex delicto familiæ teneatur, & quando. & num. 2.*

DECISIO CCCLXXI.

INspecta dispositione iuris communis, quãuis Ge-ratdus & Arendatarij habeant regulam contra se,

1 quod Dn. † teneatur ex delicto familiæ suæ, quando delinquitur in eo, in quo quis est præpositus, ad Bart. in l. 1. §. si familia. de publ. cum alijs allegatis, tamen limitatio est in eorum fauorem, quando præponitur homo bonæ famæ, cognitus, & qui solitus est cum integritate se gerere, nec delinquere, vt per Bald. consil. 122. lib. 2. Cast. in l. videamus loca. cum alijs per D. Pennettum allegatis, & hæ qualitates bene pro eorũ parte probantur. Neque tollitur hæc probatio per contrarias creditorum probationes, cum non concludant in specie super istis qualitatibus, sed super alijs, ex quibus non infertur necessario, quod Cinthius esset adeo peruersis monb. vt talia de eo suspicari possent, prout tradit Felyn. in cap. Petrus. nu. 7. de homicid. neque confessio Gerardi concludit ad suspicionem committendi falsum, sed alia, quæ concernunt diligentiam in exercendo officium, quæ deducuntur ex l. naut. caup. stabul. non applicantur huic materiæ, & sunt specialia ratione personarũ in illo edicto comprehensarum.

Verum inspecta dispositione Bullæ Domini resoluo

2 runt Dominum teneri, cum † enim disponat de substitutis approbaris à Iudice, ita quod nulla culpa Dominis imputari possit, quod istis sic approbatis negotia committant, non potest eatum dispositio limitari, vt procedat, vbi culpa præcedit casum, maximè cum disponatur, quod etiamsi exhibeatur ille substitutus, si non est soluendo, tamen Dominus teneatur, & tamẽ de iure communi ex duobus capitibus non tenebatur, tum quod non poterat imputari mala electio, stante Iudicis approbatione, tum qui exhibebat eum. Rom. consi. 11. cum ibi adnotat. Nec placet, quod Bulla fel. record. Pij IV. non loquatur de Notarijs, A. C. quia immo illos comprehendit, cum sæpius in eadem fiat mentio A. C. & generaliter loquatur, & maius in his versabatur periculum, stante ista consuetudine, c. vbi periculum. de elect. in 6. An verò Gerardus, vel Arendatarij teneantur vigore prętensæ Bullæ, videndum erit particulariter.

SERAPHINI.

Romana, Releuationis indemnitatis, 1581.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra reum contumacem, an & quando tertio non citato dicatur nocere.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra reum contumacem, tertio non nocet.*

2 *Fallit.*

DECISIO CCCLXXII.

LIcet regula sit, quod sententia contra reum contu

1 macem lata, non † noceat tertio non citato, l. cum filiusfam. & ib. Bart. de verb. obl. Rom. consil. 154. nu. 5. Alex. consi. 84. lib. 3. Corn. consil. 42. num. 9. lib. 2. cum alijs per Informantes congestis, & siue quis teneatur de delicto, siue de culpa sua in terminis Bullę necesse est, vt legitimè de ea constet, ad hoc vt noceat tertio, & ideo in casu isto non videtur probata, cum sententia sit lata in contumaciam non citato Gerardo. l. qui repudiantis. §. fin. l. Papinianus. §. meruisse. de inoffic. testam. Alex. consi. 84. num. 4. Facit tex. in l. 2. C. de fid. instrum. vbi Bald. & Salyc. tamen Domini concordea

2 fuerunt, quod in casu isto Domini creditores satis fint in probatis, ad obtinendum contra Gerardum, cum ex dispositione Bullæ teneatur etiam de culpa, quæ notoria est, cum Cinthius se absentauerit, & adhuc sit contumax, & hæc contumacia, nedum culpa non caret, sed etiam delictum præ se fert, ita vt propter eam possit quis excommunicari. Aegid. decis. 242. nec potest dici, quod Cinthio comparenti aliqua competere possit defensio, cum testes instrumentarij negent se interfuisse contractibus ab eo confectis, nec exhibendo Cinthium liberaretur Gerardus, nisi is esset soluendo, vt præcise in Bulla habetur.

Quare omnibus simul consideratis, negari non potest probari talem culpam, ad quam præstandam dominus officij teneatur.

ORADINI.

Romana, Dotis, 1. Iul. 1557.

ARGVMENTVM.

Statutum de minoribus contrahentibus, in marito minorem se dicente, quando non habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus dicens se minorem tempore receptæ dotis, non releuatur, si de numeratione vera constat.*

DECISIO CCCLXXIII.

Statutum Vrbis requirens solennitates in contractibus, seu quietantijs minorum, nõ habet locum in confessione facta à marito receptæ dotis, tanquam tempore confessionis minor esset, si verè constat de numeratione ei facta. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 29. de pact. coram Oradino in causa Roman. dotis, 1. Iulij 1557.

PLATI.

Romana, Pecuniaria. 19. Februar. 1590.

ARGVMENTVM.

Notarius recipiens fideiussores minus idoneos, an & quãdo parti reficere damna, ac interesse, teneatur.

SVMMARIA.

1 *Notarius recipiens fideiussores minus idoneos, an & quãdo parti damna, & interesse refundere teneatur.*

2 *Notarius ad refusionem damnorum, & interesse non tenetur, si fideiussor receptus sit, parte tacite consentiente.*

DECISIO CCCLXXIV.

Licet regulariter Notarius recipiens fideiussionem minus idoneam 1 † teneatur reficere parti damna, & interesse, l. 1. §. sciendum. ff. de mag. conu. Paris de Put. in tract. de synd. c. 3. in prin. Boer. decis. 314. sub nu. 5. & passim, & in omnibus causis seruandum dicit Decis. Lucan. 33. sub nu. 2. excusso tamẽ prius ipso fideiussore, & voluit Salyc. in l. 1. C. de mag. conu. attamen in causa vertente inter Reuer. Patrẽ D. Leonem Strotium, ex vna, & Dominum Antonium Guidottum Notarium, ex altera, censuerunt Domini ipsum Guidottum esse absoluendum, licet præsupponebant recepisse fideiussorem, qui soluendo non fuerit, & hoc quia ipse fideiussor tempore receptionis habebatur communiter pro idoneo, vt testes deponunt, & possidebat bona immobilia longè maioris valoris, quã esset summa, pro qua fideiussit, quæ bona, quamuis essent subiecta fidei, commisso paterno, nihilominus tamen idoneus censendus erat, vt voluit Ias. in l. secundũ. §. si fundus. ff. qui satisd. cog. quem sequitur Mart. in rub. de fideiuss. nu. 26. & tradit Ang. in alleg. §. si fundus, post princ. vers. dico etiam, quod rogatus, ideo non est imputandũ Notario, si illum recepit in fideiussorem, quem intellexit possedisse bona immobilia, & pro idoneo haberi. Quod ex eo etiam confirmatur quia in fideiussorem huiusmodi videtur consensisse, quæ citata ad videndum expediri mandatum de restituẽdis pignoribus.... cautioni, de qua in actis, non contradixit. Certũ est autẽ, quod Notarius non tenetur quan-2 do fideiussor † fuit receptus, parte etiam tacitè consentiẽte, vt docet decis. Lucan. 33. nu. 15. hic autem videtur consensisse, ex quo citatus non contradixit, sed per 4. menses acquieuit, nec potuit ignorare personam fideiussoris, licet in citatione eius nomen nõ fuerit expressum, quia expressio nominis sufficienter fuit facta per relationem ad acta, quæ facit rem notoriam. Dec. cons. 91. nu. 9. Soc. sen. cons. 28. col. 7. vers. principaliter lib. 1. Aret. cons. 42. nu. 5. Paris. cons. 111. n. 7. lib. 4. Neuiz. cons. 7. nu. 3.

Mouebantur etiam Domini, ad ita dicendum, ex eo quod non constabat de excussione contra dictum fideiussorem, legitime facta quæ erat facienda, vt dictum est ex Salyc. in leg. 1. C. de mag. conuenien.

MELLINI.

Romana, Vineæ de Pannolinis, Merc. 26. Febr. 1603.

ARGVMENTVM.

Contra obligatum de indemne seruando, rectè agitur à parte, quæ ad solutionem faciendam per decretum Iudicis est adacta.

SVMMARIA.

1 *Obligatio Cameralis per decretum iudicis inferioris non vulneratur.*

2 *Clausula commissionis, si quid exequendum præseruatur, viam executiuam, & effectum suspensiuum appellationis impedit.*

DECISIO CCCLXXV.

Fvit resolutum per Dominos, esse relaxandum mandatũ contra bona hęreditaria D. Iacobi Matteucci pro summa scut. 1400. quam Collegium soluit Octauio Morsco, sub eius fideiussione.

Fundamentum resolutionis fuit, quia eorum obligatio est clara, de releuando indemne Collegium ab omni molestia, de restituendo prædictam summam scut. 1400. prioribus, & potioribus creditoribus Dominis de Pannolinis, ad omne mandatum Domini, & propterea cum Collegium post intimatas molestias Morsio & causam acerrime defensam coactum fuerit soluere maiorem summam Petro Lucæ creditori anteriori, & causa sit commissa in Rota cum facultatib. A. C. ei competit via executiua pro restitutione contra Iacobum obligatum in forma Cameræ.

Non obstat quod à decreto ad fauorem Collegij fuit appellatum, & per commissiones causa fuerit effecta appellabilis, & propterea non est amplius locus viæ executiuæ, quia per illud decretum non vulnera-1 tur obligatio † Cameralis, sed illi datur executio, & commissio causæ appellationis continet solitam clau-2 sulam *si quid exequendum*, quæ clausula † præseruat viam executiuam, & impedit effectum suspensiuum appellationis, si de iure est locus executioni, & hoc maximè secundum Dominos dicendum est, quia postea per alias commissiones obtentas ad instantiam Collegij, quarum vigore actum fuit, causa fuit commissa cum facultatibus A. C.

Nõ obstat, quod Morsius fuit admissus ad causam, & quod postea neque ipse neque Collegium fuit citatum, quãdo fuit decretum ad fauorem Gradi, quia sufficit ad istum effectum, quod causa fuerit defensa per Collegium & quod ei non poterat cõpetere alia defensio, si fuisset citatus, vt fuit resolutum in causa Romana, emphyteusis. 25. Febr. 1599. coram Illustriss. Cardinali Blanchetto. Præterea cum præcesserit intimatio molestiarum, facta Morsio, ad instantiam Collegij, ei competit actio pro releuatione indemnitatis etiam, quod molestiæ fuerũt ei illatæ, de facto, vt fuit resolutum, in causa Anconitana 27. Ian. 1595. coram bon. mem. Gypsio.

MELLINI.

Romana, de Pannolinis. 29. Octobr. 1599.

ARGVMENTVM.

Immissus in possessionem vigore interdicti Saluiani, ad præstandam cautionem de restituendo non tenetur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Possidens ex edicto Saluiano, cautionem de restituendo præstare non tenetur.*

2 *Venditor coactus ad vendendum ad præstandam cautionem de restituendo non tenetur.*

DECISIO CCCLXXVI.

DOmini resoluerunt Petrum Lucam nō teneri de præstanda cautione de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad fauorem Collegij, quia ei cōpetebat immissio vigore Saluiani, & si fuissent immissus non tenebatur † præstare cautionē, quia Collegium non poterat molestari à priorib. & anterioribus creditoribus, quia eis remaneret anterior hypotheca, nec ratione hypothecæ, vel Saluiani, poterat auocare fructus bona fide consumptos, nisi à die moræ litis, & ideo si Collegium vult impedire immissionem offerendi pecunias non debet efficere eius conditionem deteriorem, vt teneatur ad præstandam cautionem, ad quam non erat obligatus sequuta immissione, tanto magis, cum hoc casu offerendi non reperiatur prouisum de alio remedio quā vt creditor ei cedat actiones, l. mulier. ff. qui pot. in pignor. habeant.

Secundò moti fuerūt Domini, quia excepta actione tributaria in qua debet præstari illa cautio, quia æqualis est conditio, quandocunque agetur. l. procuratoris. §. si plures. l. non enim. & l. illud. ff. de tribut. action. & exceptis quibusdam casibus, qui in dictis legibus referuntur per Doctor. regulariter in alijs casibus debet satisfieri creditoribus primo venientibus, nulla præstita cautione. Alber. d. l. procuratoris. §. vlt. & ibi. Ang. num. 2. Fulgos. in vers. ratio differentiæ. & Pau. de Cast. in d. §. si plures. nu. 7. Io. de Plat. in §. introduxit. var. & attende. & Aret. sub num. 4. Inst. quod cum eo, qui in alien. pot. & ideo cum versemur in aliquo casu limitationum, succedit supra dicta conclusio Doct. quod non est locus cautioni.

Tertiò placuit Dominis aliud fundamētum, quod Petrus Lucas petijt solum immissionem, ideo si collegium vult eum cogere ad recipiendas pecunias, & impedire immissionem, debet simpliciter offerre, nec potest petere cautionem, & placuit in hoc simile, quod affertur per Informantes, de venditore coacto ad vendendum, qui non tenetur † ad præstandam cautionē, cum non vendat libere, & secundum eius voluntatē, gl. in l. emptori duplam. ff. de euict.

Quartò considerabant Domini, quod etiam quod timor esset probabilis, quod Collegium possit pati molestiam, quia in actis non constat, quod adsint creditores anteriores, & creditum Petri Lucæ est de anno 1557. ideo multum verisimile est, quod verè non adsint, quia non fuissent negligentes in petendo per spacium tanti temporis, Aym. consi. 269. nu. 7. & 8.

Non obstat doctrina Bald. in Auth. hoc nisi. §. at si C. de solut. vbi dicit, quod quando adest suspicio debet præstari cautela, quia loquitur secundum partem illius tex. de cautione præstanda, in debitore ad fauorem creditoris, quod de pretio ex venditione rei suæ redigendo debet satisfieri creditori, vltra quod in casu isto lapsus tāti temporis excludit suspicionē, quod adsint alij creditores anteriores.

Non obstat quod Alciat. in resp. 41. tom. 1. lib. 1. defendit, quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij debeat eam petere, quia in dicta doctrina non sumitur argumentum à contrario sensu. Calderin. consi. 3. de præb.

Et quicquid indistinctè videtur sentire Ang. in d. l. si procuratori. §. vlt. hæres non tenetur præstare istā cautionem, nisi quando scit adesse alios creditores, vt Paul. de Cast. & Corn. in l. vlt. §. etsi præfatam. num. 4. de iure delib. & in casu isto neque constat neque verisimile est, quod adsint alij creditores anteriores, vt dictum est.

LANCELLOTTI.

Romana, Releuationis indemnitatis, Lun. 4. Febr. 1602.

ARGVMENTVM.

Fideiussor, vt & is qui bona sua pro alio obligauit, damnū sentiens ex fideiussione, vel obligatione illa, releuationem indemnitatis petere potest, ei quæ illa est præstanda, etsi non fuerit expresse de ea facta mentio.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor, vel bona pro alio obligans si dammum senserit, releuationem indemnitatis petere potest.*

2 *Consentiens alienationi suæ rei, nihil amplius petere potest.*

DECISIO CCCLXXVII.

CVm Horatius de Magdalenis vocatus ad fideicommissum Vannotiæ, post mortem Fabij de Crescentijs, sine filijs, consenserit, quod Dn. Fabius censum imponere possit super Casali Valerani, & ad hunc effectum fideicommisso Vannotiæ renunciauerit, & cum census ad vtilitatem Fabij fuerit impositus, & ratione istius consensus Horatius, siue eius hæredes damnum passi fuerint, Domini censuerunt, Dn. Alphonsum Soderinum, qui est hæres Antoninæ hæredis Fabij teneri ad releuandum indemnes Dominos de Magdalenis, qui successerunt in bonis, ac hæreditate Horatij, vigore substitutionis ad eorum fauorem factæ.

Fundamentum decisionis fuit, quia ex natura fideiussionis est vt qui pro aliquo fideiussit, vel bona sua pro alio obligauit, debet releuari indemnis etiam si nihil fuit expressum, iuxta tex. in l. Lucius. ff. mand. vbi ex illo textu id no. expresse Bald. Neguf. de pig. 3. memb. 9. par. in princ. nu. 45. maximè quando fideiussor, siue ille qui pro alio † bona sua obligauit, passus fuit damnum. c. peruenit. de fideiuss. cum vulg. Vnde quemadmodum si Horatius & Fabius viuerent, possent Horatius petere releuationem ab ipso Fabio, ita Domini de Magdalenis, qui sunt hæredes hæredis Horatij, mediante persona Caroli, debent releuari indemnes, à D. Soderino, qui est hęres hæredis Fabij, mediāte persona Antoniæ, cum omnes actiones, tam actiuè, quàm passiuè transeant in hæredes, & hæredes hęredis, l. qui per successionem. ff. de reg. iur. l. fin. C. de hæred. instit.

Damnum autem sensisse Dominos de Magdalenis occasione dicti census, non est dubitandum, cum propter huiusmodi consensum, & obligationem sint priuati quinta parte casalis Valerani, ad Horatium spectante, ex quo grauantur dicti census solutione, & quæ possidetur per Dominum census in vim sententiæ Rotalis.

Non obstant deducta pro D. Soderino, nam quod alias fuit coram bon. mem. D. de Rubeis resolutum, non constare de iure Caroli, id prouenit ex eo, quia ipse agebat vigore fideicōmissi Vannotiæ, in quo fuit dictum, ipsum non fuisse comprehensum, sed nunquā fuit dubitatum, quin ipse possit agere pro releuatione indemnitatis, circa quod non censetur aliquo modo per consensum præiudicatum, sicut neque vnquam fuit dubitatum, quin Horatius esset ad fideicommissum vocatus, & quamuis ratione sui consensus fuerit à fideicommisso exclusus, ita vt non potuerit suam ratā Casalis vendicare, tamen ex hoc non sequitur, quin tam ipsemet Horatius, quàm Domini de Magdalenis eius hæredes, mediante persona Caroli possint agere contra hæredes Fabij, pro releuatione indemnitatis ab obligatione facta pro Fabio.

Non obstat renunciatio fideicommissi, quia non adeo casale remansit liberum per Fabium, sed illa facta fuit solum ad effectum, vt census validè imponi

possit, cuius validitas per Dominos de Magdalenis modo non controuertitur.

Non obstat, quod consentiens alienationi rei suæ nihil possit amplius petere, ex l.codicillis. §.1.de leg. 2.cum alijs alleg. quia Horatius non consensit alienationi casalis, sed solum consensit, quod super eo census imponeretur, non obstante fideicommisso, quod perinde est, ac si pro imponendo censu accommodasset fundum filio, ac illum pro eo obligasset, ratione cuius obligationis, vt dictum est, potest petere releuationem indemnitatis.

PAMPHILII.

Placentina, Euictionis, Lun. 16. Ian. 1589.

ARGVMENTVM.

In euictione quodnam tempus attendendum, ad effectum, Vt iuxta illud quis ad valorem rei præstandum possit condemnari.

SVMMARIA.

1 *Tempus quodnam spectandum, ad effectum præstanda indemnitatis in casu euictionis.*

2 *Interesse proueniens ratione melioramentorum, quando vltra duplum exigi possit.*

3 *Fructus bona fide consumpti, compensantur cum melioramentis.*

DECISIO CCCLXXVIII.

DOmini omisso tempore factæ diuisionis de anno 1547. quod tantũ attenditur, quod agitur actione ex stipulatu ad duplum. l. bonitatis. vbi Salyc. de euictione. quæ non est casus noster, distinxerunt duo tẽpora, alterum, quando prædium fuit euictum, quod dixerunt esse de anno 1585. quando per Reuer. Patrẽ D. meum Seraphinum fuit plenariè executioni mandata sententia per Vicarium Papiensem, contra Dominos de Puteobonellis lata, non autem de anno 1580. quando fuit relaxata possessio Illustr. D. Cardinali Albano, data cautione de restituendo in euentum succũbentiæ, quia attẽditur tẽpus puræ & simplicis euictionis, l. si seruus. & l. si habere. cum ib. no. ff. de euict.

Et quo ad huiusmodi tempus, Domini sine difficultate resoluerunt Pretiosam potuisse condemnari ad valorem tenutæ de tempore euictionis, quod sem-1 per attenditur † siue agatur de euictione actione ex empto, l. euicta ff. de euict. Bart. in l. Titius, cum decederet. num. 4. ff. de action. empt. Salycet. in dicta l. bonitatis. siue agatur actione ex stipulatu pro dãnis, & interesse in speciem promissis, vt fuit resolutum in causa Romana, Casalis, Palazetti de mense Ian. anni præteriti, coram Reuerend. D. Oriolensi, prout agunt Domini de Puteobonellis, qui nedum nituntur actione de euictione debita ex natura cõtractus diuisionis, sed etiam speciali pacto & promissione damnorum & interesse, vt patet ex illa clausula posita in fine diuisionis, quam non est dubium ad omnia referri, cum sit in fin. posita, vulg. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & sit concepta per verba vniuersalia, videlicet, & hæc omnia, & c. l. Iulianus. de leg. 3. cum vulg.

Neque obstare, quod huiusmodi interesse cum sit extrinsecum, proueniens ratione melioramentorum, 2 non † possit exigi vltra duplum à dicta Pretiosa, quæ ignorauit vitium rei, iuxta tex. in l. Titius, cum decederet. cir. fin. versic. de sumpt. cum leg. seq. de action. empt. Bartolus in l. 1. sub num. 19. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, cum alijs allegatis, quia non procedit, vbi damna & interesse sunt in specie promissa, quo casu exigitur etiam vltra duplum, vt tradit glos. in dicta l. 1. in verb. dupli. quam sequuntur ib. Doctor. communiter. Bart. num. 27. cum alijs, de quibus ib. per Rebuff. nu. 407. & Cago. num. 108. qui testatur de communi, & tenuit Rota in dicta causa Romana, casalis Palazetti.

Præsertim in hoc casu, vbi ex natura contractus conductionis rei Ecclesiasticæ melioramenta fieri debebant, maximè cum de tempore alienationis prædium esset incultum, & in tali statu, vt melioramenta essent omnino necessaria, & à partibus cogitata, nõ autem voluptaria, & inexcogitata, vt loquitur tex. in dicta l. Titius. qui procedit in casu speciali, quando facto emptoris res creuit in tali summa, quæ à partibus fuit penitus incogitata, vt declarant ib. Doctores. & in dicta leg. 1. & fuit dictum in dicta causa Romana Casalis.

Quod dicitur pro rata melioramentorum, in tenuta factorum, ob quæ creuit valor illius, Pretiosam non potuisse condemnari, ex quo culpa Dominorum de Puteobonellis, qui illam acquisiuerunt, non fuerunt recuperata ab Illustriss. Domino Cardinali Albano, Angel. l. Herennius. §. Caia. in fin. de euict. tollitur ex facto, quia nulla potest culpa imputari Dominis de Puteobonellis, quos vt apud Dominos notissimum est, adhibuisse exactissimam diligentiam, in deducendo iura sibi competẽtia, tam ratione melioramentorum, quàm omni alia de causa, aduersus Illustriss. D. Cardinalem.

Et eo magis, quia in omnem euentum fuissent compensata cum fructibus consumptis etiam bona fide, qui licet peti non potuissent, propter bonam fidem Dominorum de Puteobonellis, compensantur tamen 3 † cum melioramentis, l. sumptus & l. emptor, & cum ib. notat. ff. de rei vend. Negus. de pign. 4. memb. 5. par. princ. num. 12. Couarruu. lib. var. resolut. 1. cap. 3. nu. 3. versic. quo fit. & cap 8. num. 4. versic. quid igitur. Put. decisio. 176. in vna Romana, duorum Gallorum, lib. 3. & dato particulari dubio fuit resolutum, in causa principali contra Dominos de Puteobonellis, die 28. Maij 1586. coram Reuerend. Patre D. meo Blanchetto.

Alterum verò tempus considerabant Domini, ab euictione vsque ad ipsam illam effectualem solennitatem, in quo licet Domini non dubitent, quod stante promissione damnorum, & interesse Pretiosa ad illã, & pro hoc tẽpore teneatur, tamen quia aliqui ex Dominis putabant huiusmodi interesse satis esse iustificatum, ex eo, quod cum res creuerit vsque, ad satisfactionem, satis appareat tanti interesse, rem non fuisset euicta, quanti valet, vsque ad effectualem euictionẽ, vt tradunt Doctor. in l. vinum. vbi Cast. num. 11. Pau. de mont. Pic. qui testatur de communi, nu. 22. ff. si cer. pet. Paris. cons. 87. nu. 20. lib. 4. Aliqui verò putabant, huiusmodi damna & interesse postea passa aliunde esse iustificãda, iuxta requisita per Castr. ff. de eo quod certo loco poterit tamen, si opus erit, hoc particulariter videri.

LITTÆ.

Romana, Pecuniaria, Lun. 27. Iun. 1597.

ARGVMENTVM.

Notarius an, & quatenus pro substituto in officio delinquente teneatur.

SVMMARIA.

1 *Notarius pro substituto quatenus teneatur.*

2 *Instrumentum publicum iuris præsumptionem præ se habet.*

3 *Debitum alterius, seu commune cum alio, animo repetendi partem ad illum spectantem soluere licet.*

4 *Suspicio falsitatis ex eo non oritur, quod extensio instrumenti sit aliena manu facta.*

5 *Præsumptiones hominis non sufficiunt ad condemnandum aliquem ex facto tertij, vel tollendam fidem instrumenti.*

DECISIO CCCLXXIX.

FVit resolutum, D. Bonetto nõ cõpetere regressum contra D. Catalonum, respectu solutionis, de qua agitur.

agitur. Nam licet Notarius officij Dominus, tenentur 1 pro substituto † delinquente in officio seu circa officium, vel colore officij, vt per Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publ. cum alijs deductis, in illa Romana releuationis indemnitatis, 9. Ian. 1581. coram Reu. patre D. Seraphino, attamen in hac causa non probatur Quintilianum Cataloni substitutum respectu societatis 200. alias per ipsum rogatæ ad fauorem Olympiæ de Mercadantibus, & per Bonettum debitorē dictæ mulieri postmodum solutæ aliquo modo deliquisse circa rogitum ipsius instrumenti, quod propterea Notarij officium respicit stante, quod reuera constat tunc temporis Olympiam dedisse scut. 200. ad societatem, illamque per Numulatium in dictam causam fuisse solutam. Vlterius constat ordinem Officialis super cuius officio imposita fuit dicta societas, etiam 200. & quod plus est ex depositione testis inducti per ipsummet Bonettum, & qui presens fuit stipulationi, instrumenti, constat Bonettum perquisiuisse dictum officialem, eiusque patrem pro obligatione 200. quodque tunc obligatio per eos facta fuit, ex quibus omnibus maxime simul iunctis, apparet de veritate dicti instrumen- 2 ti, & rogitus, pro quo etiam stat omnis † præsumptio, secundum Bald. in c. 1. §. si instrumentum. tit. de nat. feud. in vsib. feud. & in c. illud. circ. fin. de præsumpt. quem sequitur Ias. cons. 124. col. 1. lib. 1.

Nec obstare dixerunt Domini, quod Quintilianus existens in carceribus declarauit instante Bonetto, ex ducentis habitis ab Olympia de Mercadantibus, centum in suos vsus conuertisse, quia cum alias censum habuerit ipse Bonettus per manum illius, hocque nō negetur, sequitur idcirco verum fuisse ipsam societatem fuisse 200. prout cantat instrumentum, & nō minoris summæ. Nec ex eo, quod Quintilianus d. scut. 100. retinuit, potest dici deliquisse in officio, aut circa officium Notarij ad effectum, vt illa refundere teneatur Catalonus vti Dominus officij, cum non sint Notarij à publico deputati, eorumve substitutorum officium circa illud non versetur, vt contrahentium pecunias exigant, sed tantum, vt publicum testimonium faciant de iis, quæ coram ipsis geruntur, & de quibus ipsi rogantur à contrahentibus, quod non potest dici in casu nostro, quod ex eo conuincitur, quod Notarius, seu substitutus Notarij ex sola stipulatione instrumenti non potest pecunias in stipulatione deductas exigere à debitore ipso in fauorem creditoris, nisi concurrente mandato, aut ordine eiusdem creditoris, proot hoc in casu factum fuisse constat, quo fit, vt iure merito talis exactio adscribi nō debeat officio Notarius, sed facto proptio creditoris, de cuius mandati authoritate exactio ipsa facta fuit, ad text. in l. ita autem. §. gessisse. ff. de admin. tut. & in l. item eorum. §. 1. quod. cuiusque vniu. nom.

Neque potest in casu Bonettus iouari prætensa amissione primi ordinis, & subscriptione secundi maioris summæ, cum verisimile non sit, quod si primus ordo, & prima confessio officialis erat scut. 100. voluerunt secundum, seu secundam firmare de summa 200. ad text. in l. cum de indebito. ff. de prob. cum vulg.

Sicut nō obstare dixerunt, quod Quintilianus soluerit fructus dictæ societatis, pro duobus semestribus Olympiæ, cum potius ex tali solutione validitas & effectuatio dicti instrumenti quam falsitas illius cōstet maxime cum nemo præsumatur velle iactare suum, 3 & de iure non sit prohibitum debitum † alterius, seu commune cum alio persoluere animo repetendi partem ad illum spectantem, ad text. in l. soluendo. ff. de neg. gest. in l. 1. §. pen. in fin. ff. de exerc. act. & in leg. solutionem. ff. de solut.

Et ad illud de non exhibitione Broliardetti fuit responsum, quod data extensione instrumenti in protocollo non est obligatus Notarius notulam conseruare. Paris. cons. 28. num. 21. & seq. lib. 2. quam sequuta est Rota, in illa Bononiensi, nullitatis legitimitatis, 27. Ian. 1580. coram D. Robustetio.

4 Nec ex eo, quod d. extensio fuerit facta aliena † manu, elici potest suspicio falsitatis, stante stylo dicti Notarij, extendendi instrumēta per se recepta, manu aliena. ad not. per Boss. tit. de fals. num. 6. sicut nec ex eo, quod fuerit condemnatus ad triremes, cum non vti falsarius fuerit condemnatus, sed alia de causa, & cum præsumptiones hominis, quales in summa esse videntur omnes deductæ per informantes pro Bonetto, 5 non sufficiant ad condemnandum aliquem † ex facto tertij, nec ad tollendam fidem instrumenti, sed iuris & à iure approbatæ requirantur, vt per Gabr. de crim. concl. 6. Ideo pro Catalono contra Bonettum vt supra resolutum fuit.

O R A N I.

Romana, seu Sauonensis, Castrorum, Vener. 4. Iul. 1597.

A R G V M E N T V M.

Enumerantur causæ, ob quas in præsenti casu vxori mandatum de manutenendo in possessione bonorum mariti defuncti, sit concedendum.

S V M M A R I A.

1 *Causæ, ob quas vxor in possessione bonorum defuncti mariti, sit manutenenda. & trib. seqq.*

D E C I S I O CCCLXXX.

IN causa Rom. seu Sauonensi, castrorum plures interueniebant causæ, quæ Dominos induxerunt ad 1 decernendum Dominę Lucretiæ mandatum de † manutenendo in possessione bonorum quondam D. Pauli 2 Sfortiæ eius viri. Quarum † prima fuit, quia constat de eius possessione, ne dum viuente suo viro, in qua post illius obitum remanserat, sed etiam tempore motæ litis, quam etiam, quod de iure familiaritatis retineret, nihilominus ipso mortuo data continuatione, & superuenientia nouæ causæ, poterat ex nouo titulo, etiam absque declaratione mutare causam suæ possessionis. Dec. cons. 400. nu. 5. Put. decis. 455. lib. 1. Achill. de caus. poss. & propr. multo igitur magis stante declaratione, per quam professa fuit, suæ intentionis esse, præfata bona, pro dotibus suis, & vsufructu sibi à quondam marito in eis relicto retinere. Dec. cons. 232. sub nu. 2. Gram. decis. 58. col. 1. & seq.

3 Altera † est, quod cum Dn. Paulus pro restitutione suæ dotis cum clausula constituti obligasset, non dubitatur, quin in ea trāslata fuisset dicta bonorum possessio. l. quod meo. ff. de acq. poss. Ias. in §. actionum. nu. 139. Inst. de act. Rimin. cons. 90. nu. 14. lib. 1. late Tiraq. in claus. const. p. 2. ampl. 1. nu. 2.

4 Tertia, † quoniam dato, quod in donatione facta per eundem quondam Domino Paulo ad fauorem Domini N. fuisset apposita clausula constituti, tamen in eo, quod in vim illius acquisita possessio erat posterior possessione Dominæ Lucretiæ, nullum operari potuit in eius præiudicium effectum, Bart. in l. si duo. nu. 4. ff. vti poss. Fel. in c. licet causam. 10. not. vers. tertia causa. Gozad. cons. 86. nu. 19.

Quare possessio postmodum capta per Excell. Dn. Ducem non est manutenibilis.

C O R D V B Æ.

Romana, Fideicommissi, 24. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Possidenti ex decreto iudicis, mandatum de manutenendo dandum est.

S V M M A R I A.

1 *Iudicis decretum omnem possessionem perimit, etiam absque expulsione.*

2 *Appellatio ab Aegidiana quando detur.*

DE-

DECISIO CCCLXXXI.

VGolinus vniuersalem hæredem instituit Claram vxorem, eique decedenti Taddæam pro medietate, & Iulium, & Camillum eius virum, illorum vita durante pro altera medietate bonorum substituit, quibus Claræ & Camillo substituit aliam Taddæam & eius filios, descendentes masculos in infinitum, absque detractione Falcid. & Trebellianicæ. Decedente Clara fuit factus locus primo fideicommisso in dictis bonis, quæ per testatorem fuerunt cuique assignata, deinde cum Iulia etiam obiret, & super illius portione controuerteretur inter Taddæam & Camillam, & vterque prætenderet in eis manuteneri, Domini resoluerunt, Taddææ esse dandum mandatum de manutenendo, moti, quia possessio fuit capta in vim mandati iudicis, rite & recte procedentis, quod facit per-1 dere † omnem possessionem, etiam sine expulsione. Ang. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 2. Imol. nu. 1. Rom. 2. Alex. 2. Ias. 20. ff. de acq. poss. Compost. Ioan. Andr. Butr. & Card. in c. transmissum. de elect. Ferret. cons. 5. num. 9. lib. 1.

Nec obstabat, quod à tali decreto dabatur appellatio, saltem de iure Canonico, ac inde dicta possessio videbatur attentata, & non manutenibilis. Nam fuit responsum, quod licet regulariter daretur appellatio, à quocũque possessorio de iure Canonico, quo ad vtrũque effectum, vt per Scrib. in c. ad sedem. de restit. spol. post glo. in verb. interdictum. Affl. decis. 269. num. 2. Benint. decis. 6. in pr. Cap. Thol. q. 501. Gabr. de restit. spol. num. 24. Couar. pract. quæst. c. 23. num. 8. tamen prædicta limitatio non intrabat in hoc casu propter Ægidianam, Fab. Peregr. decis. 181. alias 189. & 193. lib. 2. Mohed. decis. 47. Ant. Aug. in repetit. tit. de appel. §. sed in loc. in quibus seruatur. Nec ijs obstabat decisio facta in causa Spoletana, coram Illustris. Blanchetto, quia in illo casu agebatur de re Ecclesiæ, in quo non intrat Constitutio, vt fuit decisum coram Reuer. patre, D. meo Sacrato, in causa Camarinensi, iuris patronatus, 15. Nouem. 1599. vbi plures aliæ decisiones adducuntur.

2 Minus obstabat, quod dabatur appellatio † ab Ægidiana, quando agitur de æquali iure, & sententia continet mixturam, quia in præsenti dicta sententia nullã continet mixturam, sed erat lata in mero possessorio, iuxta Cons. Corn. sæpius in Rota canonizatum.

Nec dicta mixtura potest inferri ex illis verbis sententiæ, scilicet, de & super successione in medietatem bonorũ, per Vgolinum Iuliæ, & Camillæ in testamento eorum vita tantum durante relicta, nam illa verba nõ sunt in dispositiua, sed in narratiua, & solita apponi in istis sententijs ad effectum qui prętenditur, oportebat mixturam esse in parte dispositiua. Cott. decis. 175. & quod exprimatur causa, quæ habeat explicationẽ cum petitorio, vt fuit resolutum in causa Tiburtina castri Sambuci, de anno 1577. coram Sanctiss. D. Nostro, & in causa Racanatensi Bonorum, 26. Iun. 1582. coram Reuer. patre D. Pamphilio.

IVSTI.

Sabinensis, Terrarum, Ven. 5. Nou. 1599.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo, ei, qui tempore mota litis possidet, dandum est.

SVMMARIA.

1 *Possidenti tempore litis mota mandatum de manutenendo datur.*

2 *Possessio ex fructuum perceptione probatur.*

3 *Ius pascendi diuersum esse potest a possessione, & eodem tempore diuersis competere.*

DECISIO CCCLXXXII.

POssessionem Capituli Lambotti terrarum, de quibus agitur, concludenter probari tempore motæ 1 litis, visum fuit Dominis, & idcirco ei † dandum esse mandatum de manutenendo. l. 1. §. huius autem. & ib. Bart. in pr. & §. quod ait prætor. & ibi Bart. num. 2. & seq. vti possid. §. retinendæ. & ibi. Fab. num. 16. Inst. de interdict.

Nam testes probant, quod de anno 1588. & seq. vsque ad annum 1594. habuerunt in affictum à Capitulo Lambotto, & quod illi de fructibus responderunt, 2 fructuum verò † perceptione probatur possessio. l. Titia. ff. de solut. l. 2. & ib. Bart. C. de acquir. poss. not. omnes in l. 3. C. de agric. & cens. lib. 11. Nec verum est, quod aliqui testes loquantur de decem rubijs, existentibus in tenuta, de Monte Veteri, de quibus non est controuersia, sed de istis, de quibus agitur, & dicunt, quod sunt proxima tenutæ de Monte Veteri, vt bene respondent Informantes, & adsunt alij testes, ex quibus tollitur ista æquiuocatio.

Possessio autẽ Dominorum de Pinellis ad hunc effectum nullo modo probatur, siquidem testes ipsorũ concludunt super iure pascendi, cuius possessio non solum potest esse separata à possessione, & perceptione 3 aliorum fructuum, sed potest † competere eodem tempore pluribus & diuersis personis. Castr. cons. 115. lib. 2. & hoc non controuertit Capitulum Lambotti.

Non obstat mensuratio & ocularis inspectio Iudicis, & similia, quoniam respiciunt negotium principale.

Non obstat, quod Domini de Pinellis exegerint ab affictuarijs, de mandato Consulum Agriculturæ, quia hoc nihil præiudicat Capitulo Lambotto, & quo ad affictuariũ cautum est illi, quia Pinelli exegerunt non libere, sed data cautione de restituendo & in euentum succumbentiæ, quæ possessio non est manutenibilis. l. qui absenti. §. 1. ff. de acquir. possess. late Tiraq. de iure const. ampl. 17. & pręsertum quia solutiones factę à colono, non possunt præiudicare possessori, quia non potest interuertere possessionem Domini, l. fin. C. de acq. poss. & fuit pluries decisum.

Non obstat anterior possessio Dominorum de Vrsinis, cui volunt inniti Domini de Pinellis, vigore clausulæ constituti, quia non probatur de anno 1589. quo constituerunt se possidere nomine Dominorum de Pinellis. Nec sufficit alia possessio antecedens ad hunc effectum, Bald. in l. siue autem. ff. de public. in rem act. Tiraq. vbi supr. lim. 1. num. 8. quia est interrupta per possessorium Capituli Lambotti.

Non prodest præsumptio possessionis continuatæ, quando probatur actus intermedius possessionis alterius, Aret. in §. retinendæ, num. 13. Inst. de interd. cum alijs late deductis coram Lauretano, in causa Hispalensi, iuris votandi, 16. Mart. 1575.

Et in omnem euentum detentatio Capituli Lambotti bene probatur, quæ in summarijssimo possessorio sufficit, Couarr. post alleg. pract. quæst. c. 17. nu. 5. Cetera tolluntur per Informantes.

MELLINI.

Romana, Hæreditatis, de Valle, 26. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Immissio ex testamento non datur, nisi constet de quibus bonis testator disponere potuerit.

SVMMARIA.

1 *Immissio ex testamento non datur, nisi constet de quibus bonis testator potuerit disponere.*

2 *Cumulatio petitorij, & possessorij quando admittatur.*

DECISIO CCCLXXXIII.

DOmini concluserunt non esse locum immissioni in possessionem bonorũ, vigore testamenti Bernardini, de Valle, ex eo potissimum fundamento, quia institutio fuit facta in bonis, de quibus disponere poterat, & ideo antequam constat, quæ sint ista bona, de 1 quibus disponere † poterat, non potest dari immissio,

& ad

& ad istum effectum est necessaria liquidatio, tam respectu corporis bonorum, quæ à Bernardino possidebantur tempore obitus, vt est tex.clar.in l.vlt.C.de ed. Diui Adr. toll. quam etiam respectu quantitatis legitimæ, & Trebellianicæ, & quantum ad legitimam est videndum, an fructus percepti à nepotibus testatoris sint in eam imputandi, si Domini de TuKanellis super hoc volunt audiri, habent in hoc regulam contra se, l.quod bonis.§.quod auus.ff.ad leg. Falc.& ib.Bart. & alij Alex.consil.36.num.4.vol.7.& interim non potest dari immissio, præsertim parte opponente.

Termini verò decisionis in causa Romana, fideicommissi de Gallis, quæ allegatur in contrarium, sunt longe diuersi. Aliud enim est, quærere an possit dari sententia canonizatoria fideicommissi, quæ reijcit liquidationem ante immissionem, de quo solum fuit actum in illa causa, & aliud est quærere, an sit danda immissio sine liquidatione præcedenti, prout hodie petitur.

Alia fundamenta Dominis non videbantur digna consideratione, & primo non placuit, quod cesset hoc remedium, quando prius fuit intentatum iudicium petitionis hæreditatis, quia in hoc casu admittitur cumulatio † petitorij, & possessorij, cum non sint ad inuicem repugnantia, & tendant ad diuersum finem, vt per Bar.l.naturaliter.§.nihil commune. Ripa.nu.143. Rub. Alex. num.166.& alij, quos referunt Modern. de adipisc. poss.rem.4. num.517. exceptio etiam præsumptionis nō intrat, quia Lelius & Bernardinus possidebant bona hæreditaria, & ante tempus restitutionis fideicommissi, non potest in eis considerari aliqua negligentia in non petendo legitimam & Trebellianicam, cum..... ius suum esse saluum tempore restitutionis, & ideo non præscriptum fuit petendi legitimam, vt bene deducit Soc. iun.cons.64.num.14.lib.2. quicquid incidenter dicat Abb. in consilio 200. numero 24.

Quantum verò ad præscriptionem huius remedij l.vlt.cessat etiam præscriptio, quia post obitum Bernardini fuit mota lis, & non probata concludenter possessio pacifica per tempus requisitum. Capuraq. decis.332. p.2. maxime cum sit subducendum tempus minoris ætatis Marc.Antonij, vt per Balb. de præscr. p.6.prin. cons.23. num. 34. & fuit resolutum in causa Romana de Magdalenis, 9.Iun.1587.coram Illustriss. Card. Blancherto, & in causa Romana census de Caffarellis, 19.Decembr.eiusdem anni, coram bon.mem. Gypsio, & sufficit ad istom effectum, vt non impediatur immissio, quod ista exceptio præscriptionis non sit clara & liquida, vt per Dec.in d.l.vlt.num.22. Afflict. decis.52.in fin.

Aliud fundamentum, quod Petrus sit legitimus contradictor, cum sit fideicommissarius, & habet possessionem absque vitio, & habet parem titulum, minus placuit Dominis, quia Petrus in hac portione Bernardini neque est fideicommissarius, neque habet titulum, cum solum prætendat se vocatum ad fideicōmissum, ex testamentis Pauli, & Nicolai, & hæc bona sint exempta ab istis fideicommissis, & petatur immissio ex testamento Bernardini.

Vltimum fundamentum, quod hoc remedium non detur instituto in re certa, habet difficultatem in iure, quia multi Dd. tenent contrarium, vt per Menoch.dicto remed.4. num.158. & etiam in facto, quia institutio non est facta in legitima & Trebellianica, vt in re certa, sed in vniuerso patrimonio ipsius Bernardini, cui legitima & Trebellianica erant debita, & licet in institutione sint apposita illa verba, de quibus disponere possit, tamen non sunt apposita ad effectum restringendi institutionem vniuersalem, sed ad effectum excludendi bona subiecta fideicommisso.

Assisiensis, Molendini, Lun.20. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Cessio facta alicui vt hæredi, non prodest, nisi sit hæres, & sic gratia subreptitia ex falsis narratis obtenta, non releuat.

SVMMARIA.

1 *Cessio alicui facta vt hæredi, non prodest, nisi sit hæres.*
2 *Feudo ob lineam finitam deuoluto, Dominus tenetur melioramenta soluere, vel rem melioratam hæredibus vasalli restituere.*
3 *Transactio cum hærede putatiuo, an verò hæredi suffragetur.*
4 *Hæres in parte, verè dicitur hæres.*
5 *Illatio non fit ex diuersis.*
6 *Paria sunt non esse, & esse, sed non de iure esse, vel inutiliter.*

DECISIO CCCLXXXIV.

R. C.A. de mandato Gregorij XIV. fel.rec. vt ex lectura Chirographi eiusdem apparet, cesserat omnia iura sibi competentia, & cōpertura super molendino in territorio Assisij existente, de quo agitur, Illustr. Dominæ Iuniperæ de Saluiatis, cum certis pactis, & conditionibus, sed quia Illustr. D. Margarita de S.Cruce vti mater & sola hæres, ab intestato, Astoris Iunioris respectu bonorum non existentium in districtu Perusino, prætendebat hanc cessionem debere censeri factam ad ipsius fauorem tantum, ideo dubitaui, An dictū Chirographum, & cessio vigore illius subsequuta cederent ad fauorem Illustriss. Dn. Iuniperæ, vel Illustriss. Dominæ Margaritæ, & dicta die vtraque parte informante, Domini resoluerunt, cedere ad fauorem Dominæ Margaritæ. Resolutionis ratio fuit, quia Papa, & Camera ad transigendum & cedendum Dn.Iuniperæ moti fuerunt, quoniam existimabant eam esse hæredem Domini Astoris Iunioris, eius ex Guidone filio præmortuo nepotis, quādoquidem ipsa dicebat ob hanc causam molendinum vti allodiale, ad se pertinere, propterea prosequuta fuit litem alias nomine dicti Astoris, contra Cameram super spolio dicti molendini motam, & ad ostendendum se esse hæredem, produxit Inuentarium bonorum præd. Domini Nepotis, & nonnulla alia iura, constituit procuratorem ad cedendum, & remittendum Cameræ fructus, ex dicto molendino perceptos, quod citra ius & nomen hæredis fieri non poterat. l. item veniat. §. fructus.de petit.hęred.l.pecuniæ, §.hęreditas. de verb. signif. & successiue tanquam hæres dedit mandatum ad capiendum possessionem molendini, & Camera facile credere potuit, eam esse hæredem, cum vti talis ipsa habuerit mandatum de manutenendo in possessione dictæ hæreditatis, & suadetur, quia ex propria persona nullum ius nonum adducit, propter quod Camera ad ei cedendum moueri potuerit.

Et quod hæc qualitas hæredis fuerit præcipua, & sola causa finalis, transigendi cum Domina Iunipera, clare dignoscitur ex verbis Chirographi, in quibus Papa se fundat vt patet ibi, *si debba fare ad essa Ginevra come herede di d. Astor Baglione iuniore vnico suo Nepote libera cessione*, & ponderanda sunt illa verba, *vnico suo nepote*, quæ innuunt, quod si extitissent alij nepotes, illis erat facienda cessio, siue restitutio molendini alias verbum *vnico* nil operaretur contra textum in l. si quando quis.cum alijs ibi adductis per glo.de leg.1. & Camera in cessione totum Chirographi tenorem inseruit, quo fit, vt cessio facta censeatur in executionem præcedentis tractatus, & ordinis Papæ, l. qui in aliena. §. si is qui putabat. & ibi scribentes de acquir. hæred. cum alijs adductis per Alciat. de præsumpt. reg.2.præsump.24. Quamobrem bene dicit Castr. cō-fil.77.num.7.in pr.cessionem factam alicui † vti hæredi, ipsi non prodesse, nisi sit hæres. Nec fuit intentionis

Papæ

Papæ per huiusmodi cessionem auferte ius competẽs Dominæ Margaritæ, & illud dare Dominæ Iuniperæ, maxime quia prædicta qualitas hæredis, tantum poterat obligare & inducere Papam, & Cameram ad ce-
2 dendum cũ directus Dominus feudo ob lineam † finitam deuoluto, teneatur, vel soluere melioramenta, vel rem melioratã hæredibus Vasalli restituere, Doct. per illum text. in §. si vasallus. tit. hic finitur lex. Aluaro. in c. 1. §. si quis de man. sub num. 1. de controu. inuest. Clar. in §. feudum. q. 88. num. 1. & 2. ideo prædicta qualitas pro causa finali haberi debet, Fulg. in l. si cum te. num. 4. de pact. & ibi Castr. num. 3. Soc. consil. 179. num. 23. lib. 2. cum alijs citatis in vna Prænestina Bonorum, coram Reuer. patre, Domino meo Decano, cuius copia datur, & sic patet, quod dicta verba *come heredi* non stant causatiue aut demonstratiue, vt econtrario prætenditur ex decis. Put. 201. lib. 2. cum alijs citatis.

Istis sic stantibus, non habuit difficultatem apud Dominos, molendinum fore restituendum D. Margaritæ, restitutis tamen pecunijs per Dominam Iuniperam C. A. solutis, siquidem omnia contemplatione hæredis gesta, cum herede verò, non autem putatiuo, gesta censentur. l. post Senatusconsultũ. l. si quid possessor. §. fin. vbi post glo. declarant Doctor. & Paul. de Castr. de petit. hæred. & taliter ipsi acquiritur, vt non denegatur rei vendicatio, seu repetitio. l. profectitia. §. 1. de iure dotium. l. cum oportet. in pr. & ibi glo. C. de bon. quæ lib. cum alijs alleg.

3 Nec ad rem facit, quod † transactio cum hærede putatiuo non suffragatur hæredi vero, l. Imperatores. §. fin. de transact. quia procedit, quando verus hæres nõ vult ratum habere, quod gestum est, cum hærede putatiuo, alias secus, vt bene declarat gloss. in verbo posse, quam sequuntur ibi Bart. & Paul. de Castro.

Minus obstat, quod Domina Iunipera sit hæres nepotis pro medietate bonorum consistentium in districtu Perusino, ita disponente statuto illius Ciuitatis,
4 vnde hæres in parte † verè dicitur hæres, Ruin. cons. 46. num. 5. lib. 5. quia ad hunc effectum, nihil releuat cum molendinum sit in territorio Assisij, siquidem
5 ex diuersis non est † inferendum, l. Papinianus exuli.
6 de minor. cum concord. & paria sunt non esse, † vel esse, sed non de iure, vel inutiliter, l. quoties. qui satisd. cogan. l. nihil interest. de reg. iur. Roland. consil. 353. in fin. lib. 1.

Hinc infertur, licet nomen Dominæ Margaritæ nõ fuerit in cessione expressum, nihilominus ei prodesse debet, ac si fuisset expresse nominata, propterea nõ releuat quod dicebatur cessionem potius resoluendam esse ad fauorem Cameræ, veluti factam ex falsa causa quam quod D. Margarita possit ex ea iuuari, Abb. in c. cum pridem. in fin. de pact. Put. decis. 158. circa mediũ lib. 3. præsertim cum nemo pro ipsa stipulatus fuerit, ad l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. oblig. §. alteri. Inst. de inutil stipul. quoniam stantibus supradictis nõ fuit opus alia stipulatione.

Non obstat, quod cessio fuerit facta Dominæ Iuniperę pro se, & suis hæredibus, quia intelligitur, quatenus sit hæres per prædicta.

Non obstat, quod molendinum ante transactionẽ ex resolutione Cameræ diceretur feudale, quia sat est, quod post transactionem sit allodiale, vt D. Margaritæ debeatur.

LITTÆ.

Vrbeuetana, Hæreditatis, Vener. 10. Nouemb. 1597.

ARGVMENTVM.

Soror germana succedit fratri defuncto pro medietate, vnà cum nepote ex fratre prædefuncto, qui in alteram medietatem succedit.

SVMMARIA.

1 *Soror defuncti ab intestato succedit simul cum filijs alterius fratris prædefuncti.*
2 *Interpretatio in dubio ea est facienda, per quam ius commune quam minimum corrigatur.*
3 *Filius subintrat in locum patris, vbi agitur de successione patrui.*
4 *Illatio de casu diuerso, ad alium non potest fieri.*

DECISIO CCCLXXXV.

FRanciscus Conellus Vrbeuetanus, de mense Iunij 1598. ab intestato decessit, superstitibus Ioan. Baptista Nepote ex fratre Germano, prædefuncto, & Margarita sorore sua germana nupta, dotata: orta cõtrouersia, inter prædictos super successione dicti Francisci, fuit causa mihi cõmissa, vnde Ioan. Baptista prætendente succedere in totum, exclusa Margarita vigore statuti veteris, ipsa verò prætendente simul cum eo succedere debere, dubitatũ, vt sequitur præsupposito statuto Vrbis veteris, cap. 55. sub rub. de successi. ab intest. & cap. 57. sub rub. quod mulier non potest renunciare bonis paternis, neque maternis. lib. 2. & alijs hinc inde deductis.

An Francisco vltimo decedenti ab intestato succedat Margarita eius germana soror, pro medietate, vnà cum Ioan. Baptista filio q. Gasparis fratris germani, prædefuncti, vel potius D. Ioan. Baptista succedat in totum.

Et Domini tenuerunt, Francisco vltimo defuncto succedere debere Margaritam sororem germanã pro medietate, & pro alia medietate Ioan. Baptistam nepotem ex fratre germano prædefuncto, moti ea ratione, quia de iure communi soror defuncti ab intestato
1 ei succedit simul † cum filijs alterius fratris prædefuncti, Auth. post fratres. C. de leg. hæred. Paul. de Castr. cons. 119. in pr. lib. 1. Couar. consil. 254. num. 5. lib. 4.

Nec à tali dispositione videtur recedendum propter statutum Vrbis veteris, de quo in dubio, quia statutũ sub rub. de success. ab intest. c. 55. disponit, quod decedente ab intestato sine descendentibus succedant proximiores agnati vsque ad tertium gradum, secundum ius Canonicum computandum, exclusis matre, & cognatis, & ex agnatis masculos feminis præferri, sed duntaxat quando sunt pari gradu, vt ex lectura eiusdem statuti videre est.

Vnde cum in hoc casu Ioan. Baptista respectu Francisci, de cuius successione agitur, sit in tertio gradu, Margarita verò sit in secundo, merito intrare non potest dispositio statuti, ad fauorem Ioan. Baptist. ad text. in l. 4. §. toties de dam. inf. & l. hos accusari. §. omnibus. ff. de accusat. nam vbi statutum aliquid disponendo certam præsupponit qualitatem, illa in primis verificanda est, alias statuti dispositio nõ intrat. l. Prætor ait se doceri. ff. de vi bon. rap. Dec. consil. 261. nu. 2. Paris. consil. 152. num. 5. lib. 4. Bald. consil. 141. num. 3. lib. 1. & tenuit Rota in vna Bancheria redintegrationis 7. Febr. 1595. coram D. Penia, in Romana hæreditatis de Gellis 19. Decembris, eiusdem anni, coram Reuer. patre D. Pamphilio. Nec sub prætextu quod respiciat fauorem agnationis, debet latius interpretari in præiudicium ipsius Margaritæ, tum quia illud statutum sororem defuncti vult inter agnatos vocatos connumerari deberi, quod est iuri consonum, l. pronunciatio. ad fin. ff. de verb. signif. l. lege 12. tab. §. huiusmodi. C. de leg. hæred. & §. ceterum. Inst. de leg. agn. success.
2 tum etiam, quia in dubio ea fieri debet † interpretatio, per quam minus corrigitur ius commune, quam sit possibile, l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hæred. Auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles. & c. cũ dilectus. de consuet. cum mille similibus. Nec verba statuti existentis sub rub. quod mulier non possit renunciare. &c. ibi *item si aliquis sine filijs, vel filiabus ab intestato decesserit frater, vel filius fratris tantum succedant*

cedant in totum, & præferantur sororibus, & quæ sequuntur, sententiæ tam firmatæ in aliquo obstant, si modo singula singulis referantur, prout fieri debet, vt dicta dispositio iuris communis minus lædatur, quam sit possibile hoc modo, &c. frater præferatur suis sororibus, in successione patrui, & quatenus subsequitur, sed si postea decesserit sine liberis, talis hæreditas deueniat ad sorores defuncti eodem modo intelligi debet, hoc est, quod si fratres, qui successerint fratri exclusis sororibus defuncti, decesserint sine liberis, sorores ipsæ succedant, & si filij fratrum qui successerũt patruo sororibus suis exclusis decesserint sine liberis, sorores exclusæ tunc succedant.

Et ad id quod ibi agitur de hereditate patrui, prout 3 hoc in casu, filius † subintrat in locum patris, & iure ac priuilegio illius vtitur in omnibus, & per omnia. §. reliquum. vers. vnde consequens. & ibi Ang. in pr. & in 3. not. 10 Auth. de hæred. ab intest. venien. Aret. consil. 161. num. 8. Alex. consil. 77. nu. 1. Ægid. decis. 724. cum alijs hic per Informantes allegatis, & quod propterea quemadmodum pater Ioan. Baptistæ, si viueret, in totum excluderet Margaritam attenta dispositione statutorum scriptorum, eodem modo videtur dicendum hoc in casu, eandem excludi debere ab ipso Ioan. Baptista, qui locum patris sui tenet, & eundem repræsentat.

Fuit responsum, filium fratris subintrare quidem locum patris sui ad effectum, vt concurrat cum sorore defuncti, de cuius successione agitur, sed non vt eam excludat, Alex. consil. 159. num. 2. vers. 6. limita, cum alijs sic allegatis: & quia nepos repræsentat personam patris, non tamen in pari gradu est cum sorore defuncti, quam prętendit excludere. §. cum filius. Inst. de legit. hæred. & tamen statutum de quo supra, sororem defuncti nõ excludit à successione illius, nisi vbi agnatus concurrens cum ea sit in pari gradu, & ius etiam commune quod supradictam repræsentationem inducit, non etiam eam excludit, sed inducit concursum, ideo. &c.

Nec obstare dixerunt Domini, decisionem alias factam in illa Romana, successionis, coram bon. mem. Robusterio, cuius copia data fuit, siquidem procedit in terminis statuti Vrbis in nouis reformationib. c. 24. quod statutum vocat fratres germanos ad successionem fratris defuncti sine liberis, exclusis sororibus, nec eas aliquo in casu vocat prout facit statutum, de quo agitur, quòd vt dixi sorores ipsas defuncti ab intestato, sine liberis vocat, & non excludit, nisi vbi agnati eas excludere volentes sint in pari gradu cum illis, 4 vnde merito de dicto † casu ad casum hunc, vt Rotæ diuersum inferri nõ debet, vulgata l. Papinianus exuli. ff. de minor.

P E N I AE.

Romana, de Naris, 11. Decemb. 1595.

A R G V M E N T V M.

Substitutio reciproca in casu fideicommissi ex quibus inducta censeatur.

S V M M A R I A.

1 *Substitutio reciproca plures personas requirit.*
2 *Fideicommissum reciprocum in testamento per relationem ad aliud testamentum, induci potest.*
3 *Fideicommissum perpetuum quibus ex verbis inductum censeatur.*
4 *Extensio de persona ad personam ex verisimili mente testatoris in casu fideicommissi non fit.*

D E C I S I O CCCLXXXVI.

Petebat Franciscus de Naris immitti in possessionẽ medietatis Casalis de Monte Migliore vigore testamenti non vitiati, nõ cancellati, Hieronymi de Naris sui fratris, qui decedens reliquerat hæredem Antonium Narum communem fratrem, illum tamen rogauerat vt medietatẽ dicti Casalis cum annexis Francisco restitueret, sed quia Antonius restitutionem facere recusabat, & immissionem impedire intendebat, opponendo de antiquo fideicommisso specialiter inducto super dicto Casali, cuius vigore prætendebat integrum Casale cum annexis post obitum Hieronymi fratris ad se pertinuisse, nec Hieronymum de illo disponere potuisse, ideo dubitaui, An constaret de fideicommisso ad effectum impediendi immissionem, quam Franciscus vigore dicti testamenti petebat.

In quo articulo, Informantes pro Antonio considerabant Tiberium de Naris primum Casalis Dominũ, ex speciali fideicommissi vinculo, idem Casale ligantẽ vt perpetuo in familia de Naris remaneret pro conseruatione nobilitatis illius, instituisse filios suos masculos simul cum Lucio Martio eius tunc vnico filio minore, & idem vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum inuicem si decederent sine filijs, æquis portionibus substituendo, quibus verbis continetur reciproca & fideicõmissaria, præsertim stantibus illis verbis per fideicommissum. Rip. in l. Lucius. num. 46. vbi Bart. num. 20. ff. de vulg. & pupil. Dec. cons. 86. num. 1. Paris. consil. 91. num. 35. lib. 2. Roland. cons. 25. nu. 10. lib. 1. Reuer. pater Dominus meus Mantica, lib. 7. de coniect. vltimar. volunt. tit. 4. num. 6. & 7.

Prohibuerat etiam testator in particulari alienatione Casalis, etiam ex causa dotis, & detractionis Falcidiæ, & Trebellianicę, ad effectum, vt perpetuum in familia remaneret, ex quibus similiter deducebant, claram fuisse testatoris mentẽ, volentis inducere reciprocum fideicommissum, & in casu mortis, Soc. Iun. cons. 43. nu. 11. vers. aliquando vltra testator dicit. &c. lib. 3. Dec. consil. 481. num. 2. Gab. de fid. conclus. 10. num. 7.

Disposuerat Tiberius, quod vltimus superuiuẽs ex hęredib. à se institutis, & substitutis teneretur adoptare vnum, ita quod nati, natorum, & qui nascerẽtur ab illis, seu in euentum defunctorum adoptarentur perpetuo tempore de domo, & familia de Naris nuncuparentur, vt supra, & ad eum dicta hæreditas deuolueretur, vt supra modo, & forma superius expressis & non aliter, nec alio modo, etiam vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, vt supra, quos omnes respectiue, & successiue dictus testator substituit, & ore proprio nominauit, vnde inferebant Informantes pro Antonio in testamento Tiberij inter plures adoptatos inductum reciprocum fideicommissum, Rip. in d. l. Lucius. nu. 46. & Paris. d. cons. 41. nu. 35. lib. 2.

Quoniam verò Informantes pro Francisco admittebant in testamento Tiberij reciprocam substitutionem expressam in vno casu, videlicet inter filios suos, si plures suscepisset, non tamen fuisse inductum in altero casu, si omnes eius filij decessissent sine filijs, in quo vltimus superuiuens tenebatur adoptare aliquẽ nobilem, qui ferret nomen familiæ de Naris, & in eo casu nullam fuisse factam reciprocam substitutionem, nec etiam fieri potuisse ex quo vnus solus erat vocatus, cui reciproca conuenire non potest, quæ requirit 1 plures † personas, l. iã hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & Themate proposito euanuisse reciprocam à Tiberio in primo casu consideratam, & quod post obitum Tiberij solus remanserat Lucius Martius eius filius, qui decesserat sine filijs.

Propterea Informantes pro Antonio ex multis probare intendebant eandem reciprocam intelligi repetitam in testamento Lucij Martij per relationem ad testamentum Tiberij, nam Lucius Martius Tiberij filius asserens mentem patris fuisse manifestissimam, quod Casale de Monte Migliore remaneret in perpetuum in familia de Naris, pro illius ampliatione, & manutentione, & quòd vltimus decedens de linea, seu familia ipsius Tiberij si sine filijs decederet, adoptaret vnum, vel plures nobilem virum, seu nobiles viros,

qui

qui succederet seu succederent in dicto Casali, & hæreditate. Idcirco omni meliori modo, ore proprio nominauit, instituit, & suos hæredes fecit in præd. Casali cum omnibus suis membris, Antonium, & Hieronymum de Naris, filios quondam Sabbæ de Naris, cum conditionibus, & facultatibus similibus in dispositione paterna appositis, & adiectis. Volens insuper quod Antonius & Hieronymus deberēt, & tenerētur dare singulo anno D. Francisco de Naris eorum fratri tertiam fructuum eiusdem Casalis, & duorum censuum vita Francisci durante, quos Antoniū & Hieronymū Sabbæ de Naris in eadē familia existētes succedere voluit modo, quo supra, in præd. Casali, volens, & mandans idem testator debere tam dictum Casale, quàm dictos suos annuos census perpetuo remanere in eadem familia de Naris, & cum facultatibus, & conditionibus appositis per D. Tiberium eiusdem testatoris patrem.

Ex hac enim dispositione prætendebatur pro parte Antonij, reciprocam fuisse repetitam inter ipsum & Hieronymum, quos Lucius Martius sibi hæredes instituerat, cum reciprocum fideicōmissum induci possit † in vno testamento, per relationem ad aliud testamentum in quo reciprocum testamentū legatur. Dec. consil. 362. in pr. Soc. Iun. cons. 75. nu. 9. lib. 3. cum paria sint facere in alio testamento explicatum fideicommissum, vel aliud facere relatiue ad aliud testamentū, in quo illud legitur, Alex. cons. 202. nu. 20. li. 6. Gozad. cons. 52. nu. 3. & præsertim in hoc casu, in quo Lucius Martius expresse asseuerat se voluisse nominare, & instituere Antonium & Hieronymum, cū facultatibus, conditionibus, & oneribus cōtentis in testamento, vnde cum in testamēto Tiberij legeretur substitutio reciproca inter eius filios, & hæredes, si plures nati fuissent, ita quòd si vnus illorum decederet sine filijs, alter superstes ei succederet, similiter hoc casu deberet fieri successio inter Antonium & Hieronymum, Bart. in d. l. Lucius. nu. 20. vbi Rip. nu. 30. de vulg. & pupil. nam dicere cum conditionibus oneribus & facultatibus, perinde est, ac si dixisset cum fideicommisso contento, & inducto in testamento Tiberij, cum fideicōmissum dicatur onus, l. si arrogator. ff. de adopt. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupil. prout etiam idem significare videbantur illa verba, cum conditionib. l. 1. C. de pact. præsertim cum relata dicantur esse in referente vere, & proprie l. asse toto. vbi Bart. ff. de hæred. inst. Dec. consil. 19. num. 8. Paris. cons. 9. num. 17. lib. 3. Gozad. consil. 57. nu. 16.

Supradictis addebant sequētia, quia vterque testator voluit Casale conseruari in familia, & agnatione prohibendo omnes alienationes, Soc. Iun. cons. 12. nu. 18. lib. 3. Dec. cons. 38. nu. 1. Volum... Socin. Iun. consil. 161. nu. 8. par. 2. Paris. cons. 3. nu. 22. lib. 1.

Item quoniam Lucius Martius dixerat, volens, & mandans quod Casale perpetuo remaneret in familia de Naris, si enim post mortem omnium institutorum vocabatur ipsa familia, sequebatur adesse substitutionem factam post mortem omnium.

Item conuenire aliud ad reciprocam substitutionē requisitum, quod fieret de tota hæreditate, ex quo erat facta de re certa, videlicet de Casali sub certis limitibus designato, Ruin. cons. 109. nu. 6. & 7. lib. 2.

Rursus, cum ista verba essent in rem concepta, non in personam, etiam ex testamento Lucij Martij videbatur inductum fideicommissum inter Antonium & Hieronymum institutos. Gabr. conclus. 10. de fideic. nu. 23. Bald. in l. precibus. num. 49. vers. sed Iudex. C. de impub. & alijs subst. Aochar. cons. 381. & eo præsertim nomine, quia fuerunt probata, non incidenter, sed dispositiue, Siluestr. Aldobr. cons. 312. & 14. vbi plures.

Postremo, ex quo Lucius Martius exclusit Franciscum assignata sibi solum tertia parte fructuum illius, vita durante, censeri poterat considerasse solum familiam Hieronymi, & Antonij, ita vt Hieronymus non potuerit ad fauorem Francisci disponere. Gabr. de fideic. concl. 10. nu. 12.

Quibus non obstat, quod Lucius Martius non videretur seruasse paternā voluntatem, ex quo non processerat per modum adoptionis, quia cum propter minorem ætatem nō potuisset adoptare, processit per electionem, & omni meliori modo, quod videbatur sufficere fideicommisso.

Dicebat etiā, quod licet Tiberius disposuisset, quod vltimus de suis adoptasset vnum, & Lucius Martius delegerit duos, non propterea contrauenit voluntati paternæ, cum enim dixisset, manifestissimam sibi fuisse patris mentem, præsumpserat illud voluisse, plures etiam adoptari, & eligi posse. Gabr. d. consil. 132. q. 2. num. 12. Crao. cons. 161. num. 4.

Ex aduerso etiam deducebant multa, quę valde ancipitem, & controuersum reddebant propositum articulum, quanquam aliqui ex Dominis opinarentur fideicommissum inductum in Tiberio de Naris expirasse, & tenebant tantum Lucium Martium super eodem Casale aliud fideicommissum induxisse, ex quo ordinauit, quod remaneret in familia de Naris, pro illius ampliatione, & manutentione, quibus verbis induci fideicommissum perpetuum † censuerunt Ias. in l. filiusf. §. Diui. in 2. lect. nu. 146. vers. tenendo tamen comm. vbi Rip. nu. 18. & Ferdinand. Lopez. nu. 98. ff. de leg. 1. Peralt. in l. cum legatum. §. in fideicommissum. nu. 1. ff. de leg. 2. & Reuer. pater D. Mantic. lib. 6. de coniect. vlt. volunt. tit. 14. nu. 27.

Ideo, quod Lucius Martius sequendo patris voluntatem similiter prohibuit illius alienationem, iubens, & mandans, vt perpetuo in familia de Naris remaneret, cum facultatibus, conditionibus, & oneribus positis in testamento Tiberij, Soc. Iun. cons. 25. lib. 3. Alex. cons. 201. nu. 10. lib. 6. hæc enim clare indicabant adesse fideicommissum Soc. in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 8. ff. de lib. & post. Tiraq. de primogenit. q. 3. nu. 3. Imol. lib. 1. de primogenit. Hispan. c. 7. nu. 19. & respectu talis fideicommissi dubium esse, qualiter esset succedendū, cum Lucius Martius id nō satis expressisset.

Quantum autem ad fideicommissum reciprocum esse quam prætendebatur pro Francisco illud non videri inductum inter Antonium, & Hieronymum, primo, quia de dicta reciproca substitutione expresse non constabat ex testamento Lucij Martij, qui solum vocauit Antonium, & Hieronymum, cum facultatibus, cōditionibus, & omnibus similibus appositis in testamento Tiberij, in quibus non legebatur talis expressa substitutio reciproca, quę ad effectum impediendi immissionem clare & sine interprete trahi possit.

Itē considerabatur series testamenti Tiberij de Naris qui primo loco vocauerat Luciū Martium filiū, & casu quo eius vxor peperisset duos filios, vel vnū masculum, illos adinuicem substituerat, nec vltra fuerat progressus, in substitutione reciproca, quā solū fecisse videbatur inter suos, non autē illorum descendentes.

Rursus in defectum filiorum descendentium ab illis vltimo loco morienti substituerat filium naturalem vulgariter & pupillariter & per fideicōmissum, nulla facta mētione de reciproca substitutione, respectu descendentium à filio naturali. Propterea deficientibus omnibus supradictis, iussit adoptari vnum nobilem, modo scripto in testamento, ad quem voluit hæreditatem suam deuolui modo, & forma supra expressis, & vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, vt supr. quod poterat intelligi eo modo quo substituerat in proxima præcedenti clausula filium naturalem.

Postremo, ex eo, quod testator subiūxerat quos omnes substituit respectiue, & successiue, quasi diceret primò filios legitimos, secundò filium naturalem, tertiò filium adoptiuum.

Vnde

Vnde cum Tiberius diuersas vocationes fecerit, solum inter filios primi gradus non inter alios vlteriores substitutionem reciprocam induxisse videtur, nec satis apparebat, quo pacto ex dispositione Lucij Martij relata ad dispositionem Tiberij posset deduci reciproca substitutio inter Antoniū & Hieronymum, & præsertim in casu fideicommissi, in quo etiam ex † verisimili mente testatoris non fit extensio de persona ad personam, l. si quis ita. §. pen. ff. de testam. tut. Gabr. tit. de reg. iur. conf. 10. nu. 7. Molin. lib. 1. c. 4. nu. 4. de priuil.

His addebant multas difficultates per Dominos cōsideratas, quia licet inter adoptatos possit considerari aliqua reciproca substitutio tacita, quæ esset sufficiens ad effectum, vt Hieronymus non potuisset disponere de medietate Casalis, quia expresse non legebatur, vt supradictum fuit, dubium tamen erat, An fuisset per Lucium Martium seruata forma præscripta in testamento Tiberij, cum Lucius Martius non adoptauerit Antonium, & Hieronymum, sed eos elegerit, & substituerit.

Rursus quæstiones etiam erant, vtrum talis institutio habuerit vim adoptionis. Item relatio facta per Lucium Martium ad testamentum Tiberij, censeretur etiam facta ad substitutiones, vel solum ad prohibitionem alienationis, quæ omnia tanquam valde obscura, & controuersa, particulari indigent inspectione, & reciproca, quæ prætendebatur ab Antonio, videretur turbida, ex quo expresse non legebatur in testamento Lucij Martij, & Franciscus vigore testamenti Hieronymi non vitiati, nec cancellati, peteret immissionem pro medietate sua in dicto Casali, fuit dictum, quòd dum istæ difficultates, quæ requirebant altiorem indaginem, discutiebantur, cum interim non constaret de tali fideicommisso, in continenti probato, quo iure possit impediri immissio, non poterat immissio Francisco denegari. Dec. conf. 424. nu. 18. 19. & 20. Soc. Iun. conf. 75. nu. 18. 19. lib. 1. Rol. conf. 1. nu. 73. lib. 1. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 741. & fuit resolutum in terminis in causa Romana, de Salomarijs, die 14. Dec. 1575. coram Reu. patre D. Decano, & in alia Casalis S. Matthæi, die 12. Iun. 1573. coram D. Robusterio, & in alia Romana Casalis die 18. Martij 1577. corā eodem.

Neque obstat, quod Franciscus nedum non erat vocatus à Tiberio, & Lucio Martio, sed expresse fuerat exclusus, quia respondetur illum fuisse vocatum ab Hieronymo, & ideo eandem sibi fuisse immissionem, cum ab Antonio non probaretur in continenti, quod Hieronymus propter fideicommissum nō poterat disponere de medietate dicti Casalis, alias enim Antonius non poterat dici legitimus contradictor.

MANTICÆ.

Romana, Legati, Merc. 10. Maij 1589.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ab eo, qui mente motus est, ad suggestionem, & interrogationem donatarij, inualida est & reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Phreneticus, qui mente alienatus est, de bonis suis non potest disponere.*
2 *Dispositio facta a phreneticο, vt valeat, qua requirantur.*
3 *Phreneticum fuisse sana mentis, qui dicit, tempore quo disposuit, probare illud tenetur.*
4 *Testis singularis non probat.*

DECISIO CCCLXXXVII.

Conclusum fuit, Illustris. & Reuerendiss. Dominorum Cardinalem Vastauillanum, tempore factę donationis, non fuisse sanæ mentis, & consequenter eā non posse sustineri. Nam primus testis qui est Medicus, iuxta 13. 14. & 15. & tertius, qui est Chirurgus, iuxta 4. & 5. & secundus, qui erat assistens, & pro Domino Ænea inductus fuit iuxta 28. & 29. aperte deponunt, de alteratione mentis, à nocte Sabbati, quæ fuit 8. mensis Aug. & diem Dominicam, qua fuit facta donatio, antecessit, & similiter deponunt de continuatione furoris, vsque ad extremum vitæ exitum.

Idemque Aromatarius testificatur iuxta 26. atque his testibus tanquam peritis magis quàm alijs credēdum est, Cyn. in l. senium, C. qui test. fac. pos. Bar. in l. 2. nu. 3. ff. de test. Constat autē phreneticum, qui † mente alienus est, de bonis suis non posse disponere. c. cum dilectus. §. quia vero. de successionibus ab intestato. & l. ob quę vina. in pr. ibi qui propter febrem loquitur aliena. ff. de ædil. edict. & vt dispositio dementis valeat, † is debet habere dilucida interualla, & perfectissima l. furiosum. C. qui testam. fac. pos. iuncta l. seq. cū alijs. C. de curat. fur. Et quamuis in dubio quis præsumatur sanæ mentis esse, l. vlt. & ibi Bald. not. C. de Codic. tamen, quando constat aliquem in furorem incidisse, ei, qui dicit, eundem fuisse sanæ mentis † tempore, quo disposuit, onus probandi incumbit, glan d. c. cum dilectus. in verbo competere. de success. num. 5. & 6. lib. 1. & conf. 45. nu. 6. & 14. & conf. 68. nu. 1. lib. 2.

Non obstant testes, qui dicunt Cardinalem die Dominica in proposito loquutum fuisse, quia ex hoc non sequitur, eum sanæ mentis fuisse. Nam stolti etiam quandoque in proposito loquuntur, & qui ex morbo phrenesis mentis alienationē patitur, in eo sensu præsumitur perseuerare, licet aliqua verba sanę mentis loqui videatur, neque enim phrenesis dicitur cessari, sed potius aliquo modo latere, vt ex Medicorum scientia scribit Suar. alleg. 1. nu. 19. cum seq.

Neque etiam obstat, quod huiusmodi donatio, tanquam à sapienti facta debeat intelligi per seruitia longo tempore à Domino Ænea Cardinali præstita, & quia Cardinalis habebat animum ea remunerandi, quemadmodum deponit 2. testis iuxta 6. quia ille est singularis, † & ideo non probat. l. iurisiurand. C. de test. & si Cardinalis talem animum habuisset, et in testamento aliquid in specie legasset, sicuti quibusdam alijs legauit, & tamen nihil ei specialiter legauit. Quare donatio tanquam facta ab eo, qui mente erat alienus, non potest subsistere.

Quod Dominis placuit multo magis, quia non fuit facta motu proprio ipsius Cardinalis sed ad interrogationem, & suggestionem donatarij: Nam similiter institutio hæredis facta ab eo, qui est in articulo mortis, ad interrogationem alterius, non valet, quia is non intelligitur sanæ mentis fuisse, & quia ad interrogationē alterius, quilibet morbi acerbitate vexatus solitus est respondere, *fi, fi*, Ruin. conf. 8. num. 9. & 14. lib. 3. qui dicit hanc esse receptiorem, æquiorem, & magis rationabilem opinionem. Idemque consuluit Lanfranc. de Orian. inter conf. Diuersor. ad vlt. voluntates. consil. 128. lib. 1. & hanc sententiam magis communem testatur & sequitur etiam Socin. Iun. consil. 183. nu. 32. & 33. lib. 2.

SERAPHINI.

Auenionensis, Hæreditatis, 27. Nouemb. 1598.

ARGVMENTVM.

Mater fiduciaria restitutione hæreditatis vni ex filijs facienda, grauata, restituere eam cogitur, & ex quibus illa fiduciaria conuentio probetur.

SVMMARIA.

1 *Testes singulares in materia fiduciaria conuentionis inter maritum, & vxorem, de restituenda vni ex filijs hæreditate, probant.*
2 *Testatoris assertioni statur, quādo de eius errore probando agitur.*
3 *Dispositio paterna facta inter liberos, etiam per duos testes potest probari.*
4 *Voluntas testatoris etiam minus solennis, fauore filiorum, sustinetur.*

S DE-

DECISIO CCCLXXXVIII.

FVit dubitatum, An sententia lata per Vicelegatum Auenionensem, qua mandat hæreditatem quondã Domini Melchioris de Galienis restitui per Dominã Magdalenam D. Georgio eius filio, sit confirmanda, status causæ hic est. Dominus Melchior in suo testamento instituit hæredem vniuersalem Dominã Magdalenam, eius vxorem, cui ad secũda vota transeunti, vel quandocunque decedenti, substituit in tota hæreditate ex filijs communibus, qui tres erant, eum quẽ Domina Magdalena eligeret, & non facta electione, substituit D. Georgium primogenitum, factis quibusdam prælegatis reliquis filijs, & filiabus, prætendente verò Georgio intercessisse quandam conuentionem fiduciariam inter testatorem, & Magdalenam, vt cum primum Georgius peruenisset ad legitimam ætatem, ipsa eidem totam hæreditatem cum fructibus restitueret, conuenit matrem coram D. Vicelegato, & examinatis testibus super hac conuentione obtinuit sententiam fauorabilẽ, à qua pro parte matris fuit appellatum, & causa ad Curiam deuoluta, mihique commissa, proposui prædictum dubium, cuius resolutio potissimum pendet à probatione, quæ ex testium depositionibus deducitur. Et causa discussa, censuerunt Domini sententiam Vicelegati esse confirmandã, ex quo per testes articulata conuentio videtur concludenter probata. Nam de ea deponunt 1. & 2. testis in Summ. nu. 2. & 3. qui sunt contestes & dicunt se intellexisse à dicto testatore, quod ipse condiderat suum testamentum, in quo instituerat hæredem suam vxorem, cui multum confidebat, cum promissione, quod ipsa redderet & restitueret integre hæreditatem Georgio, eius filio primogenito, cum primum attigisset ætatem cõpetentem: de simili assertione deponunt etiam tertius, quartus, & sextus, & vndecimus, in Sum. nu. 4. 5. 7. & 12. qui vocant se contestes. Item de alia simili assertione deponunt 5. & 6. in Sum. num. 6. & 7. & 7. & 8. in Sum. num. 8. & 9. & 95. num. 10. & 11.

Neque obstat, quod obijcitur non probari promissionem D. Magdalenæ per istos testes, cum ipsi nõ interfuerint promissioni, sed referant tantũ se id intellexisse à D. Melchiore, quæ probatio non est cõcludens, cũ neq; ipsi Melchiori de hac re testanti esset fides adhibenda. Nam pro huius obiecti solutione animaduersum fuit nos non versari in probatione simplicis promissionis Magdalenæ in vim contractus, seu conuentionis, quo casu procedunt ea, quæ allegantur in contrarium, sed in probationem fiduciariæ testatoris voluntatis, qui fidem habuit vxori de restituenda hæreditate Georgio filio primogenito, cum ad ætatem legitimam peruenisset, & istius fiduciæ interpositę optimam afferunt testes rationẽ, ex declaratione ipsius testatoris, nẽpe, vt facilius contineantur filij in officio, & sub materna obedientia durante minoritate, quod autem dispositiue hoc fuerit à Melchiore ordinatũ apparet ex quo ex prædictis quinq; testibus deponunt 3. 4. & 6. & 11. videlicet quod Melchior referens d. cõuentionem rogauit eos, vt eius recordarentur, quãuis satis de vxore confideret. Quod etiam corroboratur testibus 7. 8. & 9. qui deponunt de confessione D. Magdalenę, dicentis, se fuisse à marito grauatam restitutione hæreditatis Georgio, qui testes, licet non se dicant contestes, tamẽ præsumitur maxime cum singularitas hic non sit obstatiua, & in simili materia testes † singulares probant, vt tradit Castr. cons. 595. Aym. cons. 73. nu. 33. Sim. de Præt. cons. 67. num. 12. & sic cessat quod dicitur requiri, vt voluntas transeat in dispositionẽ l. quidã cum filium. vbi Bal. & alij, de hæred. inst. Alex. cons. 201. nu. 4. lib. 7. Hinc itaque sequitur nos esse in materia, in qua nõ de voluntate vxoris, sed mariti tantũ agitur ideoq; ei fuisse liberã facultatem disponendi arbitrio suo, & dispositionem mutandi vsq; ad vltimũ vitæ spiritum. l. 3. §. fin. de adim. leg. præsertim cũ non agatur de reuocatione testamenti, sed de modo faciendi restitutionem, quæ res est valde verisimilis, cum certum esset illum voluisse instituere primogenitum ex claris verbis testamẽti, & naturalis ratio suadet, vt primogenitus præferatur ceteris, sicut cũ testator pretulit vxore decedente non facta electione, ex hoc enim apparet Georgium fuisse ceteris prædilectum, & hæc suadent, vt dicamus institutionem matris fuisse factã ad cõmodum filij, vt notant Ang. Imol. Paul. & Alex. in l. Seius Saturnius, ad Trebell. Peregrin. de fid. art. 3. num. 19.

Et sicuti, quando agitur de probando errore testatoris, eius † assertioni statur, vt tradidit Bart. in l. proponebatur. post nu. 7. & ibi Bal. in gl. de leg. 2. & in probanda voluntate cum ex solo eius animo dependeat, §. disponat, auth. de nupt. glo. magna, in §. aliæ. Inst. de act. Bart. in l. gerit. de acq. hæred. quod maxime procedit in fideicommissis, quæ etiam in minus solenni voluntate iure inducuntur, l. nutu. de leg. 3. l. & in epistola. & l. fin. C. de fideic. late Pereg. de fideic. art. 1. nu. 45.

Neque obstat, quod in probatione vltimæ voluntatis requirantur 7. testes, nam hic habemus etiam plures, vt supra deductum fuit, & inter ceteros fuerunt præsentes huic declarationi quinque testes, qui sufficiunt, vt tradit Ias. in d. l. fin. in pr. C. de fideic. & licet quatuor tantum fuerint examinati, hoc euenit quia quintus erat tunc temporis mortuus, pręterea cum simus in dispositione facta inter liberos, ea potuit probari † per duos tantum testes ex Ias. ibid. nu. 17. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, vbi Ias. nom. 6. C. de testam. cũ alijs per Gab. de test. concl. 7. nu. 1. & 2. maxime cum agatur de reformanda tantũ restitutione non de tollendo priori testamento. Ias. in l. sancimus. nu. 15. vers. limita tamen. C. de test. Illustr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 2. nu. 22. & fuit alias consideratũ in vna Auenionensi, corã me 10. Dec. 1578. & vbi agitur de fauore filiorum, minus solennis voluntas † sustinetur etiam reuocando primam solennem, Menoch. de succ. creat. l. 3. §. 22. Greg. Lopez. in l. 22. tit. 1. gl. 5. p. 6. Ant. Gom. in l. 3. Taur. nu. 99. Gabr. d. conclus. 7.

Quod deducitur ex l. fin. C. de fideic. non facit ad rem, cũ ibi non procederet dispositio valida, vt in casu isto, vt per Bald. & Bart. in §. fin. Inst. de fideic. hæred. Pręterea satis ex testium depositione constat hanc voluntatem fuisse per testatorem declaratam corã ipsis post conditum testamentum, & ideo non est agendũ, an conuentio cũ vxore præcesserit, vel non, testamentum cum etiam sine vxoris consensu potuerit ita de re sua ad libitum disponere, vt supra dictum est, neque per hanc declarationem fuit aliquod præiudicium illatum alijs filijs, cum vnicus tantum testamento esset ad vniuersalem successionem vocatus. Et verisimile est etiam eodem contextu fuisse factum tęstamentum, & conuentum de restitutione facienda, l. Lucius Titius. §. in testamento. de leg. 1.

Quæ deducuntur ex conclusione Bald. 46. nu. 2. & Ang. in d. l. Lucius. §. in testamento. & Peregr. de priuil. fisc. lib. 5. tit. 19. num. 6. procedunt in confidentia de restituendo incapaci & ad alium effectum.

Quæ obijciuntur de nullitate examinis fuerunt reseruata particulariter discutienda.

SERAPHINI.

Perusina, Hæreditatis, Ven. 26. Ian. 1601.

ARGVMENTVM.

Dubio vertente inter possessores, cuiusnam possessio sit anterior, pro obtinenda manutentione, locum esse sequestro deciditur.

SVMMARIA.

1 *Sequestrũ apponitur, vbi de possessione vertitur dubium, quanam anterior existat.*

2 *Citatio contra moniales nulla est, si contra eas non congregatas Capitulariter est exequuta.*

DECISIO CCCLXXXIX.

FVit dictum, quod in hac causa apponatur sequestrum, & videatur de bono iure, non enim satis
1 constat cuius possessio sit anterior, † pro obtinenda manutentione, iuxta c. licet causam. cum ibi not. de probat. Bart. in l. si dno. nu. 4. ff. vti possid. Couar. pract. quæst. c. 17. circa finem, vtraque enim fuit capta eodē die, & licet possessio primi habeat horam 17. in causa illa, tamen propter dictionem in causa non est certa, Alex. cons. 19. nu. 5. & 12. & cons. 174. nu. 9. li. 7. Ruin. cons. 10. nu. 3. lib. 5. Curt. Iuo. cons. 144. nu. 4. maxime cum Notarius subdat, *vti ex aspectu Solis cognoscere poterat*, quod etiam ostendit Notarium non fuisse certum de hora præcisa, vltra quod possessio monialium etiam ipsa habet horam scilicet 18. nondū pulsatam, quæ dubiā reddit anterioritatem possessionis à primo captæ hora 17. in causa prout ex aspectu Solis dignosci poterat, & stāte ista dubietate, visum fuit Dominis iuxta eorū stylum esse locum sequestro, Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nouis, & decis. 5. & eod. tit. in antiq. Cassad. decis. 3. nu. 6. de rest. spol. Caputaq. decis. 52. lib. 1.

Non obstat, quod Petrus Paulus obtinuerit mādatum
2 de manutenendo ab A. C. quia † citatio non fuit exequuta cōtra Moniales Capitulariter congregatas, vt fieri debebat, gl. in c. si Capitulo. de conc. præb. in 6. sed contra quendam Iosephum de cuius mandato nō constat, & cōsequenter processus per contradictas absque citatione personali non sustinetur. Rot. de do. & contum. decis. 1. & 6. in nou. & decis. 2. in antiq.

SERAPHINI.

Perusina, Hæreditatis, Ven. 16. Mart. 1601.

ARGVMENTVM.

Reuocatio testamenti ex quibus valida probetur.

SVMMARIA.

1 *Testamentum vt valide reuocetur, quæ requirantur.*
2 *Testamenti reuocatio valida est, si maxime testator, cur id reuocarit, causam adiecerit.*

DECISIO CCCXC.

FIrmarunt Domini reuocationē testamenti de quo agitur esse validam, quia Camillus testator coram
1 septem † testibus dixit, illud nolle valere, & licet magna sit contentio inter Doctores, an sufficiat simplex reuocatio primi absque eo, quod secundum fiat, vt patet ex traditis per Illustriss. D. Manticam lib. 2. de coniect. vlt. volunt. tit. 15. nu. 19. tamen quando testator vlterius procedit exprimendo causam, quia vult decedere intestatus, tunc absque dubio tenet reuocatio, l. 1. §. si hæres. ff. si tab. test. nul. extab. videtur enim ex hoc tacite instituere legitimos hæredes veniētes ab intestato, quorū aditione adeptio hæreditatis confirmatur, l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hæred. inst. Bar. in l. si iure. nu. 3. ff. de leg. 3. Bald. & Sal. in l. sancimus. C. de testam. Alex. cons. 30. nu. 3. lib. 3. Corn. cons. 39. nu. 3. lib. 2. Dec. cons. 582. nu. 1. Couar. in rub. de testam. par. 2. num. 21. in 6. conclus. Clar. §. testam. q. 92. Mant. d. tit. 15. num. 18. & ita fuit conclusum. An autem ista reuocatio intelligatur, respectu totius testamenti, vel tantum respectu legatorum, vt Constantinus prætendit, erit particulariter videndum.

BLANCHETTI.

Bononiensis, seu Romana, Successionis, 10. Apr. 1592.

ARGVMENTVM.

An nepotes ex fratribus succedant ab intestato in hæreditate patrui, in stirpes, vel in capita.

SVMMARIA.

1 *Nepotes ex fratribus an ab intestato succedant in hæreditate patrui, in stirpes, vel in capita.*
2 *Lex fictionem superuacuam non inducit.*

DECISIO CCCXCI.

DEcessit bon. memor. Reuerend. pater D. Cæsar de Grassis, olim Rotæ Auditor, ab intestato, relictis post se nepotibus ex duobus fratribus prædefunctis, quorum alter vnum, alter duos reliquit filios.

Patrueles prædicti hæreditatē patrui diuidere volentes, de successione contendebant: qui enim solus erat in stirpes succedere prætendebat, alijs duobus in capita delatam esse successionem excipientibus.

Ideo mandante Sanctissimo Domino nostro Clemente VIII. proposui dubium in Rota, An dicti ne-
1 potes ex fratribus † succedant ab intestato in hæreditate dicti Patrui in stirpes, vel in capita.

Quam quæstionem Domini decidere voluerunt ex numero auctoritatum, quæ hinc inde allegabantur, cū vix quæ magis communis opinio sit, apparere possit.

Accursius enim, qui in Auth. cessante. in ver. in stirpes. C. de legit. hæred. existimauit, in stirpes deferri successionem in §. hoc etiam. in verbo superstites. Inst. de leg. agn. succ. in capita vocari filios fratrum ad successionem patrui defuncti censuit, & hanc opinionem priore reiecta sequitur Azo, in summa. C. de legit. hæred. §. item iure nouissimo.

Et licet plures numero videantur descendisse in primam Accursij sententiam, quos per Catalogum enumerat Thes. decis. 162. & refert etiam Tiraq. de retrac. lign. §. 11. glo. 12.

Tamen multos, qui sequuti sunt opinionem Azonis, vltra allegatos à præfatis Doctoribus addiderunt Domini Ant. de Rossel. de succ. ab intest. nu. 11. Mynsing. in d. §. hoc etiam. Inst. de leg. agn. succ. Nicol. eod. tit. §. cum filius. sub nu. 4. & eod. tit. Ioan. Oinotom. de tertio ord. succed. Collat. nu. 29. fol. 418. Nicol. Reusner. elem. iur. ciu. lib. 2. §. quod si descendentes. vers. nam vltra fratrum filios. fol. 124. & glossatores ad leges Hispaniæ, quas quia in septem volumina sunt distincta, septipartitas nuncupari censuerunt, Petrus Loriot. de Apic. Iuris. tit. de grad. axioma 34.

Quare omissa, vt dixi hac disputatione, quæ sit magis communis opinio, Domini veritatem vtriusque sententiæ, & ex rationibus, & ex auctoritatibus definiendam existimarunt, & illam sunt amplexi sententiam, vt hoc casu fratrum defunctorum filij in capita, non in stirpes succedere deberent.

Indubitatum enim est, quod ante Ius Auth. nepotes viuente fratre defuncti, tanquam remotiores in gradu erant penitus exclusi, quia hęreditas ad proximiores deferebatur, l. 1. in fin. ff. si pars hæred. pet. l. 2. §. hęreditas. ff. de suis, & legit. hæred. l. pen. §. illud proculdubio. C. de leg. hæred. quas bene inducit Præpos. sen. casu 7. q. 6. non existente fratre, filij fratrum non in stirpes succedebant. d. §. hæreditas.

Quare cum Iustinianus illos admiserit, vt per repręsentationem patris defuncti, viuente fratre in stirpes, & non in capita, in hæreditate patrui succedere possent, extra casum expressum Iuris antiqui correctio extendi non debet. l. præcipimus. C. de appellat.

Idque multo magis, cum Imperator hoc expresse dicat, in §. sed & ipsis. cum seq. Aut. de hæred. ab int. ven. videlicet, quod tunc hoc priuilegium ipsis concedit, quando cum proprijs vocantur, & quando soli concurrunt cum his, qui sunt secundo consanguinitatis gradu defuncto coniuncti.

Præterea cum ius repræsentationis sit species fictionis fundata in æquitate, & in necessitate. §. cum filius. Inst. de hæred. quæ ab intest. def. Rub. Alex. cons. 149.
2 nu. 10. Io. de Anan. cons. 89. nu. 3. & † lex nunquam superuacuā inducat fictionem. Ang. in l. si is, qui pro emptore. nu. 7. de vsucap. fictio enim est remedium subsidiarium. Bar. in l. prę. nu. 3. & ibi Ias. nu. 18. & deficiente patruo, patrueles ex proprio non patris gradu succedāt, cessare debet ipsa repręsentatio, per quā in stirpes,

non in capita succeditur, & ita bene arguit Gabr. consil. 133. num. 14. lib. 2. post Couar. rub. de success. ab intest. conclus. 10.

Et quæ ratio æquitatis suadet, vt viuo patruo nihil plus percipiant nepotes, quam eorum pater, si viueret, percipere posset, eadem etiam suadere videtur, ne defuncto patruo perueniat ad vnum plus, quàm ad plures in eodem gradu constitutos.

Præfatis accedunt auctor Vlpianus in corpore suorũ fragmentorũ, tit. 26. §. agnatorũ. Theoph. in §. hoc etiam. Inst. de legit. agnat. success. Caij. Institut. lib. 2. tit. 8. in fin. Constan. Harmenop. in suo iuris promptuario. lib. 5. tit. 8. fol. mihi 111. quos si antiquiores vidissent, non ita de facili in opinionem gl. descendissent.

Corroborantur præmissa & legibus Visigothorum relata per Cuiac. lib. 2. de feud. tit. 11. cuius auctor fuit Reuessiundus Rex, qui regnauit anno Domini 775. & edidit leges, quæ in Hispania maximæ sunt auctoritatis, & nuncupantur Fuero Turgo, quia omnia in eo contenta fuerunt petita à iure ciuili ad æmulationem Codicis Iustiniani.

Et cum secundum hanc opinionem fuerit pluries iudicatum in Gallia, vt in Placitor. Cur. Parisien. lib. 8. tit. 10. c. 6. & in Germania gloriosæ mem. Carolus V. ann. 1529. sanciuerit, in senatu Pedemontano hoc idem statutum d. dec. Thes. 162. fuerit, Domini ab illa recedendum non censuerunt.

Non obstat fundamentum gl. in Auth. cessante. super §. si vero. in Auth. de hæred. ab int. ven. ponderando, quod deficientib. fratribus & filijs fratrum defertur successio proximioribus in capita, quasi à contrario sensu fratribus, & filijs fratrum deferatur in stirpes. Nam cum inter filios fratrum non extantibus in capita facienda sit diuisio, l. 2. §. hæreditas, de success. legit. à contrario sensu non licet arguere ad legum correctionem, c. cupientes. §. quod si per. vbi gl. in verbo petere. de elect. in 6.

Secundo d. §. si vero. indistincte non loquitur, sed retentis prioribus terminis, vt patet ex illis verbis (sicut diximus) prius verò erat facta mentio de filijs fratrum cõcurrentibus cum patruo, & succedentibus ex persona patris præmortui, ergo non debet extendi ad casum quo succedunt in persona propria.

Non obstat versi. illud palam est, quia ex eo vers. cũ præcedenti, constitui potest regula, quod quando filij fratrum cum proximiorib. seu æqualibus in gradu cõcurrunt, vigore repræsentationis in stirpes succedant, sed non ex hoc inferri, vt idem dici debeat, quando inuicem concurrunt, & neminem à parte, seu à tota hæreditate excludere contendunt.

Nec etiam obstat ratio Bar. in l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legit. videlicet, quod sequeretur absurdum, vt vna, & eadem hæreditas in capita, & in stirpes diuideretur, quia iuxta facti speciem, per ipsum propositam, hic casus dari non potest. Ipse enim arguit hoc pacto si vera esset opinio Azonis, sequeretur, quod defuncto patruo relicto fratre, & nepotibus ex duobus fratrib. respectu patrui, nepotes succederẽt in stirpes, inter ipsos autem succederent in capita, quod est falsissimum. Patrueles enim hoc casu succedunt in stirpes tantum, non autem in capita, iuxta tex. expressum in d. Auth. de hæred. ab int. ven. §. si autem defuncto.

Non obstat etiam, quod Imperator in initio dictæ Authenticæ profiteatur se velle prospicere omnibus successionibus ab intestato, ex quo sequi videtur, quod si huic casui formã nõ dedisse dicamus imperfecta redderetur cõstitutio, quia satis dicitur dare formã in eo, in quo disponit relinquẽs omissa decidẽda, secundum iura antiqua, & perfecta dicitur constitutio dũ in certis casibus contra veteres legum dispositiones filios fratrum existente fratre ad hæreditatem patrui vocat.

Ex quibus cum melioribus rationibus veterum Iurisconsultorum auctoritatibus, & frequentiori vsu comprobata sit opinio Azonis, Domini secundum ipsius sententiam propositam quæstionem decidendam statuerunt.

M E L L I N I.

Romana, Hæreditatis. Lun. 1. Iul. 1602.

A R G V M E N T V M.

Filij fratrum defunctorum in capita, non in stirpes succedunt.

S V M M A R I A.

1. *Fratrum filij in capita, non in stirpes succedunt.*
2. *Opinio, quæ nititur rationibus, & vsu recepta est in omnibus tribunalibus, amplectenda.*

D E C I S I O CCCXCII.

Hieronymus Gauellus Pisaurensis decessit in Vrbe ab intestato, orta est dubitatio inter Arduinum Bartholomæum, & Ioannem fratres germanos, & nepotes eiusdem Hieronymi ex Sorore, & Thomasiam de Chuerijs neptem eiusdem Hieronymi ex alia sorore, An in casu inter eos esset locus 1 successioni in stirpes, vel in capita.

Super quo articulo extat insignis controuersia inter Accursium, & Azonem, quæ adeo Doctorum nostrorum ingenia torsit, vt hodie difficile sit iudicare, quæ opinio sit magis recepta. Verũ, cum in causa Bononiensi Hæreditatis de Grassis coram Illustriss. Cardinali Blanchetto, sub die 10. Apr. 1592. de mandato Sãctissimi Domini Nostri hoc eodem articulo accurate, & diligenter excusso, & expensis momẽtis rationum, quibus vtraque opinio nititur, omnes concordes sequuti fuerimus opinionem Azonis, quod diuisio fiat in capita, & non in stirpes, Domini in hac propositione concluserunt, non esse recedendum ab eadem 2 opinione, quia nititur firmiorib. rationib. & est vsu recepta in omnibus Tribunalibus & pro ea extant plures loci clari veterum Iurisconsultorum. Vlp. in l. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & legit. & in frag. tit. 26. Caij in instit. lib. 2. tit. 8. in fin. Theoph. in §. hoc etiã. Inst. de legit. agnat. success. vt mirum sit, parum ab antiquis interpretibus fuisse animaduersos, & propterea Bal. qui sequutus fuerat opinionem Accursij ab ea postea recessit in Auth. cessante. nu. 2. 3. & 9. C. de legit. hæred. & ingenue fatetur opinionem Azonis esse magis conformem literæ, & naturæ.

I V S T I.

Anconitana, Bonorum, de Leonibus. Lun. 10. Iun. 1602.

A R G V M E N T V M.

Aditio hæreditatis ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1. *Factum defuncti adimpleri non potest citra ius, & nomen hæredis.*
2. *Hæreditatis aditia per solutionem debiti hæreditarij probatur.*

D E C I S I O CCCXCIII.

Visum fuit Dominis constare de aditione Hieronymi, tum ex adimplemento facti defuncti, 1 quod fieri non potest citra ius, & nomen hæredis, l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. siquidem nomine Hieronymi perfecta fuit emptio Francisci possessionis Lambriani, & relaxatum depositum factum à Francisco, scut. 6000. pro pretio, & capta possessio, vnde videtur probari, mandarum illorum, qui tanquam procuratores præmissa gesserunt, quod probatur ex Rota coram bon. memor. Cæsare de Grassis in Sotezan, Bonorum, 30. Ianoar. 1576. tum etiam ex prorogatione temporis concessa præsente eodem Hieronymo, ad redimendum bona data, per Petrum alterum fratrem, & hæredem vxori Francisci defuncti cum pacto redimendi in-2 fra certum tempus, quia solutio debiti hæreditarij impor-

importat hæreditatis aditionem. l.2. C. de iur.delib. vbi Bald.& Salyc.Dec.conf.449. nume.9. & Illustriss. Mant.de cõiect.vltimat.volunt.lib.12. tit.12.nu.5.& 12. Satis est enim vt cõstet de animo hæredis adeũtis hæreditatẽ ex aliquo facto extrinseco,& ita decisum.

EIVSDEM.

Anconitana, Bonorum. Ven. 20. Nou. 1602.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est cum superiore argumenti & tenoris.

SVMMARIA.

1 *Hæreditatis aditio ex quibus probetur.*

2 *Hæreditas adita non dicitur, nisi animum adeundi adfuisse probetur.*

DECISIO CCCXCIV.

DOmini iterum dixerunt, probari aditionẽ hæreditatis Francisci à bon. me. Hieronymo Archiepiscopo insimul cum Petro eius fratre, ratione motî, quia adest mandatum præsumptum ad explicandum illos actus,qui fieri non possunt citra ius,& nomẽ hæ-3 redis, vt dictum fuit, quo casu † statim dicitur adita hæreditas l.per procuratorem.vbi gl.ff.de acq.hæred. & ibi Bar.Cast.& alij hæc autẽ ostenditur primo,quia cum Franciscus emisset prædium Sobriani, & deposuisset pretiũ sex milliũ scutorũ, soluẽdorum creditorib.vẽditoris,eo defuncto procuratores nomine Hieronymi,& Petri perfecerunt hunc contractum,& depositario mandarunt, vt solueret pretium creditoribus,quod factum fuit, & implementum facti defuncti fieri non potuit citra ius, & nomen hæredis, l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hæred. Ias.in l.dedi.§. si libera.num.10.ff.de cond.ob cau.faciunt notata per Bart. & alios in l.frater à fratre. & ibi Soc.nume.39. ff.de cõd.ind.& in l.2.& ibi Bar.& alij.C.de iur.delib.

Nec dicatur, ꝙ non constat de mandato expresso Archiepiscopi, quia satis est constare ex coniecturis. Quarum prima est, quia depositarios illius pretij recognouit illos in veros procuratores, & cum contraxissent nomine Hieronymi, & Petri, mandata adimpleuit,nec vnquã passus est aliquas molestias, nec aliquo modo factum in dubium est reuocatum,& tamẽ non apparet de alio instrumento, quam de confecto ab illis procuratoribus, & in præsentia Iudicis.

Neq; his obstat, ꝙ Petrus fuerit hæres, & eius nomine factũ defendatur, quoniã hoc pacto adminiculatur probatio actionis ex parte Hieronymi, non. n. contraxerunt procuratores solum nomine Petri, sed nomine Petri, & Hieronymi; si igitur admittitur factũ nomine Petri,nulla ratio patitur, quin non sit factũ nomine Hieronymi, cũ procuratores pluries expresserint in instrumento,se nomine vtriusque cõtrahere, & cũ non probatur Hieronymum nõ possedisse pro sua dimidia, aditio, & possessio Petri ab intestato profuit Hieronymo, & facit illum hæredem. l.si non solus.in prin.ff.si quis omi.cau.test. Aym.cõs.324.n.2.

Nec dicatur, quod hæreditas Francisci erat damnosa, quia contrarium ostendit depositum dictæ notabilis summæ, & non constat Franciscum aliquem creditorem reliquisse, vnde ad minus prædium illud fuit in eius hæreditate.

Secundo concurrit cũ prædictis solutio, vel datio in solutum facta vxori Francisci, à Petro nomine suo, & Hieronymi cum prorogatione termini facta etiam ab Hieronymo ad redimendum, ex quo patet Hieronymum consensisse facto Petri, tanquam hæredis circa solutionem debiti hæreditarij,quod ostendit illum voluisse hæredem esse,d.l.2. C.de iur.delib. vbi Bald. & Sal.Dec.conf.449.num.9.& 10.Illustr.Card.Mant. de coniect.lib.12.tit.12.nu.5.& 12. & bene procedit tex.in d.l.si nõ solus.& quod dicit Aym. in d.cõs.324.

Nec facit, ꝙ Hieronymus esset obligatus pro restitutione dotis, & quia illa solutio non fuit facta tanquam à fideiussore, cum onus solutionis spectaret ad hæreditatem, & Petrus si solus fuisset hæres tenebatur totam soluere,& sic non erat opus.quod solueret nomine suo, & Hieronymi ex prædio,quod erat commune, sed debebat nomine proprio soluere, ea sua portione tantum, & satis est, quod solutio fuerit voluntaria, & ex parte vtriusque vt declarat Guliel. de Bened.in c.Raynutius in vers.mortuo itaque testatore.1.1.nu. 383.vers.antequam. de testam.

Quibus actibus cum reliquis deductis per informantes, licet non recta via adeatur hæreditas, tamen in consequentiam horum actuum lex præsumit ani-2 mum adeundi,& dicitur adita hęreditas,† nisi probetur non habuisse animum adeundi.Cast.conf.275.lib. 1.Cephal.conf.203.num.10.& 11.lib.2.& cessant omnia,quæ deducuntur in contrarium.

Et ita fuit approbata prima decisio super hoc pũcto.

LITTÆ.

Fulginatensis, Hæreditatis, Lun.16. Dec.1596.

ARGVMENTVM.

In successione primogenituræ, qua vocatur primogenitus, si concurrat filius primogeniti defuncti, viuo auo, cum fratre patris demortui, quis eorum sit præferendus, quæritur, & deciditur, nepotẽ, excluso patruo, præferri.

SVMMARIA.

1 *Nepos an excluso patruo in hæreditate aui præferatur patruo, in casu primogenituræ, qua primogenitus est vocatus.*

2 *Primogenituræ ius est transmissibile ad filium primogenitum, qui eo ipso auo primogenitus efficitur.*

3 *Voluntas testatoris in dubio consona iuris dispositioni censetur.*

DECISIO CCCXCV.

DOminus Franciscus Iacobillus de an.1574.cõdidit suum testamentum, in quo inter cetera sibi hæredes vniuersaliter instituit Angelum nepotem suum ex filio primogenito, tunc defuncto, & Iulium ipsius testatoris filium secundogenitum, eisdem nonnullis prælegatis factis,ac substituit ad fauorem primogenituræ eorum, & vt latius in dicto continetur testamento ad quod &c.quo sic facto decessit Franciscus & adita hæreditate illius per præfatos Iulium & Angelum, cum ex Iulio, de cuius primogenitura in præsentiarum agitur,nati essent Ascanius primogenitus, Laurentius secũdogenitus,& alij filij,& ex dicto Ascanio primogenito Iulij natus esset Gregorius, & alij, facto contigit,quod mortuus est Ascanius adhuc viuẽte patre suo,& sic Iulio,qui & ipse paulo post decessit,per cuius obitum factus fuit locus huic controuersiæ inter Laurentium secundogenitum Iulij occasione hæreditatis, & bonorum supradicti testatoris dicto Iulio obuentorum.

Vnde causa mihi cõmissa dubitaui, An in bonis Domini Frãcisci senioris relictis Domino Iulio, & subiectis fideicõmisso, seu primogenituræ succedat Dominus Laurentius, vel potius Dominus Gregorius? & Domini vnanimiter tenuerunt, in dictis bonis succedere debere Gregoriũ excluso patruo Laurentio,moti, quia licet multũ sit controuersa hæc quæstio, tam apud antiquos,quàm apud Modernos,quis scilicet in successione primogenituræ, qua vocatur primogenitus, si concurrat filius primogeniti defuncti, viuo auo,cum fratre patris demortui sit præferendus.

Et pro patruo teneant Bald.nu.3.Cyn.num.4.Paul. nu.6.Alber.num.2.Salyc.nu.4.in l.si viua matre. C.de bon.mat. Bart.in Auth. post fratres. C. de leg.hæred. Oldrad.conf.94.nu.13.versic.amplius certum est.qui dicit hanc partem de Iure præstantiorem esse, Alexand.consil.4.num.11. vers. pro ista opinione. qui dicit se semper secutum fuisse istam opinionem, tanquam communem, & melioribus iuribus fulcitam.

Idem Alex.consil.123.col.2.num.2. & vers.ium etiam. lib.1.& in l.is potest.num.4.ff.de acquir. hæred. Ant. Rub.consil.37.num.2.in fin. de communi, & veriori Cost.de patruo & nepote.pag.11. Anton. Gram.decis. 179.num.11.& decis.307.num.16.qui plures Doctores refert hanc communem dicentes, & vltra citatos per eum, alios plures de communi attestantes allegant Anton. Gabriel.tit.de success.ab intest. colum.2. num.1. Afflict.in rub.de success.feud.nu.88 Dec.cons. 443.in fin.Tiraquel. de Iure primogen. quæst.40.nu. 13.Couar.pract.quæst.c.38. num.6.& alij multi,quos referre nimis longum esset.

Alij verò cum distinctione censuerunt procedendum esse in hac quæstione, inter quos fuit Bald. in l. vi testamento. num.1. C.de suis & legit. quod si consuetudo loquatur de filio primogenito, nulla facta mentione filij, tunc patruus præfertur, si sit in ætate maiori,alias secus,quem sequitur Fulgos.ibid. num.1. Alex.in l.is potest.num.4.vbi Ias.num.49.vers.vltimo in hoc.ff.de acq. hæred.Alex.cons.4.num.9.lib.4.Lauden. Corser. & alij relati à Tiraquel. d.quæst.40. Anton.Gabriel.tit.de success.ab intest.num.68.qui dicit, quod ista opinio tanquam distinguens est probanda. Cassan. consil.53. num.10. Alex.consil.60. num.1.qui dicit hanc opinionem veriorem esse, & habere rationes occidentes. Gabriel.lib.1.com.opin.in vers.successio. Greg. Ben.in c. Raynutius. in verbo, in eod.testamento relinq. num.198. Peralta in rub.de hæred.inst. num.122. Montan. in tract. de hæred. ab intest. ven. col.3.vers.nepotes ergo.

Attamen verior, & magis recepta est opinio, sentientium pro † nepote, ad exclusionem patrui, vt patet ex adductis per Tiraquel. d. quæst. 40. Couar. pract.quæst.cap.33. num.8.cap.38.num.8.versic.4. & lib.3. variar. resolut.c.5.num.5. Bartol.in Auth. post fratres. C. de leg. hæred. quem ibi sequuntur Doctores.Ioann. Liuier.de primogenit.lib.5.quæst.25.nu.7. Socin.Iun.consil.3.num.10.lib.4. late Illustriss. Mantica de coniect. vlt.volunt.lib.8.tit.10.num.9. vers. & licet articulus iste. Paul. consil.164.num.1. & 6. lib.1, Bolog.consil.61. colum. 2. & 5. lib.2. Gamm. decis. 1. num.16.& 18.Gram.decis.174.num.19.Mag.in decis. Lucen.19.num.8. Menciat. de rest.lib.9.cap.26. num. 86.Molin.lib.3.de primogen.Hispan.c.4.num. .... & cap.16.num.3. Marth.lib.5.tit.7.gloss.1.num.1.2.& 6. lib.5.Recopil. Assebad. in eadem l.nu.1.Gutier.pract. quæst. lib.2. quæst.40.num.1. Gregor. Lopez in l.2. versi.curare.tit.15.par.2.& in l.3.tit.23.par.6.in verb. lugens. Anton. Gomez.in l.40. Taur.num.65. in fin.& ibi Albedan.gloss.5.num.1.cum pluribus sequent.Salarat.de vsu, & consuetud.cap.12.num.57. Aliam. in d.l.2.partic.in gloss.6.num.1.late Burgos.dec. ..... in proœmio legum Taur.num.69. Didacus Perez.in l.1. tit.2.lib.5. ordinamentorum. fol.116.colum.2. versic. ex qua ratione. Simancas de primogen. lib.1.l.21. & 23. Padilla in rub.C. de fideicomm. num.6. Et hanc opinionem etiam alias, vti veriorem, fuit amplexa Rota, vt per Mohedan. decis.1. tit. de hæred. quam seruati in omnibus prouincijs,& regnis testantur prædicti Doctores, & ratio præcipue huius sententiæ est, quam assignant Moder.in consuetud.Parisiensi.par.2, §.8. gloss.3. num.5. quia videlicet ius primogenituræ † est transmissibile ad filium primogenitum,qui filius eo ipso quod moritur pater, efficitur primogenitus ipsi auo, quo ad effectum succedendi in dicta primogenitura, non tantum ratione repræsentationis personæ patris sui, sed etiam ratione illius iuris primogenituræ in se transmissi, vt etiam considerauit Corn. sequens Raphael.in l.si auia matri.num.5. C. de bon. mater. quod quidem ius cum persona tantum patris non potest probabiliter prætendi extinctum, vti ius vere formatum, & ab ipsa filiatione distinctum,& separatum, secundum Bald. Aret. Alexand. & Ias.in d.l. is potest.ff.de acquir.hæred. Hanc opinionem eo magis hoc in casu sequendam censuerunt Domini, quod cum ea concurrere videtur non tantum tacita ipsius testatoris voluntas, quæ in dubio † præsumitur conformis esse dispositioni iuris communis, ad text. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. cum vulg. sed etiam expressa, quæ pariter omnia attendi debent. l. in conditionibus primum locum.ff.de condit. & demonst.l.cum virum.C.de fideic.l.quoniam indignum. C.de testamen. l.ex facto. la a. ff.de hæred.instit. Dec. consil.425.num.3. cum alijs per Molin. vbi sup.lib.1. cap.4.num.19. expressis namque verbis vocat testator ad portionem Iulio relictam illius primogenitum, sicut ad portionem Angeli illius primogenitum, subdens hæc verba,& in eorum,& cuiusque ipsorum defunctorum defectu, seu deficientium liberi masculi primogeniti, qui ex illis superstites essent, ex quibus verbis vbi singula singulis referuntur, prout fieri debet, iuxta not. per Aym.consil.98.num.11.clarissime constat, testatorem voluisse, quod in portione relicta Iulio succedat illius primogenitus si superstit, alias eo mortuo, ipsius primogeniti descendentes ab ipso primogenito, vsque quo linea illius sit finita,quod etiam ex eo verissimum esse conuincitur,quod vult testator bona Iulio, & Angelo respectiue relicta transire de primogenito in primogenitum ipsius primogeniti, in infinitum, vel vult illa posse deueniri ad secundo genitos, nisi in casu, in quem primogeniti deficiant absque sobole masculina de legitimo matrimonio, ratione, &c. qui casus cum non eueniat, stante quod Marcius primogenitus Iulij decessit relicta sobole masculina, & legitima, hoc est relicto Gregorio, qui etiam Iulio superuixit, ideo Iure merito Laurentius secundogenitus Iulij remanet exclusus, ex supradictis.

Nec eum iuuat ponderatio illa verborum, *qui ex illis superstites erunt*, quasi quod testator voluerit vocare filios Iulij, & Angeli primogenitos superstites, quod non verificari potest in Ascanio, respectu portionis relictæ Iulio, cum ei sit præmortuus, sed hanc in Laurentio, qui adhuc viuit, siquidem, quia illa verba non sunt referenda ad filios primogenitos Iulij, & Angeli, prout referuntur per Informantes pro Laurentio, sed ad Nepotes eorum, & sic ad filios filiorum Iulij,& Angeli primogenitorum,quod ex verbis sequentibus apertissime declaratur, ad textum in l.si seruus plurium. §.final. ff.de legat.1. & in l. si cum fundum. ff. de verbor.signific.cum vulg. ibi & successiue succedant primogeniti dictorum nepotum natorum, seu nasciturorum, si enim successiue post eos de quibus tollatur, loquutus fuerat debent succedere filij primogeniti dictorum nepotum, ergo de nepotibus necesse est fateri testatorem fuisse loquutum, & non de filijs Iulij, & Angeli primogenitis in proximo præcedenti casu, ad text. in c. quamuis. vbi Bald. & alij.C.de fideic.cum alijs per Dec.cons.21.num.34.

Et ita, vt supra, nemine discrepante ad fauorem Nepotis fuit resolutum.

P E N I Æ.

Romana, de Stochis, Ven.27.Maij 1588.

A R G V M E N T V M.

Testamentum nuncupatiuum ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1 *Testamentum nuncupatiuum vt valeat, septem testes requiruntur.*
2 *Locus testamenti conditi attendendus.*

DE-

DECISIO CCCXCVI.

Dixerunt Domini, quod licet testes, qui inducuntur ad probandum testamentum, probant indirecto, quia omnes concludunt Petrum Stochum hæredem vniuersalem constituisse Diminianam suam matrem & post eius obitum Troianum suum Consobrinum. Nihilominus hæc probatio non releuat, quia agitur de probando testamento nuncupatiuo, in quo non sufficiunt 5. testes, sed ad illius probationem, & 1 † validitatem septem requiruntur, l. vnus. l. hac consultissima. C. de testam. §. fin. eo. tit. cum vulgat. Clar. in §. testamentum. q. 56.

Neque posse sustineri ex dispositione c. cũ omnes. de testam. quia vt dicit Dec. cons. 315. sub num. 4. non haber locum vbi adest statutum, quod seruetur, quo statuto non est dubium Petrum ligari, quia attendi2 tur locus † conditi testamenti, iuxta dect. Bar. communiter approbatam in l. quia. C. de sum. Trin. quam plures sequuta fuit Rota etiam in istis terminis, vt in causa Bononiensi, de Solomeis.

Quæ deducuntur contra testes, non placuerũt Dominis, nam quod non concordent in verbis formalib. non obstat, cum non sit quæstio super formalitate verborum, & ideo sufficit quod in substantia & ad eũdem effectum conueniant, Ant. de Bur. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss & propriet. Alex. cons. 47. nu. 5. lib. 2. Curt. qui alios allegant in tit. de testib. cõclus. 1 t. Imò magis probant, quia alias redderentur suspecti. l. testium. §. ideo. vbi Bart. ff. de test. Aym. cons. 78. nu. 9.

Alia de varietate, quę eis opponuntur circa horam, bene euacuantur per Informantes pro Troiano, qui optimè contraria delent.

MANTICAE.

Vrbeuetana, Bonorum, Lun. 14. Iun. 1593.

ARGVMENTVM.

Agens interdicto quorum bonorum, vt obtineat, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Agens interdicto quorum bonorum, ad obtinendam victoriam, quæ probare teneatur.*
2 *Publicatio bonorum deportationi similis.*
3 *Banniti non perdunt ea, quæ sunt iuris gentium.*
4 *Imò nec ea, quæ sunt iuris communis.*
5 *Transactio parit exceptionem litis finitæ, & eius ingressum impedit.*
6 *Transactio parem habet authoritatem cum re iudicata.*
7 *Interdictum quorum bonorum non datur contra titulo possidentem.*

DECISIO CCCXCVII.

Apud me fuit extra Rotam dubitatum, An sententia Gubernatoris Vrbeuetensis, sit confirmãda, vel infirmanda, & cum altero tantum informante, hanc quæstionem proposuissem, placuit Dominis, sententiam esse infirmandam, & quia fuit lata ad fauorẽ Gasparis Tarusij, qui tanquam hæres Franciscæ suæ vxoris, egit contra Liuiã Benincasam interdicto quorum bonorum, & petiji se immitti in possessionẽ cuiusdam prædij, & aliorum bonorum quond. Franciscæ Benincasæ fratris eiusdem Liuiæ, tanquam olim possessa, à Domina Francisca, nec probauit possessionem, vel saltem detentionem horum bonorum, fuisse apud ipsam Franciscam tempore eius mortis, ita vt possint dici fuisse in bonis, vel ex bonis ipsius, quod est 1 necessarium ad hoc, vt quis possit obtinere † in hoc interdicto, quorum bonorum. l. 1. ff. quorum bonorũ. Bar. in l. 1. nu. 12. C. quor. bon. Ang. Aret. in §. quadrupli. num. 39. vers. quarto pro quib. Inst. de actio. Rip. in l. 1. in fin. ff. quorum bon. Crau. cons. 695. nu. 5. vers. 2. ob res. Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. num. 78. & 79.

Neque locatio facta à Francisca, tanquam matre, & legitima administratrice bonorum filiæ, cum consensu Francisci eius mariti, qui fuerat bannitus cum pœna capitis, & publicatione bonorum, probat eam possedisse, & detinuisse nomine proprio, nisi probetur eam fructus, seu pensionem percepisse. c. inter dilectos. in fin. de fid. instr. l. quis. §. 1. ff. de acquir. poss. Bar. in l. qui vniuersas. §. quod per solennem, nu. 3. eod. tit. Soc. sen. cons. 205. nu. 5. lib. 2. Boer. dec. 105. nu. 14.

Neque etiam si fructus, & pensionem percepit, potest videri nomine proprio possedisse, sed potius iure familiaritatis, l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poss. Soc. sen. cons. 301. nu. 1. lib. 1. Rip. resp. lib. 3. c. 17. nu. 4. versi. nec obstat.

Quod multo magis in casu proposito est recipiendum, quia probatur ipsum Franciscum maritum ipsius Franciscæ possessionem dictorum bonorum semper retinuisse, & fructus percepisse, nam etsi esset cum bonorum perceptione bannitus, tamen Vrbis veteris Gubernator pronunciauit, nihil esse in eius bonis, quod posset fisco applicari, cum bona essent partim fideicommisso subiecta, & partim obnoxia restitutioni dotis.

Quod autem ipse Franciscus, quamuis esset bannitus, dicta bona possederit, & fructus perceperit, ex depositionibus testium patet. Nam 1. super 2. & 2. super 4. pro Liuia examinati id testificantur, idemque 25. & 35. pro Tarusio inducti super 2. rectè deponunt. Et licet bannitus cum pœna capitis, dicta bona possideret, 2 & publicationi bonorum † sit similis deportatio, & ciuiliter non possit possidere, Ruin. consil. 49. num. 5. lib. 4. tamen si fructus percipiat, negari nõ potest, quin saltem naturaliter possideat, quia banniti etiam si æqui3 parentur deportatis, non tamen perdunt † ea, quę sunt Iurisgentium, l. quidam. ff. de pœn. Ludo. Bolognin. cons. 35. col. 4. imò bãniti nostri temporis, etiamsi impunè possit occidi, & offendi, non amittunt ea, quæ 4 sunt † Iuris cõmunis. Soc. sen. in l. Gallus. §. vlt. nu. 2. de lib. & posth. Gabr. cons. 123. nu. 34.

Et hæc possessio Francisci probatur etiam ex quietantia inter eum, & affictuarios, facta die 26. August. ann. 1593. & cum idem postea fuerit etiam restitutus ad patriam & ad bona, quæ fisco non erant incorporata, ciuilem quoque possessionem recuperasse intelligitur.

Accedit etiam, quod non constat ipsam Franciscam adiuisse hæreditatem Catharinæ eius filiæ, etiam apparet ipsam potuisse bona Francisci, mariti, pro dote adiudicari, quod erat necessarium, l. 1. C. de iur. dominij impet. Ang. consi. 303. nu. 3. vers. approbatio autẽ, & ideo nullo modo bona ipsius Francisci possunt intelligi in bonis, vel ex bonis ipsius Francisci, ita vt Gaspar eius hæres possit in possessionem eorum immitti, ex hoc interdicto, quorum bonorum, per d. l. 1. ff. quorum bon.

Præterea idem Gaspari obstat etiam exceptio transactionis post mortem ipsius Francisci, cum Francisco eius marito factæ super restitutione dotis, nam inter eos conuenit, vt idem Franciscus retenta tertia parte, quæ est scut. 500. pro lucro sibi delato ex dispositione statuti, quando vxor prior sine liberis decesserit, residuum restitueret, atque ita scut. 500. soluit, & alios 500. in tempore præstituto soluere promisit, vt constat ex publico instrumento, die 26. Octobris ann. 1584. Vnde cum transactio pariat exceptionem litis finitæ, 5 † & impediat litis ingressum, c. 1. de lit. contest. lib. 6. l. fratris. C. de transact. excluditur intẽtio ipsius Gasparis agentis hoc interdicto quorum bonorum, nam titulus transactionis innouat etiam priores titulos, & eos perimit, c. 1. de transact. Alex. cons. 1. nu. 34. lib. 3. Atque ea est etiam propria natura transactionis, & qui transigit de certa summa reliquum videtur amittere, quia continet factum, vt reliquum amplius non petatur.

petatur. l. si quidem. & ibi Alex. C. de transact. nã transactio non minorem † habet authoritatem quam res iudicata. l. non minorem. C. de trãsact. atque illud exploratissimum est, & interdictum bonorũ † non posse intentari contra titulo possidentem, Bart. in l. 1. nu. 3. ff. quor. bon. & est magis communis opinio, Soc. Iun. cons. 75. nu. 7. & 11. lib. 1. cum alijs citatis à Rol. consil. 75. nu. 16. lib. 2. qui hoc etiam dicit apud omnes legum interpretes receptum esse.

Quare cum Gaspar quamuis hæres Franciscæ sororis suæ obtinuerit à Gubernatore Vrbis veteris se immitti in possessionem bonorum, quæ tempore mortis suæ ipsa Francisca non possidebat, neque in bonis suis habebat, & ipsa Liuia titulo possideat, habeatque exceptionem litis finitæ, sententia ad fauorem ipsius Gasparis lata, non potest sustineri, & ideo est reuocanda.

E I V S D E M.

Eadem, Lun. 8. Nouemb. 1593.

ARGVMENTVM.

Eadem causa proposita rursus in Rota, contrarium deciditur.

SVMMARIA.

1. *Interdictum quorum bonorum, vt locum habeat, quæ requirantur.*
2. *Possessio per simplicem locationem an probetur.*
3. *Possidens semel, semper in futurum dicitur possidere, nisi contrarium probetur.*
4. *Præsumptio familiaritatis quando locum habeat.*
5. *Possidere quis in dubio præsumitur eo nomine, quo sibi vtilius est.*
6. *Conditio non purificata, perinde habetur, ac si non apposita fuisset.*
7. *Possessionis causa mutata censetur, ex titulo superuenien-te absque alia animi declaratione.*

DECISIO CCCXCVIII.

HAnc causam extra Rotam proposui, altera tantum parte informante, die 14. Iunij 1593. in qua fuit decisum sententiam latam à Gubernatore Vrbis veteris contra Dn. Gasparem Tarusium esse infirmandam, sed cum hodie 8. Nouemb. eam rursus, vtraque parte informante, proposuissem, recesserunt Domini à resolutis.

Nam cum Dominus Gaspar tanquam hæres Franciscæ sororis suæ agat interdicto quorum bonorum, vt mittatur in possessionem eorum bonorum, quæ ipsa possidebat, & de primo requisito, quod idem sit hæres Franciscæ sororis sui non dubitetur in eo solo versatur dubitatio, an alterum probetur, quod bona, de quibus agitur, ipsa Francisca possederit, † tempore mortis, quod in hoc interdicto est necessarium. l. 1. & ibi Bart. num. 11. ff. quorum bonorum, cum alijs allegat. & placuit Dominis de actis id rectè probari.

Nam est in confesso Benincasa maritum Dominæ Franciscæ, qui erat Dominus bonorum fuisse bannitum, & pœna capitis damnatum cum publicatione omnium bonorum. & Franciscam vxorem ipsius post sententiam declarasse se velle dicta bona habere, & retinere pro sua dote, & pro fideicommisso filiæ relicto, ex eo quod venit casus restitutionis dotis dicti fideicommissi, fuisseque pronunciatum non debere ipsam Franciscã molestari, nihilque pro fisco superesse.

Ex actis etiam constat dictam Franciscam nomine suo, & filiæ locasse dicta bona, & fructus seu pensiones exegisse.

Vnde licet per simplicem locationem † non probetur possessio c. inter dilectos. de fid. instrum. tamen si locator fructus seu mercedes, quæ sunt loco fructuum percepit, vtique probat Rom. consi. 70. nu. 11. Alexan. cons. 88. nu. 14. lib. 5. Soc. sen. cons. 205. num. 5. & 266. num. 13. lib. 2. Ruin. cons. 118. num. 11. lib. 4. Paris. 104. nu. 89 lib. 1. Bellam. cons. 11. nu. 9. Natt. qui attestatur communem esse opinionem in cons. 672. nu. 20.

Quod multo facilius in casu proposito recipiẽdum est, quia dici non potest alium eo tempore possedisse, siquidem maritus cum esset bannitus cum pœna capitis, publicatione bonorum omnium, desijt possidere, nam neque ciuiliter neque naturaliter bannitus potest possidere, neque etiam animo retinere naturalem possessionem, quia in his retinendis modus est ciuilis, & implicat. Ruin. in cons. 49. nu. 5. lib. 4.

Item cum filia postea sine liberis decesserit, eadem Francisca mater ei successit ab intestato, excluso patre incapace, & ideo superueniente sibi titulo hereditario eam partem bonorum, quæ spectabat ad filiam, quasi mutata causa possessionis intelligitur pro hærede possedisse, l. non solum. §. 1. de vsuc. vbi casus est expressus. Bart. in cons. 107. incip. in q. nu. 4. lib. 1.

Et cum semel possederit, intelligitur in futurũ semper possedisse, donec † probetur eam amisisse possessionem Bar. in l. quod te. in 1. lect. num. 18. ff. si cer. pet. Bald. cons. 216. num. 1. vers. quod autem. & vers. item possessio lib. 2. Fulgos. cons. 140 nu. 2. Alex. cons. 175. nu. 40. vers. nec obstat si dicatur. lib. 1. Corn. cons. 104. nu. 7. lib. 1. Ruin. consi. 128. nu. 16. vers. quia qui semel possedit. lib. 4. quod intelligitur vsque ad mortem, Rot. decis. 4. de probat. in nou. Dec. cons. 52. num. 16. lib. 13.

Nec dici potest Franciscam possidere iure familiaritatis, ex eo, quod Franciscus eius maritus saltem de facto possederit, vt testes videntur deposuisse, quia cum bona ad ipsum, qui erat bannitus cum pœna capitis, & publicatione omnium bonorum de iure non possent pertinere, illa præsumptio familiaritatis locũ habere non potest, tunc enim quis de iure familiaritatis possidet, cum res ipsa ad alium spectat, Soc. sen. cons. 131. nu. 1. in fin. lib. 1.

Præterea, cum eidem Franciscæ post mortem filiæ superuenerit titulus hæreditatis, & iure proprio poterit possidere, cessat etiam hæc familiaritatis præsumptio, quæ habet locum, † quando nomine proprio citra delictum non potest possidere, Soc. sen. consil. 131. nu. 5. lib. 1. Curt. iun. cons. 168. nu. 33. & 44. Bero. consil. 60. nu. 5. & seq. lib. 2. Ceph. cons. 479. nu. 60. & 61. & fuit resolutum, coram Reu. Patre Domino meo Seraphino, in causa Bonorum, die 9. Mart. 1571. & in Tudertina, Bonorum, die 19. Iun. eod. anno.

Accedit etiam, quod in dubio magis † quis præsumitur eo iure, quod est sibi vtilius, possedisse. Bart. in l. gerit. nu. 21. versi. intelligi. de acquir. hæred. Alexan. consi. 8. num. 10. versi. nec etiam probat agnatio. lib. 3.

Neque obstat, quod Franciscus fuerit in patriã restitutus, quia huiusmodi restitutio fuit facta sub conditione, dummodo haberet pacem, quam non habuit, imò ab inimicis dicitur interfectus fuisse, & ideo non † purificata conditione perinde habetur, ac si facta nõ esset. l. 1. ff. de regul. Catoniana. cum simil. Item, quia hæc restitutio fuit facta post mortem filiæ, & postquã Franciscæ matri ius fuerat acquisitum, & eius possessioni nullum impedimentum præstat. c. quamuis. & ib. no. Gem. num. 3. de rescript. lib. 6 Bart. & alij communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum.

Nec obstat, quod non probetur Franciscam adiuisse hæreditatem, quia cum rem hæreditariam possederit, præsumitur adiuisse, l. 1. C. de repud. hæred. & l. pro hærede. & ib. Bald. in princ. de acquir. hæred. cum alijs copiose allegatis l. 1 a. tit. 12. nu. 8. de contect. vlt. volunt.

Et quidẽ ex titulo † superueniente intelligitur mutata causa possessionis, absque alia animi declaratione, vt sæpissimè fuit resolutum, in Rota, apud Archid. decis. 104. alias 4. de caus. posses. & prop. vbi in fine dicitur,

citur, hanc opinionem tanquam magis æquam & iuri consonam semper fuisse seruatam. Put.decis.451.Tib. Dec.31.Cresc.decis.168.num.2.de restit.spol.Paleott. decis.248.

Postremo non obstat exceptio transactionis, quia fuit responsum, illam locum habere in dote, de qua facta est, & non extendi ad causam successionis, de qua non fuit actum, nec cogitatum.l.si de certa.C.de transact.l.qui cum.§.1.& l.cum Aquiliana.ff.de transact.Rom.cons.284.nu.2.& cons.371.nu.2. Nam quibuscunque verbis transactio concepta fuerit, non obstat agenti ex alia causa, de qua specialiter actum non est, vt no.Ias.in d.l.qui cum tutoribus.nu.1.

Atque ex his recedendo à decisis, conclusum fuit, sententiam Gubernatoris, per quam fuit pronunciatum Dn. Gasparem immittẽdum esse in possessionem bonorum, quæ Francisca possidebat tempore mortis, esse confirmandam.

PAMPHILII.

Romana, Domus, Vener.7.Nouemb.1597.

ARGVMENTVM.

Restitutio nedum ad possessionem, sed etiam ad statum vtendi datur.

SVMMARIA.

1 *Restitutio nedum ad possessionem, sed etiam ad statum vtendi datur.*
2 *Inquilinus merus ratione iuramenti stante locatione expelli non potest.*

DECISIO CCCXCIX.

PRo informante, quia notissimum est dari restitu- 1 tionem, nedum ad possessionem, sed etiam † ad statum, c. querelam. vbi Butr.Alb num.12. & alij de elect.Cassad.decis.4.num.8.sup.reg.Cancell. Mohed. decis.127.alias 8.de restit.spol.& ideo restituẽdus est Lucas, de cuius statu vtendi domo constat ex instrumento immissionis authore prætore, in vim Saluiani interdicti, quod ius contribuit causam possidendi, vt Bart. & Salyc. in l.1.C.de Salu.interd. Aret.in §.item Saluiana, num.9 & ib.Ias.num.95.Inst.de act.Neguz. de pign.in mem.8.par.1.nu.11.Rol.cons.14.num.11. lib.1.maximè stante illius cõtinuatione, cum fructuũ perceptione, vsque ad annum 1593.quo fuit ab Antonio spoliatus, vigore mandati de euacuando, quod tãquam notoriè iniustum non excludit actiones spolij, iuxta no.in l.possidet.ff.de acq. poss.& in c.conquerẽtes, de rest.spol.non enim poterat Lucas expelli, antequã esset satisfactus de suo credito, cum non recognouerit Antonium in dominum simpliciter, sed cum clausula sine præiudicio sui crediti, & non aliter, nec alio modo, &c. quæ operatur vt interim, donec sit satisfactus, non censeatur recognouisse, & de clausula sine præiudicio, per tex. in l.centurio.§.1.de milit. test. tradit Put.decis.32.lib.2.& de clausula, *non aliter nec alio modo*, quod importet conditionem suspensiuam, tradit Bald.in Auth.ingressi.num.7.C.de SS.Eccles.Ias.in l. fin.num.142.C.de iur.emph. Caputaq.decis.82.nu.2. præsertim stante obligatione Antonij in forma Cameræ, promisit manutenere Lucã in possessione domus, & ipsum non expellere, donec ex pensionibus fuerit ei de suo credito satisfactum, cum iuramento & hypotheca suorum bonorum, cuius ratione merus inqui- 2 linus † durante locatione expelli non potest. Bart.in l. 1.§.quod autem.ff.de superf. Soc.de communi consil. 17.nu.13.lib.3.Rol.consi.6.lib.1. qui dicit hoc absque dubio procedere stante iuramento, quod obligat præcise ad factum, quod etiam fuit resolutum in causa Romana, Retractus, die 8.Iun.1580. coram Illustriss. Mantica.

LANCELLOTTI.

Romana, Casalis, Lun. 1.Iul. 1602.

ARGVMENTVM.

Prædium locatum si venditum postea fuerit, an conductor ab emptore expelli possit.

SVMMARIA.

1 *Emptor an locationi à venditore factæ stare teneatur. & num.2.*
3 *Iuramentum præstantem præcise obligat ad obseruantiã.*
4 *L.venditione.ff.de bon.auth. iud.poss.explicatur.*
5 *Successor singularis quando colono stare teneatur.*
6 *Transactione quæ fit per iudicem, ius tertij semper præseruatum intelligitur.*
7 *Causa qualibet, etiam iniusta à dolo excusat.*

DECISIO CCCC.

LOcauerat Dominus Maximilianus Cafferellus de anno 1599. duo casalia ad nouennium Dn. Mario Fauno, quorum alterum anno sequenti vendidit Dn. Fabricio de Maximis, habita prius licentia à Sanctissimo, cum derogatione fideicõmissi, & cum hoc, quod pretiũ creditoribus dicti Domini Maximiliani solueretur, à quibus iura contra dictum Dominum Fabricium emptorem transferri deberent, facta solutione creditoribus descriptis, & ab eis habita iurium cessione. Institit dict. Dominus Fabricius pro habenda vacua, & libera possessione Casalis, vt fuerat sibi in instrumento venditionis promissum, quod dictus Dominus Marius conductor impediuit, præuio monitorio A.C. à quo cum fuerit auocata causa, & in Rota coram me introducta dubitaui, An Dom. Fabricius esset immittendus in possessionem, ad effectum expellendi D.Marium. Expulsionem prætendebat Dn.Fabricius ex triplici capite.

1 Primò ex regula, quod emptor non † tenetur stare locationi.l.emptorem.C.de locat.

Secundò, quia vigore iurium, & hypothecarum sibi à creditoribus cessarum, non videbatur posse denegari immissio ex remedio vtilis Saluiani interdicti.

Tertiò, quia cum D.Marius, non soluerit pensiones in terminis statutis, & promissis cum iuramento, videtur cecidisse de omni commodo dictæ locationis, iuxta l. si quis maior. C. de transf. quod videtur posse opponere Dn. Fabricium, cui fuerant à Domino Maximiliano cessa omnia iura super dicto casali, quomodolibet competentia, vltra quod etiam ipse Dn. Maximilianus, qui est in causa, dat de huiusmodi caducitate.

His tamen non obstantibus, fuit conclusum D.Marium expelli non posse.

Ad primum, de regula l.emptorem. fuit dictum, il- 2 lam limitari, quando conductor habet † hypothecam pro obseruãtia cõtractus. l.si creditor.§.vlt.ff.de distr. pigo.Bart.in d.l.emptorem. num.2.Salyc.sub num.6. versi.aut conductor ius vtilis dominij, Pau.de Cast.in l.si filiusfamilias.§.si vir in quinquennium. sub nu.4. versic. & ideo cum oritur. vbi etiam Rom.sub nu.13. vers.addit.ff.sol.matr.Ang.consil.2.nu.12. Alex.consil. 11.nu.28.lib.5.Abb.in c.querelam. sub num.8.vers.& pro hoc datur bona cautela, ne prælatus vices suas.Iason.in l.quoties.num.29.C.de rescind. Mars.sing.321. Guid. Pap. quæst.480.sub num.5. vers.secundo fallit. 3 Præsertim stante iuramento, † quod præcise obligat ad obseruantiam, vt post Anton. de Butr. in cap.fin.ne præl.vic.suas. Soc.consi.90.nu.10.lib.3.Grat.consi.95. num.19. lib.1. & fuit decisum in vna Romana retractus, 7.Septemb.1597.corã Reo. Patre Domino meo Pamphilio, non obstante, quod primum instrumentũ locationis non continet specialem hypothecam casalis, & secundum quod illam continet ex multis controuertitur, quia ea, quæ obijciuntur contra istud secundum instrumentum, requirunt altiorem indaginem, & habent pro se præsumptionem validitatis, &

veri-

veritatis. Bald. in c. 1. §. instrum. de don. feud. Ias. in l. si post diuisionem. nu. 2. C. de iur. & fact. ignor.

Præterea, quæstio illa, an requiratur specialis, vel sufficiat generalis hypotheca, est multum controuersa, & quod sufficiat generalis, communem dicunt Ioã. de Amic. consi. 113. num. 7. Neguś. de pignor. in 2. par. princ. in 1. memb. sub nu. 6. Grat. consi. 95. nu. 11. Ferd. Loaz. in repetit. l. filiusfamilias. §. Diui. num. 441. ff. de leg. 1. & fine scrupulo procedere videtur in casu isto, ex duobus. Primò, propter iuramentum appositũ habens vim specifici consensus, Ioan. de Amic. d. consil. 113. nu. 12. Crot. in d. §. Diui. sub num. 97. versi. & ista commissio tanto magis. Gozad. consi. 110. nu. 24. in fin. Soc. iun. consi. 119. nu. 10. lib. 2.

Secundò, quia non agitur ad effectum, vt venditio facta à D. Maximiliano sit irrita, quo casu videtur requiri specialis, ad effectum, vt D. Marius pro suo interesse insistere possit, ad quod sufficit generalis hypotheca, vt per Gozad. consi. 100. nu. 24. Rodet. in l. post rem iud. in 1. lim. nu. 18. de re iudic. Quo ad secũdum, de iuribus cessis à prætenso Saluiano, primo respondetur, quod cum solutio facta fuisset à D. Fabricio de pretio casalis, non censetur facta de proprijs pecunijs ipsius D. Fabricij, sed de pecunijs ipsius D. Maximiliani, debitoris, & fuit dictum in Romana Saluiani interdicti, 11. Ianuar. proximè præter. coram Reu. Patre D. Decano, & propterea per talẽ solutionẽ actiones creditorum fuerunt extinctæ, & nulla potuit interuenire cessio. Bar. in l. Modestin. num. 4. vbi etiam Pau. de Cast. sub nu. 4. vers. initium autem & sub num. 5. vers. nota principaliter. ff. de solut. & fuit dictum in illa Romana, Saluiani interdicti. 19. Apr. præter. coram Domino Iusto, in illa Bononiensi, fideiussionis.

Secundò, vbi etiam esset immittẽdus Dominus Fabricius in possessionem ex Saluiano, non propterea expellendus veniret Dominus Marius, quia cum ex remedio dicti Saluiani interdicti non requireret plenum ius Casalis, teneretur stare locationi l. in venditione. §. 1. ff. de bon. authorit. iud. possid. Bart. in d. l. si filiusfamil. §. si vir quinquennium. sub nu. 1. versi. aut ei non est constituendum. Salyc. in d. l. amptorem. sub nu. 6. vers. aut conductor nullum ius. Abb. in d. c. querelã, sub nu. 8. vers. aut est successor singularis. Ias. qui dicit cõmunem. in l. diuortio. nu. 34. ff. sol. matr. Guid. Pap. decis. 480. sub nu. 5. vers. fallit.

Et ad id, quod econtrario replicatur, pro parte Fa-4 bricij, quod d. l. in venditione, † loquitur in eo, qui mittitur in possessionem pignoris ex primo decreto, respondet Aret. consil. 159. sub nu. 16. vers. si tamen locatam rem, quod licet verum sit, textum illum loqui in dict. casu, tamen Domini ex eo firmant regulam, 5 quod successor singularis † tenetur stare colono, quãdo non succedit in plenum ius authoris sui. Accedit quod Dominus Fabricius hoc pacto succederet in d. casali, per sententiam Iudicis, quo casu non habet locũ l. emptorem, Bald. in c. quoniam frequenter. §. fin. vt lit. non cõtestat. Iason in l. diuortio, sub nu. 34. ff. solut. matrim. Abb. consi. 108. nu. 6. quia in translatione, quæ 6 fit per iudicem, † semper intelligitur præseruatum ius tertij, Bald. in d. l. emptorem. num. 5. Alexand. in d. §. si vir in quinquennium. sub num. 7. versic. sed ad hoc tendunt.

Quo ad tertium, placuerunt Dominis respõsiones datæ per Informantes, pro parte Domini Marij, præsertim quia l. si quis maior. rarissimè in praxi locũ ha-7 bet, cum quælibet etiam † iniusta causa excuset à dolo, qui in ea requiritur, vt per Iasonem in dicta l. nu. 3. Curt. iun. sub nu. 17. & fuit dictum in illa Cornetana bonorum, coram Sanctissimo 26. Iun. 1579. vbi etiam fuit dictum, in dubio iudicandum non esse locum dispositioni dict. legis.

ORTEMBERGI.

Romana, Diminutionis annuæ præstationis. Lun. 13. Ian. 1603.

ARGVMENTVM.

Possessori mandatum de manutenendo rectè datur, præsumiturque possessio continuata, nisi contrarium probetur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo possessori dandum.*
2 *Possessio continuata præsumitur, nisi contrarium probetur.*
3 *Possessio & proprietas absque scientia non ammittitur.*

DECISIO CCCCI.

1 Domini resoluerunt dandum esse mãdatum † de manutenendo Hieronymo, & litis consortibus, quia negari non potest possessio à principio exigendi partem solutionis in grano, quæ præsumitur cõtinua-2 ta, nisi † contrarium probetur, cap. olim. vbi Doctor. & c. cum ad sedem. de restit. spol. l. 3. §. in amittendo. & §. quod si seruus. de acquir. possess. & l. eum, qui. de probat. Rot. decis. 4. de probat. in nou. quæ præsumptio iuris suffragatur ad obtinendum mandatum de manutenendo, Rota in Hispalensi, iuris votãdi, coram Lauretano. 16. Mart. 1575.

Non obstat, quod creditum Hieronymi immissi in possessionem exigendi dict. præstationem neglexerit exigere granum, quia eius negligentia non potuit priuare Hieronymum sua ciuili possessione, Felyn. in c. vigilanti. num. 7. & seq. de præscript. Bero. in l. si co. §. 1. in not. & num. 4. vers. breuiter, quando ego scio. & in l. si coloni. de acquir. possess. maximè, cum non probetur scientia Hieronymi, sine qua in iuribus incor-3 poralibus vti non acquiritur, † ita nec amittitur quasi possessio, & proprietas. Bart. in l. 1. §. hoc interdictũ. nu. 10. de itin. actuque priuato.

Imò simulatq; Hieronymus sciuit, adiuit Iudicem, per quam aditionem retinuit ciuilem, propter quam retentionem competit manutentio. Bald. in c. querelam. num. 1. de elect. Put. decis. 419. lib. 2.

Non obstat, quod mandatum de manutenẽdo bon. memor. Domini Taddæi Massæ in hac causa expeditum, vigore decreti restringit se ad granum ex affictu casalis, quasi cum nunc locatio nõ fiat amplius in grano, sed in pecunia, tamen illud non sit aliunde supplẽdum l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus. de leg. 3. Rot. decis. 11. nu. 7. de testam. in antiq. quia verba, *ex affictu*, non sunt posita transitiuè, vt patet ex adiectione clausulæ, vt dicitur, quæ subiecta poni in esse, & in omnem euentum dicendum est, apposita esse gratia demonstrationis, non autem taxationis, quia adijcitur executioni. Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. num. 5. & seq. de verb. oblig. cum potius ista verba videntur apposita etiam à Notario in executione mandati, quia de huiusmodi affictu, nec in citationibus, nec in decreto iudicis fit aliqua mentio.

Postremo Domini considerabant clausulam *non retardata solutione* in commissione appositam, quæ non est intelligenda de solutione in pecunia tantum, quia ea non controuertebatur, sed de grano, de quo erat controuersia, tum quia clausula ista semper apponitur ad fauorem debitoris, non creditoris, & accipienda est de eo, quod solitum erat solui.

LITTÆ.

Romana, de Roncionibus. Lun. 3. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Possessio, ad effectum, vt remedium ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. detur, quomodo probari possit.

SVMMARIA.

1 *Probatio semiplena in materia possessoria sufficit.*
2 *Testis dictis sui rationem reddens, probat.*

DE-

DECISIO CCCCII.

Domini tenuerunt sufficienter constare de possessione Francisci testatoris, respectu domus, & vineæ, de qua in dubio, ad effectum, vt Lactantius, & Martius agentes remedio l. fi. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. obtinere valeant, maximè cum in hac materia possessoria sufficiat † semiplena probatio. Barto. in l. 3. C. quorum bon. Bero. consil. 47. num. 17. lib. 3. Alex. in d. l. fin. num. 18. C. de edict. D. Adrian. toll. Marsi singu'. 433. num. 2. Nam de possessione domus constat ex depositione secundi testis super 4. tertij super eodē, & super primo articulo. Item ex depositione quarti ad primum, qui omnes cum bonam rationem sui dicti reddant, vt ex Summario videre est, eam † probāt, Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. summarie. nu. 10. Afflict. decis. 364. num. 5. cum alijs per Roland. consil. 50. num. 16. lib. 2. constatque clarius de eadem possessione ex eodem instrumento donationis eidem factæ ab Octauio, cum clausula constituti, ad tex. in l. quod meo. ff. de acquir. possess. quæ probatio ex constituto resultans non tantum afficit ipsum constituentē, & hæredem illius, sed omnem personam habentē causam, seu prætendentem ius ab ipso constituente, & sic ipsos Dominos de Cominibus reos conuentos, vt per Tiraqnell. de iur. constit. poss. p. 3. num. 20. per Nait. consil. 439. num. 3. lib. 7. & per Plot. in repet. l. si quando. num. 173. C. vnde vi. qui plures ad hoc allegat. De possessione autem vineę constat ex depositione 2. iuxta 15. 3. super 4. & 4. iuxta 13. qui bonam reddunt dicti sui rationem, & vnus eorū fuit colonus, vltra quod eorum depositio coadiuuatur non mediocriter ex titulo d. donationis, cum clausula constituti, neque possessio Francisci tam respectu vineæ, quàm domus ad effectum, de quo agitur, quia præsumi debeat continuata, vsque ad obitum eius, seu ingressum religionis, dubitari non debet. glos. in l. si possidetis. C. de probat. Alex. cons. 278. nu. 11. lib. 6. Zuccard. in d. l. fin. nu. 202. C. de edict. Diui Adrian. toll. Rot. decis. 4. de prob. in nou. & ita probatio concludit de tempore requisito.

Nec obstat, respectu domus allegata possessio matris & Octauij, quia quoad matrem, stante titulo Frācisci, præsumitur iure familiaritatis. l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. posses. vbi omnes hoc notant. Aym. consi. 61. num. 2. & in terminis matris, quæ stabat in domo cum filio, Alex. cons. 88. nu. 6. lib. 2. & Gozad. consil. 99. num. 7.

Quo verò ad Octauium, tollitur omnis scrupulus, ex donatione per eum facta Francisco, cum clausula constituti, & ex instrumento locationis postmodum eidem Octauio factæ per ipsum Franciscum, in vim cuius Octauius presumitur ex post possedisse, l. 2. C. de acquir. possess. & l. quædam mulier. ff. de rei vend. Alciat. de præsc. reg. 2. præsc. 23. Soc. cons. 15. in fin. lib. 4. latè Dec. consi. 19. nu. 71. & cons. 124. nu. 40. lib. 3.

PENIÆ.

Maceratensis, Hæreditatis, Vener. 11. Decembr. 1599.

ARGVMENTVM.

Possessio quæ non est capta de manu hæredis, an sit vitiosa.

SVMMARIA.

1 *Possessio quæ non est capta de manu hæredis, an sit vitiosa.*

2 *Fideicommissarius primus, deficientibus hæredibus, è quorum manibus hæreditatem capere possit, eam propria authoritate validè capit.*

3 *Acquisitio vnius rei non sufficit ad effectum, vt apprehensa dicatur possessio, licet sit facta animo apprehendendi omnia bona.*

4 *Remedium c. redintegrandæ. 3. quæst. 1. etiam mero detentatori datur.*

DECISIO CCCCIII.

Die 2. Januar. proximè præteriti, pro maiori parte fuerat decisum, Ascanio Vico dandū fuisse mandatum de redintegrando ad bona existentia in oppido & territorio Ciuitatis Nouæ, quorum ipse possessionem fuerat adeptus.

Die 8. Nouembr. iterum proposita, super eisdē fuerat dilata, rursus verò die 24. eiusdem mensis, licet pro maiori parte Domini in decisis permanere videretur, quia tamen ab aliquib. fuerat dubitatum, an illa possessio esset vitiosa, propterea visum fuit, causam restringere ad illum articulum, † an vitiosa foret censenda dicta possessio ad effectum, de quo agebatur, ex quo nō fuerat capta de manu hæredis, quo articulo in hac propositione discussa, Rota pro maiori parte censuit, prędictam possessionem non fuisse vitiosam.

Quia cum respectu bonorum, de quibus agebatur, non adessent hæredes, de quorum manu capi potuissent, propter dispositionem testatoris, mādantis, quod hæc bona, neque ex testamento, neque ab intestato, etiam quoad possessionem possent deuenire ad alios, à testatore non vocatos, etiam ratione legitimæ, consequenter inferebatur, quod licet Ascanius esset primus fideicommissarius, quod tamen expressa negabatur ab Informantibus pro eodem Ascanio, sine aliquo vitio potuerat † propria etiam authoritate capere possessionē, cum nullus adesset hęres, à quo restitui potuisset. Bald. in l. extraneum. num. 3. 4. & 5. vbi Salyc. & Ias. num. 4. & 5. C. de hęred. inst. Rom. cons. 71. num. 1. in fin. vers. & commune fit. Alex. consi. 58. num. 2. vers. sed vxor legataria. lib. 3. Latè Menoch. qui plures allegat, tract. de adipisc. remed. 2. nu. 66. versi. nam ex quo hæres. quæst. 77.

Neque huic rationi refragatur tex. in l. 1. ff. quorum bon. aut Doctores allegati per Informantes contra Ascanium, ad probandum in fideicommisso particulari, non posse capi possessionem propria authoritate, quia illi diligenter inspecti loquebātur in casu, ab hac facti specie longè diuerso, videlicet, quando hæredes non sunt possessores, proti in hoc casu, in quo, quando Ascanius accepit possessionē authore prætore, nullus possidebat hęres, ideoq; potuit etiā propria authoritate capere, prout supradicta distinctione constituta latè comprobauit Ant. Gabr. qui plures Doctores cumulauit, tit. de acq. poss. concl. 1. nu. 98. lim. 26. quem sequitur And. Gail. pract. obseru. lib. 2. obser. 129. nu. 7.

Quinimò, licet hæres accepisset possessionem bonorum Maceratæ existentiū, adhuc id non officeret possessioni Ascanij, captæ de bonis Ciuitatis Nouæ consistentibus, neque illam reddidisset vitiosam, quoniam vniuscuiusque rei possessio acquiri debet, nec sufficit acquisitio, vnius quamuis fuerit † capta animo apprehendendi omnia bona, l. 3. in prin. vbi gl. in verb. quēlibet. in fin. ff. de acq. poss. Bald. in l. licet. nu. 4. vers. sed non intelligo. C. de acq. poss. Paris. cōsi. 37. nu. 17. lib. 3. & tenuit Rot. in hac causa die 11. Maij 1587. coram D. meo Pamphilio.

Rursus quo magis disputatio reddebatur turbida, ex rationibus deductis per Informantes contra Ascanium, eo magis persuadebatur illum interim iure potuisse reuerti ad suam possessionem, de qua clarè constabat per publicum instrumentum.

4 Denique dicebatur, quod si mero & nudo detentatori competebat remedium c. redintegrandæ. 3. q. 1. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 66. multo magis competebat Ascanio, qui iudicis authoritate possessionem acceperat, cum detentio minus sit, quam possessio. Alexand. in l. 1. num. 17. versic. non obstat textus. ff. de acquir. possess. quibus etiam accedebant vulgares iuris regulæ, quod nemo sit sua possessione priuandus, quod spoliatus in primis esset restituendus, & similes.

PE-

PENIÆ.

Maceratensis, Hæreditatis, Vener. 10. Ianuar. 1600.

ARGVMENTVM.

Causa superiori rursus in Rota proposita, confirmatur amplius agentem facto proprio à possessione sua non cecidisse, quo minus ad eam veniat restituendus.

SVMMARIA.

1. *Cessio conditionalis, non purificata conditione, amissionem possessionis non inducit.*
2. *Possessio an per solam cessionem possidentis cessionario acquiratur. & 3.*
4. *Possessio an solo animo perdatur.*
5. *Redintegrationem per 10. annos non petens, an ex hoc possessione cecidisse dicendus sit.*

DECISIO CCCCIV.

Licet hic articulus, An Ascanius Vicus facto proprio ceciderit à possessione bonorum in oppido de Ciuita noua existētium, quam die 26. Aprilis. 1584. authore Prætore legitimè acceperat, plenè fuerit discussus, & tandem decisus ad fauorem Ascanij, in decisione in hac causa facta die 2. mensis Iunij, anni proximi præteriti, 1599. nihilominus ex abundanti, vt plenius satisfieret subtilibus quorundam dubitationib. iterum fuit propositus, & Ascanio tantum informante, ad eius fauorem resolutus. Nam informantes pro hæredibus Capitanei Francisci, & Ferottis, quamuis multum exclamauerint, vt super eo iterum audirentur, tamen leues excusationes obtendentes, non informarunt, imò verò nec postea accesserunt ad capiendas informationes facti, & iuris pro parte Ascanij datas, vt eis possent respondere.

In hac ergo propositione cōclusum fuit, Ascanium facto proprio non cecidisse à propria possessione, quo minus ad eam veniret restituendus, Primò enim non cecidit ab ea vt econtrario prætēdebatur, ex eo, quod eam cesserat Ferottis, & Bonarellis de Arcona, quoniā cessio fuerat conditionalis, videlicet, salua conuentione facta, & saluo credito, referendo se ad instrumentum cessionis, qua conditione non purificata, cessio 1 non potuit † operari amissionem possessionis, sed habetur potius pro non facta. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig. Dec. consi. 115. nu. 2.

Rursus ceciderat ex eo quod per solam cessionem 2 possidentis acquiratur † possessio cessionario, quia vlterius requiritur apprehensio, l. cum hæredes. ff. de acq. poss. Affl. decis. 299. nu. 4. And. Gail. lib. 2. obseru. 152. nu. 4. vnde cum nunquam constaret Ferottos & Bonarellos possessionem apprehendisse, quinimò ex deductis in decisione hac in causa facta, prædicto die 2. Iun. apparebat Ascanium Vicum in ea permansisse, vsque ad tempus spolij, cōsequenter inferebatur, neque cessam possessionem profuisse Ferottis, & Bonarellis, neque Ascanio Vico cessionem præiudicasse, ad effectum, ne illi competeret restitutio, cum exploratū 3 sit non amitti † possessionem tertio cessam, si tertius actu possessionem non apprehendat, & consequenter cedenti ab extraneo spoliato competere redintegrationem, præsertim in profanis. Achill. decis. 10. num. 4. de rest. spol. Rot. decis. 4. hæred. permut. in antiq. Put. decis. 158. nu. 3. lib. 3. Pont. in tract. de spol. lib. 3. cap. 1. nu. 72. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 265. & seq.

Præterea non ceciderat Ascanius à possessione, ex regula, quod licet solo animo non acquiritur posses- 4 sio, ea † tamen perditur solo animo, l. 3. in princ. ff. de acq. possess. l. cum vnus. §. fin. ff. de bon. auth. iud. poss. quia Ascanij animus non fuerat abdicare à se captam possessionem, nisi purificata cōditione, apposita in cessione facta ad fauorem Ferottorum & Bonarellorum de Ancona. Vnde cum ea cessio propter non adimpletam conditionem non fuerat effectum sortita, pro infecta haberi debuit quia reuera cessio correspectiua fuit ad promissionem factam per cessionarios, qua nō impleta, non fuit amissa possessio, & Ascanio ob non adimplementum competit remedium redintegrandæ. Put. decis. 15. de rest. spol. in manuscr. Alexan. cons. 90. nu. 7. vers. item non impleuerunt. lib. 5.

Non adimplementum arguebat factum cessionariorum, qui & dicta die à conuentione expresse recesserunt, & paulo post absolutionem à iuramento petierunt.

Denique non cecidit facto proprio ex negligentia, 5 seu taciturnitate Ascanij per † 10. annos non petentis redintegrationem, ad Soc. in l. tem, quæ nobis, num. 8. ff. de acquit. possess. cuius dictum reprobat ibi Alex. & Men. de recup. rem. 15. nu. 97. & 98. vsque ad nu. 101. notum est enim remedium contra spolium maiori tēpore durare, Cassad. decis. 5. de caus. possess. & propr. Put. decis. 115. lib. 1.

Præterea huic obiectioni plures aliæ responsiones fuerunt datæ in alia decisione.

Non præiudicauerat Ascanio apprehēsio possessionis domus de Bonarellis, quia ex ea non inferebatur ad possessionem prædiorum, Ias. in l. 3. nu. 3. ff. de acq. possess. & fuit dictum in decis. in hac causa facta die 15. Decem. anni præteriti 1599.

PENIÆ.

Maceratensis, Hæreditatis, Merc. 26. Feb. 1600.

ARGVMENTVM.

Cessione conditionali non purificata, per cessionarium possessio ex parte cedentis non amittitur.

SVMMARIA.

1. *Correspectiuorum vno sublato, alterum tollitur.*
2. *Possessio solo animo amittitur.*
3. *Possessio non amittitur per cessionem qualificatam, si conditio à cessionario non fuerit adimpleta.*

DECISIO CCCCV.

Die 28. Ian. proximè præteriti, Ascanio Vico tantū informāte, fuerat decisum, ipsum facto proprio non cecidisse à possessione bonorum, quam acceperat. Nunc ad instantiam Dominorum de Ferottis, causa iterum proposita, ac ipsis & hæredibus Capitanei Frācisci Vici informantibus, Rota perstitit in decisis: ex eisdem rationibus, in decisione firmatis, tum quia cessio ad fauorem Ferottorum nō habuit effectum, tum quia ab ea recesserunt Ferotti & recessum acceptauit Ascanius, tum quia concordia fuit conditionalis, & correspectiua, ibi *& all'incontro*, & nō sequuto adimplemento non potuit nocere Ascanio cessio. Vetal. decis. 135. num. 1. pat. 1. Crau. consi. 153. num. 8. vers. quì actus. & consil. 298. num. 13. in prin. nam notum est in 1 correspectiuis vno sublato, † tolli aliud, Crau. cōs. 79. nu. 13. & cons. 130. nu. 2.

Neque obstat Ascanio, quod cum cesserit possessionem Ferottis, eam amiserit, & consequenter sibi non competebat remedium redintegrandæ, quia placuit responsio in decisione data, nam cum Ferotti cessionarij non apprehenderunt possessionem cessam, immo Ascanius in ea permanserit vsque ad diem spolij, non amiserat possessionem. Verall. decis. 2. lib. 1. in manuscr. Achill. decis. 10. num. 4. de restit. spol. Put. decis. 58. num. 3. vers. & ideo. lib. 5. Guidob. decis. 59. incip. vnus resignauerat, & fuit resolutum in causa Melitensi, Beneficiorum S. Frācisci, die 26. Ian. 1587. coram D. meo Seraphino. & in Abulensi & Labulensi beneficiorum coram me, die 17. Iun. 1584.

Neque obstat, quod ista viderentur procedere in resignatione, aut cessione iuris, non autem in cessione possessionis, quia respondebatur etiam habere locum in cessione possessionis, vt patebat ex decisionibus Rotalibus.

Rursus

2 Rursus non obstat, quod solo animo † amittatur possessio l. 3. §. quod si. ff. de acq. poss. Quia respondebatur, quod licet vera sit cõclusio, quod quando quis intendit animo amittere possessionẽ, & in alium trãsferre, tunc solo animo amittitur, etiam si alteri non quęratur, iuxta quam procedit dictum Bart. in l. quod meo. nu. 2. vers. si spontanea voluntate tradat. ff de acquir. poss. & firmauit Rota apud Verall. decis. 235. incip. an stante disputatione. lib. 1. in manuscr. vers. tertia conclusio fuit. nihilominus tamen, si quis solum intẽdit amittere, donec in alium transferat, tunc omnino non amittitur possessio, vt firmauit Rota apud Verall. in præfat. decision.

In casu proposito, Ascanius licet cesserit, non videbatur habuisse animum amittendi, nec in alium trãsferendi, tum quia in cessione expresse cauit, ne præiudicaretur fideicommisso, quãdocunque purificando, tum quia voluit sibi præstari promissa, & consequen-
3 ter cum † per cessionem non amiserit possessionem sibi competebat restitutio, quia nullo alio modo intelligitur facta cessio, quam sub conditione, si cessionarius adimpleuerit pro parte sua, ita Alex. in terminis c. redintegrandæ. 3. quæstion. 1. consil. 90. num. 7. versic. item non impleuerat. lib. 5. alias consil. 33. lib. 6. Vnde cum in casu proposito Ferotti nedum non adimpleuerint promissa Ascanio, cedenti, sed quod amplius est, à cessione recesserint, nec bonorum cessorum possessionem assequuti fuerint, nec ipsi poterant prætendere possessionẽ, nec Ascanij restitutionem impedire. Verall. decis. 347. part. 2.

Et ex prędictis ferè tollebantur omnia deducta pro Ferottis, & in primis illud, quod cessio esset simplex, quia imò erat conditionalis & correspectiua, & satis videbatur mirabilis prætensio Ferottorum, prætendentium possessionem ex actu ipso resoluto, & inobseruato, ad Put. decis. 291. nu. 6. vers. quia ex actu, & decis. 343. nu. 3. vers. non tamen. lib. 3.

Non obstat Ascanio prætensa negligentia decem annorum, ex doctrina Socin. in l. rem, quæ nobis. num. 8. & 9. ff. de acquirend. possess. quia illa doctrina est reprobata, Grãt. consil. 70. num. 18. lib. 2. Gabr. cons. 36. num. 20. versic. ex quibus puto. lib. 1. & similem opinionem vocat erroneam, Curt. iun. in leg. 1. C. de seru. fug. num. 27.

Ad clausulam constituti, qua nitebantur Informantes pro Ferottis ad persuadendum, quod licet Ascanius post cessionem retinuerit possessionem illam, tamen intelligebatur ad fauorem Ferottorum, quorum nomine Ascanius in instrumento cessionis constituerat se possidere, respondebatur, illam tanquam accessoriã, ad cessionem nihil operari, cum inducat conditiones contractus principalis, & propterea si contractus non subsistat, vt in casu proposito, non sustinebatur cessio, nec clausula constituti accessoria aliquid poterat operari, Cran. qui alios allegat consil. 299. nu. 3. Ista enim clausula nõ auget principalem conuentionem. Tiraq. de ior. const. lim. 8. nu. 2. & 3.

Ad decisionem Reuer. patris, D. mei Pamphilij, in hac causa factam die 15. Decembr. 1595. dicebatur, in ea nõ firmari, quod Ferottis fuerit possessio acquisita.

L I T T Æ.

Ariminensis, Legati. Lun. 29. Ian. 1596.

A R G V M E N T V M.

Testamentum in nulla sui parte vitiatum, conditum iuxta iuris dispositionem, & debitas solennitates, validum est, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.

S V M M A R I A.

1 *Testamentum nullum dicenti probatio incumbit.*
2 *Persona turpis in testamento non instituenda.*

DECISIO CCCCVI.

Dubitatum fuit, An testamentũ Portiæ sit nullum vel potius sustineatur, & ad effectũ, de quo agitur: & Domini, vna tantum parte informante resoluerunt pro validitate testamenti, moti ea ratione, quia testamentum in nulla sui parte vitiatum appareat, hęredis institutionem contineat, & sit factum seruatis solennitatibus à iure requisitis, ideo validum reputari debet, ad text. in l. 1. & 2. ff. de iniust. & irrit. testam. & iure merito Ascanio fratri testatricis dicenti nullum
1 onus probandi prætensam † nullitatem, vt fundamẽtum suæ intentionis, incumbit, secundum Bald. in l. si scriptum hęredem. nu. 1. & seq. C. de prob. Quare non probari cẽsuerunt Domini, ex eo solo, quod per Ascanium prætendatur in dicto testamento fuisse præteritam Dn. Victoriam ipsius testatricis pręrensam auiam paternam, nisi prius verificetur dictam Dom. Victoriam fuisse, vt profertur, ipsius testatricis auiam, & præterea ipsum Ascanium dantem de nullitate propter dict. præteritionem esse dictæ Victoriæ hęredem, cum alias audiri non debeat, ad text. in c. non solent. 2. q. 6. in c. cũ inter Canonicos. de elect. in c. in nostra. de procurat. & in c. licet. eodem tit. faciunt not. per Bald. in l. tutor. §. 1. ff. de iureiur. cum alijs per Mars. in l. si quis, ne quæstio. nu. 43. ff. de quæst.

Ad illud autem, quod Portia dicto Ascanio fratre
2 præterito instituerit † personam turpem, & quod propterea videatur intrare dispositio l. fratri. §. fratris. l. si pater suus. C. de ... testam. fuit responsum, quod cum instituerit Robertum maritum suum, non potest dici instituisse turpẽ personam, pręsertim, cum ex testibus, de quibus in summario, cõstat de eius bona fama, nec sententiæ cõdemnatoriæ, quæ ei obijciuntur, eundem infamem reddunt, tum quia fuerunt latæ in contumaciam, & non fuerunt exequutæ. Bart. in l. ... nu. 8. vers. quarto ego. ff. de his qui no. infam. Alex. qui alios refert cons. 114. n. 1. vers. fortius voluit Bar. lib. 2. tum etiam quia non condemnauit eum ad pœnam infamię, nec causa propter quam condemnatus fuit, est talis, quæ infamiam tribuat, Peregr. decis. 161. lib. 2.

O R A N I.

Romana, pro hæreditate Beuilaquæ. 13. Maij 1591.

A R G V M E N T V M.

Immissio in possessionem bonorum non datur, nisi reddita prius per petentem eam administratione tutelæ.

S V M M A R I A.

1 *Immissio ex interdicto, quorum bonorum, vt & edicto Saluiano, non datur, nisi probata possessione.*
2 *Hæreditas etiam solo animo adiri potest.*
3 *Animus mutandi possessionem non præsumitur.*
4 *Interdictum Saluianum ad tempus tantum pro retentione datur.*
5 *Hypotheca per spacium 10. annorum præscribitur.*

DECISIO CCCCVII.

In causa Romana, hæreditatis de Beuilaqua, quia pro parte Tulliæ ad iustificationem sentẽtiæ A. C. in qua declarabatur immittendos in possessionem domorum per Luparellos, & Illustrissimos Dominos de Caetanis, possessarum producta fuerunt duo instrumenta, vnũ scilicet editũ super pactis dotalibus quõdam Iulię eius matris, alterum continens confessionem dotis, per Philippum receptæ, & pro illius assecuratione in euentum, quod fuerit restitutioni locus, adiectione specialis hypothecæ, super domibus postea per Luparellos acquisitis. Ideo dedi dubium, stãtibus prædictis instrumentis, & alijs hinc inde deductis, An sententia A. C. mandans immitti in possessionẽ partis domorũ à Luparellis acquisitarũ, & alterius

ab Illustriss. Dominis de Caetanis emptæ, possit pro rata medietatis dotis, & iurium dotalium dictæ quõdam Iuliæ confirmari.

Domini verò responderunt, sententiam non posse pro dicta rata confirmari, nisi prius per Iuliam, hæreditatem Tulliæ vendicãtem, ratione administratæ tutelæ, quondam Ludouici iuxta testamentum. leg. 3. §. hæc actio. ff. de negot. gest. l. tutelę. l. omnes tutores. C. arb. tutelæ. Decian. consil. 110. column. fin. Boer. decis. 59. in princip. cum enim constet, durante dicta administratione, multas notabiles pecuniarum summas ad Ludouicum pupillum pertinentes exegisse, constat pręsumptio ex illis de sua dote, & aliunde per pupillum debitis fuisse satisfactum, l. peculium. la 2. §. præterea, ff. de pec. Afflict. decision. 13. num. 16. Cagn. in repet. l. singularia, num. 70. cum multis seqq. ff. si cert. petat. in tantum, quod per solutionem extincta obligatione & hypotheca occasione dotis super domibus hodie per Luparellos possessis, constituta, nulla videbatur ad fauorem Iuliæ super illarum parte debuisse decerni immissio, nam cum illa fundaretur vel interdicto quo- 1 rum bonorum, † vel Saluiano, illi non aliter poterat esse locus nisi pro rata possessionis Iuliæ. l. 1. ff. quor. bon. Socio. consi. 131. in princ. lib. 1. possessio autem illorum iure familiaritatis viuente marito penes se existens non censetur per eius obitum mutata, nisi declarauerit, Angel. in l. dotis actione. C. sol. matrim. & ib. Angel. Bald. consil. 35. lib. 3. Sic vt dicitur de aditione 2 hęreditatis, quæ etiam † quod solo animo fieri possit, l. si ania. C. de iur. deliber. tamen requiritur, quod de animo constet, vt no. in l. pro hærede. in princ. & per Bart. in l. gerit. C. de acquir. hæred. tum quia animus 3 mutandi † possessionem non præsumitur l. cum hic status. §. 1. de donat. int. vir. & vxor. tum etiam quia cum Ludouicus esset hęres à patre institutus, & habitaret domum paternam, videtur adiuisse hęreditatẽ, l. 1. C. de repud. hæredit. Bart. & Dd. in l. non hoc. C. vnde leg. & ex tali aditione potuisset propria authoritate possessionem boorum hæreditariorum accipere. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. Ang. in l. 2. in prin. C. quor. bonor. Dec. consi. 251. quorum altero stante, Iulia nisi consentiente hęrede potestatem ingrediendi possessionem rerum dotalium non habuit. Dec. in l. dotis. C. de collation. & consequenter interdictũ quorum bonorum Tulliæ non competit. Minus etiam immissio erat decernenda ex Saluiano, quia concedi- 4 tur tantum pro retentione † ad tempus, quo fuerit de credito satisfactum, & cum à die, quo fuit factus locus restitutioni dotis, lapsi essent amplius quam decẽ anni, expirauit beneficium Saluiani. Per decennium 5 enim hypotheca † præscribitur. l. 1. & 2. C. si aduers. cred. quod etiam dicendum respectu partis domus Illustriss. Dominis de Caetanis venditæ, quia domum fuisse possessam à Tullia non docetur, & quatenus appareret, constat ex præsumptione iuris, dotem Iuliæ fuisse solutam, nisi Tullia ex ratione administrationis, & calculo facto, & faciendo, de contrario constare faciat.

M A N T I C Æ.

Romana, Hæreditatis de Magdalenis, Ven. 23. Iun. 1595.

A R G V M E N T V M.

Filia vltra legitimam in testamento relictam, etiam medietas omnium bonorum absque vlla diminutione in codicillis potest relinqui.

S V M M A R I A.

1 *Etiam dictionis significatio, & natura.*
2 *Filius omnia, quæ iudicio testatoris accepit, in legitimam imputare debet: Et quomodo hoc intelligendum.*
3 *Legitima liberis relinquenda.*
4 *Legitima filijs relicta reliquum patrimonium totum extraneis potest relinqui.*
5 *Dos quando in legitimam imputetur.*
6 *Hæreditas in codicillis neque dari, neque adimi potest.*

DECISIO CCCCVIII.

FVit resolutum, Faustinæ filiæ testatricis vltra legitimam deberi dimidiam partem hæreditatis. Nã in testamento fuit ei relicta legitima, postea verò in codicillis fuit ei relicta medietas omnium, & singulorum bonorum hæreditatis, ex quibus Camilla neptis concepta ex filio prædefuncto, & muliere soluta fuerat hęres instituta in testamento. Ergo non solum legitima, sed etiam dimidia pars omnium bonorum sine vlla diminutione relicta intelligitur, quia illa dictio, etiam est implicatiua, & augmentatiua. Baldus consi. 209. num. 4. lib. 3. Alex. consil. 15. nu. 2. lib. 2. Soc. sen. 1 consi. 27. nu. 11. lib. 4. & est eius natura extẽdere, † & implicare, quod prius non erat dictum. Dec. cons. 542. nu. 7. vers. 2. vnde idem significat quod dictio hoc amplius, & dictio vltra. Aret. in l. is cui bonis. num. 9. de verb. oblig. & consi. 157. alias 158. copiose, & subtiliter. col. vlt. vers. sed quãdo dictio implicatiua. Et ideo cum ista dictio scripta in codicillis ad aliud quod pręcedat, non possit referri, necessario refertur ad legatum relictum eidem personæ in testamento. Bart. in l. si tibi pure. vers. sed quarto, si hæc dictio, hoc amplius, de leg. 3. Natt. cons. 476. nu. 8. & 9.

2 Nec ad rem pertinet, quod filius † debet sibi imputare in legitimam quæcunque acceperit iudicio testatoris, & ex eius substantia, l. scimus. §. repletionem & l. omnimodo. C. de inoffic. test. quia hoc sanè intelligitur, quando filius petit legitimã, seu eius supplementum, vt illa iura loquuntur. Diuersum est, quando vltra legitimam aliquid filio relictum est in testamẽto, vel in codicillis, vt in casu proposito, quia mater, 3 vel pater tenetur † quidem filijs legitimam relinquere. §. 1. Authent. de hæredit. & Falcid. & Authent. nouissima. de inoffic. testam. Sed non prohibentur eis relinquere vltra legitimam, alioquin filij essent deterioris conditionis, quam extranei quibus excepta legitima filiorum reliquum totum patrimonium libere re- 4 linqui † potest. d. §. 1. Authent. de hæred. & Falcid. & l. extraneum. de hęred. instit.

Neque etiam Faustina debet sibi dotem imputare in legitimam iuxta l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. Iason in authen. præterea. nu. 19. vers. ad istũ vnde vir. & vx. quia dotem habuit à patre, in proposita autem agitur de legitima sibi debita in bonis matris, tũc 5 autem dos † imputatur in legitimam, quando agitur de successione illius, qui dotauit, non alterius. Pau. de Monte Pico, in l. in quartam. numero 89. ff. ad legem Falcid.

Neque etiam refragatur, quod dicta Faustina debeat omnia capere de manu Camillæ, quæ est hæres vniuersalis instituta in testamento, cum hæreditas in 6 codicillis, neque † dari, neque adimi possit. l. hæreditatem. C. de codic. § codicillis. Instit. eod. tit. quia quo ad legitimam ei relictam in testamẽto, titulo institutionis, dubiũ non est, quin possit eam capere propria authoritate, nã cuilibet, etiam hæredi instituto ex re certa id facere permittitur. Bart. in l. ex facto. nu. 2. & Imol. nu. 7. & 12. ff. de hæred. instit. & hanc communẽ esse opinionẽ testatur Alex. consi. 138. nu. 24. lib. 1. in fin. Quo verò ad partem dimidiam aliorum bonorũ, quæ ei relicta est in codicillis, conceditur, eam non esse relictam, iure directo, sed per fideicommissum, sicut fieri potuit. l. Scæuola. ff. ad Trebell. & d. l. hæreditatem. C. de codic. & d. § codicillis. Instit. de codicil. Sed cum Faustina absque vitio sit in possessione, neq; hæres possit aliquid detrahere, iure licito potest ei cõtradicere, eamque impedire, ne immittatur in posses-

sionem

sionem horum bonorum, vt in hac causa fuit resolutum die 14. Decemb. proximè præterit. Nam licet ipsa Faustina dimidiam partem bonorum capiat iure fideicommissi, non tamen Camilla hæres potest ex ea retinere Trebellianicam, quia habet eam iure hæreditario, iuxta l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & §. si quis vna. Instit. de fideicomouss. hæred. Neque legitima ei debetur, quia est naturalis tãtum, & si deberetur, eam etiam habet. Nam cum pure relictũ est fideicommissum, & sic eodem tempore post mortem testatricis, fieri debeat restitutio, non potest deduci legitima, & Trebellianica, sed sufficit vna quarta, vt post gl. scribit Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. nu. 5. de inoffic. test. vbi etiam Bal. ita dicit de consuetudine seruari, idemque copiose scribit, & communem testatur Alex. in consil. 142. num. 9. lib. 2. & consil. 50. num. 11. lib. 6. & communem similiter profitetur, & intrepide sequitur Corn. consil. 252. nu. 11. lib. 4. quam etiam communẽ & sine cõtrouersia procedere scribit, Dec. cõs. 320. n. 4.

Itaque Faustinæ filiæ testatricis, vltra legitimam debetur etiam dimidia pars hæreditatis sine diminutione.

L I T T AE.

Nuccrina, Hæreditatis, Veneris. vltim. Ianuar. 1597.

A R G V M E N T V M.

Paupertas ex quibus probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Pauper dicitur, qui manibus victum quotidianum quærere cogitur.*

D E C I S I O CCCCIX.

Domini tenuerunt, constare de paupertate Angeli Roberti, & Mandricardi de Fabijs, mott. quia testes, de quibus in Summario deponunt, ipsos adeo pauca possidere bona, vt cogãtur † proprijs manibus ex labore sibi quotidianum victum parare. ad gl. in l. paupertas. ff. de excus. tut. item, quia deponũt quatuor oratores publici mirantur, quod huc vsque potuerũt hanc litem sustinere, quo fit, vt satis verisimile videatur, ipsos non posse expensas, de quibus agitur refundere, quæ ad notabilem summam ascendunt, & vlterius litem ipsam prosequi in Romana Curia, ad text. in Auth. multo magis. C. de SS. Eccles. cum vulg. Nec obstare dixerunt Domini, quod testes dicant ipsos aliqua bona possidere, & quod hoc idem eliciatur ex notula catastri pro parte Rainerij deducta.

Quia fuit respõsum, quod prædicti testes subdunt, quod sunt satis exigua, ex quibus vix posset huic credito satisfieri, quod eo verisimilius redditur, quod sunt subiecta oneri dotium matris, sororis, & filiæ ipsius Angeli, & licet isti testes non videantur coarctare negatiuam, ea quo non dicunt, quod alia bona prædicti de Fabijs non possunt possidere & habere, quin ipsi sciant, attamen cum agatur de materia, quæ vt plurimum pendet ab arbitrio iudicis, secundum gl. & Doctores in Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & agatur de modico præiudicio Rayoutij, vt scilicet aliquantum differatur solutio dictarum expensarum, & non vt condemnati condemnentur, ad text. in l. si debitori. ff. de iudic. & in l. quoties. C. de prec. Imp. offer. Ideo Dominis visum fuit ex dictis testibus satis probari prædictorum paupertatem, maximè cum illud pro ratione adducetur, quo vt victum sibi quærant, necesse habẽt artem fabrilem facere, & quotidie laborare, ad not. per Natt. cons. 59. lib. 3. hoc vnum tamen, quod pro parte Rainerij deductum fuit Dominis ingessit scrupulum, quod scilicet Angelus Robertus & Mandricardus soli non persequuntur hanc litem, seu plures alij adsunt consortes litis, vt ex duobus mandatis procuræ, de quibus in actis constare videtur, quorum quidem paupertas non tantum probata, sed nec articulata quidem fuit, quapropter per Dominos conclusum fuit, quod si verè sunt plures litis consortes, contra quos possit pronunciari, quod probatio paupertatis suprascriptorum trium non valeat in casu, de quo agitur, sed quod omnium necessaria est, vt per Informantes pro Raınerio.

M E L L I N I.

Romana, Hæreditatis, 24. Nou. 1595.

A R G V M E N T V M.

Dispositio l. si quis maior. C. de transact. an propter moram in adimplendo, vel contrauentionem locum habeat quæritur, vt & illud, an præsupposita mora, vel contrauentione, mora ista possit purgari.

S V M M A R I A.

1 *L. si quis maior. C. de transact. vt locum habeat, quæ requirantur.*
2 *Lex hæc an locum habeat in vniuersitate.*
3 *In actore non in reo locum habet.*
4 *Cessat concurrente noua mora, etsi pro parte sit adimpletum.*
5 *Mora de æquitate Canonica semper potest purgari.*
6 *Purgatio moræ quando, & cur in præsenti casu locum nõ habeat. & num. 8.*
7 *Mora non purgatur stante resolutione contractus.*

D E C I S I O CCCCX.

Cum Domina Camilla *della Porta*, & Cõstantinus eius filius habeat diuersas prætensiones contra Ven. Archiconf. Sanctiss. Trinitatis hæredem Frãcisci *della Porta*, fuit inita inter eos transactio, in qua fuit hinc inde renunciatum omnibus prætensionibus. De hac transactione pro parte societatis ad effectum impediendi processum in causa fuit coram me oppositum, ideo dubitatur, An transactio obstet Camillæ, & Constantino, ita vt nõ possint agere, & Domini distinxerunt dubium in duas difficultates principales quarum prima fuit, an propter morã societatis in adimplendo, vel cõtrauentionem sit locus factus dispositioni l. si quis maior. Cod. de transact. ita quod societas fuerit priuata commodo contractus, & exceptio transactionis non obstet Camillæ & Constantino. Altera difficultas fuit præsupposito, quod societas fuerit in mora in adimplendo, vel contrauenerit, & quod sit locus dispositioni dict. l. si quis maior. an saltem ista mora possit purgari. Quantum ad primam difficultatem, Domini fuerunt concordes, quod sit factus locus dispositioni l. si quis maior. & ideo transactio non obstat Camillæ & Constantino, quoniam concurrunt † omnia eius requisita. Nam contractus est iuratus, & fuit adimpletus in tempore à Camilla & Cõstantino, mora societatis in adimplendo magna, & inexcusabilis, quia fuit pluries extraiudicialiter interpellata, ad implendũ pro parte sua & noluit adimplere, adest etiam contrauentio expressa, quia transactio debet ratificari à congregatione generali, & deputati ab ea declarauerunt, quod cum pacta essent præiudicialia societati volebãt solum acceptare transactionẽ quantum ad summa scut. 1600. & cum certis cõditionibus, & non alias, & ex ista mora in omittendo successiua & continuata quasi per biennium concurrentibus tot interpellationibus, & contrauentione in declarando, quod volebant stare contractui, probatur sufficienter duobus ad effectum dict. l. si quis maior. vt fuit resolutum in causa Mediolanẽ. frumenti, die 16. Octob. 1587. coram Reu. patre D. Orano, in causa Beneuentana, transactionis, 23. Ian. 1593. coram Reuer. patre D. Pegna.

Non obstat, quod d. l. si quis maior. non habet locum † in vniuersitate, quia hoc procedit, quantum ad pœnam periorij, & infamiæ, non autem quantum ad pœnam priuationis commodi contractus. Ias. consil. 118. num. 13. lib. 1. & in d. l. si quis maior. num. 7. & 8.

& ibi Curtius iunior. num.22, Cagn. num,17. Parp. consil.536. num.20. & fuit resolutum in dictis causis Mediolanensi frumẽti,& Beneuentana transactionis.

Non obstat quod l, si quis maior, haber locum in 3 † actore, & non in reo. Ant. de Prat.vet. inter consil. Alex. cons.29. num.16.lib,4. quia ista limitatio haber contra se communem opinionem, quam teneni in d. l.si quis maior glo.in verb. consecutus,Bart.num.12. Salyc.num.15.Iacob.de S.Georg.nu.63, Parpal,num. 109.& Curt.iun.num.26.qui testantur de communi, contra dictum Ant.de Prat.vet.Ruin,cons.172.nu.1. & 2.lib 4 Caccial. de transact.15. Ant.Gabr.de transact.conclus.1,nu.57.& ista opinio communis placuit Dominis,quia vt bene deducit Ruin. in d.consil.172. iuramentum operatur eundem effectum, tam contra reum inobseruantem, quàm contra actorem, & quia in dubio non debet induci claudicatio cõtractus,præsertim in correlatiuis.

Non obstat,quod per solutionem certę summæ factam Constantino mora fuerit remissa, quia solutio fuit facta in continenti, post transactionem, & societas postea declarauit,quod nolebat acceptare transactionem,& licet sæpius fuerit interpellata, tamẽ semper perseuerauit in sua cõtumacia, & implementum 4 in parte nõ facit cessare † dispositionem. l.si quis maior.concurrente noua mora. Rub.Alex.cons.30.nu.2, & 3.Brun.cons.48.nu,10.Ant.Gabr.d.concl.1.nu.4.

Non obstat, quod Camilla,& Constantinus petierunt in commissione executionem transactionis, quia hoc posset excusare societatem, si postea adimpleuisset, pro parte sua, sed neque ipsa curauit adimplere, neque Camilla,& Constantinus permanserunt in eadem voluntate. quia post obtentam commissionẽ declarauerunt de nouo caducitatem, & petierunt census decursos deductos in transactione. & pro illis obtinuerunt mandatum & societas incurrendo nouam contrauentionem opposuit per viam compensationis de debito ipsius Camillæ pariter deducto in transactione, ideo stante noua mora & contrauentione remissio moræ præcedentis non potest excusare societatem. Caputaq.decis.316.p.3.

Quo ad secundam difficultatem, Domini non fuerunt concordes in fundamento principali, an attenta æquitate Canonica societas possit purgare morã. Aliqui enim tenebant, quod in isto casu cessaret ista æquitas Canonica, & mouebantur, quia videbatur eis nimis magna contumacia societatis, cum concurrant plures interpellationes iudiciales iteratæ acceptationes caducitatis, lapsus temporis notabilis, & declaratio, quod nolebat acceptare transactionem, & placebat istis Dominis consil. Gozad. 57. nu.16.& decis.in causa Romana caducitatis, *della porta*, coram Caputaq.& fuit etiam allegata alia decisio in causa Fanensi,grani,4.Dec,1572. coram Reu. Patre Domino Blãchetto. Alij verò contrarium sentiebãt,quia de æquitate Canonica semper admittitur purgatio moræ 5 † quando ius alterius non est effectum deterius,c.suã, de pœn,c.apud misericordem. 32.q.1,Alexan,in d.l.si quis maior,nu.7. vbi Iason nu.16. & Iacob. de Sanct. Georg,num.43.Dec,consi,138.nu.7.& istam opinionem sæpius sequuta est Rota,veluti in causa Tarraconensi,concordiæ, Romana, mutui,26.Febr.1567.coram Sanct. Domino Nostro,Roman,affictus Casalis, decis.1572. coram D.Episcopo Otriolensi,& Romana de Manicellis, 19. Nou. 1582. coram Reuer,Patre D. Decano,& etiam videtur procedere,stante oppositione de non adimplemento, & de rescissione. Affl. decis.280.& sensit alias Rota,in causa Cornetensi,Bonorum,28.Iun,1579.coram Sanct. Domino nostro: tanto magis cum fuerit soluta certa summa, nam vt inquit Areti. in l, si ita quis. §.Seia.col.4 de verb.oblig. mitius agitur cum eo, qui soluit partem, quam cum eo,qui nihil soluit,sed omisso isto capite, ex alijs duobus fundamentis, quæ Ego præsupponebam in facto, pro veris Domini concluserunt, non esse locum pur-6 gationi † moræ.

Primum fundamentum fuit, quod res non est integra, nam deputati à congregatione generali, quæ habet supremam authoritatem, declarauerunt, quod solum volebant acceptare transactionem, quantum ad scut.1600.cum istis cõditionibus, quatenus Camilla, & Constantinus ratificarent infra mensem, & solutio istius summę posset fieri ex bonis hæreditatis, & non alias, non sequuta ratificatione Camillæ,& Constantini,infra mensem, habet causam resolutionis contractus. Tiraquell. de retract.lign.§.8.gl.6.num.2.& de tractat.connub.§.4.gl.7.nu.14. præsertim cum postea pro eorum parte fuerit acceptata caducitas & stante 7 resolutione † contractus non est amplius locus purgationi moræ,Put.decis.66.lib.3 & decis.11.de transact. Ant.Aug.eod.tit.§.vlt. Grat.resp.93.num.61.lib.1.& fuit resolutum in causa Vrbeuetana,deuolutionis,15. Iun.1579. coram bon.mem.D.Brauo.

Quod dicebant Domini, tanto magis procedere, quia Congregatio generalis nunquam reuocauit declarationem factam à deputatis ab ea, quod societas volebat solum acceptare transactionem, quantum ad summam scut.1600, & sine ista reuocatione non possunt hodie officiales impugnando factum congregationis generalis petere obseruantiam transactionis, & purgationem moræ. c.cũ inferior. de maior. & obed. clem.ne Romani,de elect. gl.Barr.Bald.Pau.& alij in Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper.offer. Paris.consi.118.nu.6.lib.1.

Aliud fundamentum fuit, quod ius Camillæ,& 8 Constantini est effectum † deterius, tum propter expensas factas in litibus,coram diuersis Iudicibus,Gozad.d.consi,57.nu.18. tum etiam, quia iuxta formam trãsactionis,societas debebat eis soluere scut.1600,vel tradere domum, prout ipsis magis expediebat,& ipsi elegerunt domũ,& propter retinentiam societatis,nõ potuerunt eam habere, nec percipere pensiones,quas percepissent, si domus eis fuisset tradita. Vnde cum propter culpã societatis ius ipsorum sit effectum deterius, & societas nõ offerat eis soluere interesse, immo prætendat, quod certæ summæ pecuniarum, quæ eis fuerunt solutæ, ponantur in computũ dictæ summæ scut. 1600. etiam attenta æquitate Canonica, non est purgationi moræ locus. Ias.cõsi.82.nu.5.lib.2.Gozad. dicto consi.57,nu.18.Ant.Gabr.d.consi.1.nu.14.

SERAPHINI.

Romana, Hæreditatis, de Sellis, Ven, 1.Iul.1598.

ARGVMENTVM.

Statutum disponens, fratres succedere debere patribus, ab intestato, exclusis sororibus dotatis, an sit intelligendum de dotatis ab ijs, à quorum hæreditate excluduntur, tantum, an verò ad excludendas eas sufficiat, illas à quocunque dotatas fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Sorores dotatæ excluduntur à successione parentum à fratribus, ex vi statuti Vrbis, siue ab eo, de cuius successione agitur, sint dotatæ, siue ab alio dotem fuerint assecutæ.*

DECISIO CCCCXI.

GAspar de Angelis prætẽdebat succedere vnà cum Bernardo auũculo in bonis Io.Baptistę,& auunculi, & fratris Domini Bernardi, vigore statuti Vrbis lib.1.c.146. econtrario opponebatur, eã vti dotatam exclusam esse nec potuisse cũ auunculo cõcurrere,sed quia super hoc facto controuertebatur, fuit dubitatũ, An probatæ sint qualitates statuti ad effectũ, de quo agitur, Statutum disponit, fratres succedere patribus, ab intestato, exclusis sororibus dotatis. Ideo difficul-

tas

tas eo reducitur, An statutū sit intelligendū de dotatis, ab iis, à quorū hæreditate excluduntur, tātum, an verò ad excludendas sorores sufficiat, eas à quocūque dotatas fuisse, & Domini censuerunt, eas per huiusmodi statutum excludi, siue ab eo, † de cuius successione agitur, siue à quouis alio dotatæ fuerint, per doct. Bal. in l. 1. C. de leg. hæred. & in l. neque mater. C. de iure dot. quem sequitur Alex. consi. 29. lib. 1. qui vult, quod vbi statutum procedit, vlterius vocando fratres, dūmodo sorores sint congruè dotatæ, vel sint parati eas dotare, sufficere, quod sint dotatæ à quocunque, & de magis communi testatur Rol. consi. 24. nu. 13. lib. 3. vltimo allegat Soc. iun. idem tenentem, contra Dec. cons. 346. contra quem dicit fuisse iudicatum, & hoc idem sensit Rota, referēte Put. decis. 284. lib. 1. & fuit decisum in causa Balneorgensi, coram Reu. Patre Domino meo Pamphilio, 16. Maij 1594. facit decisio 62. Thess. & Abb. in epit. tit. de test. §. 22. vnde cum ex iuribus nouiter deductis, constat matrem Gasparis fuisse dotatam, Domini sequuti sunt decisiones alias super statuto Vrbis in Rota factas, & ita conclusum fuit cōtra D. Gasparem.

EIVSDEM.

Maceratensis, Hæreditatis, Lun. 27. Nou. 1589.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo anteriori possessori rectè datur.

SVMMARIA.

1 *Possessio per instrumentum probatur.*
2 *Possessio conditionalis, non purificata conditione, non dicitur vera possessio.*
3 *Possessio capta mandato iudicis, expulsionem coloni non requirit.*
4 *Possessio instrumentalis alio in possessione existente, vera possessio non dicitur.*

DECISIO CCCCXII.

Resoluerunt Domini, possessionem D. Pelicanis, quo ad bona ciuitatis Nouæ, de quibus tunc actum fuit, non esse talem, quæ veniat manutenenda, quia constat de anteriore possessione Domini Ascanij & Vici, capta in die obitus quondam Capitanei Francisci, & sic per duos dies ante Pellicanum, cum expulsione colonorum, quos postea in eisdē bonis reposuerunt, cum precepto, quod illa retinerent sub fida custodia, & ad eorum instantiam, ipsosque haberent, & recognoscerent in dominos, vt latius continetur in ipso instrumento adeptæ possessionis per quod † probatur possessio, l. prædia, vbi Batt. ff. de acquir. poss. l. non idcirco. & ib. Bal. C. de fid. instrum. Put. decis. 360. inc. Leo. nume. 8. lib. 1. vnde subsequēs possessio Pellicani postea capta non eiectis custodibus, & colonis, illorū de Vicis, fuit mere instrumentalis, & non manutenibilis, l. peregre. §. quibus. ff. de acq. poss. Bart. & Alex. in l. quamuis si conductor. ff. eod. tit. Dec. consil. 400. nu. 9. vbi quod nō sufficit recognitio, nisi coloni actualiter etiam à conspectu rei eijciantur, cum tota familia, Gozad. cons. 76. nu. 10. Ber. q. 47. & cons. 69. nu. 10. lib. 3. Put. decis. 6. de caus. poss. & propr. cum alijs allegatis.

Præsertim, quia fuit capta vigore sententiæ habentis clausulam *quorumcunque iurium* Ascanij, & Vici, quo fit, vt Pellicanus censeatur noluisse accipere possessionem, quatenus ipsi possiderent, ad not. per Natt. cons. 538. nu. 12. & cum hodie constet, illos tunc temporis fuisse in possessione, posterior possessio Pellicani, tanquam conditionalis, & conditione non purificata non † dicitur vera possessio. Put. decis. 32. lib. 2. & fuit decisum coram Reo. Patre D. Blanchetto, die 5. Mart. 1578. in vna Romana, de benef. & in vna Firmana, de Tuttis, 20. Matt. proximè præteriti, coram Domin. Seraphino.

Et ita cessat, quod dicebatur fuisse necessariam expulsionem colonorū, ex quo possessio fuit capta † ex mandato Iudicis. Ang. l. qui vniuersas. §. cum prætor. ff. de acquir. poss. quia Iudex noluit præiudicare eorum possessioni, cum tam in decreto, quàm in mandato de immittendo ad fauorem Pellicani relaxato, preseruauerit iura illorum de Vicis, & maximè, cum illos non citauerit, qui vti possessores omnino erant citandi. Dec. post alios in l. fin. nu. 5. & ib. Zuccard. nu. 128. C. de edict. Diu. Adrian. toll. ne alias dicamus ipsum extraiudicialiter, & vti priuatum, & consequenter nulliter processisse, quo casu non priuat possessione, & requiritur expulsio. Bal. in l. 2. n. 14. C. vbi in rem act. & cons. 149. num. 2. lib. 3. Benit. decis. 93. & pluries resolutum fuit in Rota.

Nec est verum, quod cum Ascanius & Vicus nihil dicant, hæredes non possint excipere de eorum possessione, quasi videantur dare de iure tertij, Batt. in l. bonę fidei. ff. de possess. maximè in hoc iudicio summarissimo. Claud. de Seys. in l. ille, à quo. §. si de testamē. to in 2. no. ff. ad Trebell. Ruin. cons. 129. num. 9. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in vers. reuertatur. nu. 362. C. de reuoc. donat. quoniam fuit responsum, quod allegare possessionem alterius non est deducere ius tertij, sed opponere exceptionem exclusiuam possessionis ipsius agentis, quia cum possessio instrumentalis, alio existente in possessione, nō dicatur vera possessio, d. l. prędia, & d. l. quamuis. §. 1. cum alijs allegatis, & ostendere, quod alius erat in possessione, est excludere illam possessionem instrumentalem, quasi imperfectam, & non veram sed clādestinam, quod semper admittitur, Rot. decis. 21. de testit. spol. in nou. Claud. de Seis. in l. Celsus. col. 7. ff. de vsucap. Patif. cons. 1. num. 174. lib. 1. & tenuerunt Domini in hac causa de mēse Martij 1587. excludendo possessionem domus Maceratę, captæ pro Dom. Alacolino, tanquam instrumentalem, existente Clœlia vxore testatoris in possessione.

Nec obstat, quod Ascanius & Vicus duobus dieb. post possessionem Pellicani declarauerunt se accepisse possessionem, nomine illorum de Ferottis, & Bonarellis, & quod talis ab initio fuerit eorum intentio, vnde nullam videntur acquisiuisse possessionem, cū de eorum mandato, vel ratificatione ante possessionē Pellicani nō constat, Rot. decis. 9. de restit. spol. in noū. quia fuit dictum, quod ista † declaratio fuit facta in instrumento cessionis ipsius possessionis ad maiorem eius validitatem, & ad effectum, vt Ferotti & Bonarelli possent vti illa possessione, in qua expresse legitur, nomine proprio adipiscuntur possessionem bonorum quondam Capitanei Francisci, quę dicunt per obitum ipsius fuisse ad eos deuoluta, tanquam proximiores masculos de cippo de Vicis, non est attendenda, quia cum verba sint clara dicitur potius noua dispositio, quam declaratio. vulg. l. hæredes palam. cum ib. no. ff. de testam. Gabr. concl. 3. de reg. iur. quæ non potest facere, quod possessio, quæ tunc verè esset capta eorum nomine, intelligeretur capta nomine illorum de Ferottis, & Bonarellis, quibus illam cedebant. l. in bello, §. facta. ff. de capt. & postlim. reu. cum vulgat.

Quod possessio prædiorum Ciuitatis Nouæ fuerit capta per Ascanium nomine suo, & Vici sui fratris, de cuius mandato non constat, tollitur ex facto quia prætered, quod satis dici potest constare de volontate & mandato ipsius Vici, cum capta simul possessione domus ab ipso & Ascanio præuia narratiua, quod hæreditas Capitanei Francisci erat ad ipsos, vti proximiores deuoluta, Ascanius accessit statim ad capiendam possessionem prædiorum, constat etiam de ratificatione ipsius Vici, ante possessionem Pellicani, quia die 27. April. constituit procuratorem vnà cum Ascanio, contra omnes interesse vllum prætendentes super istis bonis, & comparuit coram Iu-

dice petendo mandari ipsum in sua possessione non molestari, nec turbari, ad not. per Bald. conf. 14. lib. 3. Dec. conf. 161. ou. 6.

Quod dicitur possessionem Ascanij & Vici, etiam fuisse conditionalem, videlicet deficientibus descendentibus Matthæi, non verificatur facto quia instrumentum possessionis est purum & simplex absque aliqua conditione, vt ex eius lectura liquet.

Cetera bene tolluntur per Informatores pro hæredibus, quorum responsiones placuerunt Dominis, qui eo facilius venerunt in hanc sententiam, quia saltem ex præmissis negari non potest, quin possessio sit turbida, quo casu Rota solet apponere sequestrum, & videre de bono iure, prout à principio huius causæ factum fuit. Put. decis. 371. lib. 2. & passim seruat Rota vt notissimum est.

EIVSDEM.

Camarinensis, Hæreditatis, Vener. 26. Ian. 1588.

ARGVMENTVM.

Dispositio statuti Vrbis non attenditur in successione, forensium, licet bona defuncti in Vrbe sint sita.

SVMMARIA.

1 *Dispositio statuti non attenditur, si tam defunctus quam de hæreditate contendentes, sunt forenses, licet bona in Vrbe sita sint.*

2 *Domicilium, vt quis contraxisse dicatur, quæ requirantur.*

DECISIO CCCCXIII.

Dixerunt Domini, in bonis de quibus agitur licet litis in Vrbe, succedendum esse attenta dispositione iuris communis, non autem secundum statuta Vrbis, quorum intentio cum sit prouidere ciuium, non autem externorum, vtique non comprehendit 1 hunc casum, quando tam † defunctus, quam omnes alij, qui de successione contendunt, sunt forenses. l. 1. C. de summ. Trin. & fide cath. Ruin. conf. 48. nu. 4. & & conf. 49. nu. 5. lib. 3. Brun. in statut. quod stant. masul. & c. articul. sexto, num. tertio. Late Paris. conf. 12. num. 16. lib. 3. & fuit resolutum in causa ciuitatis Castelli, supplementi legitimæ, 21. Octobr. 1580. coram Reu. Patre, Domino meo Brauo.

Quod ex eadem ratione procedit, etiam si defunctus esset subditus statuto dummodo illi inter quos de successione agitur, sint forenses, quia in huiusmodi successione, quæ ab intestato per statutum defertur, habenda est ratio vocatorum, non autem defuncti. Ruin. consil. 48. num. quarto. Alex. conf. 44. nu. 25. lib. quinto. late Paris. & Brun. vbi sup. & tenuit Rota de anno 1576. in vna Terraconensi, Bonorum, coram Reu. Patre Domino Blanchetto.

Et sic cessat difficultas, quæ fit ad ostendendū Franciscum defunctū per decennalem habitationem contraxisse domicilium in Vrbe, & sic esse subditum statuto, quia vt dixi, habetur tantum ratio vocatorum, qui omnes sunt forenses, vltra quod ad constituendum 2 domicilium † requiritur animus ibi perpetuo permanendi, l. domicilium. ff. ad muoic. Bart. in l. Lex Cor. §. si tamen in fuodum. ff. de iniur. Rolan. late in consil. 29. num. 81. lib. 3. qui animus cum ex coniecturis colligatur, potius dici potest, constare de animo recedendi, ex quo in terra Fabriani habebat maiorem partem bonorum, ibique etiam habebat beneficium, & in Vrbe semper habitauerat in domo conducta, ad no. per Dec. consil. 283. num. 11. & per Modern. de arbit. cas. 86. per tot.

ORANI.

Balneoregiensis, Bonorum, Lun. 1. Iul. 1596.

ARGVMENTVM.

Interdictum Saluianum pro consecutione legati loco legitimæ relicti, rectè datur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, & interdictum Saluianum pro legato, datur.*

DECISIO CCCCXIV.

Domini altera parte informante, tenuerunt, D. Octauiam immittendam esse in suspensionem bonorum quondam Domini Alberti, pro consecutione legati, sibi per eundem relicti, quia cum pro legato 1 detur † hypotheca. l. 1. §. 1. C. comm. de leg. Menoch. de adipisc. rem. 5. ou. 31. datur etiam Saluianum interdictum, Neguss. de pign. 3. membr. 8. part. princ. nu. 14. Neque hoc impeditur ex eo quod prius egerit ad legitimam, quia potuit experiri, pro legitima, & demū deliberare, An magis sibi expediat consequi legatum, quam dictam legitimam. Nam testator legatum sibi reliquerat loco legitimæ, Castr. in l. verbis legati. nu. 2. versic. item not. ff. ad leg. Falc. Bart. & alij in l. debitor. ff. de leg. 2. Aret. in §. contrario. Inst. de legit. siquidem non est prohibita variatio ante latam sententiam. Gabr. de reg. iur. concl. 1. nu. 50. & prius, quam solutio fuerit facta legitimè, ab actoribus, sunt diuersę Rotæ decisiones, 59. & 63. de rescript. in antiq. Paris. consil. 77. num. 8. lib. 4. vel etiam quando sunt contrariæ, dummodo successiuè moueantur, & fuit resolutum coram Sanctissimo in vna Senensi, pontis Arrigli, de anno 1588. & nouissimè coram Illustriss. D. Cardinale Arigonio, in vna Placentina, Aquarum.

ARIGONII.

Romana, Supplementi legitimæ. Lun. 8. Febr. 1593.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis, cap. 145. lib. 1. de successione ab intestat. an etiam locum habeat, in casu testati, ita vt illius nepos ex filia supplementum legitimæ petere nō possit.

SVMMARIA.

1 *Nepos ex filia, an supplementum legitimæ petere possit.*

2 *Legitima quid sit.*

DECISIO CCCCXV.

Proposito dubium, An statutum Vrbis, de quo in cap. 145. lib. 1. habeat locum, etiam in casu testati, ita vt nepos ex filia non possit petere supplementum 1 legitimæ, Et fuit resolutum, habere quoque locum in casu testati, licet loquatur de successione ab intestato Bart. in l. fin. col. 2. circa fin. ff. ad Tertull. Alexan. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 16. & 14. Iason. nu. 58. ff. de liber. & posth. Afflict. decis. 158. num. 6. & plures alios cumulat Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 53. num. 12. & 22. & consequenter, nec legitimæ, siue eius supplementi petitioni locum esse, Alex. 10 d. §. & quid si tantum. sub num. 17. versic. item certum videtur. & hanc opinionem, quicquid nonnulli Doct. in contrarium dixerint, Domini sequi voluerunt, vt magis communem, & veriorem, quam etiam de anno 1576. in vna Bononiensi, apothecarum coram bon. mem. Grassis, sequuti fuerunt, nam non debet esse melioris conditionis persona exclusa, veniens contra voluntatem expressam testatoris, quam veniens præter voluntatem, quod esset absurdum, & contra tex. in l. maximum vitium circa med. C. de lib. præter. nec incapaci & excluso à successione ab intestato debet competere aliquod ius petendi legitimam, siue simus in casu testati, siue in casu intestati, cum legitima nihil 2 aliud sit, nisi † tertia illius, quam quis consecuturus erat ab intestato, merito, sublato iure succedendi ab intestato, censetur sublatum ius petendi legitimam, vt post alios tradidit Bero. consil. 31. num. 21. vol. 1. Aym. conf. 11. nu. 13.

Et

Et ex his tollitur id, quod dicitur de statuto loquēte in casu testati, in quo excluduntur filia, & neptis à successione patris, & aui, & nihil in eo dicitur de successione in bonis matris, vel auiæ, quia cum in huiusmodi bonis excludantur in statuto de successionibus ab intestato, satis dicuntur exclusæ, etiam in casu testati, vt non possint petere legitimæ supplementum, iur. alleg.

Nec obstat quod sumus in nepote ex filia, quia si est exclusa filia, censetur etiam exclusus nepos ex ea natus. Salyc. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. cum alijs per Brun. tract. quod stante mascul. art. 6. num. 89. cum seqq. & num. 95. & sub nu. 98. vers. quia opinio est verior. Rub. Alex. in cons. 16. nu. 73.

Verulanensis, Supplementi legitimæ, Mercurij. eod. Anno.

ARGVMENTVM.

Statuta vltra tenorem, & literam non extendenda, maxime in casibus, qui ante eorum publicationem contigerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ad casum originem ante eius publicationem habentem, non est extendendum.*

DECISIO CCCCXVI.

PRoposui causam vna parte informante, propter contumaciam de Cocchis, & Domini steterunt in decisis, anno 1588. quod Ioannes potest petere ex persona propria supplementum legitimæ. Gozad. consil. 75. nu. 21. cui non obstant statuta, quia procedunt ab intestato, hic agitur in causa testati: secundo statuta 1 non extenduntur ad hunc casum habentem † originem ante ipsorum publicationem: tertio quia casus præteriti non solum non comprehenduntur, sed expresse excluduntur à statuto, vt patet ex lectura, quæ arguit denegationem. Caputaq. decis. 75. par. 3. nu. 7. & 9. quod corroboratur ex literis Concilij Neapolitani. fol. 22.

VICECOMITIS.

Romana, de Menichellis, 28. Iun. 1578.

ARGVMENTVM.

Stante testamento filiæ, in quo mater fuit instituta in legitima, de iure debita fratre præterito, & maritus fuit institutus hæres vniuersalis, an legitima sit triens totius hæreditatis, an vero tertia tertiæ, vel tertia dimidiæ.

SVMMARIA.

1 *Legitima matris in casu quo fratres, & sorores sunt præteriti, quanta sit.*

2 *Frater, soror ve quando testamentum fratris, vel sororis, impugnare possint.*

3 *Legitima matris tertia pars bonorum totius hæreditatis.*

DECISIO CCCCXVII.

IN vna Romana legitimæ, inter D. Iulium de Menichellis, & D. Annibalem Gradiarium dubitatio magna orta fuit, An stante testamento filiæ, in quo mater fuit instituta in legitima de iure debita, fratre præterito, maritus autem fuit institutus hæres vniuersalis, an legitima matris sit triens totius hæreditatis, an verò tertia tertiæ, vel tertia dimidiæ.

Visum fuit Dominis in casu, quo fratres, & sorores sunt præteriti opinionem Iacob. Butrig. contra Bart. 1 esse magis cōmunem, videlicet, quod † legitima matris sit triens totius. Nam vltra Iacob. Butrig. tenuit illam Oldrad. consil. 123. Bald. in l. pater filium. num. 7. vbi dicit idem voluisse Cuman. de inoff. testam. & in auth. nouissima, C. eod. nu. 10. & Cyn. in l. plena. in 1. §. si duobus. nu. 9. de leg. 1. Salyc. in d. authentica nouissima. q. 9. num. 8. Alber. in l. omnimodo. in pr. C. de inoff. test. Imol. in d. l. si pluribus. §. si duobus, num. 9. Iaf. d. auth. nouissima. nu. 49. Paul. de Castr. cons. 186. num. 1. vers. in quarto casu. lib. 1. Soc. consil. 50. nu. 18. vers. confirmatur prædicta. lib. 1. de communi Bern. consil. 316. lib. 1. Fulgos. consil. 95. Brun. de test. exclud. art. 12. num. 10. vbi dicit, quod ista opinio non solum est magis cōmunis, sed æquior, & ex numero Dd. constat, esse hanc magis communem, vt hic per Informantes, & mouebatur præcipue illa ratione, quod fratres, & sorores facto testamento non possunt prætendere aliquam spem succedendi in bonis fratris, vel sororis 2 testantis, nisi vnico tantum casu, videlicet, † quod esset instituta turpis persona, sublata fratri, & sorori omnis spes succedendi, & sublatus omnino concursus eorum cum matre ad successionem. Vnde clarissime sequitur, quod mater respiciens se solam aptam succe- 3 dere in vniuersam hæreditatem, quod illius † legitima debet esse tertia totius, vt per Paul. de Castr. in d. cons. 186. num. 6. vers. non. casus. in 1. vol.

Quod etiam confirmatur alia ratione, quod fratres vel sorores sic præteriti, siue exhæredati, habentur pro mortuis, per Bart. in l. 3. §. fin. ff. de bon. poss. contr. tab. vnde ac si non essent in rerum natura, & non habiti in consideratione, nō admittuntur ad partem, nec per consequens partem matri facere possunt, ad diminutionem illius legitimæ, d. l. pater filium. ff. de inoff. test. l. vnica. §. si verò non omnes. C. de cad. toll. Inst. de success. lib. §. sed nostra. Bar. & alij in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. 1.

BLANCHETTI.

Vrbeuetana, Legati, 6. Mart. 1595.

ARGVMENTVM.

Appellatione data via ordinaria est procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ex iure communi à quocunque grauamine datur.*

DECISIO CCCCXVIII.

DOmini dixerunt, procedendum esse via ordinaria, Opinio enim Angeli in §. illud. in auth. de hæred. & Falc. habet multos contradictores, vt patet ex Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. Dec. in l. fin. nu. 16. Zuccard. nu. 136. C. de edict. Diui Adrian. toll. Rip. in l. ait prætor. §. si iudex. nu. 6. ff. de re iud. Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 193. præcipue attenta dispositione iuris communis, secundum 1 quod datur appellatio † à quocunque grauamine, clem. 1. de seq. poss. & facit c. cum ad sedem. vbi Abb. de rest. spol. Cutt. Iun. cons. 168. nu. 49. Affl. decis. 269. nu. 2. Cou. pract. quæst. c. 23. num. 8.

Non obstat, quod sit actum via executiua, quia hoc est verum, ratione ordinis iudiciarij, in summa scut. 100. secus quo ad effectum appellationis.

BLANCHETTI.

Romana, de Vrsinis, Ven. 22. Iunij 1585.

ARGVMENTVM.

Legatum factum sorori, an de legitima matris tantum, vel de toto patrimonio detrahatur, vel ad hæredibus sit soluendum, ita vt legitima matris per illud non minuatur.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum sorori, an de legitima matris, vel toto patrimonio sit deducenda, vel ab hæredibus sit soluenda.*

2 *Aditio hæreditatis quando operetur exclusionem sororis.*

DECISIO CCCCXIX.

1 PRoposui dubium, An † legatum factum per bon. memor. Raynundum Vrsinum, Illustriss. sorori veniat detrahendū de legitima matris tantum, vel ex toto patrimonio, vel potius veniat soluendū ab Illustr. hæredibus, nec minuat matris legitimā. Regula enim est, pro Illustr. D. Lucretia, l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. test. de com. Alex. cons. 45. num. 11. lib. 1. & cons. 18. lib. 4. cui regulæ non applicantur limitationes pro Illustriss.

Illustriss. hæredibus deductæ, quo enim ad doct. Bald. in authent, nouissima. in fin. C. de inoff. test, Rota iam in præteritis decisionibus respondit, vt non applicetur licet frater agnitus in testamento non habeatur pro mortuo, tamen non facit partem in legitima, quia dato cohærede vniuersali habetur loco legatarij, l. quoties. C. de hered. inst. & quod deposita in legatarijs habeat etiam locum in ipso, nullibi hoc cauetur, vt frater, cui aliquid fuit legatum, æquiparetur filiæ exclusæ à statuto, à patre aliquo modo agnitæ, & vt pluries fuit dictum in hac causa, argumentum à filia ad sororem non procedit.

Non obstat æquitas cõsiderata per Modernos, Eugub. consil. 94. num. 23. quia nullibi reperitur scripta hæc æquitas, vt ex eo, quod maior est legitima detrahatur legatum, & authoritates allegatæ à Paul. de Castr. consil. 286. lib. 1, & in l. huiusmodi. §. si Tino. ff. de leg. 1. & cons. 197. lib. 1. procedunt, quia stante distinctione eiusdem Paul. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. quam Rota complexa fuit in causa Albanensi, 22. Maij 1556. coram me, vtique non agitur de debito necessario, sed voluntario, & hic versamur in relicto facto sorori dotatæ, non propter dotem, quam etiam expresse testator mandat solui per hæredes suos vniuersales ad quos refert solutionem legati,

Non obstat ius prætensum successionis in hæreditatibus, paterna, & auita, quia Illustr. D. Rucchetta erat 2 iam dotata, & exclusa, si enim sola † aditio hæreditatis factæ per patrem operatur exclusionem sororis, cum ad honesta censeatur obligari, Ruin. consil. 261, num. 24. lib. 2. & fuit dictum in præterita causa Albanensi, multo magis censebitur exclusa, stante adimplemento per dotem assignato, nec refragatur clausula, *quod plus petere non possit*, quia non confitetur debitum, & est locus regulæ l. legatum inutiliter. de leg. 1, accedit, vt dixi, voluntas expressa testatoris, quæ corroboratur, dum in legato pio, & alio, vltra mercedem facto famulis, expresse nominat matrem, quam si hoc onere grauari voluisset, vtique disponens non inchoasset ad hæredes in fine nominandos,

Fuit denuo in causa Dominorum Illustr. Vrsinorũ decisum legitimam matris fuisse, & esse tertiam partem totius hereditatis, bon. mem. D. Raymundi testatoris, prædefuncti, & ita Lud. Illustr. Card. Cesius arbitrator à partibus electus, per sententiam suam, sub die..... per acta Curiæ Burgi,

B V B A L I.

Asculana, Legitimæ, Ven. 2. Decemb. 1588.

A R G V M E N T V M.

Legitima matris quanta sit in bonis filij decedentis ab intestato, relictis fratribus, qui ex dispositione statuti matrem excludunt, præterquam à legitima,

S V M M A R I A.

1 *Legitima matris quanta sit, in bonis filij ab intestato decedentis, relictis fratribus, qui matrem a successione excludunt, vigore statuti, excepta legitima. & 2, & 4.*

3 *Legitima ex iure communi quanta.*

5 *Dispositio statuentium ita interpretanda, vt eis prosit, quibus prodesse ipsi voluerunt.*

6 *Successio plurium fratrum de iure communi legitimam matris diminuit.*

7 *Legitima matris quanta sit in bonis filij, à quibus ipsa excepta legitima excluditur, succedentibus fratribus, iuxta certos, & speciales quosdam casus. Et quidem casu primo, hic. Secundo. 8. Tertio. 9. Quarto. 10, Quinto. 11.*

DECISIO CCCCXXI.

IN causa Asculana legitimæ, magna fuit difficultas apud Dominos super dubio proposito, quanta esset legitima matris in bonis filij ab intestato decedentis relictis fratribus, qui ex dispositione statuti excludunt matrem, præterquam à legitima.

In qua difficultate quamuis alias Domini sub die octaua Decembris 1587. tenuerint, legitimam matris hoc casu esse tertiam partem bonorum totius hæreditatis, nihilominus causa postmodum pluries per me proposita, & mature discussa, & partibus hinc inde cum pluribus Aduocatis informantibus Domini pro maiori parte recesserunt à resolutis, & concluserunt legitimam matris in casu de quo agitur, non esse ter1tiam totius † hereditatis, sed tertiam totius illius portionis, in qua succederet, si statutum illam non excluderet, & sic tertiam medietatis, cum vnus frater tantum supersit qui eam excludit.

Nam quod sorores exclusæ à statuto contemplatione fratris expeditum fuit apud Dominos non esse admittendum in concursu, vt minuant legitimã matris, & in hoc sequuti fuerunt decisionem alias factam in illa Romana de Menichellis, corã Domino Mediolanense, iuxta opinionem Butrig. quæst. 6. quia cum non admittantur ad portionem, habentur quodammodo pro mortuis, in minuenda enim, vel augenda legitima paria sunt aliquos non esse in rerum natura, qui concurrant, vel esse, sed inhabiles, vt considerat Oldrad. consil. 123.

Sed inspecta persona fratris, qui vigore statuti suc2cedit fratri præmorienti exclusa matre, † præterquam à legitima, dixerunt Domini legitimam matris esse tertiam medietatis. Potissimum fundamentũ fuit, quod hæc interpretatio videtur consona legibus, quæ legiti3mam describunt esse † portionem portionis debitæ ab intestato. l. parentibus. & l. cum quæritur. C. de inoff. testam, l. Papinianus. § quoniam. ff. eod. tit. §. sed hoc ita. Instit. eod. tit. ibi vsque ad quartam legitimæ partis repleatur, qui textus comprehendit etiam legitimam parentum in bonis filiorum, nec non fratrum turpibus personis institutis, quibus paulo ante dixerat Nouellæ Iustiniani legitimã describunt esse quartam portionis ab intestato, vt not. Cuiac. in expositione Nouell. 18. in princip. communiter etiam gloss. describunt legitimam, vt per gloss. in Authent. nouissima in verbo titulo. C. de inoff. testam. & in Authent. de trien. & sem. §. excipiantur. in verbo curialibus & in l. si arrogator. in verbo quartam partem, ff. de adopt. & communis etiam Doctorum loquutio ita se habet, vt patet ex congestis per informantes pro Saladinis, & plures congerit Decian. consil. 6. num. 15. lib. 1.

Quæ conclusio indubitate procedit, quando agitur de successione ab intestato, prout in casu isto, in quo mater excluditur vigore statuti, præterquam à legitima, & fratres, qui concurrunt in successione sunt vocati à statuto: hoc enim casu opinio Butrig. non procedit, quia quando fratres concurrunt in successione, non solum habitu, sed actu, legitima matris non est tertia pars totius, sed tertia illius portionis, in qua succederet, si non esset exclusa, & ita limitando opinionẽ Butrig. firmauit Bald. consil. 350. versic. dicendum est. lib. 4. & in Authent. Nouissima. in fin, C. de inoff. test. & in l. vnica. in princip. num. 11. versic. pone ergo, &c. in fin. C. de cad. tollend. & in l. plane. §. si ductus. col. fin. versic. deinde formatur. & ibi Ang. in fin. de leg. 1. Cap. consil. 4. num. 5. & optime declarat Corn. consil. 197. num. 8. lib. 1. Sequitur Franc. in c. si pater. num. 22. vers. quarto quæritur, de test. in 6. idem Corn. consil. 182. num. 13. lib. 2. Soc. cons. 75. nu. 2. & 7, lib. 3. Gabr. consil. 94. nu. 20. & seq. lib. 1. late Ferret. cons. 85. nu. 3. qui testantur de communi.

Et quamuis Bald. dubitet in d. Auth. nouissima. in fin. An quando frater fuit institutus in certa quantitate faciat partem matri in legitima, tamen quando fratres sunt cõstituti hæredes vniuersales, vel quando

succedunt

succedunt vigore statuti, ab intestato, exclusa matre, omnes supradicti Doctores tenent, sine difficultate legitimam matris † esse tertiam suæ portionis, non autem tertiam totius hæreditatis. Hoc enim casu cessant omnes rationes deductæ per Butrig. Nam quando fratres non sunt præteriti, sed succedunt, vel ex testato, vel vigore statuti, non possunt haberi pro mortuis & necesse est, vt faciant partem matri in legitima, licet tametsi ipsi fratres nihil consequantur pro legitima, quæ eis non debetur, vt bene declarat Bursat. consil. 115. num. 10. & versamur in casu, in quo fratres non sunt exclusi, sed excluduntur, & ex his apparet non esse habendam rationem illorum, qui contrarium videntur asseruisse, nẽpe Alber. in l. omnimodo. in princ. C. de inoff. testam. & Oldrad. consil. 125. Fab. Gio. d. Authent. nouissima, num. 42. & 45. Bertrand. cons. 215. sub nu. 2. lib. 1. part. 2. Quoniam omnes rationes deductæ per Oldrad. ad hoc tendunt, vt illæ sorores præteritæ non faciant partem in legitima matris, & in hoc tantum laborat Oldrad. sequendo opinionem Butrig. sed quo ad personam neptis hæredis institutæ, vt non faciat partem matri, nullam rationem adducit, vt bene aduertit Gabriel. in d. consil. 95. num. 21. & 22. & Berett. d. consil. 85. num. 4. & ideo de eorum authoritate non est curandum.

Considerabant etiam Domini, qui tenebant hanc opinionem plura absurda, quæ sequerentur si hoc casu legitima matris esset tertia totius hæreditatis. Primum absurdum esset, quod si quis decederet relictis tribus, aut plurib. fratribus, mater exclusa posset plus consequi, quam frater, cui à statuto defertur successio. Secundum absurdum sequeretur, quod si quis institueret tres fratres, & matrem pro æquali portione, & in portione matris appareret fideicommissum, mater in restitutione fideicommissi plus consequeretur ratione suæ legitimæ, quam importaret portio, in qua fuit hæres instituta, & sic fideicommissum redderetur elusorium.

Considerabant etiã, quod hæc opinio videtur magis conuenire intentioni statuentium, quorum dispositio sic est interpretanda, vt prosit eis, † quibus prodesse voluerunt, non quibus noluerunt, Cast. cons. 51. in princ. lib. 1. Et statutum factum in fauorem masculorum non debet declarari, vt redundet in fauorem ascendentium, vt inquit Corn. d. cons. 197. nu. 8. circa med. lib. 1. Alex. cons. 197. nu. 9. lib. 6.

Non obstant deducta in cõtrarium. Et primo dum sit potissimum fundamentum in illa regula, *quod qui non admittitur ad partem, non facit partem*, iuxta text. in d. l. plane. §. si duobus. & ibi DD. de leg. 1. quia fuit responsum, quod licet fratres non habeant partẽ in legitima, tamen sufficit quod concurrant in vniuersali successione, quia sufficit, quod fratres faciant partem in successione ab intestato, de qua statutum loquitur iuxta Auth. defuncto. C. ad Tertull. vt bene per Bald. d. cons. 350. num. 2. lib. 4. Et ratio est euidens, quia de iure communi successio plurium fratrum minuit † legitimam matris, ergo potior, & prior est causa successionis vniuersalis, quam legitimæ, cum in cõcursu plurium posset mater legitimã detrahere, quod sibi magis expediret. Si enim fratres admittuntur ad partem successionis, & cõsequenter absque dubio minuunt successionem matris iuxta dictam auth. defuncto. Debent etiam minuere eius legitimam.

Non obstat, quod vnica sit tantum legitima diuidenda inter illos, quibus legitima competere potest, iuxta text. in Authent. de trien. & semiss. in princip. ex quo colligunt Informantes pro matre, quod sicut triens, vel semis totius substantiæ est legitima filiorũ, ita etiam ascendentium, quibus iure antiquo querela competebat. l. nam etsi parẽtibus. de inoff. testam. Inst. eod. tit. in princip. quę legitima non potest minui, propter existentiam fratrum, quia respondetur, hoc esse verum, vbicunque non datur concursus in successione vniuersali, prout cõtingit in filijs, cũ quibus ascendentes non concurrunt, & similiter in ascendentibus, quando soli ad successionem vocantur, nec non in fratribus, quando eis solis debetur successio ab intestato, & repetũtur exclusa turpi persona instituta, l. fratres. C. de inoff. testam. Nam in his casibus, tantus est triẽs totius substantiæ siue hæreditatis, quantus est triens portionis debitæ ab intestato, vt declarat Bald. in l. 2. num. 10. versic. vlterius. C. de inoff. donation. sed vbicunque datur concursus in successione, tunc necesse est, quod sicut portio matris diminuitur, ita etiam eius legitima, vt supra deductum fuit.

Non obstant decisiones factæ in illa Romana de Menichellis coram Reuer. D. Mediolanensi, & in illa Romana, de Vrsinis, coram Reuerend. patre D. meo Blanchetto, quæ videntur contrariari huic resolutioni, quia in hac materia sunt distinguendi plures casus.

7 Primus est, quando fratres † fuerunt præteriti in testamento fratris, & matri fuit relicta legitima & instituta extranea persona, non turpis, tum procedit opinio But. & communis quod legitima matris sit tertia totius hæreditatis, quam opinionem sequuta fuit Rota in illa Romana de Menichellis.

8 Secundus casus est, quando fratri, † vel sorori fuit aliquid relictum in testamento, etiam iure institutionis, tunc procedit limitatio Bald. in d. Auth. Nouissima. in fin. quod respectu eius, quod fratri, vel sorori est relictum, faciat partem matri, etiam quod diuerso iure accipiat. l. huiusmodi. §. si Titio. de leg. 1. Hoc pacto videlicet, quod tanto minus dicitur esse in hæreditate quantum importat legatum relictum fratri, seu sorori, adeo vt deducto illo legato, legitima matris sit tertia residui hæreditatis, & in his procedit decisio facta in eadem Romana, de Menichellis, coram Reuer. Mediolanensi in secunda decisione.

9 Tertius casus est, † quando decedente fratre ab intestato, soror est exclusa à statuto, & vocatur frater, tunc si fuerit factum testamentum & aliquid fuerit relictum sorori, legatum factum sorori non venit detrahendum de legitima matris, nec ex toto patrimonio, sed venit soluendum ab hæredibus, quia cum hoc casu soror sit exclusa à statuto habetur pro extranea, & consequenter legatum non minuit legitimam matris, sed debet solui ab hæredibus, & in terminis procedit decisio facta coram Reuerend. patre D. meo Blanchetto, in illa Romana legitimæ, de Vrsinis, die 21. Iunij 1585.

10 Quartus casus † est, quando per statutum mater est exclusa ab hæreditate filij, præterquam à legitima, & sunt vocati fratres, & consanguinei tantum, tunc quia de iure communi mater sola succedit, & fratres consanguinei non concurrunt in successione cum matre, vt in Authent. defuncto. C. ad Trebell. legitima matris erit tertia totius hæreditatis, quia non habet aliquem, qui concurrat cum ea in successione, & sic cum statutum præseruet legatum matri, intelligitur de legitima sibi debita de iure communi, quæ hoc casu est tertia totius hæreditatis, & in his terminis procedit decisio facta in illa Romana de Vrsinis, coram Reuer. Patre Domino meo Blanchetto, in qua Illustris. Dn. Raymundus bon. mem. instituerat hæredes Illustris. Dominum Valerium eius fratrem consanguineum & nepotes ex Illustris. Ludouico bon. mem. altero fratre consanguineo, relictis Illustris. matri legitima, & fuit resolutum hoc casu legitimam matris esse tertiam totius hæreditatis.

11 Vltimus † casus est, quando fratres vtrinque coniuncti excludunt matrem, vel ex dispositione fratris testatoris, vel ex dispositione statuti, excludentis matrem,

trem, præterquam à legitima. Et hoc casu cum fratres concurrant in successione cum matre, tam de iure cõmuni, quàm ex dispositione hominis, vel legis, legitima matris erit tertia portionis sibi aduenientis, si à statuto, vel à testatore exclusa non fuisset, & hic est casus propositæ quęstionis, in quo Domini ita concluserunt pro maiori parte. Et hoc modo conciliantur omnes decisiones factæ in hac materia.

ORANI.

Asculana, Parochialis, S. Laurentij, Lun. 20. Maij 1585.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam esse Collegiatam, ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia vt Collegiata probetur quæ requirantur.*
2 *Depositio testium circa probationem negatiuæ, quando attendenda.*

DECISIO CCCCXXII.

1 CVm Ecclesiam Collegiatam instituat, † aut Priuilegium, l. 3. ff. de colleg. illic, aut institutio, Inn. in c. postulasti. de iure patron. aut exercitium actuum arguentium Collegiatam vt sigillum commune, c. significauit. de appellat. tractatus communes c. tertio loco de probat. c. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. & prop. Arca communis, l. 1. ff. quod cuiusque vniu. nomin. dormitorium, & refectorium commune. c. quanquam. de vit. & honest. Cler. c. cum ad Monasterium. de stat. Monach. Cardin. in clem. 2. quæst. 4. de ætat. & qual. Abb. in c. nobis. de iure patron. Felyn. in c. accedentes. de præsumpt. Rom. consil 436. num. 6. & seq. Alex. consil. 75. lib. 4. Barb. consil. 27. lib. 1. Domini circumscriptis iuribus resoluerunt ex dictis testium cõcludi Ecclesiam S. Laurentij, esse simplicem Parochialem, non autem Collegiatam: testes enim omnes, sed præcipue 4. 9. & 10. dictæ Ecclesiæ præbendati super 2. & 3. articulis deponunt, dictam Ecclesiam non esse Collegiatam quodque in ea signa præmissa Collegiatam Ecclesiam arguentia, non concurrunt, quarum
2 depositio † etiam si circa negatiuæ probationem versetur, tamen cum verisimilis sit, est attendenda. & si dicant alias fieri non potuisse, quia audiuissent, aut sciuissent, si alius status Ecclesiæ fuisset, Aret. in c. tertio loco. de prob. Paris. consil. 162. num. 14. lib. 4. Non obstat, quod ijdem testes dicant dictos dictæ Ecclesiæ dici Canonicos, quod interfuerint horis Canonicis, cũ alijs Collegis, quia huiusmodi denominatio non facit Collegium, nec horarum recitatio quando non fit vt à Collegio, Bal. in l. 1. ff. quod cuiusque vni. nom. Barb. d. cons. 27. num. 6. circa med. vers. & si quisquam. lib. 1. ex quibus Ecclesiam S. Laurentij nõ esse Collegiatam patet. An saltem habitu sit Collegiata, Domini voluerunt particulariter videre.

BLANCHETTI.

Ciuitatis Castelli, Supplementi Legitimæ, 16. Octob. 1582.

ARGVMENTVM.

Bona emphyteutica in legitimam computantur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quæ effectum non est sortita, non attenditur.*

DECISIO CCCCXXIII.

FVit resolutum, bona emphyteutica esse in legitimã danda Dominis de Fucciolis, imputãdo quidquid extra ex prouisionem Donatricis obuenit Liviæ, & Mariæ Antimiæ, id totum in quartam esse imputandũ, Alex. consil. 8. col. 2. num. 3. & 59. num. 9. vers. 4. & 22. num. 73. & ibi additio. lib. 5. quod autem hæc bona peruenerint ad prædictas neptes, ex fratre Ioanne, apparet ex tota serie facti, & eorum acceptatione, vt bene deducitur & consideratur causa in iure.

1 Nec obstat renunciatio à Ioanne facta, ad fauorem Alexandri Vitellij, quia apparet, quod non † habuit effectum, fuit enim renunciatio non simplex, sed venditio pro pretio existimata quod non modo non constat, non fuisse solutum, sed ex renunciatione. Alexandri liquet huiusmodi alienationem non tenuisse.

Non obstat noua inuestitura facta per Commissarios in fauorem istarum, & earundem coniugum, cũ solutione centũ ducatorum, quia ista centum sibi non computabantur, sed non habuerunt ex cessione, & prouisione Ioannis, quæ secundum mentem suam ad commodum ipsarum solum remansit vsufructuaria, & transtulit omne ius in ipsas, quod ipsæ acceptarunt.

Quo verò ad N. licet aliqui ex Dominis id sentirẽt, & dubitarent, an hoc casu Domini de Fucciolis possint agere ad supplementum legitimæ, cum constet maximam partem bonorum, penes ipsos existere, tũ quia plures ex istis Domini viderunt tantum quod esset iudicandũ de istis bonis emphyteuticis, super quo capite nunc tantum vtraque pars informabat, si voluerint audiri, pariter audiamus.

Fauentina, Legitimæ, Ven. 13. Mart. 1590.

ARGVMENTVM.

Legitima matris institutæ, alias exclusæ à statuto, à successione ab intestato, quanta sit, & an tale statutum etiam ex testato habeat locum.

SVMMARIA.

1 *Legitima matris institutæ, exclusæ alias à statuto, à successione ab intestato, quanta sit. & num. 3.*
2 *Filius instituens matrem hæredem videtur se conformare voluisse cum dispositione iuris communis potius, quam statuto.*
4 *Statutum excludens matrem relinquendo ei aliquid pro legitima, etiam in causa testati procedit.*
5 *Legitima ex illis bonis debetur, a quibus contemplatione substitutorum excluditur mater.*

DECISIO CCCCXXIV.

STatutum Fauentinum de successionibus ascendentium, & transuersalium ab intestato delatis, disposuit quod mater, auia, & aliæ feminæ, vel masculi, per lineam femininam attinentes, non possit ab intestato modo aliquo succedere filijs, & alijs habentibus patrem, auum, vel coniunctos per rectam lineam masculinam vsque ad quartum gradum, tradunt inclusiue secundum ius Canonicum computandum: possit tamen mater, & aliæ mulieres, ac alij, vt supra exclusi, petere & habere decem pro centenario valoris totius hæreditatis defuncti, quæ sint pro omni legitima, etiã iure naturæ debita, & pro omni iure, quod competeret talibus mulieribus sed omnis via successionis ab intestato eis sit præclusa. Defuncto itaque Bartholomæo de Pasijs sine filijs, & institutis matre, & vxore hæredibus vniuersalibus vita ipsorum tantũ durante, & post illarum mortem, idem testatum voluit, quod bona sua peruenirent ad ipsius attinentes de Pasijs: propterea dubitatum fuit, An Camillæ matri deberetur legitima in bonis filij, & quanta, & dicta die Domini omissa prima parte dubij, tanquam clara, & resoluta circa secundam partem non fuerunt concordes, quoniam aliqui existimabant legitimam esse tertiam
1 totius hæreditatis, iuxta text. in Auth. nouissima. C. de inoff. test. de comm. Alex. consil. 168. num. 18. lib. 7. Corn. cons. 290. nu. 5. versic. quod. & 2. lib. 3. Curt. Sen. consil. 37. num. 17. & seq. Soc. cons. 30. nu. 3. cum multis sequentibus. lib. 1. cum alijs adductis maxime, quia statutum sæpius repetit exclusionem ab intestato. & ad illam se restringit, vt patet ibi, & alij, vt supra exclusi. & ibi talibus mulieribus sic exclusis, & in alijs locis ab informantibus bene ponderatis, per ea, quæ dicit Soc. cons. 131. num. 6. lib. 1.

Et statutum excludens matrem propter extraneos, vti iure communi contrariuũ debet restringi ad casum intestati tantum, Alex. consil. 131. versus finem. versic.

versic.& etiam.lib.1. Marsyl.consil.35. num.16. Put. decis.18.lib.3.

Secundò non videtur statutum locum habere posse in casu proposito, cum mater fuerit instituta, siquidem propter huiusmodi agnitionem censendum est testatorem ab ipsa remouisse obstaculum statuti, quod non possit habere nisi decimam partem, & consequenter eidem restituisse illud priuilegium, quod tanquam matri de iure communi competebat, vt declarat Soc. cons.75.num.3.lib.3. Alex.cons.131.lib.1. Iare Cephal. cons.479.nu.16. & seqq.

Et suadetur optima ratione, nam filius instituendo matrem hæredem quemadmodum de iure eum facere debebat, §. aliud quoque capitulum in Auth. & vt cum.de appel.cogn. præsumitur quod voluerit potius 2 se conformare cum dispositione iuris, quàm cum statuto, vt per Ruin.consil.40.nu.10.& seq.lib.3. Mazar. consil.35.nu.18.

Nec ad rem facere dicebatur, quod nonnulli Doctores, etiam in casu testati teneant contra matrem, quia eorum opinio posset procedere quando fuisset præterita in testamento, vel ei solum titulo legati aliquid relictum esset, non aliquando titulo institutionis mater agnita fuisset, quo casu datur intelligi testatorem voluisse recedere à statuto, & amplecti iuris communis dispositionem, vt in simili videmus filiam hæredem institutam, & rogatur post mortem restituere hæreditatem detrahere legitimam sibi de iure communi debitam, obstante statuti exclusione, ac prohibitione petendi dictam legitimam. Oldrad. consil. 107. num.5. Aret.cons.43. Alex.cons.9. nu.9.lib.6. & hanc opinionem vti benigniorem amplectendam esse prædicti Doctores dicebant, cum satis sit matrem exclusam esse à luctuosa filij hæreditate.

Non obstat, quòd mater censeatur potius relicta vsufructuaria, seu legataria, quam hęres pleno iure, ex allegatis, quoniam illa opinio locum sibi vendicaret, si alius cohæres in proprietate datus fuisset in vita eiusdem matris, & non alias, Par.cons.100.nu.71.lib.2. & fuit resolutum in Perusina de Alfanis, & Fauentina de Calderonibus per Informantes allegatur.

Postremo considerandum est, quod si mater non fuisset rogata restituere hæreditatem agnatis ipsius testatoris, quòd absque dubio posset illam retinere, & si agnati obijcerent de statuto, ipsa posset respondere, & bene statutum duntaxat procedere ab intestato, quę responsio etiam militare videtur, quando mater intendit consequi legitimam de iure communi debitam, siquidem ad agnatos obijciendo de statuto semper replicari potest, statutum loquitur ab intestato, & non conditi testamento.

Domini verò, qui cōtrarium sentiebant, mouebantur 3 primo ex eo, quòd licet † statutum nō possit in totum auferre legitimam, potest tamen illam minuere, Rot.decis.1.de consuet.in nou. Alex.cons.55.nu.5. lib.2. quo fit, vt mater nò possit petere, vel habere nisi decem pro centenaria sibi per statutum relicta pro legitima, & omni iure, quandoquidem statutum excludens matrē à successione filij, illam pro extranea habet, vnde licet in vita hæres instituta existat, nihilominus cum fuerit datus substitutus non potest petere, vel retinere nisi decimam per statutum duntaxat, sic videmus in terminis, Auth. ex testam. C.de sec.nupt. quòd mater instituta à filio, & rogata restituere, non potest detrahere legitimam in bonis primi viri, quia eidem nisi in vsufructu succedere nō potest, à successione intestati legitima metitur, vt ibi declarat Bald. col.1. vers. quilibet, & Bald. sequuntur, ibi Iac. de S. Georg. Brun.tract.de statutis exclu. fem.art.9. nu.17. Idcirco in casu isto legitima matris regulari debet à statuto, & non à iure communi, præsertim, quia attenta mente testatoris mater fuit hæres vsufructuaria in vita tantum, & non proprietaria.

Secundò considerandum est, quòd aut matri fuit relictum minus quam sit legitima debita, ex statuti dispositione, & tunc nō potest petere nisi supplementum illius, iuxta text. prædicti statuti. Brun.vbi supra in 30.casu. aut fuit sibi plus relictum, quam per statutum determinetur, & clarum est non posse plus petere, & iura, quæ dicunt quod debetur matri legitima, debent intelligi, vt debeatur diminuta à statuto, per præallegata.

4 Tertiò statutum excludens matrem, † ac relinquēs eidem aliquid pro legitima procedit etiam condito testamento quoniam legitima, non debetur nisi in casu testati, nam ab intestato mater succedit filio, & sic non quęrit legitimam. Ideo statutum excludens videtur tam ex testamento, quàm ab intestato ipsam excludere ad præd. effectum, quod maxime dicendum est, quando sunt instituti, vel substituti illi, quorum cōtemplatione mater à statuto excluditur, vt per Put. decis.38.lib.3. alleg.

Nec obstat, quòd mater fuerit agnita in testamento filij, vt supra dixi ex Mazar.cons.35.nu.14. quasi quod testator recesserit à statuto, quia cū in testamento matri titulo legitimæ nil relinquatur, non potest dici testatorem à statuto recessisse, nec mater siue eius hæredes petierunt legitimam, nisi postquam factus est locus restitutioni hæreditatis. Quocirca subintrat dictū statutum, siquidem legitima ex illis bonis debeatur, 5 à quibus contemplatione substitutorum excluditur nedum à statuto sed etiam ab ipsomet testatore.

Non obstat, quod sicuti filia agnita facit partem ad exclusionem statuti, sic etiam de matre dicendum sit, ex allegatis, quia si hæc exclusio applicatur, ex eo tamen non determinatur, quanta debeat esse legitima, ideo cum statutum non excludat à totali successione huius legitimæ, sed solum illam determinat, quod facere potest, vt supradictum est, concludendum, quod prædictis Dominis videbatur, statutum esse seruandum, nec repugnare voluntati testatoris.

Nec ad rem facit, quod statutum non taxet legitimam, quia satis est, quod taxet successionem, à qua metitur legitima, Auth. nouiss. & ibi glos. & Doctor. C.de inoff. test. Bar. in l.quoties.ff.de hæred.instit. cum alijs supra deductis.

Ad illam verò considerationem vltimo loco pro contraria parte adductam, responderi potest, quod si voluntas testatoris respectu legitimæ esset ita clara, quemadmodum esset si in proprietate testator matrem instituisset, & eam restituere non rogasset, quod tunc huiusmodi testatoris voluntas deberet attendi, & obseruari, sed quia dubitatur, an voluerit matri vltra vsumfructum etiam relinquere legitimam de iure communi et debitam: Ideo cum potuisset hoc clarius disponere, & non disposuerit seruari debet statutum inductum fauore agnationis, arg. l.cum quędam. de lib. & posth. cum concordant.

PAMPHILII.

Romana, Legitimæ, 23. Iun. 1597.

ARGVMENTVM.

Statutum disponens, quod filia vltra id, quod pater ei reliquit, nihil petere possit ab hæredibus patris, de hæredibus sanguinis est intelligendum, & sic filia potest petere supplementum legitimæ, etiam extante filio arrogato.

SVMMARIA.

1 *Statutum disponens, quod filia vltra id, quod ei à patre relictum est, nihil amplius petere possit de hæredibus suis, est de hæredibus sanguinis intelligendum.*

2 *Statutum exorbitans à dispositione iuris communis, strictè est intelligendum.*

3 *Filij*

3 *Filij adoptiui, & arrogati sub statuto faciente mẽtionem filiorum non comprehenduntur.*
4 *Dispositio generalis dispositionem de supplemento legitima non comprehendit, nisi explicite de ea fiat mentio.*
5 *Legitimatus ex rescripto principis, filiabus vocatis in defectum masculorum, etiam quo ad fideicommissum, non præiudicat.*
6 *Ius petendi legitimam, vel eius supplementum in renunciatione non comprehenditur, quantumuis amplissima.*
7 *Clausula adiecta legato facto filia, vt plus petere non possit, filiam à supplementi legitima petitione non excludit.*
8 *Testator in dubio præsumitur cõformare se voluisse cum dispositione iuris communis.*

DECISIO CCCCXXV.

MAior pars Dominorum, qui iam viderant, tenuit, deberi Dominæ Fuluiæ supplementum legitimę in bonis, quond. Io. Baptistæ, ex vulgata regula l. omnimodo. & l. scimus. C. de inoff. testam. §. sed hoc. Instit. eod. tit. idqoe non obstantibus statutis Vrbis. cap. 82. de success. ex testam. & cap. 85. de success. ab intest. lib. 1. in antiq.

Quantum enim ad primum statutum, quod loquitur de successione ex testamento, quia disponit, vt filia vltra id, quod pater ei reliquit, nihil petere possit ab 3 hæredibus patris, intelligitur de hæredibus † sanguinis, & sic de descendentibus masculis: Brun. in tract. quod mascolo art. 12. q. 33. num. 304. Natt. in repert. c. quãmis. quæst. 4. princ. num. 141. & tenuit Rota coram Sãctiss. in causa Romana de Lãte, sub die 11. Maij, 1576. vnde non applicatur huic casui, vbi non constat de aliquo testamento Ioan. Baptistæ, nisi per quãdam simplicem copiam, quæ non est in forma probanti, & Ioã. Baptista nullos reliquit filios masculos legitimos, & naturales, sed solum D. Federicum nepotem, ex filia, qui est hæres extraneus, & non est de descendentibus masculis, Socin. in l. Gallus. §. nunc de lege. nu. 2. ff. de liber. & posthum. cum alijs per Illustriss. D. Manticam lib. 8. de coniect. tit. 11. num. 7.

Et licet fuerit arrogatus in filium à Io. Baptista, non ideo comprehẽditur sub hoc statuto, qood vt dictum fuit in dicta causa Romana, de Lãte, tanquam exorbitans, & contrarium dispositioni iuris communis stri 2 ctè est † intelligendum, & sic vt comprehendat filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, non 3 autem adoptiuos, & arrogatos, † qui non sunt verè filij. l. filio quem pater. ff. de liber. & posth. & non comprehenduntor sub statuto feminarum exclusiuo, propter filios masculos, Bald. cons. 24. lib. 1. Ioan. de Anan. consi. 27. nu. 15. Ias. l. cum filius. num. 162. ff. de leg. 1. Dec. consil. 399. sub num. 2. Brun. in tract. quod stante mascolo. quæst. 1. art. 12. num. 13. Natt. in repet. d. cap. quamuis. 3. quæst. principalis. sub num. 25. versic. mihi tamen magis placet opinio pr. Rip. in l. si vnquam. num. 74. & ibi latè Tiraq. qui alios citat in versi. suscepit liberos. nu. 11. de reuoc. donat.

Non obstat, quod ipsa arrogatio sit facta à Papa, de consensu ipsius Fuluiæ, & cum clausulis amplissimis, quia vt minus præiudicet, quam fieri possit, dicẽdum est, ex ea non esse derogatum Iuribus Fuluiæ, quo ad legitimam, & eios supplementum, quod non venit in 4 generali dispositione nisi de ea fiat explicita † mentio, l. si quando. §. generaliter. & ibi Bald. Salyc. Castr. & alij, C. de inoffic. testam. maximè quod intentio Pontificis in ista arrogatione fuit tantum, Federicũ nepotem ex filia in filium Io. Baptistæ arrogare, ita vt habeatur tanquam natus ex vero, & legitimo matrimonio, non autem derogare iuribus filiæ legitimæ, & naturalis, quo ad eius legitimam, l. 1. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. vt in simili per legitimationem Principis, quantumuis amplissimam etiam quo ad fi- 5 deicommissum, non censeatur † præiudicatum filiab. feminis legitimis, & naturalib. vocatis in defectu masculorum natorum ex legitimo matrimonio, fuit resolutum in causa Ciuitatis Castelli Bonotum de anno 1583. coram Reu. Domino Robustello.

Et tanto magis in hoc casu, vbi consensus Fuluiæ adhibitus huic arrogationi, sine quo Princeps illã non concessisset, fuit restrictus ad effectum, vt Federicus frui, & gaudere possit iuribus, & priuilegijs, quibus fruuntur, & gaudent alij filij adoptiui, vt expresse legitur in mandato dato ad consentiendum. & sic vt tãquam arrogatus possit succedere patri, in vniuersali successione, non autem ad effectum, vt ex d. arrogatione præripiatur sibi ius petendi legitimam, vel eius 6 † supplementum quod non comprehenditur in quauis renunciatione quantumuis amplissima. l. si quando. §. generali. C. de inoff. test. cum vul.

Quod habet locum non obstante, quod prætendat Fuluiam exigendo legatum approbasse testamentum patris, quia de expressa approbatione non constat, & tacita & per exactionem legati quis ostendatur, non sufficit, vt dicatur exclusa à petitione legitimæ, Anch. cons. 152. col. 3. Dec. consi 236. nu. 4 Paris. qui dicit cõmunem cons. 43. num. 36. vol. 3. Rom. cons. 56. num. 6. lib. 2. Cephal. cons. 93. nu. 17. lib. 1. Hier. Gabr. cons. 56. num. 1. quod procedit etiamsi in legato adsit clausula 7 *quod plus petere non possit*, quæ non excludit † filiam à supplemento legitima, §. ceterum. Authent. vt cum de appellar. cogn. Bald. in d. l. si quando. §. generaliter. sub num. 1. C. de inoff. testam. Pau. de Cast. consil. 193. sub num. 3. vers. sed certe. lib. 2. Alex. consi. 69. num. 3. lib. 1. Dec. consil. 320. nu. 3. latè Illustr D. Mantica lib. 10. de coniect. vlt. volunt. tit. 2. num. 9. maximè cum testator non dixit, quod plus petere non possit, ratione legitimæ, & in dubio præsumendum est, voluisse se cooforma- 8 re † cum dispositione statuti, quod non excludit filiam legitimam, & naturalem à petitione supplementi, propter filium adoptiuum, ad no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. præsertim vbi stante modicitate dotis inspectis facultatibus patris, prout hic, Dom. Fuluia alias reperiretur enormissima læsa, quod in similibus terminis considerauit Rota in causa Romana supplemeoti, de mense Nou. 1588. coram D. meo Orano.

Aliod statutum c. 85. de success. ab intestato. minus obstat D. Fuluiæ, quia similiter loquitur existentibus filijs masculis, quos Io. Baptista non reliquit, excepto Federico arrogato, qui non comprehenditur sub hoc statuto, ad exclusionem Fuluiæ, ex supradictis.

IVSTI.

Romana, Fideicommissi, de Serlupis, Ven. 23. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Filius fratris prædefuncti vnà cum patruo in hæreditate an succedat.

SVMMARIA.

1 *Filius locum patris subintrat, quando de hæreditate ascendentium agitur.*
2 *Fratris filius loco patris defuncti, tam ad successionem aui, quàm patris admittitur.*
3 *Testator in dubio censetur se conformare voluisse cum dispositione iuris communis.*
4 *Nepotes appellatione filiorum quando veniant.*
5 *Repræsentatio gradum successionis non corrumpit.*
6 *Proximitas intelligitur respectu successionis, non ratione gradus.*

DECISIO CCCCXXVI.

IOannes Philippus de Serlupis, senior, sibi hæredes vniuersales instituit, omnes suos filios masculos legitimos, & naturales natos, & nascituros, pro æqualibus portionibus, excepto Siluio, cui certo modo reli- quit

quit alimenta, & fi forte idem Siluius posset petere legitimam, vel eius supplementum, tunc instituit Siluiū in portione legitima, & substituit dicti Siluij fratres, id est filios masculos ipsius testatoris legitimos & naturales natos, & nasciturος, & masculos descendentes legitimos, & naturales fratrum, qui tempore obitus dicti filij præmortui essent, ad quos fratres, & masculos legitimos, & naturales descendentes fratrum præmortuorum, voluit dictam portionem deuolui ad supradictos suos filios, excepto Siluio, hæredes vniuersales institutos, & adinuicem substituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, si sine descendentibus masculis legitimis, & naturalibus decessferint, &c. & idem voluit seruari inter omnes masculos descendentes ex dictis filijs hæredibus institutis in infinitum ita quod omnes gradatim in infinitum succedant, &c. in stirpes, non autem in capita, ita quod proximior illi, in cuius portione succedendum est, præferatur.

Ex dicto testamento prætendebat Dominus Ioann. Baptista de Serlupis filius testatoris, excludere ab hæreditate bon. memor. Marci Antonij de Serlupis, fratris, quæ erat subiecta præfato fideicommisso patris, Ioan. Philippum iuniorem filium bon. memor. Gregorij alterius fratris prædefuncti, & propterea die Veneris... Febr. 1601. ego proposui dubium in Rota, An Dominus Ioann. Philippus iunior succedat vnà cum patruis in hæreditate bon. memor. Marci Antonij subiecta fideicommisso Ioan. Philippi senioris. & Domini resoluerunt, Ioan. Philippum iuniorem succedere in locum patris. Moti primum ex illa Doct. assertione, quod quando agitur de hæreditate ascendentium, siue ex dispositione legali, siue ex dispositione hominis, 1 filius subintrat in locum † patris, & gradus non corrumpitur, sed repræsentatur. §. cum filius. Instit. de hered. quæ ab int. def. §. si autem. Authent. cum cessante. C. de hæred. ab intestat. ven. Authent. cum cessante. C. de hæred. glos. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Bart. in Authent. post fratres. C. de leg. hæred. Corn. in l. fin. ff. de verb. signif. vbi dicit hanc opinionem esse seruandam in practica, Alexand. consil. 26. num. 13. lib. 3. vbi dicit hanc magis communem, Socin. consil. 125. lib. 4. Dec. consil. 527. Ruin. consil. 63. vol. 1. cum alijs allegatis post Rol. consil. 60. num. 26. 33. & 45. vbi attestatur de magis communi, Molend. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 10. vers. qua in re. & alij multi allegati per Informantes, qui adducunt alias Rotæ decisiones, sed melius, quam alibi in Rom. de Gabrielibus 13. Ianuarij 1582. coram Sanctiss. Domino nostro tunc Rotæ Auditore, & bon. memor. Robusterio, reprobata opinione, Bald. & Cuma. in d. §. fideicommisso, qui admittunt hoc esse verum in dispositione legali, non autem in dispositione hominis, vt etiam docet Couar. pract. quæst. cap. 37. num. 4. vers. 5. ex quibus infert. Thob. Non. consil. 4. num. 6. & 7. & Dec. declarat. consil. 217.

Ratio solidissima est, quia ille ordo non est attendendus, quo vocantur hæredes ad successionem ab intestato, & admittuntur, l. fin. C. de verb. signif. vbi Dd. 2 & non est dubium tam ad successionem † aui, quàm patris, filium fratris vocari loco patris defuncti. d. §. cum filius. cum alijs allegatis.

3 Quamobrem † etiam si fuisset omissus in testamento, cum tamen censendum sit testatorem voluisse se conformare cum iuris communis dispositione, Bald. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. Dd. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. Bartol. in l. vxorem. §. testamentum. ff. de leg. 3. ideo successio legalis esset ex tacita mente defuncti. l. conficiuntur. l. si quis cũ nullum. ff. de iur. codic.

Secundò, & tanto magis, ex verbis & ex consensu testamẽti tam in ipsa parte institutionis, quàm in parte substitutionis, vnde diserte constare videtur testatorem non modo non abhorruisse repræsentationem, sed omnino voluisse, quia instituit hæredes omnes filios suos masculos legitimos & naturales, quorum ap-4 pellatione regulariter veniunt † nepotes, quando agitur de vocatione. l. iusta interpretatione. ff. de verb. signif. Bart. in l. liberorum. ff. eod. Alex. consil. 26. nu. 5. lib. 3. Corn. consil. 107. nu. 13. lib.... Goz. consil. 4. nu. 13. vol. 1. qui dicit esse communem opinionem, & Ceph. consil. 194. nu. 49. & 50. maxime in hoc casu, vbi testator dicit natos & nascituros secundum notabilem decisionem Imo. quam ibi sequuntur Scribentes communiter in l. Gallus. § instituens. ff. de lib. & posth. & alij allegati per Curt. d. consil. 111. nu. 3. & consil. 116. num. 12. vers. secunda principalis, & eo magis, quia ibi instituens Siluium vnum ex filijs non simul cum alijs, sed in certum euentum, & in portione, & cogitans de matre D. Siluij substituit eiusdẽ Siluij fratres id est alios filios masculos ipsius testatoris legitimos, & naturales natos, & nasciturος, & masculos descendentes, & legitimus, & naturales fratrum, qui tẽpore obitus D. Siluij præmortui essent, signum manifestum voluntatis testatoris, qui si potuisset, voluisset excludere Siluium ab hæreditate, sed in omnem euentum tempore mortis suæ declarauit voluntatem suam esse, vt succederẽt alij filij, quos hæredes fecerat, & eorũ filios, si aliquis filiorũ esset præmortuus, & nulla potest afferri ratio, quare testator in institutione vocari voluerit filios, nõ fratrum filios si illos vocauit in alia portione Siluij in eadẽ parte testamenti in qua continetur institutio, cũ imò per identitatẽ rationis, quādo subest aliqua ratio, repetendi, antecedentia sequentia, & è cõtra repetitio admittitur, etiam in vltimis voluntatibus. Bald. consil. 154. num. 2. in fin. lib. 5. Soc. Iun. consil. 71. lib. 3. In parte verò substitutionis eorum sunt clara verba testatoris, quia dicit supradictos suos filios, ergo refert supradicta ad omnes, ac si expresse, & nominatim dictũ fuisset, l. 3. de leg. 1. Aret. post alios, quos allegat, consil. 21. n. 2. Dec. consil. 423. nu. 5. Paris. consil. 1. num. 134. lib. 3. Ruin. consil. 15. nu. 4. li. 3. Aym. consil. 93. nu. 8. Rota corã Reu. Patre D. Decano, in Gaduersis. Portionis 7. Febr. 1582. & ita filios natos, & nascituros, & filiorum filios, quos sub vno, eodemq; verbo substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Vnde sicut in vulgari filius intrat in locum patris, nisi velimus testamentum subuerti præsente nepote, si casus vulgaris substitutionis euenisset, quia erat secus & habetur in Romana de Gabrielibus, supra allegata, & ita dicendum est in fideicommissario, vt conformiter determinetur, l. iam hoc iure. ff. de vulg.

Nec præmissis obstãt coniecturæ allegatæ in contrarium, quarum prima est, quia instituit, & substituit filios suos nomine appellatiuo filiorũ, quos ante in prælegatis nomine proprio appellauerat, nepotes autem comprehenduntur sub nomine collectiuo & communi descendentium, quo casu dicitur non esse locum repræsentationi, quia specialiter substitutι debent præferri, quam differentiam ponit Ruin. consil. 102. num. 4. lib. 3. cum alleg. per Illustr. Card. Mant. de coniect. li. 8. tit. 9. nu. 8. sed responsum fuit, vocatos esse nomine appellatiuo omnes filios natos, & nascituros, quorũ appellatione cum veniant nepotes, in hoc casu, vt dictũ est, non magis specialiter vocantur filij ad successionem, quam nepotes. Præterea ista coniectura non est sufficiens, vt sit descendendum à regula, neque passim est à Doct. approbata. Nam illam impugnat Soc. Iun. allegatus à Card. Mant. vbi supra, consil. 10. nu. 5. & infra late lib. 3. & Moderni Patauini. de fideicommiss. art. 21. nu. 38. & 39. cum seq. vbi declarat non procedere quandocunque collectiuum cadit inter nominatum, cum quo consideratur ordo charitatis, & successionis, veluti est inter fratres, & descẽdentes ab altero fratrũ,

Secunda est quia testator voluit gradatim succedi, & seruari inter institutos, iuxta consil Cur.iun.164. num.33.lib.3. sed dictum fuit, non obstare, quia prædicta verba non excludunt repræsentationem, quę fit per ingressum filij in locum patris, sed operantur, vt filius non succedat simul cum patre, vt in allegata decisione de Gabrielibus plenè traditur, & gradatim succeditur per repręsentationem, † quia ea mediante gradus non corrumpitur, vt dictum est, & de verbis secundum gradus prerogatiuam, Castr.consi.454.in fin. lib.1.Soc.iun.consil.126. nu.11.in fi. & num.13.lib.1. Gab.consi.86.sub nu.3.lib.1.Moderni Patauini vbi supra nu.20.ita vt ex istis verbis solū liceat capere coniecturam, testatorem voluisse in hac successione se conformari cum iuris communis dispositione.

5

Et maximè, quia addit testator, quod vocauit in stirpes, non autem in capita, omni casu quo dubium fuerit an debeant succedere in stirpem, vel in capita, quo casu attenditur semper ordo iuris, qui est, quod filius locum patris ingrediatur. Ruin.consi.130.nu.2. versic.sed his non obstantib.& nu.7.vers. & per prædicta lib.3. Socin.iun. cons.69. nu.2. vol.3.Gabr.cum alleg.de fideicomm.conclus.3. num.20. & declarauit se intelligere in casu dubio, & in parte, in qua vocantur descendentes, non in ea parte, in qua filij vocātur, quia dubium hoc euenire non potest inter filios, quorum quilibet vnicam gerit personam, sed inter alios descendentes, qui plures esse poterant, & stirpem constituere.

Tertia coniectura, quia post prædicta testator dixit, ita quod proximior præferatur, sed filius in gradu proximior est patri nepote. l.Iurisconsultus.ff.de grad. ergo ille est præferendus, fuit tamen concludenter responsum, quod ista verba sunt ciuiliter intelligenda, vt testamentum aut intelligatur secundum ordinatā à iure charitatē, de qua testatur nihil demere voluisse censetur Bald. consi.428. lib.3.Alex.consi.89.sub nu.2. vers.præterea repetio. lib.3.Dec. consi.527.sub nu.7. versic. sed adhuc etiam Ias.consil.139.col.3. vers.4.in terminis nostris. lib.4. Rube. consil.82. ante fin.& per tot.Purpur. consi.439.sub nu.19.Paris.cons.20.nu.23. lib.1. Socin. iun. consil. 126. nu.13.lib.1.Gabr.consil. 86.sub nu.3. lib.1.Cephal.cōs.489.nu.6. allegati Moder.de fideic.art.12. nu.17. quia proximitas intelligitur respectu † successionis. non gradus, Corn.cōs.22. nu.15. lib.2. Paris.dicto consi.20.nu.19 Soc.iun.consi. 212.no.17.ante fin. versi. ad secūdam rationem. lib.2. Moder.nu.9.& seq. sed vlterius verba testatoris videntur tollere omnem difficultatem, & expresse inducere subrogationem, quia ita iacent, ita quod semper proximior illi. in cuius portione succedendum erit, præferatur, ergo attendendam successionem grauati, quia testator non solum non dixit proximior meus, iuxta dictum consilium Bald.488. lib.3. sed declarauit de proximiore illo in cuius portione succedendum erit, quia patri nullus filio proximior est, d.l. Iurisconsultus.ff.de grad.

6

Ex quibus cum visum fuerit Dominis sublatas esse omnes difficultates omiserunt caput transmissionis, & pro nepote cōcluserunt ex capite repræsentationis.

PAMPHILII.

Romana, Restitutionis dotis, Lun.14.Iun.1599.

ARGVMENTVM.

Maritus ad restitutionem dotis, & eius augmentum in eo, quod legitimam & Trebellianicam excedit, fratri vxoris defunctæ faciendam tenetur.

SVMMARIA.

1 *Filia dotem, quod ex liberalitate patris vltra legitimam, & Trebellianicam, cum onere fideicommissi est relictum, testari non potest.*

2 *Dos an in generali fideicommisso comprehendatur.*

DECISIO CCCCXXVII.

Dixerunt Domini, Nicolaum teneri ad restituendum dotem Catharinę vxoris Fabricio eius fratri, in eo quod legitimam & Trebellianicam excedit, per obitum enim Catharinæ sine filijs fuit purificatū fideicommissum ad fauorem Fabricij, nec potuit Catharina testari de eo, quod ex patris liberalitate, vltra † legitimam, & Trebellianicam cum onere fideicommissi ei relictum fuerat, l. Lucius.§. maritus. vbi omnes.ff.ad Treb.& l.fin.§.filiæ.& ibi Bar.Cast.& alij.ff. de leg.2. Corn.consil.32. num.4. vol.4. cum alijs per Gabr.cons.116.vol.1.

1

Neque obstare, quod in generali fideicommisso nō comprehendatur † dos, quia l.mulier. §.cum proponeretur. ff. ad Trebell. procedit in dote constituta in aliqua certa quantitate, quę quatenus legitimam, & Trebellianicam non excedit, sub generali fideicommisso non comprehendatur, & declarant omnes in d. §.cum proponeretur. Castr.nu.1.& 3. Alex.n.3.Corn. in d.cons.32.num.4.& loquuntur omnes Doctores in contrarium allegati. Ex hoc autem nō sequitur, quod filia hæres instituta, & grauata simul cum fratre potuerit dando totam suam portionem in dotem euertere fideicommissum contra expressam mentem testatoris, qui substituendo reciproce Fabricium, & Catharinam satis videtur voluisse, quòd Fabricius succedat in portione Catharinæ, de prædicta legitima & Trebellianica, sicut posset ipsa Catharina etiam data sua portione in dotem succedere ipsi Fabricio, si sine filijs prędecessisset, & ista voluntas testatoris attenditur etiam respectu restitutionis dotis, vt probat tex.in d. §.maritus, ibi nisi manifestum, &c. & notāt Doctores communiter ibi, in d.§. filiæ cum alijs allegatis.

2

Nec placuit Dominis, quod Fabricius videatur sibi præiudicasse in constitutione dotis Catharinæ, quā auxit vltra eius portionem in scu.300. quia hæc dotis assignatio ita aucta, vt commodius nubere possit, fuit facta cum eodem onere fideicommissi, in casum obitus ipsius sine filijs, & cum ista qualitate fuit habita pro cōgrua, etiam ab ipso Nicolao, qui illam videtur acceptasse, cum sua qualitate oneris l. contra Iuris. §.si filius. vbi Bald.nu.4. & Ias. num.11. & alij.ff.de pact. Gozad.consi.1.nu.15.

Censuerunt Domini, etiam Nicolaum teneri dempta quarta statuti Vrbis restituere scu. 300. data per Fabricium pro augmento dotis, quia fuerāt data cum eadem stipulatione, quod Catharina decedente sine filijs, reuertantur ad Fabricium.

Neque obstare, quod huiusmodi augmentum scu. 300. vltra portionem hęreditatis proueniat ex fructibus perceptis per Fabricium, de portione hæreditaria ipsius Catharinæ, quæ per quinque annos in circa non fuerat à fratre alimentata, quia Nicolaus acceptando instrumentum dotis, & hoc augmentum cū isto onere non potest hodie recusare illius restitutionem, iuxta formam instrumenti, maximè cum non cōstet prædictos fructus ascendisse ad tātam summam, ita quod Nicolaus potuisset illos prætendere in totum sibi deberi absque onere restitutionis, quatenus Fabricius pro illis teneretur.

Non obstat protestatio post tres annos à die instrumenti facta per Catharinā, quod nolit acceptare onus fideicommissi in instrumento adiectum, quia nō potuit partem instrumenti acceptare l.cum quæritur. ff. de admin. tut.l.si ita stipulatio. in fin.ff.de oper. liber. l.nam absurdum.ff.de bon.liber. maximè quòd si nubendo cum dicta dote videtur illud antea acceptasse cum omnibus qualitatibus suis, d.l.contra Iuris. §.filius. cum alijs allegatis.

SERAPHINI.

Tudertina, Bonorum, 12.Iunij 1589.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Filiam quæ ab intestato non succedit, si prætereatur, testamentum non rumpere. Et quando hoc fallat, deciditur.

SVMMARIA.

1 *Filia, quæ ab intestato non succedit, si prætereatur, testamentum non rumpit.*

2 *Limitatur.*

DECISIO CCCCXXVIII.

FVit resolutum, veram esse communem Doctorum sententiam, quod filia, quæ ab † intestato non succedit, puta quia exclusa à statuto, si prætereatur non rumpit testamentum. Ruin. cons. 17. nu. 1. lib.... Affl. decis. 158. num. 6. Clarus in §. testamentum. quæst. 42. versic. quæ quidem conclusio. Tiraquel. de iure primog. quæst. 53. num. 12. & 22. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 16. & ibi gloss. nu. 18. ff. de liber. & posth. Dec. consil. 193. Capic. decis. 26. num. 3. cum alijs infinitis, & in terminis huius statuti Tudertini dec. Perus. 21. num. 5.

Sed etiam vera est limitatio ad prædictam conclusionem, id procedere, † quoties in testamento sunt instituti masculi, quæ feminas ex dispositione statuti excludunt, alias institutis extraneis filia femina prætenta potest dicere testamentum nullum. Soc. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 11. Dec. consil. 292. nu. 2. Corn. cons. 190. nu. 11. Crau. consil. 100. num. 9. Paris. consil. 62. nu. 10. in 3. Bero. in c. Raynutius. num. 137. de testam. qui de communi testatur, & etiam id tenendum censuerunt Domini, si filij in legitima tantum essent instituti & in reliquis bonis extranei. Verum applicando istas conclusiones casui nostro, in quo pro parte Michelinæ institutæ dicitur patrem prius donasse fratribus suis maiorem, & opulentiorem partem patrimonij donatione inter viuos, quam etiam testator confirmauit, Domini censuerunt alteram filiam præteritam non potuisse dicere testamentum nullum, cum institutio Michelinæ, licet hoc casu pro extranea sit habenda, Bart. l. 1. § sciendum. nu. 3. de suis, & leg. sit in exigua tantum hæreditatis portione, potiorem autem partem habuerunt filij, quorum contemplatione filiæ in statuto sunt exclusæ, adeo quod semper militat ratio statuti filias fauore masculorũ excludentis, cum hæc dispositio ita qualificata non cadat in cõmodum extraneorum, ideo casus iste, tanquam continens eandem rationem ex generalitate statuti non excludendus, ad gl. in Auth. Cassa. verb. per totam Italiã. C. de sacrosanct. eccl. & in clem. 1. ver. præsidentes. de rescr. Bel. cons. 52. nu. 6. Rol. consil. 39. nu. 5. lib. 3. cum similibus, verificet itaque Michelina donationẽ fuisse talem, si velit sustinere testamentum paternum.

ORANI.

Romana, Fideicommissi, de Americis, 26. Feb. 1586.

ARGVMENTVM.

Alienatio ab hærede grauato facta, imputatur in portionem quam grauatus potest detrahere, & qui portionem bonorum liberam habet, faciens alienationem, eius portionis alienationem fecisse dicitur, quæ fideicommisso est subiecta.

SVMMARIA.

1 *Alienatio facta ab hærede grauato, in portionem, quam detrahere potest, imputatur.*

2 *Prohibitio alienationis, vti odiosa, stricte est intelligẽda.*

3 *Interpretatio ea semper facienda est, per quam pœna euitatur.*

DECISIO CCCCXXIX.

COncluserunt Domini, alienationem prædij, & impositionem super re communi cedere in portionem fideicommissi Francisci, ita quod prohibitioni alienationis per testatorem factæ non censeatur ita controuenisse, quin à caducitate sit excusandus. Quemadmodum enim † alienatio ab hærede grauato facta semper imputatur in portionem, quam grauatus detrahere potest, Cyn. in Auth. res quæ. C. com. de leg. Bart. in l. iubemus. col. 1. vers. item fallit. C. ad Trebell. Doctor. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. cum alijs hic adductis, & videmus in legitima & Trebellianica, in quibus fit semper imputatio rei alienatæ, ita etiam dicendum est, in Francisco habente portionem bonorum liberam, quod alienationem fecerit eius portionis, quæ fideicommisso obnoxia est, idque eo magis, quo petentibus ius in portione sua habet, quam filius in legitima, qui improprie illius creditor dicitur. Alc. in l. 4. nu. 25. ff. ad leg. Falc. Ias. cons. 181. lib. 2.

Non obstant in contrarium adducta. Primò, quod qui in communi possidet, non potest propria authoritate vnam rem potius, quam aliam in portionem suã accipere, quia nec filius pro sua legitima potest aliquã rem eligere, Saly. in l. filium, quem habentem. C. fam. erc. Dec. cons. 236. num. 9. & 10. sed arbitrio iudicis est assignatio facienda, Alex. in d. l. Marcellus. §. res quæ. col. pen. & cons. 117. vol. 2. Moder. de arbit. casu 164. & tamen alimenta in legitimam compensantur, Alex. cons. 178. vol. 5. Soc. consil. 36. vol. 3. Paris. consil. 17. in fin. vol. 2. prout etiam fit in diuisione rerum communium, in qua assignatur medietas cuiuslibet rei, sed iudicis officio vna vni, & alia alteri adiudicatur, qua ergo æquitate iudex mouetur ad imputandum alienata bonorum communium in portionem alienantis, neque repugnat, quod hoc modo aperta erit via fraudibus, quia hoc quidem verum est, quãdo alienatum esset electũ ex rebus melioribus hæreditatis, eo enim casu alienata imputantur in legitimam, Alex. d. consil. 117. num. 20. vol. 6. Nec habenda est ratio dicti Socin. cons. 16. nu. 13. lib. 3. qui negat hanc interpretationem reperiri iure cautam, quia licet facilis sit ad illud responsio stante dispositione d. l. Marcellus. §. res quæ. & quod in iure de similibus ad similia proceditur, tamẽ negari non potest, quod hoc applicetur, cum in suo casu alienans nollet imputari, & fideicommissarius omnino prætenderet, ipsum esse cogendum. Secundò nõ loquitur ad effectũ euitandi pœnam, prout hic. Nam certum est prohibitionem alienationis vti † odiosam stricte esse intelligendam, & eam semper capiendam interpretationem, † per quam contrauentio, & pœna excludatur, vt post Dec. & alios tradit Abb. consil. 97. nu. 41. maxime cum hic non possit considerari aliquis dolus alienãtis, vel animus subuertendi fideicommissum, qui tamen ad effectum pœnæ requiritur. Socin. Iun. consil. 28. lib. 1. Abb. supra allegat. vbi supra. quod enim cesset iste dolus ostenditur ex eo, quod res alienata non est de melioribus hæreditatis, sed est potius rei sterilis, adeo quod ex hoc solo potest dici non esse contrauentum, verum enim est, quod vbi per alienationem non offenditur mens testatoris, non dicitur cõtrauentũ, licet enim fiat contra verba prohibentia alienationem, Ang. consil. 169. Ias. in l. filiusf. §. Diui. in 2. lect. nu. 78. ff. de leg. 1. Soc. Iun. cons. 28. nu. 5. li. 2. Abb. d. cons. 97. nu. 15. Negari autem non potest, quin in hoc casu offendatur mens testatoris, quia ista alienatio fuit potius facta ad commodum fideicommissi, tum propter subrogationem factam de molendino, quod tanquam prius cõmune cum Dominis de Montefpecello erat minus vtile, ex quo quod commune est facile negligitur, tum quia vtilius est, accedit quod Franciscus habet filium, qui est vocatus ad fideicommissum adeoque etiam ex hoc capite præsumitur non adfuisse animum in fideicõmissario illud subuertendi, vt considerabat Abb. d. cons. 97. nu. 38.

Nec obstat cons. Castr. 77. nu. 2. lib. 1. quia ibi alienatio legitimæ expresse prohibita fuerat ad certã ætatẽ, & propterea bene cõcludit id, licet valuerit alienatio,

V 2 LAN-

LANCELLOTTI,

Anconitana, Fideicommissi, Ven. 19. Iun. 1598.

ARGVMENTVM.

Vxor hæres instituta sub conditione, donec vitam vidualem seruauerit, si cautionem Mutianam de vita viduali seruanda non præstiterit, hæres esse desinit, & idem obtinet, si ad secunda vota fecerit transitum.

SVMMARIA.

1 *Vxor instituta hæres, donec vitam vidualem seruauerit, cautionem Mutianam præstare tenetur, & ea non præstita, vt & per transitum ad secunda vota, hæres esse desinit.*
2 *Legatum, & institutio hæredis vt differant.*
3 *Cautio Mutiana cessat, vbi nõ est cohæres, vel substitutus.*
4 *Fideicommissum conditionale, vel in diem, ante conditionis euentum, vel diem non amittitur.*
5 *Fideicommisso etiam per pactum potest renunciari.*
6 *Iura conditionalia in pactum possunt deduci.*

DECISIO CCCCXXX.

CОnclusum fuit factum esse locum successioni ad fauorem Domini Federici, quia cum Domina Gabriella fuisset instituta hæres sub conditione, donec vitam vidualem seruauerit, requirebatur ad hoc vt posset esse hæres, vt cautionem Mutianam de vita viduali seruanda præstaret, qua non præstita hæres nunquam fuit, 1 † & transeundo ad secundas nuptias, perinde est ac si hæres instituta non fuisset, Auth, cui relicta. & l. fin. C. de ind. vid. tollend. iuxta decis. Bald. in d. l. fin. num. 3. Saly. col. 2. versic. quæro an præd. late Ruin. consil. 170. volum. 2. & fuit sæpius in Rota resolutum, in multis causis, præsertim in vna Fauentina Fideicommissi, coram Illustriss. Card. Blanchetto 21. Ianuarij 1584. & in eadem coram D. Pamphilio, 23. Ianuarij 1575. & in vna Asculana Hæreditatis, 14. Nouembris, & 16. Decembris 1594. coram Reuer. Patre D. Mellino, ex quo cautio ista non solum in conditionibus negatiuis locum habet, sed etiam in affirmatiuis, quæ morte legatariorum finiuntur, præsertim si implicitam negatiuam habeant, prout est ista l. pater. §. Lucius. ff. de condit. & demonstr. cuius opinio est communiter recepta, vt testatur Iason in l. siue apud acta. num. 20. C. de transact. Castr. rem. vulgat. lib. 2. c. 6. num. 1.

Non obstat, quod D. Gabriella in hoc testamento non fuisset instituta sub conditione si vitam vidualem seruaret, sed potius sub modo donec vidualiter viueret, & in euentum, in quem non seruaret, cessaret, & haberet vsumfructum, quo casu videtur pure instituta, cum similia verba non importent principaliter cõditionem, sed denotent potius temporis durationem, & tunc cum nõ sit apposita conditio primaria, & originis institutionis non est necessaria cautio, vt in his terminis consuluit Bald. consil. 266. vol. 5. Natt. consil. 459. nu. 14. cum seq. late Sil. Ald. consil. 114. inter consil. Matth. Brun. num. 16. quia fuit responsum, quod nõ versamur in legato, sed in hæredis institutione, quę cum sit actus vnicus, & perpetuus, & non possit esse ad annum, neç ad diem, prout sunt legata, & annua relicta, ac præstationes, talia verba resoluunt conditionem, vt dicebat Bald. ponens hanc differentiam inter 2 legatum, & † hæredis institutionem, ad d. l. 1. num. 2. & 3. sequitur Gabr. in loco allegat. Ang. Aret. in tract. de test. gloss 46. num. 10. & Emanuel Cost. in repetit. l. cum tale. §. in arbitratu. limit. 9. num. 1. ff. de condit. & demonstr. & Bald. in dicto consil. allegat. non se firmat, sed magis videtur inclinare in contrariam opinionem, quam legendo tenuerat in d. l. fin. vt etiam annotauit Ruin. loco citato, præterea etiam in vito modi, & non conditionis facta sit institutio, ad effectum cautionis, nihil differt modus à conditione, quia non propter conditionem, sed mentem testatoris de modo imponendo requiritur cautio, l. quibus diebus. §. fin. & ibi Bart. ff. de condit. & demonstr. declarat Iacobus Cusinus, lib. 4. & cap. 32. not. ff. in l. Mutianæ. num. 1. in fin. ff. de cond. & demonst. & est tantum reportans hanc verborum differentiam in d. l. fin. ad medium, ibi sum nimius cum aliquid C. de ind. vid. toll.

Non obstat, quod in casu non esset cui cautio præstari posset, stante D. Federici renunciatione, & cautio 3 cessat vbi non est cohæres, † vel substitutus, Gabriel. in d. l. fin. num. 4. versic. quod placet. Natta d. consil. 459. num. 14. quia etiam si quis cohæredem non habeat, vel substitutum, præstanda est cautio legitimo hæredi, qui ab intestato successurus esset, vt dicebat Natta in d. consil. 170. num. 7. & licet ipse nihil alleget est text. in l. is cui sub conditione. ff. de condit. & demonstr. & in Authent. de nupt. §. quę verò nunc sequitur. ad fin. §. coll. 4. & Saly. expresse reprobat Cost. in alleg. limit. 9. nom. 3.

Non obstat, quod Dominus Federicus stante renũciatione facta in iudicio procuratore Dominę Gabriellæ acceptante, quę habet vim pacti, Bart. in l. 1. num. 3. C. de repud. hæred. amplius habere non possit. l. sicut. §. 1. ff. de ædil. ed. Roland. consil. 215. num. 41. vol. 4. quia licet stantibus præmissis, quod Domina Gabriella non fuit hæres, non sit opus ingredi hanc difficultatem renunciationis, tamen dicebant aliqui ex Dominis renunciationem nõ obesse Domino Federico, quia 4 † tale fideicommissum conditionale, vel in diem ante conditionem, vel diem, repud. non amittitur. l. si ita scriptum. §. si sub conditione de leg. 2. & is, qui repudiat testamentum, ex eo quod putat testamentum nõ valere, l. neç is. de acq. hæred. imò repudiatio vno iure nempe institutionis, non censetur repudiatum ius legitimę successionis, vnde cum hic fuisset instituta vxor sub conditione viduitatis, ea resoluta locus erat legitimæ successionis ab intestato, in quo non adest renunciatio.

Et licet etiam fideicommissum per pactum renun- 5 ciari † possit iuxta dictum Bart. in d. l. 1. ex quo iura 6 conditionalia † in pactum deduci possunt l. quoties. de nouat. l. sub conditione. de solut. tamen requiritur, quod fiat inspectis, & cognitis verbis testamenti, & quod concurrat voluntas vtriusque vel fuit cum iuramento in iudicio parte præsentante, vel iudice pro parte acceptante alias simplex non tenet, vt post alios tradit Rip. in d. l. 1. num. 15. & 22. C. de pact. quæ hic non concurrunt cum procurator ad lites acceptare non posset, vel si poterat acceptando in genere, & petendo copiam, & terminũ ad deliberandum non simpliciter acceptauit, & ideo re integra poterat talis renunciatio reuocari.

Vltra quod requirebatur, quod renunciatio etiam fieret dictum fideicommissum in futurum sibi deberi, nam si fiat de iure de præsenti competente, nihil operatur, renunciatio verò ista non visa est ita concepta, vt respiceret ius futurum, & cum tunc Domina Gabriella nondum transijsset ad secundas nuptias, non poterat renunciatio trahi ad ius superueniens, cum semper intelligatur ex causa tunc subsistente, tradit post alios Myns. sing. obs. cent. 2. obseruat. 7.

Romana, Alimentorum, Lun. 2. Maij 1595.

ARGVMENTVM.

Alimenta ex subiectis rationibus augenda esse filio deciditur, licet is priorem taxationem eorum acceptauerit.

SVMMARIA.

1 *Filius alimentis renunciare non potest, etsi cum iuramento sese obligauerit. & num. 2.*
3 *Auus liberos filiorum sustentare cogitur.*
4 *Alimenta augentur, aucta familia.*
5 *Alimenta si decernuntur quæ obseruanda.*
6 *Alimentorum taxatio iudicis arbitrio relinquitur.*

DE-

DECISIO CCCCXXXI.

CONclusum fuit, D. Iacobo Cincio augeri debere alimenta, quia debitum alimentorum semper intelligitur rebus sic stantibus, vt fuit dictum coram Domino meo Decano, in Cæsaraugustana alimentorum, die 12. Dec. 1572. Vnde in hoc potissimum proposito non debet reprehensibile censeri, si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana, vt gl. dicit in c. non debet. de consang. & affin.

Non obstat, quòd sententia lata in quantitate sc. 50. singulis mensibus præstanda, fuit ab ipso Domino Ia-1 cobo acceptata, quia filius non potest renunciare † alimentis, quæ sibi iure naturali debentur, Spec. tit. qui filij sint legit. §. 1. num. 12. de iust. & iu. Bar. l. si quis à liberis §. parens. nu. 2. de liber. agn. loquitur etiã si pa-2 ctum fuerit † iuramento vallatum, quod scribit etiam Alex. l. quia talis. §. eleganter. nu. 12. ff. sol. matr. Alc. l. pacta quæ cõtra. nu. 7. C. de pact. Cou. in epit. lib. 4. decret. c. 8. §. 6. nu. 5. Crau. cons. 116. nu. 2. & cons. 189. n. 3. & ideo si ratio dictat, vt pietate cogẽte propter ipsam naturam alimenta debeant augeri eius consensus nullum ei præiudicium facit, quia debet intelligi rebus in eodem statu manentibus. l. quod seruus. ff. de cond. ob causam.

Iusta autem causa augendi alimenta Dominis videtur, quòd etiam Domino Iacobo nati sunt filij ex legi-3 tima vxore, quos auus † procul dubio tenetur etiam educare, l. si quis à liberis. §. non tantum. de liber. agn. Bart. in tract. de alim. num. 16. Ruin. consil. 45. num. 2. lib. 2.

Et quidem iudex ante oculos habere etiam debet seruos, & ancillas, qui quæve liberis susceptis deseruire debent, l. ius alimentorum. post princ. vers. ante oculos. &c. vbi pu. ed. deb. quibus & alimenta & vestimenta præstanda sunt, vt not. Flor. de S. Petro l. sed & si quid. §. manc. nu. 18. ff. de vsufr. Vnde aucta familia 4 alimenta etiam augeri † necesse est. Ang. consil. 357. num. 5. Gozad. consil. 95. num. 4. & sequitur summæ prudentiæ, & auctoritatis Dn. Syluester Aldob. cons. 31. num. 9.

Accedit etiam quod aucta sunt pretia non solum cibariorum, sed etiam habitationis, vestiarij, & calcearij ac aliarum rerum omnium ex quibus vita hominis sustentari debet, & experientia docet, quæ est efficax rerum magistra, c. quam sit. de elect. in 6.

Nec dubium est quin habitatio, vestiarium, & Calciarium debeatur, l. cum hi. §. qui transigit. & §. de calceatio. ff. de transact. & l. cognouimus. §. sed ne videamur. de hæret. & Man.

Vnde cum in decernendis ijs alimentis habenda sit 5 ratio † amplissimi patrimonij, quod habet Dominus Franciscus Pater Iacobi l. ius alimentorum. ff. vbi pup. educ. deb. & d. l. cognouimus. §. sed ne videamur. vbi secundum vim patrimonij, & l. cum plures. §. vlt. vbi pro facultate patrimonij, ff. de adm. tut. Bart. l. Imperator. num. 4. Alex. num. 5. ff. ad Trebellian. Boer. decis. 19. num. 8. Natt. consil. 48. nu. 1. Item conditionis personarum Auth. res quæ. ibi pro modo honestatis personarum, congruo. C. com. de leg. & d. l. cum plures. §. vlt. ibi pro dignit. natalium. de admin. tut. Caputaq. decis. 21. num. 3. par. 1. copiose scribit Tiraquel. de nobil. c. 20. num. 136. & seq. num. 148. & seq. nec non consuetudinis regionis, Crauet. consil. 189. in fin. ac to-6 tus denique modus † alimentorum iudicis arbitrio committatur idem Crauet. eod. consil. 189. num. 10. omnibus circumscriptis, quæ ex vtroque latere deducuntur, placuit Dominis, eidem D. Iacobo augeri alimenta ex quibus ipse cum sua familia commode possit vitam ducere, vsque ad menstrua scuta centum.

PENIÆ.

Romana, de Capizucchis, Lun. 26. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Officium cum emolumentis, ex quibus in præsenti casu, iure accrescendi, ad filios exclusis sororibus, deuolutum censeatur.

SVMMARIA.

1 *Ius accrescendi an post acquisitionem habeat locum. & num. 2.*

3 *Ius accrescendi quid.*

4 *Verba legis intelligenda sunt, secundum subiectam materiam, vt ad incapacem non referantur.*

DECISIO CCCCXXXII.

DIe 15. Decemb. 1600. vtraque parte informante, Rota censuit, officium seu lecturam Titi Liuij cum omnibus emolumentis ad Dominum Tarquiniũ de Capizucchis pertinere, causa iterum proposita ad instantiam Dominæ Virginiæ, & Sororum de Capizucchis. Domini in decisis persisterunt, non obstantibus deductis contra rationes, de quibus decisio fuerat munita, quæ in summa ad duo capita reducebantur primum ad infirmandum ius accrescendi ad fauorem Tarquinij in decisione firmatum, secundum ad euitandum intellectum l. vnicæ. C. si liberal. imperial. soc. lib. 10.

Quantum ad primum de iure accrescẽdi quod ha-1 beat locum † post acquisitionem in L. 1. §. interdum. de vsufr. accresc. Bar. in l. re coniuncti. num. 49. vers. 4. est considerandum. vbi Ias. num. 221. vers. adde quod, & resp. num. 156. versic. 4. casus est. ff. de leg. 3. responsum fuit, primo nõ fuisse quæstionem circa vtile officij dominium, quod non negabatur fuisse radicatum in personam Tarquinij, sed circa medietatem emolumentorum, quam filiæ Æmilij prætendebant durante Tarquinij vita, & consequenter attento Principis cõcessionis tenore, quam semper considerare oportet, Bald. tit. de duob. fratr. à Capit. inuestit. num. 3. versic. nota egregium text. in vsibus feudorum, locum fuisse iuri accrescendi, etiam post acquisitionem, Bald. in l. si mihi, & Titio. nu. 4. vers. non est ergo locus. ff. de verb. obligat. Iason in d. l. re coniuncti. num. 330. versic. suprascripta. ff. de leg. 3. Zucchard. consil. 50. num. 36. versic. sed sic est, verba autem concessionis erant clara, cum essent facta Antimo, Æmilio, & Tarquinio, & ad cuiuslibet eorum vitam, & rursus cum illis verbis, 2 quod liceret prædictis quamdiu vixerint, & quilibet ex illis vixerit totam prouisionem, & omnia emolumenta percipere, ex quibus cõsequebatur, vt vno moriẽte etiam post acquisitionem alteri portio morientis accresceret, nec ad hæredes illius spectaret. Ias. d. l. si mihi & Titio. num. 10. ff. de verb. obligat. Zucchard. consil. 50. num. 37. vers. quod si sit facta, quibus accedat quod etiam in actu inter viuos etiam ex præsumpta, & tacita disponentis voluntate, potest habere lo-2 cum ius accrescendi † post emolumentum acquisitum. Alex. consil. 17. nu. 10. Nam ex mente Ruin. cons. 159. num. 9. vers. 2. principaliter. lib. 1. Dec. consil. 73. num. 12. vers. quia id fallit. lib. 2. Gabr. cons. 66. versic. tamen quando. lib. 2. In casu autem proposito non solum de tacita, sed etiam de expressa mente concedentis constabat ex illis potissimum verbis, *& illi, qui ex vobis superuixerit.*

Secundò fuit responsum, quod licet proprie hic articulus non versaretur in iure accrescendi, negari non poterat, quin consisteret in iure non decrescendi, quod ad alterũ deuolueretur, altero deficiente, cum ius ac-3 crescendi sit ius † coniunctionis conseruans totum, quod alicui cessante concursu est relictum in solidum, l. 1. §. si verò non omnes. C. de cad. toll. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. nã hoc ius non decrescendi potius est amotio eiusdem impedimenti quam extensio, Bald. consil. 69. in fin. lib. 1. quam refert, & sequitur Card. Mant. lib. 10. de coniect. vl. vol. tit. 3. nu. 15.

Vnde in casu proposito Antimo, & Æmilio amotis ad Tarquinium in solidum pertinebant emolumenta, quod clarius indicabant illa verba concessionis inter vos, quasi voluisset Papa dicere, quod amoris vno, vel duobus de tribus, quibus concessio facta fuerit ad superstitem integraliter emolumenta spectarent.

Neque obstat decisio in causa Romana officij Donnariatus coram bon.memor. Robusterio, quia ibi aderant verba comprebendentia feminas, quibus Papa, si vult, potest concedere emolumenta similium officiorum.

Quantum ad secundum de l.vnica.C.de liberal.imperial.soc.lib.10.ex qua informãtes pro Domina Virginia, & Sororibus deducere conabantur ad ipsos pro medietate spectare emolumenta prædicti officij, ex quo pater ipsarum non decessit sine hærede. Responsum primo hunc articulum proprie non versari in terminis dictæ legis, cum officium non fuerit concessum simpliciter Tarquinio, & Æmilio. Si enim simpliciter concessum, probabiliter censeri potuisset concessum ad vtilitatem filiarum hæredum Æmilij, sed cum fuerit concessum cum clausulis, & verbis supra ponderatis non solum ex tacita, sed etiam ex mente concedentis expressa feminæ remanebant exclusæ.

Secundò respondebatur dispositionem dictæ legis intelligendam esse de hærede secundum subiectam materiam videlicet de capace largitatis Principis, vt declarat ibi Bar. quem sequũtur ibi communiter Doctores, teste Socin.iun.consil.37. num.13.vers. quemadmodum.lib.1. & Bero.cons.30.num.34.versic. quia repudiabatur.lib.1.

Tertiò respondetur, quod ille text. habet locum in gratia facta moto proprio, Sylu. Aldobrand. consil.1. nom.292.versic.primo est. Hæc autem concessio facta erat, ad petitionem partis, ibi, verbis in his supplicationibus, &c.

E I V S D E M.

Romana, de Capizucchis, Lun. 4.Iun.1601.

A R G V M E N T V M.

Filiæ an ex bonis fideicommisso subiectis, in præsenti casu, cuius species in decisione præmittitur, dotandæ sint, & alimentandæ, quæritur, & deciditur, eis ex illis nec dotem, nec alimenta præstari debere.

S V M M A R I A.

1 *Transactio operatur, vt à priore conuentione partes recessisse videantur.*

2 *Declarans nihil de nouo facere dicitur.*

3 *Auth.res quæ. C.comm. de leg.quando locum habeat.*

D E C I S I O CCCCXXXIII.

IN contractu matrimonij inter Vincentium de Capizucchis, & Laudemiam Rossam conuentũ fuit, vt præmoriente Vincentio Laudemia de certa parte suorum bonorum, ad fauorem filiorum ex alia vxore Vincentij, vel alicuius ex eis disponere teneretor. Præmoriens deinde Vincentius hæredes vniuersales instituit Æmilium, & Tarquinium, & alios filios suos masculos, eosque sine filijs masculis decedentes, inuicem substituit, & filias congruenter dotari mandauit.

Anno 1595. Æmilius & Tarquinius ad facilius obtinendam dispositionem, quam à Laudemia fieri sperabant, & ad omnem suspicionem tollendam æquales fore in successione bonorum Laudemiæ concordarũt, ita vt alter alterom fortassis non nominatum, vel inæqualem relictum participem facere debebat, vt æqualitas inter ipsos respectu bonorum Laudemiæ seruaretur, addentes, vt prædicta bona fideicommisso paterno subijcerentur.

Eodem anno 1595. Laudemia ad sedandas controuersias inter se, & Tarquinium exortas, eisdem Aemilio, & Tarquinio bona quædam nominatim descripta, pro æquali portione consignauit, cum expressa conditione, quod altero sine filijs masculis decedente, eius portio ad alterum perueniret.

Aemilio sine filijs vita functo, quinque filiæ feminæ, quas hæredes vniuersales instituit, in possessionem portionis bonorum, tam Vincentij, quàm Laudemiæ immissæ fuerunt, cum autem Tarquinius restitutionem bonorum fideicommisso subiectorum, vigore testamenti paterni, & dispositionis Laudemiæ sibi fieri postularet, & econtrario filiæ Aemilij competentes dotes, & alimenta ex dispositione testamenti Vincentij patris habere prætenderent, dubitam, An bona Laudemiæ fideicommisso à Vincentio patre inducto essent subiecta, ita vt filiæ, & hæredes Aemilij inde ali, & dotari deberent, sicut de bonis ipsius Vincentij patris, & Rota, vtraque parte informante, filias Aemilij nec alendas, nec dotandas ex bonis Laudemiæ censuit.

Nam omisso illo perplexo articulo, An pactum inter Aemilium & Tarquinium de succedendo in bonis à Laudemia viuente, relinquendis valeret, l. fin. C. de pact. quamuis valuisset, ex transactione deinde inter Laudemiam, Aemilium & Tarquinium subsecuta, videbatur aliam naturam induisse, quasi per eam transactionem † ab eo fuerit recessum, & consequenter omnia Laudemiæ bona integra sine aliquo onere ad Tarquinium superuiuentem peruenire deberent. Parisios consilio 24. num.18. versic.alterius.lib.2. Put.decis.113.num.7. vers.ita etiam. libr.2.

Cum enim fideicommissum à Laudemia inductũ diuersum esset ab eo, qood Vincentius induxerat, dum Tarquinius, & Aemilius, hoc per concordiam cum Laudemia initam, acceptarunt, à primo pacto, ratione incompatibilitatis, recessisse præsumebatur. Crauett.consil.167.num.9.vers.3. & consil.257. nu.5. vers.9.

Et attentis præsertim illis verbis, *sine quauis diminutione excludentibus omne ius, & etiam Trebellianicã.* Bald.in l.precibus.num.6. vers. procedo vlterius. C.de impub.& al.substit. Paris.cons.9.num.9. vers.& vltra. lib.3.Card. Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.3.tit. 12.num.16. vers.longe magis.

Accedebat præterea subsecuta declaratio Dom.Laudemiæ, expresse volentis, ne filij ex Aemilio & Tarquinio descendentes, aliquod penitus ius, neque ratione dotis, neque ratione alimentorum, neque ratione alterius causæ, superuiuentibus Tarquinio, vel eius filijs & descendentibus, masculis, prætendere possint, ex ista enim declaratione patebat, Laudemiam noluisse in transactione bona sua aliquo onere alendi, vel dotandi grauare. Nam qui declarat, nihil † de nouo facit.c.nouit.de appellat.

Atque ex his præcipuis fundamentis tollebantur allegata per Informantes pro filiabus hæredibus Aemilij de Capizucchis, & potissimum illud ex Auth. res quæ. C. comm. de leg. quæ habet † locum inter ascendentes, non aotem, quando testator est extraneus, vel transactionis, Iason in Authentic. res quæ. num.12.vers.imo fortius. Curt. inn. nu.18. versic. ibi autem. vbi testator de communi. Alexand. in l. filiusfamil.§.Diui.num.10.versic.an autem. & ib.Ias.num. 16.vers.qoid autem. de leg.1. Roland.consil.27.num. 16.versic.an quarta.lib.4.& Ruin. consil.137. num.7. versic.istud tamen lib.2.

E I V S D E M.

Eadem Veneris 8. Februar.1602.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Superiori causa rursus proposita, cum decisum fuisset, filias ex bonis, de quibus in casu, nec dotem, nec alimenta petere posse, quæritur, an saltem vigore pacti in instrumento constitutionis dotis appositi, ex quo in parte transierint, sub eius dispositione testamentaria continerentur, ad effectum, vt ex ijs dos, & alimenta filiabus debeantur, quæ non comprehendi resoluitur.

SVMMARIA.

1 *Pactum impeditiuum matrimonij, & liberæ dispositionis, non est attendendum.*

2 *Donatio facta coniugi nobili ab ignobili, quasi in remunerationem nobilitatis, an ex hac ratione sustineatur.*

3 *Iuramentum sequitur naturam contractus, super quo apponitur.*

DECISIO CCCCXXXIV.

Die 4. Iunij, anni præteriti 1601. fuit propositum, dubium, An bona Laudemiæ in transactione expressa, & vigore concordiæ inter Aemilium, & Tarquinium fideicommisso à Vincentio patre subiecto, essent subiecta, ita vt filiæ & hæredes Aemilij inde ali, & dotari deberent, sicut de bonis ipsius Vincentij patris, & tunc Rota vtraque parte informante, filias Aemilij, nec alendas, nec dotandas, ex memoratis Laudemiæ bonis, censuit ex rationibus in decisione deductis.

Ceterum quia filiæ & hæredes Aemilij prætendebant eadem bona Laudemiæ, si non vigore concordiæ inter Aemilium & Tarquinium saltem vigore pacti appositi in instrumento constitutionis dotis, contineri sub dispositione testamentaria Vincentij, ideo super hoc, præmissis quibusdam præsuppositis in facto verificatis, dato particulari dubio, An per instrumentum dotis bona Laudemiæ transierint in Vincētium, ita vt comprehenderentur sub eius dispositione testamentaria, ad effectum, de quo agebatur, vt scilicet ex dictis bonis filiæ Aemilij ali & dotari deberent. Rota vtraque parte informante, non comprehendi censuit.

1 † Pactum enim inter Vincentium, & Laudemiam initum cum matrimonio copularentur, quod præmoriente Vincentio consequenter super omnibus, & singulis bonis in dotem datis, & super eiusdem Vincentij scut. 400. annua, de quibus posset disponere, in fauorem tamen filiorum eiusdem Vincentij, vnius, vel plurium, prout sibi placeret, & non aliter, alias, nec alio modo, & quod Laudemia præmoriente Vincentio sui hæredes, à dicto Vincentio, vel suis hæredibus petere possent, tāquam impedimentum secundi matrimonij, & liberæ dispositionis testandi dict. Laudemiæ non valuit, l. 2. ff. de pact. dotal. l. 2. vbi Bartolus num. 1. in fin. & communiter scribentes. ff. de dot. præleg. idem Bar. in l. pro hæreditarijs. num. 17. vers. scias tamen. C. de hæredit. act. Lap. allegat. 129. nu. 23. versic. item non valet. Phanuc. tractat. de lucr. dot. §. per mortem. nu. 15. vers. 7.

Nec ex eo pactum reddebatur validum, quod præmoriente Vincentio annua 400. relicta fuerunt Laudemiæ, ex quibus potuisset ad secundas nuptias transire, quia id esset verum, si 400. illa annua fuissent Laudemiæ reseruata, vt libere de illis disponere teneretur, ad fauorem filiorum Vincentij, ex prima vxore susceptorum, ex quo cum & transitus ad secundas nuptias, & libera testandi facultas Laudemiæ fuerit adēpta, non potuit sustineri pactum ex illa reseruatione scut. 400. annorum. l. pactū quod dotali. C. de pactis. Cagnol. in l. fin. num. 123. & seq. C. de pactis. Dec. consil. 202. num. 3. versic. sed in casu. & consi. 247. num. 8. versi. ista enim. Rip. lib. 3. respons. cap. 14. num. 4. Curtius iun. consil. 25. num. 2. versic. nec prædictæ. Ceph. consi. 485. nu. 125. vers. sed istis.

Et eodem modo respondebatur ad aliam reseruationem facultatis disponendi de scutis 100. semel pro omnibus, quia neque hæc reseruatio erat libera, nec sufficiens, cum id, quod reseruatur, debeat excedere vigesimam saltem partem patrimonij, quod donatur. Cephalus consil. 485. num. 128. & 133. Menochius consil. 184. num. 4. versic. & in specie. Iulius Clar. in cap. donatio. quæst. 9. versi. 2. principaliter. paria enim sunt nihil, vel quid modicum reseruare, cum id, quod reseruatur, tale esse debeat, vt verisimile sit reseruantem....hæredem. Cagnolus d. l. fin. num. 124. versi. non etiam. C. de pactis. vbi Bologniet. num. 131. versic. secundo istud. Curtius iun. in l. stipulatio hoc modo concepta. num. 91. versi. limitatur. & ib. Claud. Seys. num. 19. versi. 5. ff. de verb. oblig. Honded. consil. 39. num. 15. & seq. versic. sed si reseruatum. Aliquibus ex Dominis non displicebat aliud motiuum ex eo deductum, quod hoc pactum, tanquam continens donationem, seu remissionem iuris petendi dotem, in casu dissolutionis matrimonij, per obitum mariti, non poterat celebrari sine solennitate, statuti antiqui vrbis, lib. 1. cap. 19. quod habet locum, vbicunque mulier directè, vel indirectè læditur, vel remittit ius suum. Crescent. decision. 3. in c. statutum prædictum. de const. & tenuit Rota in caus. Roman. pacti. de redim. die 9. Decemb. 1588. coram Domino Comitulo, nunc Reuer. Perusino.

Non placuit Dominis, quod proponebant Informantes contra Tarquinium ex Tiraquel. de nobil. 2 c. 18. nu. 19. quod licet regulariter inter virū † & vxorem non valeat donatio, valet tamen si fiat per ignobilem nobili, quasi in remunerationem nobilitatis, quam acquirit ignobilis à coniuge nobili, quia Laudemia non poterat omnino ignobilis censeri, cū prius fuisset nupta viro nobili de Iustinis, Vincentio de Capizucchis sanguine coniuncto.

Præterea Laudemia non donauerat bona sua Vincentio, titulo donationis, qui titulus non durat post solutum matrimonium, nec habet aliquid commune cum donatione.

Ad difficultatē propositam ab eisdem Informantibus pro nobilibus mulieribus de Capizucchis contra Tarquinium ex iuramento deductum, respondeba- 3 tur, quod cum † iuramentum sequatur naturam contractus, super quo apponitur, vt in terminis huius pacti tenuit Bart. in d. cōs. 126. nu. 5. vers. nec obstet. p. 1. cessante pacto, tāquam inualido, nihil operatur iuramentum. Atque ex his conclusum, per instrumentum dotis bona Laudemiæ non fuisse comprehensa sub dispositione testamentaria Vincentij.

ROBVSTERII.

Maceratensis, Hæreditatis, Mercur. 27. Iunij 1584.

ARGVMENTVM.

Possessione dubia existente sequestranda est possessio penes Rotam, nec præiudicium hinc in Vtronis iudicio oritur.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ iura omnium præseruat, & in petitorio, & possessorio intelligitur.*

2 *Possessio dubia sequestranda.*

DECISIO CCCCXXXV.

Qvod sequestretur possessio penes Rotam sine præiudicio aliquo, tam in possessorio, quàm in petitorio partiū, quia est dubium, quis possideat, & omnes prætendunt possidere, & sentētia de partibus, 1 quæ præseruat † iura omnium, intelligitur tam in petitorio, quàm in possessorio ex allegatis, ideo ne interim

2 terim veniant scandala, sequestranda est † possessio sine alicuius præiudicio, & deinde videndum, quis in possessorio retinendæ habeat meliora iura, & illi debitur manutentio.

PAMPHILII.

Romana, Census, Veneris 26. April. 1596.

ARGVMENTVM.

Solutio, etiam vnica, quasi possessionem exigendi censum tribuit.

SVMMARIA.

1 *Solutio vnica quasi possessionem exigendi censum tribuit.*
2 *Constitutus in quasi possessione exigendi censum, manutenendus, donec contrarium probetur.*

DECISIO CCCCXXXVI.

PRo Illustrissimo Domino Cardinali informante, quia ex schedula subscripta per Illostriss. Dominum Iulianum ex partitis librorum Luragli, in actis exhibitis constat de solutione scut. 160. sub die 22. Iun. ann. 1590 facta Cardinali ex ordine Iuliani pro duobus semestribus census, de quo agitur, per quam
1 solutionem, licet † vnicam, dicitur cõstitutus in quasi possessione exigendi præfatum censum, Abb. in c. cum ecclesia Suttioa, num. 23. & Rip, num. 52. de caus. possess. & prop. & Roman. consi. 311. nu. 7. & consequenter est in ea manutenẽdus. §. hodie. Instit. de interdict, cap. querelam, de elect. Bart. in l. ait prætor. §. quod ait. ff. vti possid. & hoc non obstante asserta extinctione prædicti census, quæ tanquam requirens altiorem indaginem, cum prætendatur ex defectu potestas Luragli extinguentis, per ea, quæ deducta fuerunt corã Reuerend. Patre, Domino meo Decano, in causa Ariminensi Census, sub die 1. Iul. 1588. est remittenda ad iudicium petitorium, & non impedit manutentionẽ,
2 † donec ea discutiatur, Caputaq. decision. 121. par. 1. & in fortioribus terminis pendente iudicio restitutionis in integrum, post latam sententiam in petitorio, tenuit Rota sub die 22. mensis præteriti, in causa Venetiarum, coram Reuer. Patre Domino Arigonio.

SERAPHINI.

Romana, Pretij vineæ. Lun. 25. Iun. 1584.

ARGVMENTVM.

Exceptio euictionis quando emptori, quo minus ad pretij solutionem teneatur, non obstet.

SVMMARIVM.

1 *Consensus domini directi in alienatione necessaria non requiritur.*

DECISIO CCCCXXXVII.

FVit proposita causa super articulo exceptionis euictionis reseruatæ in propositione & decisione Dominorum, sub die 27. April. & conclusum fuit, hanc exceptionem non iuuet D. Iulium, nam in huiusmodi remedio hypothecariæ actionis paria sunt, vt quis possideat, aut quod dolo, vel lata culpa desierit possidere, l. 1. C. si vend. pign. ag. l. 1. ff. de distr. pignor. cum sim. Cum autem per Dominos de Pinellis iam fuisset in iudicio deducta actio contra Dominum Iacobillum super pretio vineæ, antequam per Dominos directos intentata esset iudicialiter actio super deuolutione, debebat Dominus Iacobillus cautionẽ exigere à Dominis directis, alias non fuit liberatus a priori actione. l. is à quo. de rei vend. l. cum idem. de petit. hæred. & ib. Bart. Ang. Castr. Fulgos. & alij, qui enim cautionem huiusmodi non exigit, dolo carere non videtur, §. dolo. ad leg. Falcid. Bart. in d. l. cum idem. & in d. l. cum is, à quo, quem omnes sequuntur, quæ eo maximè procedunt, quia in defensione vineæ aduersus dictum directum Domin. Iacobillus negligenter se gessit, neque defensiones proponit, neque à sententia appellauit, videtur autem sententia, vel per imprudẽtiam iudicantis lata. l. si per imprudentiam. de euict. vel per contumaciam rei. l. si ideo contra emptorem, eodem tit. & vtroque casu nemini nocere debet, hoc autem satis ostenditur ex sententiæ iniustitia, quæ neque ex capite alienationis ferri poterat, cum alienatio fuerit necessaria, non voluntaria, & ideo consensus
1 † Domini directi non requirebatur, Bald. in cap. 1. & sequent. num. 11. de prohib. feud. alien. Ias. in l. fin. nu. 113. C. de iur. emphyt. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 6. & seq. Grat. consi. 133. nu. 10. lib. 1.

Neque etiam ex capite nõ solutionis canonis, cum in vita Cardinalis non fuisset facta declaratio caducitatis. Accedit, quod tempore, quo iudicium hoc pependit in Curia Capitolij, nulla fuit facta intimatio de Pinellis, qui si id sciuissent, potuissent defendere causam.

Ex quibus conclusum D. Iacobillum non esse liberatum ab obligatione solutionis pretij ad omne mandatum Domini stante prioritate Dominorum de Pinellis, prout fuit resolutum.

ORANI.

Romana, Prętensæ Rescissionis Cõtractus, Dominorum de Sfortia. Lun. 10. Februar. 1595.

ARGVMENTVM.

Contractus vt rescindatur, error probandus est, & qualem illum esse oporteat, declaratur.

SVMMARIA.

1 *Error in dubio non præsumitur.*
2 *Ignorantia vt excludatur quæ necessaria.*
3 *Fideicommissum morte fideicommissarij euertitur.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

IN causa Romana, rescissionis Dominorum de Sfortia, fuit dubitatum præsupposita donatione quondam Cardinalis S. Floræ, facta suis fratribus germanis, illius acceptatione, testamento quondam Comitis S. Floræ, cessione Illustris. Domini Cardinalis Sfortię, ad fauorem Excell. Domini Ducis, An constaret de tali errore Domini Ducis, propter quẽ locus esset repetitioni, occasione dict. cessionis Illustrissimi Domini Cardinalis solutorum: & Dominis placuit negatiua resolutio. Nam cum in † dubio error non præsu-
1 matur. l. si post diuisionẽ. C. de iur. & fact. ignor. Bal. in l. quicunque. num. 2. C. de seruit. fug. ideoque clare ab illum allegante probandus est, Baldus in l. Imperator. la 1. num. 19. ff. de stat. hom. Dec. in l. si liberatius. num. 3. & ibi Cagnol. num. 8. de reg. iur. & quidem talis, qui alias ipsum ad sic contrahendum facile retraxisset. l. cum te. vbi Fulg. nu. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. Alex. in l. dedi. la 2. num. 8. ff. de cond. caus. data numeratio nomine Domini Ducis facta sub prętextu erroneo, quod inde acquirebat bona, quæ putabat libera, & postmodum cognouit fideicommisso ita subiecta, vt temporis successu nihilominus essent ad se peruentura, non causauit talem ignorãtiam, ex qua necessario concludi possit defecisse consensum, & in consequentiam contractum fuisse inualidum.

Ceterum admisso, quod etiam fideicommissorum ignorantia fuisset clara, tamẽ cum in transactione vitra bona fideicommisso obnoxia, quam plurima cessa sibi, fuerunt libera, necesse est, quod probent ea non correspondisse quantitati pecuniæ Illustriss. Domino Cardinali solutæ, quia interim statur instrumento. Gram. consil. 65. habita fuerit notitia, vt patet ex tenes in instrumento enunciato testamento quondam Comitis, ac diuisionibus domus Sfortiæ, quæ duo sunt, nempe testamentum Comitis, & diuisiones fiduciariæ, quondam Comitis S. Floræ, quia eo ipso pręsumitur habuisse notitiam eorundem tenoris, & quod in eis vocatus esset. Alex. consil. 39. nu. 6. lib. 2. Soc. consi.
2 63. nu. 8. lib. 7. ad effectum enim excludendi † ignorantiam, non est necessarium, quod in instrumento tran-

transactionis inserantur verba, *visis & inspectis verbis fideicommissi*, sed satis est, quod appareat interuenisse scientiam intellectualem, vt tradit Bart. in l. de his. nu. 6. & ib. Castr. nu. 7. Ias. nu. 14. ff. de transact. idem Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. 2. q. Rip. nu. 76. præsertim, quod dicta scientia allegatur tantum ad effectum substituendi transactionem, non autem, vt per eam renuntiatũ dicatur fideicommisso, quo casu etiam admittitur coniectura. Dec. in l. eius, qui in prouincia. §. fin. nu. 9. vbi Alciat. nu. 33. ff. si cert. petat. Idem Dec. consil. 167. num. 1. Socin. iun. consil. 136. num. 2. vol. 1. quæ quidem vrgentissime concludunt, cum nedum in testamento fuerit expressum, quod Illustriss. Dominus Cardinalis illi cedebat iura sibi in futurum competitura, post obitum Domini Pauli, quæ non poterant ratificari, nisi ratione fideicommissorum, & quod huiusmodi cessionem faciebat in augmentum fideicommissi & primogenituræ, ad fauorem Domini Ducis ordinatæ, quodq; decedente Domino Duce, absq; filijs masculis, nullum cẽseretur factum præiudicium fideicommissarijs relictis ad fauorem Illustriss. domus Sfortiæ, sed etiam in eo, triplex fuerit depositum decretum cum causæ cognitione, in quorum altero interfuit Dominus Paulus, cui notissima erât fideicommissa, vt pote, quæ etiam suum commodum respiciebant, nam vocatus in huiusmodi diuisionibus, & in testamento Comitis S. Floræ, tanquam proximior in dictis bonis Cardinalis erat præferendus Domino Duci.

Non potest autem erronea dici transactio, quę Domino Duci suffragetur, etiam si Illustriss. Dn. Cardinalis in dicto instrumento irreuocabiliter inter viuos asserat se donare bona sua feudalia, & allodialia, quæ possidet in statu Lombardiæ, remittẽdo Domino Duci omne ius, quod in eis habet, etiam ex causa detractionis legitimæ, & Trebellianicę, reseruato nihilominus sibi in dict. bonis integro vsufructu, dum vixerit, & libera administratione, iurisdictionis castrorum, & bonorum prædictorum, vita durante, & reseruando datium Lõghe Padi, vt possit Domino Duci eundem vẽdere. Nam si eam fundat in eo, quod dict. bona vocet sua, quæ erant subiecta fideicommisso, communi text. in l. fin. §. nemo putet. C. de leg. Roland. consi. 71. num. 28. lib. 2. facile respondetur, dicendo illud pronomen fuisse prolatum gratia demonstrationis l. si ita. de aur. & argent. leg. quasi diceret, *il suo Stato di Lombardia*, de quo statu sentiret, cum non solum in Lombardia esset eius status, Rebuff. in l. meorum & tuorum. ff. de verb. signif. vel etiam illud fuisse adiectum; ex quo, quamdiu pendebat conditio fideicommissi, 1 erat suus status, l. fin §. si autem C. comm. de leg. † & poterat præmori fideicommissarius, ita quod fideicõmissum remaneret caducũ, l. fine. C. de caduc. tollend. si verò persistit in eo, quod detractioni legitimæ, & Trebellianicæ locus esse non poterat, stante earum expressa prohibitione, & tunc, vt alias dictum fuit, detractio legitimæ non potuit per diuisionem factam à quondam Cardinali S. Floræ inter fratres de bonis communibus, nec non etiam à Domino Comite in suo testamento prohiberi. Nec releuat, quod dict. Domin. Cardinalis in vẽditione promiserit datium immune, & exemptum ab omni fideicommisso, præterquam à fideicommisso Comitis S. Floræ; quia non constat de alio fideicommisso super dict. datio, nec inde resultat talis causa, quæ Domin. Ducem ad sic contrahendum traxisset, vt supra. Cum ergo donatio Illustrissim. Domin. Cardinalis comprehenderet, nedum legitimam sibi debitam, & spem, quam in bonis fideicõmisso subiectis, habebat, etiam tanquam cessionarius sororis, ac ius, quod super statu S. Floræ ratione primogenituræ prætendere poterat, verum etiam dotes parentis & sororis, & æs alienum à suo patre contractũ, vltra diuersa legata, per eum soluta, satis liquet, donationem nõ fuisse frustratoriam, vt nec erroneam, cum etsi in rebus donatis in aliquo fuisset peccatum, per æstimationem aliarum supplementum accipiat, iuxta tradita per Baldum in leg. vltim. §. præterea. num. 4. C. de iur. dot. cum allegat.

Ex his, & alijs per Aduocatos Illustrissim. Domini Cardinalis deductis, fuit conclusum, non constare de errore.

LANCELLOTTI.

Foroliuiensis, Iuris patronatus. Merc. 24. Iun. 1601.

ARGVMENTVM.

Filij fratrum prædefunctorum cum patruis in stirpes, non in capita succedunt.

SVMMARIA.

1 *Testatoris voluntas ex coniecturis colligitur.*

2 *Filij in locum patris intrant.*

DECISIO CCCCXXXIX.

DVbitaui, quinam essent hæredes Ioannæ, & præsupponebatur, quod tempore eius mortis Bartholomæus superuiuebat, cum quatuor filijs masculis, Alexander verò, Euangelista, Sebastianus, & Ioannes essent defuncti superstitibus Petro Francisco Sebastiani filio, & Paulo filio Ioannis, & Domini resoluerunt, filios Bartholomæi non fuisse hęredes Ioannis ad effectum, de quo agebatur, vt..... in voce Bartholomæi partem non facerent, & cum Ioanna relationem habuerit ad testamentum Hieronymi sui patris, qui hæredes vniuersales instituerat eos, qui erant instituti, nominati, descripti & annotati per Hieronymum eius patrem in suo testamento: Considerata fuit hæc institutio perinde, ac si fuissent instituti Alexander, Euangelista, Sebastianus, Ioan. & Bartholomæus, & eorum filij masculi. Istos enim Hieronymus substituit vxori, ad trad. per Gabr. de testam. conclus. 11. num. 1. & seq. vbi ostendit communem opinionem esse contra consil. Ruin. cons. 165. nu. 8. lib. 2. pro D. Camillo allegat. Quamuis autem per dictam institutionem nominati, & instituti in testamento Hieronymi vocati censeantur simul, & semper, non ordine successorio, ita vt filij simul cum eorum parentibus succedere deberent, cum nulla adsit necessitas instituendi, iuxta communem Doctorum opinionem, in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. tamen ab hac conclusione recedi, si ex coniecturis de contraria volun-1 tate † testatoris apparet, tradunt ijdem Doctor. in §. quidam rectè. vt constat ex relatis ab Illustriss. Domino Mantica, de cõiectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 7. num. 7. & seq. Peregr. de fideicommiss. art. 17. num. 27. cum seq. quæ contraria voluntas testatoris satis colligitur in hoc casu ex ipso testamento, tum quia in sequenti substitutione non amplius nominat filios, sed tantum illos nominatos, & substituit in stirpes, & non in capita, quod præstat magnam coniecturam, vt intelligantur ordine successiuo, ex qua substitutione declaratur, qui comprehendantur in institutione, tanto magis, cum ista clausula in stirpes posita sit etiam in præcedenti legato, tum etiam, quia Euangelista, Alexander, Hieronymus, & Ioan. pro æquis portionibus fuerunt substituti; & filij istorum nondum erant nati, & hæ sunt vehementes coniecturę ad ostendendũ, quod non fuerunt vocati simul, & semel ex deductis in causa Bononiensi, de Felici. 4. Febr. 1591. coram Reu. Patre Domino meo Decano.

His ita firmatis, cum tempore obitus Ioan. ex institutis in testamento Hieronymi extarent solum Bartholomæus, Petrus, Franciscus, & Paulus, institutus tantum quilibet pro 3. parte, fuerint hæredes Ioannæ; cum filij Bartholom. vt dictum est, inuito patre non fuerint hæredes, neque etiam aliquid in hoc iuris patronatus prætendere possunt. Cardin. in clement. plures.

res.nu.8.de iure patr.Cald.cōsil.19.eod.tit. Caputaq. decis.365. p.2.

Non obstat, quod solus Bartholomæus fuerit hæres Ioannæ, cum ipse solus ex nominatis per Hieronymum tempore eius obitus superuiueret, nam quamuis alij nominati essent defuncti, tamen loco illorum 2 subintrant † filij ad portionem patris, successiuè vocati, iux. cons. Dec.320.n.5.& seq.& cons.372.per tot.

Foroliuiensis, Iuris patronatus. Lun. 10. Decemb. 1601.

ARGVMENTVM.

Filij fratrum defunctorum cum patruo duos filios habēte, in stirpes, non in capita concurrunt in successione.

SVMMARIA.

1 *Voluntas testatoris pro lege seruanda. & num. 5.*
2 *Successio in stirpem quando detur.*
3 *Ambigua ex subsequentibus declarantur.*
4 *Filius quando in locum parentis intret.*
6 *Testamenti pars vna per alteram potest declarari.*

DECISIO CCCCXL.

FVit resolutum, Franciscum quondam Sebastiani, & Paulum quondam Ioannis succedere debere cum Bartholomæo eorum patruo duos filios habente, in stirpes, & non in capita, in hæreditate Ioā. & consequenter in iure præsentādi, quod ei competebat ad beneficium, de quo agitur, & quod ius præsentandi regulariter transit ad hæredes patronorum. c.1. & c. quoniam. de iure patr.

Et ea moti fuerunt ratione Domini, quia Ioan. in suo testamento voluit eosdem sibi hæredes fore, quos in suo testamento hæredes fecit, nominauit, instituit, & substituit Hieronymus pater, ad quod testamentū voluit haberi relationem.

Vnde, quemadmodum in testamento D. Hieronymi post obitum Ioan. vocantur Alexander, Euangelista, Sebastianus, Ioannes & Bartholomæus, nepotes ipsius Hieronymi, eorumque filij, eo addito, quod si aliquis dictorum Alexandri, Euangelistę, Ioannis, & Bartholomæi decederent sine filijs masculis, substituebat superuiuentes, & superuiuentium filios masculos in stirpem, ita & in hoc casu dicendum est, ad hæreditatem Ioannæ Bartholomęum nepotem Domini Hieronymi, tunc superstitem, nec non Petrum Franciscū, quondam Sebastiani nepotis eiusdem Hieronymi, & Paulum quondam Ioannis, similiter nepotis Hieronymi, æqualiter vocatos censeri deberi, ad tex. in auth. si quis in aliquo. C. de edend. cum vulg.

Mentem autem D. Hieronymi testatoris, satis perspicuam colligi, visum fuit Dominis, ex supra dictis, in stirpem, & non in capita fuisse, vocare filios nepotum, non superuiuentium, in concursu nepotum superuiuentium in stirpem, & non in capita, & sic voluisse filium, seu filios præmortui quodammodo sub1 intrare in locum patris, quæ voluntas † pro lege seruari debet, §. disponat itaque. Auth. de nupt.

Nec obstat, quod in testamento Hieronymi non legatur filios præmortuorum nepotum vocari, in verbo particulæ testamenti exhibitæ, ita se habeant superuiuentes, & superuiuentium filios masculos in stirpes, & non in capita, siquidem quia considerata tota serie testamēti, & voluntati testatoris, quæ in his prædominatur. vulg. l. in conditionibus. & l. Publius. ff. de condit. & demonstr. clarè colligitur imperitia Notarij, omissum fuisse apponi dictionem, non ante illud superuiuentium, quæ propterea partibus obesse non debet, l. Imperator. ff. de statu homin. l. si librarius. ff. de reg. iur. glos. in l. fin. C. de fid. instrum. cum alijs, de quibus per Dec. consi. 44. num. 3. lib. 3. & quod verissimum sit, attēta serie testamenti, & mente Hieronymi testatoris, patet, quia post Ioan. vocantur præfati quippe fratres, nepotes ipsius testatoris, & filius eorum, quæ vocatio filiorum præfatorum intelligi debet ordine successiuo, & sic filij vniuscuiusque nominatorū succedant in portione parentum suorum, & quæ alias ad ipsos parentes, si viuerent, spectaret. Ruin. consilio 168. num. 11. lib. 2. Paris. cons. 91. num. 30. & seq. lib. 2. cum alijs, de quibus per Peregr. de fideicomm. art. 21. num. 42. quod clarius colligitur ex subsequentib. verbis, ibi, quod si aliquis Dominorum Alexandri, Euangelistæ, Sebastiani, Ioannis, & Bartholomæi decederēt sine filijs masculis, substituit superuiuentes, hoc est, nepotes, qui tunc superuiuerent, & dum sequitur, superuiuentium filios, in stirpem, & non in capita, vult dicere, & non superuiuentium filios, tum quia ista 2 † successio in stirpem non datur, nisi vbi adest concursus filiorum vnius stipitis, cum alio stipite, & non respectu vnius stipitis tantum, vt, quando filij vnius fratris pręmortui concurrunt cum fratre præmortui fratris, de cuius hæreditate agitur, & sic eum patruo, vel vbi plures nepotes ex filio præmortuo concurrunt cū patruo, & sic cū filio aui, de cuius successione agitur, ad tex. in l. reliquum. in Authent. quæ ab intest. defer. coll. 9. & in §. cum filius. Instit. de success. quæ ab intestat. defer. tum etiam, quia ex subsequentibus verbis, 3 quæ in omnem casum præcedentia ambigua † solent declarare, iuxta tex. in l. si cum fundum. ff. de verb. signific. videtur tolli omnis difficultas, ibi, vt succedant dicti eius nepotes in capita, & eorum filios masculos in stirpem, ex quibus manifestè cōstat, testatorem voluisse nepotes superuiuentes succedere debere in capita, vt ibi, cum eis concurrant filij nepotum præmortuorum, voluit & illos succedere, cum prædictis in stirpem hoc modo repræsentando personam patris eorum.

4 Nec obstat, quod hodie filius non subintrat † in locum patris, nisi vbi agitur de succedendo patruo, vel auo, iurib. de quibus supra. & quod dict. qualitas patrui, vel aui, non potest considerari, respectu personæ Ioannæ, quia fuit responsum, quod Petrus, Frācisсus, & Paulus non succedunt in locum parētum suorum, hoc in casu ex dispositione legis, sed ex voluntate Hie5 ronymi testatoris, quæ vim † legis obtinet. d. §. disponat. & secundum quam voluit & Ioanna dispositionē suam in omnibus, & per omnia regulari, quo fit, vt perinde sit, ac si ipsa eosdem instituisset, & substituisset, quos instituit, & substituit Hieronymus, Castr. in l. hæredes palam. in princ. ff. de testam. Paris. consi. 19. num. 12. & seq. lib. 3. cum alijs his allegatis per Informantes.

Et longè clarior redditur, d. testatoris voluntas, ex legato particulari eisdem nepotibus suis facto, in quo disponitur, quod filij cuiuslibet eorum pro rata portione parentum suorum succedere debeāt, vnde cum 6 non sit nouum, quod † vna pars testamenti per aliam declaretur, l. si seruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 2. Ideo, &c.

DECANI.

Cæsaraugustana, Dertusensis Cabimentorum, Lūn. 4. Mart. 1602.

ARGVMENTVM.

Probatio in casu, quo tertius venit ad causam pro suo interesse, cum noua commissione, cui parti incumbat.

SVMMARIA.

1 *Probatio actori incumbit.*
2 *Actor quis.*
3 *Tertius ad causam veniens, eam prosequitur, in casu, quo est.*

4 *Reli-*

4 *Religiosus quilibet capax est ordinationis & beneficij.*
5 *Reus quando exceptionem suam probare teneatur.*
6 *Titulum suæ possessionis nemo cogitur docere.*
7 *Reus, actore non probante, absoluitur.*
8 *Argumentum à iurisdictione temporali ad terminos ecclesiasticum non procedit.*
9 *Præsumptio specialis tollit generalem.*

DECISIO CCCCXLI.

FVit dubitatum, circumscripta decisione alias in hac causa facta coram me, & etiam circumscripta possessionem, an onus probandi cabimenta esse communia inter Aragonenses, & Cathalonos, spectet ad Dominos Cathalonos, vel potius onus probandi dicta cabimenta esse diuersa, spectet ad Dominum Castellanum, & milites Castellaniæ Empostæ.

Pro parte principatus deducta fuerunt plura argumenta, ad demonstrandum onus probandi incumbere Castellano.

Primò, quia Domini Aragonenses sunt originarij actores. ab ipsis enim reperitur commissa causa in antiqua Rota, cum clausula, quam & quas, super iure cabimentorum, & pro parte eorum assumptum onus probandi, datis articulis, quorum omnium datur copia, in summ. Cathalonorum, ex quibus infertur hodie esse pro talibus habendos, quales ab initio causæ fuerunt, gloss. in c. ex insinuatione, de proc. Rota in Pampilonensi, de Fanti, 1. Iun. 1594. coram Illustriss. Mantica, & in Mediolanensi, Bonorum, 15. Martij, coram Reu. Patre Domino meo Lancellotto.

1 Hinc secúdo infertur, onus ad ipsos † spectare cum sint actores. l. ei, qui. de probat. l. actora. de probat. cum alijs.

Tertiò quia Cathaloni habent iuris præsumptioné pro se, & ideo transferre onus probandi in Aragonenses, ad no. in l. siue possidetis. C. de probat.

Quartò, quatenus e contrario deducantur sententiæ obtentæ in Rota antiqua, eas non obesse principatui, cum fuerit res inter alios acta, tunc enim principatus non fuit in causa, nec vnquam fuerunt citati administratores principatus, pro suo interesse, neque illæ sententiæ fuerunt executioni demandatæ, vt per Aym. consi. 10. num. 5. cum alijs. Vnde non potest ex sola præsumptione, quæ iudicat pro sententijs, transferri onus probandi in tertium venientem ad causam pro suo interesse, cum noua commissione, per text. in l. si duo patroni. vers. multum tamen fidei. & ib. gl. Alber. & alij de iureiu. quod maximè locum habere debet in casu isto, in quo per Papam committitur causa cum clausula, non obstantibus sententijs Rotalibus, & literis fel. record. Gregorij XIV. per quam prætendunt euanuisse omnis vis, & potestas dictarum sententiarum, & ideo in hoc iudicio omnia de nouo ab initio inchoanda, vt per Affl. decis. 355. num. 6. Card. pract. quæst. c. 14. col. antepen. vers. hactenus de tertio. Et ferè hæc sunt, quæ pro parte Cathalanorum potissimum deducuntur.

His tamen non obstantibus, Domini concorditer censuerunt, onus probandi spectare ad principatum, moti potissimum sequentibus argumentis.

Primò, quia inspecta origine istius controuersiæ, quatenus de ea haberi potest aliqua notitia, ex antiqua commissione in Rota præsentata, cuius copia datur in summ. Cathalonorum, videtur constare Cathalonos fuisse primos, qui mouerunt hanc controuersiá, in consilio completo, petendo sibi concedi saluũ guardium, quorum petitionibus se opposuerant Aragonenses, & petierunt sibi Cõmissarios concedi, quod cũ à consilio obtinere non potuissent, & dictum fuisset, non esse locum deputationi Commissariorum, appellarunt à denegata iustitia ad Sedem Apostolicam, & obtinuerunt committi causam appellationis, cum clausulis in similibus causis apponi consuetis, ex quo processu videtur liquere primos fuisse huius litis & controuersiæ motores Cathalanos, non autem Aragonenses, & tandem fuit terminata hæc lis per sententias Rotales ad fauorem Aragonensium. Verum quomodocunque res sese habeat, circa originem huius litis, nó videtur super hac re elaborãdum, cum satis ex prosecutis apparet diuersam fuisse litem antiquam agitatam inter Priorem, & milites Cathaloneæ, & Castellanum Empostæ, & milites Aragonenses, ab ista, quæ nunc est commissa in Rota, à principatu. Ná in illa lite antiqua prætensio Cathalanorum erat habere cabimenta communia cum Aragonensibus, qui econtrario prætendebant ea diuersa esse, vt ex tenore sententiæ bon. mem. Putei apparet, & lis agitabatur, tãtum inter Priorem, & Cathalanos ex vna & Castellanum Empostæ, & Aragonenses ex alia. Commissio verò nouissimè præsentata pro parte principatus, qui nó erat in illa lite antiqua, continet prætensionem longe ab illa diuersam, nempè quod ad Castellaniá ipsos, vel alios præceptorias positas infra limites principatus Cathaloniæ admitti debuerint, & debeant fratres Cathaloni priuatiué ad omnes alios, cum fuerint cõstructæ ex Eleemosynis, & relictis Christi fidelium Cathaloniæ, ex quo resultat manifestè diuersitas causarum, nam in illa lis erat super commissione omniũ Commendarum Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ, nec non Principatus: In hac verò restricta est controuersia ad Commendas sitas in territorio Cathaloniæ, priuatiuè, quo ad omnes, omissa prætensione Communionis cabimentorum respectu aliarum Commédarum Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ.

Et ex hac diuersitate sequitur, esse causam nouam, & litigantes esse diuersos ab antiqua, respectu eorum qui causam commiserunt, & ideo frustra quæri, quis à principio fuerit actor, vel reus, cum ista ab illa sit omnino diuersa, siue personam committentium, siue prætensionem eorundem spectemus. Hinc infertur,

2 eũ esse actorem † qui ad iudicium alium trahit, ideoque onus probandi incumbere principatui, l. in trib. de re iud. Alex. conf. 103. lib. 5. Alciat. conf. 6. nu. 51. lib. 5. Dec. conf. 487. nu. 1.

Secundò, dato, sine veri præiudicio, quod hæc causa sit eadem, cum antiqua, & quod sententiæ latæ contra milites non præiudicent principatui, tanquam res inter alios acta, & quod principatus tanquam tertius vigore nouæ Commissionis, veniat ad causam vt assistat militibus, & impediat executioné sententiarũ latarum pro Aragonensibus, nihilominus onus probandi incumbit principatui, nam cũ veniat ad causam adhędo antiquæ prætensioni militum Cataloniæ, Aragonienses possunt opponere de sententijs, & re iudicata, non per viam exceptionis peremptoriæ, quæ tollat audientiam, nam ad hunc solum effectum est illis in Commissione derogatum, sed per viam exceptionis probatæ ex deductis per eos in antiquo iudicio, & per sententias canonizatas, quibus ad hunc effectum nullum fuit illatum præiudicium per Commissionem, sed tantummodo præseruarunt ius principatus, ne ei agere volẽti obstet res iudicata, regula enim turia est,

3 quod tertius veniẽs † ad causam, causam prosequitur in casu in quo est. Bald. in. l. si eo tempore. in fin. C. de remiss. pign. Alex. conf. 28. nu. 6. lib. 1. Affl. decis. 155. Aym. conf. 14. nu. 4. Con. pract. quæst. c. 11. nu. 1. A. C. in repert. tit. de tert. venien. ad cauf. nu. 6. & licet istæ sententiæ nó præiudicẽt principatui, vti res inter alios acta, vt tradit Gabr. tit. de exec. rei iud. concl. 1. num. 19. tamen ex sententia Ioan. de Imol. limitatur, vt non procedat, quando tertius sciuit causam tractari, quæ limitatio licet forte posset conuenire huic casui, tamen quia de tali scientia, non constat, nisi præsumptiuè, nó sit in hac re fundamentum. Item limitatur, quando sententiæ latæ sunt super statu, nam, tunc omnibus præiu-

præiudicant, vt per Doctor. in l. sæpe. de re iud. & ib. Alex. verum vt cócedatur, eas nó facere plenam probationem, contra principatum, negari tamen non potest, facere vehementissimam præsumptionem boni iuris, vt colligitur ex text. in dict. l. si duo patroni. de iureiurand. e contrario allegato. Nam licet Informátes pro principatu, conentur ex varijs, tam facti, quá iuris argumentis, militare pro ista parte tot præsumptiones, vt transferri debeat onus probandi in Aragonenses, vt supra fuit dictum in tertio eorum fundamento, deducendo, quod inspecto antiquissimo statu Religionis Hierosolymitanæ, omnes Commédæ erát communes inter omnes fratres eiusdem Religionis, & in eodem statu communionis cum Aragonensibus, & Valentinis reperiebantur tempore dismembrationis, & creationis Prioratus Cataloniæ, prout in instrumento per eos producto, quod de iure communi quilibet

4 religiosus est † capax ordinationis, & beneficij suæ religionis, c. si religiosus. de election. in 6. clement. 1. eodem titulo, & ib. Vital. nu. 49. Ioan. Monach. & Gem. in c. cum singulis, §. prohibendus. de præbend. in sexto. Vnde infertur trásferri onus probandi in Aragonenses, ex dict. gl. Bald. & ceterorum in l. siue possidetis. C. de probat. c. ad decimas. de restitut. spoliat. in 6. gloss. in c. vltim. 6. quæstion. quint. Bart. in l. si prius. de nou. oper. nunc. & ib. Alex. nu. 17. Ias. num. 35. Dec. consil. 540. num. 11. & 595. nu. 7. tamen hanc translationem oneris probandi Rota amplecti non solet, vt fuit dictum corá me, in vna Perusina, Bonorum, 12. Decem. 1597. & quidem euidenti ratione, nam in casibus desumptis ex præcitatis legibus, & Doctoribus, illi, qui non adstringuntur ad probationes faciendas, censentur ex iuris dispositione, sine aliqua alia probatione habere fundatam intentionem, & ideo mirum non est, si reo quamuis possessori incumbat onus probandi

5 † suam exceptionem, nam ad hunc effectum nihil ab actore differt, l. exceptio. de except. l. quinquaginta. de proban.

Quod autem authoritates allegatæ loquantur in casu in quo præsumptio legis habetur pro concludéte probatione, colligitur ex d. l. siue possidetis. cum in ea titulus vniuersalis successionis filiorum in paterna hæreditate inducat præsumptionem continuationis à patre in filium, & ideo Bald. ibid. in 4. oppos. dum op-

6 ponit, quod nemo † cogitur docere titulum suæ possessionis. l. cogi. de petit. hæred. respondit, non cogi ad aduersarij instructionem, sed ad sui releuationem, & probationis aduersarij exclusionem. Bar. autem Alex. & alij in l. si prius. de nou. oper. nunc. loquuntur in casu speciali, actionis negatoriæ, in qua propter præsumptionem iuris, quod omnis res sit libera, sufficit actori, & non possidenti negare illud ius seruitutis cópetere aduersario, & hæc est narratiua actionis negatoriæ, in qua sufficit probare se Dominum prædij, quẽ prætendit aduersarius seruitutem debere, vt patet ex Alex. ib. nu. 7. Simile est exemplum decimarũ, in quibus parochus habet de iure communi fundatá intentionem. Nec facit l. generalis. §. si pretium. de fideicómiss. libert. quia ibi interpretatio verborum testatoris ex iuris dispositione stat pro libertate, ideo onus ostendendi aliud sensisse spectat ad hæredes, vnde si bene ponderentur allegata per Doctores, non facilé inuenietur in iure ista translatio oneris probádi in reum, aduersarium, nisi in casu cótumaciæ, vt in d. l. si prius.

7 Regula enim est, quod actore non probante, † reus absolui debet, verum omissa hac quæstione ex facto tolli potest in casu de quo agitur, omnis dubitatio.

Nam præsumptiones, quæ deducuntur, sunt admodum lóge petitæ. Prima enim, quæ fit super antiquissimo statu Religionis, non est alicuius momenti, cum consuetudo generalis ipsius religionis sit in contrariũ, alioquin & prætensio non solum locum haberet, contra Aragonenses, sed etiam omnium linguarum præceptores, quod est valde absurdum, maximè cum hæc prætensio contraria sit intentioni principatus, qui in sua commissione prætendit solũ cabimenta in ea parte quæ est Cathalonica, non autem ceterorum regnorũ Aragonensium, eamque priuatiuè ad alios, & status iste, quem Informantes nunc allegant non est priuatiuus, sed cumulatiuus.

Secunda præsumptio, quæ colligitur ex statu Religionis ante tempus erectionis prioratus, est valde dubia, cum etiamsi concedatur, tunc temporis fuisse cómunia cabimenta, tamen negatur post illam separationem remansisse communia, & adhuc pendet super hoc articulo causa indecisa.

Tertia præsumptio ex c. si Religionis. de elect. in 6. non facit ad rem, nam non agitur hic de capacitate, vel incapacitate personarum, cum alia ratione, quam iuris cabiendi non controuertatur capacitas eorumdem, sed quia consuetudo inualuit, vt distincta sint cabimenta in omnibus linguis, præterquam in lingua prouinciæ, & Italiæ, ideo non potest præsumi præsumptio ex capacitate, stante prioratuum distinctione.

Neque obstat, si dicatur, ratione territorij hoc ius competere Cathalanis, quoniam cum simus in mate-

8 ria Ecclesiastica argumentum à † iurisdictione sæculari ad terminos Ecclesiarum non valuit, prout sæpius resolutum fuit in Rota diuersos esse terminos decimatorios, à terminis iurisdictionalibus, Oldrad. consil. 17.

Atque in contrarium valde vrgent præsumptiones allegatæ pro Aragonensibus, nempè lis per tot annos in Rota agitata, & sententiæ desuper pro eis latæ, pro quibus est præsumendum, Gabr. de sent. concl. 6. Item consuetudo aliarum linguarum. Item decisio iurisdictionis inter Castellanum Empoitæ, & priorem Cathaloniæ, postremo, acquiescentia per tot annos militum prioratus, post sententias & rem iudicatam. Et

9 quod est præcipuũ, præsumptio † specialis tollit præsumptionem generalem, vt ait Bald. d. l. siue possidetis. num. 1. in vlt. opp. Vnde cum præsumptiones deductæ pro principatu sint generales, deductæ verò pro Aragonensibus speciales, hæ præualere debent.

Verum hæc omnia ex abundanti deducuntur, quia non tam tendunt ad articulum, de quo dubitatur, cui incumbat onus probandi, quàm ad quæstiones, vtra pars intentionem suam probauerit.

Quod autem deducitur, Aragonenses datis articulis adstrinxisse se ad onus probationis, nihil concludit, tum ex stylo dandi articulos, cum clausula, *non adstringendo*, tum etiam quia fuerunt dati articuli in illa causa per sententiam terminata, cui si volunt adhærere Cathaloni, necesse est, vt veniant in statu, & terminis, in quibus reperitur, ergo illis incumbit onus probandi iniustas fuisse sententias tunc temporis contra milites prioratus latas. Et ex his sublata sunt omnia in contrarium adducta, & conclusum incumbere onus probandi prioratui, siue causa sit noua, cum in ea sint actores, prouocando Aragonenses, ad iudicium, siue etiam reuocatio litis antiquæ, cum pro Aragonensib. stent sententiæ inconcussæ donec pro parte prioratus doceatur earum iniustitia.

PENIÆ.

Romana. Locorum montium, Lun. 14. Ian. 1602.

ARGVMENTVM.

Libri mercatorum pro tertio, contra tertium an, & quando probare teneantur, deciditur, & declaratur, cum ex ijs constet, pecunias ad aliquem, peruenisse, eumque ad rationem reddendam cogi posse.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Libri mercatorum pro tertio, contra tertium quando probent.*

DECISIO CCCCXLII.

CVm quibusdam præsuppositis antequã causam proponerem, concordatis, nempè venditionibus sex locorum montium existentium in personam Antonij Necocti, & aliorum sex similium in personam Camilli Necocti, & partitis Bonorum Vbaldini, & Altoacti, & literis Ioan. Iacobi Necocti scriptis ad Antonium, & testibus hincinde examinatis, & alijs vtrinque deductis, dubitaui, an Dominus Ioan. Iacob. Necoctus teneretur restituere Antonio pretium prædictum locorum montium.

Et vtraque parte informante Rota censuit, quod exceptis scut. 300. Antonio solutis per Bancum Alexandri, de reliquis spectantibus ad Antonium Ioan. Iacobus teneretur reddere rationem eidem Antonio.

Cum enim ex partitis libri officialis dictorum mõtium constaret, vendita fuisse in Bancho Vbaldinorũ, & ex dicto Bancho eadem die translatum ad Banchũ de Altoactis, & positum in personam Antonij, & Ioã. Iacobi in solidum, & ex partitis eiusdem Banchi apparebat, & ex eodem prætetea libro constaret, memoratas pecunias partim peruenisse ad Ioan. Iacobum, & partim ad alios, de ordine tamen, & mandato Ioan. Iacobi, consequens erat, vt pro pecunijs, quæ ad se, & ad alios, de ordine suo peruenerant, rationem reddere teneretur.

1 Neque obstabat, quod libris mercatorum † nõ creditur pro tertio contra tertium, quia regula fallit, vbi agitur de libro mercatoris bonæ conditionis, & famæ, & legaliter tento, prout in casu proposito, & simul cum libro concurrant adminicula, vt fuit decisum in causa Bononiẽsi, die 1. Mart. 1599. coram D. meo Lancellotto.

Pro adminiculis autem seruiebat testificatio duorũ testium quibus de ordine Ioan. Iacobi fuerunt aliquæ partitæ solutæ. Item particula Epistolæ eiusdem Antonij, quam Ioan. Iacobus produxerat, qua continebantur hæc verba, *Io non cerco ne voglio cautele ne assecuramento alcuno de i danni.* Istis enim verbis nedum debitũ Ioan. Iacobi, sed obligatio etiam assecuramenti contineri videbantur.

Denique quo adminiculo satis probabili deseruiebat assignatio debiti Martiani, ad fauorem Antonij, scut. 340. quam acceptasse Antonium non probat Ioã. Iacobus, & ideo pro prædicta summa quam habuerat ex Bancho Dominorum de Donis, non erat liberatus.

De locis montium ad Camillum spectantibus, Domini particulariter videre voluerunt.

Eadem, Ven. 13. Ian. 1603.

ARGVMENTVM.

Causa superiori decisione enucleata, rursus hic proposita, amplius confirmatur, & vi rationum adductarum, in decisis persistendum Rota declarat.

SVMMARIA.

1 *Factum procuratoris exequentis mandatum sibi datum, pro facto ipsius mandantis habetur.*

2 *Verba æquiuoca obligationem validam non inducunt.*

3 *Res inter alios acta, tertio non nocet.*

DECISIO CCCCXLIII.

HÆc causa fuit proposita die 14. Ian. 1602. & decisa ad fauorẽ Antonij Necocti, videlicet, quod exceptis scut. 300. Antonio solutis per Banchum Alexandri Doni, de reliquis ad Antonium spectantibus Dominus Ioã. Iacobus tenebatur rationem reddere. Rursus fuit proposita die 20. Dec. eiusdem anni, Antonio tantum informante, & Domini permanserunt in decisis, & denique nũc causa tertio proposita, Rota in decisis perstitit.

Primò, non controuertebatur, sex loca montium Antonio fuisse vendita, & pretium fuisse à Domino Ioan. Iacobo acceptum, sed prætendebat Dn. Ioan. Iacobus ex eo recedendum esse à decisis, quia loca montium spectantium ad Antonium fuerant vendita pro soluendo pretio fiscalatus, empti in personam Martiani, & Maximiani, de ordine & mandato Antonij, & propterea inferebat Ioan. Iacobus pro sui liberatione sufficere docere, dictas pecunias redactas ex venditione montium fuisse repositas in emptionem dicti

1 fiscalatus, cum factum † procuratoris exequentis mãdatum sibi datum, quo ad omnem iuris effectum, factum mandantis reputetur. Baldus in l. si inter colonum. ff. de pignor. Felyn. in c. suborta. nu. 1. de sent. & re iudic. Hoc tamen ideo Rota respuit, quia non apparebat probatum, pecunias ex venditione dictorũ montium Antonij redactas, & à Ioan. Iacobo acceptas, ab eo fuisse in emptione fiscalatus expensas, sed potius videbatur constare de contrario, tum ex partitis Banchi Vbaldinorum, tum & Alouitorum, tum ex alijs deductis in prima decisione in hac causa facta, ex quibus cessabant coniecturæ adductæ per Informantes pro Domino Iacobo.

Neque suffragabantur Domino Ioan. Iacobo literæ ab Antonio scriptæ, die 13. Aug. anni 1587. ex quibus Ioan. Iacobus mandatum, siue voluntatem Antonij deducere conabatur.

Nam licet in illis multa essent verba, quibus id significari videretur, videlicet, *il detto trouarà à Martiano i modi di trouare la sõma del danaro, & pensate che fatica haueremo à trouarlo, pure ho speranza in Dio, che lo trouaremo & vsaremo ogni diligentia, col buon nostro credito, se ci valerà, ma la grã somma mi sgomenta, &c.* Non tamen concludebatur inde, quod ipse voluerit de suis proprijs pecunijs conferre ad emendum officium, sed potius inducebat Ioan. Iacobum, vt vellet præstare operam, & auxilium, ad effectum, vt pecuniæ reperirentur. Itaque tanquam verba æquiuoca

2 † & Curialia nullam inducebant obligationem validam, contra Antonium scribentem, & hortantẽ Ioan. Iacobum, vt emeretur officium fiscalatus, in personam Martiani.

Et isto fundamento cessante facilè tollebantur deducta per Informantes pro Ioan. Iacobo. Nam ad diuisionem debitorum, ratione officij contractorum, factam inter Martianum & Maximianum, in qua in portione Martiani obtigerant scuta 340. Antonio de-

3 bita, respondebatur, eam † tanquam rem inter alios actam, Antonio non nocuisse, præsertim cum non constaret, Antonium huiusmodi creditum acceptasse, neque Martianum in debitorẽ recognouisse, ideo quicquid inter Martianum & Maximianum gestum fuerat, Antonio non præiudicasse.

Ad exactionem scut. 300. vigore ordinis à Domin. Ioan. Iacob. in Bãcho Alexandri Doni, ibi, *sono per tanti, che gli si deuono, a buon conto, de luoghi venduti i per la compra de gli officij del fiscalato della Marca, in testa di Martiano & Maximiano Nerotti.* Vnde Informãtes pro Domino Iacobo deducere nitebantur, Antonij mandatũ, vel consensum pro dicta emptione de suis pecunijs, responsum fuisse, Primò nõ inferri, emptionẽ fuisse factam de mandato Antonij, secũdò fuit responsum, minus inde colligi, quod pecuniæ ex dictis locis redactæ fuerint expositæ in dict. emptione, cum potius esset inferendum contrarium, quia si pecuniæ verè fuissent expensæ in emptione fiscalatus, de mandato Ascanij, non erat necessarium, quod Ioan. Iacobus faceret eas Antonio soluere, ad bonum computum locorum venditorum, prout fecit confitendo se virtualiter debitorem maioris summæ.

PENIÆ.

Eadem, Mercur. 21. Maij. 1603.

ARGVMENTVM.

Causa in superioribus decisionibus proposita, in hac etiam alijs ex adductis argumentis, & rationibus amplius confirmatur.

SVMMARIA.

1 *Literæ contra producentem probant.*
2 *Verba Curialia, & ambigua non obligant.*

DECISIO CCCCXLIV.

VTraque parte informãte, decisum fuit, Domin. Iacobum Necoctum teneri reddere rationem de sex locis Camilli Necocti. Nam primo ex libro mõtis Recuperationis constabat Camillum habuisse sex loca, & quod Camillus ad Dominum Ioan. Iacobum transmiserat mandatum sub die 6. Sept. 1587. ad prædicta sex loca vendenda. Et quod die 22. eiusdem mẽsis, & anni fuerant vendita tria loca Camilli, licet per errorem fuerit scriptum, venditum à quondã Hieronymo Necocto, qui tũc per 10. annos ante decesserat, & de errore apparebat, tum ex eo quod mandatum à Camillo datum fuerat Ioan. Iacobo, & non Hieronymo, tum etiam, quia postea idem Ioan. Iacobus vendiderat alia tria loca.

Ex hoc enim verisimile fiebat, vt tria præcedentia ipse Ioan. Iacobus vendiderit, tum postremo, quoniam Ioan. Iacobus die 23. Sept. hoc est die sequenti post venditionem prædictorum trium locorum ad Antonium scripsit, se vendidisse dicta tria loca Camilli.

Cum enim de mandato Ioan. Iacobo dato constaret ex epistola Camilli quam Ioan. Iacobus produxerat in hoc iudicio, contra producentem † probabat, 1 Decin c. venerabilis. nu. 15. de except. Paris. cons. 79. nu. 3. lib. 3. Crau. cons. 201. nu. 5.

Nec obstabat confessio Ioan. Iacobi contenta in literis Antonio scriptis, nam talis cõfessio Camillo prodesse non poterat, cum ipsi epistola directa nõ fuerit. Rot. decis. 18. de probat. in antiq.

Nam fuit responsum, quod concurrentibus tot circumstantijs, quales explicatæ sunt pro hac parte, non poterat fieri alia interpretatio, Nec decisio Rotæ præallegata fauebat prædicto Ioan. Iacobo, cum ex vltimis illius verbis vtraque sententia approbatur ibi, sed tu tene, quam volueris. & præsertim, cum hodie Antonius, qui in locum Camilli, successerat, prætenderet dictam confessionem sibi prodesse.

Rursus non obstabat, quod in mandato, ad Ioan. Iacobum transmisso ei data fuerit facultas disponendi de pretio ad suum arbitrium quia id debuit intelligi, ad vtilitatem ipsius Camilli & ex istis verbis † Cu- 2 rialibus non inducitur donatio, sed quod dispositio debet fieri ad vtilitatem mandantis, quod in hoc casu non potuit dici factum, nam neque pecuniæ seruierunt pro emptione officiorum, ad vtilitatem Marciani, fratris Camilli, tum quia tempore venditionis officia iam erãt empta, & pretium solutum, tum quia ex literis ab Antonio, & Martiano scriptis Ioan. Iacobo cõstabat Camillum non cõsensisse huiusmodi emptioni de pecunijs suis, sed potius voluisse, vt exponerentur in emptionem officiorum, ad suam & Antonij fratris vtilitatem.

Atque ex prædictis simul iunctis conclusum fuit, Ioan. Iacobum de pretio exacto ex venditione prædictorum sex locorum montis teneri reddere rationem Antonio hæredi Camilli.

GYPSII.

Venetiarum, Literarum cambij. 23. Maij 1593.

ARGVMENTVM.

Debitor non liberatur, per traditionem literarum, & acceptationem earum factam à creditore, nisi solutio realis fuerit subsecuta.

SVMMARIVM.

1 *Obligationi non dicitur satisfactum nisi reali solutione secuta.*

DECISIO CCCCXLV.

IN causa Venetiarum dubitatũ, An damnum decoctionis Bellauitorum spectaret ad damnum Hieronymi Boschiri, vel potius ad Vimercatum, & die Lun. 23. Mart. fuit resolutum, circumscriptis tamen ijs, quę de decreto Consulum Ciuitatis Venetiarum, ac impedimento pestis in medium afferebantur, decoctionem huiusmodi cedere dãno ipsius Boschij. Nã licet literæ cãbij in nũdinis Lauriani Vimercato datæ fuerint, per Cermesculum, cui solutio facienda erat, præsentatæ: & à Bellauitis acceptatæ, nihilominus in hoc Boschus, qui literas scripsit, non fuit ab obligatione illa liberatus, sed remansit obligatus, tunc quia 1 † absque solutione verè dici non potest, fuisse satisfactũ dictis literis, in quibus dicebatur *Purgarete, &c.* l. si literarum, vbi Bald. C. de sol. Salyc. in l. si filius. la a. ff. ad Maced. Paul. de Castr. in l. si debitorem. in pr. de nouat. cum alijs congestis per Gabr. eod. tit. num. 19. vers. contrariũ. cum etiam hic non concurrant necessaria ad ipsam delegationem, & nouationem inducẽdam, ad not. per gl. in l. quamuis. §. si mulier. vbi Castr. nu. 8. ad Vell. Alex. cons. 175. nu. 4. lib. 7. Scribentes omnes in l. singularia. ff. si cert. petat.

Nec dicatur stetisse per Cermesculum, quo minus pecuniam post tempus Bellauitis datam ad soluendum exigeret, quasi quod mora huiusmodi creditori nocere debet. l. si per emptorem. l. illud. ff. de peric. & com. rei vend. quoniam hoc locum sibi posset vendicare, vbicunq; constaret delegationem fuisse factam, quo casu bene procedit doctr. Bart. in l. singularia. nu. 19. vers. ego dico, Ca in pl. ff. si cert. pet. prout in terminis tenuit Rota, coram Reu. patre Domino Lancellotto, in vna Bononiensi Pecuniaria, cuius copia datur, quam Domini sine difficultate in hac parte secuti sunt.

ALDOBRANDINI.

Romana, Legatorum, de Vitellis. Lun. 17. Nou. 1577.

ARGVMENTVM.

Hæreditas si soluendo est, hæres æs alienum de legata medietate bonorum detrahere non potest.

SVMMARIA.

1 *Testamenti pars vna per aliam declaratur.*
2 *Clausula in fine apposita an ad omnia præcedentia referatur.*
3 *Testator in dubio minus censetur grauare hæredem.*

DECISIO CCCCXLVI.

DOmini pro maiori parte concluserunt, legatum medietatis bonorum mobilium, de quo agitur, deberi, nec ex eo prius satisfaciendum esse creditoribus Illustr. Domini testatoris, cum enim hæreditas soluendo sit, huiusmodi onus ad hęredem, non autem ad legatarios pertinet. l. fin. C. de hæred. action. vbi gl.

Nõ obstat, quod testator, in fine legati 30000. scut. subiecerit illa verba, præmissa autem adimpleri voluit, si & postquam soluta fuerint omnia eius debita, quia huiusmodi testatoris declarationem siue limitationem Domini referunt tantum ad prædictum legatum 30000. scut. redigendum ex pretio Camerariatus, non autem ad omnia præcedentia legata, tam quia huiusmodi declaratio, seu limitatio venit consignatiuè ad illud legatum; adijciendo conditionem, vel limitationẽ, quo casu restringitur ad illud caput l. filiusfamilias. in pr. ff. quand. dies leg. ced. Bart. cõm. approb.

approb. in l. fin. de reb. dub. Paul. de Castr. in l. si idem: §. fin. ff. de iur. omn. iud. Fel. in cap. causam, quæ. col. 5. vers. limita tertio. de rela. Curt. sen. cons. 63. num. 10. vers. quinto respondemus. Alex. cons. 226. num. 9. lib. 6. & cons. 48. nu. 8. lib. 1. Dec. cons. 92. in pr. & prope fi.

Maximè quia inter hæc duo legata, quædam extranea ab vtroque legato sunt interposita, vt est illa prohibitio alienationis quo ad portionem hæreditatis, relictam Illustriss. Domino Alphonso, & guberniũ Bonorum concessum Illustriss. Domino Iulio.

Quæ sententia comprobatur ex illis verbis, *de restãtibus fiat executio*, quæ cum non intelligantur de his legatis, quorum lex ipsa facit executionem, sed de his, quæ ab hęrede exequẽda sunt, non possunt consequenter intelligi de legato mobilium saltem respectu medietatis pure legatæ filijs Illustriss. Domini Vincentij, & Alphonsi, vt in istis terminis bene declarat Batt. in l. talis scriptura. §. fin. num. 4. ff. de legat. 1. quemadmodum igitur non refertur ad legatum illius medietatis, ita nec ad legatum alterius medietatis, quia ex hoc apparet testatorem noluisse omnia antecedentia sub illa declaratione, vel limitatione comprehendi, &
1 notum est, vnam partẽ testamenti † aliam declarare. Comprobatur insuper ex illa dictione *integra*, significante legatum debere peruenire ad legatarium, sine vlla diminutione, Ruin. consil. 25. nu. 7. lib. 1. & consil. 58. num. 17. siue 27. lib. 2. vnde postea in hoc pacto disposuisset testator, quod ex ijs mobilibus satisfieret creditoribus in continenti se correxisset, contra regulam l. non ad ea. ff. de condition. & demonst. Confirmatur adhuc ponderando illud verbum restantibus, prout ponderatur ab Informantibus, & hæc omnia magis dicenda sunt, ex quo si aliter interpretaremur legatum, omnia destruerentur, quo casu clausula in fine posita ad omnia præcedentia non refertur. Decian. in c. 2. requiris. col. 2. de appellat.

Ex quibus tollitur fundamentum Informantium
2 pro Illustriss. Domino Alphonso, quod clausula † in fine posita regulariter refertur ad omnia, vbi ratio diuersitatis reddi nõ potest, quia vt dixi vbi venit continuatiuè ad vnum caput, adijciendo modum, vel conditionem ad vltimum capitulum semper refertur, & secundo, quia si vera esset interpretatio data pro parte Domini Alphonsi, prius satisfaciendum esset creditoribus, etiã de bonis alienari prohibitis, si enim clausula hæc omnia præcedentia comprehenderet, etiam, vt dictum est, bona à testatore alienari prohibita cõtineret, tum & tertio, quia bene potest assignari ratio diuersitatis, cur voluerit testator potius ex nũmis redigendis ex pretio officij, dissolui æs alienum, quam ex bonis mobilibus, potest enim in bonis mobilibus cadere aliqua affectio, vt conseruentur, quæ in nummis cessat, ad notat. in l. nummis. ff. de leg. 3.

Non obstat, quod lapsis octo annis pretium amplius non deberetur, & consequenter de illis dissolui æs alienum nequiret, quia testator cogitare potuit, quod si moriebatur infra octo annos, pretium sibi debebatur, secundum suam opinionem, si post, & tunc putabat se interim ex fructibus illius officij & alijs reditibus posse satisfacere suis creditoribus, maximè, quia vt aliqui Domini dicebant, satis esse notum huiusmodi debita, vt plurimum pro emptione dicti officij contracta fuerant, pro quorum creditorũ securitate, & satisfactione, fuit ab ipso procuratum illud pactum, non vacationis officij infra octo annos.

3 Nec obstat, quod testator in dubio † censeatur minus grauare hæredem, quia vltra quod id procedere videtur in onere adiecto à testatore, non à lege, vt est onus satisfaciendi creditoribus, ex omnibus supradictis apparet, satis clarè constare de mente testatoris.

Minus obstat, quod testator ex numero plurali dixerit, præmissa autem, & in fine similiter locutus fuerit in numero plurali, fiat executio secundum superius ordinata, quia licet legatum 30000. scut. sit vnicum, continet tamen plures dispositiones: disponit namque testator in eo, quod debeat esse legatarius, clericus, quodq; de eis debeat emere officium in Romana Curia, & si Illustriss. Dominus Vincentius non habebit filium, qui velit esse clericus, transfert legatum ad vnum ex filij Domini Alphonsi, qui velit ipse effici clericus, respectum ergo huius multiplici dispositionis potuit testator loqui in numero plurali.

I V S T I.

Auximana, Legati, 19. Februar. 1601.

A R G V M E N T V M.

Fructus post tempus à testatore præstitutum intra quod legatum erat in pecunia numerata soluendum, an possint peti.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus, an post tempus à testatore præstitutum, intra quod legatum in pecunia numerata erat soluendum, peti possint.*

D E C I S I O CCCCXLVII.

Gillius de Frãcischinis testator reliquit Iuliæ vxori, quod dum de domo testatoris non extraxerit dotes suas, debeatur sibi cum effectu ex omnibus introitibus suis tertia pars fructuum, & si tertia parte fructuum contenta non fuisset, ordinauit, vt sibi soluerentur scut. 2000. dotium suarum, & alia 3000. quæ soluerentur spacio quatuor annorum, & interim deberet habere tertiam partem fructuum, vel ratam nõ solutorum, Iulia recusauit legatum tertiæ partis fructuum, & voluit sibi solui in pecunia numerata: Percepit fructus vltra quatuor annos, & pro illis annis, quibus non percepit fructus ante solutionem legati postea sibi soluti petit sibi de fructibus satisfieri, sed dubitatum fuit, an debeantur, & conclusum post qua-
1 tuor annos non † deberi, quia non sumus in casu, in quo testator prohibuerit vxori repetere dotes suas, & interim aliquid legatur, de qua quæstione alias disputatum fuit latè in Rota, in causa Romana legati, corã Illustriss. Blanchetto, & est decisio Put. 1. de vsur. in casu, in quo fructus petuntur post tempus præstitutum à testatore, infra quod soluendum erat legatum in pecunia, non debentur, nisi probatis concludenter requisitis, vt fuit sæpe decisum in Rota, & vltimo coram Mellino in Tiburt. cõpromissi. 26. Matt. 1602.

Romana Legatorum, de Vitellis, Merc. 1. Iul. 1587.

A R G V M E N T V M.

Lite vertente inter legatarium, & hæredem, legatario deferendum est iuramentum in litem, ad probandam rei legatæ æstimationem.

S V M M A R I A.

1 *Hæres, si dicat bona in inuentario descripta non extare, probare tenetur.*
2 *Iuramentum in litem regulariter in actionibus ex testamento, & alijs stricti iuris, defertur, & cur.*

D E C I S I O CCCCXLVIII.

Fuit resolutum pro Informante, nempè Illustriss. Domino Chiappino Vitellio legatario, bon. mem. Cardinalis Vitellij, deferendum esse iuramentum in litem, constat enim inuentarium fuisse confectum ab Illustr. D. Alphonso Vitellio, seu ab eius procuratore, quod apparet, quia postea illud produxit in iudicio contra creditores Cardinalis, in quo inuentario descripta fuerunt omnia bona mobilia legata, per ipsum Cardinalem Domino Chiappino, & sic ex

eo probatur, bona in ipso descripta deuenisse ad Dominum Alphonsum, pro sua rata, in qua erat hæres, quia pro inuentario præsumitur, l.fin.C.arb.tut. Alciat.de præs.reg. 3. præs.20. cum alijs per Pedem.decis.68.nu.11. & si hæres dicat, non adesse bona, in inuentario † descripta, illi incumbit onus probandi. Corn.cons.177 col. fin.lib.4.Dec.cons.3.num.4.Burs.cons.304.nu.3.Cum igitur Dominus Alphonsus dicta bona non exhibeat & controuersia sit super eorũ valore inter hæredem & legatarium, defeṙẽdum est legatario iuramentum in litem, ad probãdam rei legatæ æstimationem, nisi hęres probauerit res esse deperditas non culpa sua, vt per Pau.de Cast.cõs.212.nu.3.lib.4. Sequitur Serap. in tract. de priu. cred.priu.31.nu.104.vers.sextus est casus. & regulariter in actione ex testamento, & in alijs actionibus stricti iuris defertur iuramentum † in litem, propter difficultatẽ probationum, & propter dolum rei conuenti, non exhibentis, vt per Plot. de in lit.iur.§.25.nu.5.nu.10.

Nec obstat, quod Domino Chiappino vti non informato non sit deferendum iuramentum in litem, quia cum sit coniuncta persona præsumitur informatus, vt per Soc.cons.264.num.9. lib.2.Plot.vbi sup.§.29 nu.4. quamuis enim tẽpore obitus Cardinalis D. Chiappinus esset in pupillari ætate constitutus, tamẽ procedente tempore potuit se ad plenum informare, sicut dicitur in pupillo, cui iuramentum defertur cõtra tutorem, l.tutor, qui repertorium. in prin.de adm.tut.l.1.§.officium. vbi gl. in verb. tenebatur. ff.de tut. & rat.distr.l.1.C.de mil.testam. cum simil.

GYPSII.

Cesenatensis, Legati, Lun. 20. Februar. 1595.

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum feminarum propter extantes masculos, non habet locum condito testamento, quo minus pater filiabus, & nepotibus pro legitima certum quid relinquere, & hæredes instituere eas possit.

SVMMARIA.

1 *Statutum exclusiuum feminarum ob masculos existentes, non habet locum, condito testamento, quo minus pater filias, & neptes instituere hæredes, & aliquid pro legitima relinquere possit.*

2 *Legitima quid sit.*

DECISIO CCCCXLIX.

STantibus resolutionibus in hac causa factis, dubitari contigit, An statutum Cesenæ exclusiuum feminarum obstaret filiabus quondã Violantis de Omnibonis, & non obstare conclusum fuit, quoniam licet statutum excludat feminas propter existentiam masculorum, vt voluit Dec. cons.351.in pr. & censeatur etiam easdem à successione legitimæ excludere, cum incipiat ab exclusione, iuxta distin. Pau. de Cast. in l. Titio centum. §. Titio genero.nu.8.vers.ego plures. ff.de condit. & demon. quam multi sequuntur, quos refert Reu. Pater D. meus Mantica, de coniect.lib.11.tit.22.nu.n.46.vers. veruntamen. Nihilominus statutum huiusmodi loquens ab intestato, non vendicat sibi locum, condito † testamento, & sic non prohibet, quo minus pater possit suis filiabus & neptibus relinquere pro legitima, & illas etiam hæredes instituere, vt in proposita facti specie tenuit Alex. cons.13.nu.2.vers.vnde per hoc.vol.1.Paris.cons.53. num.29.lib.3. cum alijs allegat. siquidem testator videtur neptem, vti suam agnoscere voluisse, quo fit, vt legatum succedat loco legitimæ, Soc.cons.75. nu.3.lib.3.Paris.vbi proxime.nu.8. Grat.cons.160.nu.35.lib.2.& dixerunt Domini in causis Albanensi, legitimæ, & Romana, legati, de Lante, ab Informante citatis.

Et prædicta corroborantur, ex eo, quod testator interim relinquit alimenta Leonidæ, eius ex filio premortuo nepti, quamobrem oritur præsumptio quod ipse voluerit omne grauamen à dote prælegata remouere, & consequenter eam loco legitimæ succedere, vt post Anchar. cons.323. animaduertit D. Mantica, vbi sup.nu.23.

Non obstat etiam, quod procedere possit condito testamento, Alex. Dec. & alij in l.emancipati. de collat. cum legitima sit † portio debita ab intestato, gl.& Scrib. in authen. nouissima. C. de inoff.test.& in cap. Raynutius. de testam. & testator hoc pacto pro dote legare censeatur, & cum statuto se conformare. Bart. in d. §. Titio genero.nu.6. cum alijs citatis, quoniam prædicta locum habent, si filia vel neptis impugnaret testamentum, & sic veniret contra voluntatem patris, & aui, secus est, quando iuxta dispositionem patris ad dotem agit, vt bene deducitur in relationibus supra adductis.

Non obstat, quod statutum in secunda parte excludat feminas, nedum à successione, sed etiam à legitima, quia statutum loquitur de illis feminis dotatis, quibus vltra dotem prohibet aliquid petere occasione legitimæ. Non obstant coniecturæ, quæ econtrario referuntur, quia eis satis respondent informantes, & pro hæredibus Violantis adducuntur aliæ, quæ magis vrgent.

Romana, Legati, Ven. 10. Februar. 1583.

ARGVMENTVM.

Vasa argentea mobilium appellatione continentur, & comprehenduntur in legato, de bonis mobilibus, & se mouentibus facto.

SVMMARIA.

1 *Vasa argentea mobilium appellatione veniunt.*

2 *Genus expressum an per subsequentem expressionem specierum restringatur.*

3 *Hæres etiam in legatis institutus dicitur.*

DECISIO CCCCL.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, vasa argentea comprehendi quoque in legato, de quo agitur, & propterea censuerunt, recedendum esse à resolutione iam facta, verba namque legati ita se habent, *bona verò mobilia, supellectilia, & se mouentia, voluit idem Illustriss. D. Testator, & iussit dari pro integra dimidia vni ex filijs præfati Domini Vincentij, qui ordinẽ clericalem profitebitur,* quorũ mobilium appellatione clarum est, ea comprehendi, l.mouentium. de verb.signif. vbi Rebuf. Dec.cons.472.nu.5.

Et quamuis fuerint postea expressè species contentæ sub hoc genere, legatum bonorum mobilium non propterea restringitur, sed species dicuntur expressè, gratia maioris declarationis. l.legata supellectili. de sup. leg. l.quæsitum. §.si quis fundum. de fund. instr. l.pediculis.§. habet.ff.de aur.& argent.leg.Bald. consil.485.num.4. lib.4. Afflict. decision.106. Socin. iun. consil.98.num.29.lib.1. Dec. in l. in toto iure.nu.16.de regul.iur.cum alijs alleg.

2 Non obstat, quod † expressio specierũ subsequens expressionem generis, illud restringat, quinimò regula est in contrarium, per text.in d.l.quæsitum. dict.§. si quis fundum.de fund. instr. quæ regula tanto facilius procedit, quando specierum enumeratio in hoc casu respicit actum legandi, species enim enumeratæ regulantur, & determinantur ab illis verbis dispositiuis, voluit dari, quo casu genus nõ restringitur. Bartol.in dict.§. si quis fundum.num.15. qui licet (si Alciat.lib.1.dispunct.cap.vlt.credimus,) ita distinguat, secet, subsecet, vt in clarissima re chaos inducere videatur, tamen in hoc communiter à Doctorib. recipitur. Dec. in c.sedes.col.fin.num.9.de rescript. vbi etiam declarat.& in dict.l. in toto iure. sub nu. 10. de regul. iuris.

iuris.Corn.consil.200.num.6.Ruin.165.num.4.5.lib.3.Paris.consi.92.num.41.lib.1.

Et quando id esset dubium, an respicerent actum legandi, nec ne, tamen etiam in dubio censerentur respicere actum legandi, & censerentur expressè huiusmodi species maioris declarationis gratia, vt per Baldum, vbi supra. Corne. dict.consil.200. num.6. lib.3. Dec. in dict.c.sedes.sub dict.num.9. & in dict. l. in toto. dict.num.15. præsertim cum respiciant omnia hæc eandem personam. Aym.consil.227.nu.9.& nulla fuerit apposita dictio declaratiua, seu respectiua. Aym. ibidem, num.8. imò potius fuerit facta talis expressio per dictiones copulatiuas, & ampliatiuas, inter enim dictionem illam mobilia, & dictionem supellectilia, adest punctus, seu comma, quod succedit loco copulæ, ex alleg. & inter supellectilia & se mouentia adest expressa copulatiua, &, quæ ampliat, & consequenter apparet totam illam expressionem factam fuisse ad maiorem declarationem. Paris. dict. consil.92.nu.34. lib.1.cum præsertim, quod fuit expressum sub genere contineatur. Afflict.dict.decis.106.num.8. quæ omnia dixerunt Domini facilius procedere, inspecta persona legatarij, & finis Illustrissim. Domin. Legantis, cum namque legauerit filio Domini Vincentij, qui vellet esse clericus, hoc legatum videtur factum ad finem, vt ille, qui ordinem clericalem profiteretur, tanto magis splendorem & dignitatem familiæ sustineret, & ostenderet, quod nobilis esset, ad quod argentea supellex non modicum præstat.

3 Nec repugnat institutio, quia imò † hæres dicitur institutus in legatis, etiam quod illa expressa sint excepta. Bald.in l.si quis ita hæres institutus fuerit, excepto.ff.de hæred.instit.& ib. Ang.num.3.Cum.in 1.notat.Imol.in princip.versic.extra gloss. Alexan. in l.qui quadringenta. num.2. ff. eodem. & consil.32. num.8. lib.2. & propterea non ex hoc dicitur induci aliqua cõtrarietas, inter institutionem, & legatum, hoc enim fit, quia de manu hæredis capi debent, & sic locus est detractioni Falcidiæ, hæres illam detrahat, quod tanto apertius in hoc casu dicebant procedere, ex quo si aliqua contrarietas, vel superfluitas exinde oriretur, ea tamen nullo modo euitari posset, quia hæredes fuerunt instituti quoque in bonis se mouentibus, & tamen ea omnia legata fuerunt.

Non obstat regula l. vnum ex familia. §. si rem. de leg.2. quia ea leuis est, & ex ea non recedimus à proprietate verborum, l. si is. qui ducenta. & ib. Bart. & Soc.nu.1.ff.de reb.dub.Gozad.cons.82.num.6.

Romana, de Vitellis. Merc.9. Mart.1580.

ARGVMENTVM.

Eadem hac est cum superiore, & resolutionem factam amplius confirmat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quando compensationem mereatur.*

DECISIO CCCCLI.

DOmini steterunt in decisis, ad fauorẽ D.Vincentij, & fuit tentum sententiam vltimo latam esse confirmandam, & omnibus dictis pro parte Alphonsi fuit responsum, ea non esse ita clara, quin requirant

1 longiorem discussionem, & ita † exceptio ex ipsis resultans, non meretur compensationem, ac debiti liquidi exactionem, arg. l. vlt. C. de compẽns. ad trad. per Rom. cons.76. nu.3. Ruin.cons.106.num.1. lib.4. Ceph.cons.47.lib.1.

BLANCHETTI.

Romana, de Parentijs. Lun.1.April.1591.

ARGVMENTVM.

Testamentum an per obitum primi hæredis instituti, ante testatorem defuncti, euertatur, vel sustineatur in personam substitutorum.

SVMMARIA.

1 *Testamentum per obitum primi hæredis instituti, ante testatorem defuncti, vi clausula codicillaris sustinetur.*

2 *Testamentum à die mortis initium sumit.*

DECISIO CCCCLII.

DVbitatum fuit, an testamentum bon. mem. D. Vincentij Parentij effectum sit caducum per obitum primi hæredis ante testatorem, vel potius sustineatur in personam substitutorum, & licet Informantes pro filijs Iacobi duplicem viam defendendi testamẽti aggressi sint, quarum altera est, defendere, quod substitutio facta Dominæ Camillæ primæ hæredi institutę, fuerit compendiosa, altera verò, vt sustineatur, vigore clausulæ codicillaris, Domini missa priori via, quia visa est habere maximam difficultatem, ex eo, quod facta est verbis precatijs, quæ solam fideicommissoriam important, ex sententia Doctorum post Bartol. in l. Centurio. num.32. de vulg. & pup. & ib. Rip. qui testatur de communi, nu.101. amplexi sunt

1 posteriorem, vt vigore clausulæ † codicillaris sustineatur, per doctrinam Bald. cons.170. lib.5. Alexan. cons.17.num.19.lib.3.Socin.cons.140.nu.5.lib.1.Dec. cons.142.num.1.& 2. Paris.cons.60.nu.20.& cons.62. nu.70.& cons.74. num.13. lib.2. Mars. sing.547. & in specie, quando per mortem instituti testamentum caducatur, secundum Francisc. decisionem 136. lib.1. cum alijs congestis per Informantes.

Neque huic sententiæ obest, quod clausula sit concepta per verbum valeat, quod est præsentis temporis, ad consil. Aym.69. quia cum sit subiunctiui modi, respicit etiam futurum, vt bene defendit Corne.319. num.15.lib.4. qui allegat Bart.in l.1.nu.2. de iur.cod. faciunt notat. per Innocent. in c. dilecti. post med. de except. vbi vulgatum illud habetur, præsens confusum, præsentis non tenet vsum, Bald. in l. si ita scripsisset. de leg.2. Idem Aym. in vltim. impress. d. consil.69. vbi approbat opinionem Cornei, quod tanto magis dicendum est in casu isto, in quo testator præcogitauit hunc casum euenire posse, vt hæres institutus prędecederet, & nihilominus voluit testamentum suum per executores adimpleri, quorum officium cessat, nõ adita hæreditate. Fulgos.consi.75.num.4. item legata præstari voluit, & alia disposuit, quæ manifestam faciunt eius voluntatem, vt bene per Informantes omnia ponderantur.

Præterea, tollit omnem difficultatem, quod dato, quod verbum valeat, ad præsens tempus tantum re-

2 feratur, cum † testamentum à die mortis initium sumat, cap. cum Marthæ, de cel. Miss. l.1. C. de sacrosanc. eccles. satis verificatur in casu isto, in quo tẽpore mortis testatoris iã euenerat casus mortis hæredis, ex qua prætenditur testamentum fuisse effectum caducum, & Domini requirentes verba futurum respicientia, considerant euentum annullationis, quæ cõtigit post obitum testatoris, & ita conclusum.

LITTÆ.

Romana, Legati, Lun.29. Martij, 1599.

ARGVMENTVM.

Præscriptio statutaria habet locum aduersus creditorem, occasione legati certæ summæ, & contra ignorantem currit: datur tamen ad eam restitutio in integrum.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio contra ignorantem quando currat.*

2 *Ignorantia ex quibus probetur.*

DECISIO CCCCLIII.

FVit resolutum, exceptionem præscriptionis nõ obstare D. Antonio, quia licet præscriptio statuti vrbis, c.18. lib.1. habeat locum aduersus creditorem, occasione legati certæ summæ pecuniarum, quale est legatum, de quo agitur, & sic aduersus creditorem ex quasi contractu, vt tenuit Rota in causa Romana tu-

relæ de Fabijs. 19. Ianuar. coram Reuer. Patre, Domino meo Seraphino, & talis præscriptio currit, etiam
1 contra † ignoraotem, datur tamen eidem in integrum restituno ad eam. Alexan. consil. 31. num. 3. lib. 1. Modern. de statu. verbis præscripi. glos. 19 num. 1. & seq. & tenuit Rota io causa Romana, reddinonis rationis, 15. præsentis meosis, coram Reuer. Patre D. meo Orano.

2 De † ignorantia autem, si non Marij patris Antonij, eoi facta fuit cessio legati, de quo agitur, & cootra quem non fuir completa, ipsa saltam ipsius Antonij hæredis illius, ex præsumptione ioris satis constare videtur, vulg. l. verius. ff de prob. ioxta l. qoi in alterius. de reg. iur. quæ ignorantia Antonij eo verisimilior redditur, quod ad dictum legatum primo egit nomine Cassandræ Monialis, cui factum fuerat, seu nomine monasterij, & vti procurator illius. mox cum ei oppositum fuisset, de dicta cessione cessit liti, nomine monialium, & illic cœpit nomine propno agere ad idem legatum, vti hæres Marij patris sui, ad euius fauorem facta fuerat dicta cessio. Ideo.

Romana, Legati, de Parentijs, Vener. 20. Nouembr. 1591.

ARGVMENTVM.

Hæres adeundo hæreditatem, ad soluendum legata tenetur.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio non currit agere non valenti.*
2 *Exceptio præscriptionis lapsu temporis tollitur.*

DECISIO CCCCLIV.

FVit resolutum, hæredes Nicolai Pareotij, qui sunt hæredes pro tertia parte, bon. mem. D. Vincentij Parentij teneri ad soluendum legatum Francisco factum, per quondam Franciscum Pareotij, in suo testamenio, anno 1552. Nam Vincentius hæres Francisci ad illius solutionem obligatus erat, postquam adiuit hęreditatem. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & oblig. §. hæres. Instit. de oblig. qoæ ex qoasi contr.

Non obstat, quod legatum illius ad anuum solui deberei, ex promptiori pecunia, & sic videatur restrictum ad extantem, quæ cum propter deterioratione societatis noo extaret, hæres censeatur esse liberatus. Rot. de testam. dec. 11. Quia legatum non est restrictum ad promptiorem pecuniá, ex ratione Bancariæ, desumendam, sed ad eam pecuniá, quæ cinus ad manus hęredis, ex quouis loco peruenire possei, pręcipuè stante verisimili mente testatoris, eum priuaret iure succedendi illos, qui ab intestato æqualiter cum D. Vincentio erant successori, & quod ex iareor alia bona, vltra deducta in societatem, pater ex diuisione inter Fratres, cum portio Francisci, vigore testamenti peruenerit ad Dominum Vincentium.

Non obstat præscriptio de iure communi allegata, quia cum legatarij ex dispositione testatoris spacio 30. annorum disponere non possent de legato, illis, tá-
1 quam agetę † non valentibus, præscriptio non eurrit. l. 1. §. fin. C. de bon. matern. l. 1. C. de annal. præscript. Præterea subducenda sunt tempora minoris ætatis, l. fin. vbi Batt. & alij Doctores. C. in quibus caus. restit. in ioteg. noo est nec. fuit resolutum in Sartinatensi, Comitatus, 8. Iun. 1582. coram Sanctissimo Domino Nostro, & coram me, in caosa Romana, de Magdalenis. 16. Ianuar. ann. 1587. Quibus subductis satis appa-
2 ret, nedum † lapsa tempora ad inducendam præscriptionem, ex quibus etiam sublata remanet exceptio præscriptionis, ex statuto Vrbis, quę etiam ex alio remouetur, quia eius dispositio cessat in actione reali, competente pro legato, vt fuit resolutum coram bon. mem. Dn. de Rubeis, 26. Octob. 1576. in causa Romana, vineatum de Maximis. Fuit tameo excitata difficultas, an relictum D. Francisco per bon. memor. Dn. Viocentium veniat excomporandum in causam credi ti sui, super qua erit particulariter agendum.

PAMPHILII.

Romana, Alimentorum, Merc. 30. Octob. 1602.

ARGVMENTVM.

Legatum factum de portione victus, quam habuerat legatarius testatore viuente, quæ comprehendere dicatur.

SVMMARIA.

1 *Legatum victus quæ contineat, & nu. 3.*
2 *Dictio, eadem, relatiua, & quæ comprehendat.*

DECISIO CCCCLV.

FVit resolutum, in legato bon. mem. Cardioalis, de Deza, facto quibusdam suis familiaribus, eorum vita durante, & certis alijs, quousque in Vrbe commorarentur, de portione victus, quę habebant viuente testatore, compreheodi omnia, quæ ab ipso Cardinali eis præstabantur in vita, etiam cum commoditate habitationis, & vsu coquinæ. Versaotur enim in legato victus, quod cóprehendit omnia, quæ veniunt ap-
1 pellatione † alimentorú. l. fin. cum ib. no. ff. de alim. & cib. leg. Ruio. consi. 86. nu. 2. lib. 2. & consequenter habitationem. l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. Pontan. de alimen. c. 17. num. 20. & vsum coquinæ, Sard. de aliment. tit. 4. §. 4. nu. 7. & omnia alia ad vitę sustentationem necessaria, l. verbo victus. cum seq. & ib. Alciat. ff. de verb. sign. eum alleg.

Præsertim, quod ex testibus constat, Cardinalem in vita consueuisse istis familiaribus, vltra portionem panis & vini, & companatici, præstare etiam habitationem, & vsum coquinæ, quo fit, vt censeantur etiam relicta post mortem, tam ex iuris dispositione, ex quo illa io vita dare solitus erat. l. cum alimenta, in princ. ff. de aliment. & cib. leg. l. si cui. vbi glos. ff. de ann. leg. Bero. consi. 48. num. 11. lib. 2. quia etiam ex mente testatoris, qui legauit eandem portiooem victus, quàm ei dabat in vita. Natt. consi. 387. nu. 9. circa finem. versic. secundo responderur, maximè pódera ndo, dictio-
2 nem *eandem*, † quę est relatiua, saltem in genere omnium eorum, quæ Cardinalis præstabat, l. à filio. §. testator. ff. de aliment. & cib. leg. Baldus io l. 2. in princ. sub nu. 2. ff. si cert. petat. eum alijs allegat. Neque est verum, quod ex quo non fuit simpliciter legatus victus, sed portio victus, videatur testator intellexisse de cibarijs tantum, & diarijs, sub quibus continetur habitatio, l. diarijs. ff. de alimeot. & cib. leg. quia testator loquutus fuit de portione victus, ad exclusionem vestium & aliorum, quæ testator noluit legare, & alias venisset sub verbo *victus*, quod suadetur ex eo, quod non reliquit simpliciter portionem victus, sed eandem portionem victus, quæ eo viuente dabatur legatarijs, & eo modo, & tempore, quo præstabatur in vita, de quo tempore habebant habitationem, & vsum coquinę, dict. l. à filio. §. testator. ibi, nam si eodē modo. Non obstat, quod nó videatur verisimile, Cardinalem voluisse, istis familiaribus relinquere habitationem in suo Palatio, satis nobili, quia sufficit, quod censeatur legata habitatio, in genere. Bald. in d. l. in pr. sub num. 2. & præstatur in alia domo, quatenus Palatiom non habitatur ab hærede, quem forsao testator credidit palatium habitatorum, ita vt in eo commode potuisset etiá familiaribus præstari habitatio cum vsu coqoinæ.

Quod dicitur ex communi vsu loquendi, sub lega-
3 to victus comprehendi tantum † cibaria, & diaria, nó probatur, Bart. l. habeo. in fin. ff. de sup. leg. præsertim, vbi coostat de volontate testatoris, qui non simpliciter victum legauit, sed eádem portionem victus, quæ ab ipso præstabatur in vita, & ab hærede post obitum, eodem modo, quo dabatur à testatore, esset præstanda, ad notat. per Mantica lib. 3. de coniect. vlt. voluntat.

tat.tit.8. num.10. prout nec etiam attendi debet factū executorum, quicquid dicendum sit in dubio, vt loquitur Anchar. consil.329.num.2. in fin. cum allegat. in re tam clara, non poterant alterare alimenta relicta à testatore, eodem modo, quo solitus erat præstare in vita, Bart.in tractat. de alimen.nu.22. Natt.d.consil.387.num.10. Surd. de aliment. tit.4.q.19. circa fin.

Quod dicitur Cardinalem non omnibus familiaribus dedisse habitationem, & vsum coquinæ in vita, non facit ad dubium, quod loquitur tantum de ijs, qui & habitationem & vsum coquinæ habebant.

BLANCHETTI.

Romana, de Parentijs, Lun.31.Maij 1593.

ARGVMENTVM.

Legatum quando animo compensandi factum censeatur.

SVMMARIA.

1 *Debitum ex quasi contractu proficiscens, voluntarium est.*
2 *Coniectura compensationis quando excludatur.*
3 *Determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinari debet.*

DECISIO CCCCLVI.

FVit resolutum, institutionem seu legatum factum per D. Vincentium filijs Iacobi de Parentijs, pro duabus tertijs partibus, non censeri factum animo compensandi.

1 Debitum enim proficiscens † ex quasi contractu, videlicet aditione hereditatis est voluntarium, Reuerend.pater Dominus meus Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib.10. tit.2. num.15. ex quo sequitur, non censeri relictum animo compensandi. l. si compensandi, C.de hæred.instit.l.creditorem. ff.de leg.2. Couar. in c.officij,num.2. de testam. Idem Dom. Mantic. vbi supra. num.2. & licet ab hac regula ex coniecturis recedi consueuerit, Rintin. consil.149. num.3. Gabriel consil.106. num.8. lib.1. Tamen hoc casu coniecturæ potius concurrunt in contrarium. Cum enim fuerit instituta hæres Camilla,& nepotes eidem substituti, si ipsos præmori contigisset, substitutio fuisset effecta caduca. Quando autem datur casus, vt legatum non sit perpetuo apud hæredem permansurum, seu ad eius

2 hæredes transiturum, tunc † semper excluditur coniectura compensationis. Caputaq. consil.143. num.5. Idem Dom.Mantic. vbi supra. num.5.

Secundò cum incertum esset tempore testamenti, cui debitum esset legatum Francisci, propter dilationem temporis in legato appositum, & substitutiones factas,cessat animus compensandi, Soc. consil.93. numero 23.lib.1.

Non obstat prohibitio molestandi Camillam, quia non est perpetua,sed respicit personam ipsius tantum. Secundò, prohibitio respicit nedum filios Iacobi, sed etiam filios Nicolai,quorum respectu,sicut non inducitur compensatio, ita nec etiam respectu filiorum Ia-

3 cobi. Vna enim determinatio † respiciens plura determinabilia, debet illa æqualiter determinare.l.iam hoc iure. ff. de vulg. & pupillar. Tertiò, cum in euentum molestiæ illos priuet hæreditate, excluditur compensatio, quæ reijcit omne grauamen.

Nec suffragatur ratio cõseruandæ æqualitatis, tum, quia, vt bene respondet Dominus Benettus,illa habet locum in hæreditate patris, non autem patrui, tum etiam, quia ab intestato hæc hæreditas esset diuidenda in capita, non in stirpes, vt fuit resolutum coram me, 10. April.anno præterito, in vna Bononiensi, Hæreditatis, vtique magna non potest considerari inæqualitas. Nec obstat etiam, quod debitum absorbeat relictum filijs Nicolai, quia non agitur de transferendo integro onere soluendi hoc debitum in ipsis, sed vt pro rata sibi relicta ad illius solutionem concurrant: & ex his ita resolutum fuit.

BLANCHETTI.

Anconitana, Fideicommissi, Mercur.10.Decemb. 1584.

ARGVMENTVM.

Supplementum legitimæ etiam ex bonis fideicommisso subiectis datur.

SVMMARIA.

1 *Authent. res quæ. Cod. commun. de leg. quando locum habeat.*
2 *Culpa filij sibi, non alteri nocere debet.*
3 *Retentio facilius datur, quam actio.*

DECISIO CCCCLVII.

DOmini dixerunt, quod Felici & Ricabellæ debetur supplementum congruæ dotis,de iure communi,in bonis Francisci, prouenientibus ex fideicommisso Andreæ. Vbi enim copulatiue concurrunt obligatio dotandi,& defectus aliorum bonorum,est locus

1 dispositioni Autb. res † quæ. C.comm. de leg.& ibi. Bart. num.3. & ideo mater, quæ non tenetur filiam dotare, non potest ipsa alienare bona subiecta restitutioni. Cum igitur ad proauum spectaret onus dotandi pronepotes, possunt ipsæ vti retentione, quia hæc bona transierunt cum hoc onere,ex præsumpta voluntate disponentis, super qua est fundata dispositio dictæ Autb.vt ibi per Paul.de Castr.num.10.Fulgos.num.2. & Ias. num.15. Dec.cons.519.nu.3.

Non obstat, quod pater ipsarum consumpserit bona libera, & suam legitimam, & sicut filio non datur alia legitima post ipsius consumptionem, ita vt nec

2 hoc casu debeatur dos,quia culpa filij † sibi nocere debeat, non alteri. Paul. de Castr. consil.16.col.2. versic. his non obstantibus. & consil.80. nu.1. & seq.& cons. 219.num.2.lib.1.& idem in d.Autb.nu.11. Cuius opinionem sequuntur Ias.in l.eo procuratore.alleg.in 14. lim. Ruin.in l. Marcellus.§.res quæ num.3. in fin. Dec. consil.376.in fin.& seq. num.6. Gozad.cons.97.nu.10. Rol.cons.85.num.4.lib.1.

Non obstat consil. Alciat.96. & 164.lib.... quia quatenus ipse in altero ex eis respondet Auth. res quæ, procedere in filijs,& descendentibus,natis viuente testatore,tantum,eius opinio fuit reiecta in illa Romana,dotis de Buccapadulis, coram Reueren.patre Domino meo Decano, quatenus considerat absurdum, omnibus bene respondet Curt.iun. consil.59. præponenda enim sunt, quæ communiter prosunt his, quæ aliquibus particulariter vtilia, vt inquit Imperator in præalleg. Auth.

Non obstat, quod plures ex præfatis Doct. loquuntur in restitutione dotis, quia eadem dispositio habet locum,& in constitutione, vt per Bart. ibi.num.2.& Imol.in l. cum auus. in fin. ff. de condit. & dem. cum alijs, quæ referunt cumulatissime recentiores de interpr.vlt.vol.fol.77.nu.16.

Non obstat, quod hæc procedunt in portione patris,non autem aliorum, quia bona fideicommisso grauata fuerunt diuisa inter fratres, quia cum hoc onus sit reale,Dec.cons.376. diuisio non præiudicat filiabus feminis.

Præterea,ex abundanti fuit dictum,quod hoc casu ipsæ filiæ feminæ habent concomitantem voluntatem patrui,qui eas instituit hæredes,& ipsæ possunt vti retentione, donec congrue dotentur, licet forsan actio ei aliquo prætextu potest denegari, cum facilius de-

3 tur † retentio, quam actio, l.per retentionem. C. de vsur. c.intelleximus. de iud. Innoc. in c. cum inter.de except.Cap.cons.19.nu.10.& 11.

SE-

SERAPHINI.

Vrbeuetana, Castrorum, Vener. 19. Iun. 1576.

ARGVMENTVM.

Fratribus institutis hæredibus, & filijs eorum, quæritur, an filius defuncti fratris, patre adhuc viuente, sed à successione ob fideicommissum excluso, vigore substitutionis in possessionem bonorum patrui defuncti sit immittendus.

SVMMARIA.

1 *Indefinita vniuersali æquipolles.*
2 *Mens testatoris in primis attendenda.*
3 *Tractus temporis per verbum descendentes importatur.*

DECISIO CCCCLVIII.

CAmilla de Sinibaldis domina castri Seppij, instituit suos hæredes Gabrielem, & Falconẽ fratres suos, eorumque filios descendentes in infinitum, ex eis & quolibet eorum, per lineam masculinam legitimam & naturalem. Et in euentum, in quem prędicti sui hęredes morerentur sine filijs, masculis, legitimis & naturalibus, seu descẽdentibus ex eisdem, vt supra, tunc, & eo casu, hæredes suos instituit vniuersales, tunc eius maritum, & confraternitatem Ann. de Vrbe defuncto Gabriele, qui portionem suam alienauerat Sinibaldus, filius Falconis adhuc patre viuente, sed exclusus à successione ob fideicommissum, petijt vigore substitutionis se mitti in possessionem in bonis prædicti Gabrielis, olim alienatis.

Econtrario dicebatur, eum non vocatum esse, ex pluribus. Primò, quia institutio fuit facta per verba directa, & ideo non potest allegari. Doct. in l. precibus. C. de impub. & al. substit. Secundò, quia cum vocentur illi, quos necesse non erat instituere, nempe fratres, & eorum filij. l. fratres. C. de inoffic. testam. non veniunt ordine successiuo, sed simul inuitati censentur. c. Raynutius, de testam. Alex. consil. 13. num. 7. lib. 4. Ias. in l. quidam recte. nu. 24. in 1. lect. Tertiò, quia hęc institutio dato, quod contineat substitutionem, ea est intelligenda de vulgari fideicommissaria, Castr. 159. lib. 1. & 352. num. 5. lib. 2. Dec. consil. 253. num. 5. Ruin. 119. num. 2. lib. 4. quia non concurrunt in casu isto requisita, ad inducendum fideicommissum reciprocum, de quibus per Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 2. ad Trebell. & ib. Rip. nom. 4. Ruin. cons. 126. num. 6. & 8. lib. 3. Paris. 44. nu. 24. lib. 2. Aym. 16. nu. 7. Mand. cons. 31. Secundò, quia cum testatrix instituit Gabrielem, & Falconem, & eorum filios, est mens vtriusque per pluralem locutionem, l. inter illam. §. fin. de verb. sign. cum simil. Secundò, quia hæc substitutio distributiue est intelligenda, scilicet, vt filij Gabrielis in portione Gabrielis, & filij Falconis in portione Falconis succedant. Coro. cons. 32. lib. 9. nu. 2. indefinita † enim æquipollet vniuersali distributiue, non collectiue, Bart. in l. si pluribus. in fin. de leg. 2. Corn. cons. 82. col. fin. nu. 2. Tertiò, quia illi filij, censentur vocati, qui erant nati tempore conditi testamenti, vel post testamentum ante mortem testatoris, l. si agnatus. de rebus dubijs. l. cũ ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. Alex. consil. 219. circa fin. lib. 2. Dec. cons. 95. col. penult. cum alijs, quod cõpendiosa communiter est receptum, vt filij non censeantur vocati, nisi sint nati, vel cõcepti tempore mortis testatoris, Alex. 184. col. 1. lib. 2. Ruin. consil. 112, num. 13. lib. 2. cum alijs.

His tamen non obstantibus, contrarium fuit decisum, verba enim testamenti visa fuerunt satis clara, ex quibus elicitur mens testatoris, quæ in his † præcipue est attendenda, l. in conditionibus. de condit. & demonstr. l. cum virum. C. de fideicommiss. l. si quis mihi. de verb. sign. Ias. consil. 154. col. antepen. vol. 4. Socin. consil. 75. num. 37. lib. 3. Grat. 31. num. 14. lib. 1. Nam quod testatrix voluerit filios Gabrielis & Falconis vocare ordine successiuo, apparet ex eo, quod vocauit eos sub appellatione descendentium, Bart. in l. Gallus §. quidam recte. nu. 24. & ibi Rub. Alex. nu. 85. Ruin. consil. 100. nu. 1. lib. 2. & tunc temporis nulli filij erant nati. Bald. cons. 306. lib. 3. Dec. cons. 206. num. 3. Rub. Alex. d. § quidam. num. 31. Soc. iun. consil. 136. nu. 16. in fin. lib. 3. Pedem. decis. 81. num. 16. & sunt apposita verba tantum temporis duratiua, nempe, dictio illa *in infinitum*, quæ facit, vt nisi intelligantur vocati successiue dispositio reddatur impossibilis. Aym. consil. 22. num. 2. Neque obstat, quod verba sint directa, quia adest clausula codicillaris, vltra verba tractum temporis denotantia. Alex. consil. 82. nu. 2. lib. 2. Aym. 22. num. 8. & ex his tollitur primum, & secundum fundamentum, quæ econtrario fiunt.

Secundò facit, quia hæc substitutio non est solum intelligenda per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam, propter verba, quæ habent tractum temporis, Soc. d. §. quidam recte. n. 9. Paris. cons. 31. num. 4. lib. 1. Curt. iun. cons. 48. num. 4. Ruin. cons. 92. num. 7. lib. 3. Aym. 22. num. 7. Cou. c. Raynutius. §. 2. in fin. de test. Tractum autem temporis † importat illa dictio *descendentes*. Curt. dicto cons. 48. num. 4. Soc. iun. dicto cons. 136. nu. 18. lib. 3. & idem importat dictio *infinitum*. l. apud Celsum. §. in hac exceptione. de do. excep. ex quibus resultat, quod verbum institutio respectu fratrum testatricis importet substitutionem, respecto verò filiorum substitutorum, Ioan. de Anan. cons. 37. nu. 2. Curt. iun. d. consil. 48. num. 2. Confirmantur supradicta ex substitutione facta, Gabrieli, & Falconi, si sine liberis decesserit, & positi in conditione censeantur substituti, vt per Dec. cons. 158. num. 13.

Non obstat, quod quinto loco opponebatur expectandam esse mortem vtriusque tam Gabrielis, quàm Falconis, quia hoc posset procedere, si Fabius esset capax, sed cum præsupponatur, quod renunciauerit fideicommisso, subintrat eius filius per ea, quæ fuerunt per Rotam resoluta, in Vrbeuetana Castrorum, coram Reuer. patre Domino Blanchetto, & in proprijs terminis renunciationis fuit decisum in vna Foroliuiensi, Fideicommissi, coram Reuer. patre Domino Aldobrandino, 30. April. 1578.

Vltimo non obstat, quod non veniant isti filij, qui non erant tempore testamenti, vel saltem concepti, illud enim procedit, quando vocatio est pura, sed hic cum sint nati vocati in casu mortis institutorum, vt supra fuit demonstratum, sufficit, quod eueniente casu mortis, & purificationis tempore huius conditionis reperiantur nati, vel concepti. Castr. consil. 16. num. 5. lib. 2. Soc. l. si cognatus. num. 3. de reb. dub. Alex. cons. 26. num. 14. lib. 3. Ias. consil. 159. nu. 3. lib. 3. Ruin. consil. 68. num. 9. lib. 5. Paris. consil. 31. num. 41. lib. 2. Roland. consil. 38. num. 56. & cons. 38. lib. 4. Et ex his conclusum, ex verbis testamenti resultare fideicõmissum, in fauorem Sinibaldi.

LITTÆ.

Romana, de Roncionibus, Venet. 22. Matt. 1596.

ARGVMENTVM.

Hæredi fideicommissario quando immissio ex l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. competat.

SVMMARIA.

1 *Hæreditate non adita, omne ius ex ea competere resoluitur.*
2 *Heres fideicommisso grauatus potest cogi adire.*

DECISIO CCCCLIX.

DVbitaui, An Dominis de Roncionibus hæredib. fideicõmissarijs quond. Francisci Roncioni competat immissio ex l. fin. C. de ed. Diui Adr. toll. & Domini resoluerunt, non competere, moti, quia nõ constat, quod hæreditas fideicõmittentis fuerit adita per Iuliam hęredem d. fideicommisso grauatam, & regula est, quod nõ adita hæreditate omne ius † ex testamẽto compe-

competens solutum, l. si nemo. ff. de reg. iur. Bald. in l. eam, quam num. 5. C. de fideicom. hacque ratione fuit
2 inductum, vt hæres † grauatus fideicommissu vniuersali, possit cogi adire & restituere, l. apud Iulianum. ff. ad Treb. & §. sed quia stipulationes. Inst. de fid. hære. & quod necessaria sit talis aditio in hærede grauato, vel saltem quod eo viuente fuerit iussus adire ad effectum, vt iura in ipsum fideicommissarium transeant, tenent Castr. in l. penult. §. cum autem, in princ. Bald. num. 10. Cyn. num. 4. & Coro. num. 3. C. ad Senatusconf. Treb.

Nec obstare dixerunt Domini, quod Octauius fuerit hæres dictæ Iuliæ, quia nō per hoc sequitur, quod fuerit hæres Francisci, nisi simul probetur hæreditatē Francisci fuisse aditam per Iuliam, cuius personam repræsentauit Octauius, ipsa dum vixit, ad tex. in l. nihil aliud. ff. de regul. iur. & in l. & quia. ff. de interrog. action.

Vltra quod, vbi etiam constaret Francisci hæreditatem fuisse aditam per Iuliam dict. fideicommisso grauatam, prout verè non constat, & sicea mortua omnia iura tam actiua, quàm passiua transiuissent in Octauium, mediante aditione hæreditatis præfatæ Iuliæ, iuxta tex. in §. post mortem. Instit. de inutil. stipul. non per huc fideicommissarijs competeret immissio ex d. l. tin. stante, quod adhuc ei facta non fuerit restitutio, nec realis, nec verbalis, prout requiritur, ad tex. in l. restituta. & in l. facta. ff. ad Trebell. cū alijs per Rol. conf. 78. num. 15. & seq. lib. 5. & per Gabr. conf. 46. num. 18. lib. 1. Nec eo prætextu iuuari possunt, quod non adsit Octauij hæres, cui dict. restitutionem facere posfit stante, quod proclama factum ad prædictum effectum, non sustinetur, vti factum non citatis filiabus Octauij, quibus de iure defertur hæreditas patris, Aret. consil. 37. post num. 10. versic. quibus expletis.

Nec prædictos iuuat, quod dict. filiæ hæreditati & successioni paternæ renunciauerint, tum quia de renunciatione ista non constat, tum etiam, quia illa in omnem casum censetur facta ad vtilitatem fratrum, qui cum nunc hæreditatem eorum communis patris, & sic prædicti Octauij repudiauerint, non propterea prohibentur filiæ ipsæ eam acceptare, vbi velint, cum sic cesset causa exclusionis earum, ad tex. in cap. cum cessante. de appell. cum vulg.

BLANCHETTI.

Fauentina, de Calderonibus. 16. Ianuar. 1587.

ARGVMENTVM.

Hæredem institutum esse aliquem, ex quibus colligatur.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio Trebellianicæ hæredem aliquem esse institutum, probat.*
2 *Vsufructuarius an hæres institui possit.*

DECISIO CCCCLX.

Fuit resolutum, Gasparem succedere Ceciliæ in bonis, de quibus agitur, quia verba testamenti sunt clara, in quibus ipsa instituitur hæres, & Euangelista, & Annibal substituuntur, & eam semper in alijs dispositionibus hęredem vocat, vt in liberiate à satisdatione; Dictus verò Euangelistam, & Annibalem vocat substitutos, & eo modo substitutionis priuat in euentum, in quem ipsi molestias inferant Ceciliæ.

Accedit prohibitio Trebellianicę, quæ si non esset
1 instituta non detraheretur, † ex quibus intrant allegata in Perusina, de Alphanis, & Ceph. consi. 472. nu. 52. cum alijs alleg. per Scribentes pro Gaspare.
2 Non obstat, quod † sit vsufructuaria, quia vsusfructus est relictus causalis, non autem formalis, l. donationes. §. species. ff. de donat. & virtualiter importat prohibitionem alienationis, ne ipsa possit ad libitum disponere, de proprietate bonorum, sed illa conseruare teneatur substitutis, non autem, vt censeatur solum instituta, in vsufructu, & substituta in proprietate.

Ex quibus sequitur, quod cum substituti prædecesserint, fuerint delata hæreditas Ceciliæ, non autem hæredibus substitutis.

BLANCHETTI.

Romana, Fideicommissi, de Magdalenis, Ven. 12. Febr. 1593.

ARGVMENTVM.

Bona esse fideicommisso subiecta, ex quibus quis scire præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Scientia ex productione iurium probatur.*
2 *Ignorantia testamenti in his, qui ab intestato succedunt, iustè cadit.*
3 *Iuri petendi fideicommissum quanto tempore præscribatur.*

DECISIO CCCCLXI.

Fuit resolutum, constare, quod Domini de Magdalenis tēpore alienationum factarū sciuerunt bona per ipsos alienata fuisse subiecta fideicōmissis Vannocitæ, & Baptistę. Cum enim Iulianos contra filias Petri de Magdalenis mortuo ipso Petro obtinuerint sententias à Rota Canonicatorias Fideicommissi, & postea cum illis concordauerit, non potest negari scien-
1 tia, quæ ex iurium productione † concludenter probatur. Aym. consi. 26. num. 3. & conf. 123. num. 6. probatur etiam scientia ex lite mota, anno 1539. contra Cyriacum Mathiæum emptorem casalis Casaleti, eodem anno, per filios Penthasileæ, super legato, sibi à Vannoctia relicto, & interpellatione Cyriaci facta Dominis de Magdalenis, & causa discussionis contra creditores Iuliani, & sententia inde secuta ad fauorē ipsorum ratione horum fideicommissorum, vt in 11. & 13. præsumptione ex quibus in materia, in qua etiam solæ coniecturæ sufficiunt. Bald. cōsi. 392. nu. 1. lib. 1. Achil. consil. 197. nu. 23. lib. 2. Abb. in c. quia diuersitatem. in vlt. not. de cōc. præben. dixerunt Domini concludenter esse probatam scientiam.
2 Non obstat, quod in his, qui ab intestato succedūt, cadat iusta ignorantia testamenti. Rip. in l. qui bona. §. duo fratres. num. 58. ff. de verb. oblig. quia ex supra deductis cessat ista præsumptio, præcipuè in testamēto nuncupatiuo. Paris. consil. 91. num. 42. lib. 2. ex hac autem scientia oritur mala fides.

Non obstat, quod ante agnitionem fideicommissi currit præscriptio cōtra fideicommissarium, quia deducta pupillari ætate Fabij præscriptio currere non cepit, nisi ab anno 1583. & cum anno 1545. ipsa sciuerit fideicommissum sibi delatum ex ista scientia resultat acceptatio, vt fuit resolutum coram me in hac eadem causa, 19. Nouemb. 1574. & 8. Februar. 1577.
3 Præterea, cum iuri petendi † fideicommissum præscribatur spacio 30. annorum, vt fuit resolutum in hac eadem causa, 24. Ian. 1576. Ius ex prætensa decennali præscriptione fuit reuocabile penes Dominos de Magdalenis. Præscriptio enim triginta, vel quadraginta annorum esset superflua, si ex præscriptione bonorū, decennali fideicommissarius posset excludi, &c.

Et ex his, & dissensu Fabij alienationi Casalis Borgieni, & derogatione fideicommissi obtenta, & alijs deductis, ita fuit decisum.

BLANCHETTI.

Fauentina, Fideicommissi. Mercur. 27. April. 1583.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Proponuntur, & discutiuntur tria dubia: quorum primum est de sufficienti cautione, alterum de eius remissione, & tertium, an conditio apposita in institutione Camillæ sit in substitutione repetita, quæ in ipsa decisione latius videri poterunt.

SVMMARIA.

1 *Conditio ad sui fauorem introducta, etiam in ipso vltimo spiritu à grauato potest impleri.*

2 *Mandatum de manutenenda habens, iuste possidere dicitur.*

DECISIO CCCCLXII.

PRima pars dubij habuit plures difficultates, prima, an sufficienter Camilla obtulerit cautionem, secundò, an fuerit remissa, tertiò, an conditio apposita in institutione Camillæ sit repetita in substitutione. Quæ omnia indulgent particulari discussione, & cum Camillæ ius non deducatur coram me, nisi incidenter, Domini dixerunt, vt particulariter videatur, præsupposito fine veri præiudicio, quod ipsa non præstiterit cautionem, quo tempus, hoc casu sit attendendum, ad effectum, vt sit locus factus fideicommissu, & ratio dubitandi est, quia licet defecerit conditio, tamen cum Camillæ licuerit renunciare remedio cautionis, in sui fauorem, introducto, dicta conditio † potuit adimpleri in vltimo vitæ spiritu, & ita donec ipsa transiuit ad secunda vota, quamuis enim conditioni non satisfecerit medio tempore, illi tamen non contrauenit, & retractatio non videtur facienda, vsque ab initio, in præiudicium Iacobi, ex allegat.

Alia enim fuit difficultas considerata, an ex mente testatoris dictum onus intelligatur appositum durante vita Iulij, tantum, prout censuit Ioan. de San. in c. de sec. nupt. par. 1. nu. 34 sed, vt dixi, hæc erant videnda coram Reuerend. Patre D. meo Decano nisi hæc causa aliud postulet.

Quo verò ad vltimam partem dubij, Domini dixerunt, quod pro rata legitimæ Bartholomæi Iacobus est immittendus in possessionem, quo verò ad residuum, quatenus ipse nitatur dicto testamento Bartholomæi, procedendum via ordinaria, quia fratres de Pasijs allegant similem titulum, & cum habeant mandatum † de manutenendo, à Reuer. patre D. Seraphino, iuste possident. Si verò nititur fideicommisso Annibalis pendet à decisione supradicti dubij, & an hoc casu filij præmortui sint vocati ad eorum portiones, vel potius debeat attendi proximitas, quorum illud disputandum, quod Iacobus vti actor elegerit. &c.

Eadem, Lun. 23. Ian. 1584.

ARGVMENTVM.

Iuri accrescendi in substitutione quando locus factus dicatur.

SVMMARIA.

1 *Vxor heres instituta, si Mutianam cautionem non præstiterit, & ad secūda vota transierit, heres esse desinit.*

2 *Substitutio vulgaris vnita cum iure accrescendi, transmittitur ad heredes.*

3 *Ius accrescendi requirit aditionem.*

DECISIO CCCCLXIII.

FVit per Dominos resolutum, cum præsupposito, quod Camilla ex testamento Annibalis propter non præstitam cautionem Mutianam, & transitum ad 1 secunda † vota eidem, non fuerit hæres, iuxta consil. Rom. 170. nu. 7. & 11. lib. 3. & ptout alias fuit allegatum, & deductum pro parte Alphonsi, fuisse locum iuri accrescendi, in fauorē Bartholomæi, l. qui ex duabus. & l. qui patri. ff. de acquir. hęred. Nec obstat, quod patrueles ipsi etiā essent vulgariter substituti Camillę, & ita per ipsam substitutionem, quæ est fortior, exclu-di ius accrescendi, l. 2 §. si duo. ff. de bon. poss. secund. tabul. l. vni. §. pro secundo. C. de cad. toll. cum alijs per Ant. Gomez. de iur. accresc. nume. 32. quia etiam ipse Bartholomæus fuerit vulgariter substitutus Camillę, illa substitutio huic est præferenda, l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupill. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 4. tit. 10. nu. 21. Præterea, cum ipse fuerit cohæres Camillæ, & eidem substitutus, præfertur alteri substituto, Bald. in l. testamento. num. 1. C. de impub. & al. subst. Quibus stantibus regula est, quod vulgaris 2 substitutio vnita cum iure † accrescendi transmittitur Ceph. cons. 16. nu. 35. lib. 1. & quod transmissio fiat ad hæredes, sunt textus clarissimi, in l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. l. hac scriptura. §. 1. ff. de cond. & demonst. l. qui ex duabus. ff. de acquir. hæred. §. fin. Inst. ad senatusconf. Orfic. Ias. in l. more maiorem. num. 2. ff. de iur. 3 omn. iud. Cum enim ius accrescēdi requirat † aditionem, & respiciat portionem, l. hęc scriptura. §. 1. de cōdi. & demon. l. si totum. ff. de acquir. hæred. Ant. Gomez. in d. tract. num. 35. penes fideicommissarium, ante restitutam hęreditatem, nulla portio residet, & aditio non datur, l. restituta. ff. ad senatusconf. Treb. si autem esset facta restitutio, tunc absque aliqua agnitione, accresceret ius ipsis fideicōmissarijs, l. Papinianus. ff. ad Senatusconsul. Treb. Et licet pro parte Alphonsi allegetur restitutio facta Fabritio per Camillam, tamē est aduertendum, quod si restituit, vt hęres Annibalis, non potuit, quia non fuit hæres, vt supra præsuppōnitur, si vt hæres Bartholomæi, & hoc casu debet sequi voluntatem testatoris, & non potest præiudicare substitutis ab ipso Bartholomæo, restituendo magis vni, quàm alteri, vel & tertio restitutio intelligatur facta Fabricio, pro rata portionis sibi debitæ fideicommisso Bartholomæi.

Romana, Castri Gandulphi, Lun. 20. Iun. 1588.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum ad obtinendam immissionem in possessionem bonorum, vigore fideicommissi in publico instrumento appositi, ex quibus competat, declaratur.

SVMMARIA.

1 *Interdictum Saluianum pro legatis, & fideicommissis datur.*

2 *Confessio defuncti nocet heredi.*

DECISIO CCCCLXIV.

FVit resolutum, altera tantum parte informante, competere Illustriss. Dominis Mariano, & Bernardino de Sabellis, Saluianum interdictum, ad obtinendam immissionem, in possessionem castri Gandulphi vigore fideicommissi, contenti in instrumento, de quo agitur. Nam, quod huiusmodi remedium detur pro 1 legatis. & fideicommissis, fuit semper in Rota obseruatum, vt patet ex decisione Paleott. 333. in vna Foroliuiensi, Bonorum, quicquid in contrarium senserit Sarmient. in suis de reddit. Eccl. commentarijs, par. 3. c. 1. num. 19. & 20. quem refert, & sequitur Menoch. de adipisc. rem. 3. in 23.

Quod autem in dicto instrumento contineatur fideicommissum, visum est carere omni difficultate, cū ibi dispositiue habeatur, vt deficiente ipsius Domini Federici linea masculina succedant in dicto castro proximiores de domo & familia sua, exclusis feminis in infinitum, ordinem verò successionis supra declarauerat in ea prohibitione, quam fecit, ne possent bona illa extra familiam alienari. Caputaq. decis... nec cedi, aut donari, seu testamēto relinqui. Receptissimum autem est, & à Rota in pluribus causis resolutum, & præsertim coram me, in causa Portuēsi Bonorum, de Columna, posse in contractibus fideicommitti. Aym. cons. 19. num. 9. cum alijs tunc allegat. Probata etiam sunt extrema, tunc requisita in hoc remedio, cum probatur possef-

possessio D.Federici, per instrumentum locationis, factæ bon.mem. Cardinali præsenti, & acceptanti, quæ confessio nocet, hæredibus Rot.decis.1. de fid.instr.in antiq Fel.in c.inter.num.8.de fid.instrum.

Quia tamen econtrario in quodam memoriali allegabatur dari retentionem, ratione meliorationum, & debitorum communium per Cardinalem solutorum, fuit reseruatum, vt particulariter discuterentur.

Eadem, Lun.vlt.Apr.1584.

ARGVMENTVM.

Restitutionem hæreditatis esse factam, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati parte non citata non probant.*

DECISIO CCCCLXV.

Ego proposui dubium, in causa Fauentina, fideicommissi, An probetur restitutio hæreditatis Annibalis, facta per Camillam Fabricio, quæ noceat Iacobo, quod proposueram 16.præsentis mensis, & tunc, licet Domini inclinarent, saluis exceptionibus, & nullitate examinis, & contrarijs probationibus, satis probari ex dicto Alexandri Tanzani, & quibusdam ex his, quæ dabantur in rubr. de publie. voc. & fam. tamen mandatum, vt strictè partes informarent, super exceptionibus Alexandri, & nullitate examinis, & quo ad exceptiones, non potui capere resolutionem, sed quo ad nullitatem examinis Domini fuerunt concordes, 1 quod restitutio non probatur, quia † testes examinati non citato Iacobo, qui erat in causa prouocatus ab Alphonso, & fratre, & cuius procurator exhibuerat mandatum cum protestatione, vt nihil fieret, quin ipse citaretur, quare cum postea fuerit decreta remissoria, & examinati testes, ipso non citato, res est clarissima, quod ipsorum dicta ipsum non afficiunt.

SERAPHINI.

Firmana, Fideicommissi, 5.Maij.1595.

ARGVMENTVM.

Substitutionem reciprocam inter descendentes vnius lineæ ad aliam, non esse factam, ex quibus probatur.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissa odiosa sunt, & strictè interpretanda.*
2 *Substitutio plurium descendentium in dubio semper intelligitur discretiuè facta de proprijs filijs, & descendentibus vniuscuiusque instituti.*
3 *Fideicommissum vt ex tacita mente testatoris inductum censeatur, quæ requirantur.*
4 *Pluralitas in singularitatem resoluenda.*
5 *Agnationis quando ratio habita dicatur.*
6 *Restringitur ad gradum expressum.*

DECISIO CCCCLXVI.

Fvit resolutum, non fuisse factam reciprocam substitutionem inter descendentes vnius lineæ ad aliam, cum talis substitutio non legatur in testamento, de quo agitur, quod sufficit allegare ad illam excludendam, vt ait Ioan.Andr. in add.ad Specul. de testamen.§.1.versic. occurrit. Soc.cons.62. nume.7.lib.3.l. quidam cum filius, vbi Bald. & Imol.de hæred. instit. 1 & vulgares regulæ, quod fideicommissa † sint odiosa, & strictè interpretanda, nec extendenda vltra personas, & casus expressos. Cephal.qui alios congerit cons. 430 num.12.cum seq.lib.3.propterea substitutio plurium descendentium semper in dubio intelligitur 2 † facta discretiuè de proprijs filijs, & descendentibus vnicuique instituti, non autem de alijs, Ruyn. consil. 121.num.8.lib.2.& cons.115.num.12.& cons. 134.nu. 7.& cons.141.num.13.vers.postremo.& cons.162.nu. 5.lib.3.Paris.cons.18.nu.60.lib.2.Alciat.cons.81.nu.2. tom.3.& facit simile de emphyteusi, vel feudo concesso pluribus, eorumque successoribus, Bar.& alij in l.si mihi, & Titio.de verb.oblig.Bald.in l.cum acutissimi num.2. C.fideic. Alex.cons.14.num.3.lib.2.

Non obstant illa verba, *eisdem, & cuilibet ipsorum substitutorum*, & cuiuslibet ipsorum filios, & descendentes, quia intelliguntur discretiuè, referendo singula singulis, scilicet, vt cuilibet decedenti intelligantur substituti proprij cuiuslibet filij, & descendentes, & quando dispositio potest parere effectum contra multiplicationem nouorum fideicommissorum, nunquam per eum censetur inductum nouum fideicommissum, l.pater.§.fin.de leg.3. & fuit resolutum coram Reu. patre Dn.meo Pamphilio, in causa Vrbeuetana, fideicommissi, die 28.April.1596. quod ideo magis dicendum est, quia alias dicendum esset, substitutos fuisse simul non solum filios, sed etiam transuersales, quod est verisimile, nec supplenda sunt illa verba, vt intelligantur deficientibus filijs, vnius lineæ, cum hoc ibi non legatur.

Quod verò dicitur, videri inductum fideicommis3 sum † ex tacita mente testatoris, non potest probari, cum ad hunc effectum duo simul requirantur, alterum vt fiat substitutio in tota hæreditate, alterum vt fiat vltimo decedenti, Doctor.in l.heredes mei, §.cum ita. ad Senatusconf.Treb.& ib. post Bart.Soc.num.4. Rip. nu.14.Alex.conf.91.nu.3.lib.1.Ruin.conf.126.nume. 5.lib.3.Paris.conf.44.num.26.lib.2.& conf.58.num.5. lib.3.Aym.conf.161.Ceph.conf.430.num.36.lib.3.& fuit resolutum in dicta causa Vrbeuetana, & considetatum in vna Bononiensi, de Felicin. coram me N.

Non obstant illa verba, & ad effectum, vt dicta bona vadant integraliter ad quoscunque vocatos, quia respiciunt prohibitionem detractionis Trebellianicæ Falcidiæ, legitimæ, & alterius cuiuscunque portionis, vt patet ex lectura, & intelliguntur discretiuè, cum sit impossibile, quod tota hæreditas integraliter ad quoscunque vocatos peruenire possit, sed pluralitas resol4 ui † debet in singularitatem, ad not.in l.Lucius.§.Caio & Doctor. in dicta l.hæredes mei. §. cum ita. Alex. conf.93.num.9.lib.3.

5 Non obstat, quod testator considerauerit † agnationem, quia hoc intelligitur respectu descendentium cuiusque lineæ, & dicta ratio agnationis restringi so6 let † ad gradum expressum. Put.decis.175.lib.2.& plu ries decisum in causa Vrbeuetana, castri coram Reu. patre D.meo Blancherto.

Non obstat, prohibitio alienationis, quia regulatur iuxta terminos fideicommissi, præcedentis, ad consil. Dec. 636.

Et ex his conclusum per Dominos, in hoc casu nullam adesse reciprocam substitutionem inter lineas.

Fauentina, Fideicommissi, Ven.18.Maij.1584.

ARGVMENTVM.

Hæreditate non restituta per grauatum, quod per testes probatur, tertius pro suo interesse interueniens, rectè petit immissionem in possessionem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Acta præterita ad causam venienti nocent.*

DECISIO CCCCLXVII.

Domini steterunt in decisis, videlicet testes non probare restitutionem factam per Camillam Fabricio, eum Iacobus omnino esset citandus, quia monitorium in decreto remissoriæ est fundatum super narratiua, quod aliqui iactabant velle molestare ipsos immissos vigore mandati A. C. de & super tota hæreditate Annibalis, quam narrant ad ipsos impetrantes totam spectare postea monentur Iacobus & alij, ne ipsos super dicta hæreditate audeant molestare, quod monitorium fuit personaliter executum contra Iacobum, q. Iulij de Paschijs, fol.75. qui comparuit per procuratorem, qui protestatus fuit. Non obstat, quod negotium sit diuersum, quia Iacobus nullum habebat inter-

interesse in causa spolij, inter Alphonsum, & fratrem, & Camillam, qui satis constat de suo interesse, cum ipse tanquam tertius potuisset impedire, nec Camilla restitueretur, & obtinere vt pro rata sua in possessionem bonorum detentorum per alios de Paschijs immitteretur.

Accedit quod ante decretum remissoriæ venit ad causam, cum speciali commissione, & citauit procuratores tam Camillæ, quàm Alphonsi. Nec obstat clausula, constito, primo, quo ad Alphonsum, satis constabat Iudici de suo interesse, quia filios Iulij vocatos esse in testamento Annibalis, non est dubium, & in monitorio tanquam talis citatur. Procurator Alphonsi citatus ad dicendum contra commissionem & mandati.... nihil opposuit, ideo tanquam contumax habetur pro confesso in sui præiudicium. gl. c. vlt. verb. pro confesso. vbi Francisc. num. 20. de conf. in 6. respectu autem Camillæ omisso, quod protestatione procuratoris ipsius Alphonsus iuuari non potest, tum quia nec consors litis, tum etiam quia habebat speciale procurator in causa, constitit iudici de interesse per repetitionem confessionum, testamentorum, & omnium ad sui fauorem facientiũ, ex quibus ad hunc effectum vt esset citandus, præcipue ad probandam restitutionem admodum sibi præiudicialem, satis cõstabat de suo interesse, quibus Castroccius acquieuit, cum postea amplius non opposuerit aut protestatus fuerit.

Nec obstat, quod pars non fuerit citata ad dicendum contra ista iura, quia cum sint repetita loco articulorum, sufficit citasse partes ad dicendum contra articulos, ex quibus sequitur, quod licet venienti ad 1 † causam in eisdem statu & terminis, acta præterita noceant, & prosint, non tamen futura, nisi ipso citato. Franc. c. 20. nu. 4. vt lit. pend. in 6.

Alium etiam defectum in huiusmodi deduxerunt Domini, videlicet, iurisdictionis, quia cum expirasset terminus datus ad examinandos testes, nouus terminus veniebat dandus, nam primus prorogandus, qui expirauerat, Iudex enim decreuit dies remissoriæ currere die 13. mensis Septẽbr. 1577. qui expirauerat tempore, quo fuit prorogatus, siue à die decreti facti cum intimatione, siue ab intimatione, fiat cõpensatio, prout fieri debet, præcipue cum de hoc fuerit protestatus procurator Camillæ, vt fol. 404.

Quibus & omnibus alijs resolutionibus factis, omnibusque in hac causa gestis, attentis, Domini censuerunt Iacobum pro rata hæreditatis tam Annibalis, quàm Bartholomæi ad ipsum spectantium, immittendum esse in possessionem.

P A M P H I L I I.

Fauentina Fideicommissi, de Paschijs. Merc. 23. Ian. 1585.

A R G V M E N T V M.

Hæres, an & quando hæreditatem restituere possit ante tempus præstitutum, & sic cum vxor restituere grauata ob non præstitam cautionem Mutianam, & non seruatam vitam vidualem, hæres non extiterit, non potuit hæreditatem transmittere.

S V M M A R I A.

1 *Hæres non potest restituere hæreditatem quam nondum acquisiuit.*

2 *Hæres de restituenda hæreditate grauatus, quando ante diem præstitutam restituere possit.*

D E C I S I O CCCCLXVIII.

FVit resolutum restitutionem hæreditatis factam Fabricio à Camilla, vti hęrede Annibalis, antequã nuberet, non suffragari D. Alphonso contra Iacobum.

Etenim, cum Camilla, ob non præstitam cautionem Mutianam, qua mediante tenebatur implere conditionem viduitatis, iuxta Auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll. nunquam fuerit hæres Camilli. Ruin. consil. 170. nu. 2. & 11. lib. 3. non potuit hæreditatem, quam 1 adhuc acquisiuerat, † Fabricio restituere, & restituendo nihil agit, l. sed si alio. §. si quis sub conditione. & ib. gl. in verb. nihil agit. & Bart. ff. ad Treb.

Præsertim cum ista restitutio sit facta, antequam nuberet, & sic ante tempus restitutionis à testatore præfinitum. l. sed si ante. ff. ad Treb. licet enim hæres 2 grauatus † possit restituere hæreditatem ante tempus, l. post mortem. C. de fideic. hoc tamen, vt post Bart. ib. declarat Ias. num. 3. consil. 2. limitatur non procedere, vbi restitutio potest afferre præiudicium alijs citatis post mortem primi substituti, quia cum posset contingere, quod tempore euenientis conditionis mortuus esset primus substitutus, & sic hæreditas alijs deberetur, propter huiusmodi præiudicium non potest hæres, ante illud tempus restituere. l. vxorem. §. secum. ff. de leg. 3. l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2.

Et ideo cum in hoc casu, vt euentus docuit, per huiusmodi restitutionem potuit inferri præiudiciũ Dominis Iacobo & Fabio, quibus etiam hæreditas debebatur, si expectabatur tempus nuptiarum Camillæ, ex quo Fabricius iam decesserat, huiusmodi restitutio, tanquam non ita facta prout testator rogauit, eis præiudicare non debet. d. l. sed si ante.

Et hæc nullam apud Dominos habuerunt difficultatem, verum, quia pro parte Domini Alphonsi dicebatur, Camillam restituisse vti hæredẽ Bartholomæi, cui per ius accrescendi hæreditas Annibalis fuit in totum acquisita, & etiam hanc restitutionem posse deseruire pro declaratione voluntatis Camillæ, quod nolebat adimplere cõditionem viduitatis, & ita per obitum Bartholomæi fuisse factum loco fideicommisso, & iam ante transitum Camillæ ad secundas nuptias Domini dixerunt particulariter dubitandum, an Camilla voluerit, ac potuerit restituere hæreditatem, tanquam hæres Bartholomæi, & an ista restitutio possit deseruire pro declaratione voluntatis Camillæ, ita vt etiam ante eius transitum ad secundas nuptias, fuerit factus loco fideicommisso.

Fauentina, Fideicommissi, de Pasiis, Ven. 22. Mar. 1585.

A R G V M E N T V M.

Hæreditatis restitutionem non fuisse validam, & proinde non suffragari, ex quibusdam rationibus in decisione expositis, docetur.

S V M M A R I A.

1 *Voluntas à potestate regulatur.*

2 *Restitutio hæreditatis ante euentum fideicommissi fieri non potest.*

D E C I S I O CCCCLXIX.

DIxerunt Domini Camillam, vti hæredem Bartholomæi noluisse restituere Fabricio, fideicõmissum, de quo agitur, quod suadebatur ex eo, quia cum esset hæres tantum in dimidia restituit totum, vt potius visum fuit, hoc fecisse, vti hæredem Annibalis, à quo fuerat instituta vna cum Bartholomęo & illi substituta vigore reciprocæ, & sic in tota hæreditate, ex modo enim procedendi arguitur voluntas deponentis, quam viam amplecti voluit Bart. in l. si societatem. §. arbitror. nu. 12. ff. pro soc. Aym. cons. 20. nu. 8.

Et maxime, cum non retinuerit legitimam, quam vt hæres Bartholomæi potuisset retinere, Salyc. in l. scimus. in pr. nu. 6. C. de inoff. test. & verisimile nõ est, Camillam non retinuisse, si ex persona Bartholomæi restituisset, ad l. cum de indebito. ff. de probat. gl. in l. sed si ego. ff. de negot. gest.

1 Accedit etiam, quod voluntas, † regolatur à potestate, Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 50. de constit. dubitari autem nequit, Camillam, etsi voluisset, non potuisse hanc restitutionem facere, quia vt alias dictum fuit, cum penderet conditio transitus ad secundas nuptias,

ptias, sub qua fideicommissum fuerat iniunctum, non 2 potuit ante illius † euentum fieri aliqua restitutio. l. sed si ante.ff.ad Treb.l.is qui hæres.ff.de acquir.hæred. vbi omnes Dd. not.hoc etiam in conditione potestatiua, præsertim, cum per eam fuisset illatum maximum præiudicium Iacobo, Fabio, & filijs, aliorum patruelium, qui erant vocati, si Fabricius tempore impletæ conditionis non superuixerit, l. vxorem. §. Seruin de leg.3. l.cum pater. §. à filia.de leg.2. Ias.post Bart.in l. post mortē.sub nu.5. vers.limita secundo.C.de fideic.

Et quamuis Aret.in d.l.is,qui hæres,col.1.& Ias.nu. 11. velint quod eo ipso, quod instituit, dicit se nolle implere conditionem potestatiuam, per viam declarationis, conditio habeatur pro defecta, & hæreditas deuoluatur ad alios vocatos,contrarium tamen senserunt ib.Castr.& Alex.vterque sub nu.4. quos sequitur Eman.Cost.select.interpret.lib.2.cap.2.nu.4. vbi dicit verius esse conditionem non esse defectam, & in omnem euentum opinio Aretin. procedit,vbi adesset expressa declaratio instituti,quod nolebat parere conditioni,nec sufficit tacita,quæ ex repudiatione oritur,vt ipsemet Aretin. d.col.1.vers.non obstat iste text.& Ias. nu.13.declarant.Et ideo non applicatur,quia hic nulla adesset declaratio Camillæ, sed sola restitutio fideicōmissi, quæ cum sit nulla, pariter quoque nulla redditur tacita declaratio, si qua ex eo oriri posset. Aret. & Ias. vbi supra.

Et ex his fuit conclusum, nullam adesse restitutionem, quæ suffragatur Alphonso, nec etiam per viam declarationis, ita vt possit dici defecta conditio fideicommissi,in vita Fabricij.

SERAPHINI.

Fauentina, Bonorum mobilium, Ven.vlt.Feb.1586.

ARGVMENTVM.

Remedium recuperandæ licet pro mobilibus etiam detur, non tamen fit condemnatio in possessorio, ad eorum valorem & æstimationem, sed ad æstimationem tantum possessionis.

SVMMARIA.

1 *Remedium retinēdæ etiam pro mobilibus datur, & quatenus hoc procedat, in possessorio.*
2 *Condemnatio in interdictis possessorijs, fit in id, quod interest.*
3 *Spoliatus potest agere ad interesse, & æstimationem rei.*

DECISIO CCCCLXX.

FVit resolutum, non esse locum Aegidianæ, cum sententia condemnet ad restitutionem mobilium, & se mouentium si extant alias,ad eorum valorem, & 1 æstimationem. Nam licet etiam † pro mobilibus cōpetat remedium recuperandi, vt per Socin. in l. rem quæ nobis.num.13.& Rip.in l.naturali.num.2.§.nihil commune.15.num.54.de acquir.possess.tamen nō potuit fieri condemnatio in possessorio, ad eorum valorem, & æstimationem, sed ad æstimationem tantum possessionis, vt per Bald. consil.319. num.2.circ.med. vers.sic præterea.lib.3. vbi dicit sententiam,quæ in possessorio condemnat ad veram æstimationem pati vitium formæ,& hoc obseruatur in omnibus interdictis 2 † possessorijs,vt condemnatio fiat in id, quod interest, l.in interdicto.de vi & vi armata. l.si duo. §.fin. & ib. Bart.vti possid.Bene Menoch.remed.3.retinendæ.nu. 286.& Contard.C.de mom.poss.l.vn.lim.19.num.12. facit optime text.in l.si mulier. §.qui possessionem. de eo, quod met. caus. Non obstat, quod pro validitate sententiæ debeamus interpretari illud ad restitutionē bonorum, id est, ad restitutionem possessionis, vt per Affl.decis.77.nu.7.quia dato, quod hoc admittamus, tamen adhuc restat alia pars, quæ clare cantat de eorum æstimatione, & valore, prout non obstat dictum Abb.in c.conquerente. nu.13. de restit. spol. quem sequitur Beto,ibid.num.18.quod spoliatus potest agere 3 ad interesse, † & ad æstimationem rei, quia eo modo dictum est intelligendum, secundum terminos huius materiæ, scilicet ad interesse, & æstimationem possessionis illius rei, de quo agitur, alias esset contra iura aperte contrarium determinantia,& quæ constituunt inter interesse ratione possessionis, & æstimationem rei differentiam, & ideo valuit practica, vt in sententijs mere possessorijs pronuncietur super restitutione possessionis rei petitæ, non super possessione rei, licet aliquando admittatur interpretatio ex narratiua,quæ cantat in mero possessorio, quod fieri non potest, in casu isto, ex quo non est restricta narratiua, cum habeat clausulam,rebusque alijs.

ROBVSTERII.

Romana, Casalis, Ven.18. Mart.1577.

ARGVMENTVM.

Legatarius immittitur in possessionem bonorum, quam defunctus tempore mortis possidebat, eaque immissio, vt ab eo, qui se legitimum dicit contradictorem, impediatur, quæ probanda sint docetur.

SVMMARIA.

1 *Legitimus contradictor quæ probare teneatur.*
2 *Instrumentum publicum non facit notorium, quando aliquid potest opponi.*
3 *Fideicommissum occupatum hæreditate iacente, reuocatur,& datur hæredi.*

DECISIO CCCCLXXI.

REsoluerunt Domini, Mauritium immittendum esse in possessionem cessam,nā & Innocentia hæres Michaelis habet intentionem fundatam in iure communi, super rata delsta, & agnita ex interdictis, quorum bonorum,& legatarius immittitur in possessionem quam defunctus possidebat in morte, neque Vincentius,qui se possidere,& fideicōmissarium prætendit, contra Gabrielem potest immissionem impe1 dire. Nam vt sit † legitimus contradictor, debet legitime & sine vitio possidere, & in continenti docere de suo iure, vt alias in ista, & in alijs causis firmatum fuit sæpius, & tamen Vincentius defuit in his duobus, cū fideicommissum, de quo in testamento Gabrielis, non sit purum, & indubitatum, sed conditionale,seu modale, vt in apicibus iuris consistens alias 15.Sept.1572. & semel.... Dec.1564. visum fuit Rotæ. Et præsertim, an Vincentius dicatur institutus sub conditione, vel modo, ad effectum,vt posit agere,nō purificata prius conditione & dato, quod esset modus, & non conditio, videndum de releuantia,& Rota tunc dixit,& alia deducebantur, quorum aliqua respicientia exceptiones, & defensiones Vincentij, vix est, quod sint in facto satis iustificata,& sic est quæstio facti, quæ non retardat iudicium possessorium, Bald. in l.ancillæ. in 3. not.C.de iur. Afflict. decis.63. aliqua etiam consistunt in apicibus iuris, verum visum fuit, quod omnia sunt remittenda ad petitorium,vt post alios Dec.cons.424. 2 num.10. & 18. Rol.consil. 1. num.73. in 3. Nam † instrumenta publica non faciunt notorium, quando quid opponi potest, & tunc per negationem res efficitur dubia Aegid. decis.404. Felyn. in c.significasti. de testam. & est regula, quod vna probatio non excludat aliam,& Aegid.decis.625. etiam ad effectum, vt in instrumentis publicis non constet de iure vnius nec iure alterius,sufficit aliqua colorata,Corn.cons.10.num. 3.& 4. & præsertim cum sint decem anni, quod Vincentius prætendit aliquid ex testamento Gabrielis, expectatur alio iudicio, Dec.cons.424. & 462. Roland. 78.nu.27.in 3.

Non obstat, quod in testamento Gabrielis feminæ sint exclusæ, quoniam fideicommissum cepit ab hærede, & feminæ in petitorio, plora adducunt, sed in hoc possessorio fideicommisso probatur ius hæredis, nisi statim probet suum, alias non est legiti-

mus contradictor. l. 1. & 2. C. de ed. Diui Adr. toll. Bar. in l. fin. C. eod. num. 25. Dec. cons. 464. num. 1. & possessio Vincentij, cum non sit data ab hærede, est vitiosa, l. 1. ff. quor. legat. & fideicommissum occupatum hæreditate † iacente, reuocatur & datur hæredi, gl. Paul. Alex. in l. non dubium C. de leg. 2. Rom. cons. 312. Quod nihil sit remansurum penes feminas, non probatur, & prætendunt dotes, & alia, vnde fideicommissum non deberet, Rip. in l. 1. nu. 25. quor. leg. & his pendet per 10. annos & in dubio, vt hæreditas iacens manuteneatur, aut possessio restituatur hæredi, præsumitur, quod possit aliqua defensio competere, Abb. c. dextra. col. fin. de cohab. cle. Ias. cons. 165. nu. 2.

Nec obstat, quod Vincentius possideat authore prętore, quoniam inepte facit iudex, cum non esset facultas capiendi possessionem, non potuit dare immissionem hæreditati iacenti, Bald. cons. 254. nu. 3. Ias. cons. 136. num. 1. in 4. & fuit decisum in Romana de Comitibus, 75. coram Cardinali Aldobrandino, debuit etiam dari curator hæreditati iacenti, Bald. in l. si bona. in fin. C. de bon. auth. iud. poss. Dec. cons. 400. col. 3. Ideo possessio est consignanda hæredi.

PAMPHILII.

Fauentina, Fideicommissi, Merc. 29. Apr. 1587.

ARGVMENTVM.

Remedium ex l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. etiam substitutio vulgariter competit, si modo casum substitutionis euenisse probet, & proinde in possessionem est immittendus.

SVMMARIA.

1 *Remedium ex l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll. vulgariter substituto competit.*

2 *Fideicommissarius immissionem substituti impedire non potest, nisi in continenti de iure suo doceat*

DECISIO CCCCLXXII.

IN hac causa Fauentina, fideicommissi de Paschijs, quia propter obscuritatem materiæ & illius subtilitatem, de qua fuit actum per plures positiones, adhuc non potuit haberi integralis resolutio, imò remanent plura discutienda, dubitatum, An interim D. Iacobo esset danda immissio pro aliqua portione.

Domini dixerunt pro nunc illum esse immittendũ pro rata, in qua ex testamento est vulgariter institutus Meldinæ, habet enim intentionẽ fundatam, quia cum statim mortuo Bartholomæo Meldina è domo testatoris decesserit fuit factus locus substitutioni vulgari, ad fauorem D. Iacobi & aliorum, & consequenter ei pro sua rata, competit remedium l. fin. C. fin. de 1 edict. Diui Adriani toll. quod etiam † substituto vulgari, dummodo casum substitutioni euenisse probet, competere tradit gl. in d. l. fin. in verb. ex parte. quam ib. sequuntur Bart. num. 10. Alex. nu. 9. Ias. nu. 12. Dec. num. 27. & alij communiter, quos cumulant in tract. de adipisc. possess. Menoch. remed. 4. num. 206. & Modern. Pers. num. 185.

Neque Alphonsum, vti fideicommissarium ex te-2 stamento Annibalis, posse huiusmodi † immissionem retardare, quia, non docet in continenti de iure suo, prout debet, iuxta opinionem Bart. in d. l. fin. num. 22. & Dec. nu. 48. quam seruat Rota, vt fuit resolutum in causa Romana, Casalis, coram Reuer. patre Domino meo Robusterio, de anno 1573. Ex pluribus enim disputationibus hoc vsque per plures annos in causa factis, redditur ius suum adeo turbidum, vt negari non possit, quin hæc exceptio dicatur requirere altiorem indaginem. Put. decis. 118. in vna Toletana, nu. 18. li. 2. & consequenter remittenda ad iudicium petitorium, cum non respiciat intentionem actoris, vt in simili resoluit pluries Rota, coram Domino meo Robusterio, in dicta causa Romana, Casalis, & in alia Romana, de Peruschis.

Et ita fuit conclusum, volunt tamen videre, quanta sit portio ipsius Iacobi, & ideo partes super hoc informent.

PAMPHILII.

Fauentina, Fideicommissi, de Pasijs, Ven. 20. Maij 1588.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum in casu, ex quibusdam rationibus, non esse inductum, declaratur.

SVMMARIA.

1 *Grauamen impositum vsque ad certum tempus, post illud expirat.*

2 *Substitutio ad tempus limitata, vltra illud non extenditur.*

3 *Prohibitio facta omnibus tam institutis, quàm substitutis quomodo intelligenda.*

DECISIO CCCCLXXIII.

DOmini pro maiori parte steterunt in decisis, sub die 12. Iun. 1582. coram Reu. Patre D. meo Blanchetto, & tenuerunt ex testamento Annibalis, non esse inductum aliquod fideicommissum cui sit factus locus per obitum Bartholomæi, ad fauorem Fabricij. Etenim substitutio de ipso facta tantum pupillaris est, quia est facta filio decedenti in pupillari ætate, l. 1. §. 1. & l. qui liberis. in pr. ff. de vulg. gl. in l. precibus. in gl. magn. in fin. C. de impub. & alijs substit. Vnde cum Bartholomęus decesserit, iam pubes factus, illud euanuit, vt notatur in l. 1. & in l. pupillari. ff. de vulg. grauamẽ enim impositum, vsque ad certum tempus post 1 dictum † tempus expirat, l. pater. §. fundum. vbi Bart. de leg. 3. Ruin. consil. 112. lib. 2. & in substitutione 2 † limitata ad tempus, quod vltra illud non est extendenda, est text. in l. si quis ita. ff. de vulg. Paris. cons. 23. col. pen. lib. 3. & facit, quod in hac materia ad excludendum fideicommissum sufficit dicere, quod substitutio hoc casu non loquitur, Ioan. Andr. in add. ad Spec. tit. de testam. §. 1. vers. occurrit. Soc. cons. 62. nu. 7. lib. 3. cum vulg.

Neque obstare prohibitionem alienationis, cum caosa, quia vult bona remanere in agnatione de Paschijs, & deuenire de vno in alium, iuxta gradus prærogatiuam, quia cum veniat accessorie, & consecutiue ad præcedentes substitutiones, siue illam referamus ad priorem substitutionem, reciprocam factam inter ipsos hæredes institutos, siue ad posteriorem substitutionem pupillarem factam filio in pupillari ætate morienti, illa secundum decisiones in Rota in pluribus causis factas, semper est ita regulanda, vt non excedat fines substitutionum præcedentium, ad quas venit consecutiue, vt fuit dictum in causa Bononiensi, de Pepulis coram bon. mem. Oradino, de anno 1562. de qua per Caputaq. decis. 122. lib. 2. in manuscr. & in alia Bononiensi, Bonorum, de Bonasonis, de anno 1575. coram Caputaq. & optime distinguendo plures casus, in alia Foroliuiensi, fideicommissi de Monsignanis, 19 Mart. 1576. coram Illustriss. D. Cardinali Aldobrandino, & alias sępius, censetur enim prohibitio adiecta, retento eodem themate, præcedentium substitutionum, & facta ad maius robur earum, vt de facili euerti non possint, iuxta consil. Dec. 636. pluries canonizatum in Rota, Alex. consil. 59. num. 9. lib. 3. Illustriss. Card. Alban. consil. 1. num. 9. cum alijs. Vnde 3 cum in dictis substitutionibus præcedentibus non cõprehendatur iste casus obitus Bartholomæi, post pubertatem, quia prior substitutio est restituta inter hęredes institutos, alia est pupillaris tantum, dicendum est prohibitionem alienationis in hoc casu non suffragari.

Et sic cessat, quod dicebatur, prohibitionem huiusmodi esse aptam inducere fideicommissum absolutum, ne dum in casu alienationis, sed etiam mortis,

vt not.

vt not. Aret. in l.qoi Romæ. §.cohær.verſ.vbi autem. & ib. Soc. num. 17. & ſeq. de verb. oblig. idem etiam Soc.conſ.57. col. 1.lib.3. cum alijs alleg. quia loquuntur in caſibus, vbi ex ſola prohibitione quæritur, an ſit inductum fideicommiſſum, non autem, vbi præcedit aliud fideicommiſſum, à quo prohibitio dependeat, primo enim caſu, cum prohibitio ſit indefinita, & nullo caſu coarctata, locum ſibi vendicat perpetuo, quam diu ſupereſt aliquis de familia, ſecus verò in poſteriori caſu, in quo prohibitio recipit limitationem à caſibus in fideicommiſſo comprehenſis, vt per Alex. conſil. 59.lib.3.Dec.conſ.636.Alc.l.pater filium.§.fundum.in fin.de leg.3. Ceph.d.conſil.17. ſub num.24.& fuit dictum in cauſa Bononienſi, de Pepulis, & in alijs ſupradictis.

Neque ideo redduntur ſuperflua verba illa, cum velit bona ſua remanere in agnatione de Paſijs, & deuenire de vno in alium ſecundum gradus prærogatiuam, quia omnia iſta locum habent verificata conditione prioris ſubſtitutionis, & ſic ſi fiat locus pupillari ſubſtitutioni, tunc enim per hanc prohibitionem ampliatur, & extenditur fideicommiſſum, reſpectu ſubſtitutorum filio totiuſque familię de Paſijs, iuxta gradus prærogatiuam, Alex. conſil. 159.col.2.lib.6. Rub. Alex.in l.Gallus, §.quidá recte. ſub n.68. poſt med. de lib.& poſth.Dec.d.conſ.636. Illuſtr. Card.Alb.conſ.1. num.5. Cephal. conſil.17. ſub num.11. cum alijs allegatis, & fuit pluries per Dominos deciſum in cauſa Albanenſi, fideicommiſſi, Romana, de Maximis, & alias ſæpius. Et ita procedunt authoritates allegatæ ad extenſionem fideicommiſſi inducendo nouum fideicommiſſum inter illos de familia poſtquam ſemel ad eorum fauorem factus eſt locus pupillari ſubſtitutioni.

3 Neque aliquid facit, quod prohibitio facta † ſit omnibus tam inſtitutis, quàm ſubſtitutis, quia ſemper debet intelligi, retento eodem themate inſtitutionú, & ſubſtitutionum, ad earum conſeruationem, referendo ſingula ſingulis, iuxta glo.in l. ſi negotium. de neg.geſt.Dec.conſ. 186.col.2. verſ. quarto conſiderandum. & conſ.291. col.pen.verſ.nõ obſtat etiam. Aym. conſil.98. num.11. non autem quod extendatur vltra caſus expreſſos, Ruin.conſil.89.num.2.lib.2.Ceph.d. conſil.17.& apparet ex deciſionibus in dicta cauſa Bononienſi, de Pepulis, vbi prohibitio facta ſupradictis filijs hæredibus maſculis fuit intellecta, quod haberet locum verificata cõditione prioris ſubſtitutionis, alias enim cum prohibitio alienationis ſemper fiat hæredibus inſtitutis confunderetur illa communis opinio, quod prohibitio alienationis eſſet regulanda à caſu præcedentis ſubſtitutionis.

Quæ omnia eo magis coadiuuabantur ſecundum Dominos, quia ſi teſtator voluiſſet filio omni tempore decedenti ſine filijs ſubſtituere familiam, inepte ſe reſtrinxiſſet ad tempus pupillaris ætatis, & redderetur omnino ſuperflua ipſa pupillaris ſubſtitutio, ſi fideicommiſſum abſolutum omni caſu eſſet iniunctum omnibus fauore familiæ, & ideo potius dicendum eſt, quod pater voluerit prouidere filio tantum in caſu obitus in popillari ætate, & ſic in tempore, quo ipſe ſibi propter defectum ætatis prouidere non poterat, relinquendo illi liberam facultatem diſponendi de bonis ſuis poſt pobertatem, confiſus quod de illis eſſet diſpoſiturus ad fauorem familię, & prout prudentem decet. Mantaous iunior conſilio 95. numero 18. lib. 1.

Alia in contrarium deducta bene tolluntur per Informantes pro D. Iacobo, cum quibus Domini pro maiori parte tranſierunt.

P L A T T I.

Fanenſis, Liquidationis fructuum, Merc.7. Febr. 1590.

Argumentum per ſe patet.

S V M M A R I A.

1 *Teſtes ſi fuerint laboratores, ac perceptioni interfuerunt, dicuntur apti ad probandam quantitatem fructuum.*

2 *Teſtes licet ſint ſingulares, tamen quia deponunt de facto proprio, & propterea ſi plene probant, ſaltem eis magis creditur, ita vt cum adminiculis ſufficere poſſint.*

D E C I S I O CCCCLXXIV.

Reſoluerunt Domini ex teſtibus in Summario datis, ita probari quantitatem fructuum per Dominum Alphonſum perceptorum, vt cum iuramento in ſupplementum probationis iuxta deciſionem Caputaquenſis 13.lib.2. poſſint dici ſatis liquidati.

Nam perceptionem, ac quantitatem fructuú prædij Raynerij probat Matthæus, eiuſdem prædij laborator, aſſerens, ſe illos conſignaſſe Domino Alphonſo de anno 1577. & 1578. ſimiliter perceptionē, ac quantitatem fructuum prædij Albinelli probat Salomon: Caſale verò probat Thomas, qui teſtes cum fuerint 1 † laboratores, ac perceptioni interfuerint, dicuntur apti ad probandam quantitatem fructuum. Caputaq. 2 deciſ.30.lib.2.& licet ſint ſingulares, † tamen quia deponunt de facto proprio, & propterea ſi plene non probant, ſaltem eis magis creditur, ita vt cum adminiculis ſufficere poſſint, Caputaq. deciſ.271.lib.3.Gabriel de teſtibus concluſ.1. num.18. & quia ſumus in re difficilis probationis, culpa ſpoliationis, in cuius odium facilius eſt locus iuramento in ſupplementum iuxta tradita per Doctores in l. ſi quando. C. vnde vi. num.48. Plot. §.4. num.20. & quia coadiuuantur ex dicto Nicolæ factoris, qui de vera ſcientia depoſuit de fructibus anni 1574. viſum fuit Dominis, quod hæc probatio, accedente iuramento in ſupplementú poſſit dici ſufficiens, & propterea reſoluerunt, liquidationem eſſe faciendam in ea quantitate frumẽti, & aliorum fructuum, quam ipſi teſtes exprimunt. Vnde non obſtat, quod Matthæus, dum liquidat fructus prædij Raynerij ad ſcuta 70. loquatur de ſuo iudicio, quia non propterea tollitur clara, & ſpecifica eius depoſitio reſpectu quantitatis grani, quam ſupra expreſſerat, & cum illi ſint coloni partiarij, qui proprijs expenſis colere ſolent, dicendum eſt, quod pars Dominica, quæ ad Alphonſum peruenit, nullis fuerit oneribus cultoræ, aut ſeminis obnoxia, niſi aliud per eum probatum fuerit.

R O B V S T E R I I.

Romana Caſalis, Lunæ 12. Ianuarij 1573.

A R G V M E N T V M.

In poſſeſſionem quando quis ſit mittendus.

S V M M A R I A.

1 *Fideicommiſſarius vt impediat immiſſionem, tria in eo concurrere debent, quod poſſideat, quod non vitioſe, quod doceat, vel in continenti doceat de iure ſuo.*

2 *Tenuta nulliter data, quando non eſt ſpoliata, non reuocatur, ſed de nouo datur.*

3 *Fideicommiſſarius ſi non poſſidet, vel vitioſe poſſidet, non eſt legitimus contradictor.*

D E C I S I O CCCCLXXV.

Difficultas fuit reſtricta, an Mauricius ſit immittendus in poſſeſſionem, non obſtante contradictione fideicommiſſi, & Domini conſtituerunt regulam, pro Mauritio ceſſionario, hærede ab inteſtato,

1 quod ad hoc, vt fideicommissarius † impediat immissionem, debent in eo tria concurrere, quòd possideat, quod non vitiose, quod doceat, vel in continenti doceat de iure suo. Bart. Alex. Decius, & alij allegati. Et alias resoluerunt Domini in vna Vrbeuetana hæreditatis coram Reuer. Patre Domino Seraphino 12. Nouembris 1567.

Ad primum fuit propositum, quod vitiose, & attentate possident, & vt alias Rotæ visum fuit sentire coram Cardinali Paleotto 12. Martij 1560. ideo cum eius possessio sit improbata, non est considerabilis, l. interdum. de acquir. possess. Cassad. decis. 6. de præben. Ruin. cons. 78. num. 9. in 4. & cum deficiat hoc requisitum primum, Mauricius est immittendus, prout in Vrbeuetana.

Nec Dominis placuit, quod non attenditur hoc requisitum, alio tertio concorrente, ex quo non noceret Mauritio, quod fideicommissarius retineret hanc possessionem, cum nihil apud eum sit remansurum per amplam Gabrielis testatoris prohibitionem, quo casu non requiritur verbalis restitutio, vt in Senogalliensi 27. Iunij 1574. coram Cardinali Aldobrandino, & quando est facienda verbalis restitutio, nec penes hæredem est aliqoid remansurum, & fideicommissarius possideat ab eo, non nocetur possessio, Zuccard. in l. fin. num. 314. C. de ed. Diui Adrian. toll. quod intelligebant Domini similiter non vitiose, & dummodo non spoliatiue possideret, ex decis. Gram. 18. Rota
2 tenet, quod tenuta nulliter † data, quando non est spoliata, non reuocatur, sed de nouo datur, sicuti nulliter facta confirmatur, quando esset fienda, vbi cessat partis interesse, vt per Pot. in pluribus decisionibus, & Auinon. plur. cons. & quando poss. est attentata. Cassad. de restitut. spoliat. decis. 3. Peregrin. 93. licet hoc non requiratur, Rota passim, sicut nec illud de nullitate, & attentatis, & ex pluribus ita Dominis non placebant, quia Domini indistincte volunt, quod quan-
3 do fideicommissarius si † non possidet, vel vitiose possidet, non sit legitimus contradictor, ita fuit obseruatum in illa Vrbeuetana. Non obstat, quod in continenti vellet docere de iure suo, & nihil esset remansurum penes hæredem, nec fieret verbalis restitutio, & ita fuit hæres immissus in possessionem. In hac causa placebant Dominis not. per Rip. in l. 1. num. 5. Roland. consil. 78. nu. 23. & 26. in 3.

Romana Fideicommissi de Magdalenis, Lunæ 14. Iunij 1593.

ARGVMENTVM.

Exceptio decennalis quando non suffragetur.

SVMMARIA.

1 *Iuri petendi fideicommissum non præscribitur, nisi spacio 30. annorum, sed spacio decem annorū bona præscribi possunt, si bona fides deficiat, & num. 2.*
3 *Fides mala ex scientia rei alienæ inducitur.*

DECISIO CCCCLXXVI.

FVit resolutum, exceptionem decennalem per Dominos de Magdalenis appositam illis non suffragari. Dato enim quod iuri petendi fideicommissum
1 non præscribatur † nisi spacio 30. annorum, sed spacio
2 decem annorum bona † præscribi possint. Deficit tamen hoc casu bona fides, quæ requiritur positiue, vt per Bald. de præscript. 4. par. 4. par. principalis q. 19. & Gabr. de præscript. conclus. 8. num. 4. Quod autem bona fides hoc casu deficiat, patet, quod Magdalena sciebat Fabium vocatum ad fideicommissum, & poterat dubitare, an ille esset acceptaturus, ideo non po-
3 tuerunt præscribere, quia ex scientia † rei alienæ inducitur mala fides, c. si virgo. 34. q. 2. Bart. l. Celsus. num. 18. ff. de vsucap. Bal. de præscript. 2. part. 3. part. princip. q. 5. & ex dubitatione præscriptio impeditur. Idem Bal. vbi supra. q. 2. nu. 2. Decian. cons. 54. num. 31. lib. 2. Et ex his ita decisum fuit.

Romana Fideicommissi de Magdalenis, Lunæ 19. Decembris 1594.

ARGVMENTVM.

Dotes filiabus à patre testatore promissæ debentur ex bonis hæreditarijs, & minuunt fideicommissum.

SVMMARIA.

1 *Ratio conseruandæ æqualitatis plurimum attendi debet in similibus casibus.*
2 *Dispositiones duæ quando in eadem scriptura sibi videntur contrariari, potius secunda derogat priori, quam econtra.*

DECISIO CCCCLXXVII.

DOmini post plures huius causæ propositiones tenuerunt, filias feminas in casu, de quo agitur, potuisse dotari, tam ex bonis prælegatis, quàm ex hæreditarijs. Nam de voluntate testatoris in vtraque dispositione apparet, quod vult, quod feminæ descendentes à nepotibus, & filia excludantur à successione, tam bonorum prælegatorum, quàm eorum, quæ iure hæreditario reliquit Baptistæ filiæ, & subiacet fideicommisso, sed quod dotentur, de dictis bonis, ex quo sequitur, quod istæ dotes istis filiabus debebantur, & minuebant fideicommissum in vtroque capite. Bart. in l. à filia. nu. 3. ff. ad S.C. Trebell. Ruin. consil. 152. nu. 11. & seq. lib. 2.

Quibus non obstant in contrarium deducta, & primo dum dicitur, tunc ex bonis hæreditarijs filias dotandas, quando prædecederet vnus ex fratribus cum filijs masculis, & alter postea moreretur sine filijs masculis, quia distinctio casuum non potest habere locum in hoc testamento, postquam testatrix voluit in euentum omnium casuum per ipsam expressorum filias dotari.

Non obstat etiam, quod fructus bonorum, non bona subiaceant huic oneri, quia testatrix non mandat simpliciter dotari feminas, sed ad dictis bonis, & fuit dictum in causa Portuensi bonorum coram Reuerendo Patre Domino meo Decano.

Non obstat prætensa inæqualitas, quia illa potius proueniret ex contraria interpretatione. Si enim filiæ Ioannis Baptistæ solæ venirent dotandæ ex bonis fideicommisso subiectis, remanente sibi integro prælegato Casalis Valerani, plus fuisset consequuturus ipse ex bonis Auiæ maternæ in euentum purificati fideicommissi ad sui fauorem, quia Iulianus, & Petrus in casu, quo per Ioann. Baptist. obitum fuisset factus locus fideicommisso, integrum enim fideicommissum restituere, & ex bonis prælegatis filias dotare fuissent coacti. Ioannes Baptista autem diminutum fideicommissum deductis dotibus filiarum restituere potuis-
2 set, quæ ratio conseruandæ † æqualitatis plurimum attendi debet in similibus casibus. Aret. consil. 173. nu. 7. & 8. Aym. cons. 133. nu. 7. & 8.

Non obstat, quod prælegatis vtantur verbis necessitatem inferentibus, videlicet dotari debeant, quia in fideicommisso vtitur etiam verbo imperatiui modi, videl. maritentur, quod idem importat.

Nec refragatur dicta prouisio testatoris facta, in prælegato facto Iuliano, & Petro, quia illa potuit fieri

fieri in euentum, in quem fuisset factus locus substitutioni factæ in dicto prælegato viuente filia Baptista hærede instituta. Nec specialis promissio extinguit generalem, quasi generi per speciem fuerit derogatum. cap.generi. de regul. iur. in 6. quia cum eadem res, & eisdem fuerit relicta, licet prius verbis certos hæredes respicientibus postea ad omnes directis, specialis vtraque promissio dici potest, vt post Bald. & Imol. tradit Iason in l. si vbi homo. §. primo. numero decimo sexto. versiculo secundo. ff. de legibus, imò, vt ipse inquit numero decimo tertio, quando in eadem 2 scriptura duæ † dispositiones sibi videntur contrariæ, potius secunda derogat priori, quàm econtra.

Vltimò non obstat, quod in subsidium bona fideicommisso subiecta veniant ex causa dotium alienanda, quando hoc non procedit in testatoris voluntate, verbis expressis declarata, Paulus de Castro consil. 102. cum alijs deductis pro Dominis de Magdalenis.

Et hic Domini dixerunt, multo magis attendendum inspecto effectu, de quo agitur, vt emptores istorum bonorum possint dici in bona fide constituti.

Circa secundam partem dubij, videlicet, An filiæ fuerint dotatæ, nihil fuit resolutum, quia Domini de Magdalenis non informarunt, tamen aliqui ex Dominis inclinabant pro affirmatiua, stante breuitate temporis inter venditionem Caletti, & numeratione dotis factam Tarquiniæ, nec eos mouebat, quod solutionis causa non referatur ad dotem, sed iuuium cessionem super hæreditate Petri quo ad bona Vannotiæ, qua ratione istorum bonorum debebatur sibi dos. Sed de hoc agere poterit.

Romana Fideicommissi de Magdalenis, Lunæ 20. Februarij 1595.

Argumento non indiget, neque Summarijs.

DECISIO CCCCLXXVIII.

Fuit resolutum vna parte informante, propter alterius contumaciam satis constare ex tota serie facti deducta, Tarquiniam fuisse dotatam ex pretio Casaletti. cum enim ipsa in bonis Vannitiæ haberet ius petendi dotem, & super ea penderet lis in Capitolio, & cum Petro transegerit, vt solutis infra annum sibi 4000. cederet iuribus competentibus etiam ratione dotium, deinde biduo ante lapsum anni Petrus vendiderit Casale Ciriaco de Matthæis, & postea deposuerit aureos 4000. penes Petrum de Maximis interpellata Tarquinia, quæ postea à dicto Petro illos recepit, censetur facta venditio, & solutum pretium ex causa, quæ vrgebat, l. fin. C. de alim. pup. præst. Socin. consil. 16. num. 5. & seq. lib. 3. iuncta vicinitate temporum in celebratione istorum actuum, Tiraq. de retract. lignag. §. 3 2. glo. vni. num. 24. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. centur. 5. cas. 432. num. 38. Non obstat, quod non sit expressa causa dotis, quia cum hoc ius petendi dotem tantummodo Tarquiniæ competeret, & pro eo fiat solutio, & cedat iura, satis dicitur expressa causa, ad not. in l. 1. ff. de lib. & posth. &c.

Firmana Bonorum de Montanis. Lunæ 8. Aprilis 1585.

Argumentum per se patet.

SVMMARIA.

1 *Iudex tunc dicitur spoliare, quando notoriè constat de nullitate & iniustitia sententiæ.*
Quod ampliatur, num. 2.

DECISIO CCCCLXXIX.

Prætendebatur pro parte Montani, sententiam locum tenentis Firmani latam ad fauorem Isabellæ, & Franciscæ de Montanis super remed. l. fin. C. de ed. Diui Adr. tol. fuisse notoriè iniustam, & consequenter iudicem spoliasse Montanum, & cum in Rota coram Reuerendo Patre Domino Seraphino, cui causa super huiusmodi spolio commissa fuerat, fuisset resolutum, quod dicta sententia non poterat dici notoriè iniusta ex eo, quia licet Montanus vti prætensus fidei commissarius possideat, & tamen erat legitimus contradictor, quia erat aliquid detrahendum per ipsas pupillas, nempè legitima Iulij Cæsaris patris in bonis aui. Ideo pro Montano fuit obtentum instrumentum subdelegationis in partibus ad effectum probandi valorem Bonorum obuentorum in portione Iulij Cæsaris patris pupillorum in diuisione facta inter ipsum, & fratres, & quia dicta bona excedebant valorem legitimæ debitum Iulio Cæsari, & ex hac probatione dicebatur sententiam reddi notoriè iniustam, quia non erat aliquid detrahendum. Vnde dato super hoc particulari dubio, Domini concluserunt, quod quamuis ex hac noua probatione prætendi posset, sententiam legantis Firmani esse iniustã non tamen ex hoc Montano competit aliqua actio spolij. Ratio Dominorum 1 fuit, quia tunc iudex dicitur spoliasse, quãdo † notoriè constat de nullitate, & iniustitia sententiæ, Felynus in cap. dilectus. in colum. r. 2. fall. de rescript. Aymon 2 consilio 302. & notorietas discutiendi est † ex eisdem actis: non autem ex nouiter deductis. Menoch. inc. venerabili. sub num. 2. de sentent. excomm. in 6. Corn. consi. 10. sub num. 3. lib. 4. Cum igitur sententia Firmana ex eisdem actis sit iusta, sed ex nouiter deductis detegatur iniusta non potest iuuare spolium pro Montano intentatum.

Non obstat, quod in actis coram iudice Firmano iam constaret de diuisione inter fratres, & de portione obuenta Iulio Cæsari in bonis prætensis, si postea probetur, illa bona excedere valorem legitimæ debitæ Iulio Cæsari, hæc non dicitur, illa bona excedere valorem legitimæ debitæ Iulio noua probatio, sed potius eadem causa prima, cum tendat ad confirmationem primæ probationis, ad not. per Bald. in cap. 1. in principio. de fid. instrum. Decius in authent. si quis in aliquo. num. 2. & 3. C. de eden. quia respondetur, quo ad effectum, vt sententia dicatur notoriè iniusta, hæc dicitur noua probatio, nec retrotrahitur ad nullitatẽ sententiæ. Secus autem vbi ageretur de substituenda sententia, quia tunc productio originalis instrumenti facta post terminum operatur, vt probatio facta in termino, si exemplum fuit intra terminum productum, & ita procedunt adnotata per Batt. & alios allegatos.

Non obstant tradita per Oldr. consil. 150. nu. 13. quia procedunt, vbi non potest legato in aliqua culpa adscribi. Secus in casu, in quo agitur, in quo debebant agentes pro Montano concludenter probari, Iulium Cæsarem consequutum fuisse legitimam ex bonis paternis etiam respectu bonorum per Montanum Seniorem ad effectum, vt Montanus iunior diceretur legitimus contradictor.

Ex quibus Domini concluserunt, non intrare spolium per Montanum intentatum.

Romana de Magdalenis. Ven. 7. Apr. 1595.

Argumento non indiget, neque Summarijs.

DECISIO CCCCLXXX.

Domini steterunt in decisis, constare Tarquiniam dotatam de pretio Casaletti, Nam quòd

scuta 4000. ex pretio Casaletti redacta ad ipsam peruenerint ex serie facti, & vicinitate actuum satis colligitur, & non negant Scribentes pro D. Alfonso, solum obijcitur de causa dotis, quæ non videtur expressa, sed potius videtur in transactione contemplata cessio iurium obtenta per Iulianum ab eadem Tarquinia, fuit tamen per Dominos decisum, quod cum narretur pendentia litis super hæreditate Vannotiæ inter Tarquiniam, & Iulianum, & cedantur iura etiam competentia ratione dotium super hæreditate satis dicta expressa causa, cum nullum ius super bonis Vannotiæ Tarquiniæ competeret quam petendi dotem l. 1. ff. de lib. & posth. Præterea ex dictis testium coadiuuatur hæc probatio, quia dicunt audiuisse, Tarquiniam fuisse dotatam ex hoc pretio.

Non obstat læsio iurium, & promissio de euictione, quia cum fuerit transactum cum Diana, & Tarquinia, & diuersa essent iura vtriusque, & prætensiones sunt singulæ singulis congrue rescindæ, præcipue cum Dianæ nullum ius competeret super bonis Vannotiæ, sed super bonis Petri, occasione suæ dotis, & fructuum eiusdem.

Non obstat, quod Tarquinia non esset nupta, quia erat nubilis ætatis, & reperitur postea de tempore solutionis nupta Lælio de Capi Rucola.

Nonò obstat statutum, quia non annullat dotem, & cum constitutio dotis habuerit effectum per tantum temporis spacium, præsumitur obtenta derogatio, præcipue, cum nõ constet fuisse vsu receptum, &c.

BLANCHETTI.

Romana de Magdalenis. Ven. 17. Maij 1596.

Argumento non indiget.

SVMMARIA.

1 *Diuisio præsumitur ex longa, & diuturna possessione.*
2 *Inæqualitas non qualibet sufficit ad effectum excludendi præsumptionem, sed requiritur magna.*

DECISIO CCCCLXXXI.

FVit resolutum ex deductis pro parte Dominorum de Magdalenis constare de diuisione inter Ioannem Baptistam de Crescentijs, & Iulianum ac Petrum de Magdalenis bonorum fideicommisso Vannotiæ subiectorum. Diuisio enim præsumitur † ex longa, & diuturna possessione, gloss. in l. pen. C. comm. diuid. Bald. de præscript. par. 2. 3. parte princip. q. 10. num. 39. Gabr. de præsumpt. concl. prima. num. 28. quod cum in hoc casu Ioan. Baptist. possederit domum magnam separatam, & Iulianus, & Petrus Casalettum per spatium 30. annorum, & vltra intrat prætensa præsumptio.

Non obstat allegata inæqualitas, quia non probatur, & ad effectum excludendi hanc præsumptionem † inæqualitas quælibet non sufficit, sed requiritur magna, Gab. vbi supra. nu. 30.

Coadiuuatur hæc præsumptio ex diuisione facta per Baptistam filium Vannotiæ in suo testamento, quæ ad euitandam communionem inter ipsos diuisit bona subiecta matris fideicommisso, & ex effectu subsequuto comprobatur, cum Ioannes Baptista domum vti propriam anno 1520. obligauerit, asserẽs esse suam cum clausula constituti, & Magdaleni de casali disposuerunt.

Non obstat, quod agitur de portione Petri, cui decedenti sine filijs erat substitutus dictus Ioannes Baptista pro medietate, quia cum Casalettum fuerit venditum pro scutis 7000. deducto legato scutorum mille, & dictæ Tarquiniæ filiæ Petri residuum remansit in portione Iuliani, non iure successionis Petri, sed iure proprio prouenientе ex relicto sibi facto à Vannotiæ auia, & Baptista matre.

Romana Fideicommissi.

ARGVMENTVM.

Nepotes cum patruis non concurrunt ad fideicommissum, quando filij sunt nominatim nominati.

SVMMARIA.

1 *Communis, & recepta est opinio Doctor. quod quando tractatur de successione iure fideicommissi, quod nepotes non concurrunt cum patruis ad fideicommissum, si isti nepotes nati sunt post mortem testatoris, & num. 2.*
3 *Nepotes non concurrunt cum patruis, quando filij sunt nominatim nominati.*
4 *Testamentum si habuerit effectum in filijs fideicommittentis, non debet extendi ad nepotes.*
5 *Verba illa, decesserunt, seu decesserit, sunt relatiua ad nominatos, & non possunt referri ad nepotes, sed ad filios tantum.*

DECISIO CCCCLXXXII.

NVnc quæritur, an filij Hippolyti possint concurrere cum Domino Augustino in parte, & portione Iacobi defuncti sine filijs. Dubia quidem est quæstio, cum hinc inde adsint opiniones communes, nihilominus isto casu dico, quod filij Hippolyti non succedunt in locum patris, vt concurrant cum Domino Augustino ad fideicommissum, de quo agitur.

Nam magis communis, & recepta est opinio Doctorum quod quando tractatur † de successione iuro fideicommissi, & sic ex dispositione hominis, quod nepotes non concurrunt cum patruis ad fideicommissum. Decius consil. 1. num. 5. & de magis communi, & veriori testatur Bello. consil. 50. nu. 10. & ita fuit resolutum 16. Nouembris 1569. coram Oradino. Gabriel. de fideicomm. conclus. 3. num. 2. Natt. cons. 137. num. 4.

Secundò, quia isti nepotes sunt nati post mortem testatoris, quo casu † non concurrunt cum patruis, Gabriel dicta conclus. num. 5. in fine. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 11.

Tertiò, quia quando filij sunt † nominati, nepotes non concurrunt cum patruis, Mant. lib. 8. tit. 8. num. 4. & tit. 9. num. 8. Gabr. dict. conclus. nu. 6. & 10. Grat. in §. fideicommissum. q. 4. num. 12. merito cum testator nomine proprio instituerit Hyppolitum, Iacobum & Angelum, illosque ad inuicem substituerit, nepotes non sunt comprehensi.

Quartò, quia cum testamentum habuerit † effectum in filijs fideicommittentis, non debet extendi ad nepotes.

Quintò, quia ex verbis testamenti colligitur, quod fideicommittens non cogitauit de nepotibus ostendunt illa verba, *quos filios ad inuicem substituit*, cum illud verbum *quos* sit relatiuum ad filios supra nominatos, & non possit referri ad nepotes, ex quo supra non sunt nominati: ostendunt etiam illa verba, ibi, *decesserunt, vel decesserit*, quæ sunt † relatiua ad nominatos tantum, & non possunt referri ad nepotes, sed ad filios tantum. Mant. lib. 8. tit. 8. num. 8. merito filij Hyppoliti non debent concurrere cum patruo.

BLANCHETTI.

Camerinensis fideicommissi, 7. Febr. 1583.

Argumentum per se patet.

SVMMARIVM.

1 *Filia testatricis propria censentur prælata nepti ex filio.*

DE-

DECISIO CCCCLXXXIII.

EGo proposui dubium in causa Camerinensi fideicommissi propositum, & resolutū de anno præterito, io quo Domini steterūt io decisis, videlicet per existentiam Dianæ iuniotis non expitasse fideicōmissum factom per Dianam seniorem. licet enim cesset conîectura desumpta ex statoto, tamen intrant alij, & illa ponssimum in præcedentibus dispositionibus. Fuit facta mentio de filijs masculis, quæ qualitas in ista de qua agitur, censetur repetita, vt per Soc.iun.consi.65. num.13.lib.4. latè per Manticam. de coniect. vlt. vol. lib.2, tit.14. oum.22. & hanc etiam admitiit Dec. in cons.568.num.1. vers.& pro vera. In cuius casu tamē fuerat institutus filius masculus, & ei facta substitutio, si sine filijs decesserit, in casu proposito filijs decedentibus sine filijs substituuntur, alij masculi superuiuentes, & filij masculi præmortuorum. Ex quo apparet, testatricem habuisse respectum ad conseruationem bonorum in agnatione. Accedit alia coniectura desumpta ex absurdo, quod propriæ filiæ testatricis 1 † censeantur prælatæ nepti ex filio, ex quibus, & alijs allegatis Domini non recesserunt à resolutis.

SERAPHINI.

Camerinensis fideicommissi, 29. Maij 1589.

Argumentum per se satis est manifestum, & Summarijs non indiget.

DECISIO CCCCLXXXIV.

IOannes Franciscus Perulus de Fabriano de anno 1583. suum condidis testamētum, in quo in omnibus suis bonis instituit suos hæredes, Ludouicum, Troilum, & Ruggerium filios suos legitimos & naturales, nec non alios filios masculos legitimos & naturales ex se nascituros æquis portionibus, feminis verò iure institutionis dotes reliquit: & si aliquis dictorū suorum filiorum vllo vnquam tempore in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus decesserit, eidem sic decedēti alios superuiuentes ex eis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit, & eis, vel altero ipsorum præmortuo, vel præmortuis filios legitimos, & naturales præmortuorum seu præmortui in stirpes, & non in capita substituit. Et omnibus sine filijs decedentibus substituit filias suas feminas natas, & nascituras. Decessit Ruggerius sine filijs superstitibus Ludouico & Troilo, deinde decessit Ludouicus relicta Fuluia filia naturali legitima herede vniuersali instituta. Prætendebat Troilus, esse factum locum fideicommissum ad suum fauorem, ex eo, quod Ludouicus decesserat sine filijs masculis, & quia Fuluia non erat legitima, cumque causa ageretur per contradictas, & ageretur de reuocatione senteotiarum in partibus cōtra Fuluiam latarum proposui memoriale datum pro expeditione in Rota & exploraui sententiam ad fauorem Fuluiæ. Nam conditio illa, si sine filijs legitimis & naturalibus decederet, non solum deficit per superexistentiam filiorum masculorum, sed etiam filiarum feminarum, vt est receptissima opinio Doctorum, quos latissimè cumulat R. P. Dn. meus Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.10. cap.14. per tot, & io specie nu.7. quamuis ex coniecturis aliquando recedatur ab hac conclusione, vt idem tradit. nu.11. tamen in casu isto nullę adsunt coniecturæ, quæ contrarium suadeant, nisi illa sola, quæ in primo gradu institutionis filios suos masculos iostituit, relictis filiabus dotibus tantū, iure institutionis. Verum hæc sola coniectura nō sufficit, vt bene declarat idem Dn. Mantica, sub num.6. & 14. eamque in specie improbat addit. ad Alex. consil.52, nu.35. sub litera C, lib.4. Idem consil.38. num.4. sub litera A, lib.6. vbi refert, Castrensem pænituisse, quod aliquando pro filijs eorum ineptè pronunciasset, & allegat alios tenentes hanc opinionem, & fuit opinio Ananiæ consi.22, num.3. vt idem addendo aduertit in additionibus ad consilium Decij 15. nu.2. in litera B, & C, vbi reprobat contrarium tenentes, & certè coniectura illa, quæ fundatur in prohibitione filiarum, quòd quandoque neptes non debeant esse melioris conditionis, quam filię, non est tuta, neque absolutè recepta, vt videre est ex traditis per Gabrielem de fideicommissis, conclusione 6. num.5.11. & 12. & 15. & hanc coniecturam io specie reprobauit Rota in vna Bononiensi de Sancto Petro coram Reuerendo Patre Domino meo Decano 20. Nouembris 1581. & tunc fuit allegatus Ludou. Bologn. inter consi. Alex. consi.53. num.18. lib.4. cui cōsilio subscripserunt molti Domini, vt ibi videre est in fine Aymoo Mayn. consil.98. ou.15. Marzar. consi.8. num.11. Et quamuis cōtrarium multi consuluerunt in casibus, in quibus cōcurrebant multæ coniecturæ, tamen hæc sola coniectura supra relata, nemo est qui contrarium senserit, & non mirum vbi certatur coniecturis, si varia fuerunt responsa Doctorum, & contraria, cū etiam multi sibi ipsis fuerunt contrarij, vt latè Castr. & post eū multi alij, & vltimo Decian. consi.1. lib.2. & consi.74. lib.3. sed in casibus, in quib. concurrebant plures cōiectora scripsit pro nepte Cephal. consil.45. & 46. vbi latè. Quantum ad alteram obiectionem, quod Fuluia non sit legitima, sed legitimata, res caret prorsus difficultate, cum legitimatius faciat deficere conditionem, si sine filijs legitimis, & naturalibus, & quod legitimatio fit com clausula sine præiudicio veniētium ab intestato, vt per Ruinum consi.173. num.7. lib.1. Rolandus consi.83. num.19. lib.3. Rimin. iunior consilio 186. num.33. lib.2. Hieronymus Gabriel consi.19. nu.17. Cephalus consi.442. num.5. Thob. Noo. consil.69. num.6. & alios infinitos, quia supra citatis allegātur, ex quibus censuerunt Domini causam pro Fuluia expediendam esse.

PENIÆ.

Camerinensis Fideicommissi, Lunæ 8. siue 13. Nouembris 1595.

ARGVMENTVM.

De successionis materia agitur.

SVMMARIA.

1 *Conditio illa, si sine filijs decederet, tam verificatur in feminis quam in masculis.*

2 *Grauatus onere fideicommissi ex quo decessit superstite filia femina non potest dici decessisse sine filijs.*

3 *Coniectura vt à regula recedatur, legitima esse debent, & tales, quæ mentem, & voluntatem indicent testatoris.*

4 *Inconueniens non censetur, neptem aliquando melioris conditionis esse, quam propriam filiam.*

5 *Grauamen descendentium à testatore institutorum in infinitum descendere non debet.*

6 *Substituti, quando non sunt extranei, sed filij testatoris, tunc non excluduntur per superexistentiam neptis.*

DECISIO CCCCLXXXV.

IOannes Franciscus Perulus de Fabriano, anno 1583. his verbis testameotum condidit. In omnibus Ludouic. Troilum, & Ruggerium eius filios legitimos & naturales sibi hæredes vniuersales instituit, & æquè pariter vnà cū dict. Lud. Troilo, & Ruggerio, omnes, & singulos alios filios masculos legitimos, & naturales ex se nascituros, si ad lucem peruenerint, æqualiter sibi hæredes vniuersales instituit, & si filiæ feminæ legitimæ & naturales nasci contigerit, vna, vel plures eidem seu eisdem iure constitutionis, dotes reliquit, iubens, & mandans in dictis dotibus

stare

stare debere tacitas, & contentas, & plus de suis bonis petere, habere, & cōsequi non possint, & si aliquis dictorum suorum filiorum natorum, & nasciturorum masculorum vllo vnquam tempore in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs legitimis, & naturalibus decesserint, eidem sic decedenti alteros superuiuētes ex eis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit, & eis, vel altero eorum præmortuo, seu præmortuis, filios legitimos, & naturales præmortuorum seu præmortui in stirpes, & non in capita substituit, & si omnes decederent sine filijs, vt supra, eisdem sic decedentibus prædictas eius filias feminas natas, & nascituras, æqualiter substituit, & eis, vel ipsarum aliqua præmortua seu præmortuis filios legitimos, & naturales præmortuæ, seu præmortuorum in stirpes, & non in capita.

Post obitum testatoris primo decessit Ruggerius sine filijs, deinde Ludouicus superstite ex eo Fuluia naturali legitima hærede vniuersale instituta, & Capitaneo Troilo, qui prætendens factum fuisse locum fideicommisso ad suum fauorem, ex eo, quod Ludouicus filios masculos nō reliquerit, & Fuluia non erat legitima, sed legitimata, iudicio in partibus intentato fauorabiles sententias obtinuit, sed in gradu appellationis coram Reuerēdo Patre Domino Decano die 29. Maij anni 1589. causa in Rota proposita Fuluia tantum informante, decisum fuit, sententias de partibus reuocandas, quia non videbatur factus locus propter superexistentiam Fuluiæ legitimæ, & ideo ad Fuluiæ fauorem sententiam fuisse ferendam, quia conditio illa si sine filijs legitimis, & naturalibus decederent, non solum defecerat per superexistentiam filiorum masculorum, sed etiam filiarum receptissima Doctorum sententia, quos latè enumerat. R. P. Dn. meus Mantica lib. 11. de coniectur. vlt. volunt. lib. 14. præsertim nu. 7. vers. & hanc quidem sententiam.

Deinde causa coram me introducta, & die 29. Maij proximè præteriti vtraque parte informante proposita, dilata fuit propter discrepantes Dn. sententias. In hac autem propositione iterum discussa pronunciatum est, non fuisse recedendum à decisis.

Primum enim dicebatur regulam firmandam ad 1 fauorem Fuluiæ ex eo, quod conditio illa, si † sine filijs decederet, tam verificaretur in feminis, quàm in masculis, l. si quis ita. ff. de testamen. tut. l. si ita scriptū. ff. de leg. 2. & substitutus perinde excluderetur per feminas, & per masculos, vt per Canonistas, c. Raynaldus. de testament. vbi Anto. de Butr. numero duodecimo. Zabarell. numero 1. 2. nota. Ioann. de Anan. numer. 3. Crot. consilio 17. incip. testator. lib. 1. num. nono. & 26. vbi testatur, insignia Doctorum Collegia, Bononiense, & Perusinum ita consuluisse, quia ea quo 2 grauatus † tenore fideicommissi decessit superstite filia femina, non potest dici decessisse sine filijs. l. 1. C. de condit. inser. & hanc opinionem asserit esse veriorem, & magis communem Cagnol. in l. 1. num. 51. versi. 2. quia. C. de pactis, quæ locum habent, quamuis vnica filia relicta fuerit. Corneos consil. 202. nu. 8. lib. 3. Bologn. consi. 32. nu. 1. Bero. consi. 110. nu. 26. lib. 2.

Et quamuis ex coniecturis à prædicta regula rece- 3 datur, illæ tamen legitimæ † esse debent, & tales, quæ mētem, & voluntatem indicent testatoris, & per quas possit intelligi eum de masculis tantum sensisse, sic vt exclusis filiabus grauati substitutum admitti videri voluerit. Reuerendus Pater Dominus meus Mantica libro vndecimo. tit. 14. num. 11.

In hoc autem themate non existere tales coniecturas, quæ contra Fuluiam sentire suaderent, verius videbatur. Nā prima illa, quod testator excluserit filias feminas propter filios masculos, quos solos hæredes vniuersales instituit, & filiabus, quas à successione vniuersali excluserat, dotes legauit, sola non erat sufficiens. Idem Dominus Mantica præcitato loco. nu. 14. versi. sed tamen ac ipsa.

Rursus, licet testator excluserit proprias filias, nihilominus per superexistētiam neptis ea filio defecerat hæc conditio, *si sine filiis*, & excluserat substitutum, Ruin. consi. 144. num. 12. lib. 2. Paris. consi. 41. num. 53. lib. 3. Cephal. consil. 45. num. 21. & consil. 46. num. 28. lib. 1. Rol. consil. 42. nu. 41. lib. 4. quam opinionem testatur esse veriorem, & magis receptam Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. col. 2. num. 25. 26. 27. & 33.

Præterea cum testator in duabus partibus institutionis, & substitutionis fecisset mentionem de filijs masculis, quando vlterius progrediendo fecerat illam substitutionem, & si omnes decederent sine filijs, non adiecit verbum *masculis*, quod facilè potuisset, vnde præsumptio erat, quod voluerit inducere differentiā inter masculos, & feminas. Alex. cōs. 17. num. 12. lib. 2. Corn. cons. 230. nu. 6. lib. 3. Bero. cōsi. 110. nu. 27. lib. 2. & hanc sententiam ex sententia Zuccardi testatur esse magis communem Rimin. consil. 80. num. 21. lib. 1. Si enim testator voluisset, quod filia grauati excluderet substitutum, facilè potuisset dicere, *si sine filiis masculis*, quod cum expressisset, significationi verborum, & iuris interpretationi videtur voluisse deseruire. Simon. de Præt. qui multos in hanc sententiam congerit dict. tractat. dub. tertio, sol. secunda.

Altera coniectura, quod non esset verisimile, testatorem magis dilexisse nepotem, quam proprias filias, quas ab vniuersali successione excluserit, non videbatur admodum vrgere, quia non censetur inconue- 4 niens, neptem aliquando † melioris conditionis esse, quam propriam filiam. Crauett. consil. 98. num. 15. & consil. 161. num. 17. Roland. consil. 56. num. 25. lib. 3. & fuit decisum in vna Perusina fideicommissi die 4. Maij 1579. coram bonæ mem. D. Brauo, & præsertim cum substitutio esset restricta ad euentum obitus filiorum sine filijs, quo casu, si argumentum sumptum ab exclusione personæ magis dilectæ esset validum, illud consequeretur absurdum, vt quo magis descendentes essent remoti à testatore, magis semper censo- 5 rentur grauati, sicque grauamen † descenderent in infinitum. Crauet. consil. 161. num. sexto. Rolandus dict. consi. 50. num. 24.

Aderat præterea hæc potens, & manifesta ratio diuersitatis inter filias, & neptes, quia licet filias exclusisset, eis tamen dotes legauerat, neptibus verò nullas assignauit dotes, ideoque non erant censendæ à successione exclusæ. Paris. dict. cons. 41. num. 59. Rimin. consil. 80. num. 29. Cephal. dict. consil. 46. num. 28.

Considerabatur præterea ab vno ex Dominis alia diuersitatis ratio, quia filiæ excludebantur à successione paterna propter filios masculos, sed non propter patruum, ideoque testator videbatur exclusisse proprias filias, non autem neptes, quasi voluerit se conformare statuto, iuxta l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum.

Non obstat tertia coniectura, quod quando substi- 6 tuti non sunt extranei, † sed filij testatoris, tunc non excludantur per superexistentiam neptis, iuxta consilium Pauli de Castr. 909. incipien. casus iste frequenter. lib. 2. quia respondebatur, tunc filiam grauati non censeri positam in conditione ad exclusionem agnati substituti, quando agnatus excluderet filiam à successione grauati, & sic procedit prædictum consilium Pau. de Cast. sed cum Fuluia in hac facti specie nō excluderetur à successione Ludouici sui patris grauati propter patruum, neque de iure communi, neque vigore statuti, veniebat sub illa conditione ad exclusionem substituti, vt declarat Alex. consi. 58. nu. 7. versi. aut erat de agnat. lib. 6. Ruin. d. cons. 144. nu. 14. Non. consi. 29. num. 25.

Ad quartam cōiecturam desumptam à statuto Fa-

btiani

briani exclusuo feminarum, cum quo præsume-batur se in suo testamento voluisse conformare, & quod propterea dicendum, si decesserit sine filijs, intelligendum erat de masculis, & tunc proprium significationem vigore statuti suffragari, quæ coniectura tali casu censetur potentissima. Alex. in l. hæredes mei. §.cum ita. num.9.ff.ad Trebell. Socinus senior consi-lio 51.nu.33. & consi.73.nu.13.lib.4.

Respondebatur, quod cum Troilus non excluderet Fuluiam à successione sui patris grauati ab intesta-to vigore statuti, & verba istius cōditionis essent declaranda secundum statuta disponentia de successione eius, cui substitutio est facta, & non testatoris, Alciat. respon.71. num.27. & 28. tom.3. lib.9. Gabriel. consil.97.num.19. Consequebatur, vt sub illa conditione, *si sine filijs decesserit*. Fuluia intelligeretur comprehensa ad exclusionem substituti. Socinus consi.54. num.1.lib.3.Ruin.dict.consi.143.nu.6.& sequent.& consil.144.num.12. Curt.iunior consi.49.nu.10.lib.1. Cephal.dict.consil.46.nu.40. Thob.Non.d.consil.29. num.25.Card. Alban. consi.23.nu.10.& ita fuerat resolutū in vna Montis Falisci hæreditatis die 14. Maij 1584.vt habetur par.1.decis.790.

Ad aliam obiectiuram desumptam ex testatoris dispositione volentis quod filiæ sine in casu quod peruenissent ad viduitatem, aut aliquam necessitatē possent redire ad domum testatoris, quasi propterea omnino iudicauerit testator velle conseruare familiam in masculis, & prohibere ne feminæ succederent in bonis suis, dicebatur nihil inde colligi potuisse pro exclusione neptis, pro qua causa de hoc remedio non prouidisset, ex eo cēsebatur voluisse illam à successione suorum bonorum excludere.

Præterea cum non appareret clarè ex verbis testatoris, quod fecerit substitutionem, vt bona conseruarentur in agnatione per conditionem *si sine filiis*, neptes excludant substitutum, Gabr.consil.97.num.17. & seq.lib.1.quamuis Rota alias in simili tenuisset pro substituto contra neptes, ex eo quod testator considerasset familiam, vt apud Tholom.decis.46.incip. Pannensis Bonorum de Harembertis lib.1.

Atque ex his tenuerūt Domini, non fuisse recedendum à decisis.

Quoniam tamen circa illam difficultatem, An legitimatus excludat substitutum, licet Domini concorditer tenerent opinionem affirmatiuam, Gabr.de legitim. conclusio prima. nu.31. Cephal. consil.276.nu.9. lib.2. Dubitabant tamen, an haberet locum, quando nepos legitimatus veniret ad exclusionem filij testatoris, tunc enim substitutum non excludi per legitimatum censuerunt graues Doctores, Bald.consil.347. incipien.super eo quod. num.3.lib.3.Menoch. consil. 318.num.15. Mant. lib.10. de coniect. vlt.vol.tit.10. num.25.Rip.in l.ex facto. §.si quis rogatus. il primo. num.24.ff.ad Trebell. & alij, ideo libenter audirem Dominum Troilum super ista limitatione, &c.

PENIÆ.

Camerinensis Fideicommissi, Ven.25. Octob.1596.

Argumento non indiget.

SVMMARIA.

1 *Neptis legitimata facit deficere conditionem fideicommissi.*

2 *Qualitas substituti non ponderatur ad restringendam vim illius conditionis, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit.*

3 *Legitimatus quo ad successionem legitimo æquiparatur.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

Quia in decisione coram me in hac causa facta die 13.Nouemb. anni præteriti ad fauorem Fuluiæ legitimatæ reseruatum fuerat vidēdum, an legitimatus excluderet substitutum, propterea præsupposita dicta decisione, & Bulla fel.record. Pij Papæ IV. incipiēte quamuis à Sede Apostolica. Dubitaui, an neptis legitimata faceret deficere conditionem fideicōmissi, ad effectum, de quo agebatur, videlicet ad excludendum Troilum Perusinum, filium testatricis.

1 Et Domini vno tamen excepto affirmatiuè † responderunt, quoniam licet Bal.consi.347.num.3.lib. 3.Menoch.consil.318.num.15.& Bero.in c. in præsentia. de probat. num.285.& sequent. & Illustrissimus Cardinalis Mantica lib.11. de coniect. vltim. volunt. titul.10. nu.25. & nonnulli alij relati per Informantes pro Troilo tenuerint cum Baldo sententiam negatiuam, quod legitimatus non faciat deficere conditiones fideicommissi: Affirmatiua tamen sententia videtur communis, vt attestatur Ripa in l.ex facto. §.sequens rogatus.il primo.nu.24.ff.ad Trebell. quem referunt, & sequuntur Michael. Grass.in §. fideicomm. num.7.& Peregrin.tractat. de fideicom. art.28.num. 45. vers.ampliat secundo, & Molin. de primog. Hisp.

2 lib.3.cap.3. num.2.Et ratio est, quia qualitas † substituti non ponderatur ad restringendam viam illius conditionis, *si sine filiis legitimis, & naturalibus decesserit*, sed testatoris, & hæredis grauati, vt post Alexan. consi.94.num.3.lib.1.censuit Rip. in d.§.si quis rogatus.nu.24. Cum enim ista exclusio substituti non tendat ad commodum legitimati, qui solum est positus in conditione, non vocatus iuxta glos.in l.Lucius.ff.de hæred.instit. sed ad commodum, & fauorem hæredis grauati, vt possit de bonis suis liberè disponere, ideo videbatur non posse assignari sufficiens ratio, aut rationabilis differentia, per quam legitimatus nō deberet excludere substitutum, etiam si esset filius testatoris, cum non possit cō siderari affectio testatoris magis erga filium, quam nepotem legitimatum, cum nepotem non vocet, sed solum ponat in conditione ad exclusionem substituti. Vnde cum in hac facti specie non agatur amplius de successione grauantis, sed grauati, legitimatus etiam facit deficere conditionem, & hanc sententiam reprobando Salycetum tenuit Alex. in d.l.ex facto. §. si quis rogatus, nu.7. vers.fallit etiā quarto. ff. ad Trebell. & Rip.ibi.num.24. Fatetur esse communem, & Oddo tract. de compend. par.6. §.an naturalis.lim.5.vers. in contrarium. Atque ita etiam pro nepote legitimato contra filium testatoris substitutum consuluit Paris. consi.8.lib.2.& Pau. de Monte Pico consi.24.

Considerabant propterea, Doctores allegatos pro sententia negatiua, non admodum vrgere, Menoch. consi.318.num.15. pro se allegat Alexandrum consil. 99.lib.1. qui sub num.2. versi.4. confirmatur, licet recenseat contrariam sententiam, non tamen videtur illam approbare, cum dicat non esse tutam.

Socinus consil.249. numero vigesimo. lib.2. quem idem Menoch. laudat.num.15. non loquitur de legitimato, sed de naturali tantum, inter quem, & legitimatum longa est differentia, cum legitimatus quo

3 † ad successionem legitimo æquiparetur, §.illud.& §. liceat igitur authent. quibus mod. nat. eff. leg. Paris. consi.1.nu.57.lib.2. Cephal.consil.606.lib.4. Tiraq.in l.si vnquam in verb.susceperit liberos. nu.77.& seqq. C.de reuoc.donat.

Et hæc dixerunt Domini sine difficultate procedere, inspectis Doctorum traditionibus in iure communi fundatis. Nam de Bulla Pij 4. particulariter dubitare voluerunt.

BLANCHETTI.

Anconitana Fideicommissi, Lunæ 16.Ian.1584.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Onus probandi valorem bonorum alienatorum cui incumbat.

SVMMARIA.

1 *Filius alienando rem, censetur illam pro sua legitima alienare, nisi in subsidium, quatenus bona alia non exstent.*
2 *Legitima filio debetur.*
3 *Filius potest ex subiectis particulari fideicommisso legitimam detrahere, etiam si extarent alia bona.*

DECISIO CCCCLXXVII.

PRoposui dubium, cui incumbat onus probandi valorem bonorũ alienatorũ, videlicet an Metello, qui allegat contrauentionem Andreæ, vel potius Andreæ, qui à contrauentione allegat excusationẽ: quod alienatio sustineatur, ratione legitimæ Angelo debitæ, in qua non potest apponi grauamen, nihil fuit resolutum ex diuersitate sententiarum.

Aliqui enim ex Dominis dicebant, onus probandi 1 incumbere Andreæ, quia licet filius alienando † rem, censeatur illam pro sua legitima alienasse, tamen cum ipsa non possit detrahi ex bonis expresse prohibitis alienari, nisi in subsidium, quatenus alia bona non extent, Paulus de Castr. consi. 147. 297. num. 4. lib. 1. Doctores omnes in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. vbi Iason in secunda lectur. num. 3. Crot. nu. 15. & Ferd. Loazes. num. 21. Andreas, qui habet regulam pro se cum qualitate, debet qualitatem illius probare, Cephalus consi. 327. num. 6. cum seq. lib. 3.

Nec eos mouebant decisiones allegatæ, quia procedunt vbicũque fideicommissum est vniuersale. Itaque licita est alienatio in omnibus bonis pro rata legitimæ: ibi enim alienans, cui debetur legitima, habens intentionem fundatam, & excipiens de excessu, illum tenetur probare, hic verò alienatio sustineri potest, nisi in defectum aliorum bonorum.

Contrarium tenentes mouebantur, quia cum Metellus opponat de contrauentione, cui inest ista qualitas, vt existentibus alijs bonis non sit detrahẽda legitima ex his, in quibus est particulare fideicommissum, ipse debet probare qualitates contrauentionis. habet enim regulam pro se Andreas, tum quia filio 2 † debetur legitima, tum etiam quia videtur ex tenore inuentarij pretiosiora fuisse subiecta fideicommisso, quo casu etiam si extarent alia bona, filius potest ex 3 † subiectis particulari fideicommisso legitimam detrahere. Dec. consi. 51. nu. 7. Rolan. consi. 12. nu. 1. lib. 1. & Gabr. de leg. conclus. 6. num. 30.

Allegantes in contrarium respondebant, non procedere, quando quis habet intentionem fundatam in iure communi, prout hoc casu Andreas videtur habuisse, ideo strictè super valore legitimæ, & existentia aliorum bonorum, proponam iterum causam. Nam Andreas, qui replicat de legitima, & debitis hæreditarijs existentiam taliter debitorum probare debet.

BLANCHETTI.

Anconitana Fideicommissi de Rinaldis, Lunæ 20. Febr. 1584.

ARGVMENTVM.

Onus probandi valorem bonorum alienatorum, non excedit portionem legitimæ.

SVMMARIA.

1 *Valor legitimæ probandus est, nec potest quis se excusare a contrauentione, nisi qualitates omnes, ex quibus alienatio sustineatur, deducat.*
2 *Legitima ex bonis prohibitis alienari, non potest detrahi, nisi in subsidium ex allegatis.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

ITerum proposui dubium discussum, & non resolutum 16. mensis præteriti, in quo Domini pro maiori parte dixerunt, onus probandi valorem bonorũ alienatorum non excedere portionem legitimæ, quæ ex persona patris pro rata sibi debetur incũbere Andreæ, non autem Metello excessum valoris. cum enim Metellus habeat intentionem fundatã in contrauentione Andreæ ex alienatione bonorum fideicommisso subiectorum, ex quo fideicommisso iuuari nõ potest. Bald. in l. quoties. num. 5. C. de fideicom. fuit resolutũ in causa Vrbeuetana Castrorum coram R. P. D. Aldobrandino, non tenetur illa deducere, quorum oppositam suam intentionem fundatam possent eneruare, Aegid. decision. 76. nu. 2. Non obstat, quod Andræas habeat intentionem fundatam in regula, quod sibi debetur legitima ex persona patris, quia licet hoc verum sit, tamen hoc non sufficit. Est enim probandus valor istius legitimæ. non enim potest se excusare à 1 contrauentione, † nisi qualitates omnes, ex quibus alienatio sustineatur, deducat. Accedit, quod cum totum prædium fuerit alienatum, alienatio sustineri non potest, nisi ex eo, quod portio, quæ debetur, Andreas in legitima patri debita, ex cuius persona ipse venit, ascendat ad valorem eius ratæ, in qua ipse succedit. Filius enim habet intẽtionem fundatam in tertia parte cuiuslibet corporis hæreditarij, sed ex æquitate certum sibi potest eligere, sed illud debet æquiualere ceteris partibus, quas poterat detrahere, ex corporibus omissis, non autem excedere, ex quo satis etiam videtur fundata intẽtio Metelli in excessu alienationis, nisi ex aduerso doceatur, valorem Cumborani ascendere ad eam ratam legitimæ solum, in qua ipse Andreas succedere potest, & ita applicatur decisio facta coram R. P. D. Robusterio in causa Tiburtina Casalis. Est enim hoc casu illiquida exceptio legitimæ, non probatis alijs circumstantijs, videlicet, valore hæreditatis, quod non extarent alia bona, ex quibus potuisset detrahi, quòd est fundamentum intentionis Andreæ. Vnde cum Metellus habeat regulam in sui fauorem, quod ex bonis prohibitis alienari non 2 potest detrahi † legitima, nisi in subsidium ex allegatis, & maximam præsumptionem ex hoc facto resultantem onus probandi qualitates suæ exceptionis incumbit Andreæ.

PAMPHILII.

Firmana Fideicommissi, Lunæ 2. April. 1601.

Argumentum per se patet.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum non habet locum ex contraria mente defuncti etiam ex coniecturis elicita.*
2 *Agnatio per masculos tantum, non autem per feminas conseruatur.*

DECISIO CCCCLXXIX.

FVit resolutum, per obitum Romuli Iunioris sine filijs factum fuisse locum fideicommisso quondã Aciletij ad fauorem Dominorum de Fulchis. Visum enim fuit Dominis, testatorem habuisse rationem cõseruationis agnationis, ex eo, quod prohibuit alienationem bonorum stabilium, vt perpetuo remanerent ad memoriam testatoris, & sustẽtationis familiæ Fulchorum, iuxta not. per Mant. de coniect. vlt. volunt. tit. 15.

Hinc sequitur, quod in præcedente substitutione in casum obitus, si sine filijs decesserint, sed etiamsi cũ filijs, qui postea decedãt sine filijs, vt est casus de quo agitur. Alias enim non diceretur satisfactum menti ipsius conseruandi perpetuo bona ad memoriam suã, & sustentationis familiæ Fulchorum, ex regula quod qui vult consequens, &c. Dec. consi. 23. num. 2. Ruin. consi.

consi. 119. nu. 14. lib. 2. Curt. iunior cons. 121. nu. 13. & 16. Rimin. iun. consi. 21. nu. 56. lib. 1.

Et ita non obstat, quod dicebatur, per obitum Romuli iunioris cum filijs fideicõmissum expirasse iuxta consil. Oldr. 21. quia sæpius decisum fuit, non habere locum ex contraria mente defuncti, etiam ex coniecturis elicita, Dec. consi. 477. Gabr. conclus. 7. de fideicom. d. consil. 121. sub num. 15. cum seq. Marzar. cons. 4. nu. 11. & nu. 413. & consi. 7. num. 10. Rim. iun. consi. 456. nu. 32. lib. 4.

Non obstat superexistentia Mariæ filię Romuli senioris, quia testator in hoc casu videtur solum sensisse de masculis, quos vocauit concurrente prædicta ratione, quam habuit conseruandæ agnationis, quæ per masculos tantum, non autem † per feminas conseruatur, l. pronunciatio. in fi. de verb. signific. cum vulg. & ita tradit Pau. de Cast. consil. 409. nu. 2. lib. 2. Soc. inter consi. Curt. sen. consi. 40. num. 9. & seq. Dec. consi. 514. nu. 3. Ias. consil. 140. col. 4. in fi. vers. mens autem. lib. 1. Abb. cons. 19. num. 11. Mant. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 14. & coram eodem fuit resolutum in causa Nucens. hæreditatis 1595.

Non obstat, quod prohibitio alienationis sit consecutiua. & accessoria ad præcedentem substitutionem, si sine filijs decesserit, quia Domini admittunt, ex ea oriri etiam nouum fideicommissum, iuxta consi. Dec. 636. cum alijs allegatis, negari tamen nõ potest, quin ex ea licet consecutiua colligatur intentionem testatoris fuisse conseruandi agnationem, & bona, vt perpetuo remanerent ad memoriam testatoris, & sustentationis familiæ Fulchorum. Corn. consil. 22. nume. 9. lib. 2. Mant. 8. lib. 6. tit. 15. quod sufficit pro declaratione præcedentis fideicommissi, vt capiat etiam casum obitus filiorum cum filijs, qui tamen sine filijs decedant, vt supra dictum est.

PAMPHILII.

Romana Fideicommissi de Gallis, Lunæ 16. Nouemb. 1575.

Argumento non indiget.

SVMMARIA.

1. *Verba illa codicillorum: Et hoc in perpetuum, non existentibus masculis, vt inducant separatum fideicommissum, non dependent à precedenti.*
2. *Fideicommissi verba debent esse expressa & clarissima, cum fideicommissum sit onus.*
3. *Interpretatio in dubio ea semper est capienda, quæ fideicommissum, & onus excludat.*
4. *Subrogatio censetur facta, etiam quo ad tempus, quamuis non dicatur.*
5. *Copulæ & natura est regulariter repetere qualitates præcedentis rationis.*
6. *Verbum voluit intelligitur semper cum eadem qualitate adiecta respectu eiusdem temporis.*
7. *Tempus aliud vbi non reperitur expressè appositum, semper subsequentes substitutiones regulantur a tempore supra in prima substitutione expresso.*
8. *Inconueniens non est, quod aliqua exprimantur gratia dubitationis tollendæ.*
9. *Superfluitas potius toleratur, quam quod odiosa dispositio inducatur.*
10. *Verba illa in perpetuum intelliguntur in substitutione acta inter ipsos in Cippo.*
11. *Pars vna testamenti aliam declarat, & sicut vna determinatio eiusdem testamenti accipitur vno modo, sic etiam declaratur in alia parte.*

DECISIO CCCCXC.

Iacobus Gallus habens quatuor filios, per suos codicillos voluerat, quod in ea parte, & partibus in suo vltimo testamento disposuerat, quod vltimus descendens eius filiorum & heredum in ipso vltimo testamento nominatorum, quod possit testari non existentibus filijs ipsorum filiorum, & heredum deleuit, & voluit, quod non possit testari, & voluit in eo casu in ipsius testatoris bonis, & hoc in perpetuum nõ existentibus masculis de domo Gallorum per lineam directam masculinam, & vbi nõ esset Cippus de domo Gallorum in prædictis suis bonis, succedat ipsius testatoris Cappella descripta in suo vltimo testamento.

Mortuo testatore relictis dictis quatuor filijs vnus post alterum decessit, relicto Paulo, qui vltimus decessit relictis post se duobus filijs, Sulpicio, & Iulio, qui tandem etiam decesserunt, & per eorum obitum prætendebat Cappella prædicta seu societas conceptionis Beatæ Virginis factum fuisse locum fideicommisso ad ipsius fauorem, eo quia Cippus non extabat.

Vnde dato per me dubio, An filij Pauli censeantur grauati, vel sit inductum fideicommissum reale, ita vt fuerit illi factus locus ad fauorem Cappellæ, illoque pluries proposito, tandem quia difficultas restringebatur ad illa verba codicillorum: & † hoc in perpetuum, non existentibus masculis, &c. An scilicet illa inducerent separatum fideicommissum, non dependens à præcedenti, vel potius penderet ab eo tempore, quo vltimus filius, & hæres testatoris decessisset, & non extantibus filijs, ita vt ipso mortuo cum filijs esset expiratum, iux. cons. Oldrad. consi. 21. Domini die Lunæ 16. Nouemb. 1587. pro maiori parte resoluerunt, fideicommissum expirasse per mortem Pauli, & filij.

Siquidem iudicarunt Domini prædictum versiculum, *& hoc in perpetuum*, &c. intelligi debere, & depẽdere ab illo tempore, quo dixerat testator, dedisse facultatem in suo testamento, vltimo filio, quod posset testari, quando scilicet ipse decessisset, extãtibus filijs, non autem aliud tempus expressum fuisse ab ipso testatore, nec subintelligi debere, quia cũ fideicommissum sit onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. verba debent † esse expressa, Oldrad. dicto consilio 21. ante fin. versic. nisi hoc expressè, &c. Decius consilio 63. colum. fin. & debent esse clarissima. Abb. cons. 29. nu. 7. & quæ necessario illud inferant. Decius consilio 377. num. 7. adeo, quod vbi dispositio potest parere aliquem effectum citra introductionem noui fideicommissi, nunquam per illam censetur inductum nouum fideicommissum. l. pater. §. filiam. ff. de leg. 3. & in dubio ea † est semper capiẽda interpretatio, quæ fideicommissum, & onus excludat. Paris. 41. num. 31. lib. 3. Aymon. consil. 180. sub num. 1. Ceph. consil. 610. nu. 1. & sequent. lib. 5. Verba igitur illa, *& hoc in perpetuum, &c.* in proposito possunt & debent referri ad illud tempus expressum, quo vltimus filius mortuus fuisset, non existentibus filijs, & non aliud tempus subintelligi, vt per Decium d. consil. 63. col. fin. vers. postremo, &c. quia substitutiones sequentes referuntur ad tempus, & conditionem supra expressam, vbi aliud separatum, & diuersum expressum tempus, & conditionem non habeat, vt in proposito tradit Alex. consil. 139. lib. 6. Rub. Alex. in l. Gallus. §. quidam recte. sub nu. 68. post medium de lib. & posthum. Ruinus consil. 153. sub num. 5. lib. 2. Iason. consi. 228. num. 2. lib. 2. Dec. consil. 936. Illustrissimus Cardinalis Alba. consil. 1. num. 5. Cephalus consil. 17. sub num. 9. Menoch. consi. 85. num. 46. ad finem. Tiber. Decian. consil. 4. num. 33. lib. 2. & fuit decisum pluries per Dominos, vt in causa Albanensi fideicommissi, Romana de Maximis Tudertina de Corradis, & alias sæpius.

Quod facilius colligebant Domini isto casu, quo testator in principio clausulæ prædictæ codicillorum profitetur, velle immutare vnam partem ipsius testamenti, dum dicit, *in ea parte, & partibus, &cet.* in qua quidem

quidem parte est expressum illud solum tempus, quo vltimus decessisset, vt ostendunt illa verba: Vltimus decedentium eius filiorum & hęredum, lege ex facto. §. penultim. vbi Alexander in princip. not. Ruin. consi. 192. num. 18. lib. 2. Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 80. num. 1. Vnde cum loco facultatis testandi, quam dederat isti vltimo filio subroget, dicendo, quod deleuit, & eo casu voluit, quod succederet Cippus, & hoc in perpetuum, &c. totum hoc intelligitur de tẽpore illius partis testamenti, quam immutauerat, & cuius loco istam aliam subrogauerat, quia subrogatio 4 censetur † facta etiam quoad tempus, quamuis non dicatur. l. in contractibus. C. de nõ nu. pecun. cum alijs per Gabr. conclus. 2. de reg. iur. no. 4.

Idque magis propter illa verba, & voluit eo casu, quæ etiam sunt limitatiua, & restrictiua ad tempus, & casum expressum, Decius consil. 315. nu. 2. & consi. 535. nu. 36. Vbi dicit, quod ista verba restringunt præcise ad casum expressum, Paris. consi. 92. num. 11. volum. 2. & cons. 108. nu. 26. volum. 3.

Vnde cum postea subiungat, *& hoc in perpetuum non existentibus masculis*, totum hoc intelligitur, retento eodem tempore, quia eo casu dixerat, se velle subrogare istã dispositionem in locum alterius, tum 5 propter copulam *&*, cuius natura † est regulariter repetere qualitates præcedentis orationis, ad Bartol. in leg. Seio. §. Caio de fund. instructo. etiam quoad tempus. Romanus consi. 231. num. 2. Decius consil. 92. sub numero 2. Socinus iunior consilio 160. num. 12. lib. 2. & de repetitione conditionis per Reuerend. Pat. Dominum Manticam de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. sub num. 19. versic. & quod, &c. Tum etiam propter illã restrictiuam hoc, quæ designat, & restringit, vt in proposito concluserunt Cephal. d. consil. 17. sub nu. 9. Card. Abb. dict. consil. 1. nu. 3. & sequent. Tum & ternò, quia totũ regitur ab vnico verbo voluit, quod 6 intelligitur † semper cum eadem qualitate adiecta respectu eiusdem temporis, d. l. Seio. §. Caio. Doctor. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli-7 gation. Tum & vltimò, quia vbi non reperitur † expresse appositum aliud tempus, semper subsequentes substitutiones regulantur à tempore supra in prima substitutione expresso. Alexander dicto consi. 139. Iason. Ruinus. Decius, & alij supra citati.

Quibus stantibus non videntur obstare illa verba, *non existentibus masculis*, quæ possunt etiam referri ad tempus, quandocumque defecerint, iuxta legem Socini in l. solemus. in fin. de condit. & demonstr. quia illud non procedit, vbi sunt restricta ad certum tempus mortis hæredum. Ruinus consil. 126. num. 12. lib. 1. Alexand. consil. 53. num. 11. lib. 6. Dec. consil. 585. nu. 4. & consil. 594. sub nu. 6. vers. & ita conclusum.

Nec etiam obstat, quod illa verba non extantibus masculis important nouam conditionem, tum quia non est noua conditio, sed est eadem cum præcedenti, quam expresserat, si vltimus decessisset, non extantibus filijs: & non incõuenit, quod aliqua superfluitas, seu repetitio verborum potius inducatur, quam nouum grauamen, & nouum fideicommissum, præsertim cum apertè cognoscatur, quod testator alia verba superflua repetierat dicendo, in bonis ipsius testatoris, tum etiam quia si important nouam conditionem, illa non est, quoad tempus, sed solum quoad personas. nam quia primo dixerat, si vltimus decessisset non extantibus filijs poterat dubitari, si idem fuisset, si decessisset sine nepotibus & pronepotibus. Paris. cons. 87. nu. 2. lib. 2. Gabriel. concl. 1. de verb. signif. nu. 50. Item quia prius dixerat de filijs vltimis tantum, non autem de filijs cohæredum, ideo nunc ad remouendas istas difficultates, quæ succedere potuissent, subdit nouam conditionem magis claram circa personas, videlicet vt idẽ sit, si de illo tempore non extarent alij masculi descendentes per lineam directam, prout etiam quia prius dicendo filijs, poterat intelligi etiã de feminis, Ioann. Andr. Butr. & alij in c. Raynaldus de testament. Gabr. conclusion. 6. de verbor. signific. num. 8. Ideo voluit restringere ad masculos, vt illi solum excluderent Cippum, & agnationem, non 8 autem feminæ. & non est inconueniens, quod aliqua exprimantur, gratia dubitationis tollendæ, & tunc nõ dicuntur superflua. Abb. in c. solitæ. in gloss. in verbo, tanquam. in fine. de maior. & obed. Satis enim operantur si dubitationem tollunt. Abb. ibi, & in c. certificari. colum. penultim. de sepult. Decianus consi. 168. num. 34. volumin. 3. quod procedit etiam in vltimis voluntatibus, l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro. & argent. leg. Decian. dicto consil. 108. num. 36. & potius 9 superfluitas toleratur, † quam quod odiosa dispositio inducatur, Corn. Dec. & alij per Aymon. consilio 127. num. 8.

Ex quibus etiam tollitur, id quod dicebatur, fideicommissum esse reale, quia vltra quod dici posset, nõ esse reale, & quod grauamẽ non est relatum ad ipsam rem, sed ad personas. Soc. consi. 62. num. 10. lib. 3. Abb. consi. 93. num. 2. ad quem se refert Reuerendus Pater Dominus Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. num. 6. non tamen inconuenit, quod verba sint impersonaliter prolata, nihilominus pendeat sub illo tempore, in prima substitutione expresso, vt in casu Alex. dicto consil. 139. vbi dicebatur, quod bona eius remanerent, & quod bona non recederent de parentela. & in casu Ruin. consil. 153. sub nu. 5. lib. 2. vbi dicebatur ita, quod hæreditas remaneat in eius domo, & in causa Albanensis Fideicommissi.

Et quòd semper dicta hæreditas ad filios, & descẽdentes transeat, &c. adeo quod constat, non habere rationẽ, quod verba impersonaliter vel realiter proferantur, quando possunt referri ad tempus supra expressum.

Non etiam obstant illa verba, *in perpetuum videlicet*, quia ista secundum Oldrad. Alex. Ias. & alios supra citatos, & signanter fuit dictum in dicta causa Albanensi, & nouissimè causa Tudertana de Corra-10 sodis intelliguntur † in substitutione actiua inter ipsos de Cippo, vt perpetuum esset fideicommissum ad tollendam difficultatem, quę posset oriri, quod vocati de Cippo non excederent decimum gradum. Durant. de art. test. tit. 8. c. 2. num. 2. Abb. consil. 51. nu. 7. Marzar. in epit. de fideicom. par. 1. cap. 14. & an semel admissis proximioribus alij vlteriores succederent, vt per Alban. d. consil. 51. per totum & Marzar. dicto cap. 14. in fine.

Addebant etiam aliqui ex Dominis, quod illa verba, *& hoc in perpetuum non existentibus masculis de domo Gallorum* referuntur ad Cippum, de quo proximè dixerat, videlicet testator paulo ante vocando Cippum amplexus fuerat tam masculos, quàm feminas. Paris. consilio 35. numero 5. & 29. libro 3. voluit modo dare ordinem perpetuum in ipso Cippo, & donec extarent masculi, feminæ non venirent, quod ex eo confirmabant, quia subiungit, *masculis de domo Gallorum*, verba *de domo Gallorum* constat testatorem accepisse pro ipso Cippo, & agnatione, non autem pro filijs suis, & descendentibus, ex illis verbis, *succedat Cippus de domo Gallorũ*, quæ verba posuerat pro agna-11 tione ex transuersalibus. Nam vna pars † testamenti aliam declarat, & sicut vna determinatio eiusdem testamenti accipitur vno modo, sic etiam declaratur in alia parte l. vtrum. de petit. hæred. l. qui filiabus. de leg. 1. cum concord.

Quæ omnia eo magis adiuuabantur secũdum Dominos, quia isti filij filiorum quamuis comprehenderentur sub illis verbis, *non extantibus masculis*, non reperiuntur expressè vocati per testatorem, sed solum

lum sub conditione positi, & consequenter non debemus iudicare, fuisse grauatos tacitè, cum nec expressè tunc grauari potuissent, iuxta l. ab eo. C. de fideicommiss. & bene deducit Reuerend. Pater Dominus meus Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 31. quam rationem an proposito considerauit Iason consilio 228. sub num. 3. versic. 30. pro eadem parte. Card. Alban. dicto consilio 1. num. 4. & latè deducit Cephal. d. consi. 17. sub num. 12. versic. sed posito. cum plur. seq.

Et licet replicaretur, quod sint grauati saltem primi filij sub duplici conditione, iuxta doctrinam Bartoli in l. sed etsi sit. num. 2. de leg. 3. tamen fuit responsum, quod verba non sunt concepta sub duplici conditione, vt in casu Bartoli, in quo erat expressè dictū, *si filij mei decesserint sine filijs, vel filij filiorum sine filijs, grauo filios meos restituere.* Sed vnica conditione erant comprehensi omnes, videlicet non extantibus masculis, secundum casum Oldradi dicto consil. 21. merito etiam facilius Domini descendebant, quia in codicillo non poterat comprehendi, quod Iacobus voluisset facere aliud fideicommissum, nec aliam conseruationem agnationis, quam in casibus expressis, ex quo nō prohibuit alienationes, nec alia fecit, quæ facere solēt testatores, quando perpetuum fideicommissum in omnibus casibus facere intendunt.

Addebant etiam Domini, quod Cappella seu societas est actrix, & ipsa se fundat in fideicommisso, vnde probatio sua debet esse clara, & certa, quod fideicommissum sit clarum, & necessario concludens, non autem turbidum, & dubium. Decius consi 514. num. 10. Aymon consil. 161. num. 16. Cephalus consilio 620. nu. 5. lib. 5.

Ex quibus fuit per maiorem partem Dominorum conclusum, intentionem societatis super dicto fideicommisso non esse fundatam, sed illud expirasse, licet eis valdè placeret, quod hæc causa omnino concordaretur.

G Y P S I I.

Tudertina fideicommissi. Lunæ 13. Aprilis 1587.

A R G V M E N T V M.

Substitutio alicui facta, si sine filijs decesserit, eo cum filijs decedente, expirat.

S V M M A R I A.

1. *Conclusio iuris vulgaris est, quod substitutio alicui facta, si sine filijs decesserit, eo cum filijs decedente expirat.*
2. *Extensio in substitutione de persona ad personam, fieri non debet.*
3. *Verba, pari modo vt supra, quid importent.*
4. *Descendentium appellatione comprehenduntur omnes in infinitum.*
5. *Filiorum appellatione veniunt nepotes, præsertim quando verba tempus futurum respiciunt.*
6. *Dictio semper, apposita à Doctoribus ponderari solet ad ostendendum simplex & absolutum fideicommissum.*
7. *Casus omissus in dispositione iuris communis remanet.*
8. *Fideicommissum ad inducendum, cum sit onus, stricta debet fieri interpretatio.*

DECISIO CCCCXCI.

Dominus Michael Corradus de Tuderto, Corradum fratrem germanum pro dimidia, & Tarquinium ex altero prædefuncto fratre nepotem pro alia dimidia vniuersales hæredes instituit, eidemque Tarquinio omnes suos filios masculos, & nepotes in infinitum descendentes, & Corrado Labienum eius filium, & omnes descendentes masculos dicti Labieni, secundum gradus prærogatiuam in infinitum in capita, nō in stirpes substituit, addito etiam quod nepotes masculi locum patris præmortui subintrare valerent, feminis ab vtroque gradu semper exclusis, & Labieno absque filijs masculis decedenti. Tarquinio (& illo) præmortuo eius filios pari modo, vt supra, succedere statuit.

Quamobrem, cum Labienus relicto Mario decessisset, dubitari contigit, An fideicommissi conditio defecerit, & defecisse Domini resoluerūt, quamuis Marius postremo sine filijs obierit, nam vulgaris est illa 1 iuris conclusio, quod substitutio † alicui facta, *si sine filijs decesserit*, eo cum filijs decedente expirat, nec reuiuiscit, tametsi d. filij postea nullis relictis filijs moriantur. l. ex facto. §. si quis autem. & ib. Scribent. ad Trebell. l. cum vxori. C. quando dies leg. ced. Oldrad. comm. approbatur cōs. 20. Alex. 139. lib. 6. cū alijs adductis per Aym. inter consi. Marz. consi. 6. versic. prima itaque ratione.

Nec refragatur, quod ab hac regula ex coniecturata mente testatoris recedi possit, Dec. consi. 480. nu. 5. Aym. 326. nu. 16. & omnes fatentur, quoniam id locū sibi vēdicat, vbi coniecturæ ex verbis à testatore prolatis, & personaliter colliguntur. Paris. cōsi. 14. nu. 12. lib. 3. & necessariæ & cōcludentes, l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebell. & bene animaduertit Reu. Pater, D. Mantica, de coniect. lib. 8. tit. 1. nu. 22. Idcirco Domini respondendo coniecturis, quæ pro fideicommisso in medium afferebantur, dicebant, non obstare illa verba, decedente Labieno, *sine filijs masculis*, succedat Tarquinius, & illo præmortuo illius filij, quia cum substitutio sit facta personaliter Labieno, & nomine proprio filios filiorum comprehendere non valet, & consequenter fideicommissum inducere, per ea quæ tradit Alexan. d. consi. 139. num. 5. & seqq. lib. 6. Curt. sen. 42. num. 21. Ruin. 49. nu. 5. volum. 2. Nam testator nominatim Labieno substituendo satis innuit, filijs eiusdem substituere voluisse, siquidem de persona ad 2 † personam extensio fieri non debet. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 18. vers. quod secus. de lib. & posth. Dec. in l. illam. de coll. & consil. 218. num. 9. Aym. 98. num. 13. etsi eadē ratio militaret, secundum Natt. consi. 420. nu. 6.

3 Nec verba *pari modo, vt supra*, aliquid addunt † sed omnimodam similitudinem ostendunt, & ea solum repetunt, quæ in præcedēti dispositione disposita fuerant, Ruin. consi. 32. nu. 3. lib. 5. Aym. consi. 88. num. 3. Ceph. consi. 581. nu. 18. Quemadmodum igitur ex supra dispositis nō apparet, filijs Tarquinij substitutionem aliquam factam extitisse, pari ratione fateri compellimur, Labieni filijs haud substitutum fuisse. Minusque opitulatur, quod in ceteris substitutionibus masculi & descendentes in infinitum exclusis feminis vocati fuerint, quasi quod fauore agnationis hoc dispositum extiterit iuxta decis. Put. 175. lib. 2. cum alijs alleg. quoniam huiusmodi vocatio non sufficit, quandoquidem etiam in casu Oldrad. masculi vocabātur, & feminæ excludebantur, quodcirca non absolutè de ipsa agnatione in genere sed respectu vocatorum tantum illud intelligi oportet, aut in euentum, quod Labienus sine filijs obijsset, ad hunc enim casum, dicta substitutio restricta censetur, faciunt trad. per Aret. consi. 141. Alex. consi. 59. no. 21. volum. 5. Soc. iun. cōsil. 4. nu. 20. vers. quoniam respondeo. lib. 3. maximè, quia testatoris verba ad tempus mortis Labieni relata fuerunt, vt in terminis consi. Oldrad. tenet Decian. d. consi. 480. sub num. 8.

Eoque magis id suaderi posse Dominis videbatur, quia in toto testamēto nullum verbum de agnatione habetur, quinimò ex deductis ab Informātibus constat, in aliquibus casibus testatoris bona agnatis ex-

clusis ad extraneos peruenire potuisse; Idcirco testatorem ad personas substitutas agnitas duntaxat, & nõ ad ipsam agnationem respexisse, fatendum videtur, prout in simili fuit dictũ, in illa Vibeuetana, Castrorum, quod substitutio fauore agnationis facta intelligebatur solum vsque ad gradum expressum.

Ratio autem, quare testator Labienum cum filijs decedentem non grauauerit, desumi potest ex l. isti quidem. vbi gloss. de eo, quod met. caus. l. nam etsi parentibus. de inoffic. testam. quia confisus fuit, ipsum pro filijs bonum consilium capere, & sic conseruationi bonorum prouidere.

Nec dicatur, quod stante prędicta restrictione substitutio post Labieni mortem de persona Tarquinij & aliorum descẽdentium in infinitũ, inanis redderetur, cum impossibile esset, cum tam diu viuere posse, vt trinepotes, & alij in vlteriori gradu tempore sui obitus nati existerent, quoniam præter id, quod in facti specie, super qua consuluit Oldrad. descendentes vo-
4 cabantur, quorum appellatione † comprehenduntur omnes in infinitum, Ruin. consil. 164. nu. 7. lib. 8. fuit responsum, non propterea dictam substitutionem ampliandam esse, siquidem probabiliter credi potest, testatorem de descendentibus in infinitum mentionem fecisse, quia nõ erat certus, quod tempore mortis Labieni Tarquinius superesset. Ne substitutio itaque euanesceret, si Tarquinius Labienum prædecessisset, apposuit dict. verba, & ita alias Rota respondendo simili obiectioni censuit in vna Romana, de Magdalenis, coram Reuerend. Patre D. Decano.

Præterea, huiusmodi verba, *descendentes in infinitũ*, substitutioni ex parte actiua adiecta sunt, videlicet, quod Tarquinius, & eius descendentes in infinitum Labieno sine filijs decedenti succedant, quapropter substitutionem ex parte passiua ampliare nõ possunt, Soc. cons. 87. nu. 24. & seq. lib. 3. & fideicommissum perpetuum potest videri inductum in singulis lineis ipsorum institutorum, vel vbi primus vocatorum admissus fuisset, non autem de vna linea ad aliam. Alex. d. cons. 139. nu. 6. Ruin. cons. 153. nu. 5. vers. & substitutio sequens. lib. 7.

Ad alias coniecturas, quod testator ad plures gradus substitutionis deuenerat, totiesque verbo in infinitum vsus fuerat, Domini dixerunt, intelligendum esse retento eodem themate, quod Labienus sine filijs decesserit, iuxta d. cõs. Oldrad. Alex. 139. nu. 3. lib. 6. quia testatorem haud ignorasse credẽdum est, cum excellens Aduocatus in Vrbe esset.

Non obstat, quod filij Labieni, nedum sint positi in conditione, sed etiam vocati, & sic cẽseantur grauati, iuxta regulam l. ab eo. C. de fideic. quia cum in præsupposito nominatim ad Labieni personam onus fideicommissi restrictum sit non potest dici fuisse grauatos. Soc. iun. 250. nu. 6. lib. 2. Aym. 98. nu. 5.

Nec successio in capita, & non in stirpes prædictis aduersatur, quoniam actiuè & non passiuè intelligitur, quare aliquem grauatum fuisse ostendere nequit, Soc. cons. 104. num. 4. lib. 3. Paris. consil. 87. num. 25. in fin. lib. 2.

5 Quod appellatione filiorum veniũt † nepotes, pręsertim quando verba tempus futurum respiciũt, Paris. cons. 52. nu. 22. lib. 3. non procedit, nisi vbi de illorum fauore & commodo tractatur, Ruin. cons. 131. nu. 3. vol. 2. Dec. 218. nu. 7. vers. non obstant illa verba. Gabr. de verb. sign. concl. 1. nu. 5. & cum substitutio nominatim Labieno facta sit, non possumus dicere, quod eius appellatione filij, aut nepotes comprehendantur, ex supradeductis.

Non obstat, quod in prohibitione detractionis Trebellianicæ rationem illam testator addiderit, volebat bona integre & absque diminutione ad substitutos deuenire, quoniam intelligitur, si euenerunt casus, in quibus substitutio facta fuit, Ruin. post Alex. d. cons. 153. nu. 5. vers. & per illum. lib. 2. Dec. 636.

Parum etiam facit illa cõiectura desumpta ex prohibitione alienationis locorum stabilium in vrbe existentium nisi ea lege, quod pretium illorum in partibus inuestiatur, tum quia vti particularis certarum rerum fauore agnationis, ad effectum, de quo agitur, facta nõ existit, tũ etiam, quia in coniectura non adest illa ratio prohibitionis, quod bona in familia remanere debeant, iuxta Curt. iun. cons. 161. nu. 11. vers. ego alias puto, sed duntaxat adiecta fuit pœna, vt contrafaciẽte altera succedat, quo fit, vt fideicommissum inductum censeatur. Decian. consi. 218. num. 15. circ. fin. Curt. iun. vbi supr. maximè, cum in tali prohibitione non fuerit apposita dictio, semper, quæ multũ à Doct.
6 considerari † solet ad ostendendum simplex & absolutum fideicommissum, Curt. iun. consil. 22. num. vigesimo tertio, quinimò huiusmodi prohibitio ad primos hæredes restricta, ad alios extendi non potest. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. cum sim. cessatque absurdũ illud, quod si Marcus relicta sorore decessisset, bona ad ipsum exclusis agnatis contra expressam mentem testatoris peruenissent, cum feminæ ab vtroque gradu explosę fuerint, Aym. cons. 130. nu. 6. Guid. Pap. decis. 531. quia exclusio feminarum non fuit perpetua, sed eo casu tantum, quo Labienus sine filijs decederet, nam dispositio testatoris ad fauorem masculorum restringitur ad personas, & casus, de quib. ipse locutus fuit, Alex. consil. 89. nu. 15. lib. 6. Decian. 287. nu. 7. vers. secundo proprius, Itaque casus iste velut
7 omissus in † iuris communia dispositione remansit, vulg. l. commodissimè. de lib. & posth. quemadmodũ etiam animaduertit Oldrad. d. cons. 21.

Ea verò, quæ pro reciproca restitutione inter lineas Labieni, & Tarquinij deducuntur, in facto non subsistunt, siquidem inter easdem lineas nulla adest reciproca expressa substitutio, quę legatur in testamento, & tacita nõ potest considerari propter inęqualitatem substitutionum, quæ inter Corradum, Labienum, & Tarquinium per Informantes deducuntur. Idcirco, ad reciprocum fideicommissum in proposito casu inferri non debet, licet fortasse id posset sibi locum assumere inter descendentes cuiuslibet lineæ, qui in infinitum vocati fuerunt, vt supra dictum est, iuxta cõs. Soc. iun. 115. nu. 5. cum duob. seqq. lib. 3. & hoc pacto enitari potest decisio in causa Mediolanensi, allegata, siquidem testator ibi post substitutiones ad fauorem descendentium in qualibet linea factas expresse declarauit, velle substitutionem huiusmodi inter prædictos descendentes substitutionem reciprocam esse, vt eius hæreditas in infinitum conseruaretur.

Tollitur insuper illud absurdum, quod Marius in remotiori gradu, & sic minus dilectus, Tarquinio sine filijs decedenti, Tarquinius verò ipsi non succederet, quia termini non sunt pares. Obiectum procederet, si Labienus Tarquinio, & non econuerso successio fieri debere, sed ponamus, quod Tarquinius viuente Labieno relictis filijs obijsset, illi proculdubio Labieno postea sine filijs decedenti successissent, quemadmodum Marius Tarquinio, & sic æqualitas bene seruaretur. Et in dubio, ne sequatur absurdum, est dicendum, Tarquinium non fuisse vocatum, nisi vt *supra* dictum fuit, & voluit Ruin. cons. 136. nu. 13. & tenuit Rota in vna Bononiensi, de S. Petro.

Postremo accedat, quod ad inducendum fideicom-
8 missum, cum sit onus, † stricta fieri debet interpretatio, & quia est facti fundans se in eo concludenter illud probare debet, l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pup. Soc. iun. cons. 1. nu. 4. vol. 3. & in dubio, pro nõ fideicommisso pronunciandum est, Alciat. cons. 74. nu. 8. tom. 3. Rol. 46. nu. 3. lib. 3.

GYPSII.

Romana de Gabrielibus, Lun. 29. Octobr. 1587.

ARGVMENTVM.

Substitutio de filijs descendentibus etiam per verbum commune facta, licet sit vulgaris, in certis tamen casibus, concurrentibus coniecturis etiam fideicommissum inductum censetur, & quando hoc locum habeat declaratur.

SVMMARIA.

1 *Descendentes, verbum collectiuum dicitur, & omnes in infinitum vsque continet.*

2 *Clausula codicillaris naturam substitutionis vulgaris immutare nequit.*

3 *Intellectus verborum simili modo in vltima dispositione appositorum.*

DECISIO CCCCXCII.

PAter filium hæredem vniuersalem instituit, cui in hæc verba substituit filios, nepotes & pronepotes, & alios legitimos, & naturales masculos, ex eo, per d. lineam masculinam descendentes ordine successiuo: vltimo verò morienti sine filijs legitimis, & naturalibus masculis, eius filias tunc superuiuentes succedere statuit, similique modo deficientibus dictis hæredib. institutis, & alijs substitutis masculis voluit, quod moriente aliqua ex dictis eius filiabus, sine filijs legitimis & naturalibus, quod vna alteri succedat. Qua dispositione sic se habente, dubitari cōtigit, An huiusmodi substitutio vulgaris tantum esset, vel potius fideicommissum etiam reciprocum inter filios dicti instituti, inductū esse censeretur, Domini dicta die partem affirmatiuam, & sic pro fideicommisso amplexi sunt, moti præcipuè, quia licet substitutio, de filijs, nepotibus, & descendentibus etiam per verbum commune facta vulgaris sit, vt tradunt Docto. communiter in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthum. vbi Cum. num. 2. in fin. Aretin. colum. pen. versic. 2. videntur errare, reprobata opinione Castr. Bene declarat, & de communi testantur Dec. consf. 253. in princ. vers. circa primum, & 299. nu. 1. & 384. nu. 5. Paris. 81. nu. 11. vol. 2. Clar. in §. testamentum. q. 80. vers. sed quæro. Modern. Vtin. qui alias congerunt consi. 1. nu. 187. cum plurib. seqq. lib. 1. de mag. cōu. Crau. cōs. 131. n. 3. nihilominus in certis casibus, concurrentibus coniecturis, inductum etiam censeri fideicommissum, scribentes non negant, & Rota sæpius censuit, præsertim quando filij nepotes, & ceteri descendentes, per verbum collectiuum tractum temporis in futurum habēs, & ordine successiuo substituti reperiūtur, quemadmodum animaduertit Bart. in l. centurio, num. 32. vers. idem si non est apposita. de vulg. Soc. in d. §. quidam rectè. nu. 17. in 4. cas. Dec. consf. 208. nu. 7. & consf. 431. in fin. Paris. consf. 11. num. 30. vol. 3. Curt. iun. 48. nu. 5. Couarr. in c. Raynutius. §. 1. nu. 6. de testam. quę omnia casui nostro applicari posse, dubitandum non 1 videtur, siquidem verbum descendentes † collectiuū est, & omnes, vsque in infinitum comprehendit, l. fin. C. eod. de suis, & legit. de verb. signifi. Alex. consf. 160. nu. 2. lib. 2. Cur. iun. vbi sup. num. 4. Soc. iun. consf. 136. nu. 28. in fin. vol. 3. similiter ordo successiuus vnū post alios vocat, & fideicommissum fuisse inductum indicant Doctor. in d. §. quidam rectè. Paris. consf. 40. num. 28. lib. 1. alios adducit Matz. in epit. fideicom. q. 16. & si aliter diceremus, dubio procul dicta clausula superflua redderetur, quia primo admisso ceteri excluderentur ad l. post aditam. C. de impub. l. cum in testamento. in princip. de hæred. institut. l. si mater. §. 1. de vulg. Alex. consf. 13. num. 4.

Nec refragatur, quod iste ordo etiā in vulgari substitutione considerari possit, l. vt hæred. de leg. 2. l. si legata C. de leg. Dec. dict. consi. 205. nu. 5. vers. & ideo & 416. num. 16. Soc. iun. consf. 181. num. 29. lib. 2. quia eo in casu filij hæredes instituti, per verba merè directa vocati fuerant, & de voluntate testatoris, quod fideicommissum facere voluerit, nullibi apparebat, sed in specie satis ex prænarrata substitutione totum contrarium deprehenditur, nempè testatorem fideicommissa induxisse, maximè, quia satis expressum dicitur, quod propter coniecturas probabiles consequi possumus, l. licet Imperator. de leg. 1. l. si quis locuples. in fin. de testam.

Supradicta doctrina Cum. & aliorum declaratur, locum sibi non vendicare, quando vltimo sine filijs masculis decedenti, filiæ feminæ substitutæ existunt, quo fit vt masculi onere fideicommissi grauari censeantur, per regulam l. ab eo. C. de fideicom. nam post mortem omnium feminæ succedere nō valent, si perpetuum fideicommissum inductum esset.

Præterea, ex verisimili mente testatoris, propter prędilectionem masculorum, facilè credi potest filios hæredis instituti substitutos ad inuicem fuisse, per ea quæ voluerunt Bart. in l. quidam testamento. num. 4. & 5. de vulg. Socin. iun. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 23. ad Treb. & nu. 24. inquit huiusmodi opinionem veriorem esse, & pluries se ita consuluisse & consil. 151. num. 4. lib. 2. & alibi hoc idem firmat, & magis communem dicit Gabr. de substit. concl. 1. num. 20. & ad propositum faciunt deducta per Reu. Patrem Dn. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. vlt. num. 10. seu 70.

Nec illa responsio subsistere videtur, quod substitutio, de qua ibi tractum temporis successiuum habeat, & ad certas personas restricta non erat, quia de tractu temporis in casu isto dubitari nequit, ex consi. Crau. 22. nu. 9. & D. Mant. vbi sup. Quod autem hæc nostra substitutio restricta sit, ita vt per vulgarē tantum substituisse intelligantur, nec ex verbis, nec ex mente testatoris satis colligitur, & hoc allegare, esset præsupponere id, de quo quæritur, faciunt not. per Crau. in loc. infra citand.

Tertiò, coniectura pro fideicommisso ex clausula 2 codicillari desumitur, quę etsi naturam † vulgaris substitutionis immutare, & sic fideicommissum inducere non valeat, Dec. consi. 247. num. 6. 287. num. 4. & 299. num. 3. ant. fin. attamen ex verisimili mente testatoris facit, quod ne dum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum substituti vocati existant, Bald. & Dd. in l. verbis ciuilibus. de vulg. Crau. reprobando Dec. consilio 22. numero octauo. cum alijs allegatis, & pluries resolutum ex decisionibus ab Informantibus allegatis, apparet.

His accedat, quod testator vocando masculos per lineam directam, indicat pro conseruatione agnationis id fecisse, Soc. iun. consf. 115. nu. 7. vers. sed si vis lib. 3. Aym. consil. 13. col. pen. & 113. num. 2. & 3. Gabr. de substit. d. concl. 1. nu. 9. vbi existimat fideicommissum esse reciprocum, quodque maximè dicendum est, cū inter filios prædictos reciproca substitutio expressè legatur. Quamobrem, si masculos, vt dixi magis dilexit, multum verisimile fit, eosdem adinuicem substituisse, non enim est nouum, vnam testamenti partem aliam declarare. l. si vxori. §. fin. vbi Bart. de leg. 3. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1. Rom. consf. 428. nu. 14. Alex. consf. 207. num. 10. lib. 6. eoque magis, cum testator vsus fuerit dictione *similique modo*, quæ ex iden3 titate, † & maioritate rationis facit, quod in vno non dispositum censeatur Card. in clemen. 3. in 7. oppos. de proc. nam in habente Symbolum facilis est transitus, l. in rem & item. quęcunque. de rei vend. l. cum patrono. de bon. poss. Dd. in l. centurio. de vulg.

Non obstat, quod substitutio non possit dici reciproca, cum vltimo morienti, & in tota hæreditate facta non sit, prout requiri voluit Bart. in l. Titia Seio.

§. Seia. de leg. 2. Scrib. in l. potest. de vulg. quoniam hæc opinio licet communis, multos cõtradictores habet, & de facili ab ea receditur, secundũ Aym. d. consil. 113. nu. 1. cum duobus sequent. præsertim, quando masculi fauore agnationis præferuntur. Gabr. vbi supra. num. 9.

Et hęc de reciproca ex abundanti dicta sint, quia satis est, adesse fideicommissariam substitutionẽ, quamuis non reciprocam, cum non ad totam hæreditatem sed ad partem eius tantum agatur.

Et ex istis itaque, & alijs ab Informantibus adductis, Domini, vt dictum est, concluserunt pro fideicõmisso, & quoniam ibi agitur de successione patrui, aui aut proaui, nepos subintrat locum patris quia non gradus, sed persona repræsentatur. Authent. cessante. C. de leg. hęred. §. cum filijs. Institut. de success. quæ ab intestat. defer. Decian. consil. 217. num. 1. cum alijs adductis in decision. Illustriss. Cardin. Aldobrandini, & Reuerendissim. Oriolensis, sub die 13. Ian. 1582. Idcirco bona fideicommisso subiecta, iuxta determinationem prædict. decision. diuidenda, siue retinenda erunt.

ALDOBRANDINI.

Foroliuiensis, Fideicommissi. Merc. 13. Iun. 1576.

ARGVMENTVM.

Ex diuisione bonorum cuilibet ex diuidentibus datur facultas disponendi pro libitu suæ voluntatis, de bonis diuisis.

SVMMARIVM.

1 *Diuidentes bona ex eorum diuisione plenam pro libito de eis disponendi facultatem, acquirunt.*

DECISIO CCCCXCIII.

DOmini concluserunt, per diuisionem saltem, quo ad bona alienata, &c. Ratio fuit, quia per huiusmodi diuisionem datur facultas cuilibet ex diuidentibus disponendi † pro libitu suæ voluntatis, de bonis diuisis, quæ absolutam denotant potestatem. Ias. in l. sic. de leg. 1. quo casu Doctor. communiter concludũt fideicommisso, renunciatum videri. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. princ. ff. de verb. oblig. cum alijs adductis pro mulieribus, quam opinionem secuta alienatione nullam recipere dubitationem, Dec. & Curt. sen. conf. 63. col. fin. in pr. ib. & sic stante potentia, eam etiam comprobat Soc. iun. cõs. 116. nu. 54. lib. 1. & passim etiam Modern. consulentes.

Quæ facultas disponendi, cum sit data cuilibet ex diuidentibus, & sic etiam Petro Francisco, qui non participabat nisi de bonis subiectis fideicommisso, necessario refertur ad bona etiã fideicommisso subiacentia, & consequenter tollitur responsio data pro parte Mõsignanorum, quod illa restingatur ad bona fideicommisso non supposita.

Nec obstat decisio Crescent. alleg. quia verba in illo casu erant restricta ad iura diuidentibus competentia, tempore quo fiebat diuisio, quo casu est indubitatum, quod fideicommisso conditionali renunciatum censetur.

Quę omnia à Dominis dicta fuerunt, cum præsupposito, quod diuisionis tempore diuidentes notitiam habuerint testamenti Alexandri, qui fideicommissum fecit, & quo ad ipsos diuidentes tantum. An autem alij de familia Mõsignanorum, cum tale fideicommissum ad fauorem familiæ factum sit, possint venire, præsertim viuentibus D. Euangelista, Paulo, & Petro Francisco diuidentibus, si opus erit, alias videndum.

ALDOBRANDINI.

Foroliuiensis de Monsignanis, Lun. 19. Mart. 1576.

Argumentum per se patet, & summarijs non indiget.

DECISIO CCCCXCIV.

DOmini sine difficultate concluserunt, Nam aliquando redditur fideicommissum ex prohibitione alienationis, & tunc distinguendum est.

Aut substitutio cum conditione, si quis decesserit sine filijs, & prohibitio alienationis ponitur in penitus separata parte testamenti, & hoc casu prohibitio alienationis non recipit eandem conditionem, vt fuit resolutum coram bon. mem. Oradino, in illa Romana, Vineæ, de Maximis.

Aut prohibitio est apposita accessoriè ad substitutionem factam sub dict. conditione, & ab ea dependet, nec ab alia subsunt verba, quæ contrarium suadent, & nunc non inducit merum fideicommissum, & ita procedit, quod resolutum fuit coram Caputaq. in vna Bononiensi, domorum de Bonasonis. 27. Maij 1575. in qua Domini sequuti consil. Dec. 676.

Aut vna cum ista prohibitione ita à præcedente substitutione dependente sunt apposita verba suadentia ampliationem fideicommissi, & isto casu materia habet difficultatem, quæ difficultas tractatur in causa Bononiensi, de Pepulis, quæ adhuc sub lite est.

Si verò fideicommissum non aliquando ex prohibitione alienationis, sed expressa ex vocatione, quia testamento plures gradus vocauit, & tunc si eos vocauit, sub vnica ratione, & per dictiones, vel illatas, vt in casu Alex. cons. 139. lib. 6. Ruin. cons. 153. lib. 2. & Ias. 208. lib. 3. & Soc. 62. lib. 3. vel relatiuas, vt in causa Albanensi fideicommissi, non videtur passiuum fideicommissum inter personas illorum graduum sed tantummodo illæ actiuè videntur vocati, per modum vulgaris substitutionis, in euentum, quod aliquis sine filijs decederet, & hoc modo procedit, quod dictum fuit in illa Romana fideicommissi de Maximis & in illa Albanensi, in qua causa, vltra hoc pro eadem opinione magna colligebatur coniectura vt dictum est, ex eo, quia sequentes omnes substitutiones, de quibus in dicto testamento, erant factæ sub eadem conditione, si filij decederent sine filijs, cum vna pars testamenti aliam declaret.

Aut substitutio sequens non regulatur ab eodem verbo, sed stat in separata oratione, & stat principaliter per se, nec habet aliquas dictiones relatiuas ad præcedentia, nec ex præcedentibus illatiuas, qui est casus noster, & tunc, cum verba ex se significent, absolutum fideicommissum inter vocatos, mens testatoris per clara verba expressa non est violanda ex supra dictis.

GYPSII.

Maceratensis, Fideicommissi, Ven. 20. Octob. 1594. & 25. Ianuar. 1595.

Argumentum de per se patet.

SVMMARIA.

1 *Voluntas testatoris semper in vltimis voluntatibus inspicienda.*

2 *Nepotes per fideicommissum vocati quando censeantur.*

3 *Substitutio in dubio tam directa, quam fideicommissaria censenda.*

DECISIO CCCCXCV.

QVamuis nullitates quæ aduersus sententiam in medium afferebantur, à partibus, satis vrgere viderẽtur, nihilominus placuit Dominis, pro celeriori huius causæ expeditione restringere difficultatem ad caput fideicommissi, & dict. die 25. Ianuar. vtraque parte informante concluserunt, filios q. Marci Antonij, fuisse etiam per fideicommissum vocatos ad bona de quibus agitur, quando Iacobus testator hæredem vniuersalem instituit, fecit, & esse voluit Marcum Antonium, eius filium, & quoscunque alios ex eo nascituros, & si sine filijs masculis, aut fœminis decederet, de bonis suis quoddam opus fieri statuit, Hæc verba à

testatore

te statore prolata cõprehendere possunt nedum vulgarẽ, sed etiam fideicommissariam substitutionẽ, si quidem ex eis, vt infra, aliquæ colliguntur coniecturæ, quæ necessario inferunt talem † voluntatem testatoris, quæ semper in testamentis attẽdi solet. l. quoniam indignum. C. de testam. & l. cum sint. qua propter, quod regulariter institutio facta de filio, nepotibus, intelligatur ordine successiuo, per vulgarem, videlicet, quòd si filius non esset hæres, eius filij essent directo hæredes, iuxta cõsil. Gall. Aquil. in l. Gallus. §. quidam rectè. vbi not. Bartol. & alij communiter de liber. & posthum. quocirca si filius ad hæreditatem admittetur, vt in casu proposito, eiusdem filij & nepotes testatoris prorsus ab hæreditate exclusi censentur, secundum naturam vulgaris substitutionis, l. post aditam. C. de impub. & al. substit. l. si quis filius famil. in princip. ff. de acquir. hered. Nam institutio, quæ in persona primi institutii locum habere potuit, cessat in persona secundo loco vocati. l. cum in testamẽto. in princip. de hæred. instit. Alex. consil. 13. num. 6. lib. 4. & institutio, quæ ab initio iure vulgaris valere potuit, ex post facto nõ obliquatur. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. centurio, versic. 2. opponitur. eod. tit. Dec. consil. 105. num. 6. quoniam nonnullæ afferri solent coniecturæ, ob quas ab hac regula receditur.

Quarum prima est, quando in dispositione leguntur verba, tractum † in futurum denotantia, tunc nepotes censentur per fideicommissum vocati, Socinus post alios in d. §. quidam rectè. num. 18. in 4. cas. Dec. consil. 236. in fin. Ruin. consil. 92. lib. 2. & consil. 119. nu. 19. eod. lib. Paris. cons. 10. num. 30. lib. 5. Curt. iun. cons. 48. num. 4. Aym. consi. 22. num. 2. & 9. consi. 131. nu. 10. cum alijs citatis per Couarr. in c. Raynutius. §. 2. in fin. de test. & voluerunt Domini in vna Vrbeuetana, Castrorum, 19. Iun. 1579. coram Reuerend. Patre Domino meo Decano.

Quod autem hæc coniectura, seu declaratio casui nostro applicetur, negari non potest, quia institutio facta fuit de quibuscunque filijs, ex M. Antonio nascituris, & sic eius vita durante, cum vno & eodem tempore omnes nasci non possent, quæ verba denotãt tractum temporis in futurum, Bartol. in l. Gallus. in princ. de liber. & posthum. Bald. consi. 305. lib. 3. Curt. iun. dicto consil. 48. nu. 4. & seq. Ceph. consi. 449. nu. 6. & 22. & relatio fuit apud Reuer. Patrem D. meum Pamphilium, in illa Bononiensi, Bonorum de Sera, 20. Iun. 1586. & coram me, de eodem anno, in vna Romana de Gabrielis, quod tanto magis videtur, cum tempore obitus patris M. Antonius nec vxorem, nec filios haberet.

Secunda coniectura ex eo desumi potest, quod nepotes vocati fuerunt nomine collectiuo tractum temporis denotante, Bart. in d. l. centurio. num. 3. & versic. adem, si non est opposita, Dec. consi. 205. nu. 7. & consi. 431. in fin.

Tertia coniectura est, quia testator non solum vocauit nepotes, vt supra deductum est, sed etiam illos posuit in conditione, si M. Antonius decederet sine filijs, vnde fit, vt vocati censeantur per fideicõmissum, Iason consil. 108. colum. antepenult. num. 190. lib. 4. Ruin. consil. 160. num. 3. in fin. cum sequentib. lib. 2. Gozad. consi. 64. num. 9. præsertim quia ab ascendentibus in conditione positi reperiuntur; Alex. cons. 185. nu. 2. vol.... Ruin. de communi testatur consilio 136. num. 5. lib. 2. & dixerunt Domini, in vna Firmana Bonorum, me proponente 20. Iun. 1583. Ideo non obstat, quod ex aduerso dicebatur, filios in conditione positos, non censeri vocatos, iuxta no. per gl. & Scrib. in l. Lucius. de hæred. institut.

Quarta sit coniectura, quod testator magis dilexit nepotes, quàm opus, quod iussit fieri, quandoquidem per eorum deficientiam vocauit dict. opus per fideicommissum, ergo multo magis nepotes. Bald. consilio 398. in princ. lib. 4. Menoch. ab Informantibus citatus consi. 24. nu. 2. & 3. & si aliter diceret, sequeretur absurdum, quod melioris cõditionis fuisset dictũ opus, quam nepotes, quod non est permittendũ, ad clem. 2. de Mag. Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cler. Dec. consi. 471. num. 8.

Nec dicatur, testatorem vsum fuisse verbo directo ciuili, *instituo*, quod obliquari non potest, ex alleg. quia ex coniecturis dici posse tenent Ioan. And. in cap. si pater. de testa. in 6. Card. & alij in c. Raynutius. eo. tit. de com. Rom. consil. 98. num. 1. lib. 2. latè Reu. Pater Dom. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 4. & cessat difficultas, ex quinta coniectura desumpta ex illis verbis, & esse volunt, quæ sunt verba communia fideicommissum denotantia. l. 2. C. comm. de leg. l. & eo modo. de leg. 1. §. fin. Instit. de singul. rebus per fid. relictis. Dec. consi. 38. num. 3. Paris. consil. 55. nu. 1. lib. 2.

Pro sexta & vltima coniectura deseruiunt clausula codicillaris, & clausula omni meliori modo, quæ multum operari ad hoc propositum dicuntur, Alex. in d. l. Gallus. §. 1. Soc. consi. 12. num. 6. lib. 3. Ruin. consi. 13. lib. 3. cum alijs citatis per D. Tiber. Cotas. qui etiam bene respondet ad consil. Ruin. 119. lib. 2. & alijs in contrarium adductis.

Ex istis igitur elatè patet, filios, M. Antonij fuisse per fideicommissum vocatos, propterea non est opus respondere ad illam coniecturam ex aduerso adductam, quod in dubio † substitutio tam directa, quàm fideicommissaria censeri debet, ad no. in cap. 1. de testam. Cetera, quæ de alienatione bonorum dicuntur, sunt extra dubium.

BRAVI.

Perusina, Fideicommissi, de Herculanis, 17. Maij 1581.

Argumentum per se est manifestum, & summarijs opus non est.

DECISIO CCCCXCVI.

IN causa Perusina fideicommissi fuit per Dominos resolutum, onus probandi adesse, vel non adesso alia bona, incũbere Dominis de Herculanis, non Dominæ Bernabeæ, quia Domina Bernabea habet regulam pro se absolutam, cũ ex persona filij grauati Trebellianicam, & legitimam debeat consequi, & licet Domini de Herculanis habeant etiam pro se regulã, ne id fiat ex rebus fideicommisso subiectis, vt bene per Informantes pro vtraque parte deducuntur, hæc tamen regula Dominis de Herculanis nõ patrocinatur ipsis absolutè, cum habeat implicitatem, dummodo adsint alia bona, ex quibus filiam suam legitimã consequi possit, arg. l. pater filium. in prin. ff. de leg. 3. Rip. in l. in quartam. num. 99. ff. ad leg. cum Falcid. cum alijs additis per Gabriel. conclus. 4. de leg. & ita regula admittenda est cum sua qualitate, & probanda ex deductis, per Bartol. in l. non solum. num. 11. §. sed & probare. ff. de nou. operis nunciat. cum alijs deductis per Fel. in cap. auditis. num. 13. de præscr. & fuit alias etiam decisum in ista materia, in causa Tibortina Bonorum, coram Robusterio, & aliqui ex Dominis æstimabant maximam esse præsumptionem, non adesso alia bona, præter fideicommisso subiecta, ex pluralitate legatorum, per quondam bon. memor. Vincentium de Herculanis, facta, tum etiam ex inspectione fideicommissi, fuit tamen per Dominos reseruatum, vt videretur, An ex non confectione inuentarij, & alijs circumstantijs sit recedendum à regula, constituta per Dominam Bernabeam, &c.

O R A N I.

Perusina, Fideicommissi, de Herculani, Lun. 20. Iun. 1583.

ARGVMENTVM.

Euictio quando non debeatur, & proinde diuidentes bona delata, de ea non teneantur.

SVMMARIA.

1 *Euictio quando non debeatur.*
2 *Interpretatio ex verbis dubijs non sumenda.*

DECISIO CCCCXCVII.

Domini etiam circumscripta clausula sine præiudicio testamenti firmarunt, Dominos fratres de Herculanis nõ teneri de euictione, quia ea non debetur, vbi euictio 1 prouenit ex natura rei, vt per gloss. in l. si familia. vers. pro parte. vers. item quod si vnũ. C. famil. ercisc. vbi Scrib. sequuntur Aretin. consil. 5. Curt. sen. consil. 49. nu. 71. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 34. Rip. lib. 1. respons. cap. 1. num. 62. & nedum ex materia rei, sed facto ipsorum diuidentium id consideratur, quo casu etiam non debetur, vt per Ruin. consi. 146. per tot. lib. 7. Soc. iun. consil. 128. nu. 31. lib. 1. & fuit alias discussum in causa Foroliuiensi, coram Dn. Aldobrandino, cuius copia fuit Dominis data. Cum igitur Domini fratres agunt ex fideicommisso D. Vincentij eorum aui, qui huiusmodi bona supposuit fideicommisso, vt alias fuit tentum, in ista causa cessat euictio.

Consensus enim Dn. Antonij Felicis in diuisione præstitos, non potest inducere euictionem, arg. l. euictionem. C. de euict. per Anchar. cons. 76. dub. 4. cum alijs deductis per Tiraquel. vbi sup. nu. 55. quin potius de contrario videtur constare, cum fratres declarauerint Ioan. Baptistam plura bona alienasse pro necessitatibus, & pro solutione dotis Dn. Laudemiæ, alia verò bona distraxisse, vt alia meliora emerentur, & paciscuntur huiusmodi bona empta perpetuo esse subiecta fideicommisso, prohibitioni alienationis, & fideicommissi, prout erant bona per ipsum Ioan. Baptistam vendita, quorum loco voluerunt ea subrogari, ex quo apparet de mente diuidentium magis voluisse fideicommissum conseruare, & diuisionem, quam quod aliquo casu essent obligati de euictione, & ita sensisse diuidentes suadent eiusdem verba diuisionis, cum sumptibus communibus, item, defendere, & distringere ad inuicem promiserunt, &c. Ex quibus verbis voluerunt obligari ad litem, quæ à seipsis, sed à natura rei, vel facto authorum prouenirent, & declarant etiam verba eiusdem diuisionis legitimè defendere, ea quibus voluerunt adstrictas esse eo casu, quo alias de iure tenebantur.

Non obstãt deducta pro parte Dominæ Bernabeæ, quia clausulæ non sunt ita prægnantes, vt ex ipsis inducatur euictio, quod fuit dictum in illa Foroliuiensi, nam facultas alienandi est restricta ad id, quod ipsi diuidentes facere poterant, ante diuisionem, quo casu solum vti aderat necessitas, erat præmissa alienatio. Clausula ad habendum non obstat, quod possit referri ad bona quæsita per ipsos diuidentes, vt euitetur renunciatio, cuius interpretatio fugienda est, iuxta vulg. & debet intelligi huiusmodi clausula, quo ad ea, quæ non sunt contra naturam rei, & minus ius cõmune lædant, latè per Pedemont. decis. 161. num. 15. vbi citat. præsertim cum non constet, diuidentes ipsos habuisse scientiam testamenti, prout requirebatur per Pedem. decis. 18. & verba negari non potest, quin 2 sint dubia, & ita 2 ex ipsis non clara desumitur interpretatio, iuxta l. veteribus. ff. de pact. & in summa omnia, ex quibus prætẽditur præmissa euictio, potest declarari in alio casu, quam vbi ex natura rei, de facti euidentia bona euincuntur.

O R A N I.

Romana, Bonorum, de Ceulis, Vener. vlt. Ian. 1585.

ARGVMENTVM.

In taxatione alimentorum quæ consideranda.

SVMMARIA.

1 *Alimentorum taxatio, vt ritè fiat, quæ obseruanda.*
2 *Commodo qui gaudet, expensas etiam sustinere debet.*

DECISIO CCCCXCVIII.

Controuersum fuit in causa Romana, Bonorum de Ceulis, cui standum esset partium calculo, ad effectum cognoscendi, quæ quantitas Illustr. Dominæ Claricì Ceuli de Nobilibus, alimentorum loco sit de-1 cernenda. Ad cuius resolutionem, quatuor 1 occurrũt consideranda, videlicet tempus reinuestitionis faciendæ 50. locorum montis S. Fœderis, sumptus in emptione montium ex eorum fructibus, iuxta dispositionem donantis necessarij, æstimatio pretij locorum dicti montis per Dom. Tiberium venditorum, & ratio fructuum post contractum matrimonium dictæ Illustr. Dn. Claricì debitæ.

Quo ad primum fuit dictum, quod reinuestitio facienda sit, à die 13. Maij, 1574. & hoc ex expressa dispositione donatoris, qui voluit infra sex menses proximos, quo ad decursos fieri inuestitionem in tot locis dicti, seu aliorum montium, nam cum, vt alias est resolutum, ineunda sit fructuum ratio à die emptionis 50. locorum, & sic ab octaua Martij, 1572. negari non potest, quin à die 23. Maij 1574. excurrerant fructus plurimorum mensium, adeo, quod frustra recurritur pro inuestitione ad Calend. Iun. quia etiamsi inuestitio montis non patiatur, vt ante completum bimestre fructuum illius fiat exactio, hoc respicit fructus bimestris, non completi menses sex, scilicet Maij & Iunij, non autem reliquorum antea maturatorum. Circa sumptus placuit, parentium, siue literarum rationem in calculo habendam, non autem mercedum Proxenetæ illius, quod æquum sit, vt si Illust. Domina 2 Claræ fructibus dictorum locorum commodatorum frui velit, 2 onera sustineat impensæ, sine qua loca cõsequi non potuisset, istius autem, quod verisimile sit, & Dn. Hieronymum, & ipsius successorem sine Proxenetæ opera loca montis huiusmodi potuisse acquirere, cum quod Dominus, vel saltem fideiussor dicti montis fuerat, tum etiam, quod in distrahendis emendisque locis huiusmodi ad similes trapezitas potentes frequens, & popularis soleat esse recursus. Quantum ad æstimationem locorum, per Dom. Tiberium post contractum à Domina Claricè matrimonium, distractorum iudicarunt recurrendum ad libros Dom. Tiberij, ex quibus facilè constare posset, de locis post contractum venditis, ex eorundem pretio percepto. Fructus verò à die contracti matrimonij æstimandos esse ad rationem 7. scut. cum dimidio. Quibus omnibus subductione calculi consideratis, quantitatis alimentorum facilis succedet denominatio, & ita conclusum.

O R A N I.

Eadem. Lun. 3. Mart. 1586.

ARGVMENTVM.

De augmento dotis idem iudicatur, quod & de dote.

SVMMARIA.

1 *Dotis de augmento idem iudicatur, quod de ipsa dote.*
2 *Alimenta non petuntur vigore statuti, sed ex dispositione legis.*
3 *Alimenta a iudice quomodo taxanda.*
4 *Purgatio moræ cessat, lapso termino peremptorio à testatore statuto.*

DE-

DECISIO CCCCXCIX.

Domini in proposita difficultate non dubitarunt, quin pro tota summa Illustriss. Dominæ Clarici debita, debeantur fructus ad rationem septem cum dimidio. Nam si donatio 50. locorum montium S. Federis facta fuit pro illius dote, sub infra dicendis conditionibus, & pactis, illa autem expresse disponant, vt dictorum locorum fructus pro multiplicatione dotis facienda inuestiri debeant, vtique eadem in illis, quæ in 50. locis militare debet ratio. Alex. consil. 75. nu. 5. cum seq. lib. 5. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 10. nu. 2. quia idem iudicatur de augmento dotis, † quod de ipsa dote. l. etiam. C. de iur. dot. l. inter socerum. §. pen. de pact. dot. Ruin. consil. 53. num. 27. lib. 2. cum in substantia efficiatur dos. Rolan. de lucr. dot. quæst. 100. Nec facit, quod ista æstimatio sit fundata in statuto Vrbis, de quo lib. 1. c. 137. in quo tantummodo post moram non solutæ dotis marito promissæ deuenitur ad huiusmodi taxationem, non autem, quando prius constituta fuit dos mulieri antequam nuberet, cum ex hac constitutione non competat actio marito, cui postea nupsit. Ruin. consil. 221. num. 2. lib. 1. quia alimenta non † petuntur vigore statuti, sed ex dispositione legis, l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam. quorum † taxatio cum ab arbitrio iudicis dependeat, non est inconueniens, quod illa iuxta consuetudinem regionis arbitretur. Aym. cons. 189. nu. 10. & Ruin. dictum visum est non applicari, nam Domina Clarix dedit in dotem, quod sibi legatum est, & sic nomen debitoris, adeo quod in maritum ipso iure, & sine actione translata fuit actio personalis, non modo contra Dominum Hieronymum, sed contra illius hæredem, l. 2. C. de action. & oblig. Ruin. d. consil. 53. nu. 28. lib. 2. quo verò ad excusationem D. Tiberij à mora fuit dictum, illi non esse locum, siquidem cum fuerit onus inuestiendi iniunctum hæredi natu maiori, satis verificatur in Dn. Tiberio, qui solus hæres fuit vniuersalis à testatore descriptus, ex quo nullus ipsum præcedit, l. proximus. de verb. signific. quod ex vsu postea secuto interpretationem accepit, nam cum administratio dictorum locorum iniuncta esset hæredi natu maiori, Dn. Tiberius post mortem testatoris in se illam suscepit, exigendo fructus, l. si de interpretatione. ff. de leg. Aym. consil. 111. num. 2. Soc. consil. 145. num. 2. lib. 1. cum sim.

Non obstat, quod ille solummodo incurrit moram, qui scit, vel scire debet sibi aliquid faciendum incumbere, l. quod te. ff. si cert. per. Et quod D. Tiberius facile credere potuit sibi onus inuestiendi fructus locorũ non fuisse impositum, ex quo expresse testator distinxit, personas natu maioris, & Domini Tiberij, cum illum respectu inuestituræ faciendæ grauauerit, huius autem in contrahendo matrimonium consensum requisiuerit, ac proinde, cum l. statuliberũ. §. 2. de leg. 2. se fundet in mora non eligendi, videatur non adesse Domini Tiberij mora, & consequenter dici non possit, translatum esse ius eligendi in Dominam Claricé, quia ignorantia Domini Tiberij facile tollitur ex obseruantia subsecuta, vt fuit dictum, quod autem per moram hæredis eligere debentis, electio in legatariũ transferatur, procedit propter tempus appositũ, quod habet virtutem exclusiuam, nam si non adesset coniunctio temporis cum mora, vtique cessaret priuatio hæredis, Cuman. in d. l. statuliberum. §. Stichum. nu. 3. de leg. 2. quia terminus statutus à testatore, censetur peremptorius, quo lapso † cessat purgatio moræ. Cresc. ibid. num. 3. Ad reliqua adducta per Informantes pro Dominó Tiberio placuerunt responsiones datæ per Dominum Parentium. Ex quibus omnibus fuit resolutum, fructuum taxationem faciendam pro integra summa, ad rationem septem cum dimidio, & Domini Tiberij à mora cessare excusationem.

EIVSDEM.

Eadem, 29. Mart. 1586.

ARGVMENTVM.

Prouisio nihil aliud continet, quam pronunciationem præiudicialem. Et cur.

SVMMARIA.

1 *Præiudiciaria hodie apud Iurisperitos dicuntur prouisiones.*

2 *Prouisiones non requirunt plenam probationem.*

3 *Alimentorum æstimatio arbitraria est.*

DECISIO D.

Vt subministratio alimentorum, & expensarum facta lite pendente, dicitur prouisio, quæ nihil aliud continet, quam pronunciationem præiudicialem, quia præcedit iudicium, & præiudiciaria hodie apud Iurisperitos dicuntur † prouisiones: Reb. lib. 1. ad Const. Regn. Gall. tit. de sentent. præiudic. in præf. num. 81. 12. & 14. atque hæ non requirunt † plenam probationem, sed summaria cognitione cõtentæ sunt. Rebuff. vbi supr. nu. 14. Mant. clem. sæpe. fol. 323. nu. 14. 18. de verb. signif. Cou. practic. quæst. c. 6. num. 8. Ita cum taxandorum Illustr. Dn. Clarici aliměntorum gratia, quæstio orta esset, præterquam super producendo legato, in quo petitio principaliter eiusdě Dn. Claricis fundabatur, disceptarunt Domini, pro maiori parte existimabant, non fuisse necessariam illius productionem, plus satis esse, si iudex adhibita aliqua summaria cognitione, circa eius existentiam se informet, cum non ad effectum diffinitiue pronunciandi, atque illud consequendi, sed alimentorum lite pendente, arbitrandorum ergo controuertatur, hocque eo magis, quo facto huic tribunali notoria est dict. legati existentia, & productione secuta testaměti quondam Domini Hieronymi, causa alias inter eiusdem filios, coram Reuerend. patre Domino Blanchetto, pendente, quasi respondendo dubitationi propositæ, ad quam summam venirent alimenta taxanda, pro parte Domini Tiberij deductis, cum æstimatio ab arbitrio iudicis pendeat. l. final. C. de ordin. cogn. rationem potissimum personæ, cui debentur, & à quo, causæque tam mature discussæ habendam, quemadmodum in similibus attendi solet, censuerunt. Fab. in l. sed & si quid. §. mancipiorum. de vsufruct. Doctores in l. si cũ dotem. §. sin autem. in nouiss. ff. solut. matrimon. Aym. consil. 189. num. 10. Atque ideo ijdem ad 1200. annua illa æstimarunt arbitrio Rotæ augenda, vel etiam per prout casus fuerit minuenda. Neque visa est applicari huic casui decis. Boer. 324. num. 4. quia loquitur in expensis litis, quas ad partem quartam ex sentětia Masuerij eius, quod in iudicium venit, taxari voluit, secus enim est dicendum de alimentis, quorum æstimatio † arbitraria est, Menoch. de arbitr. cas. 169. num. 12. præterquam qood in casu Boerij de summa, & quantitate rei contractæ non constabat, accedunt plurimæ prætensiones Dominæ Claricis, quarum in posterum particularis disputatio susciperetur.

GYPSII.

Viterbiensis, Fideicommissi. Lun. 20. April. 1598.

ARGVMENTVM.

Casu fideicommissi in ascendentibus eueniente, repræsentatio locum habet, & repræsentati personam matris prædefunctæ ingrediuntur, & in stirpes succedunt, vnà cum consobrina.

SVMMARIA.

1 *Verba si superuixerint, conditionem accipiunt.*

2 *Dictio sin autem, aduersatiua est, & qualitates præcedentes repetit.*

3 *Substitutis pluribus institutis, omnes in solidum vocati non censentur.*

4 *Coniectura in claris locum non habent.*

DECISIO DI.

FVit per omnes conclusum, sententiam Gubernatoris Viterbij ad fauorem illorum de Spinellis, & Turris latam esse confirmandam, quoniam ex verbis à testatore prolatis constat, euenisse casum fideicommissi, & consequenter filios Hieronymæ, & Vincentij succedere in locum matrum, & concurrere cum Faustina ipsorum consobrina, siquidem testator decedente Petro, Antonio, ac Dominico ex altero filio premortuo nepote absque filijs, substituit prædictas Hieronymam, Vincentiam, & Catharinam, proprias filias, nec non Faustinam, Portiam, & Claricem sorores, dicti quondam Dominici eius nepotes, & earum quamlibet si superuixerint, sin autem, ipsarum filios in stirpes, & in locum earum matrum. Ex quibus verbis dignoscitur mentem testatoris fuisse, debere locum habere repræsentationem, ad effectum, vt filij ingrediantur personam matris, & simul cum dicta Faustina succedant in huiusmodi bonis, ad not. in Auth. cessante. & auth. post fratres. C. de leg. hæred. §. cum filius. Insit. de hæred. quæ ab intest. def. nã hoc in casu censendum est testatorem voluisse conformare se cum dispositione iuris communis, ad l. fin. C. de verb. signif. l. hæredes mei. §. ita. ad Treb.

Et eo magis hæc procedunt, cum versemur in successione ex fideicommisso ascendentis, qui voluit filios subrogari in locum parentum, & succedere in stirpes, vt animaduertit Gabr. de fideicom. conclus. 3. num. 19. & 20.

1 Nec ad rem pertinet, quod verba *si † superuixerint* alias soleant facere conditionem, quæ in proposito casu videntur purificata in persona Faustinæ. Ideo prædicta bona ad ipsam solam superstitem pertinere deberent. Bal. in l. quidam elogio. in fin. C. de iure delib. Soc. consil. 14. num. 7. & cons. 30. nu. 6. & seq. lib. 4. Gabr. vbi sup. num. 18. Illustriss. Card. Mantica de coiect. lib. 3. c. 6. num. 10. quia testator præter id, quod loquutus est in plurali, quæ non potest resolui in singularitatem ex deductis, vlterius processit, vocando etiam filios filiarum, vt patet ibi *sin autem earum filios in stirpes, & in locum earum matrum*, dictio enim

2 *sin autem* est † aduersatiua, & repetit omnes præcedentes qualitates. Bal. in l. omnes populi. num. 21. de iust. & iure. Corn. cons. 86. nu. 5. vers. natura. num..... vol. 3. Quo fit vt ad successionem, & diuisionem bonorum fideicommisso subiectorum deueniendum sit, ac si Hieronyma, & Vincentia viuerent.

Non obstat, quod dictio, *qualibet*, possit actum in solidum cuilibet tribuere, quoniam in vltimis voluntatibus hoc non procedit, l. fin. & ibi Dd. C. de impub. & alijs substit. sed tantum pro virili portione, alias natura rei repugnaret. Bart. in l. hoc articulo. nu. 6. circa med. de hæred. instit.

Prædicta verba, *& eorum quemlibet*, ostendunt substitutionem distributiue. & nõ copulatiue factam es-

3 se, ideo cum plures † substitutæ sint, impossibile redditur, quod omnes in solidum vocentur. Bar. vbi proxime. & in l. re coniuncti. num. 13. de leg. 3.

Postremo non obstat, quod Faustina nomine proprio vocata fuit, Spinello verò, & Turris per nomen collectiuum, propterea ipsos tanquam specialiter non nominatos non succedere, Dec. consil. 480. num. 10. in fin. Ruin. cons. 152. num. 4. lib. 3. Paris. cons. 18. lib. 1. cũ alijs citatis, quoniam istorum opinio forsan in dispositione dubia tueri posset, sed non vbi apparet, filios substitutorum expresse vocatos esse, & ingredi in locum substitutorum, vt in hac specie: In claris enim nõ

4 † est opus coniecturis, vulg. l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat. cum concordant.

MANTICÆ.

Nucerina, Fideicommissi. Ven. 14. April. 1595.

ARGVMENTVM.

Testator instituens Franciscum, & Felicem filios legitimos, & naturales, hæredes, vtrisque decedentibus sine filijs legitimis & naturalibus, alterum superuiuentem, hisque taliter etiam defunctis alium superuiuentem, vel alios superuiuentes, filios posteros, & descendentes, ex dictis filijs, quosnam vi verborum, superuiuentem, & superuiuentes instituisse, & an transmissionem fideicommissi sub conditione relicti, impedire voluisse censeatur, quo itidem iure filij Felicis per fideicommissum, an scilicet proprio, vel transmissionis, neutrove admittantur.

SVMMARIA.

1 *Verba superuiuentem & superuiuentes, non restringendi, sed demonstrandi vim habent.*
2 *Coniecturæ ad colligendam testatoris voluntatem plurimum conducunt.*
3 *Testator masculos magis, quam fœminas dilexisse præsumitur.*
4 *Persona minus dilecta magis dilectæ non est præferenda.*
5 *Agnatio per solos naturales non conseruatur.*
6 *Consequens qui vult, etiam antecedens velle videtur.*
7 *Verba generaliter sunt intelligenda, cum ratio diuersitatis reddi non possit.*
8 *Coniuncti verbis vnius personæ potestate funguntur.*
9 *Coniecturæ quæ separatim considerata non sufficiunt, coniunctæ testatoris voluntatem ostendere dicuntur.*

DECISIO DII.

DVbitatũ, An filij Felicis sint admittendi ad bona Cecchi per fideicommissum, iure proprio, vel iure transmissionis, vel neutro, & placuit Dominis, eos esse admittendos iure transmissionis. Nam licet testator Franciscum, & Felicem filios legitimos, & naturales hæredes fecerit, & quandocunque aliquis eorum decederet sine filijs legitimis, & naturalibus alterum superuiuentem substituit, & si filij prædicti Cecchi & dicti Felicis quandocunque decederent sine filijs, vt supra, substituerit alios superuiuentes filios posteros, & descendentes ex Dominis Ceccho, & Felice, & hæc verba *superuiuentem & superuiuentes* impediant trãsmissionem fideicommissi relicti sub conditione, Bal. in l. quidam elogio. nu. 23. vers. ecce si testator. C. de iur. delib. cum alijs copiose à me deductis, lib. 11. tit. 20. num. 28. de coniect. vlt. volunt. & hoc etiam dictũ fuit coram Reu. patre D. meo Gypsio, in Cesenaten. Legati, die 10. Decembris 1591. Non tamen ex illis verbis ita videtur constare testatorem voluisse excludere facultatem transmittendi, & alia voluntas non possit colligi ex probabilibus coniecturis, tametsi illæ debeant esse fortiores, vt consuluit Crauet. cons. 306. n. 3. & à me dictum est etiam d. tit. 20. num. 28. in fin. versic. verum hoc certe.

Quod in casu proposito Domini putabant facilius esse reijciendum, quia testator non videtur illam di-

1 ctionem *superuiuentem † & superuiuentes* apposuisse gratia restringendi, ita vt filij eorum qui sunt substituti nõ possint admitti, sed potius gratia demonstrandi quod substituti non possint ei succedere, nisi tempore existentis cõditionis superuixerint, quod quidem natura manifestum est, vt ex posterioribus verbis testamẽti euidenter colligitur, quia in eum casum, quo filij prædicti Cecchi, & Felicis, vel alter eorum decesserint sine filijs, substituit alios superuiuentes filios posteros, & descendentes, ex dictis Ceccho, & Felice. Igitur filij, & descendentes ex dictis Ceccho, & Felice nõ modo non sunt exclusi, sed expresse etiam substituti, ergo facultas transmittendi ad eos bona subiecta fideicommisso, non modo prohibet, sed etiam ceditur.

2 Et hæc voluntas testatoris ex pluribus etiam † coniecturis

iecturis redditur valde verisimilis. Prima est, quod agitur de descendentibus ipsius testatoris positis in cōditione, qui etiam ex coniecturis multo facilius intelliguntur vocari, vt à me dictum est, tit. 2. in fin. & tit. 3. nu. 1. de coniect. vlt. vol. lib. 11.

Secunda est coniectura, quod testator plures fecit gradus substitutionum. Cur. iun. cons. 16. nu. 7. vers. confirmo. cum alijs à me allegatis d. tit. 20. nu. 24. de coniect. quæ licet sola absque alijs coniecturis nō possit afficere, vt fuit decisum corā me in Ciuitatensi bonorum, die 4. Ianuarij 1591. & in eadem causa coram Reuer. patre D. meo Decano, die 8. Febr. eodem anno: tamen concurrentibus alijs adminiculis multum valent ad colligendam testatoris voluntatem, vt dixi d. tit. num. 15. & 16. vers. sed quando hæc coniectura.

Tertia est coniectura, quod testator ipse magis dilexit 3 † masculos quàm feminas, & ideo ab vniuersali successione suas filias proprias exclusit, & filios masculos hæredes scripsit. Ceterum si hoc fideicommissum ad filios Felicis non transmittatur, tunc quidem neptes testatoris succedunt in his bonis ab intestato, & consequenter personæ minus dilectæ præferuntur magis 4 † dilectis, quod videtur absurdum, & repugnare voluntati testatoris. l. si viua matre. versic. nam licet. C. de bo. mater. l. Publius. in fin. C. de cond. & demonst. Quare ne sequatur hoc absurdum, contra perspicuam testatoris voluntatem, dicendum est, fideicommissum relictum Felici sub conditione si alter frater decesserit, sine filijs, ad filios ipsius Felicis transire, si ipse prior decesserit.

Quarta est potens coniectura, quæ in dicta Ciuitatensi bonorum, deficiebat, quod testator habuit rationem conseruandæ agnationis, vt colligitur ex illis verbis: *& si filij dicti Cecchi, & Felicis quandocunque decederent sine filijs legitimis*, vt supra, substituit alios superuiuentes filios posteros, & descendentes ex dictis Ceccho, & Felice, ita quod tota illius hæreditas pleno iure recadat, & deuoluatur ad Cippum domus ipsius testatoris, quod sane intelligitur de agnatis masculis, vt copiose à me dictum est tit. 3. num. 2. lib. 10. de coniect. vlt. volunt. & maxime quia filij legitimi & naturales tantum sunt positi in conditione ad excludendos naturales, qui non sunt legitimi, siquidem naturales 5 tantum non possunt conseruare † agnationem l. si spurius. & l. hac parte. ff. vnde cognat. Bart. consil. 54. nu. 1. Bald. in l. certum. nu. 8. C. vnde cogna. Corn. cons. 200. num. 10. & seqq. lib. 4. Soc. Iun. consil. 77. nu. 23. lib. 3. & late Crau. cons. 158. nu. 3. cum seq. vsque ad nu. 12. Et hanc quidem coniecturam Domini censuerunt esse validissimam, vt fideicommissum conditionale transmittatur, ex Ruin. cons. 156. num. 4. & cons. 197. nu. 7. lib. 2. Dec. consil. 174. num. 4. vers. subijcit tamen. & num. 5. cum alijs à me allegatis. d. tit. 20. nu. 23. Nam cum tota hæreditas ipsius testatoris non possit pleno iure deuolui ad Cippum domus, vt in eius agnatione conseruetur, nisi fideicōmissum ad filios Felicis transmittatur, necesse est dicere, & confiteri transmissioni 6 locum esse, nam qui vult † consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens, l. illud. de acquir. hæred. l. demque. §. interdum. de pec. leg.

Et ex hoc quidem tollitur quod dicitur filios positos in conditione in casu quo videantur substituti, hoc enim intelligendum quo ad portionem patris sui, non autem patrui, vt à me dictum est, lib. 2. tit. 3. num. 27. de coniect. quia in casu proposito testator expresse voluit, totam hæreditatem deuolui ad Cippum domus, ergo de patre non potest intelligi. c. solitæ. de maior. & obed. l. Iulianus. de leg. 3.

Neque ad rem pertinet, quod hæc verba debeant intelligi secundum terminos præcedentis substitutionis, quia late patent, nec potest reddi ratio diuersitatis, cum testator magis voluerit filios Felicis succedere in hac hæreditate, si pater ipse tempore mortis Cecchi superuixerit, quam si prior decesserit, quia ratio conseruandæ agnationis, quo ad totam hæreditatem vtroque casu locum habet, & cum ratio diuersitatis 7 reddi non possit, illa verba generaliter † debent intelligi. l. 1. §. generaliter. de leg. præstan. coniuncta l. 3. §. posthumos ibi nec diuersitatis ratio. de iniust. testam. cum concor.

Quinta etiam accedit vehemens coniectura, quæ ex eisdem verbis magis confirmatur. Nam in casu proposito fideicommissum conditionale est coniunctum cū iure accrescendi, quia Franciscus & Felix filij testatoris sunt verbis coniuncti, cum in eadem oratione pro æquali portione sint hæredes instituti, & ideo propter vnitatem sermonis quasi in vnū corpus redacti sunt, 8 & † vnius personæ potestate funguntur. l. re coniuncti. de leg. 3. l. vni. § his ita. vers. hoc ita tamen varie. C. de cad. toll. & l. plane. la pt. in princ. de leg. 1. Imol. in l. quod Sabinus. num. 3. de hæred. instit. Aut ius accrescendi sine dubio transmittitur ad hæredes. l. si ex pluribus. ff. de suis, & legit. hæred. & l. qui ex duabus in pr. ff. de acq. hæred. ergo simili modo fideicommissaria substitutio coniuncta cum iure accrescendi, debet trāsmitti sicut transmittitur etiam pupillaris, quæ est cōiuncta cum ipso iure accrescendi, l. qui patri, de vulg. subst. quam quidem coniecturam plerique sequuntur, & receptiorem profitentur, vt late à me scriptum est. eo. tit. 20. num. 12. & 13. de coniect. lib. 11.

Nec ad rem pertinet, quod post ius acquisitum non habeat locum ius accrescendi, l. 1. §. interdum. de vsuf. accresc. & quod inter diuersas species successionū non admittatur, l. sed cum patrono. ff. de bon. poss. quibus rationibus hanc coniecturam impugnat Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 66. vers. aduerte diligenter. ff. ad Trebell. & alij videntur subsistere, & aliud sentire, quia hæ rationes in casu proposito ex prædictis verbis testamēti & perspicua testatoris voluntate tolluntur. Nam testator posteros & descendentes Cecchi & Felicis expresse etiam substituit ad istum effectum vt tota illius hæreditas pleno iure recadat, & deuoluatur ad Cippum domus ipsius, ergo expresse voluit ius accrescendi postea acquisitum emolumentum locum habere, & totam hæreditatem ad agnatos ipsius redire, & deuolui. Igitur cum ex verbis expressis hæc voluntas testatoris colligatur, quod tota hæreditas debeat peruenire ad eius agnatos, necessario sequitur, quod ius coniunctionis, & transmissionis locum habeat, & coniecturę, quæ separatim consideratæ non sufficiunt, 9 simul † coniunctæ magis ostendunt testatoris voluntatem, l. si seruus plurium. §. vlt. de leg. 1. & not. in l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. instrumenta. C. de probat.

Et hæc quidem locum habent etiam si in testamento sub vers. & quandocunque aliquis, scriptum fuit, & si filij prædicti Cecchi, & Felicis, vel alterius eorum decesserit sine filijs, substituit alios superuiuentes filios posteros, & descendentes ex dictis Ceccho, & Felice, nam si legatur, vel alter eorum decesserit sine filijs substituit, &c. vt ex actis continetur, nulla est difficultas, quia Felice prædefuncto eius filij admittuntur, quia expresse sunt substituti.

MANTICÆ.

Nucerina, Fideicommissi, Ven. 24. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Filiæ, stantibus verbis testamenti, quandocunque sine filijs decesserit, nepote, quæ de masculis sint intelligenda, agnatum testatoris substitutum non possunt excludere.

SVMMARIA.

1 *Verba si sine filijs decesserit, de filijs masculis intelliguntur.*

2 *Testatorem conseruandæ agnationis rationem habuisse præsumitur.*

3 *Femina*

3 *Feminæ appellatione Cippi domus quando non excludantur.*
4 *Agnatio per feminas non conseruatur.*
5 *Dotandi onus ad patrem spectat.*
6 *Legitima absque onere debetur.*
7 *Dos ex Trebellianica constituitur, legitima non sufficiente, & quando.*

DECISIO DIII.

DOmini censuerunt, non esse recedendum à decisione facta die 16. Ian. proxime præterita, quod filiæ non possint excludere agnatum testatoris substitutum, quia illa conditio, quandocunque sine filijs 1 decesserint, in casu proposito intelligenda est de filijs masculis.

Nam duo concurrunt, primum quod testator excluserit filias ab vniuersali successione propter filios masculos, secundũ est quod Pompilius agnatus substitutus est de descendentibus ipsius testatoris, ex quibus dubiũ non est, quin substitutus ex verisimili mente testatoris excludat nepotes, ne alioquin ipsæ sint melioris conditionis, quam filiæ l. si viua matre. C. de bonis mater. & ita his duobus concurrentibus ita firmiter concludit Paul. Castr. consil. 409. Casus iste frequenter contigit. num. 2. lib. 3. & hanc veluti præponentem rationem sequitur Socin. Iun. consil. 168. num. 36. & seq. lib. 2. eamque incurabilem putat etiam Ias. cons. 141. col. 6. sub vers. 4. pro eadem parte ibi, & istud fundamentum. lib. 1.

Quod multo magis in casu proposito est recipiendum, quia ex alijs etiam verbis testamenti apparet, te-2 statorem † habuisse rationem conseruandæ agnationis, quia se non restrinxit ad vnum gradum substitutionis, sed etiam posteros, & descendẽtes ex filijs masculis post cõpendiosam substituit, & hæc verba adiecit, *ita quod tota, & integra eius hæreditas pleno iure recadat & deuoluatur ad Cippum domus*, quæ quidem verba sine dubio de agnatis masculis sunt intelligenda. Corn. consil. 26. num. 2. lib. 4. cum alijs à me deductis, lib. 8. tit. 12. num. 16. de coniect. vlt. volunt. & in decis. fuit, quibus etiam addo Francum in c. si pater. num. 111. vers. vndecimo. de testamen. lib. 6.

Nec obstat, quod hæc verba ad Cippum domus possint etiam intelligi de feminis agnatis, vt scribit Paris. cons. 35. & cons. 43. num. 50. & seq. eod. lib. quia 3 appellatione Cippi tunc feminæ † non excluduntur, quando testator nullam habuit rationem conseruan-4 dæ agnationis, quoniam per feminas † agnatio non potest conseruari, l. pronunciatio. in fin. de verb. signif. Soc. Iun. consil. 168. num. 56. lib. 2. Rol. consil. 56. num. 26. lib. 3. & dixi d. lib. 8. tit. 12. nu. 16.

In proposito autem dici non potest, quod filiæ ab vniuersali successione fuerint exclusæ, alia ratione quam propter sexum fauore conseruandę agnationis, colliguntur exclusæ.

Nec potest dici quod filiæ fuerint exclusæ ab vniuersali successione propter dotes, & Donia neptis non sit dotata à testatore, & ideo non possit intelligi exclusa, quia licet dos ei non fuerit relicta in testamento, 5 non ideo remanet indotata, nam onus † dotandi pertinet ad patrem l. qui liberos. ff. de iu. dot. & l. vlt. C. de dot. promiss.

Propterea potest ei dos constitui ex legitima, quæ 6 eius patri † sine onere debetur. Auth. res quæ. C. cõm. de leg. coniuncta l. cohæredi. §. cum filio. de vulg. & pupil. subst. cum concord. & ita in terminis respondit Paul. Castr. in cons. non impresso, quod Socin. Iun. refert, & sequitur in d. consil. 168. num. 43. lib. pr. 2. & si legitima non sufficit, dos etiam debet augeri ex Tre-7 bellian. si non sit † prohibita, vel ex bonis subiectis fideicommisso. d. Auth. res quæ. vt Soc. Iun. etiam subiunxit eod. nu. 43.

Præterea filiæ non fuerunt exclusæ ab vniuersali successione propter dotes, sed propter sexum, fauore conseruandæ agnationis, vt dictum est, quæ ratio neptes etiam excludit. Neque etiam obstat, quod statutum Nucerinum in casu proposito, substitutio nõ suffragatur quia in decisione nullum ex eo desumptum est argumentum, licet si statutum concurrat, hęc coniectura conseruandæ agnationis, fortior reddatur, vt à me scriptum est d. l. 8. tit. 12. num. 16. de coniect. vlt. volunt. tamen non est necessarium, quia sufficit quod non cõtradicat, & quòd hæc ratio conseruandæ agnationis ex verbis testamenti concipi possit, sola enim voluntas testatoris potest sufficere, l. in conditionibus primum locum. in princip. ff. de cond. & demonstr.

Vnde non obstat decisio Reuer. patris Domini mei Seraphini in Camerinensi fideicommissi die 29. Maij 1589. quæ fuit etiam in eadem causa in gradu appellationis confirmata coram Reu. patre meo Penia, die 8. Nouẽbris 1595. quia in eo casu ex verbis testamenti non poterat colligi fuisse habitam rationem conseruandæ agnationis. Verum in alia Camarinensi hæreditatis coram Reuer. patre D. meo Blanchetto die 7. Febr. 1583. fuit resolutum testatorem in hac ipsa conditione *si decesserit sine filijs*, de filijs masculis sensisse, quia ex contextu verborum colligebatur eum habuisse rationem conseruandæ agnationis, quod Domini dicebãt fuisse etiam decisum in alia Montis Falisci coram bon. mem. Lauretano, atque ita repugnantes decisiones, & diuersæ Doctorum sententiæ facile possunt inuicem conciliari, vt à me etiam copiose dictum fuit lib. 9. tit. 14. de coniect. vbi etiam num. 22. pro hac sententia, quam plures grauissimos Iurisconsultos deduxi, quos hoc loco recensere superuacuum puto.

LITTÆ.

Fauensis, Fideicommissi, Lun. 14. Dec. 1594.

ARGVMENTVM.

Substitutio compendiosa impuberi facta ad bona testatoris est restricta, & in pupillari, quæ ad pupilli bona etiam traheretur, verificari non potest.

SVMMARIA.

1 *Substitutio pupillaris sub compendiosa impuberi facta, quando comprehendatur.*
2 *Coniecturæ vrgentes admodum esse debent ad effectum, vt ex illis voluntas testatoris elici possit.*

DECISIO DIV.

FVit resolutum, Societates esse vocatas per fideicõmissariam, & non per pupillarem, ea potissimum ratione, quia inspectis verbis testamenti substitutio hæc compendiosa impuberi facta est restricta ad bona testatoris, ibi eius hæredibus, Alex. cons. 16. nu. 1. & 2. lib. pr. Rol. consil. 70. nu. 77. lib. 3. fuit decisum in causa Fauensi de Nicoluctijs 15. Ian. 1582. coram Reuer. patre Domino Decano, quo fit vt in pupillari verificari nõ possit, quæ etiam ad pupilli bona traheretur, sed in fideicommissaria Bar. in l. Scæuola. nu. 2. ff. ad Treb. Bal. in l. precibus. nu. 44. C. de impub. &c. Rip. in l. centurio. nu. 130. & ibi Galiaul. nu. 341. ff. de vulg. & pup. & ita in fortioribus terminis fuit resolutum in illa Firmana, Bonorum 5. Nouembris 1588. corã bon. mem. Bubalo, quę fuit confirmata coram eodem 10. Decembris, de eodem anno.

Non obstare dixerunt Domini limitationem Paul. in l. 1. num. 4. ff. de vulg. & pup. quia illa per Alex. ibi nu. 6. Aret. nu. 1. Soc. nu. 11. & alios quamplures reprobatur, quos sequitur Mant. de coniect. lib. 5. art. 7. nu. 11. & hanc opinionem contra Paulum testatur communiorem Rip. in l. 1. nu. 41. & Alcia. nu. 32.

Non etiam obstare doctrinam Bart. in l. quamdiu. num. 10. ff. de vulg. dixerunt Domini stante, quod Domini de Quarancinis non intendunt excludere societates ex eo capite quod substitutio pupillaris nõ fuerit

rit

rit facta per testatorem, quo casu non potest applicari dicta Bart. doctrina, quæ procedit eo præsupposito, & nõ aliter, ad text. in l. si mancipia. C. de setu. fugi.

Minus obstare dixerunt quod sub cõpendiosa impuberi facta non obstante restrictione ad bona testatoris etiam pupillaris † ipsa quandocunq; comprehenditur quando sc. de mente testatoris constat, vt per Soc. in cons. 121. num. 21. & l. 23. lib. 1. Grat. cõsil. 104. numer. 13. & seq. lib. 1. prout hoc in casu videtur constare ex eo, quod testator loquitur de omnibus bonis, & vltimo loco relictis certis legatis Lauræ, vocat confraternitatem pro medietate, & societatem pro alia medietate.

Quia mens testatoris vbi ex coniectoris elicitur illa debent † esse admodum vrgentes, vt alia interpretatio fieri possit, vt dicit Dec. cons. 371. Paris. cons. 33. numer. 54. lib. 2. & Mant. d. lib. 5. tit. 7. nu. 17. verum hoc in casu dum testator vtitur termino illo vniuersali *omnium bonorum*, subdit, *eius hæreditatis*, per quod genitiuum Vniuersalitas ipsa alias habilis cõprehendere etiam bona pupilli, restringitur ad bona tantum ipsius testatoris, vt ex Rol. & alijs, de quibus supra, & ita ex dictis verbis non potest dici constare de mente testatoris, quod scilicet voluerit ipsi infanti pupillariter substituere, sicut nec ex eo, quod mandat hæreditatem distribui per quotas, scilicet inter confraternitatem, & societatem vocatas, cum id intelligi debeat retentis iisdem terminis restrictiuis ad bona ipsius testatoris, quæ diuidenda erunt inter præfatam confraternitatem, & societatem, vt bene declarat Soc. in l. centurio num. 289. Aquil. in 2. part. numer. 184. ff. de vul. & pupil. & fuit etiam decisum in dicta Firmana Bonorum, 8. Martij, 1586. coram eodem Bubalo.

Reatina, Hæreditatis, 24. Ian. 1601.

ARGVMENTVM.

Testamento secundo in vim fideicommissi, vigore clausulæ codicillaris subsistente, hæres in primo testamento instituta grauata censetur restituere hæreditatem institutis hæredibus in secundo testamento inualido, & quidem integram, absque aliqua detractione, dote etiam sibi in legitima computata.

SVMMARIA.

1. *Dos in legitimam computatur.*
2. *Trebellianica detractio a testatore prohiberi potest.*
3. *Trebellianica detractio prohibita censetur, si testator dixit, sit dote contenta.*
4. *Trebellianica detractio etiam in codicillis prohiberi potest.*
5. *Lex voluntatem testatoris conseruare, nullo licet testamento, contendit.*

DECISIO DV.

IN hac causa decisum fuerat, vltimum testamentũ Syllę non sustineri iure directo, sed in vim fideicõmissi, vigore clausulæ codicillaris & ideo Doralicem institutam in primo testamento censeri grauatam restituere hæreditatem Paulo, & Aegidio de Dilectis, qui erant in secundo testamento inualido instituti hæredes, qua decisione præsopposita, consequenter dubitaui: An Doralix teneatur restituere Paulo, & Aegidio integram hæreditatem absque aliqua detractione. In qua difficultate Domini censuerunt, Doralicem teneri integram hæreditatem restituere imputata sibi dote in legitimam, quoniam in fideicommisso puro, cuius restitutio non est suspensa, neq; dilata, vna tantum quarta detrahitur. gl. fin. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testament. Castr. in l. quanquam pater. C. ad leg. Falc. quæ opinio à Doctoribus communiter approbatur, & cum Doralix consequuta fuerit dotem pinguem, quæ † debet in legitimam imputari, l. quoniam nullæ vers. non secundum dotem, C. de inoff. testam. Bald. in l. in quartam. num. 12. ver. ego dixi. ff. ad leg. Falc. Rip. num. 189. & Picus. nu. 182. sequitor, aliam detractionem non posse prætendere.

Non obstat quod sit in electione restituentis vnam quartam, vel aliam eligere, quando sibi expedit pro imputationibus, quæ fuerit magis in vna, quã in alia, iuxta Castr. in d. l. quanquam. & Corn. cons. 232. sub num. 11. vers. ideo intrepide. vol. 4. & alios adductos per Modernos Pauinos de fideic. art. 3. n. 50. quoniã responsum fuit secundum opinionem quam Rota seruat potuisse prohiberi † detractionem Trebellianicę, Cassad. dec. 4. de testam. Crescen. decis. 2. eod. tit. Sim. decis. 88. & coram bon. mem. Card. Lancelloto in Anconitana fideicommissi 27. Aprilis 1583. quod intelligitur etiam in filijs primi gradus, per verba generalia prægnantia, vt fuit decisum coram Illustriss. Card. Mãtica, in Nucerina, fideicommissi. 30. Octobris 1595. Vnde cum habeamus verba, quod illa sit dote contenta, quibus censetur prohibita † detractio Trebellianicæ, Rim. consil. 336. lib. 2. n. 4. & alia, quod de bonis testatoris amplius petere non possit, quouis modo causa, & occasione, & ratione, Bald. consi. 170. num. 4. lib. 5. qui loquitur in ijs terminis restitutionis faciẽdæ in vim clausulæ codicillaris, Dec. cons. 242. in fin. licet non bene firmet, Tob. Non. cons. 20. num. 10. Gabr. ad Trebell. concl. 8. & in terminis quando testator dixit, vt filia habeat tantum in dote, & quod plus petere nõ possit, tenuit Carolus Anton. Put. Archiepisc. Pisanus in cons. edit. post consil. Odd. nom. 29. & maxime quia habemus clausulam, *omni meliori modo*. Ruin. consil. 146. nom. 16. lib. 3. Gabr. cons. 86. num. 20. & seq. lib. 2. Rimin. iun. cons. 204. nu. 122. Tob. d. cons. 20. n. 12.

Quibus additur prohibitio alienationis secundum Rotam in allegata decisione coram bon. mem. Cardinali Lancelloto, cum cumulatis per Gabr. consil. 9. in princ. necessario videtur concludendum, prohibitam esse detractionem Trebellianicæ.

Non obstat, quod omnia ista verba reperiantur scripta in testamento inualido, in quo filius est præteritus, & non videtur dici posse prohibitus, præsertim, quia in hac frequenti materia à Doctoribus tractatum non reperit, vt argumentatur Corn. in l. generaliter. §. cum autem, nu. 7. vers. item per rationẽ. C. de inst. & substit. & præsertim quia non est clarum, quod in codicillis possit prohiberi Trebellianica, Bal. cõs. 474. in fi. lib. 2.

Si quidem respondebatur, quod ideo in Codicillis potest huiusmodi detractio † prohiberi. Illustriss. Cardinal. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 12. sub nu. 36. cum allegatis, quam opinionem communem dixit Curt. Iun. consil. 77. nu. 26.

Et satis expressum reperitur, quod lex conseruat † voluntatem testatoris, licet testamentum sit nullum. Purp. consil. 407. numer. 16. cum ex testamento nullo colligatur voluntas testatoris, l. fi. & ibi Bart. ff. de reb. cor. & l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. & in l. gerit. ff. de acquir. hæred. l. qui à patre, vbi Bald. ff. de confir. tut. Rom. consil. 179. nu. 11. vers. quoniam responsio, Boer. decis. 172. numer. 22. Dec. in l. fin. numer. 10. C. de success. edict. præsertim quia nullitas procedit à causa quæ non infringit ceteras partes voluntatis, vel in actu reuocatur, Aym. consil. 113. sub num. 6. versic. sed in casu. sed nihilominus, quia hæc non fuissent tacta per Informantes, & quia fortasse ista voluntas videbatur indigere fomento, & spiritu actus nulli. Dec. consil. 176. num. 4. Domini dixerunt, quod si pars voluerit particulariter audiri, non est denegandum, & ita firmatum.

BLANCHETTI.

Romana, de Capizucchis. 24. Maij. 1595.

AR-

bus verbis cenfentur forores fubrogatæ in locum Portiæ cum omnibus fuis qualitatibus, ad text. in l. qui quadraginta. ff.ad Trebellian. Rip.in d.l.re coniunct. 125. Oldrad.confil.224. num.75. Rimin.iun.32.num. 4 233. lib.1. per reg. vulgatam quod fubrogatus † fapit naturam ipfius, in cuius locum fubrogatur, cum addat verbum dicto, quod operatur repetitionem præcedentium cum omnibus fuis circumftantijs, confil. 202.num.3.lib.3.Rol.confil.56.num.26.lib.3.

Quibus accedit, quod fi teftator fuiffet interrogatus, verifimiliter ita refpondiffet, vt late tradit Tiber. Decian.confil.40.num.11.lib.1.

Nec obftat, quod portio Cletiæ nunquam vacauerit, quia fuit penes hæredem, verum eft enim tempore obitus fui non vacaffe, fed tunc demum vacauit, quando hæres deceffit ab inteftato, & fine liberis: Præ5 terea cum ius † accrefcendi fit tranfitorium ad hæredes, antequam illi fiat locus, l.fi ex pluribus.ff.de iu.& l.l.cum ex filio.§.fin.de vulgari,& pup.quamuis portio Cletiæ non vacauerit, tamen hoc ius competens Portiæ, vigore coniunctionis, tranfiuit ad forores fubrogatas in locum illius.

6 Nec fuffragatur, quod ius accrefcendi † fapiat naturam reciprocæ fubftitutionis. l. Titius, & Seius. ff.de hæred. inftit. & cum reciproca non poffit habere locũ hoc cafu propter fubftitutos datos Portiæ, debet etiã ceffare ius accrefcendi, quia refpondetur, primo, id nõ prouenire ex difpofitione teftatoris, qui vxori non fubftituit, in matris autem portionem dedit fubftitutos, qui vxorem coniunctam excludunt non omnino ceffat ifta reciproca, fi enim Portia,& fubftitutæ,& earum defcendentes ante Cletiam defeciffent, Cletia in illa portione fucceffiffet.

Neque obftat, quod forores Portiæ matri non fint fubftitutæ, quia videntur fub contrarijs conditionibus vocatæ, & omnes in primo gradu conftitutæ, per traditur.per Aret. in Inftit. de vulg.& pupill.in pr.num.4. poft Ioan. Fab.ibi, & Vigil. num.6. & fuit refolutum coram Robufterio in caufa Rauenatenfi, Hæreditatis 27. Aprilis, & 24. Nouembris 1582. quia imò ex hoc neceffario argui poteft, quod aut forores fuerunt pofitæ in primo gradu, & perinde eft, ac fi fuiffent coniunctæ Cletiæ, prout erat Portia, aut fuerunt fubftitutæ & tunc in illis fuit translatum omne competens ius Portiæ, vt fæpius decifum fuit.

Dum verò dicitur per mortem vtriufque fubftitutæ ante hęredem fubftitutio expirauit, Alex.conf.194. nu.10. lib.6. non negatur effe verum, fed videtur ap7 plicari, vbi † fubftitutis alij fubftituuntur.

Et ex his, & alijs per Informantes deductis ita decifum fuit.

LANCELLOTTI.

Fulginatenfis, Fideicommiffi, Lun.22.Mart.1599.

ARGVMENTVM.

Neptes à filys teftatoris excluduntur, non obftante conditione appofita, fi fine filys deceßerit, quæ alias etiam feminas comprehendit, fi fcilicet ex alys coniecturis de voluntate teftatoris contraria, & ftudio conferuandæ agnationis appareat.

SVMMARIA.

1 *Teftator fi ex verbis teftamenti conferuandæ agnationis rationem habuiffe deprehenditur, ea coniectura maxime obferuanda eft.*

2 *Agnatio per mafculos conferuatur.*

3 *Pater filias dotare tenetur.*

4 *Filiæ ex quibus bonis dotari debeant.*

5 *Statutum Fulginatenfe feminas ab hæreditate paterna, &c. excludit. donec adfint mafculi.*

6 *Teftatoris voluntas etiam per priuatam fcripturam poteft interpretari.*

DECISIO DVII.

Refolutum fuit per mortem Virginij factum effe locum fideicommiffo ad fauorẽ Marci,& Quintilij teftatoris filiorum, exclufis Francifca, & Maria, nepotibus. licet enim ad fauorem feminarum, ftet regula, fecundum quam conditio illa *fi fine filys deceßerit*, verificatur etiam in feminis ad excludendos fubftitutos, l.fi ita fcriptum.ff.de leg.2.l.fi quis ita.ff.de teftam. cum alijs hic per Informantes allegatis, & fuit refolutum in caufa Camerinenfi, Fideicommiffi, 13. Nouembris 1595. coram Reuer. Patre Domino meo Penia, & in caufa Romana Fideicommiffi, de Stanchis 13. Ian.1597. coram Reuer. Patre Domino meo Decano, ab ea tamen receditur, quando ex coniecturis apparet de contraria mente teftatoris, l licet Imperator, de leg.1. l. cum proponebatur. de leg.2. Illuftriff. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.6.num.6.in fin. & tit.14.num.11. Inter quas coniecturas potiffima illa eft, fi ex verbis teftamenti apparet, teftatorem habuif1 fe rationem conferuationis † agnationis, Illuftr. Mantica d. tit.14. num.13. & feq. & fuit decifum coram eodem Illuftrifs. Mantica, in caufa Nucerina fideicommiffi, 16.Ian. & 24. Nouẽbris 1595. & eft decifio Tholomæi in caufa Parmenfi Bonorum de Satimberris, re2 lata inter impreffas decif.80. par.3.lib.3. quia † agnatio per mafculos cõferuatur. l. pronunciatio.ff.de verb. fignif.cum fimilibus.

Quam rationem in hoc cafu teftatorem refpexiffe apparet ex eo, quia in vltima fubftitutione facta in cafum delicti, dicit fe illam facere pro manutentione Cippi domus,& familiæ, quæ verba de agnatis mafculis intelliguntur, vt in decifione Nucerina fuit refolutum ex Corneo, & alijs per Illuftrifs. Manticam allegatis, l.8.tit.12.num.16. de coniect. vel fin. & in hac fubftitutione fit fimpliciter mentio de filijs, qui ex dicta ratione intelliguntur mafculi, quod oftendit teftamentum fimiliter in alijs partibus, vbi filij funt pofiti in conditione, intelligi debet etiam de mafculis, vt in fubftitutione, facta mulieribus, vbi in cafum defectũ funt vocati mafculi, cum dictione taxatiua tantum,& in illa facta filijs mafculis decedentibus fine filijs decedentibus, fine filijs fimpliciter fubftituti funt fuperuiuentes, & cuiufque eorum filij mafculi, in qua vocatione mafculorum, fuit habita ratio agnationis.

Et cum hoc concurrit, quod fuerunt ab vniuerfali fucceffione exclufæ propriæ filiæ, & fubftituti funt defcendentes teftatoris, nõ autem extranei, quo cafu videtur habita ratio conferuandæ agnationis,& filiæ nõ comprehenduntur, iuxta diftinctionem Caftr. confil. 409.par.2. Dec. conf.15.nu.50. Tob. Non.conf.36.nu. 10.cum relatis per Gabr. de fubft. conclu f.2. nu.9. & per Michael.Craff.in §.fideicommiffum. q.31.num.4.

Alia vrgens coniectura, quæ excludit propriam filiam,& neptes ex filio mafculo, prout funt iftę, de quibus agitur, imò aliam natam poft conditum teftamentum fimiliter exclufit, quod fuadet ipfius intentionẽ fuiffe idem obferuandum effe in iftis nepotibus, ficut enim refpectu filiarum Marci feminæ non faciunt deficere conditionem illam, *fi fine filys deceßerint*, ita etiam pariter eft dicẽdum, refpectu aliarum neptum. l.nam hoc iure.ff.de vulg. & pupillari.

Non obftat quod neptes in vita teftatoris natæ ideo fuerunt exclufæ, quia fuit eis relicta dos, quod non eft in iftis neptibus, quia ex verbis teftamenti nullam dotem confequi poffunt, quia cum de eo tempore non extarent, onus illas dotandi non fpectabat ad teftatorem, neque remanebant indotatæ, cum talis cura ad 3 patrem † fpectet, l.qui liberos.ff.de iure dot.& potue4 runt, vel ex † legitima patris, vel ex Trebellianica nifi fit prohibita, vel in defectum ex bonis fideicommiffo fubiectis dotari, vt fuit refpõfum in fupr. allegat.caufa Nucerina, coram Illuftr. Mant.

Neque placuit Dominis fundamentum, quod neptes non sint exclusæ per legatum eis factum, & ideo veniant sub conditione, *si sine filijs*, quia si sunt exclusæ propter filiæ propter masculos, multo magis sunt exclusæ neptes, maxime, quia summa flor. 700. fuit eis relicta, iure institutionis, & pro dote.

Altera desumitur coniectura ex statuto Fulginatensi, exclusiuo † feminarum, ab hæreditate patris, aui, &c. donec supersit aliquis masculus de linea masculina, de quo est decisio Put. 127. lib. 3. cum quo censetur testator se voluisse conformare, ita vt conditio illa intelligatur, de masculis tantum, non autem de feminis. Soc. sen. cons. 51. num. 33. vol. 4. Soc. iun. consil. 56. nu. 2. vol. 4. cum alijs per Gabr. de substit. cõclus. 2. num. 13. per Illustr. Mant. d. l. 10. tit. 14. num. 15. & tenuit Rota, in vna Montis Falisci hæreditatis. 14. Martij 1584. coram Reu. Patre Domino meo Decano, & licet statutum Fulginei loquatur de filia dotata, multum tamen facit in præsumenda voluntate testatoris, quod patruus præferatur nepti.

Demum alia concurrit coniectura, quia in isto conflictu Doctor. & diuersitate opinionum idem testator, qui erat aduocatus, in his terminis in quodam suo cõsilio existimauit, hanc opinionem ad fauorem substituti contra neptem, esse veram, quod multum facit, cum voluntas testatoris possit etiam † priuatam scripturam interpretari, ex relatis ab Illust. Mant. in tract. supr. alleg. lib. 3. tit. 1. nu. 7.

Non obstat decisio in causa Camerinensi, & Romana fideicommissi, quia ibi nulla fuit habita ratio conseruandæ agnationis, sed solum aderat institutio, & substitutio masculorum inter se, imò decisiones innuunt contrarium, si fuisset per testatorem considerata agnatio.

SERAPHINI.

Romana, Fideicommissi, de Stanchis. Lun. 15. Ianuar. 1597.

ARGVMENTVM.

Filiæ ab hæreditate paterna, an à substitutis, si maxime de hac ex coniecturis testatoris voluntate appareat, excludantur, vigore fideicommissi ad conseruationem agnationis à testatore facti.

SVMMARIA.

1. *Femina in substitutione facta filijs, regulariter excludit substitutum.*
2. *Fallit.*
3. *Filia prædilecta censentur nepotibus.*
4. *Testator in dubio semper censetur se conformare cum dispositione statuti.*
5. *Conditio si sine liberis decesserit, cessat existentibus tam masculis, quam feminis.*
6. *Coniectura, testatorem rationem conseruandæ agnationis habere voluisse, quando cesset.*
7. *Coniectura sola ad excludendas feminas non sufficit.*
8. *Interpretatio voluntatis vt a statuto sumatur, requiritur, vt statutum in terminis dispositionis testatoris loquatur.*
9. *Prohibitio alienationis consecutiue posita ad fideicommissum, restringitur ad eius terminos.*
10. *Clausula omni meliori modo, dispositionem principalem non alterat, & causam ad casus non comprehensos in causa non ampliat.*

DECISIO DVIII.

Andreas de Stanchis condidit testamentum, in quo tres filios masculos hæredes instituit, eosque inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum, filias tres feminas in dotibus instituit, prohibens ne aliud quidquam in eius hæreditate petere possent, ex quacunque causa neque Trebellianicæ, neque legitimę, superstitibus duobus fratrib. Clodio, & Dario, obijt Clodorus relicta Laura filia, quã prætendit Darius excludere à pretensa successione, vigore fideicommissi Andreæ facti ad conseruationem agnationis fauore masculorum, quod apparere intendit ex substitutione masculorum inter se, iuncta prohibitione alienationis, hocque confirmari ex statuto Vrbis, lib. 1. c. 141. & 145. vbi & filiæ, & neptes dotatæ excluduntur à successione patris, & aui: neque obstat quod regulariter in substitutione facta filijs femina † excludat substitutũ. l. Lucius. la 2. de hæred. inst. l. cum auus. Inst. de cond. & demon. l. cum acutissimi. C. de fideic. Nam stantibus coniecturis † Doct. solent ab hac regula recedere. l. licet Imperator. vbi Alex. & Ias. in 3. notab. ff. de leg. 1. Hic autem plures concurrere coniecturas, quæ hoc suadere in casu proposito videntur, nam præter allegatam formulam substitutionis factæ inter masculos cum prohibitione alienationis, adest exclusio propriarum filiarum, quæ † censentur prædilectæ nepotib. arg. l. si viua matre. C. de bon. mat. l. Publius Mæuius. in fin. ff. de cond. & dem. Cast. cons. 58. vers. sed hic constare potest. lib. 1. Ias. consil. 145. Dec. consil. 11. num. 2. Ruin. cons. 141. nu. 8. lib. 2. Gozz. cons. 89. Soc. iun. cons. 121. num. 16. Crott. cons. 13. num. 17. lib. 1. Comm. consil. 124. nu. 18. lib. 1. Paris. cons. 48. lib. 2. Menoch. cons. 18. num. 16. lib. 2. Et hanc coniecturam facilius admitti affirmant Doct. vbi substitutus est extra descendentes testatoris, Castr. cons. 48. num. 20. lib. 2. Socin. cons. 6. num. 20. lib. 3. Gozad. consil. 3. num. 28. Soc. Iun. cons. 56. lib. 4. Crass. de success. §. fideicommissarij. q. 35. nu. 4. cum pluribus alijs per Informantes allegatis.

Confirmatur ex alia coniectura, quia semper in dubio † testator censetur se conformare cum dispositione statuti, vt per Bart. in l. mei. §. cum ita. nu. 4. ad Trebellian. Bald. in c. in præsentia. num. 1. de prob. Alex. in l. 3. nu. 5. de leg. 1. & in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 8. de lib. & posth. cons. 51. num. 33. lib. 4. cum alijs. Vnde cum statutum excludat neptem, eam quoque à testatore exclusam censeri debere.

Præterea deducebatur authoritas Corn. cons. 1. nu. 30. lib. 4. quam sequitur Soc. Iun. cons. 100. nu. 4. lib. 1. qui voluit tacitam conditionem *si sine filijs decesserit*, subintellectam à lege, per text. in d. l. cum acutissimi. C. de fideic. non censeri appositam in substitutione fideicommissaria, quæ facta est sub vno contextu verborum vnà cum vulgari, nam ex quo talis conditio nõ potest conuenire vulgari, neque etiam est supplenda respectu fideicommissariæ, vt vna determinatio plurium determinabilium æqualiter ea determinet l. iam hoc iure. de vulg. & hæc sunt fere ea, quæ potissimum pro hac parte faciunt.

Quibus tamen nõ obstantibus contrarium fuit per Dominos decisum, cum enim legis interpretatione fideicommissaria subintelligatur facta sub illa conditione, si sine liberis decesserit, d. l. cum auus. & l. cũ acutissimi. succedit communis Doct. conclusio, quod dicta conditio cessat † tam existentibus filiabus, quàm masculis. l. si quis ita. de test. tutel. l. si ita scriptũ. de leg. 2. Doct. in c. Rainaldus. de testam. cum infinitis alijs, qui citati fuerunt in causa Camarinen. 18. Nouemb. 1595. coram Reu. patre D. Penia. & fuit per Rot. resolutum in pluribus causis, & Bald. in d. l. cum acutissimi. nu. 5. reddit optimam rationem charitatis, quam sequitur Illustriss. D. Mantic. lib. 11. de coniect. tit. 14. nu. 5.

Neque obstat quod testator vocando solos masculos, & excludendo feminas, censendus sit voluisse consulere agnationi familiæ, quia prætérquam quod hæc ratio non † ita admitti simpliciter solet à Doct. vbi ea non est expressa, vt ibi dispositio refertur ad filios tunc extantes, & non progreditur ad vlteriores nascituros, quam opinionem vti veriorem, sequuntur Molin. de primog. Hisp. lib. 3. cap. 5. num. 17. Paris. cons. 12. nu. 37. nu. 3. Hier. Gabr. cons. 79. nu. 6. lib. 1.

Nec

7 Nec sola coniectura est sufficiens † ad exclusionem feminæ, prout traditur ab Illustriss. Mantica loco supr. cit. nu. 14. Sim. de Præt. de interpret. vlt. vol. lib. 3. interp. 3. dub. 3. col. 2. num. 25. vsque ad 27. inclusiue, fol. 312. à tergo, vbi latissime hanc materiam prosequitur.

Neque difficultatem facere debet in hac causa cōditio illa subtilis, Corn. cons. 1. nu. 30. lib. 4. quod ratione eiusmodi determinationis non sit subintelligenda conditio illa *si sine liberis*, l. nam hoc iure. de vulg. & pup. quia regula illa procedit, vbi terminari aliquid expresse cauetur quod debet respicere plura terminata, non autē vt vnum ex determinatis terminet aliud, secundum Bart. in l. Pretor. la 2. §. si quis aduentu. ff. de vi bonor. raptor. & refert Ias. in d. l. nam hoc iure. nu. 11. in fin. & in casu isto conditio illa *si sine liberis*, determinatur ab vno ex determinabilibus, nempe à substitutione vulgari, quod est contra prædictam declarationem, imò nulla ratio suadet, vt potius determinatio sumi debeat, à vulgari per effectum excludendi conditionem illam tacitam in fideicommissaria, quam vt sumatur à fideicommissaria, ad inducendum d. cōditionem etiam in vulgari, prout arguebatur Sne. quē refert Dec. cons. 416. nu. 10. qui animaduertit hanc rationem pro vtraque parte deduci posse sed difficultatem tulit vrgentissima ratio, nam si vera esset consideratio Corn. vtique à tali substitutione non solum filia femina, sed etiam filius masculus per substitutum excluderetur, quod est maxime absurdum, & ab omni æquitate alienum, & ideo Corn. non satis fidens huic considerationi, tradit eam procedere in suo casu, ex quo aderat persona filij prædilecti à testatore, de qua re mox agemus.

Non obstat quod deducitur pro præcipuo fundamento in hac causa dispositio statuti Vrbis cap. 145. &
8 141. quia vt à statuto sumatur voluntatis † interpretatio necesse est, vt statutum loquatur in terminis dispositionis testatoris, sc. vti nepus propter patruū excludatur à successione paterna, verum tale statutum allegatum loquitur quādo extant neptes ex filio præmortuo, vt agatur ex successione Aui, qui modo est casus noster. Neque enim Laura petijt quicquam in auita hæreditate, neque eius pater prædecessit auo, sed obijt post acquisitam proportione sua hæreditatem, quæ est effecta eius proprium matrimonium. Vnde fit, vt nullo pacto statutum hoc suffragari possit Dario. Nam suppositum statuti nempe quod prædecesserit filius patri, non verificatur, igitur, neque depositum. l. mancipia. C. de ser. fugit.

Non obstat clausula, *propriarum filiarum*, quia hæc coniectura non facit, vt excludatur neptis, vt pluries fuit resolutum, & in specie in præd. causa Camarinensi, & ratio est manifesta, quia magna est differentia inter casus istos, filias enim testator exclusit contemplatione fratrū, sed hic excluderentur patruorum quòd nō est minus durū, & exorbitans à dispositione iuris, & hanc coniecturam reijciunt plures, inter quos Ruin. consil. 144. nu. 12. lib. 2. Paris. cons. 4. nu. 53. lib. 3. Ceph. cons. 45. n. 12. & cōs. 46. n. 26. lib. 1. quos sequitur Rol. cons. 42. num. 41. lib. 4. & late Sim. de Præt. loco supr. alleg.

Nō obstat quod Darius sit filius testatoris, quia hæc coniectura ex communi Doct. sententia reijcitur, vt late per Hier. Gabr. qui multos congerit consil. 88. nu. 9. lib. 2.

Vltimo non obstat coniectura, quę sumitur ex pro-
9 hibitione alienationis, quia cum † ponatur consequutiue ad fideicommissum restringitur ad eius terminos. Dec. consil. 636.

10 Clausula verò omni † meliori modo non alterat principalem dispositionem, neque causam ampliat ad casus in causa non comprehensos.

Et ex his conclusum, Lauram non excludi per patruum à successione paterna.

PAMPHILII.

Romana, successionis, Lun. 11. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

Mater à legitima filiæ per substitutionem fideicommissariam non excluditur.

SVMMARIA.

1 *Substitutio simpliciter facta, an ad totum pupilli patrimonium trahatur.*
2 *Verbi moreretur significatio directa.*
3 *Substitutio pupillaris in re certa fieri non potest.*
4 *Verba communia adiecta certæ rei, vel quantitati, ad institutionem non trahuntur.*

DECISIO DIX.

FVit resolutum, Olympiam non fuisse exclusam à legitima Constantię filiæ per substitutionē de qua agitur, quæ dicitur fideicommissaria, non autem pupillaris, cum sit facta per verba *la detta robba torni, & recada*, quæ non continent pupillarem, siue referantur ad bona testatoris, siue ad bona relicta Constantiæ.

Nam si dicta verba referantur ad bona testatoris, ipsa substitutio compendiosa facta impuberi per verba communia restricta ad bona testatoris nō continet directam pupillarem, sed omni tempore post aditam hæreditatem est fideicommissaria, Bald. in l. precibus. num. 44. ff. de impub. Rip. in l. centurio. num. 120. & ibi Galiaul. num. 342. ff. de vulg. Aret. cons. 154. nu. 12. Cost. qui testatur de communi, in c. si pater par. 3. in verbo de filio ad filium. nu. 9. de testam. in 6. & tenuit Rot. in causa Firmana Bonorum, de Rossis, de anno 1584. coram bon. mem. Bubalo, si verò referantur ad bona relicta Constantiæ, & idem est dicendum, quia substitutio facta per verba communia, vel saltem directa, non ciuilia relata ad certam rem, & quantitatē, non possunt intelligi de directa pupillari, quæ in re certa fieri non potest, sed est fideicommissaria, Bart. in d. l. centurio. num. 18. & num. 213. cum seq. & ibi Galiaul. num. 323. Bald. in l. precibus. num. 50. vers. item vertitur. C. de impub. Alex. qui dicit communem, in consil. 45. num. . . . . lib. 1. Nat. consil. 68. num. 4. D. Mantica, lib. 7. de coniect. vlt. vol. tit. 3. num. 13. cum alijs allegatis, & tanto magis, quod mentio certæ rei vel quantitatis scut. 2000. non solum est facta in institutione, sed etiam repetita in substitutione per verba illa, *la detta robba*. quæ verba ad Constantiam non possunt intelligi, nisi de dictis duobus millibus, quia aliud ei relictum non fuit, in illo casu, in quo versamur, quoniam masculus non fuisset natus, iuxta not. in l. fin. C. de hæred. inst. Corn. cons. 95. num. 12. & num. 15. circa finem lib. 1. & consil. 205. sub num. 5. lib. 4. Natt. d. consil. 68. num. 4.

Et sic cessat difficultas facta ex c. si pater. de testam.
1 in 6. vt † substitutio simpliciter facta trahatur ad vniuersum pupilli patrimoniū, non obstante præcedenti institutione de re certa, quia, vt post Imol. & alios, quos citat, animaduertit ibi Cost. in dictis verbis de filio ad filium. num. 25. non procedit etiam si in ipsa substitutione est facta mentio certæ rei, vel quantitatis, Alex. d. consil. 93. sub nu. 9. vers. vbi filia. lib. 1. Aret. cons. 154. num. 18. Couar. in c. Raynutius. §. 2. sub nu. 19. circa finem. de testam. & tenuit Rot. in dicta causa Firmana, vltra quod testator in d. c. si pater. loquitur
2 per verbum † *moreretur*, quod secundum glossam ibi est directum, si non ciuile, solum iuris gentium. vbi Bartol. in d. l. centurio. num. 56. Iason num. 73. Galiaul. num. 56. qui testatur de communi, num. 196. de vulg.

Non obstat, quod specialiter substitutio pupillaris in re certa trahatur ad vniuersum pupilli patrimoniū l. cohæred. §. fin. vbi Alex. & alij de vulg. quia hoc intelligitur iuxta text. in d. l. cohæred. §. fin. & tradunt Doct. ibi & Bartol. in d. l. centurio. num. 18. Socin,

io consil. 116. lib. 4. Maria. Iun. consil. 95. lib. 1. quod nõ applicatur huic casui, vbi substitutio est facta per verba communia, vel saltim directa, non ciuilia, videlicet *torni, & ricada*, vt de verbo *redeat, & reuertatur* not. Doct. in d. l. centurio. Bart. nu. 53. Aret. num. 20. Ias. nu. 72. Rip. nu. 198. Soc. Iun. nu. 340. Galiaul. num. 528. de vulgar. Castr. consil. 342. nu. 1. lib. 1. Corn. consil. 152. num. 19. lib. 2. late Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo reuocatur. num. 6. C. de reuoc. donat. de verbo *deuoluatur* tradit Bart. in l. 2. ff. de alim. & cib. leg. in l. centurio. num. 54. vbi Rip. Soc. Iun. & Galiaul. dicunt hanc esse communem sententiam.

Non obstant coniecturæ ponderatæ pro Antonio, quia illæ visæ sunt Dominis admodum leues, & alias in causa Firmana, vt per informantes per Olympia sigillatim omnibus respondetur, Vitra quod non applicantur, quando substitutio, vel est restricta ad bona testatoris, vt in causa Firmana, vel est facta in re certa, per verba communia, quia hoc casu directa pupillaris potius excluditur ex defectu potestatis, quam voluntatis, cum substitutio pupillaris † non possit fieri in re certa, ne pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, vt tradunt omnes in d. l. centurio, præsertim quod non etiã censetur testatorem voluisse, cum vsus fuerit verbis communibus, quę adiecta certæ rei, vel quantitati † nunquam trahuntur ad institutionem. l. cogi. §. generaliter. ff. ad Trebell. gl. in l. his verbis. C. de hæred. instit. Bart. in d. l. centurio. nu. 34. Corn. cons. 47. num. 17. consil. 94. num. 2. & num. 6. & 8. & consil. 777. num. 2. lib. 1. Natt. consil. 68. num. 4. & bene Bart. consil. 125. num. 32. lib. 2.

P E N I Æ.

Amerina, Successionis, Merc. 19. Ian. 1594.

A R G V M E N T V M.

Statutum disponens, vt deficiente filia, patris hærede, absque filijs, patruus in bonis succedat, vel eius filijs, salua hæredibus defunctæ legitima, an sit licitum & honestum, & sub Papali confirmatione, annexam habente clausulam, dummodo sint licita & honesta, comprehendatur.

S V M M A R I A.

1. *Statutum omne habens in se motiuum rationis, æquum est, & rationabile.*
2. *Statutum feminarum exclusiuum an odiosum censendum.*
3. *Statuta etsi à iure communi exorbitantia, non tamen illicita sunt.*
4. *Statutum quatenus illicitum dicatur.*
5. *Statutum disponens quod filia deficiente patris hærede absque filijs, patruus, eiusve filij succedant, salua tamen legitima defunctæ hæredibus, licitum est & rationabile. & ex quibus. & 3. seq. num.*
9. *Statutum vt comprehensum dicatur sub confirmatione Papali, habente conditionem, quatenus sint licita & honesta, sufficit quod honestum & licitum sit, etsi contra ius commune.*

D E C I S I O DX.

Statuto Amerino, sub tit. de successionibus ab intestato, cauebatur, vt deficiente filia, quæ fuit hæres patris absque filijs in bonis patris succedat patruus, vel eius filij, salua legitima hæredibus defunctæ debita; Dubitaui, An foret licitum, & honestum, ita vt comprehenderetur sub Papali confirmatione in qua aderat clausula, *dummodo sint licita, & honesta*, & causa proposita die 15. Decembris 1593. cum non potuisset capi resolutio, & propterea Rota ordinasset, vt omnes Domini eam viderent, in hac propositione sub die 19. Ianuarij 1594. conformiter censuerunt prædictum statutum esse licitum, & honestum, & consequenter illud intelligi confirmatum. Regula enim cõstitui solet, quod omne statutum habens motiuum rationis dicatur æquum, & rationabile. Iason in l. ex 1 facto. num. 9. versic. confirmatur ista pars. ff. de vulg. & pup. Tiraquell. in tractat. in præfat. num. 75. versic. ad id autem. & consequenter hoc statutum excludens feminas propter masculos, cum dicatur conditum ex causa rationabili, fauore agnationis conseruandæ, & validum, & licitum, & honestum videtur, & sic sæpe Rota censuit, tum in causa Romana Dotis de Marganis die 8. Iunij 1602. coram Domino Robusterio, tam in alia Asculana, legitimæ, die 19. Nouembris 1579. coram Reuer. Patre, Domino meo Blanchetto.

Quamuis enim similia statuta ex capite exclusiuo 2 feminarum † censeantur odiosa, nihilominus quatenus respiciunt fauorem agnationis quæ conseruatur per masculos, fauorabilia dicuntur, & publicam continere vtilitatem, Bart. in l. quemadmodum, num. 4. C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. 2. §. exercitium. nu. 2. ff. de his, qui not. inf. Dec. consil. 661. nu. 2. & seq. Mynsing. in sing. obseru. cent. 6. obseruat. 41. quin imò, quod huiusmodi statutum sit etiam fauorabile, & ex capite exclusiuo feminarum, cõtinet odium rationabile, defendit Curt. Iun. consil. 153.

3 Neque hæc statuta censentur illicita, † ex eo quod sint contra ius commune, cum omnes populi habeant authoritatem talia statuta condendi, l. omnes populi. ff de iust. & iur. l. in bello. §. manumittendo. ff. de cap. & post. reu. Lapus alleg. 100. num. 1. latissime Alber. tract. de stat. par. pr. q. 7. num. 10. Illicitum verò foret 4 si Dei, † vel proximi offensionem contineret, aut peccatum nutriret, clem. 1. in pr. vbi Anchar. not. 1. & Imol. not. 2. de vsur. vel si esset contra bonos mores, & materiam tribueret delinquendi. Ang. cons. 234. num. 5. & consil. 323. Signor. consil. 16. num. 4. & seq. Crau. 229. num. 4.

5 In hac autem specie ex multis videbatur † licitum, primo enim disponebat, quod deficiente filia, quæ fuerat hæres patris absque filijs, patruus, vel eius filij succederent in bonis patris salua legitima hæredibus defunctæ, ex quibus apparebat, quod fuit conditum fauore agnationis paternæ conseruandæ, quod respicit publicam vtilitatem, l. 1. §. pen. ff. de vent. inspic. & fuit decisum in illa Asculana legitimæ, ea ratione, vt in familijs honor, & nobilitas per diuitias conseruentur. late deduxit Ang. cons. 221. num. 21. & cons. 389. num. 1. Corn. consil. 224. num. 6. & seq. lib. 2. & consil. 271. num. 6. lib. 4. Alex. consil. 52. lib. 4. num. 4.

6 Item, quia hoc statutum loquebatur † limitatiue, quando filia decedebat sine filijs, quo casu non agebatur de aliquo præiudicio descendentium, sed collateralium, quibus non ita debetur successio, l. 2. & 3. ff. de inoff. test.

7 Restringebatur præterea ad † successionem in bonis, quæ fuerant patris, atque ita respicit ad conseruandam agnationem patris, cuius filia dicitur agnata fratri ipsius patris, qui dicitur patruus, vnde est ei cõiuncta per virilem sexum. §. ceteri. Inst. de legit. agnat. success. vers. & hæc quidem lex. Socin. Iun. consil. 191. num. 6. & cons. 227. num. 4. & 5. lib. 2.

Præterea idem statutum præseruabat hęredibus filiæ legitimam sibi debitam in bonis patris, vnde non poterat censeri irrationabile, & consequenter neque illicitum, & inhonestum.

Nec prædictis obstat authoritas Bald. consil. 83. incip. præmittendum, est lib. 3. quia Bald. loquebatur in casu longe diuerso, scilicet in statuto excludente matrem à legitima, seu quando mater in totum excluditur, à successione filij, vel filiæ propter collaterales, sicut etiam non obstare dixerunt Domini hoc statutum esse correptorium iuris communis, aut ei contrarium. l. maximum vitium. ff. de lib. præter. l. lege duodecim

cim tabularum. ff. de leg. hæred. aut ei deroget in ordine succedendi cum excludat sorores ob patruos, & agnatos transuersales, qui sunt remotiores, quia prætcrquam quod non est iure prohibitum condere statuta iuri commum contraria, vt paulo ante dictũ fuit, & docet late Alberic. tract. de stat. par. pt. q. 7. & hoc 8 statutum factum fuit à populo † subiecto cum Principis authoritate, cum præterea non esset contra ius diuinum, vel naturale, vel bonos mores, nec nutritiuum peccati, nec aliquam delinquendi occasionem præberet, quinimo respiceret publicam vtilitatem neque illicitum, neque inhonestum, Zabatell. in c. vlt. §. licet. num. 58. vers. alleganti ergo. de consuet. Illustriss. Salm. ad leges Taur. in repetit. lib. 1. nu. 331. & 332.

Decisio in causa Vrbeuetana Castrorum, non poterat huic casui nostro applicari, nam ibi tractatur de exclusione filiarum legitimarum, & vocabantur spurij, quod propterea poterat videri illicitum, quia præbebat occasionem delinquendi, & eodem modo respondebatur ad decisionem in causa Montis Falisci hæreditatis, quæ tota fundabatur in decisione Vrbeuetana Castrorum.

9 Denique dicebatur, quod † licet generalis confirmatio non comprehendat statuta contra ius, id poterat procedere, quãdo confirmatio esset simplex, secus si haberet aliquam clausulam specificatam, qualis erat in hac confirmatione, illa enim quatenus sint licita, & honesta, quia tunc ad effectum, vt statutum intelligatur cõfirmatum, sufficiebat, quod esset licitum, & honestum, licet esset contra ius.

SACRATI.

Romana, de Magdalenis, 4. Decemb. 1600.

ARGVMENTVM.

Annua præstatio pro dote consignari super bonis fideicommissarijs, recte potest, & mortuo patre dotem assignante, annua illa præstatio non expirasse, nec mandatum super ea relaxatum, reuocandum esse censetur.

SVMMARIVM.

1 *Filia ex bonis fideicommisso subiectis, dotari possunt.*

DECISIO DXI.

QVoniam Vannoctia de Pontianis testamento reliquit Iuliano & Petro de Magdalenis, suis ex filia nepotibus, inter alia bona quoddam Casale Campanile nominatum, cum expresso fideicommisso, ad fauorem descendentium masculorum ex prædictis Iuliano, & Petro, exclusis feminis in quocunque gradu, quæ feminæ maritarentur & maritari debeant secundum eorum conditionem de dictis bonis. Obijt Petrus sine filijs, Iulianus verò relictis quinque filijs, Iulio, Petro, Dominico, Octauio, Paulo, & Horatio patre Caroli & Tarquiniæ, post obitum Iuliani suprad. illius filij adepti fuerunt possessionem bonorum fideicommisso subiectorum. Mortuo demum Horatio Carolus illius filius egit coram Domino Massa fideicommissaria contra Iulium patruum, contra quem obtinuit relaxari mandatum de manutenendo sub hac forma, sub pœnis &c. eundem instante in quasi possessione exigendi Domino Iulio, & pr. sc. 201. l. t. 90. rub. 12. grani quolibet anno eidem instante, vt dicitur debitũ ex affictu Casalis Campanilis inter ipsas partes pro certis ratis communis, & per ipsum Iulium possessi manutenuisse &c. Idem Carolus nuptui tradidit supranominatam Tarquiniam sororem suam, Hieronymo Polliono, pro cuius dote eidem promisit scuta 2400. soluenda infra 4. annos, & interim fructus soluere promisit, pro quibus omnia sua bona, & in specie dictam annuam præstationem hypothecauit, ad computum dictæ dotis, fuerunt assignata Domino Polliono quædam bona immobilia, pro residuo verò Pollionus iudicialiter egit contra Carolum, coram mortuo Carolo idem Pollionus obtenta à Sanctissimo speciali cõmissione dicto Iudici directa, citatis D. Iulio, & alijs obtinuit deueniri ad subhastationem, & deliberationem dictæ annuæ præstationis, nempe pro sc. 100. & rub. 12. grani, cum augmento tertiæ partis pluris, iuxta formam statutorum appellarunt fideicommissarij, verũ de vlteriori prosecutione appellationis non constat, vnde ab illo tempore citra, tam ipse Pollionus, quàm alij ex titulo exemptionis illius cessionarij exegerunt dictam annuam prestationem, absque eo, quod appareat de aliqua contradictione, demum cum Iulius, & alij fideicommissarij intenderent prosequi causam super dicto fideicommisso, fuit coram me dubitatum, præsupposito sine veri præiudicio fideicommisso dictæ Vannoctiæ, & alijs hinc inde deductis, An per mortem Caroli sine filijs expirauerit annua præstatio, & mandatum Domini Massæ alias relaxatum veniat reuocandum, in casu, & ad effectum de quo agitur. quod in vtroque parte fuit negatiue resolutũ, & præcipue ex fundamento quòd ex dispositione testatoris, 1 feminæ † ex bonis fideicommisso subiectis sunt dotandæ, vt patet ex testamento, & fuit resulutum in hac causa coram Illustriss. Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, 19. Decembris 1594. Vnde cum Hieronymus vir Tarquiniæ, coram Iudice N. institisset, vt dicta prestatio annua subhastaretur vel sibi dotis nomine adiudicaretur, & Iudex nõ obstante, quod Carolus esset mortuus, & quod fideicommissarij opponerent de fideicommisso adiudicauerit dictam annuam præstationẽ Domino Hieronymo pro concurrenti quantitate suæ dotis, dicti fideicõmissarij dictæ adiudicationi acquieuerint, non prosequendo appellationem, merito non potest modo allegari, quod annua præstatio expirauerit, & sic venire contra factum Iudicis, qui est effectus, de quo agitur, obstante illis re iudicata. l. 1. C. de re iudic. l. 1. quando prou. non est nec. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Bene Alex. cons. 123. num. 1. vol. 2.

Imò videntur expresse fideicommissarij approbare sententiam iudicis, & per consequens non posse contra illam venire ex solutionibus per plures annos post sententiam factis, ad not. in l. ad solutionem. & ibi Corn. nu. 3. C. de re iud. Mars. sing. 186. Fely. in cap. gratum. nu. 7. vers. intellige primo. de off. deleg. Soc. Iun. cons. 113. nu. 3. in fin. lib. 3. & clarius per Dec. in consil. 618. num. 1. ex quibus sequitur resolutio secundæ partis dubij, nempe mandatum non esse reuocandum, cum imò stante quasi possessione cessionariorum, si non esset datum, durante lite, deberet dari. §. retinendæ. Inst. de interd. late Castr. consil. 3. vol. 2.

PEREGRINI.

Romana, Domus de Alicornis, Lun. 2. Mar. 1598.

ARGVMENTVM.

Stante prohibitione alienationis ad fauorem omnium de familia, extantium, & nascituris etiam in casum mortis ad fideicommissum vocatis, domus vendita à fideicommissarijs præsentibus, libera non censetur, nec emptori per consensum eorum satis cautum.

SVMMARIA.

1 *Alienatione prohibita stante, dominium in emptorem non transfertur.*

2 *Verbum prætensum dubitationem denotat.*

3 *Domus magni valoris an pro debito exiguo alienari possit.*

DECISIO DXII.

DOmini tenuerunt, Domum de qua controuertebatur, non esse liberam, neque fuisse consultum emptori per consensum præstitum à vocatis ad fideicõmissum casu mortis: tum quia alij nasci possunt, qui vti ad fideicõmissum in casu mortis vocati domũ vendicare poterant, tum etiã quia adest expressa, & particularis prohibitio alienationis ex qua nouũ inducitur fideicõmissum, non quidem restrictum ad personas,

quæ vocantur in primo, ita vt intrei consil. Dec.636. num. 7. sed ad fauorem etiam filiarum testatoris, & ipsarum descendentium, & demum ad fauorem omnium de familijs de Alicornis, quo casu hoc secundum non regulatur à primo, vt fuit decisum in illa Vrbeuctana fideicommissi, 29. Maij 1579. coram Domino meo Pamphilio, & propterea non dicitur satisfactum obligationi de tradendo rem liberam, etiamsi mille cautiones præstarentur, qoia illæ non sufficiunt ad hunc effectum, quoties appareret de obligatione ipsa, licet sit secus, si de obligatione dubitatum fuisset, vt declarando doctr. Bart. in l.cum quis. §.qui hominem.ff.de solut. & in l.si quis aliam. num.2.eod. tit.tradit Cum. in d.§.qui hominem. qoem refert, & sequitur Alexand. in l.Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb.oblig.

Quod molto magis procedere fuit dictum in casu, de quo agebatur, in quo stante prohibitione alienationis in emptorem dominium 1 † non potuit transferri, vt communiter Scribentes in l.filiusfam. §.Diui.ff. de leg.2.& fuit consideratum coram Reuer. Patre Domino meo Decano, in illa Romana, Census de Cuppis, 15. Martij 1577. quæ est in 2. libro suarum decisionum decis.232.

Nec obstare visum fuit, prætensa sententia fideicommissi in emptore, tum quia de eo non constabat, cum illud fuerit enunciatum in alio instrumento census ioter venditorem, & emptorem celebrato, cũ hoc 2 verbo, *prætensum*, † quod dubitatiooem denotat, tum quia quando etiam ob id diceretur emptor io culpa, in non perquirendo, an adesset fideicommissum, præualet dolus venditoris in non exprimendo adesse fideicommissum, imò in asserendo domom esse liberã, vt late per Sylu.Aldob. cons.19.nu.55.& fuit decisom in illa Romana, Vineæ 5.Iunij 1579. coram Domino Oriolensi, quæ est decis.280. ou.3.part.2. Diuers. Tum denique, quia stante dicta prohibitione alienationis sententia emptoris nihil ad hunc effectum operatur, vt fuit decisum in illa Romana Palatij de Garbonibus, quæ est decis.49.par.2.Diuers.num.20. Sed quia pro parte Equitis dicebatur domom istam fuisse primo alienatam pro ære alieno soluendo, ac pro legatariarũ satisfactione, vt fieri poterat, l.peto.§.prædium. ff.de leg.2. & in omnem euentum illam pro legatione eligi potuisse: Pro parte verò Mariani prætendebatur 3 domom magni valoris, † pro exiguo debito non potuisse alienari.l.magis puto. §.item Prætor.ff.de leg.2. Gabr.consil.118.nom.6.& fuit decisum in vna Camarinensi, Fideicommissi, 24.Maij 1595. coram Domino meo Litta.

Nec aliquam debere legitimam, & in omnem euẽtum, cum adessent alia bona, non potuisset contra prohibitionem testatoris, domum alienari, nec eligi pro legitima.

Domini ordinarunt, vt firmaretur status totius hæreditatis, ad effectum videndi: An alia adessem bona, & ad quam summam ascendebat æs alienum, legata, ac præteosa legitima, & si illa debebatur: Prout etiam reseruarunt videre, an illa prætensa acceptatio seotentiæ Capitolinæ præiudicet Mariano.

P A M P H I L I I.

Bononiensis, de Mulettis, 15. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Testator volens eligi Doctorem de parentela, in euentum linea sua deficiente, de qua parentela sensisse intelligatur.

S V M M A R I A.

1 *Parentela vocabulo omnes quoquo modo coniuncti, tam respectu ipsius testatoris, quam grauati, intelliguntur.*

2 *Exceptio de regula debet esse.*

DECISIO DXIII.

DVbitaui, ioxta ordinem Dominorum, de qua parentela senserit testator, dum voluit eligi Doctorem de parentela, decedeotibus institutis, & substitutis sine filijs, & fuit resolutum, testatorem non se restrinxisse ad parentelam suam, neque ad parentelam filiorum, vel vltimo decedentium, sed indistincte, & indefinite vtramque parentelam, tam suam, quàm heredum comprehendi voluisse.

Testator enim in hac substitutione nõ fuit contemplatus parentelam absolute, sed deficiente linea de Mulettis, sobstituit vnum probum, modestum ac morigeratum iuuenem, & legum Doctorem, Bononiensem, à Rectoribus eligendum, deinde subuenit, quod si aliquis Doctor de parentela adsit, is præferatur & eligi debeat, videtur tanquam primo, & principaliter contemplata qualitas Doctoratus, & deinde qualitas parentelæ Doctoribus annexa, quo casu ex verisimili mente testatoris, non potest dici, eum voluisse negligere Doctorem de sua parentela, cum is quoque necessario futorus esset de parentela filiorũ, neque etiam voluisset excludere eum, qui esset de parentela filiorum, ob præsumptam affectionem erga liberos institutos, & hoc ideo videtur dicendum, quia hic nõ agitor de vocatione proximioris, & parentela, quo casu cadit alteratio, de qua sit sentiendum, iuxta decisionem bon.memor. Robusterij, in causa Bononiensi de Beroissed. de vno Doctore ex parentela, qui potest esse in remotiori gradu, ioxta l.vnum ex familia.§.1.cũ ib.not.per Scrib.& l.2. & sioe sit de parentela testatoris, siue vltimi decedentis, est præferendus Doctori extraneo, & alijs de parentela, etiam proximioribus, qui non sunt Doctores, neque sunt vocati.

Et tanto magis, quod secundum commonem vsum 1 loquendi, verbum parentela comprehendit † omnes qui quoquo modo coniuncti sunt, tam respectu ipsios testatoris, quàm graoati.gl.in clem. vn.in verb.parentelam. de iureiur.c.parentela.25.q.5.c.fin.qoi cler.vel vouentes.& tantum est dicere, parentelam, sicut propinquitatem, Aret. in c.cum in sua.in 2.not.de test. licet in cons.268.stricte recipiat pro descendentia paterna, vel materna, qood huic casui non potest adaptari.

Neque obstat, quod dicitur testatorem se restrinxisse ad suam parentelam, ex quo exclosit filios soro-2 rum suarum, per regulam, qood † exceptio debet esse de regola, quia cum in illis essent etiam de parentela institutorum, & substitutorum, eadem ratione videtur dicendum, contemplatam fuisse parentelam, indistincte, tam suam, quàm filiorum, & vltimo descendentis, vltra quod non solum exclosit descendentes sororum, sed etiam eorom, qui secum litigarunt, quæ exclusio includit omnes alios, l.cum prætor.ff.de iud.l.nã quod liquide.ff. de pen.leg.

Accedit etiam, quod testator ad plures gradus substitutionum deuenit ordinare fideicommissum perpetuo duraturum, & sic necessario fatendum est, sensisse etiam de parentela, grauati vltimo descendentis, quasi testator non habuerit respectum ad personas, sed tantum ad successionem sanguinis, vt arguit Socin.cons. 249.nu.21.vers.14. confirmatur lib.2. & cons.86.n.9. & 12. lib.3. & habetur in d. decisione Robusterij, sub nu.15.in vers.tertia coniectura, cum alijs allegatis per Informantes. Non enim est verisimile, testatorem qui voluit prouidere perpetuitati, sensisse solum de sua parentela, quæ vltra tertiam, vel quartam electionem de facili non aderit exclusiue, ad parentelam grauati, vel vltimo descendentis, effecta perpetua per ipsius prouisionem, sed velit, quod deficiente linea de Mulettis eligatur Doctor, & deficiente linea Doctoris electi, eligatur alius Doctor de parentela, si aderit, & hic ordo, quod debebat eligi alter, vt supra seruari

debeat

debeat perpetuo, & in infinitum, donec seculum durabit, Socin.d.consil.299.sub num.21. Mol.de primog. Hispan.lib.3.c.9.n.13. & ita cessant, quæ deducuntur ex Bartol.l.si cognatis.ff.de reb. dub. & alijs allegatis, quia non procedunt in fideicommisso successiuo relicto familiæ, quæ debet illud capere de manu grauatorum, per multos gradus descendentiũ, prout est istud, de quo agitur, ex Socin. & alijs supra allegatis, vltra quod non applicatur huic casui, vbi non agitur de vocatione proximioris ex parentela, vt supra dictum est.

Non obstat, quod in alia parte testamenti fecerit mẽtionem de familia, adiecerit pronomen ipsius, quia illud factum ad demonstrãdum, quodnam cognomen assumere teneretur hæres electus, post defectum omnium agnatorum.

Non obstat, quod dicitur Tenentes non esse de parentela testatoris, & alia, quæ hinc inde, ad se inuicem excludendos adducuntur, quia non faciunt ad præsens dubium, sed percutiunt aliud dubium prælationis, inter istos litigantes, de quo agitur, vter eorum in hac electione sit futurus potior.

SERAPHINI.

Bononiensis, fideicommissi vlt. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Fructus, & legata matri facta, an per filium in legitima ipsius imputentur. Et quid in vsufructu.

SVMMARIA.

1. *Fructus percepti ex hæreditate plena iure quæsita, in legitimam descendentium grauatorum onere restituendæ hæreditatem, non computantur.*
2. *Et quid in legitima ascendentium.*
3. *Filius acceptans patris dispositionem, si legitimam vult detrahere, quæ computare in eam teneatur.*
4. *Vsusfructus pars est dominij.*
5. *Aedes possidens non dicitur singulas partes possidere, sed domum.*
6. *Vsusfructus vt recte imputetur, valor ipsius tempore mortis testatoris, non autem quantitas fructuum hæreditatis percipiendorum, inspiciendus.*
7. *Legitima in vsufructu, vel fructibus, vel pecunia, quatenus constitui possit.*
8. *Legitima per acceptationem vsusfructus, renunciatum non censetur.*
9. *Res mea seruire mihi non potest.*

DECISIO DXIV.

GAspar de Scappis nullos habens filios in suo vltimo testamento titulo institutionis, vsufructuarium omnium suorum bonorum reliquit Dominam Dorotheam, eius matrem, eidẽque legauit multa alia bona, mobilia & se mouentia, hæredes verò proprietarios instituit Euangelistam & Scappum de Scappis, eisque substituit alios de eadem familia, qui nunc sunt in causa.

Decessit Dn. Dorothea hærede instituta Dn. Domicilla filia, quare cum factus esset locus restitutioni bonorum, ob finitum vsufructum, fuit pro parte Dn. Domicillæ petita legitima super istis bonis, ex persona matris. Econtrario fuit dictum, in legitimam esse imputandas non solum pecunias, supellectilia, & alia bona legata, sed etiam vsumfructum, quod cum econtrario negatur, emanauit dubium, An fructus, & legata facta Dorotheæ, matri per Gasparum filium imputeritur in legitimam ipsius.

Et sub die 10. huius mensis, Domini dixerunt, legatum pecuniarum, supellectilium, & aliorum, esse computandum in legitimam, ex regula l.omnimodo. & l.scimus.C.de inoff.test. Bart.in l.in quartam. 10. ad leg.Falcid.& 16. Rip.numer.140. Bologn.245. Pic.nu. 180. Paris.consil.93.num.56. lib.2. & in specie in mobilibus Capr.consil.32.num.7. Paris.consil.1.num.89. lib.3. Curt.Iun.cons.180. num.5. lib.2. Petr. Anton. à Petr. de fideic.num.109.q.15. prope finem. & pro hac parte vigent duæ coniecturæ, vna quod debitum erat necessarium, ideo relictum censetur in compensationem. altera quia voluit sua bona integraliter peruenire ad substitutos, fuit autem reseruatum videri, An vsusfructus sit in legitimam computandus.

In hac difficultate nonnulli Domini confundentes materiam vsusfructus, dederunt materiam Informãtibus confundendi duas quæstiones valde differentes. Et ideo pro propositi dubij resolutione, est animaduertendum, longe diuersam esse quæstionem illam, an fructus ex hæreditate percepti computentur in legitimam ascendentium, ab illa, vtrum vsusfructus in legitimam imputetur. Nã in illa quæstione agitur de fructibus perceptis ex hæreditate pleno iure quæsita, in quibus clara est sententia, eos non † imputari in legitimam descendentium grauatorum onere restituendæ hereditatis, & tantum controuertitur inter Doctores, An idem obseruandum sit in legitima † ascendentiũ, in qua re magna est, & difficilis inter Doctor. controuersia, nonnullis volentibus vtramque legitimam, à pari procedere, quæ opinio humanior videtur. Alijs verò volẽtibus in hac differre, & in ascendentibus fructus in legitimam esse computandos, cum ipsis nõ debeatur legitima naturali vinculo, sed iure positiuo. l. nam etsi.de inoff.test. & hanc sententiam amplectũtur magis communiter Doctores, nempe Bald. Alex. Rip. Franc. Fab. & Montepir. Bereng. Roder. Rol. Ceph. Rimin. Crass. & alij relati per Surd.decis.21. num.11. & Peregr. de fideicom.49.nu.45. Quibus addi possunt alij allegati ab Informantibus, & in specie de communi testatur Ioan. de Garon.in 2. part.Authent.ex testa, nu.53. C.de sec.nu.& notabil.Costa.in repetit. c.si pater.num.37.In fin. de test. licet vterque contrariũ sentiat, & Doct. Hispani differentiam statuant inter vtrãque legitimam, Molin.lib.3.de succ.creat.§.4.num.11. Matt.in l.1.tit.& gloss.7.n.2.& 3.lib.5. recomp. Greg. Lop.in l.8.tit.11. gloss.8.p.6. Anton. Gomez. var.resol. tom.1.c.2.num.6. & c.11. num. 36. Azoned. in l.1.tit. 9.num.49. lib.5. recomp. Verum cum pro contraria parte adsint multæ, & non contemnendæ Doctorum authoritates, non est visum Dominis, decidere hanc causam, ex hoc capite, quamuis communior opinio sit pro Domini de Scappis, cum simus in longe faciliori casu, vt mox dicetur.

Secundo autem est animaduertendum, Informantes laborare in æquiuoco, dum sumunt argumenta à constitutione & assignatione legitimæ, à principio, ad imputationem, quæ fit tunc, cum restituenda est alicui hæreditas deducta legitima, nam licet legitimam non teneatur filius acceptare in fructibus, nec in vsufructu, vt not.glos.in l.scimus.§.repletionẽ.C.de inof. test.& est text.in §. prohibemus. auth. de trien. & semiss.neque in sola pecunia, Bart. in l. secus quoque de hæred.inst.Bald.in d.§.repletionem, tamen vbi agitur de imputatione, secus est, nam postquam filius acceptauit dispositionem patris, quando vult legitimam detrahere, tenetur in eam computare † quicquid de bonis paternis ex patris dispositione est cõsequutus, etiã si titulo legati relictũ fuerit.l.omni modo. & l.scimus. C.de inoff.test. Doct.in l.in quartam, vbi Bologn.num. 295.ad Leg. Falc. Crass. de success. §.legitima, qu.20. Vaschiuius de success.creat.§.30.nu.240.

His statutis, deueniendo ad casum nostrum, cẽsuerunt Domini istum vsumfructum esse in legitima cõputandum, cum illũ consecuta fuerit mater ex dispositione filij, & illum acceptauerit, & retinuerit toto tempore vitæ suæ. Nam negari non potest, quicquid dicant nonnulli Doctor. econtrario allegati, hunc esse ex substãtia testatoris, cum tale ius formale per ipsum super suis bonis cõstitutum fuerit, & recipiat æstimationem. Nam & constitui per venditionem potest, &

est

est decisio Rot. 2. de empt. & vend. in antiq. Quod autem sit ex substantia testatoris, satis probatur ex l. 4. de vsufr. vbi inquit Iurisconsultus, vsusfructus † pars est dominij, & quamuis, donec non constiterit formaliter, esse non censetur, tamen casu aliter inest in dominio nostro, quemadmodum is qui ædes possidet, † nõ dicitur singulas partes possidere, sed domum, l. eũ qui ædes. de vsucap. ac tamen non potest negari singulas domus partes in eius esse dominio, quod autem vsusfructus pars dominij sit, in quibusdam casibus, & effectum partis dominij habeat, & de eo idem censeatur, quod de parte fundi, videatur Cuiac. qui optime hanc materiam tractat ad Papinian. q. lib. 17. l. 33. de vsufr. §. si vsumfructũ. & lib. 12. ad l. 25. quand. dies leg. ced. Ideo argumentum, illud, quod sit, legitimam deberi ex bonis ipsius testatoris, & ex eiusdem substantia, l. scimus. C. de inoff. testam. nullius est momenti. Nam licet verum sit, fructus perceptos post obitum, nunquã fuisse in bonis testatoris, ius tamen percipiẽdi in eius bonis erat, & potuit illud ius in alium transferre, ita vt post mortem perpetuetur illa facultas percipiẽdorum fructuum iudicio testatoris, illud itaque fundamentum fortasse procederet, si ageretur de fructibus ab hærede ex hæreditate perceptis, & faceret ad eam quæstionem, quam supra ab hac distinximus, sed in casu isto aliud est, cum vt dictum est, vsusfructus æstimari & vendi potuit, & nõ applicatur, quod dicitur fructus nunquam fuisse in dominio testatoris, quia non fructus imputantur in legitimam, sed ius illud formale vsusfructus æstimandum, iuxta l. hæreditatum. ad leg. Falcid. facit text. in l. Mæuius. §. fundo legato. de leg. 2. vbi ait Iurisconsultus, vsumfructum emolumentum rei continere, & hoc ideo probat text. in contrarium allegatus in d. §. repletionem, vbi habetur repletionem fieri ex ipsa substantia, non si quid ex alijs caussis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi, vt puta vsusfructus, vnde apparet tex. loqui exempli gratia de vsufructu per consolidationem acquisito, & aduentitio, vt dicit Bal. qui casu, & non iudicio testatoris obuenit, quod si per ius accrescendi obuenisset, tunc esset imputandum cum ex bonis testatoris, & eius iudicio obuenerit, vt clare Bald. dicit, & post eum Salic. nu. 7. & Ias. in Auth. nouissima. cod. tit. nu. 45. qui vult imputari, si filius eum acceptauerit, idẽ tenuit Ruyn. cons. 194. n. 8. lib. 2. & ideo apparet Doct. desumentes argumentum à fructibus ad vsumfructũ allucinatos fuisse, cum in imputatione vsusfructus 6 attendatur non quantitas fructuum † hæreditatis percipiendorum, sed valor ipsius de tempore obitus testatoris æstimandus, iuxta l. hæreditatum. ad legem Fal. vt tradunt Ias. d. num. 45. & Ruyn. d. consil. 194. nu. 8. lib. 2. & hæc quantum ad argumentum desumptum ex §. repletionem.

Quod verò dicitur legitimam constitui non posse 7 in vsu fructu, vel in fructib. vel † in pecunia, id quidem verum est, si agamus de constituenda ab initio legitima, vt supradictum est: verum secus in imputatione quando agitur de restitutione hæreditatis semel agnitæ, nam si aliquis ex hæreditate iudicio testatoris consequutus est hæres id ei in legitimam computabit etiã inuito, Ang. in l. in quartam. col. 3. ad leg. Falcid. Gabr. de leg. cons. 4. num. 15. Nec obstat, fructus percipiẽdos nũquam fuisse in dominio testatoris, & legitimam deberi statim ab obitu testatoris, & ipso iure fieri repletionem in bonis ipsius, quia cum à principio sit constitutus vsusfructus ex bonis testatoris, & eorum pars censeatur & eius temporis attendatur æstimatio, non a. pendeat ex futuro euentu durationis, & perceptionis fructuum, & in eo concurrant omnia requisita ad effectum imputationis in legitimam, vt fuit decisũ coram me in causa Romana de Platesis 17. April. 1570. nam quę dicuntur econtrario locum habent in fructibus, qui percipiuntur ex bonis hæreditarijs, non a. in iure formali vsusfructus, à testatore in bonis suis cõstituto, & ita est differentia, quæ est inter casum nostrum & quęstionem Doct. de imputatione fructuum in legitimam.

Quantum ad authoritates Doctorum in cõtrarium allegatas, non est difficilis solutio. Nam Anchar. cons. 128. super quo tu præcipuum fundamẽtum, loquitur in casu, in quo controuertebatur de validitate testamenti, in quo filius institutus fuerat in vsufructu tantum, & respondet Anch. & bene deberi legitimam ipsi filio in bonis testatoris pleno iure, alias testamentum esset nullum, vt ait sub nu. 2. vers. ego vero, vult institutionem allegandam esse in proprietate, & non in solo vsufructu, & sic loquitur in casu assignationis legitimæ, & non in casu cõputationis, vt supra distinximus. Corn. cõs. 265. l. 1. dum vult filios consequi debere legitimam à principio in plena proprietate & nõ in vsufructu, bene loquitur, sed dum nõ vult imputari vsufructum in legitimam ex eo, quod incertum est, quantum ex fructib. capi potest, quia dependet ex tempore incerto. Mouetur ratione falsa, & nullius roboris, non enim imputatio fieri debet fructuũ perceptorum aut percipiendorum, sed æstimationis ipsius vsusfructus, iuxta l. hęreditatum, & prout supradictum est. Verum etiam dici potest, eum loqui in constitutione legitimæ à principio, non autem in imputatione, nam sub nu. 3. in fin. vers. tamen. dicitur, filias non cogi acceptare illud relictum vsusfructus, sed possunt se velle portiones suas in corporibus hæreditarijs, & idem responderi potest ad cons. eiusd. Corn. 166. lib. 3.

Barbat. cons. 63. lib. 3. non facit ad rem, cum simpliciter dicat deberi legitimam filio in corporibus hæreditarijs, non in vsufructu.

Soc. Iun. cons. 64. lib. 2. loquitur in constitutione legitimæ, quæ licet petatur per hęredes matris in vsufructu bonorũ omnium institutæ, tamen non constabat, ꝙ ipsa acceptasset hãc constitutionem, in vsufructu ideo respondet ex eius persona hæredes posse legitimam in corporibus hæreditarijs petere, & confirmatur hoc ex ijs, quæ tradit sub nu. 11. & 12. & si acceptasset, vtiq; contrarium dicendum esset, ex trad. per Ias. in d. Auth. nouiss. n. 45. licet sub n. 2. idem Soc. videatur cõtrariũ sentire sed mouetur falsa ratione, nẽpe ꝙ isti fructus nõ possint imputari, quod non negatur, non enim fructus sed ęstimatio vsusfructus est imputandus, & eadẽ falsa ratione mouetur alias Bero. cons. 41. nu. 40. lib. 1.

Ruyn. cons. 184. lib. 2. facit pro hac opinione, nam sub nu. 8. sequitur sententiam Ias. in d. Auth. nouiss. sed vt manifestius redarguatur opinio contraria considerari potest, quod allegan Doctores fatentur, & in specie Soc. in d. cons. 64. nu. 7. vsumfructum constitutum ad certum tempus, puta 15. annorum imputari in legitimam, quia certum est vsq; ab initio computãdos fructus illius temporis, quod filius habebit legitimam ergo vera non est ratio illa, quod ideo super fructibus non potest constitui legitima, quia nunquam fuerunt in bonis testatoris, nam neq; hoc casu isti fructus fuerunt in bonis ipsius, vnde apparet aliam esse huius dispositionis rationem, nempe, vt super re certa legitima constituatur, ex qua fructus percipi possunt. Bal. in l. iubemus. nu. 10. ad Trebell.

Nec obstat, quod dicitur, quod per acceptationem 8 vsusfructus non † fuit renunciatũ legitimæ, quia neq; hoc prætenditur, cum agatur de imputatione in legitimam, non de renunciatione, nam alias idem posset dici de filio, qui alienat bona subiecta restitutioni, qui tenetur ea in legitimam imputare, & tamen non dicitur, alienatione sibi in legitima præiudicasse, quare si alienasset vsumfructum alicuius rei hæreditariæ, in restitutione tenetur, vel retinere, vel sibi imputare, & certe argumentum hoc; quod vsurpatur à Doctor. alleg. in

hac

hac materia, est omnino extra rem, & contrarium decidit Iasd n.48.

Reliqui allegati ad hoc, quod legitima in vsufructu non possit relinqui, veluti Grass. §. legitima. q. 15. Suar. in l. quoniam in priorib. ampl. 5. n. 3. C. de inoff. test. ex iam dictis euitantur, cum loquantur de constitutione legitimæ, à principio, non de imputatione, quando fit restitutio post agnitam hæreditatem.

Quod dicitur post Bero. cons. 41. num. 40. vsumfructum non esse in bonis testatoris, per l. quod nostrum. de vsuf. verum est, respectu iuris formalis, cum res no 9 stræ † nobis seruire non possint, sed est in bonis nostris, tanquam pars siue dominij, siue rei, seu fundi, vt supr. ex Cuiac. deductũ fuit, & ex l. eum qui ædes, de vsuc. Rebuff. post alios in l. recte dicimus vers. sed vt verum fatear. de verb. sign.

Quare censuerunt Domini rationes Doctor. fundatas esse, in eo, quod vsusfructus non sit de substantia testatoris, vel quod fructus percepti nunquam fuerint in bonis ipsius, vel quod ratione incertitudinis non fit imputandus, ex prædictis bene tolli cum vsusfructus sit pars rei, quæ est in bonis nostris, & non agatur de imputandis fructibus, sed de imputãdo valore ipsius vsusfructus, æstimando, habito respectu tẽporis obitus testatoris, & ideo non attendi incertitudinẽ fructuum percipiendorum. Et ita pro imputatione vsusfructus in legitimam conclusum fuit.

O R A N. I.

Cesenatensis, Hæreditatis. Lun. 12. Iun. 1595.

A R G V M E N T V M.

Fratribus à testatore ex æquis portionibus institutis hæredibus decedente vno ex illis, viuo testatore, filius ad portionem eius vocatus esse intelligitur.

S V M M A R I A.

1 *Substitutio compendiosa vulgarem, & pupillarem continet.*
2 *Testamenti pars vna ab alia declaratur.*
3 *Hæres non dicitur, qui hæreditatem non adiuit.*
4 *Voluntas sola in fideicommissis seruatur, etiamsi verba deficiant.*
5 *Fideicommissum tacite relictum, substitutis debetur.*

D E C I S I O DXV.

CVm Franciscus Vgolinus sibi hæredes æquis portionibus Vgolinum, Paulum, & Ludouicum, fratres suos germanos, testamento scripsisset, & eos quandocunq; contigerit sine filijs masculis legitimis & naturalib. decedere, ad inuicem substituit: Ac vxori vsũfructum omnium bonorum domi suæ existentium, & aliorum stabiliũ legasset, ita tamen quod quandocunque decederet, vel ad secunda vota transiret, dicta bona legata ad hæredes testatoris, vel eorum filios masculos legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita deuenirent. Accidit, quod Paulus vnus ex hæredibus scriptis viuo testatore ab humanis decesserit. Demum illo defuncto, quæstio suborta, An integra ipsius hæreditas Vgolino, & Ludouico, vel potius Fabricio, ea portio Pauli sui patris deberetur. Domini perpensa mature serio facti, resoluerunt portionem Pauli Fabricio deberi. Cũ enim testator vniuersales hæredes ex æquis portionibus fratres suos, vt permissum est, instituerit, quandocunq; decesserint sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, paulo ab hac luce viuo testatore subtracto, Fabricius eius filius ex verisimili voluntate testatoris ad eius portionem intelligendus est fuisse vocatus. Etenim hæc dispositio facta fuit per compen- 1 diosam substitutionem, † quæ continet vulgarem, & pupillarem. l. centurio. ff. de vulg. & pup. l. precibus. C. de impub. & al. subst. & vtrobiq; Dd. Respectu verò vulgaris, liberi positi in conditione censentur ex testamento vocati, quia ab intestato in portione patris, viuo testatore defuncti, non possunt succedere, cum haberet locum successio ex testamento, l. quamdiu. la 2. de acqu. hæred. consequenter reseruatio, & declaratio gl. in l. Lucius. la 2. in fin. de hær. inst. & ita intelligit Cor. cons. 74. nu. 4. & 6. lib. 1. Soc. Iun. cons. 158. n. 73. ad fin. lib. 2. & cons. 175. n. 25. & cons. 176. in fin. eod. lib. Cast. cons. 251. nu. 85. cum seq. Crau. cons. 917. n. 1. cum alijs quos congerit Mod. ab Aquil. in tract. quando fil. in cond. pos. lib. 3. cap. 4. Nec ad rem pertinet, quod filij positi in conditione, non possunt dici vulgariter substituti, ex quo directa substitutio non inducitur per coniecturas. Soc. cons. 140. nu. 1. Reu. pater D. Mantica, de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 3. nu. 26. & lib. 11. tit. 2. nu. 12. vers. nec obstat prima consideratio, quia in hoc casu. Ideo liberi in conditione positi intelliguntur ex testamento vocati, quoniam non possunt succedere ab intestato. Nam in d. l. Lucius. in fin. expresse dicitur, quod prudens consilium testantis animaduertitur, qui non solum fratrem hæredem prætulit substitutis, sed etiam eius liberos, vt late explicat Soc. Iun. cons. 174. nu. 24. vol. 2. Menoch. cons. 391. num. 31. & qui se subscripsit cons. seq. 394. nu. 5. & seq. Præterea cum liberi positi in substitutione compendiosa, in qua contineatur etiam fideicommissaria, in hoc non est dubium admitti, & recipi coniecturas, l. cũ proponebatur, de leg. 2. cũ cõcor. Proinde Fabricius, qui positus fuit in conditione, saltem per fideicommissum dicendus est in portione sui patris substitutus. Et hoc pacto cessat illa difficultas, quod directo quis non possit succedere, nisi verbis expressis fuerit scriptus hæres. ff. si tab. testam. nullæ extab. l. si quis eũ. §. vltim. de vulgar. maxime consideratis coniecturis concurrentibus, vt est qualitas masculinitatis, ex qua solet argui, testatorem voluisse consulere agnationi. Ceph. cons. 114. num. 23. lib. 1. Rom. Iun. cons. 21. nu. 44. obseruata dilectio maior filiorum Pauli, quam cohæredum, cum ita demum ad portionem Pauli voluerit eos admitti, si ex Paulo filij masculi non extarẽt, d. l. Lucius. Rimin. sen. cons. 189. nu. 19. lib. 4. & quod testator, vxori suæ reliquit vsumfructum omnium bonorum, in domo existentium, hac conditione expressa, vt si quandocunque decesserit, vel etiam ad secundas nuptias transiuerit, dicta bona debeant ad eius hæredes, vel ad eorum filios masculos legitimos, & in stir- 2 pe, & non in capita deuenire. Nam cum vna pars † testamenti aliam declaret, l. qui filiabus. in pr. l. si seruus plurium. §. vlt. de leg. 1. ex substitutione facta vxori clarum est, non solum vocatos fratres, sed etiam fratrum filios, vnde idem est dicendum de institutione, vt scilicet in ea nepotes censeantur vocati, Ias. cons. 108. nu. 30. vol. 4. faciunt tradita per Mod. Paris. ad Alex. cons. 109. lib. 2.

Neque aliud dicendum suadet, quod testator locutus fuerit de filijs institutorum hæredum, & hæres di- 3 ci non possit, qui non adiuit hæreditatem, l. post aditã. C. de impub. & al. subst. coniuncta l. 1. ff. de vulg. l. gerit. & l. pro hærede. de acq. hæred. quia hæc verba, institutorum hæredum, stant demonstratiue. Bart. in l. centurio. nu. 3. de vulg. subst. & ideo sufficit, quod Paulus etiam fuerit scriptus hæres in testamento, ad hoc vt Fabricius eius filius, in ipsius locũ subintret. Neque enim ad istum effectum interest, an ipse Paulus adierit, cum solum inspiciatur, an ante aditam hæreditatem decesserit, quia affectio testatoris, quæ oritur ex coniectura sanguinis, facit præsumi testatorem voluisse facere hæredem, etiam cõtra proprium verbi significatum. Soc. sen. consil. 26. num. 4. lib. 4. Soc. Iun. consil. 16. nu. 32. & 52. cum seq. lib. 2.

Neque etiam dicatur, Paulo viuo testatore ante aditam hæreditatem defuncto, cotrmile fideicommissariam substitutionem, l. illi à quo. §. si de testamento. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellian. quia huc, posset procedere, si Paulus solus fuisset hæres scriptus, sed cum duo alij fratres Vgolinus, & Ludo-

nicus hæredes extiterint, si tacita vulgaris substitutio non potest sustineri, ipsi intelliguntur grauati fideicommisso. Præsertim, quia portio Pauli deficiens cohæredibus cum suo onere accrescit. l. vnica. §. his ita definitis. & §. vbi autem legatarijs. C. de cad. toll. quod nullam recipit cõtrouersiam, cum dicti omnes fratres fuerunt substituti, & distributio partium pro indiuiso excluserit realem coniunctionem, l. re coniuncti. de legat. 3. Bald. consil. 362. versicul. ex quibus. lib. 1. & nihilominus, quatenus essent re coniuncti, tamen coniectura voluntatis teneretur fideicommisso. Nam in fi-
4 deicommissis † sola voluntas seruatur, etiam si verba deficiant. l. vnum ex familia. §. pen. de legat. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebellian. Credimus enim aliquem defunctum voluisse, & tamen non rogasse. l. si sponsus. §. vlt. vers. sæpe. de don. int. vir. & vx. maxime cum Vgolinus & Ludouicus Paulo fuerint expresse substituti, per reciprocam substitutionem, ibi eos inui-
5 cem substituit, quia fideicommissum † tacite relictum ab instituto debetur substitutis, præsertim cum accedat etiam coniectura voluntatis, l. licet Imperator. de leg. 1. l. si Titio, & Mæuio. §. Iulianus. de leg. 1.

GYPSII.

Strigoniensis, Violati testamenti, Merc. 2. Decemb. 1592.

ARGVMENTVM.

An filia ob violationem paterni testamenti hæreditate sit priuanda.

SVMMARIA.

1 *Legis dispositio cessare dicitur, vbi lex qualitatem requirit, & illa non concurrat.*
2 *Monitio in facto negatiuo, ne hæres aliquid faciat, non requiritur.*

DECISIO DXVI.

CVm Illustr. Comes Alexius Turzo, in eius testamento disposuisset, quod D. Andreas Battori, & si quis etiam alter futurus esset filiis suæ maritus, in dominium castrorum, filiabus suis relictorum, nullo modo intromitteretur, nisi prius promitteret, & literas obligationis daret, quod si contingeret, filiam sibi desponsatam, vel nubendam sine hæredibus ab hac luce decedere, ex tunc absque omni lite & processu iuris, castra, seu bona illa coniugis suæ cedendi filiæ alteri superstiti, vel si illam quoque decedere cõtingeret, fratris ipsius testatoris, r[illegible]deret, & restitueret, dubitaui, An constaret Dominam Annam seniorem, & Elisabetham violasse testamentum, intromittendo maritos suos ad castra absque requisita conditione, ad effectum, vt esset locus dispositioni Authent. hoc amplius. C. de fideicom. Et Domini, amplexi sunt partem negatiuam, moti fuerunt, quoniam si dictæ mulieres contrauenissent, omittendo recipere literas obligatorias, iuxta formam testamenti, quod negatur, & non esse contrauentum satis demonstrant Informantes, hæc tamen contrauentio ipsis obesse non posset, cum non præcesserit monitio iudicis, quæ hoc casu erat necessaria, vt innuunt verba d. Authent. & melius in corpore, vnde sumitur, de hæred. & Falc. & in §. si quis autem non implens, & tenent omnes Doctor. ibi Gozzad. consil. 34. num. 3. & suadetur, quoniam vbi lex requi-
1 ritur † aliquam qualitatem, nisi illa concurrat, cessat illius legis dispositio, l. quamuis. C. de impub. & al. substit. gloss. in l. mancipia. in verb. conuocandum. de seru. fug. Ioan. And. in c. 1. de homic. in 6. Fel. in c. super literis, nu. 17. de accus.

Si verò mulieres contrauenissent, introducendo suos maritos ad castra, non præcedente obligatione de illis restituendis, iuxta præceptum testatoris, tunc cum
2 in facto negatiuo ne hæres † aliquid faciat, non requiratur monitio, quæ solum fit ad constituendum hæredem in mora, vt in istis terminis declarat Aym. consil. 193. num. 4. satis datur intelligi, Auth. prædictam casui nostro non applicari, qui vt supra dictum est, Iudicis monitionem desiderat, per alleg. quibus addi possunt Decian. cons. 201. nu. 2. Fel. in c. nonnulli. col. antepenult. versic. amplia ista. de rescrip.

Nec refragatur, quod Aym. in loco superius citato, defendat, etiam in acto negatiuo, & sic in committendo pœnam, dictam Authent. locum habere, quoniam in casu suo pœna per testatorem expresse adiecta fuerat, & ita loquuntur Bartol. consil. 10. num. 19. & seq. lib. 2. Rol. consil. 70. num. 62. nu. 3. cum alijs allegat. sed in testamento dicti Comitis nulla pœna detegitur apposita, merito, &c.

Istis sic stantibus, non est opus sigillatim respondere omnibus contrauentionibus econtrario consideratis, quoniam siue sint in omittendo, siue in committendo, satis ex supradictis tolli possunt.

PAMPHILII.

Bononiensis, Bonorum, de Mulettis, Ven. 18. April. 1603.

ARGVMENTVM.

Legitima ad quam bonorum partem ascendat, & quæ in illam veniant imputanda.

SVMMARIA.

1 *Legitima ad dimidiam bonorum partem ascendit. & 2.*
3 *Ex legitima & Trebellianica funeris impensa deducenda est.*
4 *Vt & debita testatoris.*
5 *Et dos vxoris, ac legatum ei factum.*
6 *Expensæ item pro defensione bonorum hæreditariorum facta.*
7 *In tantum, vt etiam procedat, licet sententia contra hos sit lata.*
8 *Fructus ab hæredibus percepti in deductione æris alieni testatoris, & legatorum, quo ad legitimam & Trebellianicam, non compensantur.*
9 *Filij primi gradus fructus in Trebellianicam non imputant.*
10 *Fructus percepti post purificatum fideicommissum, à die litis contestatæ non imputantur.*

DECISIO DXVII.

POst resolutionem factam die 20. Decemb. præteriti, quod filijs Ambrosij testatoris debeatur legitima & Trebellianica, & possint detrahi à Ioanne eorum hærede, quatenus detractæ non sint, dubitaui, ad quam summam ascendant, & quæ in illis sint imputanda, & fuit resolutum, ascendere ad dimidiam par-
1 tem † bonorum hæreditatis testatoris. Ang. cons. 115. in fin. & cons. 307. in fin. Alex. cons. 3. nu. 2. lib. 7. Dec. consil. 299. sub num. 3. Hier. Gabr. consil. 121. nu. 53. & seq. & consil. 124. num. 1. lib. 1. præsertim in hoc ca-
2 su, vbi testator † reliquit tantum duos filios, & legitima est triens. §. 1. auth. de trienr. & sem. cum vulg.

Dixerunt tamen Domini, ex corpore totius hære-
3 ditatis ante legitimam † & Trebellianicam esse deducendam funeris impensam, l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. test. l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib.
4 & vtrobique not. Doctor. Item debita † ipsius testatoris per grauatos soluta, d. §. quarta. & d. §. in computatione, vbi not. l. æris alieni. ff. ad leg. Falcid. l. successores. C. eod. tit. Ruin. consil. 131. numer. 19. lib. 3. Paris. cons. 86. num. 10. cum seq. lib. 3. & consequenter do-
5 tem † restitutam Luciæ vxori testatoris. Aym. consil. 316. in 6. dub. Marzar. cons. 25. num. 4. Item & legatum eidem Luciæ solutum, quod hæres de proprio soluere non tenetur, l. qui quadraginta. ff. ad Trebellian. Ruin. d. cons. 135. nu. 10. in fin. lib. 3. Paris. 85. nu. 24. lib. 2. Aym. d. cons. 316. in 7. dub.

6 Visum fuit etiam deducendas esse expensas † factas per tutricem, pro defensione Bonorum hæreditariorum, in lite contra hæredes mota à testatoris sororibus, quæ prætendebant illa sibi deberi ex fideicommisso aliquo,

aliquo,& etiam pecunias dictis sororibus solutas, vt à dicta lite recederent, quæ ab hærede sunt detrahendę ex bonis fideicommissis, cum pro illorum defensione, seu recuperatione factæ sint, l. vbi pure. §. qui in distrahendis. ff. ad Trebell. l. fin. §. in computatione. vbi Bal. & Ang. in pr. Castr. num. 3. & Ias. num. 2. C. de iur. delib. Bald. cons. 73. num. 3. lib. 3. Grat. consil. 9. num. 17. lib. 2. Matzar. de fideicom. q. 67. & fuit resolutum corá Domino meo Seraphino, die 28. Maij, 1590. in causa Romana, Viridarij, & procedit etiam, quod hæredes sententiam non obtinuerint, quia sufficit fuisse im-
7 pensum in causam hæreditatis, & quod mediante transactione bona remanserint penes hæredes libera, à prætensionibus sororum, Fulg. d. §. in computatione. nu. 3. Aemil. consil. 15. num. 5. pertinet enim ad causam hæreditatis curare, ne ad alios deuoluatur, quam ad illos, quos testator expresse voluit sibi succedere, vt per Alexand. vbi supr. nu. 3. & fuit consideratum in dicta Romana, Viridarij, & ex eadem ratione deduci debent pecuniæ solutæ pro conseruandis bonis emphyteuticis deuolutis, in vita testatoris.

In hac autem deductione æris alieni testatoris, &
8 legati soluti ab hæredibus, fuit decisum, non † esse compensandos fructus ab eis perceptos, cum isti sint soluendi ex bonis testatoris, non autem hæredum, ad quos pertinent fructus medio tempore percepti, & ideo adueniēte tempore restitutionis detrahunt, quicquid pro sorte creditoribus & legatarijs soluerūt glos. Bartol. & alij, in l. mulier. §. cum proponeretur. & in l. educta. §. qui post. ff. ad Trebellian. Ruin. consil. 115. num. 13. lib. 1. & consil. 135. num. 10. lib. 3. Aym. cons. 295. in 6. dub. Hieron. Gabriel. in consil. 124. num. 4. & 7. lib. 1. & idem dicendum est, de expensis necessario & vtiliter factis in causis hæreditarijs, Alexand. cons. 123. in fin. lib. 1. Ruin. consil. 117. num. 1. & cons. 133. num. 14. lib. 5. Rol. consil. 78. num. 17. & cons. 30. numer. 4. lib. 1.

Quo verò ad fructus perceptos per Ambrosium iuniorem nepotem testatoris, ab obitu Francisci filij eiusdem testatoris, vsque ad tempus, quo per obitum Ambrosij fuit factus locus huic fideicommisso, de quo agitur, fuit decisum, illos in Trebellianicam imputandos,
9 quia quod dicitur, filios primi gradus non † imputare fructus in Trebellianicam, ex l. iubemus. C. ad Trebel. non procedit in liberis vlterioris gradus, & in nepotibus, qui fructus non lucrantur, sed imputant in quartam, gloss. in l. quod de bonis. §. qui auus, in verb. compensabatur. & ib. Bart. ff. ad leg. Falcid. idem Bartol. in l. Papinianus. §. vnde quæritur. num. 2. ff. de inoff. test. Oldrad. consil. 248. in 5. quæst. Bald. consil. 291. nu. 4. lib. 1. Rol. qui alios adducit in consil. 30. nu. 1. lib. 1. & tenuit Rota coram Domino Comitulo, sub die 4. Iun. 1591. in causa Romana, fideicommissi de Valle.

Hoc enim intelligebant Domini quo ad fructus hereditatis, quę subiacet restitutioni, non autem respectu fructuum legitimæ, quæ debetur filijs vnà cum fructibus. gloss. in l. in fideicommissariam. & ib. Rip. nu. 45. ff. ad Trebellian. Vinc. de Franc. decis. 16. num. 3. nec Trebellianicæ, quam vnà cum fructibus debet hæres grauatus habere à die obitus testatoris. l. mulier. §. si hæres. versic. alia causa. ff. ad Trebellian. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad Leg. Falcid. Rip. in d. l. in fideicommissariam, numer. 24. Bald. consil. 291. numer. 4. lib. 5. & fuit resolutum in causa Foroliuiensi, prædij, de Magliano, die 14. Maij, 1583. coram bon. mem. Cantuccio.

Quo verò ad fructus post purificatum fideicommissum, à die litis contestatæ, à Ioan. perceptos, fuit de-
10 cisum, illos † non esse imputandos, quia mortuo Ambrosio iuniore, Ioannes illius hæres non fuit in aliqua mora restituendi, ex quo nondum fuerat facta electio personæ, cui esset facienda restitutio. l. mulier. §. si hæres. in pr. resp. ff. ad Trebell. gloss. in l. in fideicommissariam. ff. eod. & in d. §. si hæres. in verb. videntur. in c. Raynutius, in verb. à tempore litis contest. de testam. Bald. d. consil. 291. num. 4. lib. 5. Aret. consil. 154. num. 11. in vlt. dub. cum allegat. per Peregrin. qui de communi testatur in tractat. de fideicomm. art. 49. nu. 79. ib. gloss. in d. verb. à tempore litis. & hoc habet locum, etiam non data negligentia fideicommissarij, dummodo hæres non sit in mora, & per Doctor. communiter in d. l. iubemus. C. ad Trebellian. Alexand. in d. l. in fideicommissariam, num. 7. Eman. d. Costa. in c. si pater. part. 3. verb. obliqua. numer. 54. de testam. & fuit resolutum in causa Ariminensi, legati, die 18. April. 1580 coram Sanctissimo.

Ad quam autem summam ascendat soluta pro debitis, & legatis, nec non expensæ in causam hæreditatis factæ, nihil fuit firmatum, quia Domini volunt, vt particulariter videatur.

P E N I Æ.

Farsensis, Villæ Caprolæ. Ven. 12. Febr. 1593.

A R G V M E N T V M.

Locatione emphyteuseos facta in tertiam vsque generationem, an prima generatio à primo acquirente constituatur, ita vt in nepotibus locatio finiatur.

S V M M A R I A.

1 *Consuetudo Ecclesiæ loci in quo contractus celebratur, obseruanda est in locationibus emphyteuticis.*
2 *Emphyteusis concessa in tertiam generationem, in quota finiatur.*
3 *Præscriptio annorum 40. an in obseruantia interpretatiua requiratur.*
4 *Contra ius esse dicitur, quod expresse iuri repugnat.*
5 *Testis ex eo non reprobatur, quod ei ostensi sint articuli.*
6 *Vasallus pro domino recte probat.*
7 *Testis de communitate pro ea admittitur.*
8 *Consuetudo de legitima an per actus coactiuos probetur.*
9 *Statutum Abbatis Farsensis de locationibus. & nu. 10.*
10 *Obseruantia subsequuta est certa legum, & statutorum interpres.*

D E C I S I O   D X V I I I.

QVando die 29. Maij, Dominis Vrsinis solum informantibus, fuit ista causa proposita, & conclusum, pronepotes primorum recipientium in inuestitura facta anno 1545. fuisse comprehensos, res acta est inspectis tantum verbis instrumenti præfatæ inuestituræ, & propterea illa decisio ex rationibus in ea deductis, secundum terminos tunc propositos, modo non reuocabatur in dubium.

Sed quia magnifica Communitas Montopolitana, quæ in hac positione pro suo interesse informatura cōparuerat, intendebat probare talem obseruantiam, vt primi inuestiti constituerent primam generationem, & inuestitura finiretur in tertia, videlicet in nepotibus, & per consequens pronepotes remanerēt exclusi,
1 cum in his concessionibus consuetudo Ecclesiæ, † vbi huiusmodi cōtractus celebratur, obseruari soleat. Bal. in auth. quas actiones num. 4. C. de sacros. Eccl. Imol. in l. quod dicitur. num. 8. ad fin. ff. de verb. obligat. Socin. consil. 25. num. 8. lib. 1. Alexand. consil. 125. nu. 6. lib. 5. Gabr. concl. 68. num. 7. lib. 2. Sim. de Prę. consil. 20. nu. 2. & seq. Ideo suppositis statutis Abbatiæ Farsensis, & dictis testium.

Domini censuerunt probari talem obseruantiam, qualem Communitas prętendebat, ex illis, quæ prę ceteris depunebant 2. testes, iuxt. 13. ternus super 1. & iuxta 15. & 19. quintus iuxta 12. & 6. iuxta 15. qui conformiter testificabantur, formulam concessionum factarum in emphyteusin ab Abbatibus Farsensibus vsitatum, & conformem esse pro se, filijs & nepotibus,
2 vsque in tertiam generationem, † inchoando primam generationem à primo conductore, seu inuestito, se-

cundam

cundam à filijs, tertiam autem finiendam in nepotibus. Cum enim testes deponerent de multis actibus, & aliquot instrumentis à se visis, ac etiam de auditu ab alijs, & de sententijs latis, contra aliud prætendentes legitimè dicebantur probare hác obseruantiam interpretatiuam, ad quam introducendam non est necessaria præscriptio, nec certum, ac præfinitum temporis spatium, sed sufficit aliquoties ita fuisse obseruatum. Paul. de Castr. consil. 347. num. 4. lib. 1. Aym. cons. 118. num. 2. & consil. 201. num. 2. late Decian. cons. 51. nu. 58. & seq. & num. 84. lib. 2. Ant. de Butr. in c. fin. in 2. lect. nu. 47. de consu. Aret. consi. 11. n. 5. vers. sed tamen. Alexand. cons. 8. num. 7. vers. nec requiritur. lib. 6. Put. decision. 283. incip. voluerunt Domini. lib. 1.

Nec erat verum, istam obseruantiam interpretatiuam esse contrarius, propter illa verba inuestituræ, vsque ad tertiam generationem finitam, & bene comple-
3 tam, & ideo ad † illam inducendam requiri spatium 40. annorum. Put. decis. 15. incip. in vna Burgensi, nu. 4. lib. 3. quia nunquam apparebat, prædicta verba id propriè significare, nec hanc interpretationem esse contra ius, cum id contra ius esse dicatur, quod expresse
4 † iuri repugnat, non quod Doctorum placitis aliquando contradicat. l. contra legem. vbi gloss. ff. de leg. l. non dubium. vbi Doctor. asserentes etiam in inuestituris habentibus illa verba, *finitam, & bene completam*, primos acquirentes constituere primam generationem, ac tertiam in nepotibus terminare. Gabriel. cons. 68. n. 1. & seq. & Simon. de Præt. cons. 20. nu. 10. versic. absque dict. consuetudine.

Quod nonnullis testibus essent ostensi articuli, non
5 derogat eorum fidei, cum propterea † reprobati non debeant. Anton. Aug. in epit. tit. de test. nu. 19. præsertim cum alij adessent, quibus ostensi non fuerunt.

Nec ideo minus probabant, quod dicerentur esse vasalli bonæ memoriæ Cardinalis Farnesij, tunc Abbatis
6 Farfensis Commendatarij, quia & vasallus † pro Domino probat. Afflictus, decisione 304. nu. 14. Gabriel.
7 titul. de testam. concl. 10. nu. 21. & testes † Communitatis probant etiam pro Communitate, quando non agitur principaliter de testium interesse. Grat. cons. 41. num. 17. lib. 2. Put. decis. 15. incip. in vna Burg. lib. 3. Iason in l. si quis nec causam. num. 13. ff. si cert. pet. & ita fuit resolutum me proponente in vna Spoletana, bonorum, 18. Maij, 1590. In hac causa potius constabat de incommodo & damno testium, quam de illorum interesse, cum vnlius foret Mootopolitanis tales inuestituras extendi vsque ad pronepotes, quam in nepotibus terminari.

Non obstat, quod deponebat vnus, aut alter testis, videlicet, quod quotiescunque Iudices Commissarij locationum emphyteuticarum bonorum Abbatię Farfensis reperiebãt pronepotes primorum acquirentium possidere, eos compellebant petere renouationem, seu nouam inuestituram. Vnde sequebatur, vt per actus
8 coactiuos non posset aliqua legitima † consuetudo probari, quoniam respondebant Domini, quod testes non loquebantur de coactione violenta, & extraiudiciali, sed potius de coactione iudiciali, & legitima, à qua licebat appellare, & alia iuris remedia implorare, vnde tanto magis videbatur introducta legitima consuetudo, præsertim interpretatiua.

Per statuta quoque Abbatiæ Farfensis, quibus re-
9 guntur oppida ei subiecta, idem † notari videbatur, nam titulo de locationibus. lib. 2. cautum extat, *quod quando locatio est facienda in persona vnius locatarij, qui decedat vno, vel pluribus filijs relictis, & ex illis plures, vel quotquot descendant, nepotes, quorum filiorum, vel nepotum aliqui post mortem primi locatarij, moriantur sine prole, durante secunda & tertia generatione, etiamsi de pluribus, & in quocunque numero fuerint, descendentes, ad vnum superstitem veniat generatio, dictus superstes non possit quoquo modo per monasterium, seu illius Dominum Abbatem cogi ad relocandum portiones morientium, seu deficientium, sed de vno in alium deueniat, dicta secunda, & tertia generatione durante*. Ex his enim statuti verbis colligebatur, filios vocati in secunda generatione, dum iubet portionem vnius filij alteri accrescere, & similiter de nepotibus, secunda, & tertia generatione durante, alias enim non posset verificari dispositio dicti statuti, si filij essent in prima generatione. Vnde cum illa verba, secunda & tertia generatione durante, referantur ad filios & nepotes primi recipientis, necessario concludebatur primos inuestitos constituere primam generationem.

10 His accedebat tertium & † quartum statutum, sub eodem titulo de locatione, quibus eadem sententiam expressius contineri videbatur, nam cum tertio percipiatur, vt bona locatitia ob generationem finitam ad monasterium deuoluta, descẽdentibus locatariorum, si extent, relocẽtur, in quarto statuto disponitur, quod si cõtingat per excedentiam, & finitam generationem bona locatitia deuolui ad monasterium, ita quod nulli descendentes ipsius locatarij, vel suorum filiorum, & nepotum extent, tunc monasterium & Abbas teneatur & debeat dicta bona proximiori vasallo ipsius defuncti, vni vel plurib. relocare. Ex his enim videbatur constare primum locatarium facere primam generationem, in secunda verò filios, & in tertia contineri nepotes, & eo præsertim nomine, quia nunquam apparebat facta mentio de pronepotibus, & licet prędicta statuta non essent adeo potentia, satis tamen clara reddebantur ex obseruantia subsecuta, quam testes bene
11 probant, obseruantia † enim subsequuta est certa legum, & statutorum dubiorum interpres. Aym. cons. 101. num. 3. & consil. 201. num. 11. Silu. consil. 63. nu. 18. & consil. 65. nu. 17. Socin. cons. 145. nu. 2. lib. 1. Dec. cons. 101. incip. in proposita facti specie, nu. 47. versic. denique quando in verbis. lib. 1.

O R A N I.

Cesenatensis, Hæreditatis, Lun. 11. Iul. 1596.

A R G V M E N T V M.

Hæres an ab omissionem inuentarij conficiendi, hæreditate priuetur.

S V M M A R I A.

1 *Inuentarij confectio necessaria non est, ad effectum vt detractiom Trebellianicæ sit locus.*

2 *Pœna vt locum habeat, extensio de casu ad casum non fit.*

3 *Præsumptio vno casu introducta, ad alium extendi non debet.*

4 *Fideicommissarius hæredem ad conficiendum inuentarium compellere potest.*

D E C I S I O D X I X.

CVm resolutum fuisset Fabricium ad portionem sui patris per fideicommissum fuisse vocatum, ac propterea prætenderent hæredes ex illa detrahere Trebellianicam, suborta fuit dubitatio: An hæc fuit amissa sub prætextu per eos non confecti inuentarij. In cuius articuli discussione, licet Doctor. varie fuerint loquuti, vt videre est per congestos ab And. Gab. conclus. 10. ad Trebell. Mich. Grass. in tract. de success. ex testam. & ab intest. §. Trebellianica. q. 8. Fana. de Iuuent. hæred. p. 3. num. 31. Rol. à Valle in tract. de conf. iuuent. c. quod incipit, quia in præcedenti quæstione, & nouissime Moderni Patauin. de Peleg. nt. de fideicommiss. art. 3. num. 74. cum alijs seq. nihilominus magis communis, & vsu recepta visa fuit eorum sententia, qui tenuerunt pro parte negatiua, quam etiam alias Rota, vti æquiorem, amplexa fuit, vt per Cassad. decis. 3. de testamen. Anton. August. in suo repert. de testamen. §. 31. & sequitur Camera Imperialis, attestante Andrea Gail, lib. 2. obseru. obseruat. 138, num. 13.

num. 13. in fin. rationibus late per omnes adductis, quam tanto magis admittendam præsens casus ostendit, in quo constat descriptionem bonorum factã per hæredes. Nam sustinendo etiam sententiam contradicentium ad effectum, vt detractioni Trebellianicæ 1 † fiat locus, non est necessaria confectio Inuentarij solennis, sed sufficit quælibet bonorum adnotatio, per quam suspicio fraudis euitetur, ex qua possit fideicõmissario reddi ratio, vt per Castr. in l. cum tale. §. Titius. sub nu. 20. in fine. & nu. 3. ff. de cond. & demonst. Alexand. in l. in ratione. §. quod vulgo. num. 14. ff. ad leg. Falcid. Corn. consil. 103. nu. 21. in fin. lib. 1. Ruyn. consil. 169. num. 25. lib. 3. Socin. Iun. consil. 152. nu. 5. lib. 1. Paris. consil. 25. num. 51. lib. 2. Vnde attentis præmissis, manifeste patet, non facere ad propositum distinctionem, de qua post alios per Cacher. decis. Pedem. 147. num. 27. existimantes, quando omissa fuit inuentarij confectio, tantummodo detrahi Trebellianicam filijs primi gradus, nõ autem ab extraneis: quia circumscripta eius veritate, quam tamen damnat Michael Grass. d. §. Trebellianica. q. 7. in fin. cum fundetur in gloss. in § hinc nobis. in Authent. de hæred. & Falcid. quæ loquitur de hærede Falcidio, qui propter omissionem Inuentarij nedum Falcidiam amittit, sed etiam tenetur legatarijs supra vires bonorum in pœ- 2 nalibus, & priuatorijs iuris, in quibus non † fit extensio de casu ad casum, nec priuatio, vel pœna locum habet, vbi lex non disponit, l. at si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sumpt. fun. §. cum igitur. in Auth. de non elig. propter præsumptionem subtractionis. §. si verò non fecerit. in Authent. de hæred. & Falcid. Talis enim 3 præsumptio inducta † vno casu non debet extendi ad alium casum, quando agitur de detractione Trebellianicæ, quia lex procedens per præsumptiones non ampliatur etiã ad casus, ad quos alias extenderetur, Abb. in c. fin. de spons. sed tanto minus, quoniam vt Bald. not. consil. 403. in fine. volum. 2. fideicommissarius vni- 4 uersalis potest compellere † hæredem ad faciendum Inuentarium cum specificatione rerum, l. cum Artemidoram. C. vt in poss. legat. Quod cum non fecerit, imputet sibi, nam culpa hæredis & fideicommissarij vniuersalis compensatur. Ita tamen quod maior est culpa eius censenda, qui obtinet instar pretoris. Natt. consil. 220. Cephal. cons. 392. cum similibus.

BVBALI.

Spoletana, Iuri patronatus, 5. Iul. 1589.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus publica voce, & fama probatur.*
2 *Et ex multiplicatis præsentationibus, spacio longissimi temporis.*
3 *Et est hæc probatio sufficiens.*
4 *Tempus patrono non currit, nisi à die scientiæ.*
5 *Ignorantia in patrono præsumitur.*

DECISIO DXX.

FVit resolutum Cappellaniam, de qua agitur, esse de iure patronatus familiarum de Diamantibus de Bone, & Ioan. Philippi, quia bene probatur per te- 1 stes deponentes de publica voce † & fama, quod dicta Cappella fuit fundata, & dotata ab antecessoribus dictorum familiarum, quia semper fuerunt in quasi possessione præsentandi, prout etiam ad præsens reperiuntur, quæ publica vox, & fama bene probat Ius patronatus antiquum. Cassad. decis. 3. num. 5. de probat. Achil. decis. 5. de iure patron. Paleot. decis. 27.

2 Coadiuuatur hæc probatio ex statu præsenti, & † ex multiplicatis præsentationibus spacio 70. annorum factis, quæ omnes habuerunt effectum, vt bene deducitur per Informantes pro patronis, & iunctæ cum dicta fama plene probant ius patronatus. Cassad. decis. 7. de iur. patr. Put. decis. 40. lib. 1. Paleott. d. decis. 27.

3 Et hæc probatio est sufficiens, † & iuxta terminos Concilij Trid. quia hic non sumus in familijs potentibus vel in personis, in quibus possit præsumi vsurpatio. Ad adducta in contrariũ bene respondetur in memoriali facti dato per patronos.

Ex quibus sequitur resolutio secundæ partis dubij, quod Vincentius præsentatus à patronis sit instituendus, excluso D. Paulo Leonello prouiso à bon. mem. Cardinali Farnesio vigore Indulti.

Non obstat, quod præsentatio non sit facta in tempore, cum vltimus Rector obierit die 4. Maij, & præsentatio fuerit facta die 12. Dec. & sic vltra quatuor menses datos patronis laicis ad præsentandum, quia 4 fuit responsum tempus non currere patronis, nisi à die scientiæ, vt pluries in Rota fuit resolutum, & signanter in illa Lengurouerensi parochialis, coram Reu. patre D. Blanchetto, de an. 1577.

Cum igitur non probetur patronos habuisse noti- 5 tiam vacationis ante diem 17. Maij, & ignorantia † præsumatur, satis dicuntur præsentasse in tempore, ita vt præsentatus sit instituendus, & ita fuit conclusum.

GVIDOBONI.

Imolensis, S. Christophori, de Iure patronatus, 2. Maij 1554.

ARGVMENTVM.

In possessione, vel quasi iuris patronatus constitutus, licet per 40. annos non præsentauerit, titulum iuris patronatus sibi competentis iustificare non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Titulum sui patronatus verificare non tenetur, qui est in quasi possessione eius, licet per quadraginta annos non præsentauerit.*

DECISIO DXXI.

FVit tentum in vna Imolensi, S. Christop. 2. Maij, 1554. pro Francisco Scardino contra Vitalẽ Pap. proponente Domino Capuaq. quod præsentatus à patrono, qui erat in quasi possessionem præsentandi, licet non per 40. annos præsentarit non teneatur † iusti- 1 ficare titulum iuris patronatus, quia sufficiebat quasi possessio quæ acquiritur per vnicum actum cum bona fide ad cons. 12. de iure pat. Calder. prout in isto casu habetur tam ex concessione iuris patronatus facta ab ordinario, quia stante possessione non est iustificanda quasi possessio præsentandi suorum Authorum, licet non per 40. ann.

CORDVBÆ.

Portuensis, Beneficij, Lun. 9. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Interpretatio verborum rescripti Papalis, nihilominus nos, quibus postmodum innotuit.

SVMMARIA.

1 *Papa dicens sibi innotuisse, videtur narrare factum proprium.*
2 *In beneficialibus Papa latissimam habet potestatem.*
3 *Attestatio Papæ facta motu proprio, & certa scientia, etiam super alieno facto probat.*

DECISIO DXXII.

GRegorius xiii. fel. record. reuocando vnionem beneficij, de quo controuertitur à se factam in suo motu proprio refert hæc verba: *Nihilominus nos quibus postmodum innotuit Ecclesiam huius de iure patronatus Venerabilis fratris nostri Alex. Episcopi Tusculani S. R. E. Vicecancellarij Card. Farnesij nuncupati ratione dominij dicti oppidi cuius ipse dominus existit, esse.*

Dubitaut, an dictæ literæ obstent Io. Baptistæ. Do- 1 mini tenuerunt obstare, cum Papa videatur † narrare factum proprium, dum dicit, *id sibi innotuisse*, quo casu intrat dispositio Clem. 1. de probat. cum ibi narraris etiam per Crescentium dec. 2. nu. 2. de renunc. Achil.

dec. 10. de probat. Bart. in l. ambitiosa. nu. 28. de decret. fac. Rum. conf. 227. n. 6. vol. 1. Socin. conf. 87. n. 19. vol. 3. Alex. conf. 116. nu. 21. verf. causa autem. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. q. 14. 12. n. 49. Gabr. in tit. de probat. conf. 1. Moder. de prob. concl. 1148. Non enim est verisimile Papam voluisse dictã vnionem, nisi vere sibi innotuit de Iure patr. arg. l. 3. de mil. test. eum vulgatis.

Accedat, quod cum dicta attestatio sit facta motu 2 proprio, & certa scientia, super beneficialibus, in † quibus Papa habet latissimam potestatẽ, ad trad. per Gab. de probat. concl. 2. nu. 24. illi standum est, eum & super 3 facto alieno probaret, Gabr. d. concl. 2. num. 3. & fuit decisum coram Reu. patre Dñ. meo Orano in vna Albanensi prioratus, 8. Iun. 1588.

Non obstat, quod in fine illius conclusionis fuerit resolutum contra ius patronatus, quia Domini solum dixerunt non constare de priuilegio in limine fundationis concesso etiam iure patronatus reseruato, quæ erant necessaria in Monasterio conuentuali, iuxta c. nobis de iure pat. quod quidem adaptatur casui, qui con trouertitur. Minus obstat decisio in causa Sabinensi 15. Decemb. 1581. quoniam ibi non negatur standum esse assertioni Papæ, sed affirmatur ius patronatus in familia potenti, per Bar. etiam iuxta formam Conc. Trid. quæ intrat, vbi principaliter tractatur de iuribus ipsius & Papa, vel ordinarius est, quod contrauentio faciat, secus autem vbi de eo agitur incidenter ad alium finem, & effectum, vt in præsenti videtur, tunc leuiores probationes sufficiunt, vt plaries fuit tentum per Rotam, maximẽ quia cum non constet an ex fundatione, vel dotatione, seu potius priuilegio dictam ius patronatus competat Illustr. & Reuer. Cardinali Farnesio, & Serenissimo Parmæ, & Placentiæ Duci fratrib. & Dominis Castri, vbi situm est beneficium, eredendum est potius competere ex fundatione, vel dotatione eorũ, à quibus habuit causam, quam ex priuilegio, tum quia præsumptio fieri debet pro validitate assensus, tũ quia Papa tale esse desideraūit, cum præfatis preseruare voluerit, non ignarus dispositionis Concilij, quod sciebat exigere fundationem & dotationem, ad text. in l. scire leges. de leg. coniunct. c. 1. de constit. in 6.

C O R D V B Æ.

Portuensis, Iuris patronatus, 22. Mart. 1595.

A R G V M E N T V M.

Ius patronatus ex quibus acquiratur.

S V M M A R I A.

1. *Ius patronatus ex sola dotatione, & fundatione acqritur.*
2. *Scriptura ad effectũ vt probet, clara, & aperta esse debet.*
3. *Ius patronatus sola fundatoris voluntate non defertur.*
4. *Vnio Ecclesiarum per laicum fieri non potest.*
5. *Verba varios sensus recipientia non eo trahuntur, vt ex eis motus Papa proprius subuertatur.*
6. *Veritas eius, quod multipliciter exponitur, ignoratur.*
7. *Probatio contraria contra attestationem Papæ factam motu proprio admittitur.*
8. *Probatio dubia nil releuat.*

D E C I S I O D X X I I I.

FVit resolutum, ex instrumento vltimo loco produ 1 cto non † constare de tali iure excellentis Domini Virginij Vrsini, quod ei suffragetur, ita vt non sit stã dum motui proprio fel. rec. Gregorij XIII. quod enim ex sola fundatione, & dotatione acquiratur ius patronatus tenuit Abb. conf. 59. n. 2. & conf. 106. n. 1. lib. 2. & fuit resolutum in causa Imol. iuris patronatus, coram bon. mem. Lauretano, & postea coram Reu. Patre Domino Pamphilio. Scriptura autem, quæ deducitur ex parte Domini Virginij, est adeo incerta, vt ex illa non 2 possit constare clare, † & apperte hoc ius patronatus spe ctare ad familiam de Vrsinis. Nam licet in ea dicatur *fic, volumus, & decernimus eam Gentilitij nostri ius esse, ac fore in perpetuum*, hoc debet intelligi, quantũ ad ius honorificum, tum quod alijs illud reseruauerat, tum 3 etiam quod non dependebat à libera † fundatoris voluntate, id facere absq; licentia superioris, de qua non cõstat, c. monasterium. 16. q. 7. c. nobis. de iure par. cum vulg. & præcipue cum dicta Cappellania vniatur, & incorporatur Ecclesiæ S. Mariæ de Celsario, quæ vnio per 4 laicum † fieri non potuit, ad c. sicut venire. de excess. præl. Rot. dec. 1. de off. deleg. in nou. quod maxime pro 5 cedit, quia eum dicta verba † habeant varios sensus, nõ possunt allegari ad illũ ex quo dictus motus proprius subuertatur ad trad. per Bart. in l. in ambiguis. de reb. dub. Alex. in l. diem functo. nu. 12. de off. ass. nam quod 6 multipliciter † exponitur eius veritas ignoratur, vt ex Bar. & Bal. in l. precib. C. de impub.

Vnde licet contra attestationem Papæ factam motu 7 proprio † admittatur probatio in contrarium, vt per gl. quã omnes sequuntur, in cl. 1. verf. fecisse narramus, de prob. Soc. conf. 216. n. 27. verf. sed tamen ad præmissa. lib. 2. Capitaq dec. 77. par. 3. tamen probatio quæ af 8 fertur pro parte Domini Virginij, † nihil iuuat, cũ sit dubia, quia ex d. instrumento datur ius eligẽdi, & deputandi Cappellanum massarijs, qui repræsentant Vniuersitatem Castri. l. preces. C. de trans. & in subscriptionem... Hoc ius tribuit Ecclesiæ S. Mariæ de Belsano Salea, deinde non constat scripturam habuisse effectum, nec quo ad bona pro dote assignata, nec quo ad ius præsentandi, vt pertinebat ad Sanctetios & ad Rectorem Ecclesiæ S. Mariæ, sed constat de præsentatione facta à Ioan. Iordano, qui simpliciter præsentauit ordinario Portuensi, & ordinarius pro tempore existens hanc, & alias præsentationes coram ipso factas admisit, & præsentatos instituit absq; eo, quod nec Sanctetij, nec Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Salera aliquem nominauerint. Cũ ergo effectus discrepet à tenore ipsius scripturæ, Domini resoluerunt, nec ex verbis illius, nec ex obseruantia posse dici aliquod bonum ius d. Virginij.

Nec obstat, quod Dominus Io. Iordanus præsentauerit, quia hoc debet intelligi non ratione familiæ, seu gẽtilitij, quia erat dominus Castri Insulæ, in quo sitũ est beneficiũ de quo iure patronatus ad... Castro Papæ constituit, prout refert in suo motu proprio, & modo non probatur huiusmodi ius patronatus non adesse.

M E L L I N I.

Eadem, Ven. 27. Martij, 1596.

A R G V M E N T V M.

Iuris patronatus probatio excutitur & notatur, eũ qui assertionem Papæ factam motu proprio pro se habet, habere intentionem suam fundatam.

S V M M A R I A.

1. *Papa attestationem pro se habens, habere dicitur intentionem suam fundatam.*
2. *Et ex ea resultat probatio plena.*
3. *Admittitur tamen contra eam probatio in contrarium.*
4. *Fũdatio ex verbis scripturæ, & ista Ecclesia fuerit fundata et erecta authoritate, cõsensu et auxilio suo, nõ probatur.*
5. *Ius patronatus in antiquis & p testes ex auditu probatur.*
6. *Dotis augmentum sine date stare non potest.*
7. *Argumentum à præsenti ad præteritum non concludit.*
8. *Præsertim si coniectura in contrarium concurrunt.*
9. *Enunciatiua per se sola non probat.*
10. *Probatio concludens ex ambigua depositione nõ resultat.*

D E C I S I O D X X I V.

DOmini concorditer persiterũt in resolutis, coram Domino Corduba. Mori fuerunt, quia Dominus Nicolaus habet intentionem suam fundatam in 1 assertione Fel. rec. Gregorij XIII. in suo motu proprio, qui attestatur innotuisse sibi, quod ius patronatus spectabat ad bon. mem. Cardinal. Farnesij, ratione dominij oppidi Insulæ, & ex ista attestatione facta motu pro 2 prio à Papa tanquam plene † informato, resultat probatio plena iuris patronatus competentis ratione do- minij

minij oppidi, vt post gloss. tradunt omnes in elem. t. de probat. Soc. in cons. 266. n. 22. vol. 2. præsertim cum fundando intentionem suam super ista assertione reuocet visionem antea factam ad fauorem Collegij Ger-
3 manici. Alex. cons. 2. lib. 5. & licet † contra istam probationem admittatur probatio in contrarium, ostendendo quod Papa fuit male informatus, vt per gl. quam omnes Doct. ibi sequuntur in d. clem. 1. 10 vers. fuisse. & Soc. d. cons. 266. nu. 27. Tamen Domini distinguendo materiam in 3. capitula dixerût, quod pro parte excel. Domini Virginij non afferetur probatio certa & côcludens, prout requiritur, quod ius patronatus competeret suis antecessorib. ex fundatione, vel vigore reseruationis ad fauorem familiæ, ideo assertio Papæ remanet in suo robore, & consequenter ex ea probatur concludenter spectare Ius patronatus ratione Dominij oppidi ad Serenissi. Dominus Ducem Parmæ, à quo Dominus Nicolaus est præsentatus. Quantum ad caput fundationis Dominis visa est res clara quia ex scriptura de anno 1500. in qua sit fundamentû colligitur contrarium, cum Ioan. Iord. in ea exprimat, quod ista Ec-
4 clesia fuerit fundata, † & erecta authoritate, consensu, & auxilio suo, quæ verba penitus excludunt, quod ipse fuerit fundator, ideo assertio &c. Non obstant testes
5 quia deponunt de auditu, † & quando non sumus in antiquis, ius patronatus nô probatur per testes etiam de publica voce, & fama. Palott. dec. 126. præsertim cum scriptura Io. Iordani repugnet de positionib. istorum testium. Purp. cons. 278. n. 8. Caput. dec. 283. par. 3. Quantum ad 2. caput dotationis Domini tenuerunt nô constare de integra, & tali dotatione, ex qua fuit acquisitû ius patronatus familiæ, quia verba Ioan. Iordani hoc necessario non importabant, imò videtur denotare côtrarium cum vtatur verbo adijcere, & notissimû est aug-
6 mentum dotis non posse stare † sine dote præcedenti. Ab. cons. 46. nu. 3. lib. 1. nec probatur concludenter quâ ista Ecclesia non haberet tunc alia bona, & argumen-
7 tum a præsenti in præteritum † non concludit præsum ptiue, quod Ecclesia non haberet alia bona. Alc. de præ
8 sumpt. reg. 2. præsumpt. 26. n. 60. præsertim † cum concurrant coniecturæ in contrarium. Vnde concludendû non releuare, cum testes examinati in visitatione, & denouo coram me probent concludenter, quod d. Ecclesia hodie non habeat alia bona, cum non causentur ociarium quod alias esse non posset, quin ipsi scirent. Bal. in l. actor. C. de prob. Rim. sen. cons. 75. nu. 78. lib. 1. Dec. cons. 74. nu. 5. Rip. in c. cum Ecclesia. n. 8. de causa poss. & prop. excepto... quod est vnus ex fratrib. Domini Io. Bapt. præsentati ab Excellentiss. Domino Virginio.

Nec placuit Dominis quod ius patronatus ex dotatione, & fundatione proberur ex enunciatiua ordinarij
9 de anno 1504. quia per se sola non † probat, cum sit vnica, & emanauerit ad assertionem in institutione familiaris instituendis, & non sit de antiquo, Ach. dec. 5. de iure pat. siue deduetur pro adminiculo scripturæ Io. Iordani de an. 1500. & non potest seruire de adminiculo quondâ Io. Iord. quia vt ex ea apparet, non fuit fundator, atq; ius præsentandi fuit reseruatum alijs, & ista præsentatio est in omnib. difformis dictæ scripturæ, vt bene deducût Informantes pro Domino Nicolao. Ideo Dominus vtebatur hoc argumento, quod vt ista enûciatiua fuit fundata in scriptura Io. Iordani, & eius nulla est habenda ratio, cum conuincatur erronea, & repugnet contentis in dicta scriptura. Aut ordinarius fuit motus ex alia scriptura, in qua contineretur dotatio, & fundatio, & nisi exhibeatur non potest redargui attestatio P. R. quia potest esse quod ius patronatus in ea fuit reseruatum ratione dominij oppidi, & quod Papa eam viderit.

Quantum ad tertium caput reseruationis ad fauorê familiæ Domini pariter fuerunt concordes, quod non probatur, quia Io. Iordanis facultatem eligendi, & nominandi tribuit alijs, ideo impossibile est quod voluerit reseruare pro se, & suis, & licet dicat, quod vult Ecclesiam esse gentilitij, seu patronatus sui, tamen ne in continenti inducatur concessio, Domini intelligebant istam reseruationem de iure honorifico, & ad illum effectum, vt non redarguatur, attestatio Papæ sufficit, quia reseruatio ad fauorem familiæ sit ambigua, & non le-
10 gatur clare in ista scriptura, quia stante † ambiguitate non resultat probatio concludens, quod Pontifex fuit male informatus, prout requiritur, vt supra dictû est.

Non obstat enunciatiua fel. record. Pauli 3. & obseruantia quæ deducitur ex præsentationibus, quia cum dominium huius oppidi esset antecessorum Excellentissimi Domini Virginij, ista sunt æquiuoca.

Hæc concludunt, quod ius patronatus spectaret, & præsentationes fuissent factæ potius ratione familiæ, quam dominij oppidi.

BLANCHETTI.

Papiensis, Iuris patronatus. Ven. 18. Iun. 1593.

ARGVMENTVM.

Iuris patronatus possessio vnico actu præsentationis acquiritur.

SVMMARIA.

1 *Iuris patronatus possessio ex vnico actu præsentationis acquiritur.*
2 *Maxime si illa præsentatio habuerit effectum.*
3 *Beneficium ex lite super dismembratione, litigiosum non redditur.*
4 *Vnio, vt probetur, quæ requirantur.*

DECISIO DXXV.

1 FVit resolutum, cô stare de quasi possessione Dominorum de Canauarijs, qui præsentarût Marcum,
2 quæ est manutenibilis, ex vnico enim † actu acquiritur quasi possessio Doct. in c. cum Ecclesia Sutrina. de cau. poss. & propriet. Put. decis. 192. lib. 1. cum igitur præsen
3 tatio Io. Baptistæ habuerit effectum, † qui ex eo probatus censetur, quod post obitum ipsius fuit præsentatus Franciscus, Oldrad. cons. 229. quod tenuit Rot. in pluribus causis, & pluries ex his qui Ioan. Baptistam præsentarunt & Franciscum & postea Marcum, qui ius a suorum, qui non interuenerunt, præseruarunt. Feder. de... cons. 102. t. 5. de iure pat... 93. fuit etiam resolutum in pluribus causis in Rota.

Non obstat lis post obitum Francisci super dismem
4 bratione, † quia non reddit beneficium litigiosum. Dicetûr tamen quod pro parte Dominorum de Canauarijs
5 producêda est vnio, † quia ad illam probâdâ, vel requiritur in memorabilis, vel quadragenaria cû titulo.

MANTICÆ.

Pampilonensis, Beneficij, de Tanzi, Lun. 20. April. 1595.

ARGVMENTVM.

Lite vertente inter præsentatos de iure patronatus eius, qui præsentauit, quæ probationes requirantur.

SVMMARIA.

1 *Probatio leuior in iure patronatus quando admittatur, & num. 2.*
3 *Ordinario asserêti de iure patronatus sibi côstare, creditur.*
4 *Ius patronatus sola confessione laicorum non probatur. & duobus seq.*
7 *Testes de auditu in iure patronatus probant.*
8 *Testis de visu in causa iuris patronatus probat.*
9 *Confirmatio facta in forma comuni, ius nouum nô tribuit.*
10 *Ius patronatus in antiquis per publicam famam probatur. & num. 11.*

DECISIO DXXVI.

1 PLacuit Dominis, constare de iure patronatus Dominos de Tanaletta, quia † non agitur cum ordinario, qui non est in lite, sed inter præsentatos de pertinê-
2 tia ipsius iuris patronatus, † quo in casu leuiores sufficiunt probationes, vt fuit sæpius resolutum.

In primis enim constat de præsentatione facta anno 1456. per obitum dicti presentati, & sic de effectuatione illius: & cum postea lis esset introducta coram ordinario, per eius sententiam de anno 1561. fuit pronūciatum ius patronatus ad Dominos Domus de Taualetta
3 pertinere. Vnde ordinatio † asserenti sibi constare de iure patronatus credendum est, cum hoc ad eius officium pertineat. Rot.dec.11.de iure pat. nu.1. in nou. Lamb.de iure patr.2.par.lib.q.10.art.4. Purpurat.cōs. 123.nu.6. & fuit dictū coram bon.mem. Domino Bubalo in Aretina Beneficij, 28. Feb.1595. & in Fesulana Iuris patronatus 17. Feb.eodem anno.

Præterea etiam extat confessio Vniuersitatis de Tanzi legitima, quod ius patronatus spectat ad dictam do-
4 mum de Taualetta, & quod amplius est, esse eidem
5 omne ius, quod habet. Et licet sola† confessio laicorum non probet Ius patronatus ad effectum canonizādi, vt fuit conclusum à sacra Congregatione Illust. D.Cardinalium sacr.Conc. Trid. interpretum; Tamen quo ad
6 † præiudicium ipsius confitentis sufficit, Cassad.dec.6. de iure patr. Put. dec.36.nu.1. lib.3. Pereg.dec.63.lib. 2.presertim cum plura adminicula concurrant, ex quibus huiusmodi confessio redditur verisimilis, vt fuit decisum coram Reu. Patre Domino meo Pamphilio, in causa Regiensi Prioratus 9.Maij,1586.Nā vltra predictas præsentationes, quæ habuerunt effectum, adsūt
7 etiam testes, qui † deponunt de auditu à suis maioribus, qui quo ad quale præiudicium, probant etiā contra tertium, vt fuit decisum coram Bubalo in dicta Infulana Iuris patronatus 17. Feb. 1583.

8 Præterea, aliqui etiam ex testibus asserunt † se vidisse eos præsentare, & presētatos ab Episcopo institui, ex quorum testium depositionibus Fel. record. Paul.IV. hoc ius patronatus etiam confirmauit. Et quamuis ista
9 confirmatio sit in forma communi & † ius nouum nō tribuat, c.1.& ibi Doct.de confir. vti. vel inut. Franc.in c.si gratiose.n.4.in fin.de rescr.in 6.Tamen presupponit ius esse prius acquisitū, & illud corroborat. Dec. cons. 341.nu.9.in fin. vers.& confirmatio in forma cōmuni.

Accedunt etiam testes, qui deponunt de publica vo-
10 ce, & fama, † quæ probat ius patronatus antiquum, Cassad.dec.2.nu.5.de iure pat. Achil. eod. tit. Mohed. dec.352. alias 13. in fin.eod.tit. & fuit decisum coram Bubalo, in Spoletana Iuris patronatus, 3.Iulij 1589.

11 Non obstat quod sola fama non probet ius patronatus, nisi quando concurrit longissima quasi possessio præsentandi, vt tenet Rot.teste Pur.decis.60.in fi.lib.1. quia hoc intelligitur quo ad plenam probationē, quæ in casu proposito ad effectum, de quo agitur, non est necessaria, & cum fama publica concurrunt etiam plura adminicula, vt ex prædictis apparet.

Neq; obstat, quod hoc beneficium tanquam liberū fuerit collatum ab ordinario de anno 1506. & 1512. quia in dictis collationibus ius patronatus fuit expresse præseruatum.

Ex his itaq; probatur Ius patronatus ad dictam domum de Taualetta pertinere, & consequenter constat de bono iure Catharinæ.

O R A N I.

Romana, Vnionis, seu Iuris patronatus, 6. Feb. 1598.

A R G V M E N T V M.

Iuris patronatus probatio etiam in hac decisione excutitur.

S V M M A R I A.

1 *Præsentatio vnica sufficit ad hoc vt ius patronatus acquisitum dicatur. & num. 2.*
3 *Transumptum quod ex originali non desumitur, an probet.*
4 *Dictum per errorem in supplicatione Papæ porrecta, an nocumentum afferat, & duobus seqq.*
7 *Ius patronatus ex insignijs in Ecclesia existentibus probetur.*
8 *Sententia lata super statu beneficij, ius constituit.*
9 *Ius patronatus ex titulis Visitatorum, & Ordinarij, probatur.*

DECISIO DXXVII.

1 FVit resolutum, constare familiam della Tecca probasse suam quasi possessionem præsentandi ad beneficia Sanctorum Petri, & Pauli ac Iuliani sitorum in Ecclesia S.Stephani in piscina, nam ad eius acquisitionem, sufficit vna præsentatio, quæ suum sortita fuit effectum c.querelam. vbi Abb.nu.9.de elect.gloss.c.cum Ecclesia Suttina.in ver.iurium.& ibi Rip. num.91.de causa poss.& propriet. cum allegatis.

Hic autem plures deductæ fuerunt continuatæ ab anno 1575. vsque ad tempus præsens, quarum effectuatio perspicua, cum appareat vnam fuisse factam successiue post aliam, iuxta cons.Oldrad.239.nu.2.& 3.Capu-
2 taq. decis.329.par.3.licet enim † inter eas connumerentur collationes Papæ, nihilominus suffragantur cum vel contineāt enunciationem, quod sint Iuris patronatus, cum eius derogatiua, per quas status non imputatur, Achil. decis.16. de iure pat. vel ijs accedat consensus patroni, qui effectum præsentationis operetur. Crescent.decis.2.eod.tit.

Non obstat quod pro parte Domini Cæsaris contendatur præsentationē factam de anno 1535. minus fuisse legitime probatam, sub prætextu, quod de ea aliter liqueret quam ex fide fidei, & ex præsentatione facta ad beneficium sub inuocatione, S.Iuliani tantum, cum tunc de duobus sit quæstio vno scilicet Iuliani, & altero SS. Petri & Pauli.

3 Nam fuit responsum fidem non † esse à fide desumptam, sed transumpta per ipsum Notarium qui fuit de originali rogatus, & ideo plene probat Ias. in l.admonendi.nu.155.in fin. vers.intellige tamen.de iureiur.

Præsentationem autem ad Beneficium S. Iuliani in persona Sabæ de Porcarijs factam, non posse controuerti, quia de illa etiam ex prouisione Pauli Papæ Tertij accedente consensu patroni, & demum illius cessione ad fauorem Dominici de Porcarijs expedita cōstat, quam turbidam reddere non potuit expressio facta in præsentatione, quod vacaret per obitum Cherubini cum tamen in supplicatione porrecta Iulio III.habeatur quod Saba illam assequutus fuisset ex libera resignatione Dominici sui fratris, quia hoc per errorem
4 † dictum liquet. Nam ad illam S.Iuliani præsentatum Sabam fuisse expeditum est, & ideo in resignatione seu cessione facta in manibus Papæ, enunciauit sibi de vtroque prouisum, seu prouidere concessum fuisse ex resignatione Dominici, seu alias vacante: itaque variatio non fuit ad personam Dominici restricta, & hu-
5 iusmodi sollicitatorum, † error frequenter in expeditionibus accidit, cuius occasione in supplicationibus
6 solet apponi clausula, & qui † maior, & verior specificatio denominationis, qualitatis nominum, & cognominum expressio fieri possit in literis, in vim cuius Cancellaria in literarum expeditione solet huiusmodi defectum supplere, vt declarat Rebuff. in 3.par. Signat. in verbis denunciationum, nominum, & cognominum.

Ad quam corroborationem facere plurimum Domi nis videbantur insignia illius familiæ existentia in Ec-
7 clesia, quę probant † ius patronatus, Bal.cons.310.lib... Dec.cons.135.n.2.Rip.in c.cum Ecclesia Suttina.n.97. de causa poss.& prop. Ferett.cons.293.nu.9.lib.2. Aym. de antiq. temp.1.par.vers.octaua dat.lim.nu.12. Lamber. de iure pat.2.par.art.9.q.10.lib.2.

Decretum Illustriss. Vicarij Vrbis Cardinalis, qui causa cognita declarauit constare de iure patronatus Dominorum della Tecca. Caputaq. decis.35. par. 2.
8 Nam sententia lata super† statu beneficij constituit ius

quo

quo ad omnes, l. ingenuum. vbi gloss. Bart. & omnes hoc notant de stat. hom. Castr. cons. 240. num. 1. lib. 1.

Attestationes titulares S. Laurentij, siue ordinarij, 9 † cui multum solet deferri, & Visitatorum qui in admittendis præsentationibus solent se exhibere difficiliores, Rot. decis. 11. de iure pat. in nou. Put. decis. 172. lib. 1. & fuit resolutum coram bon. mem. Bubalo, in vna Aretina, Beneficij, 28. Februarij 1583. & ex alijs causis hic per Informantes allegatis.

G Y P S I I.

Pampilonensis, Vicariæ, Lun. 5. Iul. 1593.

A R G V M E N T V M.

Qualitas requisita ex rescripto Papali, vt præsentandus ad Vicariatum sit clericus beneficiatus, & filius decimatoris Ecclesiæ, cuius Vicariam ambit, quomodo in præsenti causa probata dicatur.

S V M M A R I A.

1. *Testi de facto proprio deponenti an credendum.*
2. *Ex quid in testi singulari.*
3. *Decima eo modo est soluenda, prout magis expedit Ecclesiæ.*
4. *Consuetudo loci in soluendis decimis attenditur.*

D E C I S I O DXXVIII.

CONcordia confirmata per Fel. recordat. Gregorium XIII. cuius copia datur, inter cetera disponit, *quod præsentandus ad Vicariatum Ecclesiæ Vincentij de qua agitur, debet esse Clericus Beneficiatus, & filius decimatoris d. Ecclesiæ, qui seu eius parentes, aut avi realiter decimauerint de bonis stabilibus, quæ habent in quacunque quantitate:* Dubitam, An præfatæ qualitates concurrerent in Petro de Albissua, & concurrere, Domini resoluerunt. Nam quod Petrus sit filius Decimatorij probat 11. testis, qui de facto proprio deponit, 1 † ideo magis probat. Aym. cons. 73. n. 30. in fin. hoc idem probat 27. & 47. cum quibus concordat 74. testis aduersarij super 24. articulo, & coadiuuatur ex computis Cleri. d. Ecclesiæ, in quibus annotatum legitur, Parentes M. Albissuæ soluisse certam pecuniam pro oleribus, seu hortis, & probat per testes, de simili solutione decimæ olerum facta per matrem seu sororem Albissuæ, & deponit etiã 3. testis & in 2 † hac materia admittuntur etiam testes singulares. Gem. cons. 117. n. 3. Gab. de testi. conc. 2. nu. 19. His accedit quod testes probant consuetudinem soluendi decimam de oleribus, quibus magis est credendum quam testibus Aduersarij, cum super negatiua deponant, l. diem proferre. de arbit. maxime cũ negatiuam non concludenter probent, videlicet, quod aliter esse non poterat, quia ipsi vti collectores sciuissent, quoniam decima olerum non accendit, sed solui debet, prout ipsi beneficiati indigent. Rebuff. d. decis. q. 8. num. 7.

Nec refragatur, quod solum facta fuerit in pecunia & non in speciebus, quia in oleribus vix alio modo solui potest, & decima 3 † est soluenda, prout magis expedit Ecclesiæ, vt dictum fuit coram me in vna Vlyxbonensi, fohorum mororũ, de anno 1587. & sat est, quod fuit soluta pro horto, & sic pro re stabili, & in hac re attenditur 4 † consuetudo loci. Abb. in c. aliquibus. nu. 3. de decim. Rebuff. eod. tit. q. 3. nu. 46.

Non obstat, quod huiusmodi solutio fuerit modica, & exigua, quoniam secundum subiectam materiam non potest dici minima summa, quia de horto exiguo soluebatur, præter id, quod concordia non cauat quantitatem, vnde fit, vt eius dispositioni potest dici satisfactum, etiam si aliquid minimum solutum fuerit, l. Stichum. §. qui Mæuius. de leg. 1. Beto. cons. 144. nu. 25. lib. 3. præsertim in materia odiosa, quæ derogat iuri cõmuni. de quo in c. ad decorem. de instit.

Nec obstat, quod beneficiati contra non soluentes non processerint ad declarationem, quia verisimile est id omissum fuisse propter modicam summam, non autem est præsumendum, quod mouerint subditos ad soluendum dictam decimam olerum, vt inducerent consuetudinem eam soluendi, quia hoc esset præsumere delictum contra regulam l. merito pro socio: super ceteris qualitatibus Petri non est insistendum, tum quia bene probantur, tum etiam quia aduersarius non videtur illas impugnare.

M A N T I C AE.

Spoletana, Beneficiorum, Lun. 31. Iun. 1594.

A R G V M E N T V M.

Deuolutio ad Sedem Apostolicam quomodo fiat, & debeat probari.

S V M M A R I A.

1. *Clausula, & detur deuolutio dispositiue, vis.*
2. *Deuolutio ad Sedem Apostolicam gradatim de inferiori ad superiorem proximum probari debet.*
3. *Negligentia ante scientiam vacationis non imputatur.*
4. *Exemptio non præsumitur.*
5. *Priuilegium Papale non nisi per scripturam probatur.*
6. *Resignatio facta in manibus Vicarij, qui speciale mandatum non habet, inualida est.*
7. *Renunciatio iuris quæsiti quomodo valeat.*

D E C I S I O DXXIX.

COnclusum fuit, gratiam D. Persij non esse iustificatam, nam cum in fine supplicationis apposita sit 1 clausula, & detur deuolutio dispositiue, † illa restringit totam gratiam, adeo vt clausulæ generales locum non habeant, nisi probetur deuolutio, quia in hoc casu Papa non intelligitur voluisse prouidere, nisi collatio ad Sedem Apostolicam sit deuoluta. Cassad. decis. 5. num. 3. de præb. Mohed. decis. 210. artic. 17. eod. tit. Caputaq. decis. 63. numer. 1. & ita nouissime fuit etiam decisum coram Reuer. Patre Domino meo Orano, in Calciatensi, dimidiæ portionis die 17. Decembris, 1582.

2 Et hæc quidem deuolutio debet probari † gradatim de inferiori ad proximum superiorem donec perueniat ad Papam, & quilibet eorum habet sex menses ad conferendũ c. 2. & c. licet. de suppl. negl. prælat. coniunct. c. 2. de concess. præb. gloss. in clem. vnic. in verbo locorum. de suppl. neg. prælat. & notat Abb. in c. cũ in cunctis. §. cleric. nu. 5 de elect. & in c. cum nostris. nu. 2. de concess. præben. vbi dicit, hoc bene esse notandum, idemque scribit Rebuff. in impress. beneficiorum deuolutorum, n. 37. & ita decisum etiam fuit coram Reu. Patre Domino meo Orano, in dicta Calciatensi dimidiæ portionis, die 17. Decembris, 1582.

Neque etiam labitur tempus sex mensium præstitutum ad conferendum à die vacationis, sed solum à die 3 scientiæ, quia ante scientiam vacationis, non † potest cuiquam negligentia imputari. c. quia diuersitatem. in fin. de concess. præb. d. c. licet. de suppl. negl. prælat. Rebuff. in praxi beneficiorum. in tit. de deuolutio. nu. 18. & fuit decisum coram bon. mem. de Bubalo in Salamantina portionis, die 23. Iunij, 1586. & coram Domino Orano in dicta Calciatensi, dimidiæ portionis.

Vnde in casu proposito cessat omnis difficultas, quia deuolutio ad Sedem Apostolicam non probatur, neq; enim probatur lapsum fuisse tempus gradatim de Abbate, ad Episcopum, & de Episcopo ad alios proximos superiores, donec ad Papam peruenerit, vt dictum est.

Neque enim dici potest Abbatem fuisse exemptum 4 quia exemptio † non præsumitur, Caputaq. decis. 328. 5 num. 2. lib. 5. neque priuilegium Papæ † potest probari nisi per scripturam, Abb. in c. autem. nu. 3. de restit. spoliat. Alexand. in l. certi condictio. §. quoniam nu. 5. ff. si cert. pet. Alcia. in l. pactum quod bona. n. 10. C. de pact.

Neque enim probatur scientia Abbatis quod fuerit facta valida resignatio, ita vt possit dici inducta va-6 catio, Nam fuit facta in manibus Vicarij, qui † non

habebat speciale mandatum, vt posset admittere resignationem beneficiorum, & ideo non valet. Calder. consil. 3. num. 1. in tit. an renunciatio. de renunc. Staphil. de lit. gra. sub titul. de varijs modis vacat. alias resignationis modus. n. 19. Neque enim renunciatio iuris quæsiti in re super beneficio valet, nisi fiat in manibus Episcopi, vel Vicarij, qui habeat authoritatem instituendi & destituendi etiam inuitum in tali beneficio Bessig. d. dec. 5. de renun. Gem. cons. 127. in fin. vers. secunda ratio & in specie quod renunciatio facta in manibus, qui non habet potestatem recipiendi, non inducat vacationem, fuit resolutum coram Reu. patre Domino meo Blanchetto, in Nolana Abbatiæ, Mense Iunij, 1578.

Ex hoc autem infertur, quod neque cum ipsi Abbati lapsum fuerit tempus præstitutum ad confitendum à die vacationis, quia die 28. Decemb. 1587. quo tempore ipse Abbas admisit resignationem, & consequenter irrepit vacatio, vel paulo post, fecit collationem beneficiorum, de quibus agitur, & ideo cessat prorsus omnis deuolutio: consequens est, vt gratia non sit iustificata.

SERAPHINI.

Paduana, Iuris patronatus, vlt. Maij, 1591.

ARGVMENTVM.

Probatio augmenti redditnum ex Beneficijs, in hac decisione ex varijs capitibus discutitur, & concluditur, probationem in casu proposito, ex illis non esse concludentem.

SVMMARIA.

1 *Melioramenta facta in domo, non possunt liquidari, nisi prius antiquo eius statu verificato.*
2 *Liber æstims contra non subditos fidem non facit.*
3 *Expensa necessaria pro domus reparatione expensione eius deducuntur.*

DECISIO DXXX.

FVit resolutum probationem Dominorum de Delphinis circa effectuationem, conditioné, & concessionem Iuris patronatus, oppositarũ, non esse concludentem, ex duobus: nempe respectu augmẽti reddituũ beneficij ascendentium, vt asseritur ad 60. ducat. auri de Cam. ita quod augmentum debeat esse ducatorum 30. auri de Cam. ex tenore cõcessionis, quæ inducit formam, cum sit facta hac conditione, Bal. in auth. matri & auiæ. nu. 8. C. quando mul. off. tutel. fung. poss. Dec. cons. 72. in pr. Negus. cons. 50. nu. 13. Hoc vero probari non potest nisi prius verificato valore præmẽtiũm redituum ipsius beneficij, qui probandi essent de tempore gratiæ. Verall. decis. 530. par. 3. in impress. alias in Rota in causa Romana, de Valle coram Reu. patre Domino Sarmienta fuit decisum, nõ posse liquidari me-1 lioramenta facta in domo, nisi prius † verificato, qualis esset antiquus status ipsius domus, sed valor iste neque articulatus, neque probatus est. Præterea non constat de certo valore redditus domus, pro augmento assignatæ, nam iura, quæ deducuntur non sunt in forma probanti, neque legitime extracta, præterea liber æsti-2 ui † non facit fidem, cõtra non subditos, vt per Socin. cons. 187. nu. 20. lib. 2. neque credendum est assertioni D. Iacobi, per ea quæ tradit Bart. in l. si forte. de castr. pecu. Dec. cons. 20. in pr. nu. 2. maxime, cum ex pensio-3 ne † domus deducendæ sint expensæ, quæ solent fieri, & sunt necessariæ pro eius reparatione, vt experientia docet.

Alterum quod non est verificatum respectu veræ traditionis domus, & assignationis possessionis per Ecclesiam, cum instrumentum consignationis non fuerit in rem præsentem, neque legitime constet, dictam domum fuisse vnquam possessam per Rectores dicti Beneficij, licet aliquas pensiones perceperint per manus Dominorum de Delphinis. Nam hanc probationem reddit magis suspectam nobilitas familiæ Patritiæ, quę plurimum pollet authoritate in locis subditis Dominio Serenissimæ Reipub. ita vt aliqua præsumptio ex hac potentia insurgat contra ipsos, iuxta ea quæ habẽtur in sacro Conc. Trid. sess. 25. c. 9. Neq; suffragatur pręsumptio, quæ oritur ex longissimi temporis obseruantia, iuxta ea, quæ deducta fuerunt alias in causa Lucana, Decanatus, quia ibi non agebatur de implemento & traditione bonorum pro augmento dotis assignatæ, ea enim plene constabat fuisse tradita, & assignata, & circa hanc rem nulla aderat difficultas, sed tantum agebatur de verificatione gratiæ, in qua sufficit leuior probatio, & semiplena, vt per Aegid. decis. 112. 113. & 664. Rot. decis. 14. de prob. in antiq. & in caso nostro pręterquam quod agitur de adimplemento cõditionis, quod est probandum, Mohedan. decis. 148. in fin. num. 35. de præsumpt. ad trad. Peregr. decis. 5. quare conclusum in his non esse concludenter probatam effectionem conditionum, licet in alijs Domini censuerint satis iustificatam esse gratiam.

LANCELLOTTI.

Pampilonensis, Parochialis, de Cicur Maior. Merc. 27. Mart. 1602.

ARGVMENTVM.

Qualitates in præsentandis à Verificatoribus, ex constitutione synodali, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Relationi, & approbationi verificatorum, quo ad approbationem præsentandi, statur.*
2 *Reseruatio protestationis non releuat, nisi de grauamine doceatur, ob non seruatam formam Constitutionum.*

DECISIO DXXXI.

PRæsentationes factas in fauorem Martini Goni, à Petro de Echayde, & ab alijs, de quibus in dubio, validas esse Domini dixerunt, quia factæ fuerũt in tempore coram ordinario, & omnes præsentantes sunt vicini, ad quos ius patronatus spectat, neque id sine calumnia in dubium reuocari potest, cum vterque ex pręsentatis nitatur eodem iure patronatus, & præsentationibus vicinorum.

Istos autem præsentantes habere qualitates requisitas à constitutione Synodali, controuertendum non est, cum fuerunt vti tales approbati à verificatoribus, iuxta formam eiusdem Constitutionis, deputatis ad 1 verificandum qualitates necessarias, † cui relationi, & approbationi est standum, cum id disponat Constitutio.

Et quamuis verificatores non expresserint in istis præsentationibus concurrere qualitatem domus habitabilis, tamen sufficit, quod declarauerint illos esse incolas, constitutio enim hoc modo mandat fieri descriptionem respectu eorum qui habent domum habitabilem.

Non obstat, quod verificatores sunt suspecti, nam omisso, quod de hoc nihil vnquam fuit in partibus oppositum, cessat difficultas, cum alij duo verificatores pro parte Ioan. electi, idem retulerint, ex quo purgatur omnis suspicio.

2 Neque obstat reseruatio † protestationis opponendæ, quia cum reseruatio nihil de nouo tribuat, non releuat, nisi doceatur de grauamine, ob non seruatam formam Constitutionis, vltra quod potest intelligi respectu præsentationis.

LANCELLOTTI.

Pampilonensis, de Cicur. Maior. Merc. 30. Octob. 1602.

ARGVMENTVM.

Discutitur quæstio, num vota obtenta à parte in casu de quo agitur, ob rationes in decisione allegatas, ad fauorem eius, & effectum, vt præsentatio facta sustineatur, computentur.

SVM-

S V M M A R I A.

1 *Ius præsentandi quando currere incipiat.*
2 *Vicarij, & officialis vnum est tribunal.*
3 *Præsentatio coram officiali, facta, valet.*
4 *Simonia vitium certas & concludentes probationes requirit.*

DECISIO DXXXII.

Dubitatum fuit, An quatuor vota, scilicet Regis, Regiminis Ciuitatis Pampilonensis, Luciæ de Licatoain, & Michaelis de Rol, essent computanda ad fauorem Martini, cum facultas præsentandi non controuertatur, ex quo per relationem verificatorum constat, votum regium esse indubitatum, alios verò esse vicinos, ad quos ius patronatus spectat, vt in alia decisione visum fuit.

Neque obstat, quod votum Regis non fuerit datũ infra quadrimestre à die vacationis, quia cum ius præsentandi non incipiat currere à die vacationis, † sed à die verisimilis scientiæ illius, Rota decis. 13. de iure patron. in antiq. Bissign. decis. 7. de præb. & fuit decisum in causa Pampilonensi de Illund. die 12. Decembris 1597. coram Reuer. patre Domino meo Litta, & alias pluries, non potest elici præsentationem nõ fuisse factam in tempore, cum non constet Proregem in Ciuitate residentem prius habuisse notitiam vacationis, quæ contingit in diœcesi, vbi edicta generalia apposita fuerunt, & ideo ista non concludunt ad scientiam illius, qui permanet in Ciuitate.

Neque etiam obstare, quod secundo loco dicebatur, Votum Regis non fuisse datum coram superiore habente facultatem instituendi, ex quo præsentatio non fuit facta coram Vicario, cui Episcopus banc causam commiserat, sed coram officiali, quia cum Vicarius & officialis † faciunt vnum, & idem tribunal, non refert coram qua persona dicti Tribunalis præsentatio fiat, cum omni casu in Tribunali Episcopi facta dicatur.

Nec dubium est, quin officialis habeat facultatem instituendi, quod etiam in constitutione Synodali cautum reperitur, & sic valuit † præsentatio coram ipso facta, quamuis non esset Iudex, cum huiusmodi actus non sint iudiciales. Quantum ad Votum Regiminis Ciuitatis Pampilonensis, quod competit Hospitali Pampilonensi S. Mariæ de grana, est computandum ad fauorem Martini, siue sit attendendum suffragium Rectorum, nam isti Martinum præsentarunt, siue sit attendendum Votum œconomorum dicti Hospitalis, nam quamuis hi dederunt votum ad fauorem Ioannis Martinez, tamen etiam mandatum procuræ, & facultatem eidem Ioanni concessam quatenus huiusmodi voto vti voluisset, vt alium præsentaret, cuius vigore Ioannes præsentauit Martinum, imò œconomi constituerunt alium procuratorem, ad præsentandũ eum, in quem Io. suam præsentationem transtulisset, qui procurator etiam Martinum præsentauit.

Neque obstat, quod Ioan. Martinez nullum ius fuerit quæsitum, ac ideo suam nominationem in aliũ transferre non potuerit, ex decisione in causa Pampilonensi, de Vacandano, 10. Martij 1599. coram Reuer. patre Domino meo Litta, quia non fuit processum in vim translationis, sed in vim præsentationis, quæ fuit facta vigore mandati ab œconomis dati, qui ius, & potestatem præsentandi dicto Ioan. cõcesserunt, quod eis licitum erat. Rota decis. 16. num. 3. vers. secundu an dictus patronus. de renunciat. in antiq.

Idem etiam dicendum est de voto Luciæ, nam Io. Martinez ab ipso præsentatus, & qui noluit præsentationem acceptare, non transtulit suam nominationem in Martinum, in quibus terminis procederet decisio Domini mei Littæ, sed illum præsentauit nomine Luciæ in vim mandati, & facultatis sibi commissæ, casu quo præsentationem ad sui fauorem vti voluisset, & hoc modo etiam intellexit ipsemet Ioannes, dum dedit, & transtulit suffragium nomine Luciæ, si enim nominationem transferri voluisset, non fecisset nomine Luciæ, sed iure, & nomine proprio, & cessat difficultas quia ipsa Lucia infra quadrimestre non solum ratificauit dictam præsentationem, sed etiam eum de nouo præsentauit.

Contra Votum Michaelis opponitur solum suspicio Simoniæ, ex quo post vacationem beneficij prætenditur, per Martinum fuisse traductum ad domum suam vnà cum familia, eique subministratum victum, & alias commoditates. Verum in hoc nedum non adsunt probationes certæ, † & concludentes, prout requiritur, sed nec etiam coniecturæ sufficientes, neque etiam probatur pactio præcedens, & potuerunt hæc fieri sine intentione deprauata, & animo corrupto, & ideo votum istius, sicuti aliorum est computandum.

MANTICÆ.

Pampilonensis. de Tanzi. Lun. 20. Nouemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus etiam per leuiores probationes probatur, & per quas in præsenti casu.

S V M M A R I A.

1 *Probationes leuiores in iure patronatus quando sufficiant.*
2 *Ordinario asserenti, beneficium esse de iure patronatus, creditur.*
3 *Sententia lata respectus beneficij, ius facit, quo ad omnes.*
4 *Citandus non est, de cuius interesse non agitur.*
5 *Testis falsum deponere videtur, nisi negatiua sit coarctata loco, & tempore.*

DECISIO DXXXIII.

Domini censuerunt non esse recedendum à decisione in hac causa facta, die 10. Aprilis proxime præteriti, ex rationibus in ea deductis, quia cum agatur de pertinentia Iuris patronatus inter communitatem de Tanzi, & Dominos Domus de Taualetta, & ordinarius non sit in causa, leuiores sufficiunt † probationes.

Vnde licet illud fundamentum præsentationis factæ de anno 1483. circumscribatur, quod tamen Dominis etiam placuit, ex eo quod præsumitur identitas personæ præsentatæ, cum ex eius obitu vacauerit beneficium, de anno 1506. Oldrad. consil. 229 & error in Syllaba non potuit obesse, l. qui habebat. ff. de fid. libert. & alijs rationibus decisio sustineatur.

Nam ex scientia lata ab ordinario anni 1562. in qua dicitur Ius patronatus pertinere ad domum de Taualetta, datur intelligi hoc ius patronatus fuisse deductum, & probatum, quia ordinario asserenti † beneficium esse de iure patronatus, credendum est, Rot. decis. 11. num. 1. de Iure patr. in nou. cum alijs in decisione allegatis.

Neque ad rem pertinet, quod Communitas non fuit citata, quia sententia lata respectu beneficij, facit ius † quo ad omnes, arg. l. prim. in §. vlt. cum alijs de liber. agnosc. & l. ingenuum. & ibi Bald. de statu hominum. Anchar. cons. 336. nu. 1. Dec. cons. 341. nu. 7. Couar. pract. quæst. c. 13. nu. 5.

Neque etiam Communitas debuit citari, quia de illius † interesse non agebatur, & sufficit eum fuisse citatum, qui erat legitimus contradictor, vt scribit Couat. in d. c. 13, nu. 5.

Neque obstat, quod Communitas ipsa allegauerit velle se citari, quia cum sententia lata fuerit mense, & ipsa Communitas postea longo interuallo comparuerit, nihil ei potuit prodesse, quia Iudex functus fuerat officio suo. l. iudex postquam. ff. de re iud.

Neque obstat, quod in dicta sententia dicatur Michaelem de Vturaga testem fuisse adhibitum, & ipse

cum

cum iuramento deposuerit, se non audisse, cum iam mora fuisset interposita, idemque dixerit Michael Iunior, quia ipse propter infirmitatem memoriæ facile potuerat oblivisci. l. peregre. ff. de acq. poss. Cardin. Senen. in l. qui accusat. nu. num. 3. C. de ed. Gramm. decis. 60. num. 8. & 9.

Neque etiam officit, quod in dicta sententia dicatur vocatis Capitulo, & Canonicis, & septem ex illis examinati dixerunt, Capitulum non fuisse conuocatum, neque Archiuium côqueritur, quia ipsi nô coarctant negatiuâ, poterant enim abesse, & ideo non concluduot, nisi dixissent id fieri non potuisse, quin ipsi vidissent, Alex. consil. 43. num. 1. lib. 4. Dec. consil. 94. num. 5. & si negatiua non sit coarctata † loco, & tempore præsumitur testis falsum deponere, Alex. consil. 85. num. 19. & consil. 108. no. 12. lib. 2. Ruio. cons. 161. num. 11. lib. 4.

Neque etiam obstat, quod dicta sententia sit sine actis, & ideo non facit fidem, c. qooniam contra. de probat. quia hoc locum habet, quando agitur de Canonizatione ipsius sententiæ, sed in proposito sententia inducitur pro adminiculo ad probandum Ius patronatus ad domum de Taualetta pertinere, in casu, quo lis non agitur cum ordinario, sed inter patronos, vt dictum est.

His accedit confessio Communitatis, quod hoc ius patronatus pertinet ad dictam domum de Tauelletta, quæ multum suffragatur ad præiudicium ipsius confitentis, Cassad. decis. 7. de iure patr. præsertim cum huiusmodi confessio sit admiociulata cum testibus, noo solum de auditu, de publica voce, & fama, sed de visu, ex alijs sæpe deductis, vt in decisione dictum fuit.

Neque etiam refragatur, quod hæc Ecclesia tanquam libera fuerit possessa, per longum tempus, quia ab anno 1506. lis fuit introducta & longissimo tempore ventilata, donec sententia lata fuisset aono 1562. non potest intelligi fuisse eo statu, vel in pacifica quasi possessione libertatis.

Quare ex his placuit Dominis satis constare, Ius patronatus ad dictam domum de Taualetta pertinere sicut decisum fuit.

MANTICÆ.

Pampilonensis, Parochialis, seu Iuris patronatus, Lun. 2. Mart. 1592.

ARGVMENTVM.

Possessione præsentandi, vel quasi, ex parte vniuersitatis non probata, sententia in possessorio lata, à Rota reuocatur, & recensentur causæ, ob quas possessio illa vitiosa, in casu de quo agitur, sit dicenda.

SVMMARIA.

1. *Possessio vitiosa redditur, & attentatorum iure censetur, si institutus intra decendium ad appellandum præstitutum, possessionem accepit.*
2. *In tantum etiam procedit hoc, vt locum habeat etsi appellatum non fuerit.*
3. *Temporis breuitas causæ cognitionem imperfectam arguit.*
4. *Possessio capta lite pendente non releuat.*
5. *Appellatione à sententia in petitorio lata pendente, ad sententiam in possessorio ferendam, non rectè deuenitur.*

DECISIO DXXXIV.

FVit resolutum altero tantum Informante sententiam ad fauorem Antonij latam in possessorio esse reuocandam, quia non constat de tali quasi possessione Vniuersitatis, quæ dictum Antonium præsentauit, vt possit ei suffragari. Nam prior possessio Martini præsentati ab ipsa Vniuersitate erat controuersa cum super statu Parochialis Ecclesiæ de qua agitur, lis esset introducta. Illa enim fuit capta vigore institutionis & sententiæ latæ à Metropolitano, in secunda instantia, à qua quidem sententia potuit sine dubio appellari, & tamen idem Metropolitanus eodem die, quo pronunciauit 1 eundem Martinum instituit, qui postea † intra decendium ad appellandum præstitutum possessionê accepit, & ideo huiusmodi possessio est attentata & imprimis reuocari debet, c. 2. vt lit. pend. lib. 6. & c. non solum paulo post princ. de appell. eod. lib. 6. quod procedit 2 † etsi postea non fuerit appellatum. Io. Paul. decis. 28.

Præterea cum præsentatio facta coram ordinario, die 25. Aug. ab eo fuit reiecta, & die 27. eiusdem Mensis idem Metropolitanus sententiam tulerit, possessio dicitur vitiosa, quia ex breuitate temporis, & præcipiti 3 festinatione † nullam videtur adhibuisse causæ cognitionem. Bart. & alij in l. prolatam. C. de sent. & interlo. omn. iud. Gemin. in c. penderet. 10. dist. Alex. in l. Iudices. num. 4. C. de iud. Crau. cons. 153. num. 2. Accedit etiam, quod eadem possessio Martini fuit spoliatioa, cum D. Io. prius possideret cui sententiæ latæ in Consilio Regio propter defectû Iurisdictionis non possunt officere. c. si diligenti. de foro competenti. c. ad audientiam. de consuetud. & tot. tit. C. si à non compet. Iud. qui defectus nunquam intelligitur reiectus, Alex. cons. 79. in fin. lib. 7. Soc. sen. cons. 83. nu. 26. lib. 4. Soc. Iun. cons. 66. num. 18. lib. 1.

Similiter possessio Petri Bolasij, per cuius obitum fuit Petrus præsentatus, & institutus, est attêtata, quia ipse etiam fuit institutus vigore sententiæ latæ in contradictorio iudicio, & pendente termino ad appellandum accepit possessionem, vt deducitur in facto.

Hoc amplius sentêtia, de cuius viribus nunc agitur, est attentata, nam prius lata fuerat sententia in petitorio, à qua etiam pars appellauit, antequam lata esset sententia in possessorio, & ideo hæc sententia lata in possessorio nullo iure potest subsistere. Nam cum vniuersitas, die 8. Feb. 1586. sub prætextu quasi possessionis præsentandi, instaret pro institutione, & Catharina aduersaria se opponeret, & diceret huiusmodi quasi 4 possessionem ei non posse suffragari, quia erat † capta lite pendente, & propterea non posse deueniri ad aliquam institutionem, nisi prius iudicium petitoriû esset definitum, Vicarius auditis partibus, die 27. Apri lis mandauit, institutionem differri, vsque ad diffinitionem causæ principalis, partibus præsentibus, & huic decreto consentientibus. Vnde cum à sententia lata in petitorio esset interposita appellatio, Vicarius 5 absque vitio † attentatorum non potuit præd. sententiam in possessorio proferre, & d. Antonium instituere, d. c. non solum. de appell. lib. 6. & fuit decisum coram Reu. Lauretano, die 27. Iunij 1575. in Calaguntana, Portionis, de Amerita.

Idque multo magis in casu proposito locum habet, quia sententia lata in petitorio, complectitur etiam possessorium, nam in ea expresse dicitur, Ius patronatus ad vniuersitatem spectare, tam quo ad proprietatem, quàm quo ad possessionem.

Atque ex his placuit Dominis, dictam sententiam latam in possessorio esse reuocandam.

PENIÆ.

Comensis, Cappellaniæ. Lun. 8. Nou. 1593.

ARGVMENTVM.

Stante prohibitione testatoris, inita cum communi consensu filiorum, vt nullus eorum possit, alteri alicui personæ, Communitati, collegio, capitulo, vel vniuersitati, præterquam inter se, renunciare, remittere, donare, vel alio titulo transferre ius patronatus, & quod ius illud patronatus debeat remanere, & transire in filiorum suorum liberos masculos, nec in feminas aliquas, an ex ea descendentes de linea fœminina, à iure patro-

natus

natus exclusi, & Ecclesia libertatem acquisisse censeatur, deficiente linea masculina testatoris.

SVMMARIA.

1 *Fundator potest ius patronatus ad fauorem certarum personarum reseruare, quibus deficientibus, beneficium remaneat liberum.*
2 *Ius patronatus quando ad quoscunque hæredes, etiam feminas, transeat.*
3 *Pactum ne feminæ succedant, intelligitur stantibus masculis, vt ijs deficientibus admittantur.*
4 *Obscuritas pacti in testamento appositi per obseruantiam diuturni temporis declaratur.*

DECISIO DXXXV.

Gabriel de Leuzzatijs, ad quem, & eius descendentes per Ordinarium Comensem pronunciatum fuerat pertinere ius patronatus de quo agebatur, anno 1487. condito testamento inita cum filijs concordia de communi consensu ordinauit, vt nullus ex ipsis posset, aut valeret alicui alteri personæ, Communitati, Collegio, Capitulo, vel Vniuersitati, præterquam inter sese renunciare seu remittere, aut donare, vel alias transferre ius patronatus quod habebant in Cappella Sanctorum Erasini, & Martini, sitis & fundatis in territorio de Bernate plebis fini, quod ius patronatus voluit, & iussit remanere, & pertransire debere in dictorum filiorum Gabrielis liberos masculos, non autem in aliquos naturales, neque in adoptiuos, nec in mulieres aliquas. Cumque multis decisionibus hactenus in hac causa firmatis, conclusum fuisset, constare de iure patronatus familiæ de Leuzzatijs, à quibus descendebant Cassacorij, & ad ipsos propterea pertinere: Econtrario Septimius de Ciceris cui de anno 1584. per ordinarium Comensem hæc Cappellania tanquam liberum beneficium collata fuerat, opponebat Cassacorios, tanquam descendentes per lineam femininam ab antiqua familia de Leuzzatijs non esse patronos, sed Cappellaniam acquisiuisse libertatem: Vnde dato dubio, An pactum exclusiuum feminarum appositum in testamento Gabrielis releuaret ad effectum, vt Cassacurij à mulieribus descendentes patroni esse desierint.

Domini censuerunt pactum non releuare. Quam-1 uis enim vera conclusio sit posse † fundatores in iure patronatus constituendo illud reseruare ad fauorem certarum personarum, quibus non existentibus, vel deficiétibus beneficium remaneat liberum, Lambert. art. 2. & 4. secundæ quæst. principalis. part. 1. lib. 1. & fuit late firmatum in illa Cremonensi, Iuris patronatus, coram Reuer. patre D. Seraphino diebus Iunij, & 21. Octobris, anno 1578. Ac vera quoque esset conclusio affirmans quod quando nihil fuit in fundatione 2 exemptum, † vel reseruatum, vel prohibitum, tunc ius patronatus sit transitorium ad quoscunque hæredes, & successores etiam feminas, talis enim est natura iuris patronatus, glo. in c. quoniam inuestituras, 16. q. 7. Abb. in c. 1. nu. 3. de iure pat. Cald. cons. 4. eod. tit. Anchar. cons. 81. num. 2. Ferret. cons. 131. circa fin. & in casu proposito non appareret in fundatione huius iuris patronatus feminas fuisse exclusas, consequatur, vt eis etiam fuerit ius quæsitum. Io. And. & alij in c. nobis. de iure pat. Cass. decis. 1. num. 3. eod. & propterea pactum, quo excludebantur per testamentum Gabrielis eis non præiudicabat, ad effectum, vt perpetuo censerentur exclusæ, pactum enim ne feminæ succederét, 3 intelligebatur stantibus † masculis de familia paciscentium, eis tamen deficientibus mulieres non censebantur exclusæ. Anchar. d. cons. 81. nu. 4. Cassad. d. decis. 1. num. 3. Ferett. d. cons. 131. num. 15. quę interpretatio eo magis videtur tenenda, quia apparebat cõformis voluntati Gabrielis testantis, & feminas excludentis, vt id scilicet fecerit fauore masculorum, nó autem, vt masculis deficientibus mulieres de suo genere & familia perpetuo excludere voluerit, maxime cum in hac materia etiam à præsumpta mente testantis arguere liceat. Calder. d. consil. 4. circa med. vers. confirmatur hoc ex voluntate.

Obseruantia quoque subsequuta voluntatem Gabrielis satis declarauit: nam spacio 70. annorũ, & amplius feminæ masculis deficientibus præsentarunt, & ordinarij pro tempore existentes, earum præsentationes, velut legitimas admiserunt, nec dubium, quin 4 illa obscuritas pacti † appositi in testamento Gabrielis per hanc obseruantiam declaretur, l. minime. ff. de legi. Crauett. cons. 101. num. 3. cum similibus.

Quam etiam declarationem indicare videbatur tenor antiquæ sententiæ obtentæ per eundem Gabrielem de anno 1488. vno scilicet post conditum à se testamentum, in qua fuit pronunciatum, illum, & successiue post eũ filios, & descendentes legitimos, quorum appellatione & feminæ continentur, Simonet. decis. 27. fuisse patronum, quasi per hanc sententiam à prædicto pacto recessisse videretur.

Atque ex his concluserunt Domini, non releuare supradictum pactum neque esse necessarium discurrere difficultates excitatas per Informantes pro Septimio, videlicet, quod Gabrieli successor in iure patronatus licet non esset primus fundator, fauore Ecclesiæ & libertatis beneficij potuerat præiudicare successoribus.

LITTÆ.

Pampilonensis, de Tanzi, Ven. 9. Maij 1597.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex confessione partis aduersæ, & alijs adminiculis, de quibus in Summarijs, probari, asseritur.

SVMMARIA.

1 *Notarius quis esse satis probatur ex instrumento antiquo, in quo se Notarium asserit.*
2 *Testes nulliter examinati non probant.*
3 *Signi appositio non est de substantia instrumenti, & eo deficiente, instrumento non derogetur.*

DECISIO DXXXVI.

Domini tenuerunt, ad effectũ de quo agitur, quicest, vt sententiæ latæ ad fauorem Taualettæ sustineantur iura satis in forma probanti esse. Nam instrumentum de anno 1483. fuit receptum, per annos 100. ante motam litem, quæ cœpta fuit de anno 1584. & in antiquis non est necessaria aliqua recognitio, secundum obseruantiam Rotæ, concurrentibus tamen aliquibus adminiculis, l'ut. 9. & 13. de fid. inst. in manuscrip. & in impressis 51. lib. 1. 319. lib. 2. & 186. lib. 3. Adminicula autem hoc in casu non desunt, sententia scilicet ordinarij, testes deponentes de publica voce, & fama huius iuris patronatus, & alia de quibus in decisionibus in hac causa factis coram Illustr. Mantica.

1 De Notariatu autem satis constat, ex eo, † quod se talem esse enunciauit in dicto instrumento antiquo, Couar. pract. quæst. cap. 21. nu. 7. vers. secundus casus.

Non obstant testes, quibus nituntur Informantes pro Vniuersitate, ad redarguendum dictum instrumentum suspectum, & impugnandam fidem aliarum 2 scripturarũ ex † quo sunt nulliter examinati, & propterea Rota noluit eis fidem aliquam adhibere. Ad consil. Dec. 133. col. 2. in fin. Paris. 53. nu. 23. lib. 4. quos sequuntur Caputaq. decis. 207. par. 2.

3 Quod careat signo, non † refert, cum signum non sit de substantia instrumenti, Cass. decis. 73. & fuit decisum in vna Bononiensi, fideicommissi de S. Petro, coram Reuer. patre D. Penia, de præsenti anno.

Scriptura autem confessionis ipsiusmet Vniuersitatis est de anno 1483. quo fit, vt tanquam antiqua, & ipsa in forma probanti videatur, ex supradictis, cui etiam

etiam deseruit pro adminiculo non leui Bulla confirmationis huius Iuris patronatus, ad fauorem Dominorum de Taualeria, per Paulum IV. factæ, in qua enunciatur dicta scriptura confessionis.

Nec obstant prouisiones postmodum factæ pro libertate beneficij, quia cum in dictis prouisionibus fuerit semper præseruatum Ius patronatus vbi pro eo cõtingat iudicari, sequitur quòd ex dict. prouisionibus non tollitur vis dictæ confessionis, quam etiam Vniuersitas ipsa impugnare non potest, nisi docto de errore, vt fuit decisum in illa Romana, domus, 19. Ianuarij 1595. coram Reu. patre D. Mellino.

Maxime cum hoc in casu agatur de canonizando ipso Iure patronatus, coram ordinario, sed solum super pertinentia, cum ipsa vniuersitate, quo casu sufficit, quod constet de iure patronatus, ex sola confessione partis, Cassad. decis. 7. de Iure pat. Put. 36. nu. 1. lib. 5. Nec requiruntur illæ probationes, respectu verificationis illius, quæ alias requireretur, vbi ageretur, de eo canonizando, vt pluries per Rotam fuit resolutum.

Cum igitur, pro verificatione huius iuris patronatus concurrant confessio ipsius Vniuersitatis, contra quam agitur, Instrumentum anni 1483. depositio testium de publica voce, & fama, & ista sint in forma probanti, negari non potest, quin satis fundata remaneat intentio Taualettę ex supradict. & consequenter, quin sententiæ ad illius fauorem latæ sustineantur, licet aliæ scripturæ per Taualettam productæ ad eundẽ finem, & effectum aliquam patiantur difficultatem, circa illud an sint in forma probanti.

MANTICÆ.

Pampilonensis, de Tanzi, 10. April. 1598.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus etiam per leuiores probationes, satis probatur, & quando hæ locum habeant.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quandoque etiam per probationes leuiores probatur.*

DECISIO DXXXVII.

PLacuit Dominis, constare de iure patronatus domus de Taualetta, quia non agitur † cum ordinario, qui non est in lite, sed inter præsentatos de pertinẽtia ipsius Iuris patronatus, quo in casu leuiores probationes sufficiunt, vt sæpius fuit resolutum.

ORANI.

Zamorensis, Beneficij, de Moralis, Ven. 30. Maij 1587.

ARGVMENTVM.

Lite pendente inter præsentatos, alteroque ex litigantibus patrono defuncto, an sine vitio attentatorum alius præsentari queat.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta per alterum colligantium, lite pendente, attenta dicitur, & vitiosa.*

DECISIO DXXXVIII.

QVod lite pendente inter præsentatos, alteroque ex litigantibus defuncto patrono non permittatur sine vitio attentatorum alium præsentare, indubitatum est, extra omnem verò controuersiam huiusmodi præsentatio fuit post tempus à iure concessum habita ratione præd. præsentationis, in cuius locum fit per nouam præsentationem subrogatio, iuxta text. in c. 1. vbi Ioan. And. & Gem. vt lit. pend. in 6. Cald. consil. 1. eod. Lap. allegat. 22. Lamber. de iure patr. par. 1. lib. 2. art. 6. quæst. 1. & ita resoluerunt Domini in hac causa, in qua fuit decisum præsentationem † factam per D. Ludouicum de Ocampo, de persona Martini Vicarij, per obitum Antonij de Ocampo, colligantis fuisse attentatam, & propterea sequestrandam.

LANCELLOTTI.

Foroliuiensis, Iuris patronatus, Ven. 30. Mart. 1601.

ARGVMENTVM.

Voluntas testatoris etiam ex coniecturis præsumitur, & quæ illæ sint, in decisione declaratur.

SVMMARIA.

1 *Testatoris voluntas etiam ex coniecturis colligitur.*
2 *Ordo successiuus quomodo intelligatur.*

DECISIO DXXXIX.

DOmini steterunt in decisis, quod filij Bartholomæi non fuerint hæredes Ioannæ ad effectũ de quo agitur, sed solum Bartholomæus, Petrus, Franciscus, Sebastiani filius, & Paulus filius Ioannis, quilibet scilicet pro tertia parte, moti ex rationibus, de quibus in decisione, quia ex coniecturis constat de hac testatoris † voluntate, vocando filios post obitum parentum simul cum nominatis, & nõ post eorũ mortẽ.

Neque obstat, quod ordo successiuus intelligatur inter nominatos, quasi quod donec vnus ex eis superfit, excludantur aliorum filij à successione in portione parentum, quia vocatio nominatorum, & eorum filiorum non est hoc modo intelligenda, sed ordo successiuus intelligitur † respectu vniuscuiusque nominati, & eorum filiorum, ita vt eodem tempore succedere possent nominati, & filij nominatorum prædefunctorum in portione patris. Ruin. cons. 168. num. 10. vol. 3. Paris. cons. 91. nu. 30. & seq. lib. 2. cum alijs, per Peregr. de fideic. art. 21. num. 42.

Quod etiam confirmatur ex coniecturis, & vltra illas, quæ alias deductæ fuerunt, considerata fuit declaratio ad recitandam difficultatem, quando deberẽt succedere simul nepotes & filij prædefunctorum, vocãdo nepotes in capita, & filios prædefunctorum in stirpes. Item fuit consideratum ex toto testamento apparere, quod testator prædilexit filios cuiuslibet in portione parentis vocando ad prædium æquis portionibus nominatos, & cuiuslibet ipsorum filios masculos in stirpem, & non in capita. Item substituendo Bartholomæum, & eius filios in sua rata legati ei relicti.

Ex quibus coniecturis tolluntur omnia in contrarium deducta, quæ cessant stante verisimili mente testatoris, Ruin. cons. 171. nu. 9. & 10. lib. 2.

SERAPHINI.

Gerundensis, Beneficij, de Ceruiano. Merc. 15. Decemb. 1599.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus in casu, de quo hic, varijs ex probationibus deducitur, & probatum dicitur.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus ex antiquis simul, & recentioribus enunciatiuis probatur.*
2 *Reseruatio regulæ octo mensium beneficia iuris patronatus non comprehendit.*

DECISIO DXL.

FVit resolutum, constare de iure patronatus ad effectum de quo agitur. Habemus enim initiũ fundationis dicti Iuris patronatus per Arnaldum de Ceruiano, qui constituit duo beneficia pro duobus Sacerdotibus, vt in summ. num. 1. quæ institutio videtur effectum sortita, quia vacante vno ex pręfatis beneficijs in mense Nouembris anno 1296. Berengarius de Ceruiano, tanquam patronus, præsentauit quendam Valerianum, & alter beneficiatus præsentauit Petrum Bernardi, de Fulgonibus, per cuius obitum de anno 1341. Raymundus alter beneficiatus assequutus fuit per optionem illud beneficium, iuxta testatoris dispositionem, & ad illud tũc per dimissionem vacans fuit præsentatus, & institutus quidam Perpinianus, vt in Summ. num. 3. Deinde etiam constat, quod per obitum præfati Raymundi, anno 1384. fuit ad dictum beneficium

beneficium præsentatus. Franciscus de Busquetis, qui fuit per Episcopum institutus, & sic ex istis satis apparet, tum de existentia Iuris patronatus, tum de eius effectuatione, per cons. Oldrad. consil. 229. sæpius approbatum à Rota.

His accedit modernus status beneficij, nam de anno 1552. fuit institutus ad præsentationem patronorũ quidam Monseratus per Vicarium Episcopi Gerundensis, deinde per resignationem liberam eiusdem Monserati de anno 1561. fuit institutus quidam Antonius de Ioan. qui deinde ex causa præsentationis illud dimisit, & ad præsentationem patronorum fuit institutus quidam Ioannes Salater, & demum anno 1578. per eius dimissionem fuit præsentatus quidem Michael de Angullana, qui de eo fuit institutus, & in omnibus istis præsentationibus, & institutionibus habetur relatio ad antiquam iuris patronatus institutionem. Vnde concurrunt tum antiquæ, tum † recentes enunciationes, ex quibus probatur decisum Ius patronatus, cum habeat vim famæ, Cassad. decis..... num. 4. de probat. fuit decisum in Gerundensi, beneficij, 10. Iun. 1597. coram bon. mem. Orano, maxime in casu isto, in quo nulla potest adesse suspicio vsurpationis, Achill. decis. 4. de Iure patr. Mohed. decis. 12. eod. tit. & licet inter antiquas institutiones & modernas adsit interuallum 63. annorum, iuxta quod non docetur de aliquibus institutionibus, tamen cum in contrarium nullæ deducantur prouisiones, libere possunt hæc tempora coniungi, ad effectum probationis, quæ non sumitur ex præscriptione, sed titulo antiquissimo, & effectuato.

Neque obstat, quod opponitur iura non esse in forma probanti, quia fuerunt publicata per Franciscum Planes scribam scribariæ Episcopalis Gerundensis, qui testatur reperijsse hæc iura inter alias scripturas publicas eiusdem scribariæ, & tanquam successor in officio potuit publicare, & satis est esse recognita. Neque requiritur extractio, vigore Compulsorialium, vt fuit resolutum in causa Gerundensi, Vint, 15. Maij 1598. coram Reu. patre Domino meo Pena.

Vltra quod istæ scripturæ ex obseruantia capiunt robur, vt alias in pluribus causis fuit decisum, ex consil. Bald. 400. num. 5. lib. 4. & in cons. 42. num. 9. lib. 5. etiam in specie in materia Iuris patronatus, Rota in Rom. Iuris patron. 1. Martij 1539. coram bon. mem. D. Decano.

Hinc sequitur, non habere locum reseruationem, 2 quia † reseruatio regulæ octo mensium non comprehendit beneficia Iuris patronatus, prout habetur per Verall. decis. 405. lib. 1. in manuscr.

Neque obstat, quod hoc Ius patronatus sit mixtũ, quoniam ad hunc effectum reputatur laicale, vt per Achill. decis. 3. de Iure patr. in impress. Put. decis. 157. lib. 3. & Verall. d. decis. 403. & etiam ad hunc effectum videtur sufficere sola quasi possessio præsentandi, vt per Zabarel. consil. 69. num. 4. Calderinum consil. 23. de præb. Mohed. decis. 179. Put. decis. 206. lib. 1. Simonett. de reseru. quæst. 70. Ian. decis. 3. & fuit decisum in Vicen. Beneficij, 19. Nouembris 1599. coram Reuer. patre Domino Pamphilio.

Neque etiam hoc casu necessaria est probatio descendentiæ patronorum, ex quo reperiuntur in quasi possessione præsentandi, Crescent. decis. 9. de iure patr.

Et ita conclusum, constare de Iure patronatus ad effectum, de quo agitur.

LITTÆ.

Gerundensis, Beneficij, de Ceruiano, Lun. 3. Decemb. 1601.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ ex actis instificatur, & cuius veritas ex illis apparet, confirmanda est.

SVMMARIA.

1 *Beneficium de iure patronatus laicorum, sub regula reseruatoria octo mensium non cadit.*
2 *Enunciatiua antiqua vim famæ habet.*
3 *Qualitas absque subiecto stare nequit.*

DECISIO DXLI.

FVit resolutum, sententias esse confirmandas, ea ratione, quia ex actis apparet illas fuisse latas seruatis seruandis, & de iustitia illarum constat, siquidem, quia sententia prima Rotalis lata per Reu. P. Dominum meum Seraphinum, quæ confirmatur per secundam latam per Reuer. Patrem Dominum meum Peniam, nihil aliud continet, quam reuocationem sententiæ A. C. & quod Franciscus tenetur & obligatus sit dimittere, & relaxare possessionẽ beneficij, de quo agitur, Michaeli, cum omnibus fructibus quomodolibet perceptis, & percipiendis vsque ad realem, & effectualem dimissionem dicti beneficij, & vlterius declarat, dictum beneficium esse de iure patronatus & de illo de cetero disponendum esse iuxta formam fundationis factæ per Arnaldum, quæ omnia videntur iuri consona, nam cum ex decisione in hac causa facta, coram eod. Domino meo Seraphino constet vere, beneficium istud esse de Iure patronatus, laicorum, & 1 propterea non cadere sub regula reseruatoria † mensium, ad decisionem Veralli 405. in man. Sequitur, decretum A. C. cuius vigore Franciscus immissus fuit in possessionem beneficij, de quo agitur, vti fundatum in reseruatione non subsistere; & consequenter debuisse reuocari cum omnibus inde sequutis, & sic cum dicta possessione tradita Francisco prout per Dominum meum Seraphinum sententiatum fuit, canonizando dictum Ius patronatus ad instantiam Michaelis, qui de dicto beneficio iuxta tenorem fundationis illius, fuerat institutus, ab habente potestatem instituendi.

Nec obstare dixerunt Domini, quod Michael facto proprio, antequam habuit scientiam dictæ sententiæ A. C. cecident à possessione huius beneficij, quia per hoc non sequitur quod renunciauit iuri sibi competenti, super illo in petitorio, vt ex actu ipso dimissionis possessionis constat, ibi quoad possessionem, & non alias aliter nec alio modo, ad text. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Vnde cum sententiæ de quarum confirmatione agitur, non sint conceptæ in interdicto retinendæ, aut recuperandæ ad fauorem Michaelis, cui vtroque in casu obstaret dicta spontanea dimissio, ex deductis, hic per Informantes pro Francisco, sed in petitorio, in quo bonum ius fouere videtur ex supradictis, ideo, &c.

Et ad illud, quod non constet de facultate optandi vnum ex dictis beneficijs, & aliud dimittendi, fuit re- 2 sponsum, quod quemadmodum ex enunciatiuis † antiquis, quæ habent vim famæ, & ex obseruantia subsequuta constat de Iure patronatus, vt in hac causa fuit resolutum, eodem modo constare dicitur de dicta facultate optandi, cum dictum Ius patronatus ita qualificatum enuncietur, & non alias, & regulariter quali- 3 tas † ipsa stare non possit sine suo subiecto, l. eius qui in prouinciam. ff. si cert. pet. & l. Fuluius. §. 1. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. Ita quod ex præsentatione & institutione facta ad beneficium dimissum, cum insertione optionis factæ de beneficio vacante, per Raymundum conbeneficiatum anno 1341. satis constare videtur de obseruantia dicti Iuris patronatus etiam respectu optionis, & sic qualitas illius ex alijs late deductis in illa Messanensi, Studij, 2. Decembris 1598. coram Reu. Patre Domino meo Iusto.

GYPSII.

Lucana, Plebis, Merc. 13. & 22. Iun. 1590.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex fundatione, dotatione, & dotis augmento, maxime in antiquis, probatur.

SVMMARIA.

1 *Assertio Episcopi maxime in antiquis, probat ius patronatus.*
2 *Vt & Papa assertio.*
3 *Possessio antiqua, vel quasi, iuncta fama, ius patronatus probat.*
4 *Legitimorum documentorum appellatione, quæ contineantur.*

DECISIO DXLII.

DOmini resoluerunt, ex iuribus deductis dummodo sufficiēter recognita sint, constare de iure patronatus hominum Villæ de Lammar, quoniam licet non exhibeatur instrumentum fundationis, & dotationis, nihilominus cum Balthasar Episcopus Lucanus de anno 1445. asseruerit se vidisse dictū instrumentum rogatum per Dn. Guidottum Geraldi Notarium, de anno 1285. 4. Nou. in quo Paganellus Episcopus attenta dotatione & fundatione Plebis, de qua agitur, attento etiam augmento dotis eosdem homines, in patronos dictæ Ecclesiæ recepit, huiusmodi enim assertio 1 Episcopi satis † probat, tamen quia de eius præiudicio tantum agebatur, Put. dec. 172. lib. 1. tum etiam, quia sumus in antiquis, & ipse potuisset de nouo Ius patronatus dictis hominibus ex causa dotationis reseruare, quemadmodum iam reseruatum confirmauit, Dec. in Auth. si quis in aliquo. in fin. C. de ed. Aym. cons. 157. nu. 16.

Quæ quidem assertio multum corroboratur, ex alia assertione Calixti 3. inserta in literis Pij 2. expeditis in forma rationi congruit, vbi etiam literas Balthasaris de verbo ad verbum inseruit, & ius patronatus confirmauit, ita & taliter quod ei derogari non posset, nisi specifice, & nominatim derogetur. Ideo hæc asser-2 tio Papæ bene † probat ius patronatus, ad not. in clem. 1. de probat. Aym. de antiquit. temp. p. 1. n. 41. cum multis seq. maxime in antiquis, Put. dec. 249. lib. 2. Achill. de Iure patron. dec. 2. & si adesset aliqua hæsitatio, quę tamen non adest, illa prorsus tolleretur, ex alio instrumento nuper mihi exhibito, rogato per Alemanum quondam Arigli Manni de anno 1348. Iunij, in quo clare enunciatur dicta fundatio, & dotatio.

His accedit obseruantia per annos 100. & vltra ante vacationem vltimam, per hoc tempus probantur præsentationes continuatæ, quæ sortitæ sunt effectum, vt bene demonstrat D. Vincentius Parentius, quæ quasi 3 possessio antiqua † iuncta fama probat Ius patronatus Put. dec. 80. lib. 1.

Non obstat, quod Ius patronatus Vniuersitatis præsumatur ex vsurpatione quæsitum, Put. decis. 57. lib. 1. vt fuit dictum in vna nullius iuris patronatus coram Domino meo Pamphilio 2. Maij 1558. & coram me in alia Bononiensi, de Varignana, 10. Iunij 1589. quo fit vt requiratur plenior probatio, iuxta Conc. Trid. sess. 25. c. 9. quoniam Conc. Trid. solum statuit quod titulus iuris patronatus probetur per legitima docu-4 menta, appellatione quorum continentur † nedum instrumenta, sed etiam testes, præsumptiones, & probationes, à iure communi approbatæ, gl. in c. 1. & ibi Archid. de excep. in 6. In persona verò suspecta tunc Conc. requirit scripturam pro forma, quando ipsa suadet ius patronatus in præsentationibus, quæ non possunt probari, nisi per scripturam, vt fuit decisum in illa Nullius Iuris patronatus propter ea, quæ dicuntur quod testes non probāt immemorabilem. Non obstat, quod vbi probatur fundatio & dotatio, per legitima documenta non requiritur immemorabilis, & testes inducti duntaxat fuerunt ad probandam præsentationem habuisse effectum, vt bene demonstrant Informantes pro Vniuersitate.

ORANI.

Romana, Vnionis. seu Iurispatronatus. 1. Mart. 1599.

ARGVMENTVM.

Transumptum etsi non concludat, instrumentum præsentationis in eo enunciatum fuisse à Notario subscripto confectum, sufficienter tamen probat, vti scriptura priuata, fuisse præsentationem factam in personam, de qua agitur.

SVMMARIA.

1 *Copia simplex quando probet.*
2 *Præsentatio vna post aliam successiue facta, sufficit ad effectuationem præsentationis probandam.*

DECISIO DXLIII.

DOmini dixerunt, quod etiamsi fides, de qua agitur, ex se non concludat, instrumentum præsentationis in ea enunciatum fuisse à Notario subscripto confectum, nihilominus sufficienter probare, vt scripturam priuatam, fuisse præsentationem factam in personā Saui Porcarij, de anno 1535. Non obstat, quod extracta fuit à copia exhibita, & dimissa in actis, cum enim adiuuetur adminiculis, non secus ac simplex copia, aut sumptum de sumpto fidem facit, Bald. in §. bonæ fidei, colum. 3. versic. dubitatur. C. de iureiur. & in l. 2. ff. de fide instrumen. Purpur. Authent. si quis in aliquo. nu. 34. versic. limita tamen. Bartol. C. de eden. Caputaq. decis. 22. lib. 1. in manuscrip. & fuit resolutum in vna Cremonensi, Beneficij, die 5. Iunij, coram Reuer. Patre Domino meo Decano,

Pro adminiculis autem deseruire videbantur actus facti coram Vicario, de anno 1583. quando Status Portigranus in vim præsentationis factæ per Liuiam della Tecca fuit institutus, & postmodum Cappellaniam ad fauorem Hieronymi de Lauredis, tanquam existentem de iure patronatus, familiæ della Tecca, in manibus Papæ resignauit, ac successiue eam Papa accedente consensu Liuiæ Patronæ admisit eius oblationem, Vicario Vrbis, verificato prius quod esset iuris patronatus ex dotatione & fundatione committendo.

Nam cum talis per sententiam fuerit Cappellania declarata, non leuis præsumptio veritatis oritur, Paris. cons. 104. num. 54. lib. 1. & cons. 17. num. 18. lib. 4. præsertim accedente obseruatione subsequuta, quia vigore iurium, de quibus in copia fit mentio, fuerunt subsequutæ institutiones, quo casu non dubitatur, quin 1 copia † simplex probet, l. 2. l. veritas. C. de fid. Coin. Cyn. inter cons. Bald. cons. 400. lib. 4. cum aliis, de quibus per Aym. cons. 101. nu. 4.

Et eam amaritudinem tollebat effectuatio præsentationis factæ in personam Sabæ, qui resignauit ad fauorem Dominici de Porcarijs, sui fratris, & instrumentum census ab eo celebratum, cum Latino de Iuuenalibus, in quo asseruit se Cappellanum Cappellę, de qua agitur, illamque esse iuris patronatus familiæ della Tecca, ac etiam depositio Lucretiæ della Tecca, & auri.... Salæ post obitum Dominici, cum ad proban-2 dum effectuationem sufficiat, † quod vna præsentatio sit successiue facta post aliam, iuxta cons. Oldrad. 229. num. 2. & 3.

PAMPHILII.

Dertusensis, Iuris Conferendi. Merc. 24. Ian. 1596.

ARGVMENTVM.

Notarius potest ex suis notis exemplum absque aliqua solennitate desumere, & illud originale dicitur, vbi & quæstio deciditur, An Notarius successor in officio possit absque Iudicis authoritate extrahere & publicare instrumenta prædecessoris.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Notarius potest absque solemnitatibus exemplum ex notis suis desumere.*

2 *Notarius alteri in officio succedens, an possit instrumenta praedecessoris sui propria, & absque Iudicis authoritate, publicare.*

3 *Notarius instrumenta alterius Notarij infirmitate laborantis, an extrahere, & publicare queat.*

DECISIO DXLIV.

DOmini, quantum ad instrumenta extracta ab eisdem Notarijs, qui illa receperunt, non dubitabant, de eorum fide, cum notissimum sit, Notarium posse ex suis notis sumere exemplum absque aliqua so-1 lennitate, illudque † dici originale, l. vnum. cum ibi notatis. ff. de testam. Bald. in l. publicati. num. 2. & Ias. ibi num. 4. C. eod. tit. Abb. in c. Albericus, nu. 5. de testam. Rota decis. 1. de fide instrum. in Nouis. & Doct. communiter in Authen. si quis in aliquo. vbi Alex. num. 1. Dec. num. 15. & Cagnol. num. 65. C. de edend. cum alijs per Couar. pract. quaest. cap. 19. num. 3.

Quantum verò ad alia instrumenta extracta ab alijs Notarijs, dixerũt non esse in forma probanti, cum compulsatio patiatur notabiles defectus, quos licet Informantes pro Dertusensibus, curitate conentur, ex eo quod iuxta decisionem Caputaq. 170. par. 1. extract. per successores in officio, quos saepius resolutum fuit 2 absque aliqua Iudicis authoritate posse † exemplare instrumenta praedecessoris. Dec. post alios in d. Auth. si quis in aliquo. num. 26. Caputaq. dec. 69. tamen non probant, quod Petrus Puiguert, & Gregorius Patent, qui extraxerunt instrumenta sint successores in officio illorum, qui de eis rogati fuerunt: quia licet Petrus se nominet Scribam Capituli, & quod tenet; & regit notas quon. Connotarij, & Conscribae de praedictis instrumentis rogati, & Gregorius dicat se vnum ex scribis Curiae Episcopalis, ex hoc tamen non sequitur, quod sint successores in eorum officio, & habeant facultatem extrahendi, & publicandi scripturas illorũ Notariorum defunctorum absque iudicis auctoritate. Et tanto magis, quoad illa instrumenta publicata per Gregorium, non tanquam à successore, sed tan-3 quam à Connotario, † propter impedimentum infirmitatis Notarij, quod in iure permissum nõ reperitur, nec etiam de stylo illarum partium, cum Couar. pract. q. c. 21. num. 3. allegatus loquatur de Regno Castellae, & cum hoc, quod fiat expressa mentio de speciali commissione sibi facta per Notarium impeditum, iux. not. per Bar. in l. quaedam. §. 1. nu. 4. ff. de eden. Anch. consil. 241. nu. 2. quae in hoc casu non adest.

MELLINI.

Vercellensis, Capellaniae, 7. Maij, 1601.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus in praesenti casu, & praesentationis quasi possessio ex quibus probetur, & quidem cum Ordinarius non sit in causa, leniores probationes sufficere resoluitur.

SVMMARIA.

1 *Gratia requirens adimplementum constructionis Cappellae, vt locum habeat, sufficit, quod tempore, quo praetenditur, Cappella constructa reperiatur.*

2 *Ordinario in causa praesentationis plurimum defertur.*

3 *Probatio leuior in causa praesentationis sufficit, si ordinarius pro libertate Ecclesiae non interueniat.*

4 *Gratia subreptitia non releuat.*

DECISIO DXLV.

FVit resolutum, constare de Iure patronatus & de praesentatione facta à Patronis existentibus in quasi possessione praesentandi, & ideo Ioannem Baptistam ab eis praesentatum esse instituendum.

Quantum enim ad existentiam Iuris patronatus, de ea non potest dubitari, cũ adsit concessio Sanct. mem. Pij V. ad fauorem descendẽtis, & suorum successorum pro duabus vocibus ex tribus, & licet ad effectum, vt 1 sit locus gratiae † requiratur adimplementum constructionis Capellae, tamen adimplementum satis probatur, cum hodie Cappella reperiatur constructa, Abb. cons. 54. nu. 2. lib. 1. Caputaq. decis. 271. lib. 1. in manuscript. Et tanto magis cum vltima praesentatio habuerit effectum. Quo verò ad personas praesentantium videbatur Dominis satis constare, cum concurrat sententia 2 Ordinarij, qui † in hac materia multũ defertur, Dec. 11. de iure patr. in Nou. & eorum quasi possessio, praesertim cum agatur solum inter prouisos, & Ordinarius non sit in causa pro libertate beneficij, & ideo sufficit 3 leuior † probatio. Cassad. Dec. 1. de probat.

Non obstat, quòd praesentatio fuit facta, ad istam Cappellaniam, vti vacantem, per priuationem, & non per obitum pendente tempore ad appellandum, quia sufficit quod Patroni postea fuerint prosequuti suam praesentationem, cum sustineatur, etiam ex alia vacatione non expressa, decis. 16. sub num. 3. de renunciat. in antiq. & fuit resolutum in causa Mediolanensi, Iuris patronatus, 3. Maij, 1588. coram Illustriss. Cardinali Blanchetto.

Non obstat, quòd ista praesentatio non sustinetur propter aliam praesentationem anteriorem factam de persona Caroli, quia fuit facta solum à Francisco pro se, & Iacobo, qui non ratificauit, & ideo cum ista praesentatio non habuerit effectum, potuit postea fieri de nouo.

Non obstat, quòd Petrus Franciscus ex cuius persona vacauit Cappellania, fuit solum praesentatus à Bernardo, & Eusebio de Dionysijs, quia controuertitur, An Eusebius sit de familia fundatoris. Praeterea isti de Dionysijs habent solum ius patronatus, pro vna voce, & isti de Porta à quibus est praesentatus Ioannes Baptista, habent duas voces, & sic tanquam praesentatus à maiori parti est instituendus, & licet Alexander obtinuerit gratiam Apostolicam, tamen et non suffragatur, quia Papa intellexit, quod ius patronatus spectaret pro medietate ad familiam de Monis, & pro alia medietate ad familiam de Dionysijs, & non potuit cogitare, quod Moni haberent duas 4 voces ex tribus, & † ideo gratia est subreptitia.

DECANI.

Cassalensis, Parochialis, Mercur. 5. Nouemb. 1596.

ARGVMENTVM.

Restitutio aduersus sententiam iustam non datur: Et quomodo iustitia illa sententiae probetur.

SVMMARIA.

1 *Restitutio aduersus sententiam iustam non datur.*

2 *Ius patrono competens praeseruatum censetur per clausulam, dummodo tempore data praesentium non sit alteri ius quaesitum.*

3 *Episcopi culpa patronis obesse non debet.*

4 *Vtile per inutile in separatis non vitiatur.*

5 *Causa qualibet colorata in paenalibus excusat.*

DECISIO DXLVI.

FVit resolutum, contra Informantem, nẽpe D. Mirolum non esse restituendum aduersus sententiam bon. mem. Domini Robusterij, neque dictam sententiã 1 esse reuocandam, nam nunquam datur † restitutio aduersus sententiam, nisi de illius iniustitia constet. Rota 1. de restit. in integ. in Nou. Apparet autem de iustitia dictae sententiae, ex quo institutio Salamonij facta in exequutionem praesentationis patronorum per ordinarium, praecedit gratiam Mirolij c. eam te. de rescr. c. si eo tempore. eod. tit. in 6.

Neque obstat, quod dicta institutio fuerit nulla, ob non seruatam formam Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. vt in specie censuit Congregatio Concil. quia satis est ad ex-

clusionem gratiæ Mitolij præsentationem factam per patronos fuisse validam, & in tempore factam, quia per illam quæsitum fuit ius ad rem cōsiderabile, quod censetur præseruatum per clausulam, *dummodo tem-* 2 *pore data præsentium non † sit alteri ius quæsitum*, ad no. per Abb. in c. cum Bertoldus. de re iud. Rot. deci. 17. de præb. in Nou. Sarn. in reg. de non tollendo iure quæsito, q. 1. no. 8. & fuit resolutum in Astoricensi Archidiaconatus, coram Sanctiss. Domino nostro, & ideo potuit Rota instituere Salamonium seruatis seruandis, prout fecit, per Clem. Aud. de rescript.

Neque obstat, quod quemadmodum fuit nulla institutio, ita etiam & ipsa præsentatio, ex quo Bulla fel. rec. Pij V. annullat omnes prouisiones, & dispositiones non seruata forma Conc. factas, quorū, verborum appellatione venit præsentatio, gl. in c. fi. in verbo prouisionem. de elect. in 6. Quia quicquid fit in materia illa, tamen in casu isto non potest venire præsentatio, quia Bulla, quæ venit in exequutionem Conc. loquitur retentis eisdem terminis, & sic per ius Episcoporum, & aliorum inferiorum ordinarij & non de personis præ- 3 sentātibus. Nec debet culpa † Episcopi patronis obesse, Rot. decis. 4. de iure patr. in Nou. Cor. decis. 351. & ita fuit alias resolutum coram bon. mem. D. Robusterio, & hoc ad instar confirmationis, quæ quamuis nulla; non tamen facit, vt non valeat electio legitimæ facta. cap. confirmationem, & ibi DD. de elect. in 6. Nam 4 in se paratis vtile per † inutile non vitiatur.

Non obstat, quod Salamonius sese ingesserit in administratione ante validatam institutionem, & sic inciderit in c. auaritiæ. de elect. in 6. quia cum esset in possessione vigore institutionis ordinarij, cessat pęna illius c. tum ratione bonæ fidei, tum etiam, quia in materia 5 pęnali quælibet causa collocata † excusat, glo. in verbo quod interest. in fi. & ibi Doctores, in l. 1. §. fi. si quis ius dic. non obtemp. Dec. cons. 452. num. 12. Aym. cons. 18. num. 9. & in terminis nostris, gl. in c. fi. in verbo quamuis. de elect. Et ex his resultat resolutio secundæ partis dubij, sententiam non esse reuocandam, dato etiam quod gratia, si nulli, postea obtenta esset iustificata, quam tamen Domini dixerunt ex allegatis, non esse iustificatam, saltem quantum ad valorem, & tamen esset iustificanda cum ex ea acquitatur nouus titulus. Rot. 24. de rescript. in Nou. Rom. cons. 362. nu. 4. de annal. q. 28. & fuit decisum in vna Auriensi Canonicatus, 4. Iulij, 1576. coram Illustriss. Lancellotto, sed neque iustificari potest respectu vacationis, nisi probata nullitate præsentationis, per supra deducta, quare conclusum contra Informantem.

SERAPHINI.

Bisuntina, & Basiliensis, Vnionis, Ven. 10. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Vnio Monasteriorum in præsenti casu, ex quibus sustineatur. Et quidem ea obseruata ultra 40. annos, confirmanda censetur.

SVMMARIA.

1 *Clausula, perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus, confirmationi Papali, annexa, vim nouæ concessionis tribuit.*

2 *Obseruantia 40. annorum vera ea, quæ in gratia narrantur, præsumit.*

3 *Possessio non quæritur, nisi contra ignorantem.*

4 *Et quidem illa scientia non ex præsumptionibus, sed veris probationibus desumenda est.*

5 *Protestatio ad alium finem facta, non releuat.*

6 *Status vltimus ad effectum confirmationis attenditur.*

DECISIO DXLVII.

PEtita fuit a Sanctissimo Domino nostro cōfirmatio electionis Abbatis Marbacensis, & Lutrensis, quæ dicitur facta a Monachis vtriosque Monasterij, quāuis postea Lutrenses reclamauerint, prætendentes hæc Monasterio non fuisse legitime vnita, & ideo vnicuique præficiendum esse vnum Abbatem, & se opposuerunt confirmationis petitioni per Marbacenses. Quare Sanctissimus Dominus noster transmisit ad Rotam, dubium proponendum, An in casu, de quo agitur, constet de tali nullitate Vnionis Monasterij Lutrensis, ad Monasterium Marbacense, vt non sit procedendum ad cōfirmationem electionis, etiam quo ad Monasterium Lutrense.

Vnio, de qua agitur, fuit primo facta à bon. mem. Cardinali Morono, dum esset legatus in Germania, & contra hanc multa deducta fuerunt, quæ concernunt facultatem legati, & defectum consensus Monasterij Lutrensis, super quibus visum fuit Dominis non esse insistendum, cum habeamus confirmationem fel. recor. Pij IV. cum insertione totius tenoris prædictæ cum clausula, *& pro potiori cautela perpetuo vnimus,* 1 *annectimus, & incorporamus*, quæ facit, vt valeat † in vim nouæ concessionis, iuxta consil. Ruin. 31. numero 6. & 35. num. 31. lib. 1. Dec. cons. 341. num. 7. cum deductis in causa Cantiensi, coram Cantuccio. 5. Nouembris, 1576. Quare omissis ijs, quæ contra vnionem Cardinalis deducebantur, actum fuit solum de subreptione & obreptione prædictæ confirmationis, cum ab hac inspectione pendeat validitas, & inualiditas dictæ gratiæ.

Quantum igitur ad subreptionem, siue obreptionē attinet primo deducebatur, pro Lutrensi Monasterio, vnionis causas non solum non esse iustificatas, verum etiam apparere manifeste de narratorum falsitate. Nā fuit narratum dicta Monasteria ab immemorabili tempore fuisse recta per vnum Abbatem, quod detegitur falsum ex Bulla Leonis X. in qua per obitum cuiusdam Abbatis de Marbach, fuit factus Abbas quidam Georgius, qui tunc temporis, & prius erat Abbas Lutrensis. Item fuit narratum istorum Monasteriorum territoria non multo plus, quam per vnum milliare adinuicem distare, & adeo commissa, & confusa existere, vt vix possibile esset ea iterum segregare, quod videtur aperte falsum, cum saltim adsit interuallum vnius milliaris, & ipsi fatentur inter vtriusque Monasterij territoria, ideoque reddi gratiam nullam, cum in gratiosis omnia debeant esse vera. Fab. decis. 17. Tho. de Tatis decis. 65. Fab. decis. 16. lib. 1. Imol. in cap. super literis. num. 5. de rescript. Cetera verò narrata non esse habenda in consideratione, ex quo nulla eorum datur iustificatio, quæ ex cursu temporis, & obseruantia non potest deduci, cum talis obseruantia negetur, attenta ignorantia vnionis Monasterij de Luders, quod non habuit de tali vnione scientiam, nisi post commendam obtentam à bon. mem. Cardinali ab Austria, quo tempore tentarunt Lutrenses impedire talem vnionem, sed prętendunt tunc fuisse ipsis denegatam audientiam.

His autem non obstantibus, Domini censuerunt, nō constare de tali nullitate propter quam debeat impediri confirmatio petita, ex pluribus: & primo, quia cū hæc vnio sortita fuerit effectum & obseruata vltra spacium 40. annorum, locum habent decisiones factæ in causa Casallis Longhellæ coram me, ac in causa Lucana, Iuris patronatus, coram Sanctissimo Domino no- 2 stro, in quibus fuit dictum ex lapsu † 40. annorum, cū obseruantia præsumi vera ea, quæ in gratia fuerunt narrata. Nec huic argumento obstare, quod deducitur contra obseruantiam, ex capite ignorantię, cum posses- 3 sio non quæratur, † nisi contra scientem: vt per Abb. in c. cum Ecclesia, nu. 25. & ibi Rip. nu. 64. de caus. poss. & propriet. Ruin. cons. 163. nu. 5. lib. 5. Put. decis. 281. num. 4. lib. 2. cum alijs. Scientiam verò probandam ex 4 veris † probationibus, non autem ex præsumptionibus Mohed. 4. de præb. Put. decis. 117. lib. 1.

Nam responsum fuit probari scientiam ex nomina-

tione

tione vtriusque Monasterij, facta de persona Vvolffgangi, pro coadiutore Io. Vldarici anno 1576. & iste actus positiuus bene probat scientiam vnionis, nam aliter Lutrenses nullum ius habebant in ista nominatione, neque solet istas materias expedire Cancellaria exhibitis mandatis, & instrumentis postulationum, vnde fit vt narratiuæ de concessione, & expressione vnionis sit standum.

Cõfirmatur, ex postulatione vtriusque Monasterij, facta bon. mem. Card. ab Austria, quæ fuit per fel. rec. Sixtũ V. admissa, cum narratiua vnionis, & præstatione sequuta iuramẽti fidelitatis anno 1587. Nec obstat protestatio facta per Lutrenses, per quam prætenditur impugnata vnio, quia ad alium † finem tendit d. protestatio, nempe quia prius a solo Monasterio Marbacensi fuerat electus Gabriel Gill eiusdem Monasterij Monachus, quæ res inferebat præiudicium Lutrensibus, ideo protestati fuerunt se nolle cõsentire, vt Cardinalis admitteretur, ad possessionem, dominium, & administrationem Monasterij Lutrensis, vigore prætensæ resignationis factæ ab eodem Gabriele ad fauorem Cardinalis, sed consentire admissioni in vim postulationis de eo factæ a maiori parti amborum Monasteriorum inter se vnitorum, & sic hæc protestatio non impugnat vnionem, sed potius eam approbare, & confirmare videtur impugnando electionem factam a solis Marbacensibus, cuius occasione videtur emanasse Breue fel. rec. Greg. XIV. super facultate eligendi occurrente vacatione, & demũ Monachi vtriusque Monasterij conuenerant in electionem Ioan. Gregorij vltimi electi, licet postea voluerint ab hac electione discedere, & reclamare. Ex quibus videbatur satis probari scientiam vnionis, neque videtur habenda ratio, quod Lutrenses accesserint ad Curiam, & tentauerint committere causam inualiditatis vnionis, quia dato, quod res ita se habeat prout prætenditur, probari per testes extraiudicialiter examinatos, tamen ab hac prætensione apparet recessum fuisse post postulationem eorum factam de bon. mem. Cardinali, & cum hæc controuersia non fuerit in iudicium deducta, non interrumpit præscriptionem, vt in fortioribus terminis de controuersia in iudicium deducta fuit dictum coram me, in prædicta causa Cal[illegible] Conghellæ.

Quantum ad surreptiones deductas, Domini censuerunt in hac materia esse attendendam causam præcipuam concessionis fuisse, ex eo quod propter bella continua dicta Monasteria & eorum subditi expositi erant de prædationibus, spolijs, & incendijs, ac alijs perturbationibus, ex quibus oriebatur temporalium bonorum exterminatio & cultus diuini diminutio, ex quo non poterant tales hostium insultus propulsare, cum sita essent Monasteria in confinibus diuersarum Prouinciarum, & dominio Ducis V. Vvirtẽbergæ, & nonnullorum populorum Heluetiorum. Cum itaque contra hanc narrationem nihil deducatur, quod eam redarguere possit, satis esse, si hæc vna sit vera, ex ea namque sustineri vnionem, licet aliæ causæ non verificentur, iuxta decis. Put. 69. libro 2. & fuit resolutum coram bon. mem. Caputaq. in causa Calagurritana, Vnionis, 25. Octobris, 1560. & in eadem coram bon. mem. Oradino, 18. Aprilis, 1561. & facit Angel. de Gambilionibus, cons. 107. num. 6. & 7. & Francus in cap. cum cessante, num. 1. de appellat. & ibi Dec. num. 5. Socin. cons. 1. num. 16. lib. 1. Curt. sen. cons. 1. num. 15. & maxime cum non adsit subreptio dolosa, neque circa factum proprium neque circa ea, quæ ad validitatem gratiæ requiruntur, aut quæ non retraxissent Principem a gratia concedenda iuxta decis. 4. Aegidij, & 280. & fuit decisum coram me in Salamantina, Iurisdictionis, 17. Maij, 1577. Et hæc facilius esse admittenda, in casu istorum ex quo agitur, tantum ad effectum, confirmationis electionis, in qua re solet † attendi vltimus status, prout in possessione præsentandi, hæc enim prodeunt à pari, vt tradit Abb. in c. consultationibus, nu. 2. de iure patron.

Quod verò deducebatur, adesse in isto Monasterio fortalitium recuperatu difficile, si semel eius possessionem adeptus fuerit electus, non fuit habitum in consideratione, attento, quod sumus in re, & persona Ecclesiastica, contra quam Papa potest procedere per censuras Ecclesiasticas, Paris. cons. 77. nu. 102. lib. 1. Ruin. cons. 57. nu. 3. lib. 4. Gozad. cons. 1. in fi. Boer. decis. 238. col. penult. in fine.

Postremo non obstat, quod deducitur de inualiditate electionis, quia super hoc nostrum non est quidquam statuere, cum iam huius relatio facta fuerit, per Illustriss. Cardinales deputatos a Sanctissimo Domino nostro.

Quare conclusum pro confirmatione electionis.

SERAPHINI.

Tarraconensis, pensionis, 16. Ianuarij, 1595.

ARGVMENTVM.

Probationes leuiores in materia pensionum, in quibus directa probatio haberi non potest, sufficiunt. Et deciditur hic quæstio. Datum alicui contemplatione alterius, cui acquiratur.

SVMMARIA.

1 *Probationes leuiores in materia pensionum, vbi directa probatio haberi non potest, sufficiunt.*
2 *Probatio sufficiens dicitur, quæ ex libro Datarij colligitur.*
3 *Datum alicui contemplatione alterius, cui acquiratur.*
4 *Filio emancipato datum cui acquiratur.*
5 *Legatus, vel Ambasciator ea quæ sibi a Principe ad quẽ mittitur, donantur, mittenti acquirit.*
6 *Sponsæ donata a consanguineis sponsi, cui acquirantur.*
7 *Alteri per alterum non acquiritur.*

DECISIO DXLVIII.

DOmini perstiterunt in resolutis, pro reseruatione Pensionis ad fauorem Reu. patris Domini Abbatis. Nam quantum ad probationem, quæ deducitur ex libro, voluerunt, eam esse concludentem, cum in istis pensionibus in quibus non potest haberi directa probatio † sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, Bart. in l. post contractum. de donat. Bald. in l. ei qui, in fi. C. de distractu pignor. Alex. cons. 197. num. 7. lib. 7. & sufficiens probatio dicitur † illa, quæ colligitur ex libro Datarij, qui probat qualitatem gratiæ. Caputaq. decis. 77. lib. 1. nam quæ deducuntur contra librum aliàs fuerunt reiecta, vti friuola, & minus vera, cum fuerit recognita manus Scribentis, & in Dataria habeatur pro bono, & fideli, & vltra decisiones alias allegatas, fuit ita per Rotam resolutum in vna Conchensi, Pecuniaria sub die 15. Maij, 1587. coram Reuer. patre D. meo Pamphilio.

Non obstat ratio nouiter per Informantes considerata, quod in dicto libro scriptum reperiatur, intuitu Cardinalis, quia illa verba potius ostendunt contrariũ cum non possit dici intuitu Cardinalis reseruata, si ad ipsum commodum spectaret. Barto. in l. si mandatum. C. de negot. gest. & Bald. in l. cum aliquis. in 20. notabili. C. de iure deliber. cum alijs allegatis, & frustratoria fuisset mentio nepotis.

Mentio verò Cardinalis erat necessaria, vt appareret ei fuisse datam recompensationem pensionis, quo ipse Papa roganti remiserat super Episcopatu Tauritano, in quo habet facultatem transferendi: & ideo hanc voluit collocare in caput nepotis iunioris, & cui etiam alia sua beneficia renunciauit.

Ponderatio verò, quæ fit ab eo, quod datum alicui contemplatione alterius † acquiritur personæ contemplatæ, vt in l. si filiofam. la 2. & ibi Bart. de donat. causa mortis. & Bald. in l. cum oportet. nume. 3. C. de

bon.

bon. quæ lib. Menoch. qui alios citat. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 28. cum alijs, quia hæc procedunt, quando agitur de persona in alterius potestate constituta, vti filio, & agitur, an sit computandum inter profectitia, vel aduentitia, vt per Bartol. in l. sed si plures. §. in arrogato. de vulgat. cum alijs, & ideo Bald. in d. l. cum oportet, num. 4. dicit, hanc contemplationem † cessare in filio emancipato, & idem tradit Alc. de præsump. reg. 1. præsumpt. 18. & alias Rota, in vna Hispalensi, pensionis, coram Reueren. patre, D. Robusterio, 11. Ianua. 1574. dixit, vtilitatem spectare ad illum, cuius contemplatione aliquid fit, expresse cauetur, vt ad illum spectet vtilitas, prout in casu l. si legatum. quibus modis vsufruct. amittatur. ibi enim legatarius erat pure grauatus alteri restituere, secus, vbi de hac vtilitate non est facta mentio, vel quando dispositio confertur in patrem, vel dominum, vel talem personam, per quã ex iuris dispositione alter acquiratur, secus in illis, per quos de iure alteri non quæritur. toto titulo. Instit. per quas person. nobis acq. neque enim potest quis sua voluntate facere, vt leges in sua ordinatione non habeant locum.

4

Et ita tollitur exemplum allatum de Ambasciatore, † qui sibi donata ab eo Principe, ad quem mittitur, acquirit domino, vt tradit Bartol. in l. sed si plures, §. in rogato. quia idem Bartol. contrarium tradit in l. si vero. §. procurator. de procur. Abb. in c. postulastis. de concess. preb. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 45. nu. 6. Alciat. in alleg. præsumpt. 16. reg. 1. vbi testatur de communi.

5

Tollitur eodem pacto exemplum de eo, quod datur à consanguineis † sponsi sponsæ, in qua quæstione licet multi sequuti sint opinionem Bar. quod acquiratur marito, tamen multi contrarium censuerũt, quorum opinio est probabilior, ex rationibus supra deductis, & maxime cum alteri per alterum † non acquiratur, nisi in casibus particularibus, & licet Bisig. decis. vn. de donat. inter vir. & vxor. videatur hanc sententiam sumere in argumentum, & Ias. in l. vt liberis. nu. 17. C. de collat. dicat esse communem, tamen contrarium tenuit Bal. in l. cum ante. C. de donat. & cons. 43. nu. 3. Alc. de præsumpt. 18. qui plures allegat, & add. ad Dec. in d. l. vt liberis. dicit hanc esse veriorem, & hanc secuta videtur Rota in d. decisione Hispalensi, limitando d. conclusionem contemplationis, ad eas personas, per quas de iure alteri acquiritur.

6

7

Quantum ad obseruantiam Domini amplexi sunt responsiones datas in priori resolutione, & vlterius dixerunt, quod stante clara probatione desumpta ex libro frustra agitur de obseruantia, quam personarum Cardinalis & Nepotis qualitas reddant dubiam, & æquiuocam. Et ita conclusum standum esse in resolutis.

M E L L I N I.

Taraconensis, Iurisdictionis, Veneris 18. Febr. 1595.

A R G V M E N T V M.

Scripturæ extractæ ex archiuio reposito penes Capitulum, non citata parte aduersa, ad videndum collationari, pro Capitulo non probant.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura ex Archiuio extracta vt probet, quæ requirantur, & 2. & 3.*

D E C I S I O DXLIX.

Domini concorditer censuerunt, iura non esse in forma probante, quia sunt extracta ex Archiuo Capituli, Put. decis. 26. de fide instr. & Episcopus non est subditus. Caputaq. decis. 42. lib. 1.

Tanto magis, quia eius custodia residet penes Capitulum, & inter alia substantialia, vt iura extracta ex Archiuo probent, † hoc quoque est necessarium, quod custos non sit suspectus, Ant. Gabr. in tit. de probat. conclus. 5. num. 8. quia vt inquit Corn. in consil. 142. col. 3. vol. 3. facile posset committi fraus, ponendo in eo scripturas falsas, vt postea ex authoritate Archiui sumerent fidem, propter quam rationem fuit decisum in vna Gadicensi, administrationis fabricę, 4. Maij 1584. coram Cardinale Lancellotto, quod scriptura extracta ex Archiuo, cuius custodia erat penes Capitulum, non probet contra Episcopum, cum quo Capitulum litigabat.

1

2 Addebant etiam Domini, quod † vt iura extracta ex Archiuo sint in forma probante, debet constare de tempore repositionis ante motam litem. Caputaq. dec. 41. lib. 1. quod tempus non percutiunt testes, quia lis mota fuit de anno 1513. & licet superuenerit indultum Leonis, de anno 1516. tamen postea lis fuit prosequuta, vt ex actis constat.

Non obstat, quod in isto Archiuo sunt etiam repositæ scripturæ, non spectantes ad Capitulum, quia in dicta Gadicensi aderant in Archiuo Capituli scripturæ pertinentes ad Episcopum, sed quia erat custodia penes Capitulum, fuit decisum non probare.

Non obstat, quod duo testes deponunt, scripturis extractis ex Archiuo fuisse adhibitam fidẽ, quia vltra quod testes sunt singulares, & non deponunt de frequentia actuum, cum Archiuo adsint etiam scripturæ authenticæ potest esse, quod illæ scripturæ, de quibus testes deponunt, fuerint authenticæ, & ideo fuit illis adhibita fides, non ratione Archiui, sed quia erant authenticæ, Corn. cons. 125. col. 2. ver. quod autem. vol. 4.

Preterea non probatur, quod illis fuit adhibita fides contra non subditum, & tunc releuat probatio consuetudinis, quoniam non probat præcise in terminis casus, de quo agitur, Aym. cons. 16. num. 4.

3 Placuit quoque Dominis aliud caput, quod † iura non sint in forma probante, quia deficit citatio ad videndum collationari iura cum originalibus, vt fuit resolutum in vna Syracusana, 29. Maij, de anno præterito, coram Reuer. patre, D. Gypsio.

M E L L I N I.

Comensis, Iuris patronatus, Lun. 6. Mart. 1595.

A R G V M E N T V M.

Scripturæ carens requisitis solennitatibus, & subscriptione testium, non probat: vt & præsentatio facta absque scientia, & ratificatione alterius ex patronis inualida est.

S V M M A R I A.

1 *Recognitio scripturæ priuatæ quæ requirat.*

2 *Præsentatio simoniaca ex ignorantia præsentati non sustinetur.*

3 *Testis deponens notam habere manum, plene non probat.*

D E C I S I O DL.

Domini resoluerunt, scripturas, in quibus continentur conuentiones, non esse in forma probante, nec releuare. Quantum ad primam partem dubij, moti fuerunt, quia non habent subscriptiones trium testium, nec alia requisita, l. scripturas. C. qui potior. in pign. habe. quæ concurrere debent ad effectum probationis simoniæ, in præiudicium tertij, vt fuit resolutum in causa Aquensi simoniæ, 10. Decembr. 1593. coram Reuer. patre D. Blanchetto.

Addebãt etiam, quod non sunt bene recognitæ, quia in recognitione schedularum priuatarum non sufficit, quod testes dicant † se habere notam manum, sed requiritur, quod fuerint præsentes, & viderint scribere, fuit resolutum in causa Aueniouensi, fideicommissi, 26. Iun. 1583. coram bon. mem. D. de Rubeis, in causa Barchinonensi, matrimonij, 31. Ian. 1575. coram Domino Episcopo Oriolensi.

1

Non obstat, quod primus testis recognoscat suam apocham, manu sua subscriptam, quia non recogno-

scit

scit subscriptionem aliorum, nec dicit, quod vidit eos subscribere.

Non obstat comparatio, quia non probatur, quod testes sint periti, nec quod sit facta cum aliqua scriptura authentica. Dd. in l.complures. de fid. instru. Modern. de arbitr. c. 14 nu. 10. cum sequent.

Non obstat obseruantia, quia est æquiuoca, cũ possit nasci ex præsentatione licita, ideo non potest seruire pro interpretatione, præsertim cum non sit omnino conformis conuentionibus præcedentibus.

Quantum ad releuationem, moti fuerunt Domini quia præsentationes Floramundi, Ioan. Iacobi, & Nicolai sunt validæ, cum Floramundus, & Ioannes Iacobus non interuenerint in istis conuentionibus, & licet Nicolaus frater Iacobi promittat de rato pro se, ac fratribus, tamen non probatur, neque scientia, neque ratificatio ipsorum. Nicolaus autem præsentauit 4. diebus ante initas istas conuentiones. Ideo etiam si præsentatio Catharinæ esset simoniaca, non reddet præsentationes istorum simoniacas, in præiudicium præsentati, qui nullam scientiam habuit istarum conuentionum. Innocent. in c. in illa. de elect. & visa est Dominis cessare omnis difficultas, quia Catharina, quæ præsentauit, non subscripsit istas conuentiones, & non probatur, quod Aloysius, qui subscripsit eius nomine, haberet ab ea mandatum, & licet ipse affirmet subscripsisse de mandato Catharinæ, tamen ista assertio non probat mandatum, sed debet de eo deponere testes, qui fuerunt præsentes. Imol. in c. 1. num. 8. & ibi Felyn. num. 5. de fid. instrum. Couar. pract. quæst. c. 22. num. 2.

Non obstat, quod præsentatio simoniaca non sustinetur 2 † ex ignorantia præsentati, quia vltra quod cessat simonia, cum Catharina, quæ præsentauit, non subscripserat istas conuentiones, neque probatur mandatum Aloysij, sufficit, quod præsentationes aliorum sint validæ, ad effectum, vt sustineatur præsentatio in fauorem præsentati ignorantis.

Non obstat, quòd Nicolaus elegit, & non præsentauit, quia istud verbum importat præsentationẽ, quando fit electio vigore iuris patronatus, c. querelam. de elect. Rot. decis. 17. de concess. præb.

Contra decisionem opponitur in facto, imò conuentiones simoniacas, & confidentiales, habere tres testes, Aloysium Parauicinum, qui se subscripsit pro Catharina sorore, nesciente scribere, Ioan. Paulum Piperellum, qui eas scripsit, & subscripsit pro teste, & Paulum Peregrinum, qui subscripsit pro teste.

Et quamuis deficeret vnus testis, dicimus sufficere duos testes, adductis adminiculis, nempe scriptura, & subscriptione Iulij Raymundi, qui scripsit vnum ex duobus chirographis simoniacis, & recognouit, item effectu subsequuto, opponimus etiam, quod testes de-3 ponentes † habere notam manum, non plene probent scripturam, faciunt tamen semiplenam probationem, & comparatio literarum facit alteram semiplenam, ita vt iunctæ plene probent, accedentibus præsertim adminiculis, de quibus supra. Et quia eiusmodi recognitiones, & comparationes factæ sunt coram Compulsore generali, parte opponente de incompetentia, supplicatum fuit pro remissoria, seu compulsoria speciali, cũ facultate expressa pro supplemento, & data copia Iudici omnino supplebuntur defectus, & solennitates.

Obseruantia optima Interpres nõ potest dici æquiuoca, cum nulla alia adsit præsentatio licita, quã etiam dicimus fuisse hactenus in omnibus conformem conuentionibus præcedentibus, cum respectu aliquorum præmissorum, non extiterit casus.

Circa releuantiam præcessisse præsentationem Nicolai, & Ioan. Iacobi, quadraginta diebus ante conuentiones, concedimus quidem confecisse electionem, etiam in continenti coram eisdem testibus & Notario, in eodem loco sese ad inuicem constituisse procuratores ad præsentandum, prout deinde post conuentiones simoniacas præsentauit Nicolaus suo nomine, & Iacobi, & Catharinæ.

Vnde cum sint hoc casu distincti actus electionis & præsentationis, non potest electio haberi pro præsentatione.

Floramundus eligens cum Catharina matre & tutrice non validat actum dependentem ex persona curatricis, obstantibus etiam statutis Comensibus annullantibus omnes actus minorum sine tutore, & curatore, tanto magis cum tunc reuera esset minor annis 14. licet se profiteretur 14. annis maiorem.

Quòd autem Catharina non subscripserit conuentiones, nec probetur mandatum ab ea datum Aloysio fratri, pro subscriptione, nihil releuat, cum impossibile fuerit eam scribere, quod ignoraret, & conuentiones conceptæ eius nomine satis probant eius factum, vbi sint alias legitime factæ.

LANCELLOTTI.

Carthaginensis, Præbendæ, Lun. 18. Decembr. 1600.

ARGVMENTVM.

Votum datum à Decano absente & non informato in publico examine, nullum est.

SVMMARIA.

1 *Dispositio Concilij Tridẽtini de examinãdis præsentatis.*
2 *Absens de idoneitate examinati testimoniũ ferre nequit.*

DECISIO DLI.

Cum in propria concessione D. Thomæ Gani, Decani, de qua in mandato procuræ, & quæ plene probat Caputaq. decis. 110. num. 5. pag. 39. constet ipsum non interfuisse examini per concursum, & non audiuisse oppositiones, nec illorum actus, nec illorum lectiones, neque exercitia, ad quem effectum fuit prius propositum edictum, in quo erat præfixa certa forma, in huiusmodi concursu seruanda, & quæ fuit deinde seruata, Domini censuerunt, *votum ipsius fuisse nullum*, tanquam datum à non informato, in publico examine, prout fuerat in edicto præscriptum. Nam cum ideo deuentum fuerit ad istam oppositionem, vt facta per oppositores demonstratione, de eorum sufficientia, in actibus, & exercitijs S. Scripturæ, & Scholasticæ procederetur ad electionem, Dn. Decanus, qui non interfuit, non potuit iudicare de idoneitate, & sufficientia oppositorum, ac inde neque etiam eligere, sicut enim, quando istius præbendæ collatio ad solum Episcopum pertinet, nemo ad huiusmodi officium admitti potest, nisi prius ab Episcopo loci, de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus fuerit, vt 1 mandat expresse † Concil. Trident. sess. 5. cap. 1. in fin. ita cum vigore concordiæ prouisio huius præbendæ ad Episcopum, & Capitulum simul spectet & totum Capitulum in hoc succedat loco solius Episcopi, examen requisitum vigore Concilij fieri debet ab ipsis 2 Capitularibus, quorum si quis † non intersit, vtique non poterit ex oppositoribus aliquem idoneum approbare, & per consequens faciunt decisiones Rotæ. vers. sed ex quo. de probat. & 18. nu. 4. de concess. præbend. in Nou.

GYPSII.

Calaguritana, de Ariola, Venet. 17. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Lite super secundo beneficio dependente à lite super primo, iurisdictio super integro beneficio procedendi fundata recte dicitur.

SVMMARIA.

1 *Clausula commissionis in causa, & in causis, quam & quas, efficacia.*
2 *Et omnes causas etiam futuras comprehendit.*

miglioramenti, & super eo inquit, *che d. casale è stato migliorato uno mondo*, ex quibus omnib. infertur, longe maioris valoris fuisse effectum casale hoc, quā erat de tempore alienationis, quod tempus alienationis in 4 hac materia † læsionis solummodo attendi debet, cap. cum causa. vbi glos. in verb. tunc volentis. de empt. & vend. c. vt super. de reb. eccl. non alien. l. si voluntate. in fin. C. de rescin. vend. Cald. cons. 5. tit. de rer. perm. cum alijs per Gabr. de empt. & vend. concl. 1. nu. 41.

Respectu autem depositionis quarti testis, dixerunt Domini, nullum super eo posse constitui fundamentū, pro Dominis Mutinis, licet super articulo dicat, *che questo Casale di Giuliano 7. ò 8. anni fà communemente si saria potuto vendere, & comprare il prezzo medemo di* 5 *scudi 47. il rubbio*, tamen quia deponit † de iudicio suo, quod conclusio est, vt non probet. Bald. in l. de quibus. num. 157. ff. de leg. Paris. cons. 104. nu. 34. lib. 1. Alexan. cons. 74. num. 6. lib. 1. Curt. iun. cons. 115. num. 17. qui de vera & communi conclusione testatur, tum etiam restringit vnum dictum ad partem culiuam dicti Casalis, & non de toto ipso casali loquitur, quod patet ex illis verbis, *scudi 47. il rubbio. cioè le larghe*. Negari autem non potest, quin illa dictio, *cioè*, stet dispositiue, ad iam d. l. cum erat. & ib. gl. ff. de ann. leg. & cum iste testis, num. 19. dixerit, se non habere particularem notitiam huius casalis, & nescire, *quanto sia largo, ne quanto la macchia, & che è stato da 7. anni in quà macchiato assai*, nihil merito colligi potest, ex istius dicto, quod proficere possit D. Mutinis in hoc iudicio rescissionis, propter læsionem, quæ metiri debet habita consideratione pretij, non vnius particulæ fructiferæ, sed totius Casalis, prout in venditione deductum fuit, ad not. per Doct. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. pet.

Dominis etiam non placuit depositio quinti testis, nam licet super 7. videatur, circa valorem attestari, de scut. 40. pro singulo, non tamen concludit eius depositio, de tempore initi contractus, prout requiritur, l. si voluntate. C. de rescind. vend. cum alijs, de quibus supra, vt per Cagnol. d. l. 2. num. 157. eod. tit. & quod non deponat de tempore initi contractus, patet ex illis verbis, *auanti l'anno del 1573. & anco diece anni indietro era il prezzo di scudi 40.* nec refert, si dicatur, quod saltem præsumptiue idem videatur probare, de tempore ini-6 ti contractus, cum regulariter † mutatio non præsumatur, secundum Bald. in dicta l. 2. num. . . C. de rescin. vendit. præsertim, cum subdat, ipse testis quod de tempore suæ depositionis Casale hoc longe plus valeret, quia de ea placuit responsio, quod scilicet in proban-7 da læsione non sufficiat † præsumptiua probatio, sed requiratur plena, & quæ omni ex parte concludat ea 8 ratione, quia per se contractus venditionis habet † ius præsumptiuum etiam respectu iustitiæ pretij, vt per Bald. in l. per diuersas quæst. 4. C. mand. quem sequitur Natta cons. 610. num. 8. versic. præterea pretium. lib. 4. Præterea fides huius testis satis debilitatur cum eo, quod sibiipsi contradicit, dum iuxta 19. dicit, *che non sà quanto sia il largo, e quanto sia la macchia di questo Casale, ma solo sà quanta è la quantità; che i larghi della parte del S. Patritio, è più sterile, che non è la parte del S. Riccardo*, & subdit, *ma in quanto alle larghe sono della medesima qualità, e conditione*, & iuxta 17. dicit, *perche quello del Signor Patritio, come ho detto la maggior parte sono stretti, e luoghi sterili, che non si possono allargare, ne domesticare, & quello tengono li SS. Riccardo & Anton. la maggior parte sono larghi, & buoni, &c.* Tum etiam, quia inseruire voluerit, dum iuxta 9. inquit, *ma tutte queste cose sono girandole, se volemo venire al buono, perche ha comprato il Casale, per tante rubbia, e che sia di più è honesto, che la faccia buono, e se ha comprato la metà manco di quello che vale, è honesto che ne dia il sopra più, e si possono elegere doi periti per vedere quello ch'è, e venire al buono, e non allongare*, quo fit, vt nullū non sit, si ei fides aliqua non adhibeatur, ad text. in l. 3. §. 3. ff. de test. & in c. constitutus. vbi gl. fi. de ver. & not. per Bal. in l. Lucius. nu. 9. ff. de his, qui not. infam. cum iuxt. 8. dicat, se cognouisse D. Hect. Mutinum, pro bono patrefamilias diligenti, & multum sagaci, præstandis rebus, negotijs suis, & postmodum super 4. dicat, *io credo, che il detto Signor Hettore del 75. non hauesse notitia alcuna della bontà, & valore di questo Casale*, quæ duo dicta repugnant adinuicem, & conciliari non possint, vltra quod contra hoc vltimum dictum stat etiam præsumptio ipsa iuris, quæ est, quod omnis contrahens 9 non præsumitur ignarus † conditionis illius, cum quo contraxit, & rei suæ, quæ deducitur in contractum, vt per Spec. in tit. de constit. vers. & nota. & per Doct. in l. qui cum alio. de regulis iuris. Ex quibus omnibus magis affectata detegitur huius testis depositio, & sic per consequens magis suspecta, ad decis. Caputaq. 276. num. 5. par. 3.

Sexti testis depositio fuit . . . tum quia respectu valoris huius Casalis semper apparet restricta ad credulitatem ipsius testis, ad tex. in l. testium. C. de test. cum alijs, de quibus per Paris. cons. 104. num. 7. libro 1. tum etiam, quia non tantum depositione aliorum, sed re ipsa conuincitur de mendacio, dum super 1. Addit. tenet quod casale hoc tunc temporis eiusdem qualitatis & valoris sit, prout antea per 7. vel 8. annos erat, & 10 testis mendax ac falsus † in vno, in omnibus sub eodem iuramento contentis, etiam reputatur falsus, & mendax.

Septimi autem testis depositio similiter reiecta fuit, per Dominos, quoniam dum iuxta 15. dicit, *che questo Casale valeua tanto sette anni a dietro, quanto valeua sei anni dopò*, contradicit depositioni aliorum, contrariū de directo asserentium, vltra quod re ipsa adeo inueri-11 similis † redditur ipsa depositio, vt nullo modo huic testi credendum sit, vel suspecto de falso, Aym. consil. 115. nu. 12. Caputaq. decis. 276. nu. 66. par. 3. tum etiam quia in pluribus sibimet contrarius est, primo dum dicit, iuxta 1. interrog. *Nel estimare de Casali si ha da stimare secondo li terreni, & io essendo stimatore della Città, ne stimo qualche vno*, & paulo post subdit, *io non mai stimai Casali, &c.* & iuxta secundum dicit, *e non ho cognitione di Casali più che tanto*. Secundo, quia iuxta 8. & 12. dicit, se non cognoscere D. Hectorem Mutinū, & tamen iuxta 4. Interrog. dicit, *il S. Hettore è stato possessore di questo Casale*, & paulo infra, dicit, præd. scire, *perche conosco il S. Hettore vicino à Bracciano, &c.* Tertiò, quia iuxta 4. dicit, *io non sò sopra che deuo essere essaminato in Bracciano, questa causa*, & paulo post dicit, *ma quando io sarò venuto à Roma, che si fanno più articoli, o più chiachere hauerò detto la verità, &c.* Ex cuius dicto satis aperte colligitur se habuisse notitiam, de eo, quod scilicet debebat examinari in hac causa, etiam Romæ, &c. Quartò, quia iuxta 4. dicit, *io sò che'l S. Hettore Mutini è stato possessore di questo Casale a tempo antico, per quante parti non me ne racordo, e poi la parte di questi Mutini era la giù verso la Banditela*. Et tamen super 7. artic. dato pro parte Dominis de Mutinis, dicit, *ho inteso dire che 7. anni a dietro vna parte di questo Casale di Giuliano si possedeua da gl'Articolati de Montoni de viso, & vn'altra parte di questo Casale*. Vnde si pro indiuiso possidebatur impossibile est, quod testis sciuerit partem Dominorum de Mutinis esse situatam versus Banditellam, prout prius asserit, & impossibilia, 12 seu inuerisimilia † deponenti, non est aliqua fides adhibēda, iuxta Bal. in l. actor, quod assouerat. in pen. col. C. de prob. quem sequitur Corn. cons. 56. nu. 4. lib. 1. sicut nec sibi ipsi contradicenti, l. qui falso. vel varie. ff. de test. c. in nostro. extra eod. cum simil. final.

Præterea iste testis ex iam deductis conuincitur de falso, dum ipse super 10. artic. dato pro parte Dominorum de Mutinis, negat, Casale hoc ab anno 1513. circa fuisse

fuisse melioratum, & dum super 1. Addition. asserit. Casale hoc tunc temporis esse eiusdem valoris & bonitatis, prout antea fuerat, vnde nihil mirum, si ex depositione horum testium tantis vulneratis exceptionibus, non probari læsionem, censuerunt Domini.

PAMPHILII.

Eugubina, S. Petri, Ven. 13. Martij, 1592.

ARGVMENTVM.

Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, & parte non citata, fidem non merentur.

SVMMARIA.

1 *Testis examinatus ad perpetuam rei memoriam, fidem nō facit, vt nec is qui parte non citata, deposuit.*
2 *Testes recepti contra iuris regulas, nec fidem faciunt, nec adminiculum præstant.*
3 *Instrumenta non recognita non probant.*
4 *Instrumenta antiqua qualiter recognoscenda.*

DECISIO DLIV.

DOmini dixerunt, non esse adhibendam aliquam fidem testibus exhibitis, pro parte Reueren. D. Episcopi Tudertini, quia fuerunt examinati ad perpetuam rei † memoriam, & parte non citata, l. si quando. C. de test. c. in nomine Domini. extra eod. titulo. per quem text. concludunt ibi communiter Doctor. quod nec etiam faciunt indicium, Abb. num. 4. Aret. in princ. Felyn. num. 3. & communem fatetur Dec. nu. 27. licet ipse contrarium videatur sentire, id etiam volunt Bart. in l. maritus, sub nu. 3. in fine. ff. de quæst. Salyc. in l. fin. eod. tit. Paris. conf. 83. nu. 13. lib. 1. Ruyn. cons. 46. nu. 2. lib. 4. Cresc. decis. 2. nu. 4. de test.

Accedebant etiam nullitates multę per Informantes consideratæ, ex quibus apparet, testes dum receptos contra † omnes regulas iuris loquentes in materia testium, Vnde fit, vt nullum penitus pręstent adminiculum, vel præsumptionem, sed sint in totum reijciendi, Ancharan. cons. 64. sub num. 3. Socin. cons. 118. in lib. 1. Grat. cons. 89. nu. 4. lib. 2. Mars. sing. 38. Rol. cons. 3. nu. 48. lib. 3. Ceph. cons. 65. nu. 4. lib. 1. cum alijs, de quibus per Menoch. de arbitr. casu 99. num. 7. quicquid dicant Doctores in contrarium allegati, quorum dicta forsan possent procedere, si testes vnum tãtum defectum paterentur, prout & ipsi loquuntur.

Addebant etiam Domini, quod de depositionibus dictorum testium non constat, nisi per quædam instrumenta exhibita pro parte Episcopi, quæ nullam merentur fidem, † cum non fuerint recognita, Innoc. in c. 1. de fide instr. Oldr. cons. 227. lib. 6. Soc. cons. 32. sub n. 1. vers. secũda conclusio. lib. 1. Paris. cons. 115. sub nu. 4. lib. 4. prout parte opponente debent recognosci, saltem eodem modo, quo recognoscuntur † antiqua, ex adminiculis. vel probãdo Notariatum illorum, qui præscripserunt, etiam per exhibitionem aliorum instrumentorum eorundem Notariorum, iuxta decis. Afflic. 295. Put. decis. 9. & 13. de fide instr. & dec. 151. lib. 1. Paleot. decis. 330. cum alijs multis quæ allegari possent.

PENIAE.

Toletana, Decimarum, de Saledon. Ven. 26. Febr. 1599.

ARGVMENTVM.

Testes recepti & examinati à Notario stante tali consuetudine, probant: Et quid si opponatur, partem non fuisse, ad dicendum contra articulos, citatam.

SVMMARIA.

1 *Archiepiscopi Toletani & Vicarij generalis tribunal commune.*
2 *Iuramentum & examen testium ex consuetudine Hispaniæ, Notarijs potest committi.*
3 *Examen testium non corruit ex eo, quod pars aduersa ad dicendum contra articulos, non fuerit citata.*

DECISIO DLV.

DOmini censuerunt, examen testium non esse nullum, ex defectu iurisdictionis Conc. Gubernatoris Archiepiscopatus Toletani, à quo fuit decretum examen; quia Concilium Archiepiscopatus idem est, cum Vicario generali, cuius etiam † & Archiepiscopi idem est tribunal, c. 2. de consuet. lib. 6.

Nec adest nullitas ex eo, quod Concilium committit examen testium, Caspari Vicente Notario Toletano, in cuius manibus testes iurarunt, quia de stylo Hispaniæ receptio iuramenti † testium, & eorum examẽ Notarius committi solet, Verall. dec. 263. incip. testes. p. 1. Couar. lib. 2. var. resol. c. 13. nu. 10. ver. sic in seq. Consal. Suar. in pract. ecc. p. 1. tom. 1. temp. 8. nu. 135. Menoch. cons. 10. n. 44. lib. 3.

Defectus citationis oppositus † quod pars aduersa non fuerit citata ad dicendum contra articulos, non reddit nullum examen, quia quando Consultores, seu Iudices Archiepiscopatus Toletani admiserunt partes ad probandum, simul mandarunt citari partes ad videndum præsentari, iurare, & cognoscere testes, & videndum fieri probationes, quarum vna pars erat productura.

At eodem modo tollitur altera obiectio, quod pars aduersa non fuerit citata, ad videndum decerni receptoriam, cum ille actus contineat etiam hanc citationem, vel eius æquipollens.

Nec infertur præiudicium examini, defectu citationis ad vidẽdum iurare testes, in loco examinis, quia sufficit citatio facta in ciuitate Toleti, quæ iuxta stylum illarum partium, fieri potuit per Notarium, nam licet talis actus esset iurisdictionis, de stylo tamen tolleratur, Consal. Suarez. in pract. eccl. tom. 2. cap. 2. de cit. num. 14.

Nec potest dici vaga citatio, quia cum in commissione receptoria esset præfixus terminus 40. dierum ad perficiendum examen, omnes illi dies feruirent pro termino, neque erat necessarium, quod per aliam citationem vlterius specificaretur, vt Rota censuit in alia Toletana, coram D. Seraphino, anno 1581.

Quod obijcitur ex Mil. in verb. citatio ad videndũ, & Rot. dec. 1. de fide instru. in Nou. quod scilicet de iure pars debuit citari in loco examinis testiũ, facile tollitur, cum in istis locis solum dicitur in receptione testium partem etiam citandam, quod bifariam intelligitur, vel quod citatio fiat in loco decreti, vel in loco, vbi testes sunt examinandi.

In hac causa citatio fuit facta in ciuitate Toleti, vbi decretum fuit examen, quod videtur sufficere, pro sustinendo examine, facto intra terminum probatoriũ, in oppido de Brunata, & oppido de Salcedon, ex quo fuit partibus intimata, quibus innotuit, vbi & quando, & intra quem temporis terminum fieri debebat examen.

Denique dicebant Domini quod si prætensæ nullitates erant habendæ in consideratione, perinde vitiabunt examen testium, & iudicium œconomi, seu hominum de Salcedon, ac examen pensionariorum ecclesiæ Toletanæ, cum in illo eodem modo processum, & eadem fuerunt obseruata, quæ in hoc casu obijciũtur.

Et ex prædictis Domini tenuerunt pro validitate examinis.

PERVSINI.

Calaguritana, Oblationum, 26. Mar. 1590.

ARGVMENTVM.

Examen, de quo in casu, non obstantibus allegatis nullitatibus, quæ ex serie facti in decisione tolluntur, sustineri, & validum esse decernitur.

SVMMARIA.

1 *Partium est iuxta & iudicis, acta rimari.*

Iura-

1 *Iuramentum cum debita solennitate præstitũ intelligitur, si Notarius attestatur, se iuramentũ in forma recepisse.*

DECISIO DLVI.

VAliditatem examinis, quam Domini præsuppo-suerunt, die 17. mensis proxime præteriti, hodie non obstantibus obiectis nullitatibus firmarunt. Nam illa, quæ ex omissione citationis ad dicendum contra articulos deducitur, iuxta decisionem Rotæ 55. de testam. in nou. & Guidobon. decis. 70. sub nu. 2. lata fuit ex eo, quod Iudex 24. mensis Iulij, partibus præsentibus recepit illos, & illorum quemlibet ad probandum suam intentionem, impertinentium, & non admittendorum, cum dilatione & termino decem dierum, communi partibus, quos citauit ad vidẽdum iurare, & cognoscere testes. Cum enim per clausulam, saluo iure, prouisum fuerit, pro iudicio, per simplicem admissionem articulorum, potuisset contingere, qua ratione cautum est, parte eo debere citari, ad dicendum contra articulos, vt post Boer. Imol. & Abbat. declarat Felyn. 10 cap. 2. num. 32. & decis. num. 35. de testib. sufficit obseruationi huius termini satisfactum fuisse per æquipollens, Cassad. decis. 2. de iudic. Caputaq. decis. 149. num. 3. Cumque articuli die 1. August. intra terminum decem dierum producti fuerant, ignorantia prætendi non potest, neque fuit aliqua intima-1 tio necessaria, quia tam Iudex, quàm pars † debuerunt rimari acta, Castr. in l. 5. de satisd. Put. decis. 110. lib. 2. Pereg. decis. 252. lib. 1. & decis. 326. lib. 3. sibique imputet pars aduersa, si non petijt illorum copiam, quam Iudex mandauit dari.

Defectus autem citationis ad videndum iurare testes, exclusus fuit, propterea quod cum ipsemet citauerit partes ad videndum iurare testes, & decretum fuerit vtriusque partis procuratoribus intimatis, alia citatio coram Rectore non fuit necessaria repetere, vt tenuerunt Domini de mense Januar. hoc anno in causa Calagurritana, Iuris votandi coram Domino Orano, & confirmarunt die 16. mensis præteriti, in causa Toletana, decimarum, de Saledon, coram Reuerendissimo patre, Domino Penia.

Nec sufficit, quod citationi certa dies nõ fuerit adiecta, quia cum esset præfixus terminus ad probandum citatio valuit, durante illo termino etiam prorogato, partibus præsentibus, vt per Marant. par. 6. vers. dantur termini, & dilationes. num. 12. & sequent. & per Practic. Hispan. Suarez. in pract. Eccles. & secularis part. 1. tom. 1. 8. temp. num. 43. & seq. sed neque talis citatio vitiatur ex defectu loci, qui alias exprimi debet, in citatione, Capotaq. dec. 274. p. 3. cum sufficiat locum parti citatæ etiam aliunde innotescere, vt ibi fuit tentum, in causa Pampilonensi, oblationum, ann. 1585. & 1586. coram Reu. Oriolensi. Innotuisse autem locum examinis vtrique parti, patet, ex quo facultas probandi erat communis, & in eodem loco paulo post pars Comitis examinauit suos testes, in vim eiusdem facultatis, & coram eodem Receptore, quibus concurrentibus Domini nouissime in causa Legionensi S. Facundij, coram Reuerend. Patre Domino Pamphilio, sustinuerunt aliud examen, aduersus simile obiectum.

His accedit, quod examen receptum fuit in oppido de Onniate, quod extitit sub dominio ipsius Comitis, Vnde nostra redditur magis verisimilis.

Demum non obstat validitati examinis, quod non apparet testes iurasse tactis scripturis, secundum obseruantiam Rotæ, Caputaq. decis. 146. part. 2. quia cum Notarius receptor attestetur se recepisse iuramentum, 2 † in forma intelligendum est illud præstitum fuisse illo modo, quo debuit legi, attento stylo Notariorum, Hispaniæ, obseruato in pluribus processibus, & admisso coram Reu. patre D. Seraphino, in illa Ciuitatensi, constructionis Cappellæ, anno præterito, & in alijs causis.

Testes autem, qui iurarunt in termino potuisse extra terminum examinari, in dubium non venire, Bald. & alij in l. fin. ff. de probat. Abb. in c. licet causam. nu. 7. & ib. Felyn. nu. 14. & seq. de probat.

LANCELLOTTI.

Brittinoricensis, S. Colombani, Iuris patronatus.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus vt probetur, si verus titulus dotationis, vel fundationis non probari possit vltra tempus immemoriale, requiruntur præsentationes continuatæ spatio 50 annorum, & effectum sortitæ, quæ etiam probentur scripturis authenticis.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus quibus modis ex forma à Concilio Tridentino præscripta probetur.*

2 *Clausula adiectæ confirmationi Papali, & quatenus opus sit, de nouo concedimus, efficacia.*

DECISIO DLVII.

DOmini resoluerunt de iure patronatus, in casu de quo agitur, non constare, nam cum non ostenderetur vetus titulus dotationis, vel fundationis, vltra im-1 memorialem fuissent necessariæ præsentationes, † etiã continuatæ spatio 50. annorum, & effectum sortitæ, quæ authenticis scripturis probentur, prout disponit Concil. Trident. c. 9. sess. 25.

Hæc namque probatio necessaria est, etiam quotiescunque agitur de iure patronatus, quod prætenditur ab habentib. iurisdictionem temporalem perpetuam, in loco etiamsi alias non probarentur diuites, nec potentes. vt pluries resoluit Congregatio Illustriss. interpretum dicti Concilij, & fuit tentum in Rota, in causa Sabinensi, Beneficij, 28. Maij. 1586. coram bon. mem. Gypsio, & in causa Tiburtina, Iuris patronatus, 5. Iul. 1599. coram Reuer. Patre, D. meo Penia, & alias sæpe.

Et hæc probatio requiritur pro forma, ita vt alias facta per æquipollens minime suffragetur, iuxta resolutiones ejusdem Congregationis, & fuit dictum in eadem causa Sabinensi, beneficij, 15. Decem. 1581. coram bon. mem. Robusterio, in causa Albanensi, prioratus 26. Nou. 1588. coram bon. mem. Orano.

Hic autem talis probatio non adest, nam quantum ad continuatas præsentationes, licet ostendatur illa præsentatio, quæ fuit facta anno 1536. de persona Comitis Guidonis, & fuerit effectuata spatio 50. annorum, & vltra, tamen non sufficit, quia Concilium non contentatur vnica præsentatione, cum requirat plures, easque effectuatas.

Aliæ de anno 1555. & post non fuerunt sortitæ effectum, cum Rector fuerit restitutus, ita vt in illis non possit aliquod fundamentum fieri;

Præsentatio verò anni 1515. de persona Galeotti siue consensus præstitus resignationi, vltra quod nõ probatur per enunciatiuam supplicationis, neque etiam constat de illius effectuatione, vt colligitur ex eadem supplicatione, stante lite, inter ipsum & Petrum Franciscum, & attentata noua prouisione, ab eodem Galeotto obtenta, cũ derogatione iuris patronatus, quatenus de illo existeret, cuius nouæ prouisionis vigore potuit possidere.

Alia denique, quæ adducitur facta de anno 1514. nõ est alicuius momenti, cum non sit præsentatio facta corã ordinario, sed est potius collatio, facta à laico, omnino huius iuris incapaci, c. si quis deinceps, c. 4. Laicos. c. laicis. 16. quæst. 7. ita vt neque etiam præscriptione, vel consuetudine iuuari possit, ex deductis in causa Toletana, iuris nominandi, 27. April. 1584. coram Illustriss. Cardinali Blanchett. tunc enim Comites de Cusercobo, non præsentauerunt solum Aloysium, sed eum constituerunt, & deputarunt in Rectorem, & administratorem Hospitalis, dantes ei licentiam, & potestatem administrandi Hospitale, & recipiendi omnes obligationes, & dispositiones ad fauorem dicti Hospitalis,

quæ

quæ ab ipsis Comitibus minime fieri poterant.

Vnde non obstant enunciatiuæ, licet antiquæ, tam in literis summorum Pontificum, quàm plurium instrumentorum, assertio Episcopi, insignia familiæ in parietibus Hospitalis Affixa, vt & præscriptio, quod Hospitale fuerit à dominis loci, vel vniuersitate ædificatum & plura alia, quæ pro parte Comitis Horatij Malatestæ deducuntur; quia per has probationes & præsumptiones non est satisfactum Concilio requirenti pro forma, vt dictum est, probationem in eo præscriptam.

Non obstant confirmationes Iulij II. & Leonis X. quia vltra quod sunt sublatæ per Concilium, in §. reliqui cum sint in forma communi, nihil de nouo tri- 2 buunt, & licet adsit † clausula, *& quatenus opus sit, de nouo concedimus*, istæ tamen innouationes parum aut nihil operantur, nisi quatenus constet, de confirmato. c. ex parte. el 2. de priu. in fin. Cassad. decis. vn. nu. 1. de confirm. vtil. vel inut. & fuit decisum coram Sanctissimo Domino Nostro, in causa Mediolanensi, cursus aquarum, 28. April. 1581.

Quantum ad immemorabilem, neque etiam est probata, cum primus testis, qui ad hoc adducitur, quamuis habeat ætatem sufficientem, tamen non concludit, iuxta omnia requisita, per gloss. in c. 1. de præscr. lib. 6, quia deficit in fama, de qua loquitur, per verba præsentis temporis, ad decis. Caputaq. 9. & 413. p. 2. & sic non fuit opus perquirere, an habeat alia requisita, cum satis sit, quod in vno deficiat, sicut etiam respectu aliorum, cum non habeant sufficientem ætatem, 54. annorum, prout requiritur, nã cum debeant deponere per 40. annos, de visu, necesse est, quod tempore, quo videre cœperunt, essent doli capaces, Abb. in c. 1. nu. 8. vers. quæritur. & ib. Franc. nu. 16. vers. sed quæritur. de præscrip. lib. 6. Paris. cons. 104. num. 121. lib. 1. Mol. de primog. Hispan. lib. 2. c. 6. num. 4. Sylu. Aldobr. consil. 1. num. 320. Caputaq. decis. 190. p. 3. & 278. lib. 1. in manuscr. & fuit decisum in causa Conchensi, Lemetri, de anno 1588. coram Illustriss. Blanchetto, & in causa Valentina, Decimarum, die Lunæ, 14. Nou. 1597. coram Reuer. Patre Domino meo Penia, & alias sæpe.

Romana, Discussionis de Soderinis, Lun. 28. Nouembr. 1575.

ARGVMENTVM.

Actio hypothecaria filio datur aduersus patrem, qui defuncta matre, bona auita administrauit.

SVMMARIA.

1 *Pater hypothecaria actione tenetur, pro bonis auitis pro filio administratis.*

2 *Hypotheca filio competens aduersus patrem, pro administratione bonorum auitorum, non extinguitur, nisi reali facta dimissione.*

DECISIO DLVIII.

Difficultas fuit restricta ad creditum auitũ 13000. Alphonsi Strozzij, circumscriptis pro nũc alijs creditis, & in isto tenuerunt Domini, quod Alphonso detur hypothecaria, tacite à lege inducta ab initio, 1 quod eius pater defuncta † vxore illius administrauit bona huiusmodi auita, ex l. cum oportet. cum alijs per Soc. consil. 61. num. 1. Alex. consil. 119. num. 12. in 5. Ruin. cons. 77. num. 5. in 5. Nam administrando bona auita adiuit nomine filij, cum alias non potuisset pater illa administrare, & hæreditas sit opulenta. Neque refragatur aditio facta in Instrumento emancipationis, quando est de materna hæreditate, & cumulatiue sit ad cautelam facta, ex quo iam ex alijs antea probatur aditio. Dixerunt etiam Domini, quod talis hypotheca non fuit extincta propter contenta in instrumẽto emã- 2 cipationis, quia non cauetur iure, nisi reali † facta dimissione, quæ hic non interuenit, ex quo postea non desijt pater administrare, & constitutio procuratoris est ad exigendum montes, placuit etiam Alber. & Ang. in l. si negotium, & in l. idem priuilegium. de pri. cred. Circa hypothecam conuentionalem nihil Domini firmarunt, quia varij, nisi in ista legali, in qua tamen volunt videre, an constet de dolosa patris administratione, vt talis hypotheca possit exerceri contra creditores, ideo de isto dolo erit videndum.

Eadem, Vener. 16. Decemb. 1575.

ARGVMENTVM.

Actio hypothecaria, quæ vt in superiori decisione dicitur, filio pro bonis administratis à patre competit, datur contra bona paterna, non solum ob dolosam administrationem patris, sed etiam ob alienationem bonorum à patre factam, si illa non possint recuperari, nec filio per confiscationem bonorum sit consultum.

SVMMARIA.

1 *Actio hypothecaria aduersus bona patris, filio quando detur.*

2 *Et tantum non solum ob alienationem, vel etiam pro dolosa administratione.*

DECISIO DLVIIII.

Circumscripto eo, quod dicitur, Alphonsum fuisse maiorem infante, post mortem matris, & quod in isto casu, pater solus non potuit adire pro filio maiore infante; & ante satis constet de lege, & testatoris voluntate ac fideicommissis, de quibus apponitur, pro parte Alphonsi resoluerunt Domini stricte ad dubium quod actio hypothecaria competens Alphonso, iuxta resolutionem factam, habeat locum, & ab eo exerceri possit, in casu, de quo agitur, nam communis est opinio, quod hypothecaria huiusmodi data contra bona 1 † paterna non solum ob dolosam administrationem, sed etiam ob alienationem bonorum filij factam per patrem, si illa non possunt recuperari, vel non sit consultum filio, prout hic stante rebellione Pauli Antonij, cum confiscatione bonorum, iuxta legem Florentiæ, ex allegatis, præsertim ex glo. in 3. resolutione, in l. vnde oportet. §. non autẽ. C. de bon. quæ lib. quá Saly. ibi dicit esse communem, Rofred. ibi. num. 1. Alber. cons. 1. Bald. §. fin. & post num. 2. & licet Corn. attestetur de magis communi, quod pro dolosa administratione de- 2 tur, tantum, idem est † in alienatione, vel quando cessat ratio recuperandi, prout hic, Bartol. in dict. l. cum oportet. & Salycet. ibi dicit, vel dic, quod est pro dolosa administratione, & Paul. ibidem. & licet Fulgos. aliter intelligat, tamen alij reprobant, & est rationabile, ex adductis per Ias. in l. si constante, numer. 175. alias 196. sol. matr. Contraria bene euacuantur per Informantes.

Eadem, Vener. 1. Iul. 1576.

ARGVMENTVM.

Declaratur etiam in hac decisione amplius, tacitam hypothecam, pupillo competere, vbi quis bona eius pro tutore, & legitimo administratore administrat.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita pupillo competit contra administratorem suorum bonorum. Et sic etiam contra partem. num. 2.*

DECISIO DLX.

Fvit cõclusum, quod Paulus Antonius administrauerit bona dict. hæreditatis, vti legitimus administrator, seu pro legitimo administratore D. Alphõsi, quando habuit notitiam testamenti Alphonsi Strozzæ ex testibus in actis clare colligitur, & placebant informationes Parentij. Fuit etiam tentum, quod intret hypothecaria D. Alphonsi, in casu, de quo agitur, quia vt 1 dixerunt Domini, pupillus habet tacitam † hypothecam, vbi quis administrat bona pupilli pro tutore, & pro legitimo administratore, putans se esse talem, vt in l. pro officio. iunct. gloss. C. de adm. tut. Neguſ. & Bald.

Bald. not. in locis allegat. & allegabant similem gloss. in l. dabimus. §. 1. de priu. credit. Ruin. consil. 94. nu. 2. cum seq. in §. Ripa ib. dicens, quod ista communis opinio est dubitabilis, tamen pro illa communi opinione allegabatur text. in l. 1. §. pro tutore. ff. pro tutor. & l. 1. §. dabimus. cum gl. in verb. priuilegia. de priu. cred. vbi extendit illam gl. d. l. pro officio, ad alios similes, & Azo. in Summ. C. de bon. quæ lib. Aret. consil. 29. in pr.

Non obstat, quod non sit adita hæreditas, tum quia, vt dicebant aliqui ex Dominis, si hoc requisitum esset necessarium, opinio gl. in d. l. pro officio. esset superflua aut raro haberet locum, & quemadmodum putatur, cui non est delata tutela vere tenetur hypothecaria, ita etiam pater ante aditam hæreditatem, vbi putat fuisse delatam, vel administrat pro vltimo administratore, &
2 vt dicebant, multo magis procedit, in patre, † qui tenetur conseruare bona illæsa, & ita non attendi ur, quod ab initio non sit adita hæreditas, sed quod postea quandocunque fuerit adita, vt pater ab initio teneatur. hypothecaria, hoc cum apud aliquos haberet aliquam difficultatem, quod ante aditam hæreditatem possit pater, vti legitimus administrator administrare bona filij, & teneatur hypothecaria, sed vti negotiorum gestor actione personali, tamen maior pars obtinuit, quod gl. in l. pro officio. sit vera, & applicetur ad casum, de quo agitur.

BVBALI.

Romana, Pecuniaria, de Gottardis. Lun. 4. Iun. 1590.

ARGVMENTVM.

Debitor soluens medietatem summæ debitæ creditoribus quæ ex pacto & conuentione ad priuilegiatos solum creditores peruenit, licet creditores non priuilegiati nihil ex ea consequantur, conuentioni stetisse, & liberatus ab obligationibus, generalemque quietationem & cessionem iurium à creditoribus, assecutus dicitur.

SVMMARIA.

1 *Conuentio facta præsumitur, iuxta actum præcedentem, & supputatum calculum.*
2 *Attestans de facto proprio ad sui damnum & commodum alterius credendum.*
3 *Conuentio à Papa confirmata subuerti non potest.*

DECISIO DLXI.

Cum Dominus Syluester Gottardus, & Caspar Ceulus olim mercatores Romani, essent magno ære alieno grauati, vsq; ad summam scut. 184000. & omnibus creditoribus satisfacere non possent, cum eis seu cum deputatis ab ipsis creditoribus concordauerunt in hunc modum, videlicet, quod Gottardi & Ceuli infra certum tempus tenerētur soluere scuta, 80000. distribuenda inter creditores, priuilegiatos, quod si creditores priuilegiati non ascenderent ad dictam summam scut. 80000. id omne, quod superesset, distribueretur inter creditores non priuilegiatos, & pariter si credita priuilegiata excederent dictam summam scut. 80000. id omne tendat ad damnum creditorum non priuilegiatorum, ita tamen vt creditoribus priuilegiatis soluatur integrum eorum creditum, creditoribus verò non priuilegiatis, fiat solutio medietatis tantum, adeo, quod facto calculo, & detracta medietate non priuilegiatorum ipsi Gottardi & Ceuli remanerent obligati ad soluenda scut. 132000. videlicet, 80000. creditoribus priuilegiatis, & 52000. creditoribus non priuilegiatis.

Cum autem in progressu causæ inter creditores priuilegiatos, & non priuilegiatos, & ipsos de Gottardis & Ceulis compertum fuisset dictos creditores priuilegiatos absorbere totam summam scut. 132000. nec aliquid remaneret pro creditorib. non priuilegiatis, & Domini Gottardi & Ceuli iam soluissent, seu parati essent soluere dictam summam 132000. orta fuit dubitatio: An Gottardi & Ceuli soluendo dictam summam scut. 132000. pro eorum parte dicantur adimpleuisse dictam concordiam, ita vt consequi valeant generalem quietantiam, seu liberationem, & iurium cessionem à suis creditoribus, iuxta formam eiusdem Concordiæ. Et cum causa penderet coram Reuerendissimo Domino Auditore Contradictorum, de voto vnius ex Auditoribus Rotæ proposui dictam difficultatem, coram Dominis, qui vnanimiter concluserunt, Gottardum & Ceulum pro eorum parte adimpleuisse Concordiam, & fuisse liberatos à suis obligationibus, nec posse in futurum à dictis creditoribus molestari, & generalem quietantiam, & iurium cessionem, consequi debere. Ratio Dominorum fuit, cum creditores priuilegiati remiserint medietatem crediti debitam Gottardi & Ceuli remansit in scut. 132000. tantum quibus solutis, non est dubium, quod dicuntur adimpleuisse pro suorum parte.

Quod autem remanserint debitores in dicta summa 132000. tantum, apparet, quia cum totum debitum sit scut. 184000. demptis 80000. remanent 104000. quorum medietas soluenda creditoribus non priuilegiatis, adscendit ad scut. 52000. quæ cuncta cum 80000. constituunt summam 132000. scut.

Non obstat, quod tota ista summa scut. 132000. sit soluenda creditoribus priuilegiatis, & consequenter creditores non priuilegiati nihil consequantur de eorum credito, quia stante conuentione, & pacto apposito in concordia, quod si creditoribus priuilegiatis solueretur maior summa dictorum scut. 80000. totum illud cederet in damnum creditorum non priuilegiatorum, & consequenter in diminutionem medietatis promissæ ipsis, vtique res redditur clara, quod omne periculum & commodum proueniens ex quantitate creditorum priuilegiatorum, spectat ad creditores non priuilegiatos, & consequenter Gottardi, & Ceuli ad aliud non tenentur, nisi ad solutionem dictæ summæ 132000. temporibus contentis.

Prout non obstat, quod in instrumento concordiæ non adsit expressa summa, cuius debitores erant Gottardi, & Ceuli omnibus creditoribus, tam priuilegiatis, quàm non priuilegiatis, scilicet scut. 184000. quia suadetur ex eo, quod antequam deuentum fuerit ad aliquam conuentionem creditores tractarunt videre bilancium librorum, & ideo deputarunt calculatores, vt illud facerent, ex huiusmodi enim facto, seu tractatu colligitur declaratio subsequentis actus, nempe
1 fecisse conuentionem † iuxta supputatum calculum, arg. text. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. Iur. Angel. in l. pacta nouissima. & ib. Iason C. de pact. Boer. consil. 40. num. 36. Aym. consil. 9. nu. 32. & cons. 211. num. 8.

Clare etiam probatur ex fide, seu attestatione calculatorum, vt supra, à Creditoribus deputatorum, dum dicunt cōcordiam esse factam super dicto calculo scut. 184000. quibus omnino credendum est, cum testen-
2 tur de facto proprio, † ad sui damnum, & commodum alterius, Castr. in l. quicunq. in fin. C. de seru. fug. Marsi. sing. 114. Alex. consil. 197. nu. 3. lib. 7. Dec. decis. 650. nu. 9.

Suadetur etiam ex eo, quod pro satisfaciendo creditoribus priuilegiatis particulariter in dicta Concordia assignantur scut. 80000. quod quidem non ex alio factum esse censetur, quia conuentio fiebat habito respectu ad prædictam summam 184000. alias enim Gottardi & Ceuli essent obligati soluere indistinctè & generaliter eisdem creditoribus priuilegiatis, integram summam debiti, ad quod restrinxissent se ad certam quantitatem, pro summa debiti priuilegiati, cū quantacunque essent, ipsi soluere debuissent, & sic ne dicta expressio quantitatis sit superflua, facienda est interpretatio supradicta scut. 184000. non priuilegiatorum

l.si quando.de leg.1.Bald.in rubr.C.de contr.empt.q.9. Decis.lan.156.nu.4.

Probatur insuper ex verbis eiusdem Concordiæ,dū dicitur, quod si credita priuilegiata non ascendant ad summam scut.80000. id totum,quod superest,repartiri debeat inter creditores non priuilegiatos, si verò dicta credita priuilegiata ascenderent vltra dictam summam, id totum, in quo ascenderent, cedere debeat in damnum eorūdem creditorum, non priuilegiatorum. Ex hoc enim colligitur, quod præd. conuentio de soluendo integrum debitum creditoribus priuilegiatis, & pro medietate non priuilegiatis,non potest intelligi generaliter,sed infra terminum scut.184000. nam impossibile est, quod excessus creditorum priuilegiatorū vltra summam scut.80000. posset præiudicium afferre creditoribus non priuilegiatis, nisi ista summa restringeretur infra certos terminos, quia alias talis excessus semper præiudicaret.

Solutis igitur scut. 131000. Domini Gottardi & Ceuli generalem quietationem & liberationem ac iurium cessionem consequi debent, quia ita conuentum fuit,l.1.& l.iuris gentium.§.prætor ait,ff.de pact.præsertim,cum hæc † concordia à Papa confirmata fuerit, cum decreto irritante,& cum clausula sublata,quo casu non potest contra illius verba pronunciari. Card. in c.quia diligentia.q.3.de elect. Paris.cons.38.num.7. & cons.5.nu.132.lib.4.

Ex his fuit conclusum,pro DD.Gottardis & Ceulis, & quod Reuerendiss. D. Auditor Contradictarum possit in eorum fauorem causam expedire faciendo generalem quietationem, & iurium cessionem.

ORANI.

Romana,siue Souanensis, Castrorum. Ven.4. Iul. 1597.

ARGVMENTVM.

Possessione,uel quasi, tempore motæ litis probata, mandatum possidenti rectè decernitur.

SVMMARIA.

1 *Possessio bonorum omnium in vxorem translata dicitur, ex quo omnia bona sua pro restitutione dotis obligauit.*
2 *Possessori primo ex posteriori nullum præiudicium affertur.*
3 *Mandatum obtentum absque citatione possidentis nullum est.*

DECISIO DLXII.

IN vna Romana, siue Souanensi Castrorum, plures interueniebant causæ,quę Domini induxerunt ad decernendum Dominæ Lucretiæ mandatum de manutenendo, in possessionem bonorum quondam Domini Pauli Sfortię,eius viri,quantum prima fuit,quia constat de eius possessione,nedum viuente suo viro,in qua post illius obitum remanserat, sed etiam tempore motæ litis,quam etiam,quod iure familiaritatis retineret, nihilominus ipso mortuo data continuatione, & superueniente nouæ causæ poterat ex nouo titulo, etiam absque declaratione mutare causam suæ possessionis,Dec.cons.400.nu.5. Put. decis.451.lib.1.Achill.4.de caus.poss.& propt.multo igitur magis, stante declaratione, per quam professa fuit suæ intentionis non esse,prædicta bona,pro dotibus suis, & vsufructu sibi à q.marito in eis relicto retinere, Dec. cons.332.sub n. 20.Gramm.decis.58.col.1. & seq.

Altera erat quod cum quondam Dominus Paulus omnia sua bona † pro restitutione dotis suæ cum clausula constituti obligasset, non dubitabatur, quin in ea translatam fuisset dictorum bonorum possessio.l.quod meo.ff.de acq.poss.Ias.in §.actionum. num.139.Inst.de action. Rim.sen.cons.90. nu.14.lib.1.late Tiraq.in ista const.p. 2.compleat p.2.nu.2.

Tertiò,quoniam dato, quod in donatione facta per eundem Dd. Paulum ad fauorem Excell.Domini Ducis, apposita fuisset clausula constituti , tamen ex quo in vim illius acquisita possessio erat posterior possessione Dn. Lucretiæ, nullum † operari potuit in eius præiudicium effectum.Bart.in l.si duo. nu.4.ff. vti possid. Felyn.in c.licet causam.vers.3.causa.& ib.Dec.nu.9.de prælat.Guzad.cons.86.no.19.

Quare possessio postmodum capta per Excell. Dominum Ducem non est manutenibilis, Nam cum Domina Lucretia esset in possessione , requirebatur eius, vel eorum,qui ipsius nomine possidebant, expulsio, l. peregre. §. fin. & ib. gloss. in verb. regressus. de acqu. poss. Arct.io l.3. §. in amittenda,colum. fin. vers.noto etiam.eod.tit.

Non obstat mandatum ab A.C. ad istum effectum, impetratū, quia cum D. Lucretia possideat, fuit absq; eius † citatione nulliter decretum. Fel. in c.postulasti. num.14.vers.& iur.illam gl. de rescr. Soc.cons.158.n. 10.& 19. vol.2.& cons.82.sub num.8.lib.3.& possessio in vim eius capta stante inhibitione Rotali attentata, Modero. Paris. de attent. 3.p. c.31. numer. 184. & sequentib.

Regiensis, Prioratus, Ven.9. Maij.1586.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex instrumentis,maxime antiquissimis,& concurrentibus aliis adminiculis, rectè probatur.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio Apostolica præsumitur ex lapsu diuturni temporis, & obseruantia subsecuta : etsi non sit enunciata.*
2 *Et quidem talis præsumitur, qualis de iure requiritur.*
3 *Ius patronatus etiam ex solo priuilegio in limine dotationis reseruatur.*
4 *Laici an omnino iuris præsentandi ad beneficia sint incapaces.*
5 *Ius præsentandi etiam per iuris patronatus reseruationem censetur reseruatum.*
6 *Instrumentum antiquissimum quibus concurrentibus fidem faciat.*
7 *Status præsens in qualitate beneficij multum attenditur.*
8 *Confessio adminiculis,& coniecturis fulcita,aduersus confitentem probat.*

DECISIO DLXIII.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, ex his, quæ pro parte fratris Raphaelis deducuntur, satis constare de iure patronatus, ex dotatione, in casu de quo agitur, Adest enim instrumentum publicum dotationis, de anno 1570. in quo Achilles Taunius fundator & constructor Ecclesiæ,de qua agitur,illam dotat,cum expressa reseruatione iuris patronatus, de cuius effectuatione non potest dubitari, stantibus literis Bonifacij,& Eugenij, in quibus asseritur, huiusmodi Prioratum esse de iure patronatus domus de Tauulis, ex fundatione,ac concurrente statu præsenti,vt ex Bulla Pauli III. & confessione etiam ipsius Domin. Camilli aduersarij,in sua prouisione colligitur.

Non obstat , quod cum simus in Ecclesia conuentuali , requiratur priuilegium in limine fundationis vel dotationis.gl.in c.nobis.in verb.de sua iurisdictione.extr.de iure patr. Mohed. decis.340.Put.decis.379. in vna Elnensi , lib.2. cum aliis allegatis, quia stante lapsu fere quadraginta annorum , & concurrente obseruantia subsequuta,præsumitur confirmatio † Apostolica,etiamsi non sit enūciata. Angel.& alij in l.sciendum.ff.de verb.oblig. Felyn.in cap. sicut,de re iud. Put.decision.355. in vna Portugallensi,lib.1. & in terminis iuris patronatus, Abb.in cap. vn.de iure patron. Dec.consil.135. & talis confirmatio, † qualis de iure requiritur, & sic quod interuenerit in limine dotationis.Arct.consil.36.cum add. per Gabr.concl.1.de præsumpt.num.7. & fuit decisum in causa Cōchensi, fructuum,

ctuum, de mense Febr. proxime præteriti, coram Reu. patre D. meo Gypsio.

Nec dicatur, ex facie instrumenti constare de contrario, ex quo tempore reseruationis iuris patronatus Ecclesia erat iam fundata, & sic cessare omnem præsumptionem, quæ ex temporis antiquitate oritur, quia sufficit priuilegium in limine dotationis, ex qua sola 3 etiam reseruatur † ius patronatus, vt post alios tradit Lambert. de iure par. 1. part. 1. lib art. 1. q. 3. per tot.

4 Neque etiam præsumptionem impedit † incapacitas laicorum præsentandi ad beneficia conuentualia, ex alleg. quia procedit, vbi laici sunt omnino incapaces, quod non applicatur, quia in hac materia laici mediante priuilegio, quod est clausum in corpore iuris, & omnibus fundare vel dotare volentibus, indistincte conceditur, sunt capaces intus præsentandi ad huiusmodi beneficia, dict. c. nobis. cum ibi notat.

Non obstat, quod in huiusmodi dotatione non sit reseruatum ius præsentandi, sed tantum ius patronatus, quod in Ecclesijs conuentualibus videtur posse intelligi de solo iure honorifico circa præsentationem, quia hoc forsan procederet, vbi non adesset priuilegium, sed cum nihil impediat, quo minus ex cursu temporis, huiusmodi priuilegium non præsumatur, dicendum est, per reseruationem iuris patronatus censeri etiam 5 † reseruatum ius præsentandi, quod est potissima porrio ipsius iuris patronatus, quod & verisimilis mens ipsius dotantis, vt censeatur voluisse sibi plenius, quam fieri potuit, prouidere, & obseruantia subsequuta optime ostendunt, vt ex illis Bullis Bonifacij, Eugenij, & Pauli III. & ex prouisione ipsiusmet D. Camilli colligitur, ad notat. per Rom. consi. 171. n. 4. Aym. consil. 101. num. 3. cum alijs allegat.

6 Nec dicatur huiusmodi instrumentum † non esse in forma probante, quia cum constet de eius effectuatione, & sumus in instrumento antiquissimo, & concurrant adminicula, & fuerit productum parte citata, & non contradicente, satis dicitur esse in forma probante, & facit fidem.

Constat etiam illa probatio iuris patronatus ex præ- 7 senti statu, qui in iudicanda qualitate † beneficij multum solet attendi. Dec. in consi. 126. nu. 1. nam constat, quod de anno 1140. à fel. recordat. Paulo III. fuit collatum quondam Vincentio de Tauolis præsentato à quibusdam de dicta familia, inter quos erat Ioann. Baptista, vnus ex his, qui præsentarunt F. Raphaelem, quæ prouisio fuit sortita effectum, nec potest de ea dubitari, quia per eius obitum vtraque pars impetrauit: ad cons. Oldrad. 129. nu. 2.

Non obstat quod ibi enuncietur ius patronatus, ex priuilegio duntaxat, quia placuit Dominis responsio alias data, quod intelligatur de priuilegio habente originem à dotatione, iuxta decis. Pur. 191. lib. 2.

Non obstat illa dictio, duntaxat, quia cum huiusmodi ius patronatus non possit reseruari nisi concurrente priuilegio, d. c. nobis, satis potest dici, ius patronatus esse ex solo priuilegio Apostolico, quia ab eo robur, & essentiam accipit, & iste est stylus Cancellariæ, qui vult, quod totum huiusmodi ius patronatus attribuatur priuilegio Apostolico, licet illud descendat à fundatione, vel dotatione.

Accedit etiam pro confirmatione probationis huius iuris patronatus, confessio ipsius D. Camilli, in eius prouisione, quæ saltem in sui præiudicium sufficit ad probandum ius patronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione, Cassad. dec. 7. de iure par. Pur. dec. 36. lib. 3. Pe- 8 regr. dec. 63. lib. 3. præsertim vbi est coadiuuata † & pluribus adminiculis fulcita iuxta dec. Achil. 2. de confess. cum sim. & sic non obstat resolutio sacræ Congregationis Illustriss. Interpretum Concilij Tridentini, quæ loquitur, vbi quis sola confessione nititur.

Et ex his omissis pro nunc alijs, quæ deducuntur pro parte F. Raphaelis, resoluerunt Domini, pro maiori parte, sufficienter constare de iure patronatus, ex dotatione.

ORANI.

Albanensis, Prioratus, Sabb. 26. Nou. 1588.

ARGVMENTVM.

Prioratus quomodo iuxta decretum Concilij Tridentini, de iure patronatus laicorum esse præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus regulariter ex eo solo acquiritur, quod quis fundat, & dotat Ecclesiam.*
2 *Fallit in Ecclesia regulari. Et quæ in hac requiratur. n. 3.*
4 *Beneficia in dubio libera præsumuntur.*
5 *Præsumptio iuris patronatus non cadit, nisi in quantum expressum reperitur.*
6 *Probatio tituli iuris patronatus talis esse debet, qualem Concilij decretum requirit.*
7 *Fama per æquipollens non impletur.*
8 *Falsitatis imaginem habet, quod a verisimili longe abest.*
9 *Inspectio aliorum operatur, vt omnia quæ in illis non reperiuntur, alia non præsumantur.*
10 *Status libertatis Ecclesiæ ex quibus probatur.*
11 *Probatio famæ præsumptiua est.*

DECISIO DLXIV.

Sanctissimus Dominus Noster mandauit proponi dubium tenoris instrumenti, An ex deductis à partibus, iuxta decretum S. Concilij Tridentini, constet, Prioratum S. Pauli, Albanensis esse de iure patronatus laicorum, Domini tum ex ijs, quæ in præterita resolutione præsentis causæ reseruata fuerunt, tum ex nouiter pro parte Illustrissim. & Reuerendissimi D. Cardinalis, deductis, resoluerunt, non constare de iure patronatus, iuxta formam decreti Concilij Tridentini, cap. 9. sess. 25. quia dict. decretum requirit, quod titulus iuris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione quodque probetur authentico documento, vel alijs modis ibi expressis. Licet autem hic constet de fundatione & dotatione Prioratus, de quo agitur, ex authentico documento, videlicet ex Bulla Honorij I V. confirmationis dictæ fundationis, ac instrumento dotationis, in dicta Bulla inserto, & regulariter de eo solo, quod quis fundat, & dotat aliquam Ecclesiam, acqui- 1 rat † ius patronatus, & exinde titulus probetur, tamen 2 secus est † in Ecclesia regulari, prout est Prioratus, de quo agitur, quia vltra dotationem, & Constitutionem 3 requiritur † expressa concessio, & priuilegium Apostolicum in limine fundationis, c. nobis. & §. ceterum. vbi gloss. verb. de sua iurisdictione, & ib. Host. col. 2. Anchar. numer. 36. Abb. num. 9. de iure patr. lib. 2. p. 1. 5. quæst. princ. art. 1. num. 10. cum seq. Pur. dec. 366. 10 vna... libr. 2. & ratio est, nam cum Prior eligi debeat per monachos, non conuenit, quod in electione huiusmodi laicus vnà cum monachis interueniat. c. sacrosanct. c. Messana, de elect. Cum itaque in d. Bulla Honorij, & in instrumento dotationis, nulla fiat mentio reseruationis iuris patronatus, non solum ex dicta fundatione, & dotatione non oritur titulus iuris patronatus in limine fundationis, sed potius de initio libertatis dicti Prioratus, & sic de initio contrario constare videtur, Anchar. consil. 113. num. 2. & sequent. quod equidem iuri communi est conforme, quo in du- 4 bio beneficia † præsumuntur libera. Archid. in c. nullus. 16. q. 6. in c. cum venerabilis. in fin. de except. Abb. in consil. 54. col. 2. p. 1. consil. 76. in prin. & consil. 106. lib. 2. Et ius patronatus tantum est odiosum, vt illius 5 non cadat præsumptio † nisi in quantum expressum reperitur, Archid. in c. decernimus. 26. q. 7. Decian. consil. 117. in princip. Nec præmissis, refragatur resolutio

solutio in hac causa vltimo loco facta, quia illa fuit facta, cum præsupposito, quod non versaremur in casu Concilij, respectu præsumptionis vsurpationis, quod quidem præsuppositum non fuit tunc discussum, nec firmatum, ex quo spectabat ad Congregationem Concilij, sed cum ex dubio per Sanctissimum transmisso, facultas discutiendi de veritate dicti præsuppositi data sit, Domini dixerunt, quod dubium propositum non subsistat, sed quod versemur in casu Concilij, loquentis de præsumptione vsurpationis, etenim cum agatur de prætenso iure patronatus Dominorum de Sabellis, qui fuerant & sunt potentes, prout est notissimum, & iurisdictionem perpetuam habẽt, in Ciuitate Albanensi, & eius territorio, in quo situs est Prioratus, necessum est, dicamus, illos cõprehendi dicto decreto Concilij, prout etiam censuit Congregatio Cõcilij, Barones & alios iurisdictionem perpetuam habẽtes, vt ex fide per Illustriss. & Reuer. D. Cardinalem Caraffam, subscripta apparet, & alias Rota coram Illustr. & Reu. Domino Cardinali Aldobrandino, in vna Sabinẽsi, beneficiorũ, idem de familia Dominorum de Vrsinis conclusit, quo fit, vt probatio tituli iuris patronatus † debeat esse talis, qualem requirit dictum Concilij decretum, vt videlicet vltra præsentationes immemoriales præsentationes continuatæ, non minori spacio 50. annorum, quæ omnes sortitæ sint effectum, ex authenticis scripturis, probentur, quæ quidem species probationis est data pro forma, & ostendunt illa verba decreti, non aliter, de quorum natura est formam inducere, vt post Bar. & alios Dec. consil. 528. num. 11 Rum. consil. 92. lib. 3. Soc. iun. consil. 46. numer. 27. lib. 4. ita quod adimpleri non potest † per æquipollens, & quatenus posset, satis est, quod probatio famæ facta per testes Dominorum de Sabellis non æquipolleat probationi requisitæ à dicto decreto, quod noluit præsentationes per testes, sed per scripturas authenticas probari. Nec placuit Dominis, quod dicebatur decretum præsumptionis vsurpationis cessare, ex quo habemus certam probationem fundationis, & dotationis, quia respondebant, id procedere in beneficio sęculari, in quo ex sola fundatione & dotatione Ius patronatus acquiritur, secus verò in regulari, in quo, vt dictum est, ex sola fundatione & dotatione, tale ius non potest acquiri, sed requiritur expressa & specialis concessio Apostolica, in limine fundationis, & dotationis.

Præterea animaduertendum est in illa resolutione vltima, circumscriptas fuisse exceptiones oppositas contra dictos testes Dominorum de Sabellis, ac etiam iura Illustrissim. & Reuerendissim. Domin. Cardinalis Gesualdi, & Bullam Honorij IV. quæ tunc temporis non fuerat producta in actis, quæ omnia in præsenti disputatione præsupponuntur, ex quibus adducta pro Dominis de Sabellis videntur sublata, nã cum hodie habemus instrumentum dotationis, ac Bullam confirmationis Honorij fundatoris, in qua nulla adest reseruatio Iuris patronatus, Prioratus remansit liber, ita quod etsi admittamus priuilegium post fundationem, & dotationem fuisse Dominis de Sabellis concessum, dicendum sit mere gratiosum. Put. decision. 379. num. 5. lib. 2. quod non secus est per decretum Concilij reuocatum, atque illud, quod absque dotatione & fundatione potuit per Papam laico concedi, iuxta tradit. per Lambert. lib. 2. part. 1 quæst. 5. art. 1. num. 12. vers. testium autem. Et hoc eo magis, ex quo apparet, Honorium fundatorem nunquam habuisse intentionem reseruandi dictum Ius patronatus, nam in proœmio dicti instrumenti narrãdo causas, ob quas motus fuit ad fundandum, & dotandum Prioratum, dixit id facere pro eleemosyna, intuitu retributionis æternæ, & pro redemptione peccatorum suorum parentum, & consanguineorum. Quod etiam ad Pontificatum postea assumptus, in Bulla cõfirmationis dictæ fundationis, & dotationis repetijt, ex quo colligitur, quod Honorius non habuit animũ, neque intentionem acquirendi Ius patronatus, vt per Cresc. decis. 13. in fin. aut saltem inuerisimile sit, quod si dictum ius patronatus sibi reseruasset, quod de eo mentionem non fecisset, quod autem longe est à verisimili, † imaginem falsitatis habet. Bald. in l. 1. nu. 16. Codic. de seru. fugit. Quinimo cum in Bulla confirmationis idem Honorius narrasset quasdam speciales ordinationes in fundatione & dotatione factas, subiecit, se alia salubria, & honesta adiecisse, prout in instrumento desuper confecto plenius cõtinetur. Vnde cum idem Honorius, de omnibus ordinatis se referat ad instrumentum, debemus stare instrumento relato. Paul. de Castro cons. 81. colum. 3. versicul. & si dicatur. lib. 2. Afflict. decis. 207. num. 5. Dec. consil. 6. num. 6. in quo nulla Iuris patronatus facta fuit mentio. Neque dicatur, quod dictum instrumentũ non continet fundationem, sed solam dotationem, & quod propterea potuit fieri, quod in alio instrumento continente fundationem ius patronatus reseruatum fuerit, quoniam cum fundatio tempore Martini successerit, & in registris Martini de huiusmodi instrumento nihil appareat, nisi doceatur alios libros Martini, præter deprehensos in Bibliotheca Vaticana extitisse, in quibus hoc potuerit describi, per diligentias in prædictis registris Vaticanæ Bibliothecæ factas, remouetur præsumptio existentiæ talis instrumenti, iuxta tradita per Cassad. post alios decis. 4. & 8. super reg. non secus ac dici solet, quod per inspectionem † actorum id omne quod in actis scriptum non reperitur, præsumitur non actum. Bald. in l. si contra num. 3. C. de appellat. Alex. cons. 217. seu 127. n. 7. lib. 1. Quod & adiuuatur ex eo, † quod à tempore fundationis, dicti prioratus, quod fuit de anno 1281. vsque ad annum 1493. quo idem prioratus peruenit ad manus Ioan. Baptistæ Cardinalis de Sabellis, nunquam extitisse ostenditur aliquam præsentationem assertorum patronorum, quin potius clarum est, Alexandrum Papam VI. in quadam Bulla sub dat. 1492. asserere Prioratum huiusmodi retroactis temporibus fere semper commẽdatum extitisse, prout ipsi constitit, qui dum in minoribus esset, illum per longa tempora in commendam obtinuerat, & tandem ad Apostolatus apicem assumptus, Prioratum dicti Cardinali Ioann. Baptist. de Sabellis, in commendam dederat, prout tunc obtinebat. Ex quibus facile tollitur, quod dicebatur dictum Cardinalem de Sabellis de anno 1493. Prioratum resignasse in fauorem Antimi de Sabellis, & successiue Antimum eundem Prioratum de anno 1449. renunciasse ad commendam Francisci etiam de Sabellis, enunciando in vtraque gratia Prioratum esse Iuris patronatus Dominorum de Sabellis, cum clausula, dum modo dictorum patronorum expressus accedat consensus, nam præterquam, quod enunciationes prouenirent ab ipsismet Dominis de Sabellis, qui ius patronatus prætendebant, & sic à personis suspectis, Achill. dec. 6. ad fin. de iure patron. Put. decis. 1199. numero 2. lib. 3. non constat de consensu præstito in dictis resignationibus, neque de illarum effectuatione, neque quod magis est, de collatione, cum dictæ literæ renunciationum sint mandata de prouidendo, & non prouisio. Et ideo dictæ enunciatiuæ probant, Peregr. decis. 167. in vna Bonon. lib. 3. Put. dec. 136. lib. 3. Quamuis autem effectuatio præsumi soleat, propter prouisionem, per obitum, iuxta cons. Oldr. 129. & alias alleg. nihilominus contrarium procedit in prouisione resignationũ, quia potest non possessor resignare, siue cedere ius, quod habere prætendit, prout fuit dictum in vna Taruisina plebis de Medumo, corã bon. mem. Episc. Lauretano, die 28. Feb. 1586. vltra quod mãdata de prouidendo, loquuntur

tur de consensu expresso, & non præsumpto. Et præsupposito, quod dictæ resignationes suum sortitæ fuissent effectum, tamen non concluderent necessario ius patronatus huiusmodi competijsse ex priuilegio in limine fundationis concesso, quoniam posset intelligi de iure patronatus priuilegio, ex priuilegio post fundationem & dotationem obtento, quod vt antea ostensum est, decreto Conc. fuit abrogatum, & nihilominus huiusmodi præsentationes continet tantummodo tēpus 10. annorum, per quod decreto Concilij non est satisfactum, præsertim cum paulo post de anno 1503. Alexander VI. dictum Prioratum nulla facta mentione iuris patronatus tāquam liberum Cardinali S. Ceciliæ contulerit, & postea Iulius II. vti liberum Capellæ Iuliæ in Basilica S. Petri existenti vniuit, ac successiue Leo X. de anno 1518. dissoluta huiusmodi vnione, eundem Prioratum etiam vti liberum mensæ Episcopali Albanensi de nouo vniuit, in quo bis probatur status libertatis. Put. dec. 179. lib. 2. neque curandum est, quod gratia perinde valeret obtenta à Cardinali S. Ceciliæ, super dicto Prioratu, habeat clausulam derogatiuam Iuris patronatus, pro ea vice tantum; quia cum derogatio iuris patronatus cōditionaliter sit posita, quatenus de illo existat, nihil ponit in esse, vulg. l. si quis sub conditione. de cond. inst. Minus repugnat fundamentum factum in Bulla Leonis X. quia vt cōsiderabant Domini, illa non continet declarationem iuris antiqui, sed est concessio iuris patronatus de nouo ex priuilegio, vt denotant verba Bullæ reseruantes, & concedimus, alioquin dixit reseruamus & confirmamus. Nec obstant præsentationes factæ post priuilegium Leonis X. quia manifeste patet, factas fuisse in vim dicti priuilegij, tum quia in nonnullis eorum id exprimitur, tum etiam, quia factæ leguntur coram Archipresbytero Albanensi, & per eundem iuxta Bullæ formam institutiones sequutæ, atque ideo veniunt illi adscribendæ, l. 2. C. de acquir. poss. l. cum quædam mulier. de rei vend. Aym. consil. 85. num. 3. præsertim cum talis forma non correspondeat fundationi & dotationi, in qua interuenit consensus Episcopi, & ad quem propterea institutio pertinuisset, quare cum dictum priuilegium Leonis fuerit per Concilium sublatum, vnà cum possessione subsequuta, nō possunt Domini de Sabellis, dictis præsentationibus iuuari, illis autem deficientibus sumus in claris, quod Concilij decreto non est satisfactum, ex quo testes de fama priuilegij deponentes non sufficiunt, præterquam enim 1 quod probatio famæ † præsumptiua est, Cassad. decis. 2. de prob. & cedit fortiori probationi, Put. decis. 436. lib. 2. testes multas exceptiones patiuntur, de quibus per Informantes pro Illustriss. & Reuer. Domino Cardinali Gesualdo, vnde conclusum fuit, non constare de iure patronatus Dominorum de Sabellis.

SERAPHINI.

Valentina, de Consentayna, Ven. 26. Ian. 1582.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus, de quo in præsenti casu, an, & quatenus constitutione, & regulis Innocentij ac Adriani, vt & Concilij Tridentini comprehensum dicatur.

SVMMARIA.

1. *Regula Adriani quæ iura patronatus comprehendat.*
2. *Ius patronatus de iure communi quibus modis acquiratur.*
3. *Priuilegium ad casus diuersos non trahitur.*
4. *Petitorium possessorium absorbet.*
5. *Manutentio etiam spoliatori datur.*

DECISIO DLXV.

Dubitatum fuit, vtrum ius patronatus de quo agitur comprehendatur sub regulis Innocentij, & Adriani, ac decretis sacri Conc. Tridentini, & an huiusmodi regulę ac decreto obsint Ludouico Mas, pręsentato à Comite, ita vt sit ei deneganda institutio, & quantū ad primam dubitationem Domini cēsuerunt, Ius patronatus huiusmodi comprehendi sub regula 1 Adriani, † in qua reuocantur omnia iura patronatus, quæ non sunt ex dotatione, & fundatione, exceptis quibusdam casibus, extra quos sumus, ad hoc ius patronatus concessum fuerit ex priuilegio ex eo solum quod Ecclesia minabatur ruinam, & pro eius reparatione Comes obtulit se impensurum scuta 100. sed de 2 iure communi iste † non est modus, per quem acquiratur ius patronatus, cui dispositioni Adrianus adhærere in sua constitutione voluit, c. nobis, de iure patr. c. Abbate. 11. num. 28. q. 2. cum alijs de quibus Roch. in verbo fundauit. num. 1. vel quod quis construat à fundamento, idem Roch. in verbo construit, vel quod penitus dirutam reædificet, quo casu requiritur, vt ita sit diruta, vt indigeat noua consecratione, Rot. vbi sup. numero 12. Lambert. in 3. art. 6. q. prim. par. 2. lib. 2. nec super clausulis priuilegij potest fieri fundamentum, quia constitutio Adriani habet amplissimas clausulas, cum clausula quorum tenores ad conf. Buttig. 11. verum quia pars petit remissoriam super verificatione istius priuilegij, dictum fuit obiter, nos versari in materia beneficiali, cum lis sit inter præsentatum, & prouisum Apostolicum, & ideo incidenter agi de iure patronatus, vnde fit, vt remissoria concedi non possit, nisi in tertia instantia, vel nisi facta obligatione de stādo vnico, & apposito sequestro, prout in similibus fieri solet. Præterea requirit fumum, & licet pro fumo dentur nonnulli testes, examinati ad perpetuam rei memoriam, tamen eorum dicta non videri releuantia, cum fateantur Ecclesiam antiquam adhuc extare, iuxta quam Comes nouam cepit ædificare: prouisus autem Apostolicus petit veterem, & neque iste casus de iure communi probat ius aliquod neque comprehen-3 ditur in priuilegio Leonis, † quod per casus diuersos facile non trahitur, vt per Tiraq. de rett. lign. §. 1. glo. 14. num. 97. Nec possessio releuat ab onere probandi, cum Adrianus tollat nedum possessionem de præterito, sed de futuro ex prægnantia dispositionis, si tamen pars velit remissoriam, super istis, particulariter dubitabitur.

Quantum ad decreta Conc. Trid. Domini dixerunt habere locum in hoc casu, & iam fuit decisum. Quantum ad secūdam dubitationem, An Ludouicus sit instituendus regula est pro eo, per c. consultationibus. de Iure patr. nec videtur ei obstare res iudicata, quæ solet impedire institutionem, vt tradit Menoc. de recup. remed. 3. num. 848. quia si de iure erat instituendus, quia præsentatus à Comite, qui erat in quasi possessione sētentia erit notorie iniusta, & ita nulla adesset res iudicata. Nec etiam videtur obstare, quod in petitorio constat de non iure patroni, ad not. per Abb. in d. c. consul-4 tationem. n. 9. Roch. in verf. competens. n. 39. cū † petitorium absorbeat possessorium, c. cū dilectus, de caus. poss. & propr. quia non potest dici, non constare de non iure, quamdiu de eo doceri potest. Aeg. 103. In his enim requirimus, vel partis confessionem, vel rem iu-5 dicatam, & hinc est quod etiam spoliatori datur manutentionem, donec per tres conformes fuerit terminata. Et ideo in hac causa standum rescripto Sanctissimi Domini nostri, procedendo simul & semel ad determinationem petitorij, & possessorij, parum tamen proderit sententia in possessorio, Rot. 14. de test. spoliat. in ant. Put. 74. alias 83. in vna Sabinensi. lib. 1.

ALDOBRANDINI.

Lucana, Decanatus, Merc. 23. Mart. 1582.

ARGVMENTVM.

Resoluitur in hac decisione, ex conf. Anch. 197. non posse apponi pactum circa bona data in dotem Ecclesiæ, quo mediante talis datio, seu consignatio possit reuocari.

SVMMARIA.

1 *Bona data in dotem Ecclesia an ex pacto reuocari possint.*
2 *Ecclesia an ex fructibus alterius Ecclesia dotari possit.*

DECISIO DLXVI.

DOmini resoluerunt, dictum Anchar. cons. 197. applicari in casu nostro, etiam respectu cedentium commendis, concludit enim in summa Anchar. non posse apponi pactum circa bona data in dotẽ Ecclesiæ, 1 quo mediante talis datio † seu consignatio reuocari possit, quia hoc pacto status Ecclesiæ redigeretur ad nihilum, c. si quis obierit. 11. q. 3. not. in c. 2. 10. q. 1. c. si quis Basilicam. de consecrat. dist. 1. quod conuenit casui nostro, si enim cedentes possent ad eorum Ecclesias reuerti, status Collegiatæ de nouo erectæ redigeretur ad nihilum, quia sine illis redditibus Decanatus & Canonicatus consistere nequirent.

Non obstat, quod dictum Anchar. sit intelligendum de constructione Ecclesiæ ob c. 1. de sent. seu cens. quod allegat etiam, quod alioquin si generaliter esset intelligendum, obstaret c. verum. de cond. appos. quia explicite Anchar. loquitur solum in mutatione status Ecclesiæ. In casu enim suo fuerat erecta Ecclesia in Monasterium, vt liquet num. 1. & num. 6. vt proprie contigit in casu nostro, in quo mutatus fuit status Ecclesię, ex quo erecta fuit collegiata Ecclesia sæcularis, quod Collegium sæculare prius non aderat. Non obstat dispositio c. verum. quia Anchar. limitat d. c. verum. & ibi tradita, vt non procedant, quando pro dote aliquid Ecclesiæ datur.

Sicut non obstat, quod fructus Præposituræ, & Prioratos non fuerint assignati pro dote, quia lectura literarum erectionis, & Breuis de quibus in dubio, tollunt difficultatem, in literis dicitur, *illisque pro eorum dote duo millia ducata, nec non omnes, & singulos fructus, & prouentus dicti Prioratus.* Et licet vnio Præpositurę facta fuerit mensę Capitulari, fuit tamen facta pro dote, vt constat ex Breui, in quo dicitur, ac illis pro eorum dote Pręposituram S. Georgij perpetuo vniuissemus. Nec etiam mouit Dominos, quod non possit dici de hoc, ex quo fructus erant Ecclesiæ, & sic...... non poterant dici in verbo dotasse de suo, Roch. de iure patr. & dotauit. num. 26. cum alijs allegatis, quia non dicunt 2 Doct. quod ex fructibus Ecclesię non possit dotari † alia Ecclesia, quia imò dicunt id fieri posse, & quod ius patronatus non acquiritur beneficiato, sed Ecclesiæ, cuius erant fructus, & bona ex quibus dotata fuit Ecclesia, quod verum est. Argumentum enim concludit solum, quod cedentibus non potuit ex hac causa reseruari ius patronatus, quod verum est, nec ipsis fuit reseruatum, sed Ioan. Paulo, & Matthæo, qui de suo dederont illa bis mille, sed non concludit, quia illi fructus quãtumuis Ecclesiæ non fuerint assignati pro dote Collegiatæ, ex verbis etiam Anchar. num. 6. in fin. tollitur alia responsio data, quod in casu Anchar. esset appositum post erectam Ecclesiam, quia ibi dicit, quod licet legatum esset factum post erectionem, tamen cũ in exordio ipsius Ecclesiæ sit facta prouisio, legatum postea factum censetur declaratio promissionis, non autem noua dispositio. Accedit etiam ratio...... non redigendi statum Ecclesiæ ad nihilum, cui liceat in vtroque casu, sicut non obstat quod non redigatur ad nihilum, ex quo hæ Ecclesiæ reuertentur ad statum regularem, quia etiam in casu Anchar. de Ecclesia sæculari fuerat erectum Monasterium, & tamen consideratur interitus illius status, quod semel cum illa dote erectus fuit vt in hoc casu. Quo autem ad dictum Paul. de Citta, de Iure patron. pat. 3. cap. 2. numer. 26. in fin. & num. 46. pariter in fine, seu potius illius orationem, concluserunt non applicari, quia per hanc reuersionem fructus beneficiorum non traderentur ad vsus profanos.

SERAPHINI.

Salernitana, Cappellaniæ, Merc. 2. Decemb. 1587.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ad familiam, de qua agitur, pertinere, ex sententia ordinarij, recte probatur.

SVMMARIA.

1 *Sententia ordinarij ius facit, quo ad omnes.*
2 *Ordinario in materia Iuris patronatus plurimũ defertur.*

DECISIO DLXVII.

DOmini sine difficultate tenuerunt, constare ius patronatus Cappellaniæ, de qua agitur, pertinere ad familiam de Cositoribus, ex sententia Ordinarij lata, de anno 1512. quę facit † ius quo ad omnes, cum lata 1 sit super statu beneficij, maxime ab Ordinario, cui cũ 2 ratione visitationum quam ex quod Ordinarij † solẽt plerĩq; pro defensione Iuris Ecclesiæ esse contra Iura patronatus plurimum in huiusmodi materia deferre solemus, Anchar. cons. 17. Fely. in c. illud nu. 6. de præscript. Rot. de iure pat. 11. n. 1. in nou. cum alijs, sed etiã sententia optime ex testibus iustificatur, prout bene in facto deducitur, qui deponunt de testamento Cuchi, & Regnabilis de Cositoribus, qui hanc Cappellaniam ex proprijs bonis fundauerunt. Accedunt obseruantia, & præsentationes subsequutæ, & alij actus facti ab illis de Cositoribus, vti patronis, & postremo Confirmatio Leonis, de anno 1521. Ideo non obstat, vnio facta seminario cum non potuerit fieri, nisi accedente consensu patronorum, Lamber. de iure patr. lib. 3. art. 6. q. pr.

Ex quibus conclusum fuit pro Informante.

SERAPHINI.

Asculana, Prioratus, Merc. 1. Iul. 1581.

ARGVMENTVM.

Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, valida est.

SVMMARIA.

1 *Testes de auditu in antiquis an probent.*
2 *Prouisiones Apostolica statum beneficiorũ non mutant.*
3 *Actu vnico quis in quasi possessione iuris patronatus constituitur.*
4 *Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione iuris conferendi, valida est.*

DECISIO DLXVIII.

DOmini ex nouiter deductis, recesserunt à resolutis in alia instantia, moti fuerũt ex eo, quod pręterquam quod Prioratus de quo agitur, est situs intra fines Astensis dioecesis, vt bene per testes probatur. Vnde Episcopus habet fundatam intentionem de iure, c. omnes Basilicæ, 16. q. 7. ex iuribus, & testibus nouiter productis constat de quasi possessione dignitatis Episcopalis conferendi huiusmodi Prioratus, tam ex prouisione facta Bernardini Ioannetto, de anno 1565. quæ probantur effectuata per testes, & ex eo, quod postea per obitum Bernardini fuit facta collatio Hieronymo Salutio, quæ res optime probat effectuationem posterioris collationis, vt in pluribus causis fuit decisum & in specie coram me, in vna Reatina, S. Angeli.

Neque obstat, quod testes reliqui sint de auditu, 1 quia respectu illius prioris collationis cũ simus † in re antiqua, satis probãt, Gab. de test. conc. 3. Put. 78. lib. 1.

Non obstant prouisiones Apostolicæ, quia non mu- 2 tant † statũ beneficij. Aegid. dec. 107. Achil. de stat. benef. dec. 1. & ex illis remanet vltimus status ad fauorẽ 3 Episcopi, qui etiam ex vnico † actu cõstituitur in quasi possessione, Rot. de pręscr. dec. 2. in Nou. Rip. in c. cum Ecclesia, n. 49. de caus. poss. & propr. Vnde resultat validitas prouisionis Episcopi, quã metimur ex quasi possessione illius, qui contulit, Rot. 7. de rescr. in antiq. & 14. de iure pat. in antiq. c. cõsultationibus. de iure patr.

Non obstat, quod ex decisionibus in hac causa factis constet, pertinentiam collationis spectare ad Abbatem,

batem; quia poterit Abbas prosequi ius suum, respectu futurarum collationum, sed interim tenet collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, quod maxime dicendum cum Passarius sit reus, & possessor, & ita conclusum.

B V B A L I.
Aprutinensis, Iuris patronatus, Lun. 27. Febr. 1587.
ARGVMENTVM.
Ius patronatus in præsenti casu, ex quibus probetur.
SVMMARIA.

1 *Enunciatiua inter easdem personas probant, donec contrarium probetur.*
2 *Scriptura minus solennis ab obseruantia subsecuta robur accipiunt.*

DECISIO DLXIX.

Conclusum, constare de Iure patronatus Communitatis Villæ Floriani de Beneficio S. Andreæ, vnito autoritate ordinaria Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Campli Aprutin. diœcesis, & primo mouebantur ex assertione Episcopi, facta in literis Vnionis, à quo cum Capitulum causam habeat, & nitatur hac vnione, enunciatiua probat, contra ipsum. Aym. consil. 29. n. 1. de antiq. temp. par. 1. §. ampliatur. n. 22. secundo ex confessione ipsiusmet Capituli, tam in supplicatione facta Episcopo, pro obtinenda vnione, quam etiam in mandato, & in adeptione possessionis d. Beneficij, in quibus actibus Capitulum asserit, huiusmodi beneficium esse de Iure patronatus hominum Villæ Floriani, & verba enunciatiua † inter easdem personas 1 probant, vel saltem inducunt præsumptionem, donec contrarium probetur, Aym. in d. 1. par. de antiq. temp. §. propositum. n. 55. Dec. consil. 12. n. 81. li. 1. & huc procedit etiam in fauorem tertij, Aym. vbi supra. nu. 30.

Coadiuuatur hæc probatio ex scripturis antiquis, nempe ex instrumento dotationis, de anno 1215. & ex præsentatione, de anno 1515. & licet hæc instrumenta non sint in forma probante, cum non sint extracta parte citata, nec ab habente authoritatem illa extrahendi, tamen cum instrumenta sint antiqua, & appareat de solutione censuum, facta Abbati de Monte Sancto, iuxta tenorem instrumenti dotationis, & reseruationis Iuris patronatus, dictæ scripturæ minus solennes 2 † recipiunt robur ab obseruantia subsequuta, Aym. cons. 101. n. 4. & cons. 158. nu. 1. etiam si non constat de obseruantia in omnibus, vt fuit resolutum in illa Caurensi, Iurisdictionis, coram Reuer. Patre D. Blanchetto, de anno præterito.

Neque sumus in Vniuersitate magna, & potenti, ita vt requiratur maior probatio propter præsumptionem vsurpationis, iuxta decis. Put. decis. 205. lib. 1. & iuxta Conc. Trid. quia agitur de iure patronatus Villæ exiguæ, in quam non cadit dicta præsumptio.

BLANCHETTI.
Parmensis, Iuris patronatus, 8. Iun. 1573.
ARGVMENTVM.
Stantibus Verbis testatoris, quod sacerdos teneatur singulis hebdomadis tres Missas celebrare, requiritur, vt præsentatus actu, non habitu tantum, sit sacerdos.
SVMMARIA.

1 *Præsentatus ad celebrandas Missas, actu sacerdos sit oportet, non habitu tantum.*
2 *Consensus ex diuturnitate temporis præsumitur.*
3 *Dictio siue, inter eadem posita, non facit diuersitatem.*

DECISIO DLXX.

Domini dixerunt, quod Laurentius tempore præsentationis esset actu sacerdos, non habitu. c. nemo. & ibi gl. in verb. sacerdotio, Anch. Gem. Franc. & ceteri, de elect. in 6. Rot. de præb. in nou. dec. 1. Abb. in c. cum in cūctis. §. inferiora. n. 10. & 11. de elect. Roch. de iure pat. in verbo honorificum. q. 4. n. 26. Præcipue cum subsequantur illa verba, quod ille sacerdos siue Cappellanus teneatur singula hebdomada celebrare Missas tres. Ex quibus verbis colligitur mens expressa testatoris quod præsentatus tempore præsentationis 1 sit actu † sacerdos, non habitu, Barbat. cons. 33. vol. 2. Dec. cons. 129. col. fin. Lambert. de iure pat. lib. 2. part. 1. 6. q. princ. art. 22. ait se bis in facto obtinuisse.

Non obstat, quod in literis non sit expressum, quod Cappellania debeat esse sacerdotalis, quia testator non 2 potuisset facere absque Episcopi cōsensu, quia ex † diuturnitate temporis præsumitur huiusmodi consensus, vt per Barb. d. cons. & late Dec. in c. illud. de præsump.

3 Non obstat disiunctiua, siue quasi posita † inter eadem, non facit diuersitatem, Barb. in d. cons. Verba illa *si aliquo tempore*, Domini retulerunt ad præcedentia, nempe quod sacerdos, siue Cappellanus, sit eligendus, si aliquo tempore futuro scilicet, erit eligendus, & præsentandus, & ita interpretati sunt contra Laurentium.

PAMPHILII.
Regiensis, Prioratus, 4. Febr. Anno.....
ARGVMENTVM.
Ius patronatus ex confessione probatur.
SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex fundatione, vel dotatione ad familiam aliquam spectare arguitur.*

DECISIO DLXXI.

Firmauerunt Domini, ex confessione D. Camilli, de qua in literis Apostolicis, ius prouisionis satis cōstare de iure patronatus beneficij de quo agitur, pertinere ad nonnullos de domo, & familia de Taccolis, ex 1 † fundatione, vel dotatione. Cassad. decis. 7. de iure pat. Put. dec. 36. lib. 3. sed quia D. Raphael prætendit spectare ad eos, qui eum præsentarunt, videndum erit, quomodo iustificet intentionem suam.

PAMPHILII.
Regiensis, Prioratus, Ven. 24. Mart. 1585.
ARGVMENTVM.
Iuris patronatus quasi possessio ex dotatione, vel fundatione probatur.
SVMMARIA.

1 *Præsentatio valida ex sola quasi possessione sufficit.*
2 *Ius patronatus ex dotatione, vel fundatione fundatori in conuentuali Prioratu non acquiritur.*
3 *Narratiua separatim facta confessionem qualificatam non reddit.*

DECISIO DLXXII.

Fuit per Dominos resolutum, ad effectum, de quo nunc agitur, satis constare ius patronatus spectare ad Ioann. Baptistam, vnum ex illis, qui præsentauit fratrem Raphaelem, sufficit enim ad validita1 tem præsentationis † sola quasi possessio præsentandi......vbi notatur, de iure patron. Cald. consil. 70. in qua dictum fuit, existere Ioan. Baptistam, ex quo prouisione facta in personam quondam Vincentij de huiusmodi Prioratu, quæ fuit sortita effectum, nam per eius obitum vterque venit, ad consil. Oldrad. 229. numer. 1. suum præstitit consensum, ex quo actu ita requiritur possessio præsentandi sicuti ex præsentatione, Abb. consil. 54. libr. 2. Put. decis. 209. in vna Elnensi, libr. 2. Crescent. decis. 27. libr. 1. maxime cum simus in quasi possessione iuris patronatus ex dotatione, vel fundatione, & sic per Conc. Trid. preseruatur, prout constat ex confessione D. Camilli, de qua in literis Apostolicis suæ prouisionis. Cassad. decis. 7. de iure patron.

Nec refert, quod in prouisione dicti quondā Vincētij narretur huiusmodi ius patronatus cōpetere ex priuilegio Apostolico duntaxat, quia illud intelligitur de priuileg. u concesso ex causa fundationis, vel dotatio-

nis, nam cum simus in Prioratu conuentuali, in quo fundatori non potest acquiri ius patronatus ex dotatione, † vel fundatione, sed requiritur priuilegium c. nobis. vbi not. de iure patr. Mohed. dec. 340. Elnensis in fin. Put. dec. 391. voluerunt Domini lib. 2. semper de Stylo, quando literæ expediuntur, exprimitur ius patronatus competere ex priuilegio, & sic verificatur etiam illa dictio, *duntaxat*, ex quo in istis beneficijs conuentualibus non potest ius patronatus fundatori aliter præseruari, quam ex priuilegio, ex allegatis.

Non obstat, quod cum de huiusmodi iure patronatus non constet, nisi per cōfessionem D. Camilli illa acceptanda sit, cum suis qualitatibus, & sic de iure patronatus, quod spectet ad personas per ipsum nominatas, quia confessio est simplex, & licet postea in alia parte, & clausula separata, dicatur, nos tibi...ass. ad dictum Prioratum per Balthasarem, Alexandrum, Iulium, & forsan alios patroos fuisse præsentatum, ista narratiua, tanquam † separatim facta non reddit confessionem aliquo pacto qualificatam, ita quod si simpliciter acceptari non possit, ad not. per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de liber. leg.

Quo verò ad alios, qui præsentarunt fratrem Raphaelem, & non sunt in quasi possessione præsentandi, dixerunt Domini, non constare de aliquo iure ipsorum.

PAMPHILII.

Regiensis, Prioratus, Ven. 9. Maij 1586.

ARGVMENTVM.

Instrumentum publicum Ius patronatus rectè probat.

SVMMARIA.

1. *Ius patronatus in Ecclesia conuentuali vt probetur, priuilegium in limine fundationis, vel dotationis requiritur.*
2. *Cōfirmatio Apostolica ex lapsu diuturni temporis, etiam non enunciata, præsumitur.*
3. *Laici quando iuris patronatus capaces.*
4. *Iure patronatus reseruato etiam ius præsentandi reseruatum censetur.*
5. *Instrumentum antiquissimum quando probet.*
6. *Ius patronatus ex confessione probatur.*

DECISIO DLXXIII.

Domini pro maiori parte tenuerunt, ex his, quæ pro parte fratris Raphaelis deducuntur, satis constare, de iure patronatus ex dotatione, in casu, de quo agitur. Adest enim publicum instrumentum de anno 1570. in quo Achilles Tacculus fundator, & constructor Ecclesiæ, de qua agitur, cum expressa reseruatione iuris patronatus de eius effectuatione non potest dubitari, stantibus literis Bonifacij, & Eugenij, in quibus asseritur huiusmodi Prioratum esse de Iure patronatus domus de Tacculis, ex fundatione, vel dotatione, & concurrenti statu præsenti, vt ex Bulla Pauli III. & ex confessione ipsiusmet D. Camilli, aduersarij, in sua prouisione colligitur.

Non obstat, quod cum simus in Ecclesia conuētuali † requiratur priuilegium in limine fundationis, vel dotationis, gloss. in c. nobis. in verbo. de iure patron. Mohed. decis. 340. Put. decis. 379. in vna Elnensi lib. 2. cum alijs allegatis, quia stante lapsu fere 400. annorum & concurrente † obseruantia subsequuta, præsumitur confirmatio Apostolica etiamsi non sit enunciata, Ang. & alij in l. secundum de verb. obligat. Fel. in c. sicut. de re iud. Put. decis. 355. in vna Portugalensi. libr. 1. & in terminis iuris patronatus, Abb. in c. iura. de iure patron. Deci. cons. 135. talis confirmatio qualis de iure requiritur, & sic quod interuenerit in limine dotationis, Aret. consil. 36. cum addit. per Gabr. concl. 1. de præsumpt. nu. 3. sen. 7. fuit decisum in causa Cocheosi, fructuum de Mense Feb. proxime præteriti, coram Reuer. Patre Domino meo Gypsio. Nec dicatur, ex facie instrumenti cōstare de contrario, ex quo tempore reseruationis iuris patronatus Ecclesia erat iam fundata, & sic cessare omnem præsumptionē, quæ ex temporis antiquitate oritur, quia sufficit priuilegiū in limine dotationis, ex qua sola etiam reseruatur ius patronatus, vt post alios ad Lambert. de iure patr. 1. par. pt. lib. art. 1. q. 3. per tot.

Neque etiam hanc præsumptionem impedit incapacitas clericorum præsentatorum ad beneficia cōuentualia ex allegatis, quia procedit, vbi laici sunt † omnino incapaces, quod non applicatur, quia in hac materia laici mediante priuilegio, quod est clausum in corpore iuris, & omnibus fundare, vel dotare volentibus indistinctè conceditur, sunt capaces iuris præsentandi, ad huiusmodi beneficia, d. c. nobis. cum ibi not.

Nec obstat, quod in huiusmodi dotatione non sit reseruatum ius præsentandi, sed tantum ius patronatus, quod in Ecclesijs conuentualibus videtur posse intelligi de solo iure honorifico circa præsentationem, quia hoc forsan procederet, vbi non adest priuilegium, sed cum hic nihil impediat, quo minus ex cursu temporis huiusmodi priuilegium non præsumatur, dicendum est, per reseruationem Iuris patronatus censeri † etiam reseruatum ius præsentandi quod est potissima portio ipsius iuris patronatus, quod & verisimilis mēs ipsius dotantis censeatur, voluisse sibi plenius quam fieri potuit, prouidere, & obseruantia subsequuta optimè ostēdunt, vt ex dictis Bullis Bonifacij, Eugenij, & Pauli III. & ex prouisione ipsiusmet D. Camilli colligitur, ad not. per Rom. cons. 271. nu. 4. Aym. cons. 101. nu. 3. cum alijs allegatis.

Nec dicatur huiusmodi instrumentum non esse in forma probanti, quia cum constet de eius effectuatione, & simus in instrumento antiquissimo & † concurrant adminicula, & fuerit productum parte citata, & non contradicente, satis dicitur esse in forma probante, & facit fidem.

Corroboratur etiam ista probatio Iuris patronatus ex præsenti statu, qui in inducenda qualitate beneficij multum solet attendi, Dec. cons. 126. num. 1. nam constat, quod de anno 1540. à Paulo III. fuit collatū quondam Vincentio de Tacculis præsentato à quibusdam de dicta familia, inter quos erat Io. Baptista, vnus ex his, qui præsentarunt F. Raphaelem, quæ prouisio fuit sortita effectum, nec potest de ea dubitari, quia per eius obitum vtraque pars impetrauit. Oldrad. 229. num. 2.

Nec obstat, quod ibi enuncietur ius patronatus ex priuilegio duntaxat, quia placuit Dominis responsio, alias data, quod intelligitur de priuilegio habente originem à dotatione, iuxta decis. Put. 391. lib. 2.

Nec obstat illa dictio duntaxat, quia cum huiusmodi Ius patronatus non possit reseruari, nisi concurrente priuilegio, d. c. nobis, satis potest dici Ius patronatus esse ex solo priuilegio Apostolico, quia ab eo robur & essentiam accipit, & iste est Stylus Cancellariæ, quæ...... quod totum ius patronatus huiusmodi attribuatur priuilegio Apostolico, licet illud descendat à fundatione, vel dotatione.

Accedit etiam pro confirmatione probationis huius Iuris patronatus confessio † ipsius D. Camilli, in eius prouisione, quę saltem in sui præiudicio sufficit ad probandum Ius patronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione, Cassad. dec. 7. de iure pat. dec. 36. lib. 3. Peregr. dec. 73. lib. 2. præsertim vbi est & adiuuata ex pluribus adminiculis, & coniecturis fulcita, iuxta dec. Achil. 1. de Confess. cum simil. & sic non obstat solutio sacræ Cōgregationis Illustriss. Interpretum sacri Conc. Trid. quæ loquitur, vbi quis sola confessione nititur.

Et ex his, omissis pro nunc alijs, quæ deducuntur pro parte F. Raphaelis, resoluerunt Domini pro maiori

iori parte, sufficienter constare de iure patronatus ex dotatione.

PAMPHILII.

Regiensis, Prioratus, Lun. 23. Iunij 1586.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex dotatione probari, in hac etiam decisione amplius confirmatur.

SVMMARIA.

1 *Laicus etiam acquirere potest ius præsentãdi, & quando.*
2 *Fundatio absque constructione non permittitur.*

DECISIO DLXXIV.

VT satisfacerem D. Camillo, proposui iterum causam, super resolutis sub die 9. Maij, proxime preteriti, An sufficienter constet de iure patronatus ex fundatione Dominorum de Tacculis, & Domini omnib. quæ contra decisionem deducuntur, diligenter examinatis, steterunt in decisis, ex rationibus alias deductis, cõtra quas nihil de nouo deducitur, quod vrgeat, imò optime comprobantur ex Bulla Leonis X. sub data de anno 1515. nouiter producta, in qua dicitur Prioratum esse de iure patronatus laicorum familiæ de Taccolis, & prouidetur de hoc beneficio cuidam Alexio, cum derogatione medietatis patronorum, quod manifeste arguit prouisionem fuisse factam, vti de beneficio Iuris patronatus ex fundatione, vel dotatione pro medietate alias in totũ. & ista prouisio habuit effectum, quia per resignationem eiusdem Alexij fuit postea prouisus Vincentius de Tacculis, iuxta cons. Oldrad. 129. nu. 2. & fuit resolutum in Vna Reanna beneficij S. Angeli, 17. Iunij 1577. coram Reu. patre D. meo Seraphino.

Non obstat, quod simus in Monasterio Conuentuali, quia alias fuit responsum, quod laicus non prohibe-1 tur acquirere ius præsentandi, concurrente † priuilegio c. nobis. cũ ibi not. de iure patr. & tradit Lambert. in contrariũ allegatus, lib. 1. par. 1. q. 2. art. 4. nu. 5. quod priuilegium stãte antiquitate temporis cum obseruantia, ac statu præsenti omnino est præsumendum interuenisse in limine dotationis, ex allegatis in decisione.

Non obstat, quod obseruãtia non percutiat tempus instromenti, iuxta cons. Fulg. 160. cum alleg. in illa Placentina, vbi diebus præteritis coram Reu. patre Domino meo Robusterio, quia ibi verba habebant certam interpretationem, à Iure, & nulla aderat causa præsumendi. ex præsenti in præteritum, quæ cessant in huiusmodi casu, vbi verba sunt dubia, & stantibus tot bullis, & alijs, de quibus in decisione, negari non potest, quin adsit probabilis causa ita præsumendi.

Non obstat decisio facta in causa Placentina decimarum, quia hic vltra temporis antiquitatem concurrũt plures Bullæ Pontificum, in quibus fit mentio de huiusmodi priuilegio, & multa alia, quæ verisimilem reddunt illam probationem.

Non obstat, quod tẽpore obseruationis Iuris patronatus Ecclesia erat iam fundata & in ea adetant Monachi, qui ibi sustentabantur, & ideo præsumendum sit, quod esset etiam dotata, quia hoc non concludit, cum fratres potuerint ex eleemosynis, vel aliunde, quam ex dotatione Ecclesiæ se sustentare. c. in præsentia. de probat. cum vulg. imò cum simus in dote data ab ipso fundatore, vel constructore Ecclesiæ, potius credendũ est, fuisse datum in consequentiam cõstructionis, cum 2 alias fundatio † non soleat permitti, vt not. Curtius in tract. de iure patr. in verbo & dotauit. q. 7. nu. 12.

Non obstat, quod dotator voluerit ali parẽtes suos, qui peruenissent ad inopiam, quasi ex hoc colligatur, quod voluerit sibi tantum reseruare ius honorificum, quia illud ponitur augmentatiue, ibi, *& si contigerit aliquos illorum, &c.* ad l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. non autem restrictiue, quod etiam obseruantia ostendit. Aym. cons. 101. nu. 3. cum similibus.

Alia, quæ in contrarium deducuntur alias fuerunt per Dominos reiecta in decis. ad quam me refero.

PAMPHILII.

Regiensis, Prioratus, Ven. 26. Iun. 1587.

ARGVMENTVM.

Præsentatio facta de absente, valida est: & quid si præsentatus intra tempus ad præsentandum constitutum eam ratificauerit.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio de absente quando sustineatur.*
2 *Examinatio necessaria omnino est, vbi notitia nõ sufficit.*

DECISIO DLXXV.

FVit resolutum, præsentationem factam de fratre Raphaele nõ suffragari, quia facta fuit de ipso absente vt per gl. in Clem. dudum. in verbo præsentare. de sepult. not. Abb. in c. ea noscitur. sub num. 3. de his, quæ fiunt à Prælatis. cum alijs alleg. & fuit resolutum de mense præt. in causa beneficij, della Carda, coram D. meo Orano. Præsertim quia nec ab ipso F. Raphaele fuit intra tempus datum ad præsentandum ratificata. Card. in c. fin. vers. quarto, quia dixi. de iure patr. Abb. cons. 67. nu. 3. lib. 2. Rot. deci. 3. de iure patron. in Nou. Lamber. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 5. & par. 2. q. 5. art. 2. nec per ipsum ordinarium admissa. d. cons. 76. sub num. 2. Roch. de iure patr. in verbo honorificum. q. 6. nu. 27. & Lambert. d. q. 10. art. 4.

1 Et licet soleat sustineri † præsentatio de absente, vbi alias præsentatus est aliter notus habenti illum instituere, vt examinari non egeat, vt not. Doct. allegati, & Lambert. d. q. 11. art. 3. & tenuit Rota coram Illustr. Card. Alexandrino, 16. Maij, 1583. seu 1587. in vna Valentina Beneficij, hoc tamen intelligit, sequuta acceptatione à præsentato infra tempus, & admissione ordinarij, vt erat in casu dictæ decisionis, vbi etiam concurrebat perfecta notitia ipsius præsentati, ex quo fuerat ordinatus ab ipso ordinario, quod deficit in hoc casu, vbi non probatur talis notitia Episcopi Regiensis, de F. Raphaele, vt absque alio examine potuisset institui, prout requirit ex Abb. d. cons. 76. Lambert. d. q. 11. art. 3. & Roch. sub d. nu. 27. circa fin. imò potius præsumitur ignorantia, ex quo Raphael tanquam Canonicus regularis ordinis S. August. & sic exemptus à iurisdictione ordinarij, non est de ouibus suis, ad Lamb. d. art. 3. num. 7. & præsentatio non fuit admissa, Abb. & Lambert. vbi supra.

2 Accedit quod † notitia non sufficit, vbi examinatio est omnino necessaria, prout in præsenti casu in quo agitur de Ecclesia Parochiali, & datur concursus plurium præsentatorum, vt fuit dictum die 11. Maij præteriti, in causa Astoriensi. Parochialis, coram Domino meo Gypsio, vt not. Lambert. d. quæst. 11. art. 3. num. 5. & 9.

Ex quibus colligitur responsio ad omnia in contrarium deducta, quæ etiam bene tolluntur per Informantes pro D. Camillo, & ita fuit conclusum.

Regiensis, Prioratus, Lun. 14. Decemb. 1587.

ARGVMENTVM.

Præsentatio facta de absente, non acceptata intra tempus datum ad præsentandum, valida est.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio ante acceptationem non est perfecta.*
2 *Præsentatio de absente noto in vltimo die ac hora fieri quando possit.*

DECISIO DLXXVI.

DOmini steterunt in resolutis, quod præsentatio facta de F. Raphaele, non subsistat, quia non fuit acceptata infra quadrimestre datum patronis ad præsentandum, prout requiritur, cum acceptatio sit pars 1 præsentationis, & ante illam † præsentatio non dicatur perfecta, Cardin. in cap. fin. de iure patron. Lambert.

bert. libro 1. parte 2. quæst. 5. articulo 2. sub nume. 2.

2 Neque obstat, quod præsumptio possit fieri † de absente noto Episcopo in vltimo die, seu hora, quadrimestris, quia hoc intelligitur, dummodo eodem tempore constet etiam de consensu seu acceptatione ipsius præsentati, saltem per literas, vel per procuratorem, quod sufficit. Lamber. lib. 2. par. 1. q. 9. art. vltimo.

Quę dicuntur de lite, non placuerunt Dominis, quia non reperitur, quod lis impediat acceptationem præsentationis, & econtrario allegata procedunt in diuersis terminis, vt hic per Informantes pro D. Camillo, cum quibus transierunt Domini.

BLANCHETTI.
Cæsaraugustana, Cappellæ, die 4. Maij 1573.
ARGVMENTVM.

Possessio iuris præsentandi immemorabilis, quomodo in præsenti casu probata dicatur.

SVMMARIA.

1 *Extremis probatis & media talia præsumuntur.*
2 *Vsurpationis suspicio non habet locum, vbi constat de immemorabili.*

DECISIO DLXXVII.

Proposui causam Cæsaraugustanã Cappellæ S. Bartholomæi de Collaturau, in qua Domini dixerũt, quod ex præsentationibus, de quibus in præsuppositis, constat de immemorabili possessione præsentandi, Alcadi, & Iuratorum de Collaturau & Confraternitatis S. Bartholomæi. Nam ab anno 1433. vsque ad annum 1565. fuerunt in quasi possessione, & sic per 130. annos. Probatur enim initium & continuatio ab anno 1433. vsque ad annum 1493. & sic per 60. annos, & ab anno 1517. vsque ad annum 1565 & sic per 48. annos, qui-
1 bus præsumuntur † media, Tiraquel. de præsump. §. 1. glos. 5. per totum, qui in fin. declarat glos. in c. audientibus. de priuileg.

Non obstat, quod non appareat, præsentationes non habuisse effectum.

2 Præterea suspicio † vsurpationis, de qua Crescent. decis. 13. & Ioan. Paul. decis. 89. non habet locum, vbi constat de immemorabili, Achill. de iure patr. decis. 4. & supra.

BLANCHETTI.
Toletana, Iuris præsentandi, 9. Mart. 1582.
ARGVMENTVM.

Ius præsentandi ab immemorabili, in præsenti casu, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Possessio iuris præsentandi ab immemorabili etiam per testes probatur.*
2 *Vsurpatio nõ procedit data paritate magnatum, & Antistitum Ecclesiæ.*

DECISIO DLXXVIII.

Proposui causam Toletanam, iuris nominãdi inter Illustriss. Cardinalem Toletanum, & Illustriss. Ducem de Beiar, videlicet, An probetur, quod ab immemorabili tempore Duces de Beiar habuerint ius nominandi Rectores in Ecclesijs, de quibus agitur, & sufficiat.

1 Et Domini dixerunt, ex dictis testium † super immemorabili esse fundatam intentionem Illustr. Domini Ducis, quod etiam fatentur scribentes pro Archiepiscopo. An autem hæc sufficiat, Domini fuerunt concordes, quod in Domino Duce esset præsumptio vsurpationis, attenta qualitate ipsius, & prædecessorum, quam probant testes Regni, & diœcesis, cum non sit verisimile Archiepiscopos Toletanos, quorum potentia, & authoritas & religio notissima est, id passus fuisse, vt eorum iura vsurparentur. Quod enim dicitur, ab
2 istis † magnatibus præsumi iura Ecclesię vsurpata, procedit, vbi non datur concursus potentiæ, & authoritatis in Rectore Ecclesiæ, secus si Rectori Ecclesiæ sit æqualis, vel maior auctoritas, quo stante non intrat dispositio Concil. Triden. sess. 25. cap. 9. An autem vltra probationem immemorabilis, requiratur etiam probatio famæ priuilegij, & an illa probetur, erit particulariter videndum.

PAMPHILII.
Nullius Archipresbyteratus, Ven. 1. Iul. 1588.
ARGVMENTVM.

Vniuersitas ad fundandam suam intentionem de iure præsentandi, ad quæ probanda, ex dispositione Concilij Tridentini teneatur.

SVMMARIA.

1 *Vniuersitas prætendens ius præsentandi sibi deberi, ad quæ probanda teneatur.*
2 *Testes de auditu super amissione scripturarum deponentes, non probant.*

DECISIO DLXXIX.

Domini steterunt in decisis sub die 2. Maij, proxime præteriti, quod nõ sufficienter constet de iure patronatus Vniuers. terræ Fosseuchæ. Quicquid enim dicendum sit circa immemorabilem, cuius probatio Dominis etiam ad plenum non satisfaciebat, ex quo testes de nouo examinati non videntur concludere, de visu per 40. annos, imò iuxta 11. interrogator. aliqui expresse dicunt, se non vidisse aliquem præsentari, alij verò de tempore examinis non habebant ætatem requisitam ad probandam immemorabilem, quæ est 54. annorum, vt post Lap. tradit Gem. in c. 1. de præscript. in 6. & mẽsibus præteritis fuit resolutum coram Reu. patre Domino Blanchetto, in causa Conchensi limitũ.

1 Tamen non probantur continuatæ præsentationes per † spacium 50. annorum, quæ fuerunt sortitæ effectum, vt probentur per authenticas scripturas, prout in iure patronatus Vniuersitatis requirit Concil. Trid.

Non obstat, quòd satis dicatur facta probatio per scripturam, eo ipso, quod ex testibus ostendatur illam extitisse & postea fuisse admissam, ad not. per Fel. cap. sicut, de iure patron. quia omissa disputatione, an hæc probatio sufficiat, vbi scriptura requiritur pro forma, quæ non posset adimpleri per æquipollens, fuit responsum non sufficienter probari amissionem. Testes enim
2 circa deprobationem scripturarum † loquuntur de auditu, & eorum depositio redditur valde inuerisimilis ex eo, quòd hodie reperiuntur aliæ scripturę similes iuris patronatus, vt bene deducitur per Informantes pro Clementino.

Præterea in omnem euentum dicebant Domini, huiusmodi ius patronatus fuisse ex Cõcilio sublatum, cum ex propria confessione ipsiusmet Communitatis appareat illud ex antiqua consuetudine vsu, & priuilegio sibi competere.

Neque obstat, quòd priuilegium sit concessum ex causa onerosa, quia de hoc non constat, & maxima oritur præsumptio ex non productione priuilegij, quod extat, cum in præsentatione facta de anno 1585. fuerit lectum in Consilio Communitatis, vt in ipsa præsentatione dicitur & probant testes de nouo examinati.

Reliqua bene tolluntur per Informantes.

PAMPHILII.
Nullius Archipresbyteratus, Lun. 2. Maij 1588.
ARGVMENTVM.

Vniuersitas prætendens ius præsentandi, deficiente verò titulo fundationis, & dotationis, vltra immemorabilem, cõtinuatas probare tenetur præsentationes per spacium 50. annorum sortitas effectum, & quidem id per authenticas scripturas

SVMMARIA.

1 *Vniuersitas ad probandum prætensum ius præsentandi ad quæ teneatur.*

Vsurpa-

2 *Vsurpatione sufficio in vniuersitatem potentem cadit.*
3 *Testes de immemorabili deponentes, si in fama deficiunt, deponentes per verba de præsenti, nec tempus ante motam litem percutiunt, non dicuntur probare.*
4 *Præsentationes continuatæ per scripturas probari debent.*
5 *Fama sine longissima possessione præsentandi non sufficit.*

DECISIO DLXXX.

DIxerunt Domini, non constare de iure patronatus Communitatis Terræ Fosseculæ, quia cum non ostendat verum titulum fundationis, & dotationis vltra immemorabilem, requiruntur continuatæ præsentationes per spacium 50. annorum, quæ fuerint sortitæ effectum, & probentur per authenticas scripturas. Ver 1 samur enim in iure patronatus Vniuersitatis, † in quo ex Conc. Trid. c. 9. sess. 25. requiritur ista probatio pro forma, adeo quod aliter facta, vt puta per testes, vel aliud æquipollens non suffragetur, vt fuit pluries resolutum per Illustr. Dominos Sac. Conc. Interpretes, & tenuit Rot. in causa Sabinensi, Beneficij, de anno 1582. coram Cardinali Aldobrandino.

Quod sine difficultate procedit, in hoc casu, vbi ordinarius Collator dicti loci est Abbas S. Ioan. in . . . cuius qualitate attenta cum sit inferior ab Episcopo, & minoris auctoritatis, facile præsumi potest vsurpatio, 2 & † quod non fuerit ausus huic vniuersitati non ita paruulæ, vt dicitur, sed satis ad hunc effectum potenti, contradicere, Put. decis. 57. & decis. 206. libro 1. Achil. decis. 4. de Iure patron.

Præsertim stante Confessione ipsiusmet Communitatis, in vltima præsentatione facta, de anno 1585. vbi dicitur huiusmodi ius patronatus sibi competere, ex consuetudine visa, & vigore priuilegij, & sic cum non simus in conuentionalibus, vel collegiatis, satis excluditur titulus fundationis, & dotationis, & comprehen detur sub reuocatione Concilij Trid. quod tollat huiusmodi ius patronatus.

Non obstant testes, quia vltra quod patiuntur plures exceptiones, & sunt de vniuersitate, & multi ex eis dederunt mandatum præsentandum, & non modicam contra eos Domini conceperunt suspicionem, ex quo videntur loqui per eundem, & præmeditatum sermonem, & ex alijs deductis per Informatores pro Clementino, fuit decisum, non sufficere, quia quo ad immemo- 3 rabile, deficiunt in fama † ex quo deponunt per verba præsentis temporis, non percutiunt tempus ante motam litem iuxta not. per glos. & alios in cap. 1. de præscript. in 7. Quo ad verò continuatas præsentationes, loquuntur de auditu, & in omnem euentum non suffi- 4 cerent, quia debēt † probari per scripturas, vt dictum est, neque hic affertur nisi vnica scriptura vnius præsentationis factæ de anno 1566.

Neque obstat prætensa combustio scripturarū quia illa non bene probatur, imò testes potius conuincuntur de mendacio ex quo reperiuntur plures scripturæ antiquæ Communitatis de illo tempore, & etiam fuaderetur priuilegium non fuisse combustum, ex præsentatione post combustionem facta de ann. 1585. ab vniuersitate, quæ asserit ius patronatus spectare ad ipsam, vigore priuilegij per ipsam visi.

Et eo magis ita concludebant Domini quia etiam cessante præsumptione vsurpationis non adest sufficiēs probatio, quia vt dictum fuit, fama non probatur, de tempore ante motam litem, nec concurrit longissima 5 quasi possessio præsentandi, sine qua fama † non sufficit. Cassad. decis. 2. de probat. Put. dec. 61. in eadem fuit decisum & decis. 142. incip. sententia talis libro 1. quia quasi possessio longissima hic non adest, cum testes loquantur de auditu, & patiantur nonnullas exceptiones, vt supra dictum fuit.

GYPSII.

Bononiensis, iuris patronatus, Lun. 20. Mart. 1589.

ARGVMENTVM.

Vsurpatio Iuris præsentandi, ex quibus præsumatur, etiam in vniuersitate parua.

SVMMARIA.

1 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
2 *Iuris patronatus vsurpatio etiam in parua vniuersitate præsumitur.*
3 *Possessio iuris præsentandi immemorabilis quæ requirat.*

DECISIO DLXXXI.

DOmini pro maiori parte tenuerunt, nos versari in casu præsumptæ vsurpationis, ratio fuit, quoniā esto quod Villa, in qua sita est Ecclesia Parochialis, de qua agitur, sit 50. focularium, & sic parua, non propterea cessat præsumptio vsurpationis considerata per Conc. Trid. sess. 20. c. 9. & cum generaliter de Vniuersitate loquatur, nec aliter distinguat inter Vniuersitates 1 magnas, & paruas, † nec nos distinguere debemus. vulg. l. de pretio. de pub.

Præsertim quia ratione propter quas Ecclesia præsumitur libera, & non de iure patronatus, ad not. in c. querelam. de elect. militant etiā in quacunq; Vniuersitate, nam potest esse quod ex oblationibus fidelium, & hominum dictæ Villæ Ecclesia prædicta fuerit con structa, non tamen animo acquirendi Ius patronatus, vt declarāt, Lamb. & Roch. citat. in dec. Achil. 4. de Iure pat. Put. 57. & 205. lib. 1. Crescen. 13. Verall. 128. p. 2.

2 Et quod in parua, Vniuersitate † præsumatur Ius patronatus ex vsurpatione fuit resolutum, de anno præterito 2. Maij, coram Reu. Patre Domino meo Pamphilio, in vna Nullius Archipresbyteratus, & hanc etiam opinionem sequuntur Cardinales Concilij Trident.

Non obstat immemorabilis, qui nō bene probatur, & quatenus probaretur, non potest suffragari, nisi etiā 3 ostenderentur præsentationes † continuatæ per 50. an. iuxta formam d. Conc. & quod Parochiani de tempore præsenti essent in quasi possessione præsentandi, vt per Put. decis. 140. l. 1.

Decisio in causa Toletana Iuris præsentandi nō applicatur, quia in Italia propter recessum Curiæ omnes populi Ius præsentandi vsurparunt, Spec. de iure patr. col. 3. vers. & nota. Put. vbi sup. cum alijs allegatis. In Hispania autem, maxime in Ciuitate Toletana, semper fuerunt Archiepiscopi potentes, qui passi non fuissent huiusmodi vsurpationes.

SERAPHINI.

Cæsaraugustana, Cappellaniæ, Lun. 16. Mart. 1587.

ARGVMENTVM.

Præsentatus extraneus contra voluntatem fundatoris, qui beneficium consanguineo, & descendenti à se conferri voluit, non admittitur.

SVMMARIA.

1 *Conditiones in fundatione appositæ seruandæ sunt.*
2 *Beneficiatus an semper sit præferendus ei, qui beneficium non possidet.*

DECISIO DLXXXII.

FVit resolutum, sententias de partibus esse reuocandas, cum adiudicent Cappellaniam Bartholomæo contra formam contentam in fundatione Iuris patronatus, in qua fundator voluit, quod repræsentaretur vnus ex consanguineis descendentibus ex cognatione sua. c. decernimus. 16. q. 6. c. illud. in fin. & ibi Abb. & alij de iure patr. Mohed. dec. 168. Put. 10. 11. de iure 1 patro. & conditiones in fundatione appositæ † sunt seruandæ, Soc. cons. 30. nu. 4. lib. 3. Roch. de iure patro. in ver. pro eo. q. 12. Lamber. lib. 1. par. 1. q. 9. in fin. n. 109. & lib. 2. in 3. par. q. 5. art. & in fin.

Non obstat, quod Bernardus obtineret aliud beneficium, quia iam fuit resolutum per Illust. Dominum Cardinales Congreg. Conc. non facere incompatibilitatem, respectu adeptionis, sed respectu tātum retentionis,

tionis, & ita fuit io alijs causis, in Rota receptum, vltra quòd hæc incompatibilitas videtur tolli ex forma fun-
2 dationis, non obstat quod † non beneficiatus præferendus sit beneficiato, quia hoc procedit in electione, seu admissione, quæ fit ad beneficia, in quibus nulla adest certa forma, & conditio in fundatione apposita, secus verò io beneficijs iuris patronatus, in quibus forma illa ante omnia est attendenda, alioquin is, qui non habet qualitates requisitas in fundatione, & quod non est præseotatus, neque etiam præsentari potuit, præfertur ijs, quos fundator prius admitti voluit, quod est absurdissimum.

Quare apparet, manifeste sententias fuisse iniustas, & ideo reuocaodas.

Votum Seraphini, in Bononiensi, de Varignano.

ARGVMENTVM.

Tempus immemorabile quantum sit, proponuntur opiniones dissidentes Doctorum, & confirmatur propria.

SVMMARIA.

1 *Tempus immemorabile ex opinione Doctorum quodnam sit.*
2 *Memoria hominis spaciū centum annorum non excedit.*
3 *Immemorabile an per instrumenta possit probari.*
4 *Probatio quæ fit per instrumenta maioris est efficaciæ, quam quæ fit per testes.*
5 *Probatio per testes valde lubrica est. & nu. 9.*
6 *Negatiua, non esse memoriam in contrarium, per indirectum potest probari.*
7 *Possessio per instrumenta directe non probatur.*
8 *Factum affirmatiuum continuum habet implicitam negatiuam sui contradictorij.*
10 *Centenaria an immemorabili æquipolleat.*

DECISIO DLXXXIII.

IN hac materia immemorabilis, & Centenariæ, Doctores multum sese inuoluunt, & cootrarias seotentias nobis proponunt, prout clare apparet ex traditis per Gabr. de præscript. concl. 1. nu. 71. cum sequent. re-
1 fert enim tres † opinioues. Prima est, tempus immemorabile esse cētum annorum. Secunda est, quòd immemorabilis sit maior centenario. Tertia est, quòd sit minor, deinde vt teoeas primam opinionem, quæ est magis communis, tamen Cou. in c. posses. §. 3. nu. 9. defendit secundam opinionem, quòd immemorabilis sit maior, multi tamen Doctores veluti Bal. Cæpol. Zab. Fel. & alij citati, & moder. Paris. §. 5. nu. 63. in fi. dicunt, tempus 100. annorum censeri immemorabile, & hac
2 maxime ratione, neque enim † viuentium memoria hoc spaciom attingere, ne dum excedere potest.

Alia insuper insurgit difficultas, quæ totā hanc rem obscuriorem reddit, quod communiter Doctores post
3 gl. & Io. Andreæ in c. 1. de præscript. in 6. negant † immemorabilem probari posse per instrumenta, notat Gabr. 161. nu. 81. rationem reddunt, quia de hac negatiua non solet neque potest cōfici instrumentum. Ego in hac Doctorum controuersia, censerē posse verè constitui regulam hanc, probationem, quæ fit per instru-
4 mēta, regulariter esse maioris † efficaciæ, quàm sit probatio per testes, vt colligitur ex his, quæ tradit Specul. tit. de instr. edicto. §. restat. nu. 13. Et ideo, si potest dari aliquo modo probari posse immemorabile per scripturas, ego eam præferrem probationi, quæ fit per testes,
5 quæ est † valde lubrica, nam multa hoc modo probantur, quæ suot sæpe admodum .... Dico igitur meo quidem iudicio, quòd licet non possit directe probari, per
6 instrumentum negatiua hæc, non esse memoriam † in contrarium, tamen puto per indirectum probari posse,
7 vt in simili dicunt Doctores, possessionem direct† instrumentis non probari, vt per Abb. in c. cum nobis. nu. 5. de præscript. Socin. cons. 205. nu. 5. in fi. & nu. 6. ou. 2. eodem enim pacto, si per iostrumentum probetur per centum, & amplius annos continuatos fuisse aliquos præsentatos, ad aliquod beneficium, & successiue vnū per alterius obitum substitutum io beneficium præmortui, vnque probatum quoque erit in necessariam consequentiam, quod alio modo prouisum non fuit, de dicto beneficio, & non constare contrarij memo-
8 riam, factum enim affirmatiuum continuum † habet implicitam oegatiuam sui contradictorij. Igitur non est verum simpliciter per instrumenta immemorabilia probari non posse, sed tantum id est admittendum de probatione directa, eodem enim modo dici solet negatiuam impossibilem, quę tamen aliquando per instrumenta probari solet, vt est notissimum.

Hoc igitur stante, dico in casu proposito nos habere immemorabilem probatam à die 27. April. 1409. vsque ad an. 1515. cum toto hoc tempore constet de pręsentationibus continuatis vnius post alium, & effectuatis, hoc modo probata est iuxta cons. Oldrad. 229. nu. 2. & fuit resolutum coram me in Reatina, beneficij S. Ang. 17. Iun. 1577. & hoc casu, hæc plusquam centenaria nō solum meo iudicio æquipollet immemorabili, cū continet tempus, quod excedit omnem hominum memoriam, sed etiam ex pondere probationis instrumentalis præualet, cum de eius fide nullo modo dubitari possit, cum testium fides plerumque † sit satis suspecta.

9
10 Illud verò quod dicunt Doct. aliqui † centenariam non ęquipollere immemorabili intelligendum verum esse quādo talis probatio centenariæ includeret rei initium, sed si noo includat initium, ex ea probatione non sequitur prius idem obseruatum non fuisse, quòd io casu isto optime applicatur. An verò hoc sufficiat Cōmunitatis stante statu controuerso post annum 1515. indiget particulari discussione.

ORANI.

Oritanensis, Archipresbyteratus, 29. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Immissio in ius, & possessionem defuncti subrogato gratiose datur, quotiescunque præter reseruationem, vel affectionem obitus defuncti in possessione, & clericatus sufficienter probatur.

SVMMARIA.

1 *Possessio defuncti fictione iuris in gratiose subrogatum cōtinuata censetur.*
2 *Ecclesia vt collegiata probetur, indicia & coniecturæ sufficiunt.*
3 *Clericatus quomodo probetur.*

DECISIO DLXXXIV.

EST resolutū, gratiose subrogato quoad ius, & possessionem defuncti dari immissionem quotiescunque præter reseruationem, vel affectionem obitus de-
1 functi in possessione, & clericatus sufficienter probatus est, quia fictione quadam Iuris per illam † censetur cōtinuata possessio defuncti in gratiose subrogatum, Mohed. decis. 292. & 237. Put. dec. 214. lib. 1. Paleot. decis. 103. & 119. nec in hoc casu omnium in ea narratorum requiritur iustificatio, Put. dec. 495. lib. 2. Paleot. decis. 119. & fuit decisum io vna Barchiooneosi Canonicatus, coram D. Mellino.

Hinc Domini censueruot, Iulio Cæsari subrogato, etiam quo ad possessionē Claodij Rectoris Parochialis Ecclesiæ Mariæ Vella Fontana Oritanensis diœcesis, concedeodam esse immissionem, dummodo coadiuuet probationem respectu eius, quod Archipresbyteratum expressit, primam esse dignitatem Collegiatæ Ecclesiæ, nam cum iuxta dispositiooem regulæ Cancellariæ deducta sit eius ex hoc capite reseruatio concludeoter probanda venit, vt fuit resolutum coram D. Pamphilio, in vna Neapolitana, Rectoriæ. De ea verò non aliter constat, quam ex eounciatiua antiqua, de qua in litteris erectionis Caotoriæ factæ per Sixtum IV. de anno 1477. & depositione vnius testis.

Quod autem Collegiata sit Ecclesia, io qua Archipresbyte-

presbyteratus existit, deponunt testes de quib. in Sum. 2 nu. 2. & ad hunc effectum sufficiunt † indicia, & coniecturae, vt not. Innoc. in c. postulasti. de iure patr. satis verificatur ex iuribus productis, & per Informātes pon derατis. Nam ex his liquet in ea conuocari Clericos ad sonum Campanae, & congregari in Capitulo, & ab his deputari Cancellarium & procuratorem, statuta edi, & obseruari, habere commune sigillum, Arcam communem Archipresbyteratum tāquam caput, cui subsunt alij Clerici, eoūciatā in praed. literis Sixti IV. Collegiatam, & pro tali per ordinarium habitam, & reputatā, & in Synodo Tarentina admissam quę quidem omnia ad constituendam Ecclesiam Collegiatam non est necesse in simul concurrant, sed sufficit, eaum quibus dignosci possit, eam inter Collegiatas enumerari, vt post Card. in Clem. 1. nu. 10. de aetate & qualit. & alios animaduertit Dec. cons. 6. lib. 2.

3 De obitu etiam in possessione quondam Claudij deponunt testes in Sum. ou. r. Clericatus † verò D. Iulij Caesaris probant testes eiusdem Summarij, num. 7. deponentes illum esse presbyterum, quia viderunt incedētem in habitu Clericali, & plures Presbyteri ministerium exercentem.

Eadem, 2. Decembr. 1598. Eodem.

ARGVMENTVM.

Archipresbyteratum esse dignitatem primam in Ecclesia Collegiata, quomodo probetur deciditur, & propter immissionem decretam dandam esse remissoriam, demonstratur.

SVMMARIA.

1 *Enunciatiua antiqua etiam cōtra tertium semiplene probat. Et roborata dicto testis, plene.*
2 *Dignitas ex prima nominatione arguitur.*
3 *Episcopi depositio non attenditur, ex quo ad suum commodum agit.*
4 *Narratiua gratiae non est iustificanda, si titulus verbi non exhibeatur, nec possessio probetur.*
5 *Probatio probationem non excludit.*

DECISIO DLXXXV.

De duobus fuit dubitatum, quorum primum fuit, An coadiunctur per Iulium Caesarem probatio eius, quod in litteris suae gratiae expressērit, nempe Archipresbyteratum de quo agitur, esse primam dignitatem Collegiatae Ecclesiae, oppidi Francisci, Oritanensis dioecesis, ad effectum, vt in vim gratiae subrogationis, quo ad possessionem Claudij defuncti debeatur sibi immissio. Alterum est, An Io. Antonio danda sit remissoria. Et quo ad illud concorditer pro affirmatiua fuit responsum. Nam praeter enunciatiuam Sixti IV. 1 quae est antiqua, da anno 1447. & sic facit † semiplenam probationem, etiam contra tertium, Aym. de antiquit. temp. §. 1. §. ampliatur. nu. 14. in fi. Ruin. cons. 171. nu. 5. lib. 4. accedit depositio primi testis affirmātis Archipresbyteratum primam dignitatem, quae coniuncta enunciatiua facit plenam probationem, ex quo in hac materia ea quae sunt in sua specie imperfecta, vnum perfectum constituunt, vt est doctrina Bal. in l. spadonem. §. qui tuta. ff. de excus. tut. Anchar. cons. 276. nu. 4. & cum his conuenit dictum tertij testis, super 6. attestantis Archipresbyteri munus esse conuocare Capitulum, nam iste actus pertinet ad primam dignitatē, c. post electionem. de elec. Rot. dec. 4. eod. in no. Et quod in quolibet actu, & scriptura reperitur semper primo loco descriptus Archipresbyter, secūdo Cantor, notum 2 enim est ex prima nominatione argui † maioritatem dignitatis, c. maodato, de praeb. lib. 6. l. 1. ff. de alb. scrib. Bald. cons. 383. col. 2. ver. quando autem, lib. 1. ac etiam quod in quolibet actu Capitulari praerogatiuam habet suffragij, prout etiam in subscriptionibus instrumentorum, & aliarum scripturarum, Boer. tracta. de mag. consil. 68. Denique quod de praeeminentia eiusdem in processionibus concludunt testes, vt etiam quòd semper habitus, & reputatus fuit pro prima dignitate & Cantor pro secunda, & quod de hoc fuit & est publica vox, & fama. Achil. decis. 11. de praeb. & fuit resolutum in vna Verdunensi, Decanatus, coram bon. mem. Lancellotto, quoniam ex praemissis resultat quod cum in dicta Ecclesia testes profiteantur non adesse alias dignitates, Archipresbyteratus sit prima dignitas, nec in contrarium vrgent deducta per Scribentes pro Ioan. Antonio.

Prouisiones enim Apostolicę factę de Archipresbyteratu, tanquam de simplici Parochiali, non releuant, quia cum aore eas constet de statu Ecclesiae, quod esset Collegiata habens Capitulum ad sonum Campanę, & cōuocationem Archipresbyteri, & cum eo statuta con cedere solitum, & quòd reliqua signa euidentissima Collegiatam arguentia, habeat, vt sunt sigillum, Arca communis, Syndicus. glos. c. statutum. in verbo Collegiatas. de elect. lib. 6. Rom. cons. 436. nu. 6. & 7. & fuit decisum coram me in vna Asculana, Parochialis, & postea coram Card. Mantica, in vna Placentina, Praepositurę, necessum est faceri, per prouisiones praed. non potuisse immutari statum Ecclesiae. Felyn. in c. in nostro. nu. 4. de praescript. Cald. cons. 27. de praeb. Achil. decis. 1. de statu. maxime cum verba prouisionum sint ambigua, quę possunt intelligi de Ecclesia simplici Parochiali & de Archipresbyteratu, vt prima dignitate, vt etiā obseruantia docuit nam primo Apostolice prouisus de Archipresbyteratu, se gessit pro dignitate, & obtinuit à Vicario manotentionem in possessione dignitatis. Inconueniens a. non est, quod Ecclesia sit Parochialis, & nihilominus sit Collegiata, vt visus quotidianus ostendit, cum in Ecclesia Parochiali non prohibeatur existēna Collegij, Lap. alleg. 5. nu. 7. & 9. quod etiam suadet dicendum Episcoporum, cum in ea contulerūt ordines enunciationes, de Collegiata, quibus est stādum, quatenus respicit eorum praeiudicium, Rot. dec. 11. de iure patr. in Paleot. dec. 23. Hinc sit vt modernae enunciatiuae Ordinatiorum, & Vicariorum tāquam de Ecclesia Parochiali factae non sint attendendae simpliciter cum sint de recenti, & prouenient à personis suspectis, & minus concludentes, propterea quod non controuertitur illam Parochialem esse cum qualitate existente in ea Collegiata, nec fides Episcopi, & aliorum Cle3 ricorum sunt alicuius cōsiderationis: quia ille † tractat de suo commodo, & in ea continetur id super quo deponere non potest, Barbat. cons. 17. sub num. 3. lib. 4. hi autem sunt sibi contrarij in eo, quod in actu visitationis ante litem motam sunt contestati.

Non obstat, quòd cum super Archipresbyteratu nō fuerit lis, gratiosa subrogatio obtenta per Iulium Caesarem, quo ad possessionem defuncti, non gaudeat praerogatiuis gratiosae subrogationis acquirentis tamen ad effectum immissionis obtinendae probationem possessionis, sui Authoris & sui Clericatus absque aliqua iu4 stificatione † narratiuae gratiae, iuxta dec. 495. lib. 1. Paleot. decis. 119. Vt etiam fuit per distinctionem casuum conclusum, coram Domino meo Gypsio, in vna Burgē si de Paneorum, & alijs causis. Nam sicut in beneficio litigioso non est requisita iustificatio, cum inde praeiudicium non inferatur Ordinario, nec alteri collatori, stante impedimento prouisionis, propter existentiam litis, ita etiā quando adest reseruatio, vel affectio, quia alterutra impedit collationem ordinariorum, cap. 2. vt lite penden. libro 6. & fuit resolutum coram Domino meo Mellino in vna Calagurritana, dimidiae Portionis, del Burgo 1593. 20. Decembris, & in alia Barchinensi Canonicatus, 9. Martij 1598. Vltra quod cum non exhibeator titulus Ioannis Antonij, neque probetur possessio, non est iustificanda narratiua gratiae, etiam quod beneficium non fuerit litigiosum, cum enim eo casu praesumitur possessio vacans ea immissione nulli prae-

iudicium

iudicium infertur, vt tenuerunt Domini in vna Parmensi. Prioratus, coram Illustriss. Card. Mantica.

Quo verò ad alterum caput dubij, Domini dixerunt, Ioan. Ant. propter immissionem decretam ad fauorem Iulij Cæsaris non esse denegandam Remissionem, ex traditis per Neuiz. conf. 56. no. 1. 2. & 3. quem sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 12, num. 4. quia quemadmodum immissio vigore l. fin. C. de edic. Diui Adr. tol. non impeditur per exceptionem altiorem indaginem requirentem, & incontinenti non probatam, vt per Dec. in d. l. fin. nu. 20. Menoch. de adip. rem. 4. nu. 759. Pari ratione non retardanda venit immissio, de qua agitur quæ ad instar l. fin. subrogato gratiosæ conceditur per exceptionem non probatam, sed probandam per testes. Ideoque danda etiam est remissio-

5 na, cum † probatio probationem non excludat. Ægid. decis. 614. nu. 2. Cassad. dec. 2. de dilat. Ian. dec. 19.

P E N N I AE.

Dertonensis, Iuris patronatus, 19. Febr. 1601.

A R G V M E N T V M.

Deuolutioni Iuris patronatus quando sit locus, ex varijs casibus demonstratur.

S V M M A R I A.

1 *Casus sex, quibus euenientibus deuolutio Iuris patronatus locum habet. Primus.*
2 *Secundus.*
3 *Tertius.*
4 *Quartus.*
5 *Quintus.*
6 *Sextus.*
7 *Dispositio inducens deuolutionem exorta lite inter patronos, ad præsentatos litigantes non extenditur.*

D E C I S I O DLXXXVI.

VTraque parte informante dubitaui, An esset recedendũ à decisis in hac causa sub die 8. Feb. 1599. & sub 10. Ian. 1600. & Rot. in decisis persistendum censuit, per doctr. Paul. de Leaz. quem refert, & sequitur Zabarel. in clem. plures. §. quibus. nu. 1. q. 1. de iure patron. & Lamber. lib. 1. p. 2. q. 1. princ. art. 9. vbi late isti Doct. & alij discutiendo hanc materiam distinxerunt plures casus, ex quibus Rota aliquot ad hanc causam pertinentes, pro intelligentia veritatis, & decisionem dubij propositi, considerauit.

1 Primus est, quando non † constat de iure patronatus, nec præsentantes esse patronos, quo casu non obstante contradictione prætensorum patronorum Episcopus poterit ecclesiam ordinare, quod maxime procedit, si in præcedentibus vacationibus Episcopus prouidit de tali beneficio tanquam de libero, nam tunc eo iterum vacante, nullo nec fine litis nec semestri, vel quadrimestri expectato debet Episcopus procedere ad illius collationem Paul. de Leazar. & Zabarel. in d. Clem. plures. §. quibus. q. 1. ou. 1. vers. 20. casu de iure patr. Lamber. eo. tract. lib. 2. p. 2. q. 1. princ. art. 9. nu. 11. vers. tertius est casus. vbi allegat Anchar. Imol. & alios idem tenentes, sed iste non erat casus noster, in quo ius patronatus præsupponebatur.

2 Alter † casus est, quando dubitatur, An beneficium sit de iure patronatus, quo casu Zabarella, præcitato loco versic. 3. casu. dicebat, quod quando patroni litigant de iure, vel de possessione iuris patronatus, Episcopus debet expectare laicos per quatuor menses, intra quos debet causa finiri, alias eis elapsis Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præiudicio euincentis, c. si vero. c. cum te. c. cum propter. & c. quoniam. in fin. de iure patr. addiditque idem Zabar. esse casum specialem, in quo contra impeditum currit tempus.

3 Tertius † casus est, quando Patroni litigant præsentatione, ex vi Iuris præsentandi, & tunc idem dicendum est, quia expectare debet vsq; ad 4. vel 6. menses.

4 Quartus † casus est, quando Patroni litigant ratione prærogatiuæ siue ratione formæ præsentationis, & tunc ob lapsum temporis, non paratur eis præiudiciũ, quia non est quod imputetur eis, cap. cum Bertholdus. de re iudic. quia taliter diceretur pararetur via fraudibus, quod esse non debet, cum enim hoc tempus statuatur ad præsentandum, non autem ad instituendum, vltimo die termini fieri potest. Zabar. præcit. loco, quem ceteri communiter sequuntur.

5 Quintus † casus est, quando vel constat de Iure patronatus, vel illud præsupponitur, vt in casu proposito, in quo non reuocabatur in dubium, & tunc lite pẽdente super præsentatione facta post lapsum tempus semestre, si præsentati sint Clerici, non debet Episcopus ordinare, aut alteri conferre beneficium, sed stare debet maiori parti, & vni ex ipsis conferre, consideranđo merita præsentatorum, quia non est lis inter patronos, sed lis est inter ipsos super forma præsentationis, & tunc non est locus deuolutioni, ita Zabar. præcitato loco. Lambert. de Iure patron. lib. 2. p. 2. q. 1. prin. ar. 9. nu. 29. ver. septimus est casus.

6 Denique sextus † casus considerabatur, quando est lis inter præsentatos in tempore prætendentes solam præsentationem de vnoquoque factam esse attendendam, & isto casu nõ erat locus deuolutioni ob lapsum tempus ad præsentandum, quia dispositio tex. in c. quoniam. de iure patro. inducens deuolutionem quando

7 est † lis inter patronos tãquam rigorosa, & exorbitans, non extenditur ad litem inter præsentatos, Imol. in c. cum vos. de off. ordin. nu. 7. vers. nec obstat. vbi Ioan. Andr. no. 2. vers. vnde iura. And. de Put. nu. 7. vers. iura ergo. Roch. de Curt. de iure patron. in verb. honorifico. q. 24. num. 54. Lap. alleg. 78. nume. 15. vers. non obstat. & nu. 16. vers. item non debet. Multa ex prædictis suadebant standum in decisis, nã hic nec ius patronatus neque quasi possessio iuris præsentandi reuocabatur in dubium, vt propterea non esset locus deuolutioni, & præsertim qoia instructam iam causam renuit ordinarius expedire, vt deuolutioni fieret locus.

Ad Zabarellam, & alios in contrarium allegatos in c. suos. de off. ordin. placuerunt responsiones datæ in decisione in hac causa facta die 10. Ianuarij, 1600. vbi per similem distinctionem casuum fuit difficultas sublata.

L I T T Æ.

Tudertina, Prioratus, Lun. 14. Iunij 593.

A R G V M E N T V M.

Beneficium, de quo in præsenti casu, ex quibus præsumatur regulare, & eius collatio ad quem spectet.

S V M M A R I A.

1 *Status Ecclesiæ per enunciatiuas antiquissimas plures, & diuersorum, probatur.*
2 *Membra a capite dissidere non decet.*

D E C I S I O DLXXXVII.

DVbitaui, An beneficium sit regulare, & ad quem spectet illius collatio. & Domini tenuerunt, regulare esse, & illius collationem spectare ad Illustriss. Cardin. Rusticuccium, vti Abbatem S. Crucis de Sassouiuo, circumscripta tamen reseruatione dispositionis indulti.

Nam quod Prioratus S. Nicolai de Grippis de quo agitur sit beneficium regulare ex eo dixerunt Domini satis constare quod in litteris Innocentij Papæ II. de an. 1138. Cælestini III. de anno 1191. Honorij III. de anno 1216. Innoc. IV. de anno 1244. Nicolai IV. de anno 1290. Bonifacij VIII. de anno 1302. ac Pauli III. de anno 1536. enũciatur dicta Ecclesia & Prioratus inter Ecclesias & membra dictæ Abbatiæ S. Crucis quæ

1 enunciatiuæ cũ sint antiquissimæ, & sint plures, & diuersorum dubiũ non est, quin statũ dictæ Ecclesiæ plene probent, glo. 1. & ibi Doct. in c. cum olim. de consuetudine

late Tob.Non.conf.73.nu.8.Abb.conf.83.nu.6. Achil. decif.5.de Iure patr.Puteo.decif.208.lib.2.& cum dicta Abbatia S.Crucis,cuius membrum esse dignoscitur ex prædictis,Ecclesia ipsa S.Nicolai,sit Abbatia regularis, vt ex lectura dictarum literarum apparat, dũ in eis fit mentio de illius Priore,& Monachis, qui conuentum faciebant,& negotia Ecclesiæ conuentualiter expediebãt,ad not.per Inn.in c.postulasti.nu.1.de iure patr.& per Host.in c.nobis. o.2.vers.vbi verò non apparet.nt. sequitur,quod ecclesia S. Nicolai vti membrum dictæ Abbatiæ est Ecclesia regularis,& non fęcularis,cum nõ

2 deceat mẽbra † à capite dissidere,c.nõ decet.de præscr. cũ alijs per Dec.conf.32.nu.28.lib.2.Idque comprobatur,ex plurib. collationibus,cum effectu factis de dicta Ecclesia S.Nicolai, per Abbates ipsos Monachis professis ab anno 1244.vsque ad annũ 1515.ex quib.status regularis arguitur ad not. per Reb. in prax. tit. regularia beneficia.folio mihi 9. & facit tex.in c.cum singula. de præben. l.6.& in c.10.de Cappel.Monach. regularibus enim regularia, & nõ fęcularia beneficia conferuntur, cap.super eo. de regul.clem.1. de suppl.neglig. prælat.

Nec obstat, quod in dicta Ecclesia S. Nicolai desierint esse Monachi à pluribus annis citra , quia non per hoc desijt esse regularis habitu,quod sufficit, Ias.conf. 77.num.5.ver.quia ad hoc ponit notabilem.lib.r. Rebuff.tract.concord.rit.de regul.ad prælat.non promou. §. Monast. in verbo Prioratibus. vertic. poterit tamen Rex nominate ad illam.

Sicut etiam non obstat,quod per 70. fere annos fem per fuerit talis Prioratus commendatus Clericis fæcularibus,quia ex tali commendatione ecclesiæ status nõ mutatur, Camp. de commen. benefic.5. maxime cum commendetur vti ordinarius S.Benedicti,quo fit vt in tali commendatore nulla bona fides ad effectum præscribendi statum ipsius ecclesiæ, considerari possit ,ad text.in l.male agatur. C.de præscript. & faciunt notat. per Franc.in c.cum de beneficio.num.9. vers. secundo intellige.de præben.lib.6.

Quod autem collatio d. Prioratus S. Nicolai spectet ad ipsum Abbatem , ex pluribus censuerunt Domini, de quibus in decisione alias in hac causa facta coram Reuer.patre D.Orano 17.Nouemb. 1589. quæ breuitatis gratia non refero.

PENNÆ.

Eadem. Vener. 21. April. 1595.

ARGVMENTVM.

Comprobatur etiam in hac decisione proposita difficultas superioris, & corroboratur ex quibusdam rationibus adductis.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia regularis esse nõ desinit , et si monachi per aliquot annos eam incolere desierunt.*
2 *Status ecclesiæ regularis, an ex eo mutetur , quod Prioratus clerico sæculari sit traditus.*

DECISIO DLXXXVIII.

Super eo,quod Prioratus S. Nicolai de Griptis,esset regularis,& eius collatio pertineret ad D.Cardinalem Rusticuccium,vt Abbatem &c. . . Prioratus non

1 desijt esse regularis,eo,quod per multos † annos desierunt monachi eandem Ecclesiam incolere,quoniam licet Ecclesia desinat actu esse regularis,tamẽ non desinit esse habitu, quod sufficit ad conseruandum statum regularitatis. Ias.conf.77.nu.15.& 22. ver. per hoc non obstat.lib.1. Rebuff in conf.de reg. ad prælat. nom. in prioratibus conuentualibus,vers. poterit tamen.

Sed neque hanc regularitatẽ perdidit Prioratus, ex decursu 70.fere annorũ,quo Romani Pontifices clericis fęcularib. commendare consueuerũt, quoniam per

2 cõmendam quomodocũque longã † non mutatur status,Fran.in c.cũ de beneficio.n.9. v.2.intellige.de præb. li.6.Achil.dec. vn.de stat.Benef.Ægid.dec.107.& 112.

MANTICÆ.

Fotosempronienfis, Parochialis , Vener. 4. Iun. 1593.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas prætendens ius patronatus sibi deberi, quæ teneatur probare.

SVMMARIA.

1 *Vsurpatio patronatus in vniuersitate præsumitur.*
2 *Et hoc procedit, licet vniuersitas illa parua sit.*

DECISIO DLXXXIX.

Altero tantum informante, conclusum fuit , non constare de iure patronatus ex fundatione , vel dotatione, quia cum illud dicatur pertinere ad vniuer

1 sitatem,inprimis † debet probari immemorabilis,alioquin præsumitur vsurpatio, Mohed.dec.3.de iure patr. Cresc. dec.1.eod.tit.& eo amplius per authenticas scripturas debent etiam probari præsentationes continuatæ,quæ suum sortitę fuerunt effectum,per spacium 50. annorum,vt sancitum est ex Decreto Concilij Tridentini, sess.25.c.9. de reform. quod locum habet,non so-

2 lum in magna,sed etiam † in parua vniuersitate,vt fuit decisum coram Reuer. Patre Domino Gypsio in Bononiensi,Iuris patronatus,die 20. Mart.1589.

Eadem, Merc. 15. Decemb. 1593.

ARGVMENTVM.

Eadem hęc est & eiusdem argumenti cum superiore, & discutit per plures rationes, quænam vniuersitas prætendens ius patronatus , iuxta Constitutionem Concilij Tridenti probare debeat.

SVMMARIA.

1 *Dispositio Concilij Tridentini, de probando per vniuersitatem iure patronatus , explicatur.*
2 *Et in parua etiam vniuersitate locum habere, deciditur.*
3 *Enunciatiua orta à personis suspectis,de vniuersitate , pro ea non probat.*

DECISIO DXC.

Die 4.Iunij,proxime prçteriti,altero tantum informante,fuit resolutum,in casu de quo agitur, non constare de iure patronatus.

Postea autem vtraque parte informante,causam sępius proposui, & quia Domini inter se dissentiebant, non potui capere resolutionem , vnde fuit dictum , vt omnes viderent,& suam sententiam dicerent: Die verò 15.Decemb.tribus contradicentibus,ab alijs septem fuit resolutum,non esse recedendum à decisis.Nam ex decreto Concilij Tridentini,sess.25.de reform.c.9.sancitum est,ius patronatus in his personis.communitati-

1 bus & vniuersitatibus, in quibus id † plerumque ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet , plenior & exactior probatio requiratur,quæ quidem verba Concilij non possunt intelligi restrictiue , quia illa dictio plerumque refragatur, sed intelliguntur declaratiue , atque ita indistincte in illis personis Communitatibus, & vniuersitatibus illa probatio est necessaria.

Et hæc quidem interpretatio à facta Congregatione Illustriss. Dominorum Cardinalium eiusdem Concilij Interpretum,magis recepta est, quia in vniuersitate ẽe Parochianorum requirit hanc probationem temporis immemorabilis, cum continuatis præsentationibus 50. annorum,quæ omnes suum fuerint sortitæ effectum, & authenticis scripturis probentur,quod in Rota fuit etiam receptum , vt debeant intelligi etiam de parua

2 vniuersitate, † vt fuit decisum coram Reuerend. Patre Domino Gypsio,in Bononiensis,Iuris patronatus, de Varignana,die 20. Mart. 1589.coram Domino Pamphilio , in Nullius Archipresbyteratus , die 2. Maij, Anno 1588.

Atque hæc probatio à Concilio requisita videbatur Dominis multo magis in casu proposito esse inspicienda, quia hæc vniuersitas exigua dici non potest , cum focularia 150. excedat.

Ee Quapro-

Quapropter licet plura concurrant ad probandum ius patronatus, ad dictam vniuersitatem pertinere, quæ videntur esse probabiliora argumenta, tamen magis placuit, non esse recedendū à decreto S.Concilij, quod quidem certam formam præscripsit, ita vt aliter facta probatio per testes, vel aliud genus non possit sufficere, vt fuit decisum coram Sanctiss. Domino Nostro, tunc Rotæ Auditore, in Sabinensi, Iuris patronatus, die 15. Nouemb. 1582. & coram Reu. Patre Domino Pamphilio, in dicta causa Iuris Archipresbyteratus, & ita aliqui ex Dominis dicebant esse, & stare declarationem S. Congregationis, super illis verbis, authenticis scripturis, in hæc verba cōgregatio communi omnium cōsensu censuit requiri, pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constitutam, vt probatio per testes non sufficiat.

Neque in proposito constituenda est differentia inter vniuersitatem, & familiam potentiorem, quia in vtraque præsumitur vsurpatio, vt colligitur ex dicto decreto Concilij Tridētini, & in decisionibus superius allegatis continetur.

Neque ad rem pertinet, quod dominium castri, in cuius pertinētijs ecclesia sita est, spectaret ad Abbatē, qui solitus erat præsentatos ab vniuersitate instituere, quia ex hoc nō tollitur præsumptio vsurpationis, quoniam Abbas non erat talis, vt posset excludere vsurpationes potētiorum, quibus pares esse non possumus, & colligitur ex literis eiusdē Abbatis, anno 1562. his verbis conscriptis, *& essendo inclinati alle preghiere delle Illustriss. Sig. Vostre, per questa volta sola siamo contenti, che possiate eleggere il Piouano in S. Maria della Fratta, & altri Rettori nell'altre Chiese.*

Præterea in casu proposito non solum rectè non probatur immemorabilis, vt à decreto Cōcilij requiritur, sed etiam neque fama ex enunciatiuis diuersorum instrumentorum, iure concipi potest, quia illæ enunciatiuæ oriuntur 3 à personis eiusdem vniuersitatis, quæ suspicione non careat, & ideo non probant. Aret. in c. cum causam, nu. 13. in fi. eum seq. de probat. Sigismundus Lofred. conf. 44. num. 6.

Neque etiam constat de quasi possessione continuata per spacium 30. annorum, nam licet plures adducantur præsentationes, non tamen omnes fuerunt sortitæ effectum, sicuti ex decreto Concilij necessario requiritur.

Neque etiam obstat, quod Bald. in conf. 17. num. 5. dicat, hoc ius patronatus esse parochianorum, & institutionem ad Abbatem pertinere, quia ipse præsupponit extare hoc ius patronatus, sicut sibi fuerat in facti specie præsuppositum, vt ex initio conf. & ex verb. seq. col. legitur, nec loquitur de tempore immemorabili, neque dicit illud ius patronatus esse ex fundatione, vel dotatione, & ideo potest etiam intelligi tunc temporis fuisse quæsitum ex vsurpatione, vt in decreto Concilij continetur.

Vnde ex ijs quæ deducuntur, dici non potest constare de iure patronatus, quia deficit probatio ex decreto Concilij requisita.

MELLINI.

Papiensis, bonorum, Ven. 28. Apr. 1595.

ARGVMENTVM.

Dominium Ecclesiæ ex inuestituris, adminiculis corroboratis, rectè probatur.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura, concurrentibus adminiculis dominium ecclesiæ probant.*

2 *Enunciatiuæ antiquissimæ diuersorum instrumentorum, habent vim famæ.*

DECISIO DXCI.

Domini resoluerunt constare de dominio Ecclesiæ, moti fuerunt ex inuestituris, quæ concurren-1 tibus adminiculis plenè probant dominium, Bal. in l. cum aliquis. nu. 4. de iur. del. Soc. conf. 89. num. 1. lib. 1. Dec. conf. 128. num. 4. & probant ad omnem effectum, etiam caducitatis, vt sæpius fuit resolutum.

Adminicula hic plura concurrunt, primum, quod inuestituræ fuīt plures & antiquissimæ. Soc. conf. 187. nu. 16. lib. 2. secundum, solutio affictus per multos annos, Bald. in l. iudicia. no. 1. & ibi. Ang. nu. 2. & 5. C. de 2 rei vend. Dec. conf. 146. nu. 14. Tertium, plures enunciatiuæ antiquissimæ diuersorum instrumentorum, quæ habent vim famæ, & probant dominium, Bald. Sal. & alij in l. eum aliquis. C. de iure delib. Soc. conf. 266. nu. 12. li. 2. Sed quia controuertitur identitas istorum bonorum, Domini dixerunt, quod de identitate & alijs particulariter videatur.

BVBALI.

Taruisina Plebis de Medulo Ven. 16. Nouembr. 1568.

ARGVMENTVM.

Vnio Ecclesiarum facta authoritate Apostolica, vt subuertatur, requiruntur probationes concludentes, & cum hæ in casu non occurrant, prætensum ius patronatus Capituli Taruisini nullum declaratur.

SVMMARIA.

1 *Vnio facta authoritate Apostolica, vt infringi possit, concludentes requiruntur probationes.*

2 *Ordinatio facta inter Canonicos, libertati Ecclesiæ non, e præiudicat.*

3 *Confirmatio nihil de nouo tribuit.*

4 *Enunciatiua antiqua vim famæ habent.*

5 *Statuta emanata a Canonicis contra tertiū non probant.*

6 *Fama sine possessione non suffragatur.*

7 *Sententia lata a laico contra ecclesiæ libertatem fidem non facit.*

8 *Testes examinati inter alias personas, & ad alium effectum, non probant.*

DECISIO DXCII.

Ecclesia parochialis S. Ioan. de Medulo plebis nuncupata Taruisinæ diœcesis, vnita fuerat authoritate Apostolica Conuentui S. Christophori à Pace, ordinis Eremitarum S. Augustini, ciuitatis Veo... (Venetiarum), Capitulum autem Taruisinum prętendebat infringere hanc vnionem sub prætextu, quod ius præsentandi ad dictam plebem, ad se pertineret, & consequenter quod cum in d. vnione nulla esset facta mentio iuris præsentandi, competentis Capitulo, vnio esset nulla, & inualida, iuxta tradita per Cassad. conf. 96. in fine. Fel. in tract. quādo lit. Apost. noc. partib. in 7. lim. Cum igitur causa fuerat mihi commissa, dedi dubium præsuppositis iurib. & alijs deductis pro parte Capituli, An constaret ius præsentandi ad dictam plebem spectare & pertinere ad Canonicos dictæ Ecclesiæ, & ius instituendi ad Decanum, & Capitulū, seu alias occurrēte vacatione dictę Plebis, illius prouisio spectaret ad dict. Capitulum & Decanum. In qua difficultate DD. fuerūt in voto, pro negatiua, quod ad illum effectum annullandi vnionem, non constet de pertinentia Capituli iuris præsentandi, seu conferendi dictā Plebem.

In primis enim præsupponebant, quod cum agatur 1 de infringenda vnione facta authoritate Apostolica requiratur probationes concludentes, Rot. decis. pen. & fin. & de except. in Nou.

Secundò præsupponebant Domini, resolutiones factas in hac causa, cum ageretur iudicio possessorio pro parte Capituli, quod non probaret Capitulum vnquam fuisse in quasi possessione præsentandi, seu conferendi huiusmodi ecclesiam de Medulo, quibus stantibus dicebat non probari concludenter pertinentiam collationis, seu iuris præsentandi, ex deductis pro parte Capituli.

Et primo, dom pro verificatione quoddam statutū allegatur antiquissimum, in quo ordinatium ius præsentandi

sentandi spectare, & pertinere debet ad Canonicos in pluribus ecclesijs, ibi enumeratis, inter quas est ista 1 ecclesia de Medulo, fuit responsum, quod hæc ordinatio facta inter ipsos Canonicos, non præiudicat libertati ecclesiæ, nec ei creditur in præiudicium, per Aret. post alios 10 cap. cum causam. num. 13. de probat. & 16. Felin. num. 5. vers. contra istos casus. Præsertim cum nō constet huiusmodi statutum fuisse obseruatum, quo ad istam ecclesiam.

Nec obstat, quod fuerit confirmatam authoritate Apostolica, quia confirmatio præsupponebat, verum esse ius præsentandi spectare ad Canonicos, prout ordinabatur in dicto statuto, & quod supponit, nō dispo- 3 nit. clem. 1. in fin. de præben. & confirmatio nihil † de nouo tribuit, l. Aurelius §. testamenta. ff. de lib. leg.

Nec dicatur statutum fuisse obseruatum in multis ecclesijs, ibi enumeratis, quia etiam in multis alijs ecclesijs ibi enumeratis nō fuit obseruatum, sed illis fuit simpliciter prouisum, per Episcopum, iure ordinario, vt bene deducitur in facto.

Secundò non obstat, quod pertinentia collationis ad inferiorem probatur per formam. Caputaq. decis. 137. lib. 1. & hic deduci potest probata fama ex pluribus enūciatiuis antiquis in Bullis Vrbani, & Lucij, & in plurib. 4 statutis dictæ ecclesiæ Tarui sinç, quæ enunciatiuç † antiquæ habent vim famæ, quia fuit responsum, quod cum Bullæ sint expeditæ ad supplicationem Capituli, 5 & statuta facta ab eodem Capitulo videtur † emanasse à personis suspectis, & consequenter non probant, contra tertium, nec habent vim publicæ vocis & famç, eo, quod sint enunciatiuæ in pluribus instrumentis antiquis, vt per Caputaq. decis. 537. lib. 2.

Secundò fuit dictum, quod cum non cōstet de quasi 6 † possessione Capituli conferenda, fama † sine possessione non suffragatur. Put. decis. 141. in fi. lib. 1.

Tertiò nihil faciunt adminicula desumpta ex sententijs latis à iudicibus sæcularibus, tum quia non loquun 7 tur de ista ecclesia, tum etiam quia † nullam fidem faciunt, tanquam latæ à iudicibus incompetentibus, vt Rim. in. conf. 7. nom. 6. lib. 1.

8 Quartò non obstant † testes examinati de anno 1541. quia cum sint examinati inter alias personas, & ad aliū effectū, non sunt attendendi, præsertim cum deponant in genere, nec in specie deponāt de particulari ecclesia.

Vltimo non obstat confirmatio Apostolica Lucij Papæ, quia habet clausulam, prout iuste, & canonice possidetis, & est in forma communi, & consequenter nihil noui tribuit. cap. quia diuersitatem. de concess. præben. Abb. in cap. 1. num. 6. & ibi Dec. num. 43. & 44. de confirm. vtile vel inutile.

L I T T Æ.

Meliuitana, Pensionum, Ven. 27. Iun. 1592.

A R G V M E N T V M.

Pensio sub certa conditione præmissa, ea non iustificata, non debetur.

S V M M A R I A.

1 *Conditio non iustificata non attenditur.*
2 *Beneficia ecclesiastica sine diminutione debent conferri.*
3 *Gratia reseruationis pensionis an cursu 30. annorum iustificata præsumatur.*
4 *Cancellaria an in expeditione literarū addere, aliquid, vel detrahere possit, quod substantiam gratiæ immutat.*

D E C I S I O D X C I I I.

Domini teneetunt pensiones, de quibus agitur, nō sustineri, moti, quia fuerunt reseruatæ sub ea conditione, dummodo illæ & aliæ forsan super illis assignatæ pensiones annuæ medietatem illorum non excede- 1 rent, quæ conditio non † iustificata nihil ponit in esse. §. ex conuentionali. Inst. de verb. oblig. c. 1. in fi. de spon sal. & matr. & in terminis huius ecclesiæ, quod pensionarius vbi agitur in petitorio, prout hoc in casu, tenetur iustificare dictam conditionem, & ita probare concluderet valorem beneficij, deductis oneribus de tempore reseruationis, ostendendo illud pensionibus non esse grauatum vltra medietatem, tenuit Rota, in causa Paduana, Pensionis, 26. Iun. 1592. coram Illustriss. Mantica, & in causa Brixiensi, pensionis 28. Nouemb. 1591. coram Reuer. Patre Domino Mellino.

Non obstat, quod qui dicit de nullitate reseruationis pensionis, nullitatem probare teneatur, quia non procedit, vbi reseruatio est conditionalis, & agitur in petitorio, in quo titulo sufficit dicere pensionem nullam absque eo, quod aliquid probet, nam in eo fundatam habet suam intentionem, quod beneficia ecclesia- 2 stica † sine diminutione conferri debeant, vt in dictis causis, & in alijs plurib. fuit dictum. Et ad illud, quod non sit necessaria iustificatio respectu valoris, vbi in literis non adsunt verba illa, vt asseritur, vt fuit dictum in vna Salamantina Pensionis, 18. Apr. 1572. coram Illustriss. Cardin. Lancellotto, fuit responsum, illud ibi fuisse dictum ad differentiam expressionis valoris, quę fit per verbum, vt asseritur, vt primo casu non requiratur aliqua iustificatio valoris expressi, secundo autem casu sic, non autem fuisse dictum, ad ostendendum, quod vbi reseruatur pensio alicui, sub ea conditione, dummodo medietatem fructuum non excedat, non sit iustificanda hæc conditio, vt pensio ipsa sustineatur, in quibus terminis loquuntur decisiones supra allegatæ.

3 Et ad illud, quod ex cursu 30. annorum † iustificata præsumatur gratia huius reseruationis pensionis fuit responsum, quod à tempore expeditionis literarum de anno 1555. vsque ad tempus motæ litis de anno 1588. non adsunt 30. anni, quod tempus anterius non est habendum in consideratione ad hunc effectum, cum de eo tempore non adesset illa clausula.

Nec aliquod fundamentum respectu huius iustificationis, necne fieri potest super testibus, de quibus in processu remissoriali, tum quia non percutiunt tempus appositionis dictæ clausulæ, & nihil dicunt de deductione onerum, quę tamen sunt deducenda, vt fuit decisum in illa Monopolitana pensionis, 17. Maij, 1596. coram Reu. Patre D. Orano, etiam quia deficiūt testes reprobatorij, & ita constat de non integra transportatione dicti processus, sicut etiam fieri non potest fundamentum aliquod super ascendamentis, de quibus in Summario Pensionarij, tum quia ascendamenta non probant verum valorem, maxime deductis oneribus beneficiorum, tum etiam quia compulsatio apparet nulla defectu citationis, vt bene deducitur per Informantes pro Alberto Bon. & litis consortibus.

Et ad illud deductū pro pensionario, quod hęc clausula dummodo non videatur iustificanda, ex quo non legitur in supplicatione reseruationis pensionis, sed solum in literis expeditis in forma rationi congrua, fuit responsum, expeditores potuisse alterare supplicationem, & ideo literas esse attēdendas. Verum, quia tota difficultas huius causæ reducitur ad iustificationē dictæ clausulæ, & quia responsio supradicta, quod expeditores possint tenorem alterare supplicationis, mihi 4 periculosa videtur stante illa conclusione quod † Cancellaria in expeditione literarum nō potest addere aliquid, vel detrahere, quod substantiā gratiæ immutet, vel alteret. Ægid. dec. 46. 10 fi. Fel. in rub. de rescr. nu 3. & 10 c. super literis. nu. 12. ver. amplia. eod. tit. Rebuf. in praxi. no. 2. part. fig. nu. 59. & tenuit Rota in illa Ferulensi, pensionis, 15. Dec. 1595. coram Reu. Patre Dom. meo Penia, & quod expeditores literarum non possint in aliquo præiudicare habenti gratiam in expeditione literarū, Caputaq. dec. 217. lib. 1. Et tenuit Rota in vna Aretina, Commendę, 19. Ian. 1582. coram Reuer. Patre Domino meo Seraphino. Ideo crederem bonum esse dubitare particulariter. An pēsionarius stāte dicta sup-

plicatione, & literis teneatur iustificare dictam clausulam, dummodo, &c. in literis per expeditores additam in casu, & ad effectum, de quo agitur.

P E N I Æ.

Regiensis, Prioratus, Lun. 1. Iul. 1596.

A R G V M E N T V M.

Patronus inops, an & quando ex redditibus ecclesiæ à maioribus suis fundatæ, sit sustentandus, & quid si ex arte, quam nouit, & bonis suis, licet non pro statu nobilitatis, nobiliter, congrue tamen, viuere possit.

S V M M A R I A.

1 *Patronus vt alimenta ex ecclesia à maioribus suis fundata, consequatur, summam egestatem probare debet.*

2 *Pauper quis dicatur, & quis inops.*

3 *Notariatus exercitium dicitur ars honesta, & honoratis ciuibus digna.*

4 *Nobiles maioribus alimentis indigent, quam ignobiles.*

5 *Ecclesia ex gratitudine patronum inopem alere tenetur.*

D E C I S I O DXCIV.

IVsserat Reu. pater Dominus meus Mellinus, corã quo ista causa pendebat, stricte disputari, an probaretur paupertas, ob quam Domini de Tacculis prætendebant sibi de redditibus istius prioratus alimenta præstare, & vtraque parte informante, die 5. Iul. Rota resoluit, ecclesiam non teneri ad alimenta præstanda, 1 ex eo, quod debuerit probari summa † patronorum egestas, quæ necessaria quibusdam visa est, ad effectũ, vt patronis alimenta sint præstanda, c. quæcunque, vbi glosa in verb. ad inopiam. vers. istud autem intelligas. 16. q. 7. & c. nobis. de iure patr. Bald. in l. fin. in fi. C. de reuoc. don. Cor. in l. si quis à liberis. §. solent. nu. 20. & 25. ff. de liber. agn. Lin[illegible] tract. tit. 1. q. 54. nu. 5. & 15.

Neque ex eo, quod fundator in fundatione istius iuris patronatus de anno 1570. dixerat, quod si aliquis ex parentibus suis veniret ad inopiam ab Ecclesia à se fundata reciperetur, & sustentaretur, quasi propterea voluisset, quod patroni successores non aliter alimenta consequerentur, quam probata inopia, quæ multo maiorem indigentiam, quam paupertatem videtur 2 significare, cum pauper † dicatur, qui parum habet in bonis, inops verò qui nihil possidet. Archid. in c. quo iure. 8. distin. Paul. de Castr. in l. quod de pauperibus. num. 4. C. de episcop. & cler. maior pars Dominorum omissa ista scrupulosa, & nimis secura differentia, sentiebat sufficere probare talem paupertatẽ, quæ consideratis circumstantijs bonorum, personarum, & rerũ postulare videatur esse locum præstationi alimentorũ.

Sed ex eo, quod in hac facti specie non videbatur probata talis paupertas, nam respectu Cæsaris patris Antonij Mariæ & Achillis, testes probant illum possidere bona valoris scut. 2000. istos verò de Tacculis, qui modo agebant ad alimenta, possidere etiam bona valoris scut. 1000. & habere redditum vltra domum, Regij 30. scut.

In specie autem Achillem habuisse dicta simplicia beneficia scut. ann. 40. & insuper illum inseruiendo in Hospitali S. Iacobi incurabilium de vrbe præter menstruum salarium, alimenta inibi consequuta, probant testes, ex quibus apparebat, eum nec inopem, nec pauperem ad hunc effectum dici potuisse.

Propterea respondendo Ant. & Gaspar. non videbatur probata paupertas, quia testes super 7. & 12. inter. fatebantur illos ex aliquo honesto exercitio vnà cum patrimonio cõpetẽter viuere potuisse, & tertius testis super 16. interr. dicebat, *che le famiglie quali hauessero li sopra detti beni, e con l'industria loro acquistassero, qualche cosa potriano viuere in Reggia honestamẽte.*

Vnde cum Cæsar pater exercuerit artem . . . . honeste quoque eandem ipsi poterant exercere, & de Ioan. Maria dicebatur, potuisse illum incumbere arti Notariatus, quam auus eius & proauus exercuisse dicebãtur, istæ enim artes & exercitia honesta reputantur, & 3 honoratis ciuibus digna, ars verò Notariatus quod sit honesta, & viris ciuilibus apta, deponebant testes pro Tacculis super 2. inter. Vnde non erat eis indecorum, exercere artem, quam sui maiores exercuissent, Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. num. 129. Rol. cons. 54. nu. 78. lib. 2.

Ex quibus inferebatur, quod licet Domini de Tacculis essent nobiles, quod non negatur, imò facile concludi videbatur ex dictis testium, & præsertim ex tam antiqua iuris patronatus fundatione, & ratione nobilitatis aliquid eis foret indulgendum, cum maioribus 4 alimentis † nobiles quàm ignobiles indigeant. In hac tamen facti specie, ex supradictis fuit conclusum, non fuisse locum præstationi alimentorum, satis enim erat vt si non possunt nobiliter viuere, congrue tamen viuerent, præsertim cum ecclesia ex quodam gratitudi-6 nis iure patronum † indigentem alere teneatur, Cassad. decis. 3. de iure patr. Abb. in d. c. nobis. nu. 6. Card. in d. l. si quis à liberis. §. solent. nu. 20. Port. de alimen. c. 11. nu. 5. Boer. tract. de inop. debit. c. 17. num. 7.

An autẽ ex eo, quod redditus istius essent pingues, & isti de Tacculis habebant sorores nobiles, aliquid ex eis foret pro dotibus assignandũ, ex quo bona illorum propria non erant sufficientia pro dotibus, sed solum pro victu ordinario quotidiano, non erat præsentis speculationis.

P E N I Æ.

Hispalensis, Præeminentiarum, Lun. 13. Mart. 1600.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo Abbati Ecclesiæ Collegiatæ S. Saluatoris Hispalensis, quo ad præcedentiam in processionibus & actibus publicis, decerni debere, ex adductis rationibus plene discutitur.

S V M M A R I A.

1 *Consuetudini in materia præeminentiarum plurimum defertur.*

2 *Præcedentia & eminẽtia ex eo etiam arguitur, quod quis primo loco nominatur.*

3 *Posteriori loco in publicis solẽnitatibus incedens, dignior est, & honoratior.*

D E C I S I O DXCV.

PRæsuppositis mandato de manutenendo ab A. C. obtento, & sententia lata per Ordinarium Hispalẽsem, & testib. vtrinque examinatis, & alijs pro vtraq; parte deductis, dubitaui, an esset dandum mandatum de manutenendo Priori, & Canonicis ecclesiæ Collegiatæ S. Saluatoris Hispalensis, vel Abbati & Beneficiatis, aliarum ecclesiarum eiusdem ciuitatis, quo ad præeminentiam, seu præcedentiam in processionibus, & alijs actibus publicis, & Rota vtraque parte informante, censuit, dandum fuisse mandatũ de manutenendo, ita vt Abbas primo loco, Canonici verò Collegiatæ secundo, tertio autem loco Beneficiati incederent.

Respectu Abbatis, quod in primo, seu præeminentiori loco incedere deberet, constat ex testibus pro eius parte examinatis, qui super 7. ar. testificabantur, quod in omnibus processionibus publicis, in quibus tam Abbas, quàm Canonici, dictæ Ecclesiæ S. Saluatoris, interuenerunt, semper Abbas habuerat locũ inter duos vltimos Portionarios, Cathedralis Ecclesiæ Hispalensis, & quod ante Dominos Portionarios, & consequenter ante dictum Abbatem incedere consueuerunt duo ex Canonicis dictæ Eccles. S. Saluatoris, & ante dictos duos Canonicos incedebãt reliqui Beneficiati, & propterea Abbas erat in quasi possessione præcedẽdi Canonicos S. Saluatoris manutenẽdus, Cor. cons. 193. n. 14. vers. non debet. li. 2. Menoc. cons. 257. nu. 54. & seq. li. 3. Bal. in l. obseruare. nu. 5. ver. vadat ergo. ff. de off. proc. Cæs. Cum enim Abbas ista consuetudine vtatur, et erat cõcedendum mandatum, ratione enim consuetudinis

dicebatur

dicebatur habere iuris communis assistentiam, cum 1 ius in hic † materia præeminentiarum plurimum con suetudini deferat. Bal. in c.cum olim.il 1.not.in 1.ver. quomodo autem cognoscatur. Idem in c.statuimus, in fi.ver.& de iuribus consuetudinis, eod.tit. Boer. tract. de auth. magn.consf. p. 1.num.1 3.10 fine. Parif.conf.31. nu.39.lib.4.Dec.conf.21.num.6.in lib. 1. Rot. decis.4. num.2. & 3. de elect. 10 Nou. quod sæpe alias amplexa fuit, & signanter in causa Oriolensi, iuris sedendi, die 11. Decemb. 1585. & die 24. Octob. 1586. coram Blanchetto tunc Rotæ Auditore.

Et pro Abbate etiam faciebant 5. instrumenta antiqua celebrata cum interuentu Abbatis & Canonicorum, in quibus primo loco ante Canonicos reperiebatur nominatus Abbas, notum est autem, præcedentiam 2 etiam argui ex eo, † quod quis priori loco nominatur, gl.in c.bene quidem.in verbo Mediolanensis, 96. dist. Dec.conf.161.nu.2.ver.nomen ordine literæ. Tiraq. de iure primog.q.19.num. 20.

3 Certum est autem, in istis processionibus & † actibus, locorum, seu incessu posteriorem esse digniorem, Cass. in cat.glor. mund. par.4.conf.75.

Neque Abbati obstabant testes pro Canonicis examinati, testificantes Canonicos solitos præcedere Abbatem, & beneficiatos in processionibus, quia placuit illa consideratio, quod illi testes loquebantur satis confuse, & artificiose de Abbate, & Beneficiatis simul, testes verò Abbatis loquutos magis distinctè, & simpliciter, & consequenter eos, tanquam magis specifice deponentes, fuisse præferendos. Crau.conf.199. num.12. ver.ideo testes Magdalenæ. Parif.conf.74.nu.45. lib.1. & conf.88.nu.31.lib.3.Dec.conf.448. nu.37. Gabr. tit. de test.conf.4.nu.72.illat.2 t.

Quod verò post Abbatem secundo loco incederent Prior, & Canonici prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ S. Saluatoris, probabant ijdem testes super 7. art.

Ex quibus dicebant Domini, magis concludentem resultare probationem, & propterea illis sufficiendum mandatum de manutenendo, respectu ingressus in dicto secundo loco.

Circa Beneficiatos, quod deberent tertio loco incedere, non aderat difficultas, cum in hoc vtriusque partis testes conueniant.

Atque ex his fuit conclusum, prædicto modo fuisse standum mandatum de manutenendo.

IVSTI.

Bononiensis, Bonorum, Ven. 9. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum ecclesiasticarum, vt valida sit, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Alienatio rerum ecclesiasticarum, vt valide fiat, & causa & solennitas requiritur.*
2 *Defectus solennitatis omissa ex instrumento probatur.*
3 *Potentia aduersariorum causa legitima non est, vt bona ecclesiæ indefensa relinquantur.*

DECISIO DXCVI.

Domini vna tantum parte informante, super dubio, censuerunt, translationem esse nullam, quia 1 in alienatione † rerum ecclesiæ requiritur causa, & solennitas, ita vt vna sine altera non sufficiat, c.1. de reb. ecclesi. non alien. Dec.conf.142.nu.4. Cou. qui alios citat, & attestatur de communi, variar. resol. lib.2. quod idem procedit in trāsactione, vt fuit resolutum coram bon. mem. Domino meo de Rubeis, in vna Auersan. tenimenti, 27.Ian.1583.& coram Reuer. patre D. meo Arigono, in vna Nouariensi, Decimarum, 28. Maij. anni præteriti, & in hoc casu, cum esset ius quæsitum monialibus, dici poteſt agi de alienatione. Bald. conf. 415. lib.1. Parif.conf.12.num.59.lib.2.

Verum, quod ista non interuenerant, satis ostēditur, cum non probantur, ad Ayin.conf.195.nu.15.nec adsit cursus temporis, sufficiens ad inducendā præsumptionem solennitatū, c.peruenit.vbi Imol.nu.10.de empt. & vend.Dec.conf.409. num.9. & tenuit pluries Rota.

2 Causa autē potius non adfuisse constat ex lectura † instrumenti transactionis, vbi pro hæreditate consequenda promittitur impetratio exemptionis gabellæ salis, ad certam summam, quod est satis modicum. Nec po-3 tentia † aduersariorum fuit causa legitima, ad dimittenda iura ecclesiæ indefensa. Quare, &c.

IVSTI.

Mediolanensis, Sediminis, Lun. 5. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Commendatarius bona monasterij absque authoritate superioris alienare nequit.

SVMMARIA.

1 *Commendatarius bona monasterij absque authoritate superiorum nequit alienare.*
2 *Vtilitatis causa vt probetur, assertioni alienantium non statur.*
3 *Vt & de solennitate constare debet.*

DECISIO DXCVII.

Domini resoluerunt pro Informante, scilicet instrumentum empbyteusis nō sustineri, tum propter duplicem prohibitionem alienationis, videlicet legis, 1 quia † commendatarius non potest sine authoritate superioris bona monasterij alienare in præiudicium successorum, c.in venditionib.17. q.4. Fed.de Sen. consil. 143.& Papæ Commendantis, & penitus quamcūque alienationem interdicendo, quæ excludit omnem facultatem Commendatarij alienantis, saltem authoritate propria. Fed.d.conf.543. Cald.conf.1. de reb. eccl. non alien. & facit l.2.de vsucap. pro emptore. Bart. & Dd.in l.filiusfam.§. Diui. de leg.1.vbi Iaf.nu.29.& 30.

Tum etiam, quia neque constat de causa vtilitatis, 2 in qua † non statur assertioni alienantium. Fed.d.conf. 145. Rot.in impr.decis.716.par.1. Neque de solennita-3 te, quæ copulatiue † requiruntur, c.1.de reb.eccles. non alien. Couar. qui alios citat, & attestatur de communi, var. resol.lib.2. c.17. no.2. & fuit dictum coram me 9. Iul. proxime præteriti, in vna Mediolanensi Bonorum, & ex lectura instrumenti satis constat solennitates non esse seruatas, ex quibus visum fuit dubium propositum esse sine probabili difficultate.

IVSTI.

Assisiensis, Canonicatus, Luo. 26. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum in beneficialibus non datur, nisi constet de causa, & bono iure petentis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio vt detur causa, & bonum ius petentis probandum est.*

DECISIO DXCVIII.

Dictum fuit, non constare de causis restitutionis in integrum, quæ releuent, quia cum simus in beneficialibus non debet dari restitutio in integrum, nisi constet de causa, & bono iure. Tolet. decis. 97. Pute. decis.1.& 2. de restitut. in integr. Dec. consil. 436. sub nu.4. Quod vtcunque cessat in casu isto; nam de paupertate non constat ex actis, quę non solum est proban-1 da, vt releuet, verum etiam probanda est causa, † propter quam illam prosequi non potuisset, Put. decis.8. de restit.in integr.

De bono iure minus constat, quinimo potius cō stat de instrumento sententię, ex actis probatorijs, & motu proprio Pij V. vt in alia Lun. 5. Iuo. dictum fuit, cuius subreptio non iustificatur. Præsertim lapsu termini, in quo nihil probatum fuit, Put.decis.7.de rest.in integr. & stante cessione liti, & causæ factæ per Laurentium. Ex quibus videtur restitutionem in integrū impediri.

LANCELLOTTI.

Feltrensis, Parochialis, Ven. 9. Nouemb. 1600.

ARGVMENTVM.

Constitutio Papalis de resignatione dicens, an casum dimissionis spontaneæ beneficij complectatur.

SVMMARIA.

1 *Vacatione beneficij ex vna persona data, ex eiusdem persona vacare iterum nequit.*

2 *Resignatio beneficij quid.*

3 *Clausula constitutionum Papalium, siue alio quouis modo, efficacia.*

DECISIO DXCIX.

FActum est tale, Nicolaus Rector Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis loci de Pedeuena, Feltrensis diœcesis, obtinuit à Sanctiss. D. Nostro, sibi prouideri de Archipresbyteratu, in Ecclesia Collegiata, loci de Fonzassi, Paduanæ diœcesis, & in prouisione fuit appositum solitum decretum, quod infra duos menses à die habitæ possessionis dicti Archipresbyteratus, seu quia per eum steterit, quo minus assequereretur Parochialem prædictũ Romani Pontificis, dimittere teneretor, alioqui tam dictus Parochialis, quàm Archipresbyteratus huiusmodi vacaret eo ipso.

Cui decreto parendo Nicolaus Parochialem in manibus Sanctissimi libere dimisit, de qua parochiali sic vacante, Marius Beuilacquam prouisus fuit. Econtrario autem Bernardus Lucius, sub prætextu, quod Marius suam gratiam non publicauerit, iuxta constitutionem fel. rec. Gregorij XIII. de publ. resign. eandem Parochialem sic vacantem impetrauit.

Quare introducta inter Marium & Bernardom lite, eaque in Rota deuoluta contingit dubitari, An constitutio prædicta fel. record. Greg. XIII. intraret, in casu, de quo agitur, & eam non intrare Domini resoluerunt, moti ex duobus potissimum fundamentis.

Primò, quãuis constitutio sit amplissimis verbis concepta, & comprehendat quascunque resignationes iuriũ cessiones, &c. tamen Parochialis hæc non vacat, per resignationem. Nam cum sequuta assequutione secundi incompatibilis, ipso iure vacauerit Parochialis, antea obtenta, vt in c. de multa. & ibi Abb. nu. 16. vers. sic ego indistincte crederẽ. Anch. nu. 53. & alij Doct. communiter de præb. & in Extrauag. Ioan. XXII. incipit, execrabilis, eod. tit. clem. gratiæ, & ib. Vital. nu. 45. de rescr. & tenuit Rota, in causa Salamãtina, dimidiç portionis, 11. Dec. 1585. coram bon. mem. Orano, & in causa Tamorensi, Canonicatus, 12. Ian. 1598. coram Reu. patre Domino meo Decano, & in alijs pluribus causis, non potest amplius induci vacatio per resignationem; data enim semel vacatione, ex persona vnius, non potest iterum † ex eiusdem persona beneficium vacare, nisi nouus titulus superuenerit, Fel. in c. 2. nu. 23. de rescrip. Rom. cons. 142. nu. 1. Rip. resp. 21. nu. 2. cum sim.

Neque obstat, quod deinde fiat dimissio, seu resignatio in manibus Papæ, quia cum iam sit inducta vacatio per assequutionem, dimissio huiusmodi refertur ad nudum factum, glos. in d. extrau. execrabilis. §. porro. in versic. dimittere, & sic non intelligitur de resignatione beneficij, sed de dimissione illius detentionis, quod potest importare hoc verbum, dimitto, ex trad. per Modern. super reg. Cancellar. 19. quęst. 13. num. 9. Vnde quibuscunque verbis loquatur constitutio, non comprehenditur hæc dimissio, qua solum abdicatur dicta retentio.

2 Secundò, quia resignatio † est libera, seu spontanea iuris proprij resolutio, vel dimissio. Host. in sum. tit. de renunc. nu. 1. Rebuff. in praxi tit. de resig. in prin. Mohed. decis. 11. ante nu. 1. de renunc. cum alijs per Mod. in tract. de sign. grat. tit. de resign. Quare cum constitutio loquatur de resignatione, non potest comprehendere hunc casum dimissionis, quia hæc dimissio, quæ fit vigore decreti, etiã si esset resignatio, non est vera, & propria resignatio, cũ non sit libera & spontanea, sed coacta, & necessaria, & tamẽ constitutio intelligẽda est de vera, ac propria resignatione, vt fuit decisum in vna Tudertina, Commẽdæ. 8. Iun. 1590. corã Reu. patre D. meo Pamphilio, & in terminis regulæ de publicãdo est decis. Simonet. 49. & But. c. super reg. de publ. accept.

Non obstat, quod Bulla habeat locum in resignatione litteris non expeditis, quia etiam in hoc casu beneficium dicitur vacare, licet aliter obseruet Cancellaria, Cassad. decis. 8. num. 8. de testit. spoliat. Peregr. decis. 38. lib. 1. inquit die 7. Febr. Sarnen. 10 reg. de infirm. q. 18. num. 5. & in regul. de impert. per obitum famil. q. 23. Simon. de reseruat. quæst. 55.

3 Neque in contrarium facit † stylus Cancellariç, dum in prouisionibus, quæ fiunt de hoc modo vacantibus narratur vacatio per liberam resignationem, cum semper apponatur clausula, *siue alio quouis modo*, scilicet, per constitutionem execrabilem, vel executionem vacet, & sic comprehenditur etiam iste modus vacandi.

Decisiones autem allegatæ in causa Cæsaraugustana, Canonicatus 3. Martij 1579. coram Sanctissimo Domino Nostro, & in Melitensi, Canonicatus, 16. Iunij 1586. coram Illustr. Cardinali Plato, non applicantur, cum ambę procedant in terminis cõstitutionis fel. rec. Pij V. & in resignationibus factis ad fauorem, non autem in dimissione libere in manibus Papæ faciendis, in quo casu nos sumus.

GYPSII.

Romana, Beneficiatus. S. Petri. Ven. 13. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi Beneficiatum S. Petri de Vrbe an etiam Canonico in sacris non constituto competat.

SVMMARIA.

1 *Ius conferendi beneficia expediri non potest, nisi per Canonicos in Capitulo formaliter congregatos.*

2 *Canonicus in sacris nõ constitutus vocem in Capitulo non habet.*

3 *Collatio respectu Collatorum modici est præiudicij.*

4 *Actus in dubio validus præsumitur.*

5 *Odiosa non extendenda.*

DECISIO DC.

QVoniam aduersus resolutionem in hac causa, sub die 26. April. 1581. factam nonnulla adducebantur, idcirco ad tollendam omnem prorsus hæsitationem, placuit Dominis in dubium reuocare, An ius conferendi beneficiatus S. Petri de Vrbe, competat etiam Canonico, in sacris non constituto, ad effectum recedendi à præd. resolutione, & Domini die 13. Maij, standum esse in decisis, resoluerunt, ex iuribus & rationib. tunc adductis quas referre laboriosum esset, tota igitur difficultas restricta fuit ad ea, quæ in contrarium afferebantur.

Et quantum attinet ad illam obiectionem, ex eo deductam, quod ius conferendi beneficia, cum sit quid iuris. gl. in c. cum aliquibus. in verbo receptio, de rescr. in 6. Feder. de sen. cons. 290. nu. 6. ver. item illa receptio, 1 cum alijs citatis, non † potest expediri, nisi per canonicos, in Capitulo formiter congregatos. Innoc. in c. bene. il 2. in verbo temere, ante nu. 8. de post. præl. & in c. eam te. nu. 8. vbi Abb. post alios, nu. 12. ver. item vt notantur, de rescr. Imol. in c. cum omnes, nu. 10. Felin. nu. 27. Bero. num. 86. de const. & sequuntur alij relati per Addẽt. ad Abb. vbi proxime. in ver. consistens, in facto. & sentit Rot. de concess. præb. decis. 16. in pr. in Nou. Vnde necessario sequi videtur, hoc ius competere non 2 posse, Canonico in sacris non cõstituto, cum ipse † vocem in Capitulo non habeat, Clem. vt hi, qui de ætate & qualitate & ord. præficiend. Concil. Triden. c. 4. can. 22. quod etiam comprobare videntur constitutiones

Nicolai

Nicolai III. & aliorum Pontificum, quatenos in eis disponitur, quod canonici prædictæ Ecclesiæ, qui non sunt in sacris admittantur, ad percipiendas distributiones quotidianas duntaxat.

Primò respoosum fuit, non satis hodie constare, ius conferēdi dicti Beneficiatus, priuatiue ad singulos canonicos, Capitulo competere. Nam licet Bulla Nicolai dicat, illud pleno iure, ad Archipresbyterum & Canonicum pertinere, nihilominus eum ad remouēdas discordias, ab antiquissimo tempore, & citra, inter Archiepiscopum & Capitulum diuisio hebdomadarum facta reperiatur, ex eadem ratione, iouerisimile fit, inter eosdem Canonicos ad prędictam diuisionem hebdomadarum, de voluntate Papæ deuentum fuisse, pręsertim quia in tot literis collationum ab ipsis Canonicis factarum, asseritur dictum ius etiam singulis Canonicis ex priuilegijs, ac antiqua & pacifica consuetudine competere, vt apparet in Summ. iurium, alias de mens. Martij & Apr. 1591. pro Reu. Episcopo Amerino, dato, & Dd. qui econtrario citantur, vltra illos, quos adducit Felyn. vbi supra, numer. 8. admittunt ius conferendi singulis Canonicis concedi posse, licet non sint io sacris, facit text. in c. cum dilecta. de maior. & obed. cum alijs in decisione citatis, quod tanto magis
3 procedit, quia collatio respectu † collatorum est modici præiudicij. Fel. io c. quæ in Ecclesiarum. de const. Refert & sequitur, Ioan. de Sib. tract. de beoef. q. 1. p. 2. quo fit vt leuior probatio sufficiat. gl. & Bal. in l. vbi. C. de iur. dot. Tiraquell. in tit. de iud. in reb. exig. fer. in pr. post vers. ex quibus.

Secundò dubitatur, per diuisionem hebdomadarū à Capitulo factam non censeri translatum in canonem hebdomadarum ius conferendi, prout iuris est, sed tātum exercitium, seu nominationem personæ, cui beneficium conferri debet, & sic nudum factum quoniā hebdomadarij collatio ioutilis prorsus & sine effectu esset, nisi fieret coram Notario Capituli, cum subscriptione Secretarij, & sigillo eiusdem Capituli, ex quo datur intelligi, eius collationem de per se perfectam non esse siquidem nil actum censetur, dum aliquid superest. Addeot. ad l. cum Syllanianum. in fin. Codic. de his, quibus vt indign. l. si is qui quadraginta. §. quodā. ff. ad legem Falcid. quo stante non est dubium, huiusmodi exercitium extra Capitulū exerceri posse, etiam per Canonicum, in sacris non constitutum, cum sit capax eorum, quæ extra Capitulum fiunt, Vital. post gl. & alios in d. clem. vt hi qui de ætat. & qual. num. 16. &
4 in dubio pro validitate † actus præsumendum est, & hoc etiam Informantes pro D. Cincio admittere videntur.

Non obstat, quod Canonicus, qui non est in sacris non habeat vocem in Capitulo, etiam ex permissione aliorum Canooicorum, d. clem. vt hi, qui. vbi Imol. nu. 2. Zabar. numer. 5. & alij sequuntur, quod adeo verum est, vt nec possit nomine Capituli, sed aliorū Canonicorum actum, alias Capitulariter expediendum facere, Anchar. ibid. nu. 4. quia Clem. vendicat sibi locum, in electione, ideo non debet extendi ad casum nostrum
5 per supradicta, præsertim cum † sit pœnalis & odiosa, ad c. odia de reg. iur. in 6. & firmant ibi Inooc. Anchar. Zabar. Reb. & alij io decisione relati.

Præterea puto esse aduertendum ad Theoricam Innocentij, in d. c. bonæ. quæ videtur facere pro hac parte, quoniam inquit illud posse per singulos Canonicos expediri, quod tendit ad executionem iuris iam causati, sed diuidere hebdomades per Caoonicos, venit ad faciliorem executionem iuris conferendi Capitulo, prius acquisiti, ideo competit Canonico in sacris non constituto, præter id, quod Innoc. oon loquitur, quando geoeraliter conceditur Capitulo ius conferendi, sed quaodo in specie eidem mandatur, quod alicui tale beneficium conferat, qui non est casus noster.

Non obstaot Bullæ Nicolai III. & aliorum Pontificum, quia non suot in hac parte vsu receptæ, vt bene demonstrant Informantes, in facto pro Domino Innocentio.

Secundò loquuntur de fructibus & pecunijs percipiendis ab alijs Canonicis, & sic vbi considerari potest aliquod eorum particulare interesse, quod non adest in collatione, quamuis sit in fructu, Ioann. de Sebu. vbi sup. q. 1. p. 2. & non de alijs rebus, quæ vel de consuetudine, vel de mandato Capituli per omnes Canonicos exerceri possunt, absque eorum particulari vtilitate, in hoc casu, propterea dictio duntaxat, ad ius conferendi referri non debet, nec potest. Ad Conc. Trid. & alia in contrarium adducta satis patet responsum ex decisione & alijs allegatis.

Leodiensis, Canonicatus, Lun. 23. Iun. 1597.

ARGVMENTVM.

Possidēs pacifice Canonicatum per annum immediate præcedentem, potest in quacunque instantia de regula de annali, opponere.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali, ei non suffragatur, qui possidere non potest, vel titulum notorie nullum habet.*

2 *Probatio probationem non excludit.*

DECISIO DCI.

QVæsitum fuit, An Ioan. Clarius posset dare de regula de Annali, & sic an obstaret Aegidio Bloquerio. Prima pars dubij modicam habet difficultatē, quia cum Ioann. tempore impetrationis per annum immediate præcedentem, pacifice possederit Canonicatum, de quo agitur, licuit etiam sibi in quacunque instantia de regula opponere, Cassad. decis. 12. num. 1. super reg. refert, & sequitur Statu. super dicta reg. q. 5. in pr.

5 Nec dicatur, regulam ei non suffragari † qui possidere noo potest, vel habet titulum notorie nullū, Sarn. vbi prox. q. 51. in pr. & 2. lim. Cassan. in loc. præcit. dec. 14. num. 1. quoniam super prætensis inhabilitatibus, Ioan. & nullitatibus adhuc non est lata seotentia, ideo non potest dici de non iure ipsius constare, donec contrarium probari possit, probatio enim probationem
2 † non excludit, Aegid. decis. 103. Gabriel. de rest. spol. concl. 1. no. 106. & pluries super reg. fuit decisum, in alia Leodiensis, Parochialis, 5. Maij, præteriti coram Reu. Patre Domino meo Litta.

Voluerunt tamen Domini, dictam regulam Aegidio non obstare, nam constat ei satisfactum fuisse, tum quia Ioan. iotra sex menses ad iudicium vocatus fuit, tum etiam quia antequam laberetur annus regulę vna cum prorogationibus obtentis, adeo ipse instruxit causam, vt iudex eam expedire potuisset, & hoc sufficit, vt apud me decisum fuit, io illa Calciatensi, Scholastriæ, 12. Octob. 1587.

Quod eo magis dicendum est, stantibus protestationibus pro parte Aegidij factis, nempe quod ipsi non curreret tempus ad causam terminandam, c. cum rationibus, de appell. Cresc. decis. 10. de caus. & propr. decis. 5. de except. quæ quidem protestatio necessaria non est, cum impedimentum ne causa expediri posset facto Ant. prouenisset, Sarn. d. reg. q. 14. nu. 13. vers. vltimo non obstat. Aegidius ea de medio tollere non poterat vnde fit, vt omne illud tempus subducendum sit, Sarn. d. q. 14.

Minus obstat decisio Cresc. 9. de caus. poss. & propr. quia causa debeat expediri in petitorio, non autem in possessorio, quia eius dictum est intelligendum, prout ipse loquitur, in possessorio recuperandæ, non autem in adipiscendo, quo casu vt possessor priuetur sua possessione, requiritur plena, & concludens probatio vacationis beneficij impetrati, & consequenter, quod clare appareat de non iure rei, & possessoris, quemadmodum

dum ex deductis pro Aegidio apparere dicitur, & Sarn.q.43.econtrario allegatus procedit, quando impetrans ageret in solo possessorio.

GYPSII.

Romana, Beneficij S. Petri. Lun. 20. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.

Gratia obtenta in præsenti casu an, & ex quibus iustificata dicatur.

SVMMARIA.

1 *Ciuem esse aliquem, ex quibus probari queat.*
2 *Clericatus per literas Vicarij Papæ probatur.*
3 *Valor beneficiorum per qualemcunque probationem probari potest.*

DECISIO DCII.

Quærebatur, An gratia Domini Innocentij Guelfi esset iustificata, & iustificatam esse, conclusũ fuit quoniam narrata per eum bene probantur, nam quod 1 ipse † sit ciuis Romanus ex legitimo matrimonio natus, de publica voce, & fama, & de communi reputatione deponunt testes, quorum Summarium datur, quæ quidem probatio sufficit. Rot.decis.14.de prob. in antiq. Aegid.dec.114. Clericatus † eiusdem probatur per 2 literas Vicarij Papæ, post alios, in c.post cessionem.nu.3.& 15.de prob. Gram.dec.81.in princ. Mohed.128.in fio. Vacatio beneficiatus, de quo agitur in mense Nouembr.1590. per obitum Appij extra Romanam Curiam, & hebdomada spectante ad Canonicos Basilicæ S. Petri apparet, tum ex fide Magistri Ceremoniarũ, tum etiam ex confessione D.Aegidij, & aliorum colliτigantium, in quorum gratia hoc idem exprimitur, ad l.cum per eum.de lib. caus. Aegid.decis.268.& 595.

Quod beneficiatus ad præsens vacet, satis iustificatur, ex decisionib. in hac causa factis, siquidem Reuer. pater Verallus contulit Beneficiatum indigno, nempe cuidam Fauorino, qui non erat clericus, vt patet ex literis Clericatus dicti Fauorini, quem longe post dictã collationem suscepit, hæc enim probatio necessario cõcludit, cum huiusmodi actus non sit reiterabilis, c.1.& c.fin. vbi Dd. de sacr. non iter. & fuit resolutum in vna Clusina, Beneficiatus, 5. Nou. præteriti, coram Reu. Patre Domino meo Pamphilio.

Valor beneficiatus, quod non excedat 24. non indiget probatione, quia semper sic exprimi solet, vt notũ est. Lis per D.Innocentium narrata est etiam clara, & probatur ex commissione in actis producta. Reseruationem pẽsionis probant literæ eiusdem reseruationis.

Quod Reuer. Pater Dominus Fanauinus dict. beneficium Domino Innocentio contulerit, non controuertitur, & adsunt literæ præfatæ collationis.

Valorem beneficiorum obtentorum probant testes 3 examinati, & qualis qualis † probatio sufficit. Aegid. decis.674.& 682.

GYPSII.

Romana, Beneficiatus S.Petri. Lun.3.Iul.1595.

ARGVMENTVM.

An Thurnus hebdomadarum Canonicis Basilicæ S. Petri ad beneficum conferendum assignatus, sit consumptus, ita vt Canonici, qui tunc in eo positi non fuerunt debeant adscribi, ad effectum dignoscendi cui competeret collatio Beneficiatus.

SVMMARIA.

1 *In sacris non constitutus, beneficia conferre nequit.*
2 *Collatio inter fructus beneficij numeratur.*
3 *Error alienus alij obesse non debet.*
4 *Consuetudo cui ius non resistit, per obseruantiam decem annorum inducitur.*
5 *Litibus, quantum fieri potest, obuiandum.*

DECISIO DCIII.

Quæsitum fuit, An Thurnus hebdomadarum inchoatus 22. Octob.1589. & Canonicis Basilicæ S. Petri, ad beneficia conferenda assignatus, esset consumptus, ita vt Canonici qui tunc in eo positi non fuerunt, apponi, & describi deberent ad effectum dignoscendi, cui competeret collatio Beneficiatus, de quo agitur, & dicta die vtraque parte informante resolutũ fuit, Thurnum respectu Reuer. Patrum Domini Paridis Palotto, & Fabricij Verali, corrigendum esse, cuilibet eorum hebdomadam assignandam, stante resolutione in hac causa facta, sub die 26. Apr.1591. & confirmario 13. Maij 1594. quod Canonicus † in sacris nõ 1 constitutus potest beneficia conferre, siquidem collatio inter fructus beneficij † connumeratur. gl. per illum text. in l.cum olim. de maior. & obed. Cassad.dec. 2 3.num.6.de pens. & est actus, qui iurisdictionem, non autem ordinem respicit, propterea Canonicus nõdum ad sacros ordines promotus conferre non prohibetur, c.dilecta.de maior. & obed. Rot.dec.21.de præb. in antiq. cum alijs allegatis.

Errauit igitur Magister cæremoniarum, omittendo ponere in Thurno præfatos, vt inquit Bald. in l. cum proponeretur. in pr. vers. item nota. de leg.2. ideo huiusmodi error manifestus corrigendus est, quoniam 3 alienus error † alteri obesse non debet. l. errore. & ib. Doctor. C. de test. Bart. Dec. & alij in l.si librarius. de reg. iur.

Nec obstat, quod de consuetudine prædictis Canonicis in sacris non constitutis hebdomada non debeatur, quoniam ex fide pro parte D. Aegidij in actis producta clare de contrario apparet.

Quod verò attinet ad Reuerendissim. Domin. Episcopum Melphiensem, cui non fuit hebdomada assignata, quamuis de mense Iulij 1590. obtinuerit possessionem Canonicatus, per resignationem bon. memor. Horatij Celsi, dixerunt Domini, Thurnum non esse corrigendum, quia ipse in Canonicum receptus fuit, & stallum in choro & locum in Capitulo, iuxta solitũ in Episcopos, prope Reuerẽdissim. Dominum Feratinũ, habuit, vbi Thurnus hebdomadarum iam lapsus erat, & consumptus, nec poterat retrotrahi, ne daretur confusio, & turbaretur ipsius ordo, maxime cum hoc in prædicto Capitulo obseruatum fuerit per decem, & vltra, annos, quod sufficit ad inducendam consuetudi4 nem, † cui ius non resistit, gl. in c.fin. de consuetudin. Rot.decis.6. eodem titul. in Nou. Abb. & Felyn. in cap. statutum. nu.1. de maior. & obedient.

Et si aliter diceremus, sequeretur maximum inconueniens, quod multæ collationes, postea factæ, etiam præsente, & non contradicente prædicto D. Episcopo Melphiense, in dubium reuocarentur, & sic suscitaren5 tur plures lites, quibus † quantum fieri potest, obuiandum est, l. properandum. C. de iudic. l.quidam. si cert. petat. & multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur. l.patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel al.iur. c.ad Apostolicam. in fin. de reg.

Cetera, quæ obijciuntur ex deductis in facto, pro parte Domin. Innocentij Guelphi satis sublata remanent.

GYPSII.

Oscensis, Optionis, Vener.4.Iun.1593.

ARGVMENTVM.

Immissio ex gratia in beneficium vt obtineatur, narrata gratiæ sunt verificanda, ad effectum vt ostendatur non agi de præiudicio ordinarij collatoris.

SVMMARIA.

1 *Subrogatus ex gratia narrata eius iustificare tenetur.*
2 *Papam ordinario præiudicare voluisse nõ est verisimile.*
3 *Illatio ex diuersis non fit.*
4 *Titulus nouus per optionem non requiritur.*

DECISIO DCIV.

Dominus Blasius Puyo impetrauerat Canonicatum, & præbendam in Ecclesia Oscensi, vacantes per

per obitum Michaelis Laurentij, sub prætextu, quod Capitulum de eis prouidere non potuisset, cum propter litem super illis motam, huiusmodi beneficia Sedi Apostolicæ affecta, & reseruata essent, idcirco vigore subrogationis gratiosæ, docto de obitu Michaelis in possessione, iuxta decis. Put. 495. lib. 2. Mohed. 327. instabat pro mandato de immittendo in possessionem eorundem Canonicatus & præbendæ, sed dicti die Domini amplexi sunt partem negatiuam, quoniam ea deductis pro Blasio, non bene probatur lis super proprietate, ac titulo beneficij, videlicet Canonicatus impetrati, prout requiritur ad hoc, vt dici non possit tractari de præiudicio ordinarij collatoris, Cassad. dec. 4. in princ. vt lit. pend. Gamber. de offic. leg. lib. 3. n. 455. & late deductum fuit in illa Burgensi, de Pancormo, coram me, de anno 1588. quoniam si non adest lis, tūc 1 subrogatus † tenetur omnia in eius gratia narrata iustificare, per ea, quæ scribit Ioan. Andr. in cap. 1. de lit. cont. in 6. refert & sequitur Decian. in cap. constitutus. num. 8. de rescript. Aegidius decis. 76. si quidem non probata lite, subrogatio subreptitia redderetur, Cass. consil. 31. num. 5. & 4. Felyn. in c. ad aures. colum. 3. de rescript. Caputaq. decis. 229. p. 3. maxime propter præ- 2 iudicium † ordinarij, cui Papam voluisse præiudicare, non est verisimile, lis verò, quæ pro parte D. Blasij deducitur, non releuat, cum esset super iure optandi præbendam, & sic super mera temporalitate, quæ nil commune habet cum Canonicatu, nec appellatione illius veniet, Rot. de. 33. de rescript. in Nou. Cassad. dec. 3 17. num. 6. de præb. & ex diuersis † non fit illatio, iur. tb. vulg. & facit dec. Achill. 6. de lit. hoc etiam patet, quia per optionem non acquiritur nouus titulus, sed antiquus retinetur, Dec. in c. fin. de consu. Cald. cons. 3. eod. tit. Cassad. d. dec. 17. nu. 2.

Non obstat quod videatur commissio impetrata super validitate prouisionis Michaelis, quia ibi etiam dicitur de præbenda, &c. & ex prosequutis patet, quod super Canonicatu nulla aderat lis, sed solum super præbenda.

Non obstat, quod hæc lis super præbenda ex intentione actoris, à quo ius metimur, l. 1. si pars hæred. pet. afficere debeat etiam Canonicatum, ex allegatis, quia non erat controuersia, an præbenda esset, vel ne reseruata, quo casu, forsan comprehenderet Canonicatum, sed dubitabatur an stante aliqua consuetudine in reseruatis caderet optio, propterea, ad litem super Canonicatu inferri non potest, per allegata.

Nec subsistit, quod Canonicatus & præbendæ sint ad inuicem adnexa & correspectiua, & in correspectiuis idem sit iudicium, quia imò præbenda dicitur accessoria ad Canonicatum, & sic non intrat, quod affectio saltem respectu præbendæ dicatur, propterea dādam esse immissionem respectu præbendæ, quia præter id, quod non probatur talis affectio, sat est, quod præbēda sequitur canonicatum, pro cuius immissione obtinenda, necesse est verificare narrata in gratia, vt dictum est.

G Y P S I I.

Tiraconensis, Congrui seruitij, Lun. 19. Dec. 1594.

A R G V M E N T V M.

Defectus Congrui seruitij in Ecclesiis allegatis, quomodo probetur.

S V M M A R I A.

1 *Defectus seruitij Congrui in Ecclesiis ex quibus probetur. & num. 2.*

DECISIO DCV.

QVæsitum fuit, An probetur defectus Congrui seruitij in Ecclesijs locorū de Moleyan, & Ruyas, & Albeta, & non probari, Domini resoluerunt, quoniam vt sæpius in hac, & in alijs causis cōclusum fuit, 1 tunc probatur † defectus seruitij, quando propter multitudinem parochianorum, & paucitatem presbyterorum, & ministrorum, constat, aliquos sine sacramentis decessisse, & animaduertunt Scribentes in c. ad audientiam. de eccl. ædif.

2 Nec defectus seruitij ea † eo probatur, quod in dictis Ecclesijs adsit vnus Rector solus, absque clerico, contra dispositionem c. vt quisquis de vit. & honest. cler. gl. in c. sicut. in verb. nec etiam. circ. med. de cōsec. Eccl. vel altar. quoniam hoc potest locū habere in Ecclesia Parochiali, prout loquitur d. c. vt quisque. sed quod in omnibus Ecclesijs requiratur vnus presbyter cum clerico, qui eum coadiuuet, hoc non dicunt prædicta iura, & clarum est, probationem necessario concludere debere, ad c. in præsentia. de prob. & possunt hæc simul esse, quod Rectores in dictis Ecclesijs clericos non retinent, & tamen quando indigent, habere possint, vel alios de populo, qui eos adiuuent, prout in istis Ecclesijs factum fuisse deponunt testes, etiam pro parte vniuersitatis inducti, non etiam peccat Rector pauper, si non retinet clericum, Innoc. in d. c. 3. & ib. Abb. nu. 2. in fin. Imol. nu. 6. de vit. & honest. cler.

Non obstat, quod testes vniuersitatis conentur deponere non adesse Congruum seruitium, & quod non posset aliter esse, quod ipsi non scirent, quia, vt ea ipsorum lectura apparet, non sunt taliter informati, vt valeant hanc negatiuam cōcludenter probare, maxime, quia in ciuitate Borgia habitant, & non in locis prædictarum Ecclesiarum.

Non obstat, instrumentum visitationis, quia loquitur de Vicario proprio, & perpetuo, qui hodie in dictis Ecclesijs permanet.

Et quod dictæ Ecclesiæ maiori seruitio nō indigeāt, fit multum verisimile, ex visitationibus Episcopi, qui si opus fuisset, de alio clerico prouidisset, quemadmodum prouidit de Vicario perpetuo.

G Y P S I I.

Tiraconensis, Congrui seruitij, Lun. 13. Mart. 1595.

A R G V M E N T V M.

Pacta in contractibus vltro citroque obligatorijs apposita seruanda sunt, & ex ijs Congruum seruitium iuxta conuentionem Ecclesiæ præstandum.

S V M M A R I A.

1 *Obligatio ex contractu resultans ad hæredes & successores transit.*

2 *Commodum qui sentit, etiam onus sentire debet.*

3 *Clausula, rebus sic stantibus, in omni promissione, etiam iurata subintelligitur.*

4 *Et procedit respectu causæ finalis.*

5 *Fallit in contractu vltro citroque obligatorio.*

DECISIO DCVI.

VNiuersitas ciuitatis Borgiç pro augmēto Cōgrui seruitij agebat contra Capitulum Ecclesiæ Tiraconensis, vti Rectorē Parochialium Ecclesiæ, de quib. agitur, propterea dubitaui, An onus augendi huiusmodi seruitium spectaret ad Capitulum Tiraconense, vel potius ad Burgense, Et quantum attinet ad Ecclesias Ciuitatis. Conclusum fuit, hoc onus ad Burgenses spectare, quātum verò ad Ecclesias aliorum locorum, seruandum esse laudum, siue concordiam dicti anni 1529. inter partes initam, & per Sedem Apostolicam confirmatam. Ratio Dominorum fuit, quia Capitulum Burgense suscepit in se onus curæ Parochialium Ciuitatis, & vice versa Capitulum Tiraconense promisit, ei dare quinque ex nouem partibus Decimarum, ad ipsos Tiraconenses spectare. Quapropter non videtur dubitandum, Burgenses teneri ad integrale seruitium in dictis Ecclesijs. Rebuff. tract. de Cōgrua. q. 5. nu. 49. nam obligatio ex contractu resultans 1 transit ad hæredes, † & successores, l. si pactum. de pact. leg. 1. si cer. pet. Corn. cons. 143. lib. 1. nu. 3. & qui sentit 2 commodum, debet etiam † sentire onus, l. secundum naturam.

naturam. de reg. iur. c. qui sentit. eod. lib. 6.

Nec ad rem facit, quod Capitulum Burgēse promiserit celebrare officia eo modo, & forma, quibus tunc temporibus Capitulum Tiraconense celebrabat, quocirca, stante, quod hodie populus est actus, non deberent Burgenses grauati in huiusmodi augmento seruitij, cū in omni promissione etiam iurata, † subintelligitur clausula *rebus sic stantibus*, l. cum quis, de solution. Bald. in l. clare. Cod. de fideicom. Put. dec. 159. lib. 3. quoniam pro responsione dictum fuit, huiusmodi obligationem Burgensium respicere modum & formam celebrandi in dictis Ecclesijs, vt dignoscitur ex iuribus productis, & clausula, rebus sic † stantibus procedit respectu causæ finalis, quæ si in totum deficeret, tunc posset illi locus esse, vt fuit resolutum in vna Romana, de Fuscherijs, 28. Iun. 1585. & 19. Mart. 1586. coram Domino Episcopo Oriolensi. Sed defectus finalis hic non adest, quia Burgenses percipiunt dictas decimas, ascendentes ad notabilem sūmam, quæ potest sufficere pro dicto augmento.

Maxime, quia aucto populo etiam auctæ sunt decimæ, & consequēter aucta, & impinguata remanet portio Burgensibus debita, & dictam clausulam, *rebus sic stantibus*, † non procedere in contractibus vltro citroque obligatorijs, dicit Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 16. nu. 34.

Et quod concordia capiat hunc casum, demonstrant illius verba, ibi, taliter quod Capitulum Burgiæ, vel Canonici, &c. non possunt aliquo tempore via augmenti, vel alia quacunque cogitata, vel incogitata causa, petere maiorem portionem, vel partem præd. decimarum, propterea Tiraconense non tenetur ad aliud augmentum. Crau. cons. 166. nu. 3.

Non obstant deducta in clem. 1. de iure patr. quia loquitur in casu, quando omnia emolumenta ad Rectores tantum pertinent, vt sentit Abb. nu. 2.

Quod fuit renunciatum concordiæ, non probatur, minusque faciunt ea, quæ de illius læsione dicuntur, quia Tiraconenses restitutis decimis sunt parati ab ea recedere.

Cetera quæ econtrario deducuntur, non afficiunt, vel sunt extra dubium.

GYPSII.

Leodiensis, Canonicatus, Mer. 26. Febr. 1597.

ARGVMENTVM.

Gratia in præsenti casu, ex quibus iustificata censeatur docetur, & deciditur, per assecutionem secundi canonicatus primum ipso iure vacare.

SVMMARIA.

1 *Probatio leuior sufficit, vbi de modico præiudicio agitur.*
2 *Beneficium primum vacare dicitur, per assecutionem secundi.*

DECISIO DCVII.

FVit resolutum, gratiam Domini Ægidij esse sufficienter iustificatam, nam quod ipse sit legitimus, constat ex testibus super 7. art. & ex litteris Ordinarij eidem concessis, quæ etiam probant clericatum, Peregrin. dec. 124. lib. 2. Put. 5. & 13. de dispens. & voluerunt Domini, coram me in vna Burgensi, Abbatiæ de Fontea, 16. Mart. 1592. præsertim † cum agatur de modico præiudicio, Innoc. & alij, in c. innotuit, de eo, qui furt. ord. susc. Alciat. reg. 2. præsumpt. 4. in fi. quæ habet vt leuiores probationes sufficiant, Rota dec. 24. de probat. in antiq. Aegid. decis. 213. & seq. Mohed. 128. Caputaq. loquens de habilitatibus, & præcipue de clericatu & valore beneficij decis. 277. par. 1. valorem autem in supplicatione expressum probant testes super d. artic.

Quod Ioan. obtinuerit duos Canonicatus incompatibiles, vnum in Ecclesia S. Dionisij, & alterum in Collegiata S. Petri, illosque per annum, & vltra pacifice possederit, probatur tum ex testibus super 3. & 4. tum ex iuribus in Summ. Ægid. nu. 1.

Nec dicatur iura non esse in forma probante, quia obiectio prorsus cessat, ex his, quæ in alia simili Leodiensi, Canonicatus data fuerunt, coram Domino meo Penia, 3. Iul. 1595. cuius copia datur. Iura. n. in processu compulsoriali inserta, fidem faciunt, quia parte citata & decreto iudicis fuerūt recognita, & collationata.

2 Et quod per assequutionem † secundi Canonicatus in Ecclesia S. Petri, vacauerit primus in Ecclesia S. Dionisij & dispositione Concilij Tridentini sess. 7. cap. 4. & sess. 24. cap. 17. non est dubitandum, nisi pro parte Ioannis de sufficienti dispensatione doceatur, quæ quidem vacatio inducitur ipso iure, iuxta determinationem S. Congregationis Concilij in Salamantina, Canonicatus, & in alijs, quarum copia Dominis data fuit, quibus non refragatur decisio coram Illustriss. Lancellotto, quoniam standum in hac est declarationi d. Congregat. Concilij.

Regula de annali non intrat, stante pur. . . . per D. Aegidium obtentis. Minusq; obstat regula de triennali, quoniam etsi adesset tempus ad eam requisitum cessaret difficultas ex resolutione S. Rotæ, copia datur.

Dubiorum quorundam, circa materiam Canonicatuum à S. Congregatione Cardinalium facta resolutio.

ARGVMENTVM.

Respondetur à Collegio Cardinalium ad proposita dubia, ex Reformatione Concilij Tridentini, vt in ipsa resolutione videre est.

SVMMARIVM.

1 *Dubio Collegio Cardinalium circa materiam beneficiorū proposita & ad eorum primum responsio. nu. 4.*
2 *Secundum, Responsio, nu. 5.*
3 *Tertium, Responsio. n. 6.*

DECISIO DCVIII.

ILlustrissime & Reuerendiss. Domine &c. dubitatur 1 in partibus inter Doctores, Primò † An duo Canonicatus de iure in vim Decreti Concilij Tridentini, 2 sint incompatibiles. Secundò † An per assequutionem 3 secundi Canonicatus, vacauerit primus. † Tertius An præsumpta dispensatione in qua fundatur regula de Triennali, quis obtinens duo incompatibilia suamque vtriusque possessionem Triennalem defendere valeat. Quare, cum prædicta omnia dubia fuerint & sint in sacra Illustris. Cardinalium Interpretum congregatione decisa, supplicatur &c.

4 Ad primum † Congregatio Concil. respondit, esse 5 incompatibiles. Ad secundum, † post adeptam pacificam possessionem secundi primum ipso iure vacasse, 6 ex decreto Concilij, cap. 4. sess. 7. Ad Tertium, † vtique non posse.

Hieron. Cardin. Matthæus.

Salamantina, Canonicatus.

ARGVMENTVM.

Beneficium primum per adeptionē secundi dicitur vacare.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio Concilij Tridentini, circa materiam beneficiorum, vt primum per adoptionem secundi vacasse dicatur.*

DECISIO DCIX.

COngregatio Concilij censuit in residentiam requirentibus, aut alias quocunque modo incompatibilibus, etiamsi Canonicatus sint, vel portiones 1 induci vacationem † primi ipso iure, per adoptionem secundi pacifice possessi, per decretum Concilij Trident. sess. 7. cap. 4. iuxta dispositionem cap. de multa. de præbend.

LITTÆ.

Narniensis, Canonic. & beneficiorū, Ven. 30. Apr. 1604.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Gratia obtenta in præsenti casu, iustificata censentur, ex causis diuersis in decisione consideratis.

SVMMARIA.

1 *Valor beneficiorum etiam per leuiores probationes potest probari.*

2 *Clausula Bullæ Pontificiæ, dummodo alteri ius quæsitum non sit, efficacia.*

DECISIO DCX.

Domini tenuerunt pro iustificatione gratiæ Bernardini, & Seraphini, Bernardini respectu Canonicatus, Seraphini verò respectu beneficij, nam de existentia dicti Canonicatus & beneficiorum constat ex testibus, qui etiam dicunt illa fuisse possessa ab Attilicinio, qui illa prius resignauerat Iacobo.

Lis narrata inter Iacobum resignantem, & Bernardinum respectiue & Seraphinum resignatarios quam Papa voluit haberi pro extincta, probatur ex actis factis in Rot. coram Reuer. patre Domino Sacrato.

Possessio Attilicinij ad fauorem Iacobi probatur ex testibus, & literis resignationis.

Valor expressus beneficiorum, quod nõ excedat 24. probatur ex eisdem testibus, & ad hunc effectum sufficit 1 leuis probatio, vt pluries resolutum fuit, valor autem expressus Canonicatus, quod non excedat 24. non eget aliqua probatione, cum ita omnes exprimi soleat, vt sæpe decisum fuit.

Clericatus resignatariorum probatur ex eisdem testibus, deponentibus interuenisse eorum Missis.

Illud autem quod beneficia sint simplicia, non egere iustificatione dixerunt Domini, cum talia præsumãtur, vt sæpe etiam resolutum fuit.

Et deducta in contrarium pro parte Maluetani, qui non impetrauit ob non publicationem resignationis factæ ab Attilicinio ad fauorem Iacobi fuit responsum, vt sequitur.

Ad primum, quod in gratijs Bernardini & Seraphini non fuerit facta mentio d. qua litis, quæ pendebat inter Iacobum Maluetanum & quod de tali pendentia litis de tempore supradict. gratiarum non constat, & quod in omnem casum ex tali omissione non poterit inferri ad non iustificationem narratorum in dictis gratijs, de quibus in præsentia tantum agitur.

Ad secundum quod Iacobus resignans erat presbyter, & tamen fuit narratum, quod erat simplex clericus, quod si fuisset expressum, Papa non admisisset dictam resignationem, nisi cum solita clausula, *dummodo litera & aliunde*, &c. fuit responsum ex hoc pariter non posse inferri ad non iustificationem narratorum, in dictis gratijs, sed potius ad subreptionem & defectum intentionis Papæ, de quibus nunc minime agendum est.

Ad tertium, quod non probatur, quod Iacobus pacifice possederit Canonicatum, & beneficia, de quibus agitur, fuit responsum, & benè, hoc nec in gratia Seraphini, nec Bernardini fuisse aliquo modo narratũ, vnde per consequens ab eis minime iustificari debet.

Ad quartum, quod in dictis gratijs adsit clausula, 2 *dummodo* † *alteri ius non sit quæsitum*, fuit responsum, huiusmodi clausulam non facere gratias, in quibus apponitur, conditionales, nec eorum executionem suspẽdere, sed solum esse præseruatiuam Iuris alterius, si quid ei competere fuit ostensum, vt alias resolutum fuit, & signanter his superioribus diebus in Fauentina monasterij, coram Reuerendissim. Domino meo Alexandrino.

LANCELLOTTI.

Carpentoratensis, Pensionis, Vener. 15. Mart. 1602.

ARGVMENTVM.

Pensione reseruata pura & simplici, nulla apposita conditione, pensionarius non tenetur iustificare, pensionem illam medietatem fructuum Episcopatus sui non excedere: licet stet clausula rescripti Papalis, etiam si super illis fructibus aliæ pensiones annuæ alijs reseruatæ existant, dummodo omnes pensiones huiusmodi simul aliarum medietatem non excedant.

SVMMARIA.

1 *Omnes, dictio vniuersalis concursum aliorum præsupponit.*

2 *Redditus Ecclesiarum hodierno tempore vltra antiquam taxam aucti.*

DECISIO DCXI.

Pensio Ducatorum 500. de qua agitur, fuit alias de anno 1572. per fel. record. Gregorium XIII. reseruata libera, & immunis super fructibus mensæ Episcopalis Carpentoratensis, ad fauorem bon. mem. Card. Madrutij, cum clausula, etiamsi super illis fructibus aliæ pensiones annuæ alijs reseruatæ existant, dummodo omnes pensiones huiusmodi simul illarum medietatem non excedant, qua pensione in dictum Episc. Tridentinum translata, modernus Episc. Carpentoratensis prætendebat, se non teneri ad illius solutionem, nisi pro parte Pensionarij iustificaretur, quod hæc pensio medietatem fructuum sui Episcopatus non excederet stante dicta clausula, *dummodo*, quæ facit dispositionem conditionalem, siue modalem, ita vt non iustificata conditione pensio non debeatur, ad quod allegabantur multæ decisiones Rotæ, nempe in Vercellensi, pẽsionis coram Domino meo Penia, & plures aliæ possent adduci, & in specie afferebantur decisiones in causa Meleuitana, 15. Iun. 1597. coram bon. mem. Litta, & in causa Salamantina, coram D. meo Gypsio. Sed Domini censuerunt Pensionarium non teneri ad id iustificandum, nisi in casu, in quem ostenderentur adesse aliæ pensiones. Mori ex eo, quod pensio fuerat reseruata pura, & simplex, & nulla fuerat apposita conditio reseruationi, & ideo quicquid dicendum sit, quando modus, vel conditio est apposita reseruationi, vt quando est clausula, *dummodo remaneat* 1000. *pro Episcopo, & dummodo certam partem fructuum non excedant*, vel aliæ similes, quæ faciunt reseruationem conditionalem, in quibus terminis procedunt decisiones in contrarium allegatæ, quando modus, vel conditio non est apposita reseruationi, sed post reseruationem puram adijcitur clausula, *etiam si super illis aliæ pensiones reseruatæ existant*, & hæc clausula limitatur, siue modificatur per clausulam, *dummodo omnes pensiones huiusmodi insimul medietatem fructuum non excedant*, hoc casu, onus iustificandi dictam conditionem non spectat ad pensionarium, nisi titularis ostendat, quod adsint aliæ pẽsiones, quatenus adsint, quod etiam alias innuit Rota, in causa Monopolitana, pensionis 13. Iun. 1597. coram bon. mem. Orano.

Et iste intellectus suadetur ea ratione, quia istæ clausulæ concernunt fauorem vtriusque tam Pensionarij, quàm Translatarij. Pensionario namque Papa consulere voluit, vt non possit impugnari validitas suæ pensionis, nisi aliæ anteriores pensiones ostendantur. Titulari verò consultum est, vt hoc in casu existentiæ aliarum pensionum anteriorum non teneatur ad solutionem istius pensionis, quatenus medietatem excedit, sed in vtroque casu Papa semper intellexit, & præsupposuit existentiam aliarum pensionum, clausula enim illa, *etiam si super illis aliæ pensiones reseruatæ existant*, non potest intelligi de illa pensione, quæ tunc reseruatur, sed de diuersis, & ideo clausula subsequens, *dummodo*, quæ est consecutiua, & accessoria, & modificatiua clausulæ præcedentis debet intelligi, retentis eisdem terminis casus præcedentis, & sic, quando adsunt 1 aliæ, maxime si ponderetur verbũ illud, *omnes*, † quod tanquam vniuersale præsupponit cõcursum aliorum.

Secundò

Secundò suadetur hoc, quia Sedes Apostolica non solet grauare Episcopatus, præsertim vltra montes, intra summam scutor. 1000. quod etiam à Concilio Tridentino statutum est. Vnde cum Papa reseruauerit pensionem Ducat. 500. nō est dicendum, quod per clausulam, *dummodo*, intellexerit, quod hæc sola pensio nō excederet medietatem fructuum, quia hoc modo videtur voluisse, quod Episcopus haberet solam medietatem, nempe scut. 500. tantum, sed Papa non habens notitiam aliarum pensionum, voluit in casum existentiæ illarum prouidere Episcopo, vt omnibus computatis ei remaneat medietas.

Vnde non obstat, quod in causa Meleoitana, coram Reuerend. Patre Domino meo Litta fuerit iudicata conditionalis, siue modalis illa reseruatio in qua aderat clausula, *dummodo ista*, & aliæ forsan super illis assignatæ, medietatem fructuum non excederent, quia ille casus est longe diuersus à nostro. Nam ibi pensio fuerat reseruata, sub hac restrictiua *dummodo ista*, &c. per quam apparet conditionem fuisse appositam reseruationi illius, non autem in casum tantum, in quem aliæ adsint, maxime, quia aliæ pensiones narrantur euentualiter, per verbum *forsan*, & sic nihil refert, quod idem sit dicendum, dummodo ista & aliæ, & dummodo omnes, quia vis non consistit in hoc, sed in eo, an conditio apponatur reseruationi illius, vel solum quando aliæ adsint, prout in casu nostro per clausulam illam, *etiam si adsint*, & ex his euitatur etiam alia decisio Salamantina, 26. Martij. ann. 1593. coram bon. mem. Gypsio, in qua, quia aderat clausula, *dummodo ista*, vnà cum alijs, &c. conditio erat apposita reseruationi illius.

Non obstat præcipuum fundamentum Dn. Titularis deductum ex identitate rationis, & ex verisimili intentione Papæ volentis grauare ecclesiam, vltra medietatem, quæ ratio & mens Papæ habent locum siue vna, siue plures adsint, quæ insimul excedant, quia magna est differentia, an pensio sit vnica, vel adsint plures, quarum existentiam Papa ignoret, nam quando non adest alia pensio, Papa facile scire potest valorem Episcopatus, & an pensio, quæ reseruatur, excedat, vel non excedat medietatem fructuum, propter quam scientiam Papæ nō est necessaria appositio istius clausulæ, secus verò, quando adsunt aliæ pensiones, quia cum Papa ignoret existentiam illarum, nescit etiam quantitatem, & ideo necessaria est appositio istius clausulæ, *dummodo non excedant*, quia potest esse, quod aliæ, quarum existentia & quantitas ignoratur, excedant medietatem.

Et in hoc placuit Dominis simile deductum ex clausula, *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, quæ apposita in prouisionibus non refertur ad hac vacationem expressam, quia cum vacatio sit specifice narrata, Papa bene.........an dispositio ad ipsum pertineat, vel ne, sed refertur ad alias vacationes comprehensas in clausulis generalibus, siue alio quouis modo, &c. quæ cum sint apta comprehendere omnem modum vacandi, & cum possit esse, quod deducatur alia vacatio, quam Papa ignoret, ita neque scire posset, an dispositio ad ipsum pertineat, vel ne, ideo apponitur ista clausula *dummodo*, &c. vt dixit Rota in causa Aretina, Commendæ, die 7. Nouembr. coram Reuer. Patre, Dn. meo Decano, & trad pact. Cancell. in not. super vacat. reseru. in verb. clausula dummodo.

Nec dicatur in hoc casu non applicari, Papam habuisse notitiam fructuum Episcopatus Carpentoratensis, ita vt scire potuerit, quod pensio Ducator. 500. non excedat illorum medietatem. Nam de hac scientia Papę satis constare visum fuit Dominis, tam ex quo Papa in reseruatione pensionum super Episcopatibus capit Informantes de statu Episcopatus, & fructuum quantitate, ne Ecclesia grauetur, quam ex conditione & qualitate istius Ecclesiæ, quam notissimum est, longe excedere valorem scutor. 2000. ita vt dici possit, quod scutor. 500. sint medietas, quam denique ex taxa antiqua, in qua valor istius Episcopatus adnotatur in ducatis 1500. & quæ licet non probet valorem, tamen negari non potest, quin multum adiuuet hanc scientiam Papæ, cum præsertim clarum sit, regulariter 2 † redditus ecclesiarum multum auctos esse vltra taxam antiquam.

Nec etiam obstat absurdum consideratum de pensione scut. 90. reseruata super beneficio valoris scutor. 100. cum hac clausula nostra *etiam si, &c. dummodo*, &c. ex quo infertur, quod Titulari non remanebit medietas, iuxta mentem Papæ, nam in hoc casu viget diuersa ratio, tum quia respectu huiusmodi beneficiorum, quando non exprimitur integer valor, nō potest in Papa præsumi scientia valoris, tum quia in reseruatione pensionum super similibus beneficijs solet semper narrari valor, secundùm quem Papa regulariter in imponendo pensiones, vltra quod nihilominus est sufficienter prouisum titulari, cui non ideo erit prohibitum impugnare pensionem, per viam nullitatis, vel reductionis soluendæ alijs remedijs opportunis.

Alia, quæ deducebantur in contrarium, bene sublata fuerunt ab Informante pro Domino Episcopo Tridentino, & ad illud, quod deducebatur de extinctione pensionis, & facultatis transferendi per promotionem ad Episcopatum, responsum fuit, quod hodie cōstat de facultate retinendi ex literis coram me productis. Quamuis enim censuræ non possint nouiter ex deductis iustificari, id tamen procedit, si nouiter deducta concernerent merita ipsarum censurarum, secus si agitur de alia re, vt dicitur in decisione Chir. 286. & est decisio 13. de procur. in antiq. & de hoc anno fuit deductum in Rota, in simili casu, coram Reuerend. Patre Domino meo de Corduba, in terra Interamnensi, pensionis, tanto magis, cum de hoc non fuerit coram A.C. oppositum, & ita conclusum.

Oscensis, Archidiaconatus, Lunæ, 10. Iunij anno 1602.

ARGVMENTVM.

Insordescentia excommunicati in excommunicatione, ex quibus probetur: & quidem ad eam contumaciam & proteruiam excommunicati, requiri asseritur.

SVMMARIA.

1. *Clericus propter recursus ad iudicem sæcularem excommunicandus.*
2. *Confessio de recepto ex quibus verisimili reddatur.*
3. *Contumacia & perseuerantia excommunicati, ex quibus probetur.*
4. *Probatio plena requiritur ad effectum priuationis.*
5. *Præsumptio vehemens quæ dicatur.*
6. *Notitia sola in pœnalibus non sufficit.*
7. *Insordescentia in excommunicatione ad effectum priuationis, sola non sufficit, sed præter eam etiam alia requiruntur.*

DECISIO DCXII.

IOan. Perez in imperratione Archidiaconatus della Camera, in Ecclesia Oscensi, narrauerat inter alia, quod Paulus Lezzanius dict. Archidiaconatum obtinens, & excommunicationis sententia rite innodatus, existens suorum salutis & honoris immemor, Deique timore postposito, in dicta excommunicatione per triennium & vltra insorduit 1 Ad cuius narratiuæ verificationem cum fuisset restricta disputatio, Domini resoluerunt gratiam, quo ad insordescentiam narratam esse iustificatam, cum enim non controuerterentur plures recursus illiciti, ab ipso Paulo, & eius procuratoribus, de mandato ipsius facti ad iudices sæculares, ambigendum non est de illius excommunicatione,

ne, tum vigore Bullæ in cœna Domini in §.16. tum etiã in vim sacrorum Canonum, c. qualiter & quando, cum ib. notat. de iudic. c. nouiter. & c. graue, de sentent. excommunic. & propter † istosmet recursus ab eodem Paulo habitos, tam coram Illustrissimo Cardinali Blãchetto, 10. April. anno 1595. quàm coram Reuerend. Patre, Domino meo Pena, die 1. Febr. eiusdem anni, declaratus fuit excommunicatus, in alia causa, Oscensis, Canonicatus. Consuetudo autem, siue ab vsus potius illarum partium recurrendo ad iudices laicos, qui adducitur ad effectum excusandi Paulum, & excludendo contumaciam illius, non meretur allegari, cum nec etiam suffragaretur immemorabilis, vt in dict. decision. deductum fuit, & hæc de plano procedebant.

Dubium tamen consistebat circa scientiam Pauli, & pertinaciam ipsius in excommunicatione, nam cum ad effectum insordescentiæ requiratur contumacia, & proteruia excommunicati, in excommunicatione, l. cum bene. de æt. & qu. c. cum contumacia. & ib. not. de hæret. lib. 6. cum alijs similibus, opus erat ostendere Paulum habuisse notitiam excommunicationis, per triennium ante impetrationem Ioan. quæ fuit de mense August. 1599. & quamuis recursus incœperint vsque de anno 1587. ita vt de anno 1589. fuerit monitus coram A. C. ad instantiam Fisci, ad personaliter comparendum ex eo, quod propter recursus inciderit in censuras, cuius vigore ipso personaliter citato, fuit contra eum ab eodem A. C. lata sententia definitiua, deinde à Vicario vrbis, tamen cum hæ duæ sententiæ fuerint per sententiam Farinacij reuocatæ, vsque ad hoc tempus Domini nihil firmarunt, sed inspecto tempore subsequenti post supradict. decisiones, & tres sententias Rotales, quarum due primæ latæ fuerunt, de anno 1595. tertia verò die 2. Februar. 1596.

Nec non post sententiam Domini Vlyssis Moscati reuocatoriam sententiæ Farinacij, & Paulus declaratus excommunicatus propter dict. recursus satis constare visum fuit de scientia Pauli, & proteruia ipsius in excommunicatione, ita vt per triennium & vltra insorduerit, ea namque colligitur ex pluribus, & precipue, ex quo literæ executoriales relaxatæ in vim triũ sententiarum Rotalium fuerunt ei intimatę, cum fuerint sub die 15. Maij 1596. exequutæ, in domo Pauli, dimissa copia, & per affixonem ad valuas Ecclesię Cathedralis, in qua erat Archidiaconus, & licet in executorialibus nulla fieret mentio excommunicationis, tamen nimis crassa & supina erat ignorantia causæ, propter quam fuerunt latæ in Rota tres sententiæ conformes.

Item ex relaxatione mandati executorij, pro expensis in vim trium sententiarum criminalium, sub die 18. Maij, eiusdem anni, quod fuit super quibusdam bonis mobilibus, eiusdem Pauli exequutum, maxime concurrente solutione expensarum vtriusque iudicij, tam facti in Rota, quàm coram Vicario, vbi nulla alia causa aderat, quam remissio sententiæ Farinacij, per quam solutionem expensarum controuerti non potest scientia Pauli sententiarum Rotalium & criminalium.

2 Nec dicatur de huiusmodi solutione † non constare, nisi per confessionem de recepto, quia licet hæc regulariter non probet solutionem, fallit tamen concurrentibus adminiculis, vt pluries decisum fuit, prout in hoc casu, tum quia confessio de recepto non fuit facta à principali, in quo adest maior suspicio fraudis, sed à procuratore, tum quia fuit facta per manus Notarij, & in præsentia testium, tum quia pro expensis coram Vicario procedebat exequutio facta in mobilibus, propter quam redditur verisimilis confessio, & cessat suspicio, quod fuit facta in præiudicium Pauli.

Neque potuit habere iustam causam credendi huiusmodi expensas fuisse factas in secunda instantia, coram Vicario, quia cum esset lata sententia à Farinacio reuocatoria sententiæ Vicarij, cum condemnatione alterius partis in expensis, donec hæc sententia Farinacij fuisset reuocata, non poterat relaxare mandata, contra ipsum pro expensis.

Quod autem potuerit prætendere nullitatem sententiarum, non excusat eum à contumacia, quia cum prætensio erat sine aliquo fundamento, alias hoc modo posset semper euitari insordescentia. Quod etiam suadetur ex testibus deponentibus, quod de an. 1596. Paulus propter censuras non accedebat ad ecclesiam, & quod habebatur pro excommunicato, & licet isti testes indefinite deponant de anno 1596. & in principio ann. 1596. verisimile est, quod adesset contra mensem August. 1596.

Eadem quoque scientia Pauli satis colligitur ex tot decisionibus, & sententijs tam ciuilibus, quàm criminalibus, quæ præcesserunt, in quibus iudicijs causa fuit acriter defensa ab eius procuratore à quo præsumitur de his omnib. certioratus, iuxta consil. Rom. 481. maxime cum procurator à sententijs appellauerit, & notabiles fecerit impensas, quas non est verisimile, quod fecerit de suo proprio, & notorius sit stylus, vt de omnibus, quæ in Curia geruntur, certiorem reddant principales, qui ad effectum, vt causa defendatur pecunias transmittunt ad Vrbem, vltra quod si sententia Farinacij debet suffragari Paulo, ex quo de illa præsumitur fuisse à procuratore certioratus, eodem modo debet præsumi certioratus de decisionibus, & sententijs reuocatorijs, præsertim cum continerent censuras, & alias pœnas.

3 Quod si attendantur prosequuta, satis † apparebit de contumacia Pauli, & de indurato animo, quo permansit in censuris, adsunt enim requisitiones ab eo factæ Capitulo, in quibus defendendo huiusmodi recursus, & approbando sententiam Farinacij, damnat opinionem illorum, qui dicunt recursus illicitos, quamuis sint Rotæ Auditores, & non obstante, quod Capitulum ei notificauerit sententias, tam ciuiles, quàm criminales, & decisiones contra eum factas, & denegaret ei, vti excommunicato tradere distributiones quotidianas, obtinuit nihilominus præceptum, vt Capitulum, & lites consortes abstinerent se, & renunciarent sententijs Rotalib. latis ob recursus, & ipsum ex causa non molestarent, cuius vigore Capitulum & lites consortes, ne tempore litem amitterent, coacti fuerũt facere quasdam separationes, cum diuersis protestationibus, & hoc quamuis sint gesta intra trienniũ probant nihilominus præcedentem scientiam Pauli, si enim, quando fuerunt ei intimatæ decisiones, & sententiæ destitisset à defensione in recursu, & impugnatione sententiarum, posset forsan intrare præsumptio ignorantiæ prius, ex quo habita vera notitia destitit, sed cum postquam habuit scientiam claram, & certum quod recursus erant illiciti, nihilominus noluerit desistere, oritur contraria præsumptio, quod etiam per prius habuerit istam scientiam, & tamen perseuerauerit.

Cum igitur ab intimatione executorialium, & solutione expensarum, quæ fuerunt de mensibus Maij, & Iun. 1596. vsque ad gratiam Ioannis, quæ fuit de mense August. 1599. intercesserunt tres anni, & amplius, remanet narratiua, quod insorduit per trienniũ, & satis hoc videtur fecisse suorum salutis, & honoris immemor, Deique timore postposito, stante supradicta contumacia, & proteruia, cum nouis contrauentionibus.

4 Non obstat, quod cum agatur de probanda scientia ad † effectum priuationis requiratur plena probatio, nec sufficiat præsumpta, ex dec. Mohed. 160. alias

4. de prob. Put.6. eodem tit.cum alijs allegat. quia licet regulariter id verum sit, tamen intelligitur, quando non concurrunt præsumptiones vehementes & vrgentes, secus verò, quando adsunt huiusmodi vrgentes præsumptiones, vt fuit resolutum in causa Mediolanensi,matrimonij,22. Mart.1574. coram Cotta. Nã nihil repugnat, quod requiratur plena probatio, & sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, quia ex his etiam potest oriri probatio concludens, prout late deducit & allegat Aym. cons.73.numer. 19. & cons.178. num.1.Decisiones ergo Putei, Mohed.& aliæ similes, quæ in contrarium allegantur, sunt intelligendæ, quãdo non concurrunt tales coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus possit oriri plena probatio, maxime cũ ista non sit materia criminalis, sed beneficialis, quę non sequirit exactissimas probationes, sed cõtentatur probatione ordinaria, dummodo sit plena & concludens secundum subiectam materiam, vt in causa Casalensi, Præpositurę,21.April.1597.coram bon.mem.Gypsio, vbi etiam fuit allegata decisio Accoramb.25. quæ hic affertur in contrarium.

In hoc autem casu non potest, quia ex supra deductis resultant vehementes præsumptiones scientię Paulli, ita vt verisimilitudo sit magna, & ad eam vehemen-5 ter animus iudicis appellatur, talis enim † dicitur vehemens præsumptio, secundum Bald. in rubr. C. de prob. num.4.

Nec etiam obstat, quod in pœnalibus non sufficiat 6 sola † notitia, nisi concurrat etiam intimatio. Mohed. d.decis.4. de prob.& 3.de dol.& cont.& 3. de sentent. excomm. quia id procedit, quando requiritur notitia non solum ad effectum scientiæ, sed etiam ad effectum, vt aliquid fiat, nam ad hoc requiritur intimatio, vt dicitur in d.dec.4. Mohed.

7 Neque etiam obstet, quod insordescentia † in excommunicatione non sufficiat, ad effectum priuationis, sed necessaria sit citatio post annum, ad se expurgandum, ex deductis, in causa Legobiensi, insordescentiæ, 5. Iunij, 1598. coram Reuerend. patre Dn. Decano, quia hoc procedit, quando agitur contra aliquem vti suspectum de hæresi, iuxta terminos textos in c. cum contumacia, de hæret.lib.6. quod si agitur contra excommunicatum, ex causa, quæ meretur priuationem, tunc ad effectum priuationis satis est, quod in excommunicatione insorduerit, iuxta notat. per Abbatem in c. de iudic.confer.ad c. Tholos.dec.365. & ita loquitur dec. Legobiens. Dom.mei Decani.

LANCELLOTTI.

Eluensis, Beneficij S. Saluatoris, Merc.30. Octob.1602.

ARGVMENTVM.

Residentia Episcopi ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 *Residentia Episcopi ex mora per dies aliquot in vrbe, facta animo reuertendi, non præsumitur.*

2 *Episcopus vt gaudeat alternatiua, an præsentia per mensem integrum in vrbe sufficiat.*

3 *Præsens non dicitur, qui corpore in loco est, mente autem abest, & animo.*

DECISIO DCXIII.

DOmini indicarunt, non esse locum arbitrio, quia illud conceditur ad suspendendam, non retardãdam executionem iam factam, vt fuit sæpius dictum, & signanter in Auriensi, Parochialis, coram Reuerend. Patre Domino meo Lancellotto, 23. April.ann. 1600.& in.N. Parochialis, 2. Decemb. præteriti, coram Reu.patre Domino meo Sacrato. Nec est verum, quod obijcitur, executionem esse factam pendente appellatione, & quando esset facta non ex clausula, arbitrio, sed alia via esset reuocanda, eo minus dixerunt intrare arbitrium, cum Breue sit satis iustificatum, quia vacatio in mense Aprilis, quæ fuit posita in conditione, & in confesso apud partem, ex quo resultat notoria reseruatio, quæ non tollitur per alternatiuam Episcopo concessam, & ab eo acceptam, quia non probatur residentia, quæ requiritur, vt Episcopus eius priuilegio gaudeat, imò apparet de eius nõ residentia, & sicut A. C. assompsit partes iudicis in admittendo exceptionem alternatiuæ, ita etiam debuit assumere in agnoscendo, an vere & personaliter resederit, iuxta eius formam, vt in simili fuit decisum in vna Eluensi, prioratus, 12. Oct. coram Sanctiss. Quod autem Episcopus non resideret, licet de tempore vacationis fuerit præsens, patet, quia propter officium summi Inquisitoris, quo fungebatur in Ciuitate Vlysbonensi, vbi continue permanebat, licet aliquando ex certis temporibus visitaret Ecclesiam Eluensem, vbi per aliquot dies morabatur, exercendo munia episcopalia, prout contingit de tempore vaca-1 tionis, vnde ex † mora, quam fecit in ciuitate Eluensi, animo reuertendi, prout reuersus fuit ad ciuitatem Vlysbonensem, non potuit pro residente haberi, l.1.§. habitatore. ff. de his, qui deiec. vel effud. l. postliminij. §. captiuus. ff. de captiu. & postlim. reuer. & fuit in hac causa decisum 22. Mart.1599.coram Reuerend.patre Dn. meo Mellino, ex traditis per Arcbid. in c. licet canon.nu.5. de elect.in 6. & per Corn.cons.244.nu.18. & 19. lib.2.

Facit, quia cum non diceretur recessisse à ciuitate Vlysbonensi, à qua recesserat animo reuertendi, l.qui fugitiuus. ff. de ædil. ed. §. in his autem animalibus, Instit. de rerum diuis. & ita adhuc in Ciuitate diceretur residere, Ioan. Andr. vbi sup. Cardin. in clem.1. quæst. 11. de foro competent. & potuit eo tempore haberi pro residente, etiam in Ciuitate Eluensi, gl. & Dd. in c. non potest de præb. lib. 6. cum alijs allegat. per Rip. resp.14. num.32. in tit. de leg. & consu.

Non obstat decisio in causa Fauentina, Canonicatus, coram Illustriss. Cardinali Blancherto, quia illi respondetur in decisione Domini mei Mellini, verum esse sufficere præsentiam Episcopi, per mensem integrum, ad 2 effectum, vt † gaudeat alternatiua, sed debere intelligi de tali præsentia, quæ sit cum animo ibi permanen-3 di, quia non dicitur, quis esse, vbi est corpore, † si mente & animo abest, l. postliminij, §. captiuus. ff. de captiu. & postl. reu. cum alijs alleg.

Ad id, quod dicitur, animum Episcopi non posse cognosci, cum sit imperscrutabilis, respõdetur, quod imò satis in casu nostro declaratur, ex præcedẽtibus & subsequentibus, l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & à solito Aym. cons. 20. num. 7.

Nec placuit Dominis nullitas deducta ex defectu terminorum substantialium, quia executio Breuium & literarum habet suos terminos ad docendum paruisse primo pro primo, secundus pro secundo, vsque ad quartum terminum, & ibi essent aliqui termini male seruati, omnis defectus fuisset sanatus ex reiteratione, quæ fit in citatione ad sententiam, Cassad. dec. 8. in fin. de rescr. Caputaq. dec. 149. p. 3. & fuit decisum in Sabinensi, Pensionis, coram Illustriss. Cardinali Mantica, 17. Decemb. 1595.

LITTÆ.

Mutinensis, Canonicatus, Vener. 15. Nouemb. 1601.

ARGVMENTVM.

Resignatio vt valida, & efficax habeatur, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Dispositio Concilij Tridentini per æquipollens adimpleri non potest.*

2 *Resignans possessione sua spoliatus, super spolio agere potest.*

DECI-

DECISIO DCXIV.

FVit resolutum, Canonicatum, de quo agitur, spectare ad Annibalem Butellum, quia non valuit ab initio resignatio de illo facta, ad fauorem Bernardi Violæ, non facta expressa mentione illius qualitatis, quod ipse scilicet fuisset ordinatus ad titulum, dicti Canonicatus, iuxta dispositionem Concilij Tridentini, session. 21. cap. 2. de reformat. cuius inquam di-1 spositio non etiam † potest adimpleri per equipollens, vt fuit tentum in illa Aretina, plebis, 4. Decembr. anno 1600. coram Domino meo Mellino, & hoc Concilij decretum Illustrissimi Interpretes illius declararunt habere etiam locum in resignatione facta in causa permutationis, qualis est ista, de qua agitur, vt ex resolutione in hacmet causa facta constet, cuius copia data fuit, vnde cum ex resignatione nulla ab initio, nō abdicatur aliquod ius à resignante, Caputaq. dec. 215. p. 1. Put. decis. 48. numero 2. lib. 1. & in tantum vera 2 sit hæc conclusio, quod si resignans spoliatur sua † possessione, possit agere spolio, Caputaq. decis. 342. lib. 1. in manuscript. Put. decis. 158. lib. 3. & in terminis resignationis factæ ex causa permutationis, tenuit Rota in illa Hispalensi & Lauriensi, permutationis, 4. Decembr. 1595. coram bon. mem. Gypsio, & in Barchinonensi Parochialis, 10. Dec. 1601. coram Domino meo Sacrato, ideo, &c.

Nec facit, quod dicta permutatio non habuerit effectum, culpa ipsius Annibalis, quia in examine fuit reprobatus.

Quia etiam, quod fuisset approbatus, nullitas ipsa resultans ex dispositione dicti Concilij non cessasset.

Minus facit, quod Anibal ob non publicationem dictæ resignationis, videatur amisisse omne ius, stante cōmissione Gregorij XIII. de publicandis.

Quia huic motiuo patet congrua responsio ex deductis, in decis. Aretina, plebis, ad quam Domini se remiserunt.

SERAPHINI.

Maioricensis, Sacristiæ, Merc. 26. Iun. 1602.

ARGVMENTVM.

Reseruatio & Vacatio Sacristiæ ratione mensis, ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1. *Prouisio dignitatis licet Episcopo, & Capitulo communis sit, ex consuetudine tamen, vel reseruatione mensis ad solum Episcopum spectare potest.*
2. *Probatio per famam sufficiens est, si incidenter pertinentia collationis inter prouisos agitur.*
3. *Declarationi facta à Capitulo de rebus ad Capitulum spectantibus, plurimum tribuendum.*
4. *Effectus prouisionum ordinarij non tollitur, nisi de earum non iure constet.*
5. *Prouisiones Apostolicæ statum Ecclesiarum non mutant.*

DECISIO DCXV.

FVit per Dominos resolutum, constare de reseruatione Sacristię, ratione mensis, quia vacauit in mēse Aug. qui desierat esse reseruatus, propter alternatiuam, qua tunc gaudebat Episcopus, ad eius liberam collationem spectabat dispositio huius dignitatis, vt legitur in regula Cancellariæ, & fuit decisum in causa Tarraconensi Sacristiæ, 9. Iun. 1600. coram Domino meo Iusto.

1 Quamuis enim prouisio dignitati † ecclesiæ Cathedralis soleat esse communis Episcopo cum Capitulo, potest tamen ex consuetudine, vel concordia, seu alio mense esse solius Episcopi, iuxta decis. Cassad. 22. de præben. ex multis autem, quæ deducuntur, visum fuit Dominis, satis probari, in hoc casu spectare ad Episcopum solum, & præcipue ex testibus, quorum aliqui fuerunt examinati ab Hieronymo, qui bene probant publicam vocem, & famam, quod cessantibus reseruationib. collatio dignitatum huius ecclesiæ pertinet solum ad Episcopum, absq; interuentu Capituli, & ista probatio per famam est sufficiens, quando prout hic, 2 incidenter † agitur de pertinentia collationis, inter prouisos etiam, quo ad inferiorem ab ordinario, Dec. in c. 1. nu. 14. de app. Rot. dec. 3. de prob. in Nou. Ægid. dec. 370. & tanto magis ad fauorem ordinarij, & eius prouisi, vt per Rot. & Aegid. vbi supr. quod procedit etiam contra prouisum Apostolicum, vt dicit Cassad. decis. 1. lib. sed alius habens à Papa, & c. de prob. Caputaq. decis. 137. p. 1.

Et cessat difficultas, quando cum fama concurrunt adminicula. Cassad dec. 1. ibi, nisi forma esset adiūcta, &c. quæ adsunt ex declaratione Canonicorum, qui quamuis interessati Capitulariter congregati affirmādo prouisionem dignitatum Ecclesiæ Maioricensis, excepto Archidiaconatu, cessantibus reseruationibus pertinere ad meram & liberam dispositionem Episcopi, absq; eo, quod Capitulum vnquam præstiterit consensum, vel assensum, aut vllo modo se intromiserit in illorum prouisione, in qua asserunt nullum ius dicto 3 Capitulo pertinere, & huic declarationi † plurimum tribuendum est, cum à Capitulo facta sit, de eo, quod ad Capitulum pertinet, ad not. per Paul. de Castr. de off. & potesta. capituli. p. 1. q. 3. nu. 10.

Maxime, quod similis declaratio fuit postea iudicialiter repetita, in responsione facta ad monitorium, sibi pro parte Hieronymi intimatum, vbi Capitulum requisitum pro traditione possessionis, respōdit id frustra, & absq; vlla causa, & effectu operandi à se peti, cum ipsi nil commune habeant, cum hac dignitate Sacristiæ, neque aliquid ius in ea habere prætendant, neque vllum interesse, aut aliquod ius mere, vel simul cum ordinario, vel cum alio ad ipsum pertineat, quandoquidem solitus est Episcopus, vel eius Vicarius cōferre dignitates huius Ecclesiæ, absque consenso, & interuentu Capituli, & ista geminata confessio multum attenditur. l. Babsta. ff. ad Trebellianum.

Confirmatur etiam ista probatio, ex testibus in Curia examinatis, qui deponunt de collationibus à solo Ordinario, absque Capitulo factis, & effectum sortitis, de simili dignitate eiusdem ecclesiæ, Præcentoria nuncupata, ex quibus arguitur, quasi possessio Episcopi conferendi alias similes dignitates, in quibus eadem est causa possidendi. Bal. in l. 1. numero 24. C. de emancip. liber. Socin. consil. 111. numer. 4. lib. 1. Aym. consil. 55. numero 1. versicul. sed respondeo. & fuit resolutum in causa Hispalensi, iuris vocandi, coram bon. memor. Cantuccio, diebus Februar. 1576. numero 2. & sequent. Et postea in causa Assisiensi Canonicatus, 14. Iun. 1600. coram Domino meo Sacrato, vbi quod isti, quasi possessio attenditur etiam ad excludendas reseruationes Apostolicas, iuxta cons. Calderini 23. de præbend. sæpius per Rotam approbatum, vt per Mohed. decision. 79. alias 8. de priuileg. Put. decision. 206. lib. 1. Thom. de Tan. decision. 31. cum simil.

De effectuatione autem prædictarum prouisionum non videtur dubitandum, quia illæ sunt exhibitæ in actis, & prouisi vigore earum assequuti sunt possessionem Præcentoriæ, & in illa præsente, & non contradicente Capitulo permanserunt vsque ad obitum. Neque aliquid facit, quod obtinuerunt nouas prouisio-4 nes, à Sede Apostolica, quia non adeo tollitur † effectus prouisionum Ordinarij, nisi aliter constet de earum non iure, decision. 1. Achill. part.... numero 4. de concess. præb. & faciunt notat. per Sarnen. Curo. quęst. vltim. in fin. maxime, quod nouæ prouisiones non fuerunt obtentæ ex eo, quod solus Episcopus conferre non potuisset, sed quia in vna consuluerat Io. de Miranda, qui non erat oriundus illius ciuitatis, & insulę,

sed extabat contra formam statuti, à Sede Apostolica confirmatus, & vt se eximeret à venationibus, concordauit cum suo Ordinario, & obtinuit nouam prouisionem, & in alio habente aliud beneficium incompatibile, qui vt illud, quod dimittendum erat, posset retinere, obtinuit nouam prouisionem, cum facultate vtrumq; retinendi.

Accedit etiam, quòd hæc Sacristia, quæ ab annis 40. & vltra, nunquam vacauit in mense Ordinarij, de anno 1589. tanquam comprehensa in alternatiua, fuit collata per Sedem Apostolicam, de mense Martij, qui circumscripta alternatiua erat ab ordinario collata Nicolao, tanquam reseruata, ratione mensis propter alternatiuam, qua tum gaudebat Episcopus, & ista prouisio habuit effectum, cum per eius obitum fuerit prouisus Aluarus, ex cuius persona hodie vacat. Oldradus consil. 289. nom. 1. & quamuis dici soleat, quod 5 † prouisiones Apostolicæ non mutant statum, illum tamen corroborant, & declarant, quando non constat de statu contrario vt fuit dictum in causa Tiraconensi, Iuris præsentandi, 16. Mart. ann. 1592. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto.

P A M P H I L I I.

Romana, clericatus S. Petri, Merc. 27. Nouembr. 1602.

A R G V M E N T V M.

Diuisione mensium vel hebdomadarum reseruatoriarum, facta inter Archipresbyterum, & Capitulum, vacante beneficio tempore Archipresbytero reseruato, collatio ab eo recte, & valida facta dicitur.

S V M M A R I A.

1 *Reseruatio quo ad beneficia Vrbis in Curialibus ijs, qui in vrbe degunt, ratione domicilij vel originis, an locum habeat.*

2 *Curialis quis dicatur.*

3 *Appositio manus Papæ in resignatione intelligitur respectu illius vacationis, non autem respectu vacationis futuræ.*

4 *Clausulæ gratiæ Papalis, dummodo collatio ad nos pertineat, efficacia.*

5 *Gratia effectum subrogationis non operatur, nisi iustificetur.*

D E C I S I O DCXVI.

DOmini resoluerunt Clericatum, de quo agitur spectare ad Paulum prouisum ab Archipresbytero S. Petri. Constat enim in plurib. priuilegijs diuersorum Pontificum collationem clericatuum dictæ Ecclesiæ spectare ad Archipresbyterum, & Capitulum coniunctim, licet ratione maioris commoditatis inter eos sit facta diuisio per Thurnum, vt late fuit deductum in causa Romana beneficiatus, 28. April. 1595. coram bon. mem. Gypsio.

Cum igitur ista vacatio contigerit in Thurno Archipresbyteri, eius collatio attenditur, Ioan. And. in c. tamen in illis. num. 6. & 16. Gem. in c. si verò, numer. 1. de probat. num. 6. & absq; alia iustificatione narratorum, cum versemur in collatione inferioris, quod motu proprio prouidit ecclesiæ, non personis, Card. in clem. 2. col. fin. sub num. 3. de off. ord. Fel. in c. ad aures, num. 15. de rescr. Silu. de benef. p. 3. q. 12. nu. 75.

Præsertim, quod Paulo, qui est reus, & possessor sufficit, excludere Cæsarem, actorem per non ius, etiam quod ipse nihil præstet. l. loci. §. si competit. ff. si seru. vind. l. fin. C. de rei vend. Prouisio enim Apostolica, qua nititur, ei non suffragatur, quia est facta tanquam de reseruato per obitum Diomedis apud Sedé, quod non iustificatur, Rom. consil. 335. numero 11. & 14. Gem. in consil. 36. Cassad. 5. de præb. par. ead. & adest decisio in causa Cordubensi, Cantoriæ, 5. Maij, 1559. coram Chiroga, & sæpius fuit in alijs causis resolutum.

Quamuis enim Diomedes obierit in vrbe, ibi tamen degebat ratione domicilij, quod sortiebatur propter beneficium, quod personalem residentiam requirebat, Innoc. in c. ..... sub numero 2. vers. alij autem sæculares. de priu. Bald. in l. senatores. ff. de sent. Felyn. in c. dilectus, il 2. numero 4. de rescript. & sic cessat reseruatio vacationis apud Sedem, ex c. 2. de præben. in 6. & ex regula 5. reseruatius, quia ista reseruatio, 1 † quo ad beneficia vrbis non habet locum in ijs, qui in vrbe degunt, ratione originis vel domicilij, nisi etiam Curiam sequantur, & Curiales existant. c. præsenti. §. fine. vbi gl. in verb. origin. Io. Monach. numer. 1. Archid. num. 3. But. 2. num. 5. Anchar. & Gem. in pr. & Franc. sub num. 4. vers. sed adde, de præben. in 6. & in terminis Cappellaniæ S. Petri, Aegidius decis. 655. & Simonet. de reseruat. quæst. 20. sub num. 3. quod au- 2 tem iste Diomedes fuerit Curialis † non probatur, neque talis dici potest, ex eo, quod alias fuerit Sacristanus, in Ecclesia Lateranensi, & postea inseruierit Ecclesiæ S. Petri, quia Curialis ad hunc effectum dicitur ille, qui Pontifici aut Cardinalibus, vel Officialibus Curiæ Romanæ inseruiunt, aut alias occasione Curiæ in Vrbe commorantur, gloss. in c. 1. in verb. Curialibus. 51. dist. Mandos. super reg. 5. quæst. 1. nu. 18. vers. concludo igitur.

Non obstat, quod ex clausulis generalibus, siue præmisso, siue alio quouis modo, &c. possit Cæsar capere alias vacationes, iuxta not. in c. susceptum. de rescr. in 6. Rot. dec. 1. & 17. eodem tit. in Nou. quia non restragantur, nisi verificata saltem de facto ista reseruatione, ex vacatione apud Sedem Apostolicam, quę est dispositiue narrata per obitum Diomedis, qui Curialis existens obijt in vrbe, in qua proprium domicilium non habebat, & sic intrat decisio Salamantina, Archidiaconatus, de Alua, coram bon. memor. de Rubeis, de anno 1581. sæpius approbata in diuersis causis, stante clausula restrictiua, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, quæ ostendit Papam noluisse de beneficio præuidere, nisi quatenus reseruatum existat. Paris. de pot. Cap. Sed. vac. in 7. prælud. sub num. 19. Simonet. de reseru. q. 61. num. 1. & fuit resolutum in vna Lancinensi, Cantoriæ, 14. Octobr. 1599. coram Oradino.

Et hinc tollitur, quod dicebatur Papam, vt Episcopum vrbis conferre beneficia Vrbis, Sarn. de trieno. quæst. 31. num. 147. quia stantibus priuilegijs potest etiam Archipresbyter huiusmodi clericatum conferre, & in hoc casu constat noluisse concurrere cum Archipresbytero, sed tantum voluisse conferre clericatum Cæsari, quatenus esset reseruatus, postquam suam portionem restrinxit, dummodo relatio ad ipsum hac vice spectaret, vt habetur in dict. decis. Tiraconens.

Non obstant aliæ reseruationes, quia illa quæ deducitur ex regula 7. reseruatoria beneficiorum, S. Petri, est restricta ad Canonicatus, præbendas, ad dignitates, personatus, & officia, & non comprehendit clericatus, in ea non expressos, quorum collatio est Archipresbyteri, & Capituli, ex priuilegijs diuersorum Pontificum, & antiquissima obseruantia.

Alia affectio ex appositione manus Papæ in resignatione facta ad fauorem Diomedis cum impositione pensionis, iuxta opinionem Guglicl. de Mont. super pragm. Sanct. quam referunt Sarn. de trieno. quæst. 31. numer. 6. & Simon. de rescript. quæstion. 62. non placuit Dominis, quia appositio manus Papæ in resi- 3 gnatione † intelligitur solum respectu illius vacationis, vt resignatio suum sortiatur effectum. Sarnen. consil. 136. & tenuit Rota coram Blanchetto, in causa Ind. beneficij, de Iapag. die 15. Iunij. 1578. non autem operatur respectu futuræ vacationis, vltra quod ille Doctor Gallus, de cuius opinione dubitant Sarnens. & Simon. in locis supra citatis, loquitur in casu,

sa, quando duo contendunt super beneficio, & Papa pro bono pacis apponit manũ,dãdo vni beneficium,& alteri pensionem,qui non est casus noster,& eius dictũ non potest generaliter intelligi, quotiescunq; in resignatione imponitur pensio, quia omnia beneficia resignata cum pensione essent reseruata, quod repugnat communi stylo,& obseruantiæ.

Non obstat, quod quando gratia Apostolica sit sub eod. data,& ideo præferenda,c.si à sede.de præb. in 6. quia cum fuerit facta tanquam de reseruato,cum clau4 sula, *dummodo † collatio ad nos pertineat*, constat Papam ita demum voluisse disponere de clericatu, quatenus sit reseruatos,ex Pau.Simo.& alijs citatis, & sic cessat concursus, vltra quod Paulus habuit possessionem,cuius ratione præferendus. Dec.in d.c. si à sede.§. 1. Mohed.dec.8. de præb.

Non obstat clausula gratificationis, quæ non tollit priuilegium possessionis,Put.dec.299. lib.2.

Non obstat,quod dicitur,priuilegia Archipresbyteri fuisse reuocata, per Gregorium XIV. in sua reuocatione Indultorum Cardinalium, quia loquitur de Indoltis conferendi beneficia vacantia apud Sedem, & non capit facultatem concessam Archipresbytero, iure ordinario, quo ad beneficia reseruata, vt in d.reg. legitur.

Non obstat quod in gratia Cęsaris fuerit derogatum priuilegijs S. Petri, & adsit decretum irritans,cũ alijs clausulis,quia ista omnia,tanquam accessoria ad ipsam gratiam recipiunt easdem conditiones, quas ipsa recipit,quatenus scilicet clericatus sit reseruatus, & aliter nihil operantur,Dec.cons. 142.in fin.Put.decis. 1.lib.1. Gab.de clausconcl.3.nu.28.

Non obstat subrogatio gratiosa Cæsaris,quo ad possessionem Diomedis, quia cum nulla adsit reseruatio, neque lis, ista non dicitur propria, & vera subrogatio, Sarn. super reg.de subrog.in fin. procem.& non opera5 tor effectum † subrogationis,nisi iustificetur, Vital.in clem.1.nu.4.de præb.Moh.dec.3.vt lit.pend.n.2.quicquid alias dicendum sit, si beneficium fuisset litigiosum,seu reseruatum,iuxta distinctionem alias factam, in causa Burgensi, de Pancor. de anno 1588. cor. bon. mem.Gypsio.

MELLINI.

Romana, Cappellaniæ S.Petri.Lun.9.Dec.1602.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica iustificata executioni est demandanda.

SVMMARIVM.

1 *Clausula dudum, & clausula, dummodo ad nos dispositio hac iure pertineat, quando rescriptis Pontificalibus apponantur.*

DECISIO DCXVII.

DVbitaui, an sit locus executioni literarum Apostolicarum,ad fauorem Iosephi,cuius dubij resolutio pendet à iustificatione gratiæ, & quoniam in ceteris gratia est iustificata, difficultas fuit restricta ad vacationem,circa quam Domini concluserunt, qualiter in gratia Iosephi narratus obitus Diomedis apud Sedem ad effectum exprimendi vacationem per obitum, tamen gratia non est restricta ad istud caput reser1 uationis, nec in ea est apposita clausula, † *dudum*, nec alia clausula, *dummodo ad nos dispositio hac iure pertineat*, quæ solent apponi, quando Papa vult facere gratiam de beneficio mandati reseruato, & solum gratia est fundata in eo, quod ista Cappellania vacauit per obitum Diomedis, & quod propter fundationem & dotationem istarum Cappellaniarũ factam à S. mem. Greg.XIII. collatio, & omnimoda dispositio illarum, quouis modo vacent, spectent ad Summum Pontificem. Et hoc apud Dominos non habuit difficultatem, quoniam ista est propria Cappella fundata, & dotata à Summo Pontifice in tot locis montium emptis ad hunc effectum & in ipsa erectione declaratur, quod intendebat facere ordinationes, circa dispositionem istarum Cappellaniarum, derogando in speciem priuilegijs concessis, Archipresbytero, & Capitulo, & per istam reseruationem ordinandi pro dispositione Cappellaniarum, sua derogatione priuilegiorum satis aperte declaratur, non fuisse eius intentionis, quod collatio spectaret ad Illustriss. Archipresbyterum, & Capitulum,quia istæ Cappellaniæ debebãt spectare ad collationem Archipresbyteri, & Capituli sicut alia beneficia, non erat necessaria alia noua dispositio,& quamuis postea Gregorius fel. mem. non fecerit istas ordinationes circa dispositionem, tamen sufficit ad istum effectum, quod non intellexerit hanc dispositionẽ dare Archipresbytero, quoniam cessante facultate Archipresbyteri illæ remanent in dispositione Pontificis, & hoc comprobatur ex obseruantia subsequuta, cum ideo Pontifex de huiusmodi Cappellanijs prouiderit.

Et propterea cum gratia Iosephi sit iustificata, Domini concluserunt literas apostolicas esse exequendas.

SERAPHINI.

Tarraconensis,Pensionis,Lun.10. Octob.1594.

ARGVMENTVM.

Pensio an morte reseruatarij, in cuius fauorem est reseruata, extincta censeatur.

SVMMARIA.

1 *Pensionem extinctam dicenti onus probandi incumbit.*

2 *Liber Dataria an fidem faciat, & 3.*

DECISIO DCXVIII.

FElic. record. Gregorius XIII. anno 1582. contulit Archidiaconatum S. Fructuosij in Ecclesia Tarraconensi, Reuerend. Domino Doctori Michaeli Camicer, reseruata pensione scut. quingentorum, super fructus Archidiaconatus in personam Domini Antonij Ioannis Gironæ,contemplatione tum bonor.mem. Cardinalis Comendoni, Et Dominos Michael obligauit se in forma Cameræ dedit que schedulam Bancheriam, prout in similibus pensionibus fieri solet. Fuit hæc pensio viuo Cardinali soluta,sed post eius obitum cum prætenderet Reuerend. & Illustriss. Dominus Abbas Caupus, dicti Domini Cardinalis sororis filius, dictæ pensionis vtilitatem & commodum ad se spectare, & eadem exigere tentaret, econtrario verò Michael prætenderet extinctam esse morte Cardinalis, tandem res fuit deducta in iudicium, & cum status causæ in hoc versaretur, An constaret pensionem fuisse reseruatam ad fauorem & commodum D. Abbatis, & hinc inde moltæ deducerentur coniecturæ, proposui hunc articulum in Rota, & re discussa, maior pars Dominorum censuit constare pensionem reseruatam fuisse ad commodum D. Abbatis excitatum onus probandi pensionem extinctam morte Cardinalis incumbere Michaeli,& consequenter docere debere commodum pensionis ad eundem spectare, & quamuis plures ex Dominis starent pro parte Abbatis, eo potissimum fundamento, quia exigebatur pensio nomine Ioannis Gironæ reseruatarij viuentis, qui habebat gratiam suam clatam, & obligationem Michaelis in forma Cameræ, cui nihilatiue opponi poterat, qoam extinctionem ex persona eius, ad quem 1 vtilitas spectabat: ideoque videri † onus probandi extinctionem alleganti incumbere, l. qui dicit. cum vulg. de probat. tamen in contrarium deducebatur esse in confesso, hanc pensionem non fuisse reseruatam ad vtilitatem Gironæ, vt ipsemet fatetur, sed alterius personæ, non nominatæ propter pragmaticas Hispaniarum, omissa hac disputatione fuit actum tantummodo de probationibus, ex coniecturis, quæ

hinc inde deductæ fuerunt. Et quidem pro parte Reuer. D. Abbatis, pro præcipuo fundamento intentionis suæ allegatus fuit † liber Datariæ cōscriptus à quondam Petro Antario, tunc temporis ministro Datarij, in quo in margine è regione huius pensionis ibi notatę repetiuntur hæc verba, *Nepoti Cardinalis Comendoni intuitu ipsius Cardinalis*.

Coadiuuatur hæc probatio ex solutionibus postea sequutis, nam prima dempta, quæ fuit facta Cardinali, ceteræ fuerunt factæ Domino Abbati, nempe solutio 500. scut. sub die 26. Mart. 1584. facta à Cæsare Bosil, Dominis Caualcantibus ex ordine Dom. Abbatis, vt cātat partita extracta ex libris Dominorum de Caualcantibus & alia sub die 3. Septembr. eiusdem anni 1350. scut. solutorum per Cæs. Bosil, de ordine Ioan. Gironæ Dom. Abbati & deinde de ordine Domini Abbatis, Philippo Antenoro, & Andreæ de Alemannio, & demum ex alio ordine Domini Ioan. Gironæ, vt fuluerentur terminos Mar. 1575. Domino Abbati, qui tamen non fuit solutus, quia tunc obierat Cardinalis, & Archidiaconus cœpit prætendere extinctam fuisse pensionem, tamen hinc colligitur declaratio Ioan. Gironæ, qui erat conscius, ad quem spectaret pensio, neque alias fuisset post obitum Cardinalis, daturus hunc ordinem.

Econtrario pro parte Archidiaconi, deductum fuit ex pluribus constare commodum pensionis, spectasse ad Cardinalem. Primò, quia Apostilla cantat intuitu Cardinali, secundò, quia statim post reseruationem adueniente primo termino solutionis ea fuit soluta Cardinali, vt apparet ex partitis Cæsaris & Philippi Antenori, & Andreæ Alemanni, tertiò, quia solutiones factæ Domin. Abbati fuerunt postea per eundemmet positæ ad computum Cardinalis, quæ res arguit ipsum recepisse eas non tamen nomine proprio, quam Cardinalis.

Neque obstare annotationem illam, quæ reperitur 3 in libro † Datariæ, quia liber ille est liber priuatus, & qui non facit fidem, vt videtur alias sensisse Rota in Pampilonensi, pensionis, coram bon. memo. Bubalo, & dato etiam, quod ei esset fides adhibenda, cum non contineat nomen proprium Abbatis, sed tantum scriptum sit, Nepoti Cardinalis, propter incertitudinem non concludit, l. duo sunt Titij. de test. tut. l. non hoc. C. vnd. legit. cum simil.

Præterea cum contemplatione Cardinalis fuerit reseruata pēsio, vtique requirebatur eius declaratio, quę cum non appareat, remanet, vt voluerit pro se illam habere, quod obseruantiæ supra consideratæ conuenire videtur, ad Dec. cons. 543. num. 4. Paris. consil. 17. nu. 17. lib. 4.

His tamen non obstantibus, Domini priorem opinionem amplexi sunt pro Domino Abbate, ea potissimum ratione, quia existimabant libro Datariæ esse fidem adhibendam, cum & liber & manus Petri Antonij fuerint recognita, & cum scriptus sit per Officialē ad id deputatum, ad not. per Bart. in l. argentarius, & in l. quædam. de edend. & in l. Titiæ textores, de leg. 1. quod etiam sentit Rota in eadem Pampilonensi, coram Reuerendiss. patre Domino Gypsio, anno 1585. 1586. & in causa Carthaginensi, 11. Maij 1592. coram Reuerendiss. Patre Dom. meo Pena, & cum reseruationes huiusmodi fiāt supposita alterius personæ, propter pragmaticas, non potest aliunde haberi veritas, quam ex huiusmodi libris, & quinternis, quo casu ratione publicæ vtilitatis necesse est, vt eis fides habeatur, vt dicitur de testibus familiaribus admittendis ad probandum id, quod domi gestum est, quodque per alios probari non potest. Bart. in l. sancimus. §. licentia. Cod. de iure deliber. & in l. consensu. §. 1. Codic. de diu. plura congerit Par. de Synd. §. testis & Lambert. de iure patr. artic. 12. quęst. 10. num. 7. 2. par. lib. 2. alias semper in incerto esset, ad quem spectaret pensionis commoditas, in graue præiudicium eorum, qui eam soluere tenentur.

Ex annotatione verò illa, in qua habentur illa verba contemplatione Cardinalis arguitur non fuisse reseruatum ipsi Cardinali, non enim diceretur, contemplatione ipsius, si in ipsomet resideret pensionis commodum, Bar. in l. si mandatum. C. de neg. gest. & in l. si pupilli. §. item quæritur. ff. eod. Bald. in l. cum aliquis. iur. not. C. de iur. delib.

Neque obstat, quod non fuerit expressum nomen proprium nepotis, quia cum per testes probatum fuerit, de illo tempore nullum alium extitisse in rerum natura, nepotem Cardinalis, præter Abbatem, hæc demonstratio de necessitate ei applicari debet neque locum habere potest d. l. duo sunt Titij, cum sic excludatur pluralitas, & aliorum existentia; sed neque etiā in illa lege excluditur probatio, per quam res per se incerta ad certitudinem redigi potest quod optime cōuenit huic negotio, hunc enim nepotem ab auunculo educatum, & vti filium ab eo tractatum fuisse est notissimum, & procurasse eidem Abbatiam, & reliqua omnia beneficia, per eum possessa, quæ maluit in eius personam collocare, quam per se retinere.

Neque obstat, quod Cardinalis primum terminum perceperit, quia cum omnia bona nepotis administraret, hanc etiam pensionem exegit, & ideo eos quoque terminos, quos Abbas exegit, nomine proprio curauit idem Abbas poni ad computum Cardinalis, cum nulla habeat computa, neque rationes distinctas, & separatas à rationibus Cardinalis, qui omnia administrabat, & ita tolluntur ea, quæ in contrarium super hac re considerata fuerunt.

Neque obstat, quod Cardinalis, cuius contemplatione fuerat reseruata pensio, non declarauerit ad quē spectaret, quia ex libri annotatione apparet de contrario, cum ibi exprimatur persona nepotis, quod sine ipsius declaratione & voluntate fieri non poterat, & sane ex vsu patrisfamil. arguere possunt, Cardinalem voluisse eadem ratione pensionem collocare in personam nepotis, qua etiam cetera beneficia maximi valoris collocauit.

Non obstat, quod soleat expediri mandatum in rem suam, ad fauorem illius, cui pensio inseruit, quia hoc sæpissime omitti solet, neque huic casui applicari potest, cum non ostendatur fuisse tale mandatum expeditum ad fauorem Cardinalis.

Vltimo non obstat, decisio Pampilonensis, coram Domino Bubalo, quia dato, quod esset vera tamē admittit probationem libri concurrentibus adminiculis, quæ hic adesse Domini censuerunt.

G Y P S I I.

Vrbinatensis Iurisdictionis, Merc. 4. Maij 1594.

A R G V M E N T V M.

Abbati facultatem congregandi Synodum competere, ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1 *Ordinarius loci alicuius ex quibus quis præsumatur.*

2 *Ius congregandi Synodum est de iurisdictione diœcesana.*

D E C I S I O DCXIX.

Sententia de partibus declarabat ius congregandi Synodum ad Reuerendiss. Abbatem Castri Durantis, ex priuilegio Apostolico pertinere, propterea ei licere concursum instituere, & de Parochialibus in dicto Castro, & eius districtu vacantibus prouidere, idcirco causa appellationis mihi commissa, dubitaui, An ita constaret de bono iure prædictæ sententię, vt illius executioni locus esset, & Domini dicta die, vna tātum parte informante, partē affirmatiuam sequuti fuerūt, quoniam ex claris verbis priuilegij constat Abbatem esse exemptum ab omni iurisdictione, & lege diœcesana

sanæ Archiepiscopi Vibinatensis, & habere iurisdictionem in homines & terras de quibus agitur, quo fit, vt 1 ipse censeatur † ordinarius prædictorum hominum, & locorum, Gem. in c. ordinarij. il 1. num. 5. & ib. Ioan. Monach. de off. ord. n. 5. lib. 6. Abb. in c. cum contingat. num. 5. de foro comp. & fuit alias resolutum in Salamantina, iurisdictionis. Vnde cum congregandi Syno 2 dum facultas, sit † de lege seu iurisdictione diœcesana, siue participet de vtroque secundum gl. in c. dilectus. in ver. de leg. iurisdictionis. de off. ord. Innoc. in cap. 2. num. 2. in fi. de statut. mon. Card. in c. dilectus. q. 2. & in c. conquerente. in 50. requis. de off. ordin. semper illud ad Abbatem pertinet, per allegata.

His accedit, quod Abbas Synodum alias legitime congregauit, concursum instituit, & est in ista quasi possessione, vt patet ex iuribus in Summ. num. 3. & 5. in hac enim materia quasi possessio multum operatur, Abb. in c. cum contingat. nu. 18. de for. compet. Henr. Rot. de Syn. episc. par. 2. nu. 41. Præterea sacra congregatio Concilij Tridentini, cum istis præsuppositis declarauit, ius instituendi conuentum, ad Abbatem pertinere, vt in copia, quæ datur.

CORDVBÆ.

Iudensis, beneficij de Rosal, Vener. 9. Iun. 1595.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur, si ex calumnia peti sit suspicio.

SVMMARIA.

1 *Confitens omne id, sine quo id, quod fatetur, esse nequit, videtur confiteri.*
2 *Possessio triennalis per citationem nullam interrumpitur.*
3 *Remissoria ex suspicione calumniæ solet denegari.*

DECISIO DCXX.

Instante adhuc Apparitio, sibi in tertia instantia concedendam esse remissoriam, dubitaui, an deberet concedi, & fuit resolutum, per Dominos vnanimiter, non esse dandum, quia illam petit ad iustificandam nouam gratiam impetrationis certo modo ob non expressionem certi valoris, vel alias vellet etiam iustificare gratiam, si neutri receptum fuisset litis ante lapsum triennij, & principalem præsentationem literarum originalium, & de quarum præsentatione sæpe decisum fuit, per Dominos, non constare, & absque illa, nec etiam apparere posse de iurisdictione iudicis, & citatione, quæ literam aliquam inducat. Quo ad primam prætensam petitionem illam, tanquam calumniosam. Domini æstimarunt, ad not. per Rom. conf. 273. Cassad. decis. 3. nu. 1. de dilat. cum enim per gratiam si neutri Apparitius recessisset ab illa prædicta gratia, & processisset ad iustificationem illius, illa relicta imperfecta, quæ primam excludit, propria confessione videtur admisisse nullum sibi ius cõpetere, respectu primæ impetrationis factæ, 3 per non expressionem veri valoris, nam illud † omne confiteri quis dicitur, sine quo quod confitetur esse nõ potest. Curt. iun. conf. 168. num. 6. Accedit, quod materia est odiosa, & obiectiua, & in partibus, quam plures testes super hoc articulo fuerunt adducti & nihil probatũ, præcipue cum simus in beneficialibus, nec detur aliquis fumus circa ipsam expressionem non veri valoris. Paul. de potest. c. sed. vac. part. 1. princip. quæst. 10. num. 10. Thau. decis. 6. Paleot. decis. 93. Rot. Diu. decis. 183. par. 1. stante ergo possessione triennali, regula defendit aduersus expressionem non veri valoris. Mohe. decis. 5. de causa poss.

2 Non obstat, quod per citationem nullam † interrũpitur possessio triennalis, cum sufficiat, quod non adsit negligentia, Put. decis. 95. li. 3. quia Put. nõ dicit, quod citatio sit nulla, imò expresso affirmat, quod potuit incipere à pupillo, quia non habebat tutorem.

Præterea hoc posset procedere, si fuisset facta citatio nulla post præsentationem literarum, vt in terminis est decisio Achil. 2. super ista regula, ex quo facienda venit distinctio, nam si adest citatio nulla, & comparitio in terrumpitur, cursus regulæ data iurisdictionis, vt in præsenti, per hoc actus possessor non desinit esse pacificus, & est ratio, quia citatio & comparitio non habet virtutem sanandi defectum iurisdictionis, ex quo nec prorogatio triennij cõcessa apparitio potest suffragari.

Quoad secundam petitionem, quicquid sit in alijs actis præsentatio literarum non probatur testibus, Innoc. in c. cum olim. il 1. nu. 4. in fi. de priuileg. Ægidius decis. 110. num. 15. remissoria autem non solet concedi ad ea, quæ probari possunt per scripturam, Fel. in c. de appel. nu. 4. vers. considera. Rot. decis. 46. de test. in ant. Mil. in verb. remissoria. 6. & 7. quanto magis est concedendum, vbi literæ ostendi debent in acta originaliter registratæ, & non possunt per testes probari, quia in illis requiritur scriptura. Socin. conf. 46. num. 45. 46. & 47. lib. 4. cum alijs allegatis.

Ex quibus, cum Apparitius prætendat remissoriam, ad probandum ea, quæ sibi inuicem contrariantur, nõ videtur sine calumnia peti, præsertim in his vltimis au3 diennijs, vbi ex † suspicione calumniæ solet denegari, Mil. d. ver. remissoria 4. Rom. d. conf. 273. in fin. quem sequitur Felin. in c. de cetero. num. 12. de re iudic.

LITTÆ.

Placentina, Parochialis, de Malpartida. 20. Oct. 1595.

ARGVMENTVM.

Declaratoria cõtra debitorem pro debito ratione fructuum à die motæ litis perceptorum, & expensi datur.

SVMMARIA.

1 *Possessor beneficij iniustus à die mota litis, omnes fructus & perceptas distributiones iniustas restituere tenetur.*
2 *Clausula conditionem annexam habens non suffragatur, nisi purificata conditione.*

DECISIO DCXXI.

Domini censuerũt posse procedi ad declaratoriam contra Michaelem, pro illo residuo duca. 400. occasionem fructuum perceptorum, à die motæ litis citra, nec non etiam pro expensis, in quibus alias per tres conformes cõdemnatus fuit, nam stante eius proteruia, in soluendo debet, & quod literæ executoriales eidem intimatæ fuerint, quodque iam diu lapsus est terminus, eidem postmodum ex benignitate Rotæ pro dicta solutione facienda concessus, & nunquam paruit, ad quæ omni de iure seruanda, ad effectum prædictum fuisse ex actis constat. Nec obstare dixerunt Domini, quod dicti ducat. 400. ab Archidiacono de Medelino fuerint detracti ex fructibus contra dictum Michaelẽ liquidatis, pro seruitio, quod præstitit in dicta Ecclesia, quia vltra quod Archidiaconus prædictus vti merus Rotæ exequutor non habuit circa hoc iurisdictionem aliquam, Innoc. in c. de cetero, nu. 1. ibi mera est. de sen1 ten. & re iud. cum alijs per Spec. de execut. sent. §. 20. num. 6. ver. sed verum sententia.

1 Ista detractatio est iniusta, cum † iniustus beneficij possessor teneatur restituere à die motæ litis, non tantum omnes fructus, sed etiã omnes distributiones quotidianas perceptas, quæ non dantur interessentibus pro seruitio, vt fuit decisum in causa Tacensi, beneficij de Anto. 16. Ian. 1577. coram Illustriss. Lancellotto, quod fortius procedere habet hoc in casu ex quo Michael intrusus, Anth. multo magis. C. de sacrosan. Eccles.

Nec etiam obstare dixerunt Commissionem ad cap. Odoardus, pro parte Michaelis, per quam mandatur, quod reseruata in fine litis solutio ducat. 400. & expensarum procedatur in causa ad vlteriora, quia fuit dictum, quod ex quo dicta Commissa cõtinet clausulam 2 constito de paupertate, ei non potest suffragari, † nisi prius dicta conditione purificata, & sic probata ipsa paupertate, quam non probari, fuit resolutum sub die 26. Martij 1593.

GY

G Y P S I I.

Casalensis, seu Nullius præposituræ, 4. Ion. 1597.

A R G V M E N T V M.

Actio intentata aduersus eum qui ob homicidium commissum inhabilis est reputandus ad consequendum beneficium, an ciuilis iudicetur.

S V M M A R I V M.

1 *Actio intentata contra eum qui ob homicidium commissum inhabilis est reputandus ad beneficium consequendum, ciuilis censetur, non criminalis.*

D E C I S I O DCXXII.

DVbitatum fuit, An hæc causa esset beneficialis, & mixta, & an Illustr. Cardinalis ageret ciuiliter, & Lun. 9. Iun. præteriti, resolutum fuit, esse beneficialem, propterea cum super alijs partibus dubij ageretur, Domini circa vltimam partem censuerunt, agi ciuiliter, quoniam licet Dom. Cardinalis prætendat Dom. Octauianum aduersarium, ob homicidium in personam suę nouercæ commissum, esse inhabilem ad obtineodam præposituram, de qua nihil agitur, nihilominus hinc non sequitur, quod non posset agi ciuiliter, text. est in c. super his. in fi. vers. licet enim. & ibi. Abb. nu. 4. Fel. n. 2. post Aret. n. 11. & 12. qui optime declarat, de accus.

Præsertim cum non agatur ad pęnam priuationis, vel fisco applicandam, sed solum ad Præposituram adhuc, vt prius vacaret per obitum: vnde fit, † vt actio intentata iudicetur ciuilis, & non criminalis, cap. per tuas. in fin. de sim. Fed. de Sen. cons. 23. nu. 2. vers. quādo agitur. de comm. Socin. iun. cons. 99. num. 26. lib. 2. Clar. post alios in prac. crim. q. 1. ver. quintus est actus. cum alijs ab Informantibus citatis.

Nec ad rem pertinet, quod Illustr. Cardinalis coactus fuerit accusare, & se in forma iuris inscribere, quoniam huiusmodi accusatio & inscriptio, quæ de iure Canonico requiritur d. c. super his. & ita in praxi seruari testatur Præpos. in c. fin. §. libellorum. nu. 23. c. q. 8. fit ad alium finem & effectum, & non ad hoc, vt accusator non possit agere ciuiliter, vt clare colligitur in ioribus supra citatis, & in istis terminis voluerunt Domini in vna Hispalensi, Beneficij, 13. Februa. 1581. apud bon. mem. Episcopum Lauretanum.

An verò dicta causa sit mixta, erit particulariter videndum.

G Y P S I I.

Burgensis, Iuris patronatus, de Cordemna.
Ven. 18. April. 1597.

A R G V M E N T V M.

Sententia à Notario absque iudicis authoritate extracta, in forma probante non est, & probationem aliquam facere non dicitur.

S V M M A R I A.

1 *Sententia extracta à Notario, vt probationem facere dicatur, quæ requirantur, & tribus seq.*

5 *Recognitio manus Notarij an in antiquis sit necessaria.*

D E C I S I O DCXXIII.

FVit per Dominos resolutum, sentētiam anni 1526. non esse in forma probante, quoniam absque † iudicis authoritate extracta fuit, c. cum P. Tabellio. & ib. Scrib. de fide instr. Alex. cons. 14. nu. 8. lib. 6. Aym. cons. 216. num. 6. dummodo in facto verificetur, quod Notarius, qui illam extorsit, non sit actuarius, vel successor in officio, per ea, quæ coram me dicta fuerunt in illa Casalensi Præposituræ. Præterea † requirebatur etiam partis citatio. Innocen. in c. fin. de fide instr. Rot. decis. 1. circa fin. vers. si igitur eodem titulo. in Non. Ægid. decis. 230. & fuit resolutum apud me in Syracusana, Quartæ, 29. Maij 1592. Quæ tanto † magis procedunt parte opponente, Bar. & alij in Auth. si quis in aliquo. de edend. Caputaq. decis. 234. nu. 3. Tol. dec. 931. inter decis. Diu. p. 3. Minus est † recognita manus Notarij, prout recognosci opus erat, saltem per comparatiunē, Salic. in l. comparationem. de fide instr. Achil. decis. 2. eod. tit. in impr. Nec ad rem pertinet, quod in scriptura antiqua † recognitio non sit necessaria, Caputaq. decis. 5. p. 3. pręsertim concurrente obseruantia, de qua deponūt testes pro Abbate examinati, Aym. cons. 101. nu. 4. & cons. 158. in prin. & in istis terminis, me proponente, voluerunt Domini, in vna Calaguritana, de Aluerite. 20. Maij 1592. quoniam obseruantia non probatur, nisi per testes nulliter examinatos, quibus non creditur, l. si quando. C. de testib. c. 2. eod. tit.

Non obstat, quod testes huiusmodi faciant saltem præsumptionem, quæ sufficere debet, Bart. in l. admonendi. col. fin. de iureiuran. Caputaq. decis. 206. & 208. p. 2. quoniam stante, quod non deponat de certo tempore cum copula, *& cura*, iuxta doctrinam Bartol. in l. Celsus. no. 23. de vsucap. non videtur ex eorum dictis desumi tale adminiculum, seu præsumptionem, quæ Abbati suffragari possit.

O R A N I.

Assisiensis, Beneficiorum, Lun. 11. Martij 1582.

A R G V M E N T V M.

Titulus coloratus assequuti beneficij ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1 *Legatus de latere omnia beneficia in prouincia sibi decreta conferre potest.*

2 *Beneficium an ei, qui possidet aliud beneficium, auferri possit.*

D E C I S I O DCXXIV.

DOmini tenuerunt constare de primo, & secundo, atque Domini Octauij titulo colorato, quantum enim ad primum, manifestum redditur, ex instrumento, & circa illud partes non controuertunt, secundum autem ex sustentatione litis verificari. Quo verò ad titulum coloratum, dubitari non potest, cum Legatus de latere contulerit beneficium, qui de iure † communi conferre potest omnia beneficia existentia in prouincia sibi decreta, c. 1. de offic. leg. in 6. c. si à sede. de probat. in 6. & in mensibus concessis ordinarijs, per regulam Cancellariæ, Gamb. de offic. leg. libro 3. num. 78. Non obstat quod dicit Octauium habuisse alia † beneficia, quo fit vt non potuerit ei legitime alia cōferre, obstante decreto Concil. Trid. sess. 24. c. 17. quia fuit responsum quod Concilium prohibet retentionem, non autem assequutionem, & ita fuit resolotum in vna Salamantina, dimidiæ portionis coram me pendente. Præterea hæc scriptio in iudicio spolij non est admittenda, quia in petitorio poterit docere de dispensatione, & interim debet restitui, nam execrabilis tantum non potest obtinere in spolio quando est probata execrabilitas in actis, vt per Cresc. decis. 221. lib. .... Put. decis. 13. de rest. spol. Minus obstant literæ Cardinalis, S. Sixti, quia illæ non reuocant collationem factam, neque etiā tribuunt facultatem dicto Iulio, possessionem propria authoritate spoliandi, vt fuit alias coram Reuer. Patre Dom. meo Robusterio, in terminis dictum, in vna Perusina, S. Benamatis, & sine partis citatione, ad Menoc. de recup. pos. rem. 8. num. 50. cum seq. & in omnem euentum placuit huiusmodi exceptionem respicere petitorium, in quo poterunt exhiberi, pro parte Dom. Octauij aliæ Cardinalis literæ, reualidatoriæ collationis, ad sui fauorem factæ.

P E N I Æ.

Calaguritana, Beneficij, de Genura. 8. Febr. 1591.

A R G V M E N T V M.

Exorta controuersia inter præsentatos de habilitate, quæ circa examen, & probationem eorum obseruanda.

S V M M A R I A.

1 *Antiquior in ordinibus vocatur, nisi iunior sit habilior.*

2 *Habilitas maior inter præsentatos per examē probari debet.*

3 *Et quando talis habilitas adesse debeat.*
4 *Habilitas in sacerdote qua requiratur.*

DECISIO DCXXV.

AGentes pro Didaco Torres, videntes decisionem factam in hac causa, die 13. Iun. Didaci prætensionibus per aliam viam inhærentes, voluerunt disputare, An ex his, quæ proponebantur, foret concedenda remissoria & commissio subdelegationis examinis, ad probandum maiorem habilitatem præd. Torris.

Remissoriam non putarunt Domini concedendam, nam cum per Scripturas probata esset consuetudo admittendi antiquiorem in .... Episcopale, vt constat ex decisionibus factis in eadem causa coram Reueren. Patre Domin. Bubalo, & Orano, probatio contraria per testes non est admittenda, cum non releuet, l. ad probationem. C. de probat.

Similiter censuerunt non esse dandam commissionẽ subdelegationis examinis ad probandam maiorem eius habilitatem, ita vt ad fauorem intret Constitutio 1 Synodalis, quæ vocat † antiquiorem in ordinibus, nisi iunior sit habilior. Nam cum Torres non habeat aliquem gradum, in aliqua scientia, cum non doceat se Doctorem, vel Licentiatum, & sic non habeat pro se præsumptionem, sed tam ipse, quàm Castillo sint in eodem statu, & ideo maior habilitas non possit probari 2 per testes, sed † requiratur examinatio personæ. Rot. decis. 81. de probat. in Nou. Gem. in c. si forte, circa fin. 3 de elect. lib. 6. & ista maior habilitas † adesse tempore præsentationis, seu habente concursus ad beneficium vacans, c. si eo tempore. de rescript. in 6. Felin. in c. eam te. de rescript. Abb. c. dudum. num. 8. versic. nota quod electus. de elect. non potest hodie Torres post 4. annos examinari, ad probandam suam habilitatem & literaturam, quam illo tempore adesse oportuit, cum toto hoc temporis interuallo multa didicisset, vt sæpe in Rota fuit resolutum, ac præsertim in illa Legionensi, Parochialis, coram D. Comitulo, ex quibus dicebant Domini, tolli, quod econtrario opponebatur, ex Lap. & Gem. in d. c. si forte. de elect. in 6. dicentes recusantẽ semel subire examen, posse deinde ad illud admitti, loquuntur enim, cum agitur de sola habilitate probanda, secus autem si tractaretur de maiori habilitate; in concursu probanda, & præsertim in hoc casu, stante lapsu quatuor annorum. Cum itaque Torres se habiliorem probare nequeat & Castillo sit habilis, prout Sacerdotium & simplex beneficiũ requirunt, satis enim 4 tunc † est, quod sciat legere, cantare, & grammaticaliter construere. glos. in clem. 1. in verb. reputamus. de concess. præben. & diuinum officium, & legitime recitare. c. 1. & c. dolentes, de celebr. Miss. Item Domini ordinarunt, vt ad eius fauorem causam expedirem.

Britinoriensis, Beneficiorum, 10. Maij 1598.

ARGVMENTVM.

Pacta post inhibitionem, attentatorum iure censentur, & sunt reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio commissionis, non impetratio attenditur.*
2 *Inhibitio, licet iniusta timenda.*
3 *Iudici inferiori mandata superioris iudicij contemnendi via non est danda.*

DECISIO DCXXVI.

FVit resolutum, in casu proposito constare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, quia cum post inhibitionem emanatam à Rota, Vicarius Foroliuiẽsis deputatus executor literarum Apostolicarum Comites Labienum & Christophorum Malatestam respectiue in possessionem Hospitalis Castri Cuseorealis, & Abbatiæ S. Mariæ montis veteris immiserit, commisit attentata. Dec. cons. 103. nu. 1. Achil. decis. 29. de appel. cum sim. à quo excusari non potest, sub prætextu quod cõmissio appellationis in vim cuius fuit inhibitum, præsentata fuisset sub die 12. Iul. cum tamen decreta legatur subdelegatio Subexecutoris, die 10. Decẽbr. Quia 1 non attenditur † impetratio Commissionis, sed eius præsentatio, Rot. decis. 2. de except. in Nou. Et ex stylo 2 huius tribunalis inhibitio, † siue iusta, siue iniusta timenda est, Rot. decis. 26. de appel. in Nou. Franc. in c. bonæ. nu. 4. de appel. Cum in Curia facilis detur per recursum ad Signaturam eius reformatio, inferioribus 3 autem iudicibus de partibus non † sit aperienda via supremi Tribunalis mandata contemnendi. Mod. Perus. de attent. post inhib. p. 2. 10. ampl. 11. num. 4.

Palentina, & Oxomensis, Beneficiorum, Lun. 18. Martij, 1591.

ARGVMENTVM.

Possessione capta per eum, de cuius mandato non constat, mandatum de manutenendo non datur.

SVMMARIA.

1 *Ratihabitio retrotrahitur ad actus præcedentes, & quãdo.*
2 *Litis pendentia vt inducatur, citationem fuisse decretam, non sufficit, sed requiritur vt ad partem ea perueniat.*

DECISIO DCXXVII.

DVbitauit, an mandatum de manutenendo esset dãdum Ludouico Ranquillo, vel Didaco de monte, & Ludouico dixerunt Domini non esse dandum, quia eius possessio fuit capta per eum, de cuius mandato non constabat, & ideo non potuit Ludouico acquirere possessionem, l. si ego, ff. de neg. gest. l. 1. §. per procurat. ff. de acquir. possess. Aym. cons. 5. nu. 15. vers. post temo ipsa dies.

Et licet talis possessio secuta ratificatione sustineatur, cum ratihabitio sequens † retrotrahatur, l. fin. C. 1 ad Maced. & mandato comparatur, c. ratihabitionem. de regul. iur. in 6. id tunc locum habet, si re integra, id est, antequam superueniat alia mutatio, seu alteri ius acquiratur, ratihabitio fiat, secus si res nõ sit in eodem statu vt hic cum ante ratificationem factam per Ludouicum Didacus possessionem beneficiorum occupauerit, Bart. in l. si vxor. §. si quis vxorem. nu. 3. ver. vel aliter ratihabitio. ff. de acq. poss. Rota in Nou. 150. incip. licet amicus meus, de rest. spol.

Similiter censuerunt Domini non esse mandatum Didaco, quia eius possessio videbatur attẽtata, & propterea non manutenibilis. Veral. decis. 234. libro 1. in manuscr. & de attentatis constabat ex lite introducta per eum. Achil. decis. 5. de attent. nam cum nomine Didaci esset capta possessio, sub die 9. Decembr. 1588. & 10. April. eiusdem anni, Didacus præsentauerit iudici commissionem, ex qua potius acquisiuit iurisdictionẽ, cuius vigore postea fuit decreta citatio, licet de eius executione non constarat, perpetuata fuit iurisdictio, gl. in clem. 2. in verb. ad partem. vt lit. pend. c. gratum. §. res autem. ff. de leg. quia per decretum citationis negotium est quasi captum, Dec. in l. more. num. 47. ff. de iurisd. omn. iud. & tenuimus anno præterito Seraphinus Oliuarius, Rotę Decanus, Laurẽtius Bianchettus, & Ego in relatione canonizationis S. Hiacynthi, Poloni, quem ad instantiam Sigismundi eius nominis III. Regis Poloniæ, & omnium Procerum Poloniæ Ecclesiasticorum & Laicorum, Sanctissimus Dominus Noster Gregorius XIIII. volebat Canonizare. Et hoc passim seruat, Rota, decis. 9. de dolo & cont. in antiq. Bisignet. dec. 1. de off. deleg. Veral. decis. 124. p. 2.

Et ideo saltem quo ad Didacum actorem lis fuit introducta, & ipse certus erat de ea, quod videtur sufficere ad hunc effectum, Cassad. decis. 6. num. 3. & seq. super reg.

Non obstat clem. 2. vt lite pend. vbi ad inducendam 2 litis pendentiam, non sufficit à iudice † competente decerni citationem, nisi etiam ad partem citatam perueniat, quia id non procedit, respectu actoris, qui attentare dicitur post citationem decretam licet non executam.

coram, Rot. decis. 6. vt lite pend. in Nou. Cassad. decis. 6. nu. 4. super reg.

Denique Ludouico licet ciuiliter possessionem detentante, eo non legitime eiecto, seu non possidere declarato, Didacus non habuit possessionem, Put. decis. 372. incip. in vna Tiburtina, lib. 2. & fuit resolutum coram Reu. Patre Domino Pamphilio, in vna Maceratẽ-si, Bonorum, 27. Nou. 1589. & 4. Iun. & 18. Martij 1591.

Cũ ergo neutra possessio suo auctori suffragari posset, placuit Dominis illam sequestrari, & ordinarunt, vt videretur de bono iure, in negotio principali.

SACRATI.

Iudensis, Parochialis, Lun. 28. April. 1603.

ARGVMENTVM.

In concursu, is qui maiori habilitate præditus est, præferendus.

SVMMARIA.

1. *Relationi examinatorum multum defertur.*
2. *In Curatis magis idoneus est eligendus.*
3. *Idoneus an quis sit, Episcopi arbitrio relinquitur.*

DECISIO DCXXVIII.

PRo maiori parte Dominorum fuit conclusum, constare de irrationabilitate prouisionis Iudensis, quia ex deductis pro parte Excobar, apparet, ipsum Excobar habuisse plures qualitas, in hac materia considerabiles, quam Franciscus electus, nempe ætatem multo maturiorum, c. cum in cunctis. verb. ætatis maturitas. de elect. Rol. cons. 47. numer. 70. lib. 1. Item plures gradus, cum Excobar esset Doct. in vtroque iure, Frãciscus verò Baccalaureus tantum, Chass. Ca. glo. mun. par. 10. cons. 33. Item maiores ordines, quia Excobar erat presbyter, Franciscus verò simplex clericus. Dec. consil. 143. nu. 13. Item Excobar prius assequutus fuerat suos ordines, & gradus Ioan. de Plat. in l. 2. num. 1. C. de prim. lib. 12. Natt. cons. 638. n. 18. Itẽ maiorẽ experientiam, quia Excobar fuit prouisor Episcopus Iudensis, & Curatus per multos annos, quæ experientia in hac arte artium est multum attendenda, c. cum sit ars. de ætat. & qual. Item Excobar erat naturalis loci, Franciscus verò alienigena, Dec. cons. 541. nu. 13. Roch. de Curt. de iure patro. verbo honorificum. num. 45. cum plur. seqq. Item Excobar habebat maiorem nobilitatem, Lamber. de iure patr. lib. 2. p. 3. q. 5. art. 9.

Quo ad mores verò, prudentiam, & integritatem, testes pro Excobar multo maiora deponunt, quam testes pro Francisco, vltra quod & in hoc adest approbatio examinatorum pro Excobar, qui nihil sciunt de Francisco, & Concilium † multum defert relationi examinatorum, etiam in hac parte, vt patet, ibi renuncientur quicunque ab his idonei iudicati fuerint moribus, prudentia, &c.

Quo ad doctrinam etiam, vltra præsumptionem, quę oritur ex multiplicitate & anterioritate graduũ, videntur magis concludere examinatores pro Excobar, quia primus dicit, lectionem Excobar sibi magis placuisse, secundus non contradicit, sed ambos simpliciter approbat, tertius dicit, Excobar sibi magis placuisse in lingua latina, & claritate lecturæ. Ex quibus videbatur Excobar esse præferendus. Nam quicquid sit in alijs beneficijs, certum est in Curatis ex idoneis magis idoneum † esse eligendum, prout per S. Concilium Trident. cap. 18. sess. 24. & constit. Pij Papæ V. 15. Cal. April. Pontificatus anno secundo fuit resolutum, in causa Dertusensi, parochialis, 18. Dec. 1581. coram D. Gypsio.

Non obstat, quod hoc, an quis sit idoneus † relinquatur iudicio Episcopi, quia hoc est, quatenus Episcopus rectè iudicauerit. Abb. c. cum autem. nu. 6. de iure patron. Alex. consil. 33. num. 2. lib. 2. & satis denotat Constitutio Pij V. quæ alias frustra admitteret appellationem ab electione.

Non obstat, quod multum præsumatur pro iudicio ordinarij, ita vt irrationabilitas debeat esse manifesta, vt fuit decisum in Rauennatensi, parochialis, coram Illustriss. Arigonio, & in Pampilonensi, parochialis, 12. Dec. 1597 coram Reuer. patre Domino Litta, quia in supradictis videbatur nos versari in casu manifestæ irrationabilitatis, ex quo vndique constat de qualitatibus vtriusque, & eò magis videbantur aliqui ex Dominis inclinare in hanc partem, quia ex testibus, quos pro nunc præsupponebant recte examinatos, constabat Franciscum fuisse familiarem Episcopo Iodensi, ex qua familiaritate dicebatur, multum tolli de præsumptione quæ alias esset pro Episcopo, vt fuit consideratum in causa Rauennatensi, parochialis, 2. Octo. 1591. coram Illustriss. Arigonio, faciunt notat. in c. sunt nonnulla. 1. q. 1.

Non obstat, quod Franciscus non haberet beneficium, vnde ex hoc capite esset præferendus Doctori Excobar, qui beneficium habebat, Rebuff. in tract. de nominat. q. 11. num. 14. & fuit alias decisum in Rota, quia est intelligendum ceteris paribus, non autem, quia ista sola qualitas possit præponderari tot alijs concurrentibus in Excobar, alias nimis restringeretur dispositio Concilij Trident. & frustra admitteretur ad concursum aliam parochialem habens, prout tamen admittendum esse resoluit Congregatio super dicto Concilio.

SACRATI.

Litterensis, Archipresbyteratus, Merc. 1. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo, ei qui ante litem possedit, rectè datur.

SVMMARIA.

1. *Possessio ex instrumento capta possessionis probatur.*
2. *Et est manutenibilis.*
3. *Iudex qui rite non processit, possidenti in possessione sua non praeiudicat.*
4. *Iudicem rite non processisse, ex quibus arguatur.*

DECISIO DCXXIX.

ANello informanti dandum esse mandatũ de manutenendo, fuit resolutum, stante illius possessione ante motam litem, §. retinendæ. Instit. de interd. cum simil.

1 Possessio autem probatur ex instrumento † captæ possessionis, Abb. in cap. cum nobis. num. 5. de præscripr. Crau. de antiq. temp. 1. p. nume. 115. & fuit dictum in vna Ceruiensi, Bonorum, 20. Nouemb. 1578. coram Brauo.

2 Quæ possessio instrumentalis, † alio non existente in possessione est manutenibilis, Cassad. decis. 20. de præb. Put. decis. 360. nume. 8. lib. 1. Verall. dec. 334. num. 6. lib. 2.

Non obstat, quod Franciscus comparatus fuerit per iudicem executorem in possessionem immissus, nam cum iudex rite & rectè non processerit, non potuit

3 Anello in † sua possessione præiudicare, c. conquerente. & ibi. not. Doct. de rest. spol. bene Boer. decis. 238. & in istis terminis fuit resolutũ in causa Panensi, & Adriensi, Beneficiorum, 4. Iul. 1584. coram Cantuccio.

4 Quod autem † rectè & rite non processerit, probatur ex eo, quia non processit iudicialiter, citando Anellum, quod erat necessarium, stante clausula, vocatis vocandis, quæ facit executorem mixtum, ita vt teneatur procedere iudicialiter, Cardin. consil. 3. nu. 1. Felin. in cap. de cetero, num. 10. de sentent. & re iudic. & propterea citare possessorem, cap. Episcopus. vbi glos. in verb. vocato, de præben. & dign. in 6. Cardin. & Felin. in locis supra citatis.

LANCELLOTTI.

Portuensis, Pensionis, Ven. 12. Ian. 1601.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testi de proprio facto deponenti, & affinitate coniuncto, an & quando credatur.

SVMMARIA.

1 *Testi de proprio facto deponenti credendum.*
2 *Affinis an ob, & quã affinitatem à testimonio repellatur.*

DECISIO DCXXX.

FVit dictum, constare de quasi possessione exigendi Domini Sãctes, nam quartus testis depooit, ipsum soluisse hanc pensionem de ordine Cæsaris, cui sane de 1 facto proprio † deponenti multum est credeodum, & cum quo concurrũt alij testes, alter ipsius Cæsaris, quę licet non probent actualem solutionem, tamen negari non potest, quin magnum faciant adminiculum, præcedente præsertim ipsa reseruatione pensionis, & obligatione Cæsaris, qui cum in suis literis dixerit, mittere pecunias *per il semestre passato*, præsupponit soluisse præteritos, ex quibus ad effectum manutentionis satis visa fuit probari possessio, cum sufficiant leuiores probationes, iuxta decis. Paleot. 14. & fuit dictum in causa Hispaleosi, iuris votandi, 3. Iun. 1583. coram Reu. Patre Domino meo Decano, & alias sæpe.

Non obstat, quod non constat de mandato Cæsaris, quia coocurrentibus adminiculis præsumitur mandatum de soluendo, & seruatur decisio 2. de causa poss. & propr. in antiq. & fuit resolutũ in causa Lucana, pẽsionis, 4. Ian. 1578. coram bo. mem. Cardinali Lãcellotto.

Non obstat, quod ille testis sit affinis Sanctis, quia 2 non probatur † talis affinitas, propter quam ei non sit danda fides. Nec placuit Dominis quod ei non sit credendum, cum agat de exonerando, quia tunc testis dicitur agere de se exonerando, quando si non soluisset, iterum soluere teneretur, & fuit decisum in causa Foroliuiensi, Pensionis 24. April. 1582. coram Reu. Patre Domino Penia, quod hic nõ intrat, cum Dominus Sanctes confiteatur sibi factam fuisse solutionem.

Quæ dicuntur de confessione Cæsaris in visitatione, quod pensionem non soluet, nocet Sancti peosionario noo vocato, & tanto magis cum ista confessio concernat propriam vtilitatem ipsius profitentis.

Non obstat temeritas per Sanctem commissa, quia vltra quòd fuit absolutus, non tollit fidem alijs probationibus.

Deducta circa confidẽtiam, & quòd non remaneant ceorum pro Rectore concernunt petitorium.

Spoletana, Beneficiorum, Loo. 31. Ian. 1594.

ARGVMENTVM.

Gratia obtenta iustificanda est, ad effectum, vt deuolutioni locum fuisse, demonstretur, quam concludenter & gradatim adfuisse est probandum.

SVMMARIA.

1 *Deuolutio gradatim de inferiore ad superiorem est probanda.*
2 *Negligentia non imputatur ante diem scientiæ.*
3 *Exemptio non præsumitur.*
4 *Resignatio facta in manibus Vicarij, qui speciale mandatum non habet, valida non est.*

DECISIO DCXXXI.

COnclusum fuit, gratiam Domini Persij, non esse iustificatam, nam cum in fine supplicationis apposita sit clausula, & detur deuolutio, dispositio illa restringit totam gratiam, adeo vt clausulæ generales locum non habeant, nisi probetur deuolutio, quia in hoc casu non intelligitur voluisse prouidere, nisi collatio ad Sedem Apostolicam sit deuoluta. Cass. decis. 5. num. 3. de præben. Mohed. decis. 210. alias 17. eod. tit. Cap. decis. 63. lib. 1. & ita oouiter fuit decisum coram Reuer. Patre Domino meo Orano, in Caluatensi, dimidiæ portionis, die 17. Decemb. 1582.

Et hæc quidem conclusio debet probari gradatim 1 de † inferiore ad proximum superiorem, donec perueniat ad Papam, & quilibet eorum habet sex menses, ad conferendum. c. 2. & c. licet. de supp. negl. præl. coniuncto c. 2. de concess. præb. glos. in clem. vn. in verb. locorum. de supp. negl. prælar. & not. Abb. in c. cum. num. 2. de concess. præb. vbi dicit, hoc bene esse notandum. Idẽ scribit Rebuff. in praxi benefic. de deuol. num. 39. & ita dictum etiam fuit corã Reu. Patre Domino meo Orano, in Caluatensi, Dimidiæ portionis, die 17. Oct. 1582.

Neque etiam labitur tempus sex mensium præstitutum ad conferendum à die vacationis, sed solum à 2 die scientiæ, quia ante sciẽtiam vacationis non † potest cuiquam negligentia imputari, c. quia diuersitatem. in fi. de concess. præb. c. licet. de supp. negl. præb. Rebuf. in praxi benefic. in tit. de deuol. num. 20. & fuit dictum coram bon. mem. Bubalo, in Salamantina, portionis, 23. Iun. 1586. & coram D. Brauo, in dicta Caluatensi, dimidiæ portionis.

Vnde cum in casu proposito cesset omnis difficultas, quia deuolutio ad Sedem Apostolicam non probatur, neque etiam probatur lapsum fuisse tempus gradatim de Abbate ad Episcopum de Episcopo ad alios proxime superiores, donec ad Papam peruenerit, vt dictum est.

Neque etiam dici potest ipsum Abbatem esse exem- 3 ptum, quia † exemptio non præsumitur. Caput. decis. 318. no. 2. lib. 1. neque priuilegium potest probari oisi per scripturam. Abb. in c. auditis. num. 3. de restit. spol. Alex. in l. certi conditio. §. quoniam res. ff. si cert. pet. Alex. in l. pactum quod. ou. 2. C. de pact.

Neque etiam probatur scientia Abb. quod facta fuerit valida resignatio, ita vt possit dici inducta vacatio, 4 nam fuit facta in manibus Vicarij, † qui non habebat speciale mandatum, vt posset admittere resignationes beneficiorum, & ideo non valet, Calder. cons. 3. num. 10. incipienti an renunciatio. de renunc. Staphil. de lit. gra. sub titu. de var. mod. vac. alias resignat. modus, num. 19.

Neque enim renunciatio iuris quæsiti in re, super beneficio valet, oisi fiat in manibus Episcopi, vel alterius, qui habet auctoritatem instituendi, & de... etiam intrusum in tali beneficio Bisignet. decis. 5. de renunc. Gem. cons. 127. num. 1. & post Innoc. tradit Ægid. decis. 732. vers. secunda ratio, & in specie, quod renunciatio facta in manibus, qui non habet potestatem, io ea, quod non inducat vacationem, fuit resolutum, coram Reuer. Patre meo Blanchetto, io Holl. Abbatiæ mense Iunij, 1578.

Ex hoc autem infertur, quod neque etiam ipsi Abbati lapsum fuit tempus præstitutum ad conferẽdum à die vacationis, quia die 28. Sept. 1587. qoo tempore ipse Abbas admisit resignationem, & consequenter incipit vacatio, vel paulo post, fecit etiam collationem beneficiorum, de quibus agitur, & ideo cessat prorsus omnis deuolutio, cui consequens est, vt gratia non sit iustificata.

Lun. 28. Mart. 1594.

ARGVMENTVM.

Tempus vnius mensis ex Bulla, de publicatione ad inducendam deuolutionem, non nisi à die scientiæ currere deciditur.

SVMMARIA.

1 *Testes contrarij sibi inuicem de fide dictorum diminuunt.*
2 *Scientia ex eo, quod quis in loco est, præsumitur.*
3 *Testimonium de auditu repellitur.*
4 *Deuolutio gradatim fieri debet.*
5 *Constitutiones ita debent intelligi, vt ius commune quam minimum lædatur.*

DECISIO DCXXXII.

DOmini censuerunt, oon esse recedeodum à decisiooe in hac causa facta in die 31. Ianuar. proxime præteriti.

Neque

Neque obstat Bulla fel. rec. Gregorij XIII. de publicatione, quia fuit responsum, gratiam Sanctissimi fuisse restrictam ad illud caput, qood deuolutio dicatur dispositiue, & ideo Papam voluisse Persio prouidere, nisi collatio ad Sedem Apostolicam esset deuoluta, vt dictum est.

Hæc Bulla locum habet, quia loquitur de beneficijs resignatis in manibus ordinarij, in proposito autem resignatio fuit facta coram Notario, & testibus, absente Abbate, vt probat instrumentum resignationis, & ideo dici non potest, constare de deuolutione, quia eius scientia concludenter non probatur. Rebuff. in praxi benef. de deuol. num. 12.

Neque enim scientia Abbatis probatur ex eo, quod ipse tempore, quo fuit facta resignatio esset in loco Abbatiæ, quia testes non conueniunt, nam testis super 3. addit. dicit resignationem fuisse factam postquam Abbas discesserat ab Abbatia, alij verò dicunt, Abbatem mense Octobris, quo tempore fuit facta resignatio, fuisse in Abbatia, & ideo 1 † vnus diminuit de fide aliorum, l. eos. ff. de fals.

Neque ad rem pertinet, quod si Abbas fuit præsens in loco, 2 † præsumatur scientia, Rot. decis. 6. de iure patr. in Nou. quia loquitur in Episcopo, qui tenetur ad minus semel in anno per se, vel per aliũ, suam diœcesin visitare, vt ibid. dicitur nu. 2. Abbas verò ius visitãdi non habet, sed Episcopus Spoletanus, & ad effectũ deuolutionis requiritur notitia vera, vt dicitur in eadẽ decisione.

Neque etiã probat tertius testis iuxta 14. interrog. quia loquitur de auditu, quod Dom. tractabat resignare quędã beneficia multa enim tractantur inter partes, quæ non concluduntur, l. si voluntate. C. de rescind. vend. ideo non sufficit probare colloquia inter partes, vel tractatus, nisi ẽt probetur conclusio, Bal. in l. multum interest. nu. 2. ver. quãdoque probat tractatum. ff. si quis alteri vel sibi, & in l. cũ alleg. nu. 8. C. de vsurp. Imol. in l. si quis cum aliter. nu. 4. ver. item aduerte. de verb. obl. Præterea ille testis deponit de auditu ipsum tractatũ, & ideo nõ probat etiam ipsum tractatum neque enim 3 loquitur de auditu ab ijs, qui tractabant, sed ab † alijs, & testimonium de auditu repellitur, c. tam literis. de testib. l. testium. C. eod. tit. Alex. cons. 1. nu. 10. & consil. 23. num. 2. lib. 3. Dec. cons. 302. num. 16. Crau. cons. 396. col. 6. versic. & hic coosidera sub num. 2. Quod multo facilius dicendum est, cum ipse testis dicat se nescire, an id esset verum, quod hic tractaretur, quia neque fuit præsens, neque fuit vocatus, & quia neque de anno neque de mense recordatur.

Neque obstat, quod dicitur Abbatem post resignationem beneficiorum percepisse, quia concludenter non probatur, vt per Informantes.

Quare fuit responsum, vt tẽpus vnius mensis in dicta Bulla, de publicatione ad inducendã deuolutionem nõ currat, nisi à die scientię c. licet. de suppl. negl. prælat. & c. quia diuersitatem. in fi. de conces. pręb. cũ alijs ead. alleg. deuolutionũ probatur, nisi probetur scientia vacationis. . . similiter nec ius commune intelligitur esse cor-4 rectum, ex eo, quod gradatim † debeat fieri deuolutio ad Sedem Apostolicam, & ideo nõ solum ipsius Abbatis, sed etiam Episcopi, & Archiepiscopi scientia concludenter probari debet, vt scilicet tempus vnius mẽsis in caso resignationis per constitutionẽ fel. rec. Greg. videatur in locum sui subrogatum vnicuique eorum intelli-4 gendum, sic enim cõstitutio debet † intelligi, vt ius cõe minus corrigatur, quã fieri possit. Old. cons. 50. nu. 2. & 3. & post alios not. Abb. per illum text. in d. c. cum dilectus. nu. 6. ad fin. de consuet. Bart. in l. omnes populi. nu. 99. de iust. & iure. & hoc est tritum, & peruulgatũ.

Postremo nõ obstat, quod Papa admiserit talem resignationem, & manum suam apposuerit, quia respondetur hæc habere locum, nisi inferior, qui habet ius conferendi, præueniret, tunc enim eius collatio prior in tempore, potior in iure haberi debet, c. si à sede. & ibi not. de præben. lib. 6.

Atque ex his placuit Dominis non esse locum deuolutioni, & gratiã Domini Persij non esse restrictam. . . sicut alias decisum fuit.

IVSTI.

Elborensis, Dismembrationis, 7. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Remissoria indistincte, & sine fumo à Rota datur in materia profana.

SVMMARIA.

1 *Remissoria propter præsumptam calumniam aliquando non denegatur.*

2 *Dismembratio an absque consensu Capituli valide fiat.*

DECISIO DCXXXIII.

Domini voluerũt, dari remissoriam, quia sumus in materia profana cum non agatur de titulo Beneficij, Put. decis. 496. lib. 2. Sarn. super regula de subrog. q. 1. quo casu Rota solet dare remissoriam indistincte, Veral. decis. 86. lib. 3. Cæsar. de Grass. decis. 10. de dilat. & sine fumo Put. decis. 201. lib. 1.

Quinimo neque propter præsumptã calumniam fa-1 cile † denegatur remissoria, Ægid. dec. 624. in fi. eo magis, quia tẽdit ad commoditatẽ exercitij cultus diuini.

Et ita conclusum, licet aliqui ex Dominis contradixerint, propter irreleuantiam Capitulorum, quoniam etiam probata necessitate curæ animarum non poterat 2 fieri dismembratio † sine consensu Capituli & alijs requisitis, vt fuit dictum in hac causa.

Nec faceret si ad Episcopum spectaret cura, quia ad hoc motiuum in eadem decisione fuerat responsum.

ROBVSTERII.

Fauentina, S. Mariæ de Nugaredo, Mer. 31. Ian. 1581.

ARGVMENTVM.

Apostolica prouisio, exclusa prouisione ordinarij, quando intret.

SVMMARIA.

1 *Concordia quibus adminiculis adiuta probet.*

2 *Libri solutionum contra tertium non probant.*

3 *Ius patronatus in dubio, ex fundatione potius, dotatione, vel constructione, quam ex priuilegio præsumitur.*

DECISIO DCXXXIV.

Qvod intret prouisio Apostolica, & excludatur prouisio Ordinarij, fuit resolutum, quia ex deductis satis constat, quòd collatio, vel præsentatio pertinet ad inferiorem, & non ad ordinarium, quo casu non intrat alternatiua, quòd autem non pertineat ad ordinarium, sed ad inferiorem, collatio, vel præsentatio, deducebant Domini ex concordia del 1339. quę est 1 in forma probanti, vt alias firmarunt Domini & † licet sit dubia de collatione, vel præsentatione, tamen ad effectum, de quo agitur, verificandi narratiuam & excludendi Ordinarium, probatio ista concludit, in omni sui parte, imò ex postea gestis declaratur, quod concordia in isto beneficio intellexerit de institutione & non de collatione. Accedant scripturæ del 1364. & 1468. & tot solutiones censuum, vt hic per Informantes.

Non obstat, quod præsentationes antiquæ non habuerunt effectum, quia non agimus de acquirẽda quasi possessione, sed de declaranda, & adminiculanda confessione prædecessoris, nam cum adminiculis præiudi-2 cat successori. Non obstat, quod libri † solutionum non præiudicant, nec probant contra tertium, quia solum faciunt aliquod adminiculum, vt videmus in exemplo, & alij scripturis tertij.

Non obstat Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. quia in personis non suspectis remittit se ad dispositionem iuris cõ-3 munis, & in dubio † potius ex fundatione, dotatione, vel constructione præsumitur ius patronatus, quam ex priuilegio, vel vsurpatione.

SERA-

SERAPHINI.

Fauentina, Iurisdictionis, Ven. 12. Iun. 1582.

ARGVMENTVM.

Deciditur in præsenti, allegatam quasi possessionem Canonicorum eligendi ad Canonicatus, de antiquo tempore, & conferendi altaria ac beneficia, vt & instituendi ab alijs præsentatos, ex subiectis rationibus recte probari.

SVMMARIA.

1 *Iudicium petitorium possessorium quando absorbeat.*
2 *Concordia ex clausulis adiectis perpetua censetur.*

DECISIO DCXXXV.

DOmini non dubitarunt, stantibus scripturis Capituli, probari quasi possessionem Canonicorũ eligendi ad Canonicatus de antiquo tempore, vsque ad an. 1542. Item & conferendi quædã altaria, & beneficia & in quibusdam ad aliorum præsentationem instituendi, prout in discursu Summarij, per Capitulum dati videri potest, & faciunt testes examinati de anno 1548. & ante hoc tẽpus pro parte Reu. D. Episcopi nihil dicitur ex quo tollatur probatio Capituli, sed quia de dicto anno fuit acta cõtrouersia inter Capitulum & pro tempore Episcopum, super huiusmodi iure conferẽdi, & causa commissa bon. mem. Accorãbono, qui processit ad sententiam diffinitiuam contra Capitulum, licet eã postea moderatus fuerit per quandã suam declaratoriã, deinde sequuta fuerit concordia inter bon. mem. Card. Carpensẽ, & eius fratrẽ Episcopum Fauẽtinum, ex vna, & Capitulũ ex altera de an. 1551. & hodie vtraque pars petat mandatum de manutenẽdo, & Reu. D. Episcopus intẽdat probare possessionem dignitatis Episcopalis conferendi Canonicatus, & beneficia, ab anno 1548. citra, eãque esse attendẽdam, cũ in hoc iudicio ille obtineat, qui probat possessionem de tempore motę litis, Domini dixerũt, si attendi debet tempus antiquũ, vsque ad annum 1548. rem esse claram pro Capitulo, si verò debet attẽdi ab anno 1545. hucusque tã multa facere pro Reuer. Episcopo, & præsertim quod sententia Domini Fabij transiuit in iudicatum, ita quod per iudicium petitorium hoc casu terminatum per rem iudicatam † absorbeatur possessorium, quamuis hoc fundamentum non omnino satisfaciebat Dominis tum quo ex Fabius suam sententiam moderatus est, tum quod Rota coram Reu. Patre D. Sarmiento, non magnam habuit huiusmodi sententiæ rationem, tũ quod ex eisdem probationibus tunc deductis videtur vix posse à notoria iniustitia defendi, stante antiquo titulo concordiæ, cum quasi possessione tot annorum.

Neque ẽt satisfaciebat Dominis quod prætendebatur, per concordiã initam cum Carpensib. fuisse sublatam oẽm controuersiam causamque esse obseruãdam, nam ea diligẽter examinata Domini dixerunt esse personalem, non a. perpetuam, † vt patet ex multis clausulis per Informantes põderatis, prout illa, neutrum ipsorum, quæ personalitatem inducat. Bal. cons. 304. n. 1. lib. 5. Rip. in l. filiusfam. §. Diui. nu. 110. & seq. de leg. 1. Caput. 108. n. 2. Idem illa, quod nulla præscriptio currat tã in petitorio, quàm in possessorio, si enim futura erat perpetua, ad quid erant tot clausulæ iurũ præseruatiuo apponendi. Itẽ, durante huiusmodi cõcordia, & in hoc Domini sine discrepantia residebant, quãtum verò ad possessionẽ bon. mem. Episcopi Sighicellij, ea videbantur non multũ vrgere, propter ipsius Episcopi declarationem, tñ quia multa fuerunt in hac positione congesta, placuit Dominis vt particulariter videatur, quodnã tempus sit ad effectum, de quo agitur, attendendũ.

LANCELLOTTI.

Seguntina, Archidiac. & Canonic. Ven. 23. Mart. 1601.

ARGVMENTVM.

Capitulum ex iusta causa denegans possessionem prouisis, ab inobedientia excusatur.

SVMMARIA.

1 *Clausula qualibet leuis à dolo excusat.*
2 *Agens absque dolo, ex bona fide, excusatur.*

DECISIO DCXXXVI.

DIcebatur Capitulũ iniuste denegasse tradere possessionem prouisis ab ordinario, sed Domini contrarium censuerunt: ideoque dixerunt esse excusandũ, nam quando adest iusta causa denegandi possessionem Capitulum excusatur ab inobedientia, c. cum contingat. cum ibi not. de rescript. Card. in c. mandatum. q. 9. & 22. eod. tit. & fuit resolutum in causa Oscensi, Canonicatus, 4. Martij, 1575. coram bon. mem. Oriolensi, & ad hunc effectum sufficit quælibet † leuis causa, quæ excusat à dolo, Felyn. in d. cap. cum contingat. col. 3. & fuit firmatum in dicta Oscensi.

Vnde quamuis beneficia de quibus agitur, non sint reseruata, iuxta resolutionem factam in Rota, proximi præcedenti: tamen Capitulum habuit iustam causam credendi, quod caderent sub reseruationibus, tum quia D. Petrus de Salua fuerat Cubicularius Honorij fel. rec. Sixti & ideo potuit æstimare quod intraret regula 6. reseruatoria, tamen quia concurrit attestatio familiaritatis, & continuæ commensalitatis in literis Apostolicis, quæ licet non probet ad effectum reseruationis, præbuit Capitulo iustam causam dubitandi, tum quia fuerunt deinde super hoc examinati testes in partibus, quamuis non probent commensalitatem, ita vt etiam nuncius Apostolicus approbauerit denegationẽ Capituli, mandando quod nihil innouetur, vsque ad ordinem Sanctissimi.

Et tanto magis, quia articulus reseruationis horum beneficiorum erat satis dubius, & Rota etiam dubitauit, nec fuerit resolutus, nisi cum magna discussione, & post plurea.

Præterea constat Capitulum processisse ad denegationem possessionis bona fide, & absque dolo, † cum commiserit hoc negotium Iuris peritis & Curialibus quorum relationibus & allegationibus auditis supplicauit Episcopo pro admissione informationum, & rescissione prouisionis, ad hoc, vt si inueniret etiam dignam quod reuocaretur, illam reuocaret.

VICECOMITIS.

Fauentina, Iuris eligendi, Merc. 4. Iul. 1584.

ARGVMENTVM.

Consuetudo iuris eligendi, vt probetur, quæ requirantur.

SVMMARIA.

1 *Electio Capitulo cum Episcopo communis est, nisi consuetudo in contrarium extet.*
2 *Consuetudo etiam respectu vnius Ecclesiæ dicitur.*

DECISIO DCXXXVII.

AN electio Canonicatuum ex consuetudine spectet ad Canonicos, & Capitulum, & priuatiue ad Episcopum, quærebatur.

Domini resoluerunt, constare de sufficienti cõsuetudine iuris eligendi, cum enim electio sit communis Capitulo & Episcopo, nisi consuetudo sit in † contrarium per Cassad. decis. 22. nu. 2. de preb. apparet, quod in hac materia attenditur consuetudo, nec est considerabilis consensus populi totius, vel maioris partis, quia illud est, quando agitur de re spectante ad populum, cuius consensus requiritur, non sic in rebus Ecclesiasticis, in quibus in plerisque attenditur consuetudo, & tamen non interuenit consensus, nisi Ecclesiasticorum, & respectu vnius Ecclesiæ † dicitur consuetudo, vt c. vlt. de consuet. in 6. cum alijs pluribus.

Quare & de iure non prohiberi Capitulo electionem priuatiue ad Episcopum, dixerunt non esse hanc consuetudinem contra ius, sed ad summum præter ius, quia textum non habemus, qui prohibeat Canonicis electionem, sed potius contrarium, quod videlicet cõcedat, vt habetur in c. cum Ecclesia Vulterana. de elec.

Et ad illud quod non constat dictam Constitutionē non fuisse vsu receptam, fuit per Dominos responsum, sufficere eam fuisse publicatam in Synodo, cum 2 dicenti non vsum † incumbat onus probandi, stante, quod statim lex post publicationem, ligat, l.fin. §. fin. & ibi Bald.C.de cad.tollen.

DECANI.

Bononiensis, Optionis, 9. Ianuarij. 1579.

ARGVMENTVM.

Proponuntur in hac decisione quæstiones tres de iure optandi, & à Rotæ Auditoribus resoluuntur, vt in Summarijs & ipsa decisione est videre. Ordo illarum & tenor hic est.

Quæritur primò, An beneficia reseruata possint optari. Secundò. An optari possint, stante consuetudine optandi reseruata. Tertiò. An indultum concessum Cardinali de conferendo beneficia vacantia in octo mensibus reseruatis Papæ, vigore regulæ Cancellariæ, obstet, quo minus reseruata possint optari, in vim consuetudinis immemorabilis, quę probata & non interrupta præsumitur. Resolutio & enodatio earū in subiecta decisione perspicitur.

SVMMARIA.

1 *Beneficia, siue specialiter, siue generaliter sint reseruata, optari non possunt.*
2 *Papa in beneficialibus latissimam potestatem habet.*
3 *Consuetudo immemorabilis ad acquirenda etiam specialiter reseruata sufficit.*
4 *Consuetudo immemorabilis vim habet priuilegij, & legis, poteštque ex ea allegari quiuis alius titulus.*
5 *Tempus vnius Pontificis, cum tempore alterius coniungi nequit, stante interruptione.*
6 *Interruptio vt inducatur, vt actus contrarius consuetudini interueniat, necesse est.*
7 *Ordinarij optionem impedire non possunt.*
8 *Cardinales sub regula reseruatoria octo mensium non comprehenduntur.*
9 *Clausula derogatoria solum in his operatur, quæ gratiam perimunt.*

DECISIO DCXLII.

DVbium per me propositum, de ordine Sāctissimi continebat tres difficultates. Prima est, An beneficia reseruata optari possint. In qua fuit resolutum, nō 1 posse † optari, siue sint specialiter reseruata, in fauorem certæ personæ, siue generaliter, vt tradit Anch. in c.fin. n.1.& col. fi.ver.quæro.de consuet.in prin.& ibi Gem. in § conferendis.nu.3.Franc.nu.6.Prob.in d.c. fin. nu. 28.ver.2.eod.Collect.in c.ex tenore. n.6.de conces.prę ben.Card.cons.16.circa fin.Gem.cons.30.col.2.ver. ad secundum, vbi attestatur de cōmuni opinione Rot.decis.2.de consuet.in Nou.& in dec.1.nu.4.de rerum permut.in Nou.dub.2.Put.decis.4. & Mohed.decis. 296. in eadem causa. Mil. in verb. consuetudo optandi non habet locum in beneficijs reseruatis. Lap. alleg.89. nu. 4.ver.quid ergo.Franc.March. q.1271.vol.1. Staphil. de lit.grat. fol.101. secūdum antiquam impressionem ver.cessat similiter.Feret.cons.227.num.4.vol.2.Greg. de pens.q 63. num.9. Simonet. de reserua.c.65. Fel. in eod.tract.q.4.prio.in 5. effectu.Cassad.decis.4.num.1. de concess. præben.vbi de communi Paris. numero 10. vol. 4. & in reseruat. ob vacat. apud Sedem attent. in d.§.in conferendo.Æne.in d.tract.de reseru. in 2. effectu.num.2.Sig.d.q.63.num. 10. Paris.dicto consil. 10. num.3. Staphil.vbi pr.vers. cessat tamen opinio. Rot. 2 dicta decis.4. & ratio est, quia Papa † in beneficialibus habet latissimam potestatem, c.2.de præben.in 6.& reseruando afficit beneficia & inficit totum quicquid disponitur in contrarium, & derogat omnibus iuribus, & statutis, & admisit omnem potestatem conferendi, & sic tollit iura, quæ dant potestatem optandi, vt post Ioan.de Lignan.tradit Gemin.in d.§.in inferen. num.3.idem Franc.nu.6. & in reseruatione octo mensium de quibus in regulis Cancellariæ est decisio Mohedan.296.Put.decis.4.Rot.in dicta decis. 1. de rerum permut.

Secunda est difficultas, an saltem possit optari stante consuetudine optandi reseruata & in consuetudine legitime præscripta, voluit Calder.in consil.3. de consuet.quod possunt optari, & quæritur, hęc consuetudo licet sit contra ius, est tamen rationabilis, & æqua, & propterea possunt pręscribi, cum legitimo tempore, sequitur Staphil.de lit.grat.d.fol.101.col.ver. An autem valeat cōsuetudo, licet de veritate stutus opinionis dubitetur, Æn.de Falc.in d.tract.de reseruat.in d.5. effectu eolitm.penul. vers.est bene verum, dicens Calder. fuisse audacter loquutum, & quod Curia reciperet dictum suum propter generalitatem.c.2.de præben.in 6. Quo verò ad consuetudinem immemorabilem, Domini tenuerunt, illam valere, moti ex generalibus regulis, 3 quia immemorabilis consuetudo sufficit † ad acquirenda etiam specialiter reseruata Principi c. super quibusdam.§ præterea.de verb.signif. Abb.in c.cū nobis, col. 1.de præscript. Ias.cons.208.col.penol.ver.tum ea.vol. 2.Balb.de præscript.par.2.3. par.q.6. Feret.consil. 141. num.39. vol.1. cum alijs de quibus per Gabr. de præscript.conclus.1.num.3.ver.3. amplia. habet enim hæc 4 immemorabilis † consuetudo vim priuilegij, & legis, & ex ea potest allegari etiam titulus fundationis, & quilibet alius titulus de mundo, vt dicunt allegati Doctor. Fel.in c.causam quæ.col. 3.& 4.de præscript. Fed. cons.234.col.2.versic.propositum. Stante ergo probata ista immemorabili, non est dubium, quod dicitur legitime præscripta consuetudo, & sic intrabit dictum Concilium Calder. quod Domini approbant, sed circa hanc difficultatem aliqui ex Dominis dubitabant, si hæc immemorabilis posset probari, ex quo singuli Pontifices reseruant regulam de mensibus reseruatis, per quod interrupta videtur ista immemorabilis. Vnde quando fuit inchoata, fuit interrupta per dictam re- 5 gulam, nec potest tempus vnius Pontificis † coniungi cum tempore alterius stante interruptione, Socin. in l.mihi & Titio.§.in legar.post princip.de leg.& propterea dicit Calder. in dicto cons.3. col. fin.verb. ad illud vero. quod talis consuetudo optandi reseruata ad hæc vt sit præscripta, non debet esse interrupta, per cap. illud. de præscript.cap.si beneficio. de præben. in 6. & ad inducendum interruptionem opus est, quod 6 interueniat † aliquis actus contrarius d. consuetudini, vt ibi per eum.& tradit Anchar.in d.cap.fin.column. fin.versic.quæro.vbi per Gem. Franc. & alios de consuet.in 6.Seig.d.quæst.63.nu.8.super hac tamen interruptione nihil Domini resoluerunt, sed nunc præsupponunt consuetudinem immemorabilem, introductam, & probatam.

Tertia & vltima erat difficultas: An indultum concessum Cardinali conferendi beneficia vacantia in octo mensibus reseruatis Papæ, vigore regulæ Cancellariæ, obstet, quo minus reseruata possint optari in vim d. consuetudinis immemorabilis, quæ nunc præsupponitur probata, & non interrupta, & Domini resoluerunt, non obstare.

Mouebantur quia huiusmodi indulta conferendi ex obseruantia Rotæ non semper receperunt interpretationem, vt non amplient facultatem conferendi, quam habent ordinarij in suis Ecclesijs, sed tantum, vt illis non obstantibus possunt ipsi libere conferre beneficia ad eorum collationem spectantia, perinde ac si de reseruatis non emanauerit, vt colligitur ex tenore dictorum indultorum, & est decis.Cassad. 3. de priuil. Put.decis.4.eod.Simon.decis. 28.Mohedan.decis.178. Abbas erat.

Hinc est, quod intelliguntur de illis beneficijs, in quorum quasi possessione conferendi ipsi ordinarij

existant, iuxta cons. Calder. 13. de præben. decis. 5. Rota decis. 49. eodem in antiq. Mohedan. d. decis. 178. Put. decis. 1. de priuil. Vnde quemadmodum ordinarij impedire † non possunt optionem sine indulto, ita non possunt cum indulto, Put. decis. 4. in fi. de priuil. quare si cessarent reseruationes, non posset Cardinalis habens indultum conferre beneficia, quæ vigore dictæ consuetudinis immemorabilis possunt optari, ergo minus potest conferri vigore indulti, quod non auget facultatem conferendi, sed tantum remouet obstacula, & impedimenta reseruationis, vt supra dictum est. Ex supra dictis infertur non obstare allegatam decis. Illustr. & Reuer. D. Cardinalis Paleot. 357. incipienté præsupponebatur, quę fuit facta in causa Regiensi, Canonicatus, nec reperitur inter alias eius decisiones, quæ per manus versantur, in qua decisione Rota dicit, non censeri derogatum immemorabili consuetudini optandi, reseruatę per clausulas derogatorias appositas in quadam prouisione Papæ, in quibus clausulis derogabatur consuetudini, statutis qualibet authoritate confirmatis, & si esset necessaria generalis derogatio, cum illa clausula, quorum tenores, &c. & hæc similes clausulæ sunt appositæ in indulto, de quo agitur, quia Domini respondebant, diuersos esse terminos quæstionis nostræ à terminis dictæ decisionis, illæ clausulæ erant positæ in prouisione Papę, non indulto remouente obstacula, propterea in illa decisione pręsupponebant adesse reseruationem, quæ tamẽ hic non adest, regula reseruatiua octo mensium non † comprehendit Cardinales, sed illos in specie excipit, vt etiam declarat decis. Mohed. 296. incip. in eadem causa. Crescent. decis. 218. incip. regula quæ.

7 / 8 [marginal numbers]

Non obstat, quod clausulæ indulti derogantes consuetudinibus censentur etiam derogare huic consuetudini optandi, quia respõdetur, quod postquam indulta vt dictum est, nihil aliud continent, nisi quod remouent obstacula. Ita etiam dictæ clausulæ non possunt operari, quod per eas sit ampliata, & alterata particularis dispositio ipsius indulti, sed tantum confirmatur, & inualidatur, iuxta clem. 1. de concess. præb. Dec. cõs. 2. num. 10. Felin. in c. licet in corrigendo. nu. 7. ver. 3. limita. de off. ord. & in terminis iuris optandi est dictum consilium Calder. 5. de consuetud.

9 Hinc est, quod dicitur clausulas derogatorias, † solum operari in his, quæ perimunt gratiam, Felyn. in c. nonnulli. in 1. col. 11. versic. not. 3. de rescript. Rot. 15. in addit. de præben. in manuscript. in proœm. reg. cancel. q. 3. nu. 6. Ac principalis dispositio indulti ea est, vt Cardinalis posset conferre in omnibus mensibus, prout de Iure poterat ante regulam octo mensium, sed de iure non poterat conferre beneficia, in quorum quasi possessione optandi alius existit ab immemorabili tempore, quæ immemorabilitas operatur vim priuilegij Apostolici, legis, & fundationis, vt dictum est, ex istis Cardinali potest derogari.

Non obstat, & quod in indulto dicitur etiã facultas conferendi spectantia ad inferiores, quatenus sint reseruata, quia respõdetur, quod intelligitur eo modo quo possunt conferre inferiores, si non essent reseruata, sed inferiores non tollerent optionem, ideo nec indultum.

PALEOTTI.

Bononiensis, Optionis, lib. 2. num. 391.

ARGVMENTVM.

Optio ex regula reseruatoria octo mensium impeditur.

SVMMARIA.

1 *Optio an ex regula reseruatoria octo mensium impediatur.*

2 *Et an ad hoc specialis derogatio requiratur.*

DECISIO DCXLIII.

VAcauerat Canonicatus in mense Ianuarij, & pręsupponebatur extare consuetudo in Ecclesia Regiẽsi, inter Canonicos optandi, atque ita vnus Canonicus eum optauerat. Papa autem de eo prouiderat tanquam reseruato, ex regula octo mẽsium, cuidam Curtio. Vnde nũc Canonicus contra dictam regulam octo mensium, multa opponebat, & præcipue ex ea non impediri optionem, eo quod non habet expressam derogationem de optando, vt per Card. cons. 16. in fin. stat. pag. 101. Domini in contrarium omnino probauerunt, videlicet ex regula † octo mensium impediri optionẽ. Paris. cons. 10. nu. 5. vol. 4. Gem. cons. 30. num. 8. Milis in 660. consuetudo optandi non habet locum. Æneas de Falc. in 5. effectu 4. q. prin. col. fin. & in 20. effectu. nu. 2. Franc. c. fin. de consuet. in 6. §. in prębendis. nu. 6. Anch. vol. 1. & seq. Prob. nu. 29 Cassad. 4. de concess. præben. & ita de vsu Curiæ testatur Sim. de reseruat. c. 43. Mohed. decis. 197. Put. 4. de consuetud. & ita firmatum in causa Oscensi, coram D. Chisan. vlt. Ian. 1518.

1 [marginal number]

2 Non obstat, quod sit necessaria † specialis derogatio, quoniam id forte procedit in speciali reseruatione fauore alicuius, vt loquitur Gemin. consil. 104. secus est in generali.

Regiensis.

ARGVMENTVM.

Consuetudini optandi an ex prouisione Papæ derogetur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus memorabile pro se habens, quemcunque titulum deducere potest.*

DECISIO DCXLIV.

PRæsupponebatur in Ecclesia Regiensi consuetudo optandi in tempore immemorabili, & quęrebatur, an ei esset sufficienter derogatũ ex prouisione Papę, ex quod qui habet tempus † memorabile, potest deducere quemcũque titulum etiã ex causa onerosa, vt per Rip. in c. decernimus. de iud. num. 75. Dec. cons. 271. nu. 30. Paris. cons. 102. num. 84. in prin. cui Papa non censetur derogare, attamen contrarium Dominis placuit, ob amplas clausulas, quæ in ea continebantur, vbi derogatur etiam consuetudinibus, ac statutis, in quibus etiam specialis derogatio esset necessaria, & adest clausula quorum tenore, &c. & derogatur etiam consuetudini, &c. quamuis authoritate corroboratis.

1 [marginal number]

Ex quibus certa admodum, & indubitata videtur elici mens Papæ, contra Put. in causa Regiensi Canon. 19. Iunij 1559.

Regiensis, Prioratus S. Iacobi.

ARGVMENTVM.

Ius patronatus ex confessione partis probatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex confessione partis probatur.*

DECISIO DCXLV.

1 FIrmauerunt Domini de Rota ex cõfessione † D. Camilli, de qua in literis Apostolicis suæ prouisionis, satis constare de iure patronatus beneficij de quo agitur, pertinere ad nõnullos de domo, & familia de Tacculis ex fundatione & dotatione, Cassad. dec. 7. de iure patr. Put. dec. lib. 3. & hoc nullam habet difficultatem.

Sed quia frater Raphael prætendit illud spectare ad eos, qui ipsum præsentarunt, videndum erit quomodo iustificet intentionem suam.

Regiensis, Prioratus, Ven. 24. Maij 1585.

ARGVMENTVM.

Ad validitatem præsentationis, sola quasi possessio præsentandi sufficit, maxime si illud est ex fundatione, vel dotatione.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio vt sustineatur, sola quasi possessio præsentandi sufficit.*

2 *Ius patronatus in Prioratu conuentuali ex dotatione, vel fundatione acquiritur.*

Narra-

3 *Narratiua separatio facta, cõfessionem qualificatam non reddit.*

DECISIO DCXLVI.

FVit per Dominos resolutũ, ad effectũ de quo nunc agitur, satis constare ius patronatus spectare ad Io. Baptistam, vnum ex illis, qui præsentarunt F. Raphaelem, sufficit enim ad validitatem † præsentationis sola quasi possessio præsentandi, c. consultationibus, vbi nor. de iure patr. Card. cons. 70. in qua dictum fuit extitere Ioan. Baptistam ex quo prouisioni factæ in personam quondam Vincentij de huiusmodi Prioratu, quæ fuit sortita effectum, nam per eius obitum vterque venit, ad cons. Oldrad. 229. nu. 2. suum præstitit consensum, & pro actu ita acquiritur possessum præsentandi sicuti in præsentatione. Abb. cons. 54. lib. 1. Put. decis. 309. in vna Eluen. lib. 2. Crescen. decis. 27.

Maxime cum simus in quasi possessione iuris patronatus lib. 1. ex dotatione, vel fundatione & super Concil. Trid. præsertim, prout constat ex confessione D. Camilli Bosij, de qua in literis Apostolicis super prouisione. Cass. dec. 7. de iure patr.

Nec refert, quod in prouisione dicti quondam Vincentij narretur huiusmodi ius patronatus competere ex priuilegio Apostolico, duntaxat, quia intelligitur de priuilegio Apostolico concesso ex causa dotationis, vel fundationis, cum simus in Prioratu conuentuali, 2 in quo non acquiritur † ius patronatus ex dotatione, vel fundatione, sed requiritur priuilegium, c. nobis. lib. 2. vbi notatur. de iure patr. Mohed. dec. 340.

Voluerunt Domini quod semper de stylo, quando literæ expediuntur, exprimunt ius patronatus competere ex priuilegio.

Et sic verificatur etiam illa dictio duntaxat, ex quo in beneficijs conuentualibus non potest ius patronatus fundatori aliter reseruari, quam priuilegio, ex alleg.

Non obstat, quod cum de huiusmodi iure patronatus non constet, nisi per confessionem Domini Camilli, illa acceptanda sit cum suis qualitatibus, & sic de iure patronatus, quod spectet ad personas per eum nominatas, quia cõfessio est simplex, & licet postea in alia parte, & clausula separata dicatur, Nos tibi asserenti ad dictum Prioratum per Balthasarem, Alexandrum, Iulium, & forsan alios patronos, fuisse præsentatum, ista 3 narratiua tanquam † separatim facta non reddit confessionem aliquo pacto qualificatam, ita quod simpliciter acceptari non possit, ad nor. per Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsitum. de liber. leg.

Quo verò ad alios, qui præsentarunt F. Raphaelem, & non sunt in quasi possessione præsentandi, dixerunt, Domini non constare de aliquo iure ipsorum, &c.

ROBVSTERII.

Cassalensis, Parochialis, Ven. 2. Mart. 1594.

ARGVMENTVM.

Institutio anterior, legitime, & Canonice facta sustinetur, & gratiæ Apostolicæ præfertur.

SVMMARIA.

1 *Institutio facta infra menses sex datos ad conferendum, valida est.*
2 *Ordinarij iurisdictioni in dubio cumulatiue tantum, non priuatiue derogatum censetur.*
3 *Voluntas ex non facto, prout ex facto colligitur.*
4 *Actus in dubio validus præsumitur.*
5 *Actus vt valeat, refertur ad præsentationem validam & Canonicam.*

DECISIO DCXLVII.

FVit resolutum, quod institutio Francisci Bernardini sustineatur & præferatur gratiæ Apostolicæ Io. Mirolij, quia dicta institutio est anterior, & legitime, & Canonice facta, vt hic per Informantes, & tempore, quo superuenit gratia Apostolica erat ex dicta institutione quæsitum ius plene dicto Francisco Bernardino.

Non obstat, quod præsentatio sit facta post quadrimestre datum Patronis ad præsentandum, licet in tempore fuerit redacta in scriptis Notarij, quoniam imò fuit 2. & 7. Septembris facta præsentatio per procuratorem in dicta scriptura, nominationis ipsi Ordinario, vt ex actis aperte constat, & cum beneficium vacauerit 15. Maij, clarum est, quod exhibitio præsentationis facta ipsi ordinario, & comparitio Francisci Bernardini, 2. & 7. Septembris eiusdem anni fuit in tempore, quia adhuc durabant quatuor menses ad præsentandum, nec refert, quod ipsa institutio sit post quatuor 1 menses, quia sufficit, quod saltem sit † infra sex menses datos ad conferendum, pro vt vere est facta, vt bene deducunt hic Informantes.

Non obstat præsertim cum fuerit propositum edictum & venerint oppositores, & dederint capitula, & habuerint plures dilationes, & non potuit quicquam imputari ordinario, si non instituit prius.

Non obstat obiectio defectus ætatis, quia cum Franciscus Bernardinus possideat, præsumitur pro ipso, & eius idoneitate, & quod Ordinarius se informauerit, nec quicquam tenetur probare, vt per Ægid. decis. 76. nec relationes examinatorum contrarium præsupponunt, cum remittant se in hoc ad Ordinarium, & quãuis ex dispositione Concil. Trident. potuissent & ipsi se informare, & referre ordinario, tamen hoc non inducitur ad iurisdictionem ordinariam, quia & ipsi potuerunt se remittere ad ipsum ordinarium, cum in du- 2 bio iurisdictionis ordinarij † tantum censeatur derogatum cumulatiue, & non priuatiue. Dec. cons. 3. num. 5. ita quod satis est seruata forma Concil. Trident. & bene examinatores potuerint se remittere ad ipsum ordinarium.

Non obstat, quod non constat de maiori parte patronorum, quoniam cum saltem 12. vel 13. præsentauerint Franciscum Bernardinum, & ipse sit possessor, qui dicit non esse maiorem partem, debet probare, vt dicitur in eo, qui probat se proximum, licet non probet se proximiorem, præsertim cum testamento contradixerint, & si alij aderant, ex quo non contradixerunt huic præsentato, nec alium præsentarunt, con- 3 sentiunt huic præsentato, quia voluntas † ex non facto, sicut ex facto colligitur.

Non obstat, quod Patroni non conuenerint in simul, quia in dubio præsumitur, quod ad istos vt singulos pertineat ius patronatus, & nõ vt ad vniuersos, & ideo possunt separatim præstare, vt deducunt Informantes, & est decis. Achil. de prouis. decis. pen. & cum pro vali- 4 ditate † actus præsumatur qui dicit, quòd antea in simul non conuenerint debet probare, cum de hoc non sit facienda scriptura: Corn. cons. penul. num. 14. cum seq. in 3. præsertim cum iste sit possessor.

Non obstat, quod institutio est restricta ad præsenta- 5 tionẽ de mense Nouemb. quoniam imò pro validitate actus refertur ad præsentationẽ validam, & Canonicã.

Nec vlla adest Simonia, per solum mãdatum ad cedendum, vt plene hic in memoriali Francisci Bernardini deducitur, cum quo sine difficultate transierunt Domini & ex facto tollitur difficultas.

ROBVSTERII.

Cassalensis, Parochialis, Lun. 14. Octob. 1585.

ARGVMENTVM.

Institutio rescinditur, salua permanente præsentatione.

SVMMARIVM.

1 *Institutio rescindi potest, illæsa permanente præsentatione.*

DECISIO DCXLVIII.

DOmini voluerunt præsupponere, quod præsentatio sit valida, quia cum de vno dubitatur, alia præsupponuntur habilia, reseruantes Io. Mirolio si opus erit videre ad partem de validitate, aut inualiditate dictæ præsentationis, & cum isto præsupposito resolue-

 runt,

runt, quod solummodo fuit nolla, & inualida in casu isto † institutio, non autē præsentatio, ex allegatis hic per Informantes Frācisci Bernardini, cum quibus sine difficultate transierunt, & fuerunt omnes concordes.

ROBVSTERII.
In eadem, Lun. 28. April. 1585.
ARGVMENTVM.

Præsentatio facta à maiori parte patronorum, & superiori exhibita infra præstitutum tempus, valida est, & sustinenda.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio facta à maiori parte patronorum, & superiori intra constitutum tempus exhibita, valida est.*
2 *Pœnitentia vel mentalis cogitatio, quo ad pœnas incurrendas, non est in consideratione.*
3 *Cogitatione non existente, nihil actum censetur.*

DECISIO DCXLIX.

Resolutum fuit, quod prima præsentatio Salamonij facta infra quadrimestre Vicario D. Episcopi Cassalensis, ante 15. Septembris 1581. fuit valida, & le 1 gitima, ex quo fuit facta † à maiori parte Patronorum, & exhibita ipsi superiori infra quadrimestre, iuxta not. per Sarnen. in reg. de iure quæsi. q. 1. Acelib. de præsent. dec. 1. & plene deciditur in decis. coram me facta 2. Martij 1584.

Non obstant mandata 3. Nouembris eiusdem anni facta, quæ Informantes pro Mirolio secundam præsentationem appellant, quoniam licet in illis mandatis non adesset clausula citra tamen, &c. cum superuenerint post quadrimestre, & post primam præsentationem factam ipsi ordinario, imò fuerint turpia, & illicita propter petitionem pensionum, nullum præstant impedimentum dictæ legitimæ præcedenti præsentationi, vt in regula non præstat cum vulgat. & bene deducunt Informantes pro Salamonio.

Non obstat, dum dicitur, quod Salamonius, ac etiam ipse ordinarius cōsenserit huic turpitudini, quoniam, vt alias in dicta decisione fuit dictum, nolla colligi potest Simonia ex persona præsentati, nec ex parte Ordinarij, qui omnia fecerunt in vim primæ præsentationis, & si quid ratificarunt de pensione imponenda, id verisimiliter intellexerunt, sub beneplacito Sedis Apostolicæ, præsertim cum aliquam intentionē de ea faciant. Paris. consil... lib. 4. Tum etiam quia id euentus docuit, nam nulla reseruata fuit pensio, & vbi 2 superuenit † pœnitentia, tractatus, vel mentalis cogitatio non sunt in consideratione in pœnis incurrendis, nisi tantum in venia, & misericordia à pio Deo petenda. Abb. in cap. & quamuis plures pœnæ contra solas conuentiones Simoniacas sint per extrauagantes & alia iura inductæ, id tamen est verum, vbi sine beneplacito Sedis Apostolicæ fiunt, sed non vbi sub conditione beneplaciti Apostolici fiunt conuentiones, vt ibi per Paris. & in caducitate, & similibus bene Corr. sen. consil. 20. num. 8. cum suis concord. quia non exi-3 stente conditione † nihil est actum, ideo sine difficultate aliqua tenuerunt Domini quod dicta prima præsentatio Salamonis sit valida, & Canonica & potest Salamonius instirui vigore illius, iuxta Clem. Auditor. de elect. præsertim si ad cautelam ipse Salamonius in actis renunciat omni, & cuicunque iuri, quod ex dicta secunda prætensa præsentatione oriri, & sibi vnquam ex illa acquiri potuisset, & posset, ad instar purgationis Canonicæ.

ROBVSTERII.
Cassalensis, parochialis, Ven. 2. Maij 1586.

ARGVMENTVM.

Correspectiuitas in præsentationibus propter interuallum temporis inter vtramque præsentationem, & tacitam intelligentiam Sedis Apostolicæ, & præsumptionem validitatis actus, & delicti exclusionis, non consideratur.

SVMMARIA.

1 *Correspectiuitas ob interuallum temporis cessare dicitur.*
2 *Correspectiuitate cessante, omnis turpitudo cessare dicitur.*

DECISIO DCL.

Domini tenebant, quod hic non potest considerari aliqua correspectiuitas in ipsis præsentationibus, propter interuallum temporis inter vtramque præsentationem, & tacitam intelligentiam beneplaciti Sedis Apostolicę, & præsumptionem validitatis actus, exclusionis delicti.

Nec quicquam facit, quod ante beneplacitum deuentum fuerit ad præsentationem coram Ordinario, & ad institutionem, quoniam ex quo cessat correspe-1 ctiuitas propter interuallū temporis, & propterea quod quælibet præsentatio habet suam correspondentiam, & suam causam, nam prima præsentatio est facta, vel sequatur institutio, vt præiudicatur Ecclesiæ. Secunda verò est facta cumulatiue, vt cum beneplacito Papæ detur pensio illis ibi expressis, ideo tam ex diuersitate temporis, quàm diuersitate causarum cessat correspectiuitas, Mohed. d. 114. præsertim pro validitate actus, & vt euitet delictum, & sic executio in institutione ac reseruatione, & alijs non inducit aliquod vitium in hoc, quoniam institutio est facta ex causa primæ præsentationis, reseruatio de qua in institutione est facta, vt si Papæ placuerit possit imponi pensio ex causa mandati, seu secundæ præsentationis, & sic 2 cessāte correspectiuitate, † cessat omnis turpitudo, quia videtur ita dixisse, ego instituo ex debito, & necessitate, & si Papa voluerit reseruare sibi pensionem, reseruo hoc sibi, si Papæ placuerit.

In eadem. Ven. 23. Maij 1586.
ARGVMENTVM.

Simonia, & pactum illicitum ex quibusdam rationibus deductis, cessare dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Procuratoris ex quibus Simoniaca dicatur.*

DECISIO DCLI.

Resoluerunt Domini hic nullam adesse Simoniā, vel illicitam pactionem, ex eisdem rationibus, vt antea, & addebant, quod in casu isto sufficit Salamonio prima præsentatio, quam resoluimus esse validam ex qua acquiritur ius ad rem. Sarnen. in rego. de iu. quæsi. noo toll. q. 1. nu. 29.

1 Nec illa constitutio † procuratoris ad præsentandū Salamonium cum reseruatione pensionis, potest dici simoniaca, vel alias illicita, quia non est facta in conrinenti. Aegid. dec. 12. Sarnen. de trien. q. 12.

Nec etiam potest dici correspectiue per viam relationis, ex quo Ordinarius instituit cum reseruationibus, quoniam potest intelligi de reseruatione, de qua actis 26. Aug. per Patronos facta. Præterea illa reseruatio non est correspectiua ad primam præsentationē & tantum reseruat, & remittit ad Papam, & intelligitur saluo illius beneplacito, & cum simus in separatis, & diuiduis, qui præseruat, & remisit ad Papam nihil dat, nec exequitur, præsertim respectu actus separati, & pro illius validitate.

ROBVSTERII.
In eadem, Ven. 30. Maij 1586.
ARGVMENTVM.

Dispositio cap. auaritiæ. de elect. in 6. an in casu subiecto intret, disquiritur.

SVMMARIA.

1 *Quisquis per se facere videtur, quod per alium facit.*
2 *Error iuris dubij bonam fidem an inducat.*

DE-

DECISIO DCLII.

Resoluerunt Domini quod non intrat in casu de quo agitur, dispositio c. auaritiæ de elect. in 6. quia nullitas relationis examinatorum, & institutio ordinarij non est ita clare nulla, vt dici possit Salamonium credendo istos esse in lata culpa, vel dolo, quæ requiruntur, vt intret pœna d. c. auaritiæ. Nam Concilium Trid. non dicit clare, quod examinatores non committant informationem de ætate & moribus ipsi Episco- 1 po, nam qui per alium facit † per se facere videtur, præsertim cum remittantur ordinario ea, de quibus ipse melius, quam ipsi examinatores, possit esse informatus, & Rota non habuit rem pro tam clara, vt arbitrata fuit à Congregatione Concilij Trid. sicque clarum 2 est, quod error iuris † dubij inducit bonam fidem saltem ad euitandam pœnam, & Domini addebant Abb. in c. quia plerique nu. 11. de immunit. Eccles.

PENNÆ.

Parmensis, Beneficij, S. Nicolai de Tolentino, Ven. 21. April. 1589.

ARGVMENTVM.

Possessio beneficij pendente appellatione capta vigore gratiosæ subrogationis, an dicatur attentata, & sit reuocanda.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta vigore gratiosæ substitutionis noua possessio non dicitur, sed antiqua continuata in personam gratiose subrogati.*
2 *Attentare non dicitur, qui continuat.*
3 *Subrogatus naturā eius induit, in cuius locū subrogatur.*
4 *Clausula rescripto Papali annexa, dummodo tempore Datæ præsentium alteri non sit ius quæsitum, quomodo intelligatur.*

DECISIO DCLIII.

Vacante beneficio in Ciuitate Parmensi, sub inuocatione S. Nicolai de Tolentino de iure patronatus laicorum familiæ de Ceratis per obitum Francisci de Ballestrerijs vltimi possessoris, de mense Iulij, anno 1587. ab illis de Ballestrerijs, Paulus de Balestrerijs tunc sacerdos, ab illis verò de Ceratis Iulius Cæsar de Lalatta præsentati fuerunt, vnde orta controuersia inter eos, Abbas S. Ioannis eiusdem beneficij ordinarius collator, de partium consensu possessionem & fructus beneficij sequestrauit & tandem vlt. Feb. ad fauorem Pauli sententiam tulit, ab ea Iulius appellauit, & appellatione pendente à Sede Apostolica enarrata prædicta lite in prima seu alia instantia, de eodem beneficio in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogatio nis sibi prouideri obtinuit, & huius gratiæ vigore Iulius die 1. Octobris, an. 1588. præfati beneficij possessionem apprehendit.

Ceterum quia in literis gratiosæ subrogationis non fuerat facta mentio de sententia, & gratificatione Abbatis, qui Paulo beneficium adiudicauerat, aderatq; præter clausula, *dummodo tempore data literarum non esset in beneficio specialiter alicui ius quæsitum*, propterea dubitaui, An possessio per Iulium Cæsarem capta, esset attentata.

Et Domini non esse attentatam pronunciauerunt, cum esset capta vigore gratiosæ subrogationis, quæ sic 1 capta, non dicitur noua possessio sed antiqua † continuata in personam gratiose subrogati, & perinde est, ac si Franciscus de Ballestrerijs vineret, & possessionem suam continuaret, sic aperte demonstrāt illa Apostolicarum literarum verba: *Authoritate Apostolica subrogamus, & illumque ius tibi conferimus & de illo etiā prouidemus, nec non te ad huiusmodi ius & litis, & causa huiusmodi prosecutionem & defensionem in eisdem statu, & terminis in quibus d. Franciscus, tempore obitus sui quomodolibet erat, & si non decessisset, posset & deberet admitti, etiam quo ad possessionem admittimus.*

Vnde quemadmodum si Franciscus post litem sibi motam continuaret possessionem, non diceretur atten- 2 tare, quoniam, qui † continuat, non attentat, gloss. in c. non solum. in verbo reducendum. de appellat. lib. 6. Paris. cons. 171. part. 4. Caputaq. decision. si incipien. attentare non dicitur par. 1. Perusinus, & Doct. in cap. significante de appellat. Ioannes Neuiz. cons. 81. incipient. de inceptis num. 35. vers. quia respondetur, Ita Iulius in locum Francisci gratiose subrogatus cum possit quidquid Franciscus poterat, nam subrogatus il- 3 lius † in cuius locum succedit, naturam induit, l. si cū. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. l. si stipulatus. ff. de vsur. non dicitur attentare, nec quod actum est reuocatur tanquam attentatum, Aeg. d. decis. 128. incipien. si Titius Commendator, Chassa. dec. 1. vt lit. pendente. quod sæpe alias in eadem facti specie decreuisse Rotam docent plurimæ decisiones. Mohed. decis. 292. incipien. fuit dubitatum. & dec. 587. incipien. fuit resolutum. vers. in secunda autem subrogatione, vbi in multis causis ita fuisse seruatum in Rota testatur Put. dec. 814. incipien. fuit decis. lib. 1. Paleott. decis. 103. & 119. & fuit resolutum coram Reuer. Patre Domino Pamphilio, in vna Pampilonensi, Iuris patronatus, die 5. Nouembris 1584.

Quod procedit etiam non iustificata subrogatione gratiosa, præsertim si possessio esset vacua, sicuti in casu proposito, in quo neuter possidebat, Put. dec. 495. libr. 2. & fuit late deductum coram D. Gypsio in illa Burgensi, de Pancoruo, de mense Nouembris anni proximi præteriti.

Nec potest gratiosa hæc subrogatio Iulij Cæsaris, velut subreptitia impugnari, propterea quod in ea nō fuit facta mentio, de sententia, & gratificatione Abbatis ad fauorem Pauli de Ballestrerijs, hoc enim satis tollitur ex eo, quod facta sit mentio litis in prima, vel alia instantia, & quod status, & merita causæ habeantur pro expressis, quibus generalibus verbis, omnis proculdubio status causæ censetur expressus, & comprehensus, ad trad. per Geminia. cons. 125. numer. 9. versic. super 6. dubio dico. late Sarn. ad rep. de trienn. q. 14. Rebuff. in prax. Beneficiali in 3. parte signaturæ, versic. quatenus litigiosa. Papa. in addit. ad decis. 20. de rescript. in nou. Rota decis. 11. de rescript. in antiq.

Omnem præterea difficultatem tollit gratia perinde valere, quam postmodum Iulius Cæsar, vigore Apostolicæ concessionis ad partem expedinit, in qua explicitam mentionem facit de sententia Abbatis ad fauorem Pauli de Ballestrerijs lata.

4 Illa verò clausula, dummodo † tempore Datæ præsentium non fuerit in d. beneficio, specialiter alicui ius quæsitum, non vitiat gratiam, quia intelligitur aliter quam modo supra expresso. Crescent. in his terminis decis. 205. incipien. præsentati debebat. alias est decis. 7. tit. de iure patron. in impressis. num. 3. vers. maior tamen pars dominorum, conferunt tradita per Gemin. cons. 8. incipien. quidam Cardinalis, & cum in hac facti specie fuerit narrata sententia ad fauorē Pauli præsentati, & ei per gratiosam subrogationem expresse derogetur, non potest per dictam clausulam intelligi aliquod ius Paulo reseruatum, ex præfata præsentatione, vel sententia proueniens.

Denique non obstat, quod non fuerit facta mentio maioris habilitatis, seu idoneitatis Pauli ab illis de Ballestrerijs præsentati, hoc enim quatenus in consideratione ponendum sit à bono iure, & discussione causæ principalis pendere videtur.

ARIGONII.

Rauennatensis, Parochialis, Merc. 2. Decemb. 1592.

ARGVMENTVM.

Data paritate habilitatis inter præsentatos electio Episcopi sustentatur,

sustentatur, & quæ vltra doctrinam pro obtinenda, & gubernanda Ecclesia Parochiali requirantur, docetur.

S V M M A R I A.

1 *Doctrina sola an sufficiat ad gubernandam Ecclesiam Parochialem.*
2 *Sanctior & doctior an semper dignior sit æstimandus.*
3 *Episcopi iudicium verum, & rationabile præsumitur.*
4 *Constitutio Pij V. de appellatione concedenda à doloso, & irrationabili iudicio Episcopi.*
5 *Ordinarius præferre cum tenetur, de quo est melius informatus.*
6 *Dignior quis in concursu ex multis qualitatibus præsumitur, & quid si tales occurrant, Ordinario agendum.*

DECISIO DCLIV.

IN concursu ad Parochialem ab Examinatoribus Taccata & Morigius fuerunt æque idonei reperti, & approbati. Et quia Reuer. Archiepiscopus horum vnum eligere debebat, & elegit Morigium, Taccata dixit in huiusmodi electione se fuisse grauatum, cum ipse esset sacerdos, Doctor, pauper, & sine beneficio, & consequenter præferendus erat Morigio: hac controuersia coram me per appellationem pendente, illam in Rota proposui, & per Dominos fuit responsum, non constare de grauamine, & quamuis qualitates Doctoratus, sacerdotij, & aliæ supradictæ sint consideratu dignæ, Abb. in c. 1. de maior. & obed. Dec. in conf. 52. n. 12. 13. nihilominus ipsæ solæ non faciunt aliquem digniorem pro obtinenda, & gubernanda Parochiali Ecclesia, cum vltra doctrinam, in qua ambo fuerunt ap-
1 probati † æque idonei, erant quoque considerãdi mores, prudentia, & alia opportuna ad gubernandam Ecclesiam, vt apparet in Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. & in c. cunctis. in princ. de elect. & plura tradit Lambert. in tract. de iur. patron. in 2. lib. 1. par. 10. quæst. & præsertim colum. 2. versic. trigesimo primo requirit. &c. imò
2 nec etiam † aliquando ille, qui est doctor, & sanctus est iudicandus dignior, sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet, & fieri potest quod & Doctor, & pauper non sit ita aptus, vt non doctor, & non pauper, vt merito non doctor, & non pauper iudicandus sit dignior, vt post alios annotauit Couuarr. in reg. peccatum. pat. 2. §. 7. num. mihi pr. versic. digna. &c. & etiam ita fuit dictum in causa Beneuentana, Parochialis 13. Iunij, 1590. coram Reuerend. Patre, Domino Orano. Vnde cum Archiepiscopus vnum ex æque idoneis ab examinatoribus approbatis elegerit, dicendum est, maiores qualitates cognouisse concurrere in Morigio circa mores, & prudentiam, & alia, quæ sunt necessaria pro guber-
3 nanda Parochiali, quam in Taccata, cum † pro iudicio Episcopi sit præsumendum, in c. præsentia, de renunciat. & idem colligitur ex constitutionibus Fel. record. Pij Papæ V. cum permittat tantum appellatio-
4 nem quando appellans † docet de doloso, & irrationabili iudicio Episcopi, vt apparet in illius narratiua, ibi carnalitates, aut aliorum humanæ passionis affectuum non rationis iudicium sequentes, &c. & in dispositione ibi, *& constito*, &c. quod non deducitur in casu, de quo agitur, propter illas solas qualitates, quando in illo possunt concurrere maiores qualitates circa mores, & alia, quæ reddunt illum habiliorem ad gubernandam Parochialem, de quibus omnibus, cum Morigius esset ciuis, Canonicus eiusdem Ciuitatis, & semper ibidem permansisset, Archiepiscopus habuit plenam notitiam. Caputaq. in decis. 406. in 2. pat. in impress. Et item Taccata esset eiusdem diœcesis & in diuersis locis Archiepiscopus, non poterat ita de facili habere notitiam de eius moribus, vita, & alijs qualitatibus, sicut de Morigio & Ordinarius debet præferre
5 † illum, de quo est melius informatus, vt post alios tradit Lamb. in d. tract. de iure pat. in 24. att. 7. q. principali. primæ par. 2. lib.

Neque decisiones in causa ciuitatis Castelli Parochialis, & in causa Aretina Cappellaniæ dicunt contrarium, nam in illa Ciuitatis Castelli docebat de grauamine, ostendendo irrationabile, & dolosum iudicium Ordinarij, per multa, quæ adducebantur, & præsertim cum electus esset eius familiaris, & forensis, nõ
6 electus esset eiusdem diœcesis, & † repertus magis idoneus ab Examinatoribus, & sic non fuit sola qualitas Doctoratus. Idem erat in causa Aretina, in qua non solum concurrebant huiusmodi qualitates Doctoratus, sed etiam concurrebant alia in illo præsentato, propter quæ veniebat præferendus, & præcipue quia erat vnus de compatronis.

Præterea fuit dictum, dummodo absit dolus, & irrationabile iudicium ordinarij. multas esse qualitates, propter quas aliquem reputandum esse magis dignũ, & esse tales, quas si ordinarius non attendit, eligẽdum alterum, dummodo sit idoneus, & dignus, vitiare, & annullare electionem. Dec conf. 129. col. 1. & ita post Hostiens. Io. Andr. Anton de Butr. Card. & alios declarat, & de magis communi attestatur Couarr. in dict. c. peccatum. in 2. p. §. 7. sub num. 3. vers. qui tamen in eo casu accipiendus est, & ideo est, prout ibid. Couarr. in vers. igitur iura humana. quia alias esset locus mille litibus, & nulla electio fieri posset, quæ litibus & controuersijs non esset plena, in magnum damnum Ecclesiarum, & idem refert Molin. in tractat. de Hispan. primog. c. 5. num. 47.

O R A N I.

Beneuentana, Parochialis, Merc. 13. Iunij, 1590.

A R G V M E N T V M.

Data paritate qualitatum in præsentatis, electio facta ab Episcopo valida est, & non solum doctrina, sed & prudentia ad gubernandum Ecclesiam Parochialem, inspicienda.

S V M M A R I A.

1 *Dispositio Concilij Tridentini, quæ in ijs, qui Parochialibus ecclesijs sunt præficiendi, requirat.*
2 *Suspicio sola vel diffamatio sufficit, quando de prælatione vnius ad alterum agitur.*

DECISIO DCLV.

ARchiepiscopus Beneuentanus ex relatione Examinatorum, ad gubernandam parochialem Ecclesiam, de qua quæritur, iudicauerat Ioan. Antonium Caracam Montinello, tanquam magis idoneum præferendum. Cum ab hoc iudice Montinellus ad Vicarium Vrbis reclamasset, & in contumaciam Caracæ ab Examinatoribus Vrbis contrarium iudicio ordinarij fuisset renunciatum, causa appellationis coram me introducta, dubitaui, quis eorum veniret præferendus. Domini autem fuerunt in voto, Caracam præferendũ esse, & ratio fuit, quia Conc. Trid. c. 18. sess. 24. in eis,
1 qui sunt parochiali Ecclesiæ præficiendi, † nedum requirit doctrinam, sed etiam mores, prudentiam, & res alias ad regendas Ecclesiæ opportunas. Quare cum fieri possit, vt in concursu detur vnus, qui scientia alterũ præcellat, licet moribus sit inferior, eo casu, dubium non est, quin ille sit præferendus, qui mediocri litteratura ornatus, nihilominus moribus est altero præstantior. Vnde cum D. Archiepiscopus Caracam prætulit, Montinello, licet minus eruditum, iudicio rationabili vsus est, hoc vno, quod ad Caracæ qualitatem ceterarum prærogatiuarum respexit.

Nam contra Montinellum vrgebant, quod per 7. vel 8. annos inter Monachos habitum gestarat, ordines in monasterio sumpserat, Missas celebrarat, & in supplicationibus publicis cum alijs monachis interuenerat, vt bene deponunt testes, ex quibus Archiepiscopus

pus merito dubitare potoit, an legitimę religionis vinculis esset solutus, sola autem † suspicio, vel diffamatio, quando de prælatione vnius ad alterum agitur, ad excludendum sufficit. Cal.can.9.de prob. Fab.dec.47. lib.2. & fuit alias resolutum in vna Curiensi, Canonicatus, coram D.Seraphino, & nouissime coram D.Comitulo, in vna Calaguriensi, portionis, de anno........ Ex hac enim suspicione, cum scandalum inter Parochiales generari potuerit, potius rationabiliter processit, cuius quidem sibi melius conscius esse potuit, quā examinatores Vrbis, qui huiusmodi exceptionem noluerunt admittere, quæ maxime releuabat. Namex hac patet, eos duntaxat literatum inspexisse, ordinatium verò vltra doctrinam considerasse ędificationem populi, & elegisse viam magis tutam. Nec mouet, quod alias rexerit idem Montinellus aliam Parochialem, quia hoc respicit sufficientiam, sed non concludit in concursu alterius, sufficientis doctrinæ, vt bene hic per informantes.

P · E N I Æ.

Vrgellensis, Canonicatus de Andozza, Lun.15. April.1592.

ARGVMENTVM.

Literæ, in quibus non fit mentio de lite pendente, sunt subreptitiæ, & possessio illarum vigore capta, est inualida.

SVMMARIA.

1 *Literæ, siue Breue Pontificium obtenta non facta in ijs mentione litis pendentis, subreptitiæ sunt.*

2 *Possessio capta vigore literarum Apostolicarum, in quibus de pendentia litis non habetur mentio, vitiosa est, & attentatorum iure censetur.*

DECISIO DCLVI.

QVoniam Raphael Durantus, Archidiaconatum de Andozza, tanquam vacantem in mense reseruato, per obitum Michaeli Grimosachi, impetrauit in curia, & obtinuit sibi concedi literas Apostolicas, de capienda possessione, nomine Cameræ, in quibus non fecerat mentionē de lite, quam Paulus Antonius Borquet, qui vigore statuti à Sede Apostolica confirmati, præfatum Archidiaconatum optauerat, de anno 1583. mouerat, contra quondam Michaelē, prouisum Apostolicū, & in Rota introduxerat, vigore specialis Commissionis, citato & comparente Michaele, & seruatis terminis substantialibus, dubitaui, An constaret de lite, de qua esset faciēda mentio in literis Apostolicis, in forma Breuis, & Dd. concorditer censuerunt, primum constare de lite, per Commissionem causæ in Rota citationis exequutionem, & seruatos terminos substantiales, clem.2. vt lit.pend. Auth.litigiosa. C.de litigios. quæ cum non fuerit extincta per obitum Michaelis, beneficium remansit litigiosum.c.1.& 2.vt lit.penden. lib.6.Mohed.dec.14.alias 140.de poss.& prop. in noo. inpr.& dec.190.in manuscr. Sarn.de trien. quæst.61. etiam in literis in forma Breuis, pro capienda possessione,

1 alias † censentur subreptitiæ, & non operantur effectum, Paleott.dec.116.incip.Ioann.Michael.Verall. dec.92.incip.breu.part.1.in impr. vnde nec vigore talis

2 † Breuis posset capi talis possessio, nec capta sustineri, quia esset attentata, & vitiosa.

P A M P H I L I I.

Licensis, Abbatiæ, Ven.19.Dec.1593.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non integram transportationem actorum, vitiosa redditur, & reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Acta prioris instantiæ integre transportanda.*

DECISIO DCLVII.

FVit dictum, non esse procedendum ad vlteriorem exequutionem sententiæ latæ ad fauorem D.Octauiæ, tanquam nullæ, ob non transportationem actorū Auditoris Cameræ, & Ordinarij Liciensis, à quo causa

1 † sa fuit auocata, quæ erant omnino transportanda, iuxta formam Conc. Trid.sess.24. de reform.c.20. §. præterea, vt fuit sæpius resolutum etiam ad effectum, vt omissa causa appellationis, & suspenso iudicio petitorio possit qois procedere in solo spolio, tanquam in prima instantia, vt fuit decisum coram D. Perusino, sub die 11.Maij, 1589. in vna Fauentina, Bonorum de Gianellis.

· O R A N I.

Calaguritana, iuris votandi, Lun.27. Febr.1595.

ARGVMENTVM.

Resoluitur in hac decisione, dignitates, portionarios, & alios extra numerum in Ecclesia residentes, etiam esse, & dici de Capitulo, eisque competere ius votandi.

SVMMARIA.

1 *Portionarij, & dignitates de iure communi non sunt de Capitulo.*

2 *Secus de iure statutario.*

3 *Collegium, siue Capitulum vnum diuerso iure non censendum.*

4 *Statuti verbis strictè inhærendum.*

5 *Ius alicui acquiri dicitur, per exercitium alicuius actus conuenientis illud ius habentibus.*

6 *Actus condendi statuta Capitulo ecclesiæ Cathedralis competit.*

DECISIO DCLVIII.

1 QVamuis regulariter inspecto iure † communi dignitates portionarij, & alij extra numerum Canonicorum in ecclesia residentes non dicantur esse de Capitulo, vt post Compost.quę testatur Romanam Curiam ita seruare, Tenetur Card. in c.1.numer.4. Abb. num.10. de elect. Idem Abb. in c. auditis. nu.3. eod. Rom.conf.232. num. 10. & tradunt communiter

2 Dd. in c.2.de inst. nihilominus haud dubiū est, † quin statuto, vel consuetudine contrarium induci possit, Gem. post Imol. in c.fin.numer.5. vers.aut quærimus. Franc.nom.6. de præbend. lib.6. Abb.in c.cum olim. num.8.& ibi Fel.num.4. de re iud. ideoque præsupposito Summario pro parte dignitatum, & pensionariorum, dato, cum à me quæsitum fuisset, an ex illo liqueret, ipsos habuisse cum Canonicis ante annum 1573. in Capitulo ius votandi, Domini circumscriptis Canonicorum iurib. affirmatiuam partem sunt amplexi, moti statoto, de anno 1573. in vnione ecclesiarum Calaguritanæ, & Calciatensis, edito, & à Sede Apostolica confirmato, in quo ordinant, quod in dictis ecclesijs sint tantum 40. Canonici, & 20. Pensionarij, ita quod omnes isti vnum Capitulum & Collegium censeantur, nam si per illud pensionarij fiunt Capitulares, in necessarium consequens habent fundatam intentionem, in iure votandi, & alijs rebus ad Capitulares spe-

3 ctantib. ne † alias vnom Capitulum & Collegium diuerso iure censeatur, c. cognouimus. 12.q.2.c.cum in ctua.in fin.de dec.c.quia circa, de priu. proinde vanum est, qood Scribentes pro Canonicis prætendunt statuentium mentem, & voluntatem fuisse, tantum disponere, quod vtriusque ecclesiæ personę facerent vnū collegium, & Capitulum, non autem quod portionarij vere essent de collegio, quia contrarium innuunt ver-

4 ba statuti, † à quibus nullo modo est recedendum. gl. & omnes, in Auth. quas actiones. C.de SS.Eccl. Bart. in l.qui constitutum.ff.de null.test. Bal.in l.cum ancillis.col.2. vers. sed pone, C.de inc.nup.& obseruantia, per quam declarati, quod actum fuerit, l.quædam.ff. de reb.dub.Cast.347.num.4.vol........Aym.consl.101. num.3. cum sim.etenim plures exhibiti sunt actus per Capitulum facti, sub cuius vocabulo nedum comprehensi fuerunt Canonici, sed etiam dignitates, & portionarij, quod euidenter concludit, ipsos fuisse de Capitulo, ex quo interessentia alicuius in Collegio cum c...

teris collegialib. probatur, eũ esse, de Collegio, Rum. consil. 115. num. 10. lib. 4. & per exercitium actus con-
5 uenientis † tantum habentibus aliquod ius ex dicto exercitio acquiritur status illius iuris. Rip. in c. cum ecclesia Sutrina, num. 52. de caus. poss. & propr. neque enim traditiones possessionum, in quib. interuenerunt vnà cum Canonicis Dignitates & portionarij possunt extra Capitulum dari, nisi consuetudine aliter fuisset introductum, Cassad. dec. 8. de caus. poss. & propt. Nec deputationes primorum factæ per dignitates, & portionarios cum Canonicis, ad hoc, vt Capituli nomine in consilijs synodalibus comparuerint, possunt istis sub alio titulo attribui, cum actus sint proprij Capituli, c. fin. cum ib. not. de his, quæ fiunt à præl. vbi Io. Andr. num. 1. Imol. num. 1. & 4. Abb. numer. 2. vt nec etiam Sede Episcopali actus per eos gesti, quia eo casu ad Capitulum tantum, iurisdictio defertur. c. 1. de maior. & ob. Fed. cons. 16. numer. 2. quibus accedit statutum de anno 1503. in c. circa vitam & honestatem clericorum, editum, in cuius ordinatione Notarius enunciat præter Episcopũ Canonicos & portionarios interuenisse, quod manifeste arguit istos reputatos fuisse Capitula-
6 res, cum † actus statuendi tantum competat Capitulo Cathedralis ecclesiæ. gl. in c. 2. §. 1. in vers. statutum. de verb. sign. lib. 6. Abb. in c. cum omnes. nu. 4. & ita Fel. num. 9. & 10. de constit.

SERAPHINI.

Lamorensis, Canonicatus, de Thoro. Lun. 12. Ian. 1598.

ARGVMENTVM.

Possidens duo incompatibilia, per adeptionem secundi, primum amittere dicitur.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiam esse collegiatam, ex quibus probetur.*
2 *Beneficio secundo in incompatibilibus adepto, primum dicitur vacare.*
3 *Canonici ecclesiarum collegiatarum per se, non per substitutum inseruire debent.*

DECISIO DCLIX.

FVit resolutum, satis constare de incompatibilitate, ad effectum iustificationis gratiæ Antonij. Nam cum probetur Ecclesiam de Thoro esse collegiatam, & habere Canonicos, vt patet ex statuto antiquissimo anni 1493. quod in alijs statutis recentioribus est repe-
1 titum, habeant arcam, & sigillum, quæ sunt † signa Ecclesiæ collegiatæ, Alex. cons. 78. numer. 2. lib. 4. Decian. cons. 6. num. 2. lib. 2. ex quibus omnibus probatur sufficienter eam esse collegiatam, vt per Innoc. in c. postulasti. de iure par. Ioan. Andr. Host. Abb. & alij in c. nobis. eod. & fuit dictum coram Illustriss. Mantica, in Placentina, Præpositturæ, 12. Februar. 1596. vltra testes itẽ deponentes sequitur huiusmodi Canonicatum requirere residentiam, ex decreto Concilij Trident. cap. 24. cap. 12. §. prçterea obtinentibus. Los. de incomp. benef. p. 1. c. 17. nu. 3. cumque probetur Petrum pacifice possidere Canonicatum in dicta Ecclesia, & Parochialem S. Mariæ del Portal, vt bene concludunt testes, sequitur eum possidere duo incompatibilia, quia vtrunque requirit personalem residentiam, vnde per assequutio-
2 nem secundi, † vacat primum, vt sæpius in Rota fuit decisum, neque obstat, quod in ista Ecclesia fortasse solitum sit deseruiri per substitutum, quia Congregatio
3 Concilij censuit cogendos Canonicos † collegiatarum, ad inseruiendum per se, non per substitutum, Losr. ibi. nu. 44. & ideo conclusum, verificatam esse gratiam respectu incompatibilitatis.

SERAPHINI.

Oriolensis, Fructuum, Ven. 26. Nou. 1593.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficij primi anni post obitum beneficiati, hæredibus debentur, vbi & quæstio deciditur, cur beneficiati primo anno non recipiant fructus beneficiorum, sed eorum solutio post obitum differatur.

SVMMARIA.

1 *Fructus primi anni cur post obitum beneficiati reseruentur.*
2 *Constitutio Tridentini Concilij de applicandis fructibus mensæ Episcopali.*

DECISIO DCLX.

DOmini censuerunt, quantum ad fructus primi anni post obitum beneficiati, eos deberi eius hæredibus, præsupposita consuetudine, quod beneficiati
1 primo anno † non recipiant fructus beneficiorum, sed eorum solutio differatur post obitum, quam consuetudinem Informantes pro hæredibus, dicunt esse notoriam, & si opus fuerit, se eam probaturos, quæ ideo videtur introducta, vt prouideri possit de eis, quæ ad sepulturam sunt necessaria, quæ plerumque ob inopiã defunctorum magno ordinis Ecclesiasticæ cum dedecore contingit, Ioan. Andr. in reg. nemo plus iur. col. 1. de reg. iur. Abb. in c. in officij. nu. 1. in fin. & ibi Cou. num. 9. de test. Fed. de Sen. cons. 246. num. 1. Lamb. de iure pat. lib. 3. art. 8. q. 2. num. 1. Paris. cons. 33. num. 4. Andr. ab Ex. in c. cum omnes. num. 13. de cons. & fuit decisum in causa Burgensi fructuum 13. Iun. 1590. coram Reuerend. Patre D. meo Pamplulio, neque obstat constitutio Pij V. super qua est fundata decisio in cau-
2 sa Lamurensi, neque Concilium † Tridentinum sess. 24. de reform. c. 14. quia loquuntur, de ea consuetudine, in qua fructus applicantur mensæ Episcopali, vel Capitulari, vt in communes vsus cedant, seu inter Canonicos diuidantur, quibus casib. adest præsumptio simoniæ, vt per Lamb. vbi sup. num. 5. secus verò, vbi fructus reseruantur hæredibus ex causa non solutionis fructuum primi anni, quæ consuetudo nullam habet iuris resistentiam, imò potius assistentiam, ex supra deductis, cum sit potius dilatio solutionis, quam dispositio fructuum ad alium spectantium, & ita declaratum fuit per Concil. Trident. in c. 14. de reform. & constitutio Pij V. non habet locum, quando fructus primi anni reseruantur hæredibus post obitum beneficiati, neque hic locum habet constitutio Iulij III. quia non versamur in fructibus non exactis, sed vt dictum est, in fructibus, quorum solutio dilata est post obitum beneficiati.

Non obstat Constitutio Synodalis, quia per eam nõ est derogatum huic consuetudini, quæ nullam habet iuris resistentiam.

Quantum ad fructus decursos in vita beneficiati, Domini non fuerunt concordes, ideo de illis erit particulariter agendum, & difficultas versatur in ea Doctorum controuersia, quæ est circa articulum, qui beneficiati dicantur habere administrationẽm, de qua per gl. in c. si propter. vbi Gemin. num. 9. de reseru. in 6. gl. in c. præsenti. de off. ord. lib. 6. in verb. reseruari videantur. & quos cumular Marsil. de hæred. Eccles. p. 2. c. 14. & p. 3. c. 34. numero 18. & c. 35. Guttier. in can. 9. cap. 33.

DEGRASSIS.

Calaguritana, Thesaurariæ, 29. Nou. 1577.

ARGVMENTVM.

Resignatio facta contra formam constitutionis Papalis, non secuta publicatione, an sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Conditio pro adimpleta habetur, vbi per adimplere debentem non stat, quo minus ei satisfiat.*
2 *Permissa ad tempus post illud prohibita censentur.*
3 *Forma requisita an per æquipollens adimpleri possit.*

DECISIO DCLXI.

COnstitutio Pij V. dat certam formam cum decreto irritanti, forma est in beneficijs existentibus

in

in Cathedrali,quod debeant publicare eorum resignationes in eadem Cathedrali, dum ibi solennia celebrantur.

Quod quia factum non fuit, io casu de quo agitur, opponitur intrare dictam Constitutionem,cōtra Ioannem. E contrario respondetur, sufficere pro probatione, captam fuisse possessionem, ex dec.Cassad.26. sup. reg. resign. Sato. de publ.q.11. Aliqui Domini replicabant, quod ea omnia procedunt secundum terminos antiquæ regulæ, hodie autem habemus dictam Constitutionem magis apertam,quæ vult hæc duo copulatiue concurrere debere, vt ipsa Constitutio dicatur adimpleta, cum clausula,& non alias &c.quod capiatur, vel saltem petatur possessio, & quod fiat publicatio in cathedrali, dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit publice, alta & intelligibili voce,& aliter factas publicationes vult esse nullius momenti, quo casu videtur intrare simile,Bald. in l.si pater,num. 18. C.de inst. & subst. Dec. in l.in iure ciuili. nu. 2. de reg.iur. quia licet quando non fiat per adimplete debeatem † conditionem, ea habeatur pro impleta, tamen hoc fallit quando testator voluit, quod vere adimpleatur. Præterea etiam secundum regulā, antequam nō sufficiebat captam esse possessionem pro effectu, & æquipollenti publicationis, saltem continuatio possessionis per mensem,vt per Satn.dict.q.11. in add.16.& tenendo opinionem Rot. quod continuatio possessionis saltem per mensem, vel duos menses æquipolleat publicationi. Cassad. d.dec.26. Put.decis. 313. lib.1. coram Mohed. Achill.1. super reg. de publ. alias 7. super reg. quo casu Rota sequitur consilium Gemin.75. numer.3. & 4.quod requiratur publicatio populosa, & coram multitudine, sed reprobat in eo, quod non vult sufficere pro publicatione continuationis possessionis, saltem per vnum, vel duos menses, vt dicunt Put.& Satn.præallegat.qui volunt dictam formam publicationis impleri per æquipollens continuationis possessionis,vt supra,hic autem nō probatur aliqua continuatio infra mensem, quia non est dubium, quod si post mensem esset facta publicatio, nihil operaretur, & propterea etiam secundum regulam antiquam oportebat probari illas diligentias intra tempus datum ad publicandum. Cassad. d.consil.26. in fin. est enim regula vulgaris, quod permissa ad tempus, censentur † post tempus prohibita. Cassad.d.decis.26.sup. reg. in fin. verb.Cum autem infra mensem hic non probatur continuatio possessionis,vel aliquid æquipollens publicationi requisitæ. in d.constitutione Pij V.cessant ea omnia, ex quibus deducitur publicatio per Ioann. quia non fuerunt infra terminum requisitum à dicta constitutione. Et ex hoc capite Domini concorditer resoluerunt, hanc constitutionem obstare Ioanni,in casu proposito,quia non docuit de solenni publicatione,nec de alio æquipollente,infra mensem, iuxta constitutionis dictam formam. Aliqui etiam Domini maximam habebant difficultatem, in hoc casu, stantibus verbis Constitutionis annullantis aliter factas resignationes, & per clausulas valde vrgentes, & prægnantes, ib. sub infra scriptis modo, & forma, & non aliter publicati: & ib. alioquin resignationes & cessiones aliter, quam vt profertur, publicatæ, &c. cum clausula, sublata eis, &c. cum clausula irritanti. An possit adimpleri prædicta forma per æquipollens, ex traditis in simili à Soc. in conf.259. lib.2. & Bald. Dicebant enim videri constare de mente Papæ, quod ista forma sit præcise, non autem per æquipollens adimplenda,quia videtur tollere ea, quæ alias fuerunt iudicata æquipollentia. Item quia est noua prouisio Papæ, vltra quod nullum est æquipollens quo ad populum, cui debet fieri hæc publicatio, vt per Achill. d.dec.1. alias 7. in fin. & per ea quæ periculosa dicit hāc limitationem Brun. de form. fol.75. col.2. v. ad idem facit, quia vt lite..... Nam vt ipse ait, de facili potest cadere difficultas, super ista æquipollentia. De qua tamen difficultate,quia alij Domini contrarium sentiebant, & materia dict. constitutionis visa est satis dura, fuit dictum, quod postea poterit agi ad partem,quia causa est exemplaris, & digna consideratione, si tamen occurreret, quia Ioan. ostendat talia per se esse gesta infra mensem, quæ æquipolleant dictæ publicationi, vt dixi.

Diuisio allegata coram Reuerend. patre D. Aldobrandino fuit dictum, quod non facit ad propositum.

Decisum fuit die Merc. 11. Dec. 1577. coram Reu. patre Domino N.in vna Hispalensi, Archidiaconatus, de Recina, contra Garziam, quod is Garcias resignatarius deberet probare se satisfecisse Bullæ prædictæ, & omnibus eiusdem qualitatibus, ad Felyn.in c.audiris. numer. 33. de præscript. in cap.1.eodem tit.in 6. & quod vigore dict. resignationis non ceperit possessionem. Bertrand. conf.198. num.6.10 prin.& subiungit, quod aliud est gerere se pro possessore,aliud realem capere possessionem, cum facilius innotescat, si quis realem possessionem acciperet, quam si se pro possessore gerat, sed nil allegant, præter Cassad. d.decis.26.super reg. & d.dec. coram Domino de Grassis.

GYPSII.

Sabinensis, Beneficiorum, 9. Mart.

ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V. de publicanda resignatione beneficiorum,an in resignationibus beneficiorum in manibus ordinarij factis habeat locum, disquiritur.

SVMMARIA.

1 *Constitutio Papalis de publicanda resignatione beneficiorum, etiam in resignationibus factis in manibus Ordinarij habet locum.*
2 *Dispositio non dicitur cessare, si vna ex pluribus adiectis rationibus cessat.*
3 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
4 *Fraudibus obuiandum.*

DECISIO DCLXII.

IN vna Sabinensi beneficiorum,quæ coram me pendebat, dubitatum fuit, An constitutio fel. record. Pij V. de publ. locum haberet in resignationibus beneficiorum in manib. ordinarij factis, & haberet locum in quacunque † resignatione, Domini resoluerunt, etiam si de beneficijs simpliciter resignatis nemini prouisum fuerit, quemadmodum in hac specie euenit.

Moti fuerunt, tum ex verbis generalibus illius cōstitutionis,ib.quod quæcunque beneficiorum,quę verba restringenda non sunt,ad c.solitæ.vers.quodcunque vbi gl. & Abb. de maior.& ob.Rom.conf.30. num.12. tum etiam ex ipsius constitutionis ratione, ad obuiandum fraudib. emanata, ac tollendum inconueniens, quæ ex occultis resignationib. indies oriebantur, vt Summus Pontifex in illius proœmio testatur, si quidem haud negari possit, orizi fraudis suspicionem, & omnes alias fere constitutionis rationes concurrere, quamuis resignatio in manib. Ordinarij fiat,quinimo resignatio eo magis occulta censetur, vbi de beneficio alicui prouisum non fuerit, vt bene Informantes pro Decio considerant.Iccirco prædicta constitutio, vti fauorabilis casum nostrum comprehendere debet per ea,quæ tradunt Aret.conf.2.sub nu.14.versic.aliquando lex. Soc. conf.77. num.14. & 30. num.13. vers. non obstat septimum argumentum, lib.1. Aym. in qu. super stat. Ferrat. de indemn.mulier. numer.9.sed esto, quod tota ratio fraudis in istis resignationibus, quam in alijs ad fauorem certæ personæ factis militare non videatur, attamen dicta constitutio cessare non debet, quia vt dictum est, de omnibus resignationibus simpliciter loquitur, pluribusque rationibus ipsa nititur, præsertim, vt ad quos pertinet, notitiam peruenire valeant,

lean t,& facile intelligere possunt, quis vere beneficiorum rector sit, à quo Sacramenta accipere, & cui fru-
2 ctus soluere debeant. Quo circa vna ex pluribus † rationibus cessantibus dispositio non cessat. §. affinitatis. Inst. de empt. Tisaq. de caus. cess. eff. lim. 22. numero 1. & 2.

Nec dicatur constitutionem locum duntaxat sibi assumere, quādo alteri facta prouisio extitit, quasi quod vbi nemo prouisus est, casus sit omissus, propterea in
3 iuris communis † dispositione remaneat, vulg. l. commodissime, de liber. & posthum. quoniam ex eo cessat obiectum, quod constitutio mandat resignationes per resignantes, vel resignatarios, aut alios eorum nomine publicari, quo fit, vt resignatarij prædict. publicationi incumbere debeant, quandoquidem Summus Pontifex de beneficio alteri resignato, ratione frequentioris contingentiæ loquutus fuit, ad d. l. nam de ea. de leg. & absque dubio transit, quod idem statuisset, si super hac facti specie interrogatus fuisset. Ideo pro expresso haberi debet. l. Titius. de lib. & posthum. cum alijs congestis per Patis. cons. 5. num. 135. lib. 2.

Præterea constitutio factum resignationis, & actum ipsius beneficij dimissionis, non collationem respexit, quia disponit, quod resignationes publicentur. His ac-
4 cedat, quod via † fraudibus aperta extaret, si resignationes in manibus Ordinarij factæ publicatione non indigerent, siquidem prouisiones Apostolicæ & deuolutiones facile eliderentur, quia si resignans in mense ordinarij decederet, vti de beneficio non resignato disponeret, si verò in mense Apostolico obiret, dictus Ordinarius, tanquam de beneficio in manibus suis libere resignato prouideret. Idem euenire etiam posse, si per delictum resignans priuandus veniret. Nam Ordinarius ostendendo resignationem ante perpetratum delictum, iudicis sententiam, ac priuationem ipsam nullius momenti reddere posset.

ROBVSTERII.

Cæsaraugustana. Parochialis, Lun. 14. Decembr. 1583.

ARGVMENTVM.

Habens titulum coloratum, & probans primum, & secundum extremum restituendus est contra quemcunque etiam possessorem cum titulo.

SVMMARIA.

1 *Reus qualitates, & circumstantias ad suam exceptionem spectantes probare tenetur.*
2 *Possessio spoliatiua improba est, & sine fundamento iuris.*
3 *Qualitas facilius probatur, quam substantia.*

DECISIO DCLXIII.

FVit resolutum, quod Michael Monteræ potest agere possessorio remedio ad redintegrationem suæ possessionis primææ, contra Ioannem, quia si iura sunt bene recognita, vt supponitur, ipse probauit primum, & secundum........ & cum habeat titulum coloratum, sequitur, quod est restituendus, contra quemcunque etiam possessorem cum titulo, iuxta obseruantiam Rotæ.

Non obstat consensus resignationis in fauorem Ioann. Matiæ Mycci, & sic, quod ceciderit à possessiono facto suo: quoniam respondebant Domini, quod cum Montera actor probauerit intentionem suam ex titulo colorato, & duobus extremis, debet Marias reus pariter plene probare suam exceptionem. Dec. cons. 51. col. 1. in fin. cum seq. & sicut actor probauit qualitates requisitas, & necessarias ad suam actionem, ita reus de-
1 bet † probare qualitates, & circumstantias ad suam exceptionem. Franc. in c. 1. in pen. not. de præscript. Bald. in eod. tract. Aym. cons. 216. num. 4. sicque cum Marias debet probare qualitates necessarias ad dictam dimissionem possessionis, & non possit agere ad recuperationem possessionis, & consequenter debet probare dictam renunciationem in Ioann. Marcum fuisse publicatam, iuxta constitutionem Pij V, cum sit pars renunciationis, & sine ea non excluditur actor ab isto remedio recuperandi possessionem, vt pluries fuit in Rota resolutum, prout Informantes bene deducunt, & dant copias decisionum.

Non obstat, quod non tenetur reus probare ea, quæ veniebant in replicatione actoris. Oldrad. 22. num. 3. quia, quod publicatio non respicit replicationem actoris, sed qualitatem in circumstantias rei, cum sit pars resignationis, vt resoluerūt in illa Calaguritana, quam adducunt Informantes.

Non obstat, quod ex quo probatur triennalis possessio Ioann. Matiæ actoris ex allegatione Lapi 59. prout saltem præsumptiue, quod de resignatio fuit saltem publicata, quoniam responderunt, quod cum allegatio Lapi non habeat locum in spolio, vt in decisionibus adductis per Informantes. Nam possessio spolia-
2 tiua est † improba, & sine aliquo fundamento iuris, l. improba possessio. C. de acq. poss. Cassad. decis. 6. de præbend. Monterda qui probauit spolium habet fundatam intentionem in spolio, & si Ioan. vult excludere spolium, ex alleg. Lapi debet probare possessionem Io. Marc. fuisse legitimam, & talem, quæ possit producere istos iuris effectus, cum vt dixi, est iam probata imperfecta.

Nec sufficit dicere, quod ex alleg. Lapi, facit præsumere hanc resignationem esse publicatam, quia hoc procederet, vbi non esset probatum spolium pro parte Monterdæ, sed illo probato ad excludendū illud oporret probare publicationem aliunde, quam ex extraiudiciali possessione, alioquin semper triennalis possessio authorum excluderet spolium.

Vltimo non obstat, quod hic agitur solum, de probanda ista qualitate, publicationis, & quod est probata substantia rei, quæ constat in ipsa resignatione. Et fa-
3 cilius probatur † qualitas, quam substantia, quia dicebant, quod cum ista qualitas sit pars ipsius resignationis, non satis esse, probasse partem rei, nisi etiam probetur integra, & cum omnibus suis partibus, nihil etiam actum est, dum superest aliquid agendum, & cum hoc onus spectet ad Ioann. quousque probatur ista qualitas publicationis & probatio Monterdæ plena, & perfecta præualeat, vt possessio Ioan. Matiæ dicatur spoliatiua, quousque fit probata qualitas, quæ excludit spolium. Et ita tenuerunt Domini pro Monterda, nisi Ioann. Maria pro publicatione resignationis, &c.

EIVSDEM.

In eadem, Lun. 14. Februar. 1583.

ARGVMENTVM.

Resignatio non secuta publicatione inualida est.

SVMMARIA.

1 *Resignatio absque publicatione est inualida.*
2 *Possessione ex proprio facto cedens ad restituendus.*

DECISIO DCLXIV.

FVit tentum, Sciarram posse agere spolio, quia cum resignauerit ad fauorem Bonifacij, qui non publicauit, vt fuit resolutum, ius remansit penes resignan-
1 tem, cum resignatio † non fuerit valida irreuocabiliter, non sequuta publicatione, vt per Mohed. dec. 327. Fel. dec. 37. Put. dec. 418. alias 419. incip. in vna Mediolanensi Canonicatus, estque contra mentem resignantis à principio, à se ius abdicare, nisi valide, & non reuocabiliter quæratur resignatario, eoque magis redditur indubitabile, cum Bulla ipsa annullet resignationes, & consensus cum omnibus inde sequutis, aliter quam ibi profertur, publicans, &c. ex quo decreto irritanti habetur pro infecto, quicquid fit contra illud. Felyn. in c. cum accessissent. 3. declar. de const. Cassad. dec. 12. sup. reg. Canc. n. 4. & seq. & inducit formā, ex deductis per

per Gabr. in concl. 3. de clausulis. nu. 673. & ita ipsa detegitur nulla. Soc. cons. 24. nu. 13. & 57. lib. 1. & Cassad. vbi sup. num. 5.

Ex quibus cessant, quod dicebatur dictam Sciarrã 1 † non restituendum, quia facto suo à possessione ceciderit. Rip. in c. sæpe. nu. 27. de rest. spol. Soc. in l. rẽ quæ nobis. num. 6. de acq. poss. cum vulg. quia stante, quod omnia sequuta sunt nulla, non sunt habenda in consideratione, & ita tollitur quod de consensu dicitur, ex literis missiuis, pariterque quod de validitate resignationis, quia valida est à principio, reuocabiliter, nisi resignatarius non publicet, & ex hoc tollitur. dec. 9. de rest. spol. in antiq.

CANTVCCII.

Aquilana, Prioratus, Ven. 14. Apr. 1581.

ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V. de publicando, an intrare dicatur, si Hospitale non datur in titulum, & comprehendit etiam d. constitutio resignationes factas in manibus Ordinarij.

SVMMARIA.

1 *Constitutio Papalis de publ. an intret in casu, quo hospitale datur in titulum.*

2 *Resignatio facta non seruata forma Constitutionis, inualida est.*

3 *Constitutio Papalis de publ. etiam resignationes beneficiorum factas in manibus Ordinarij comprehendit.*

DECISIO DCLXV.

DOmini votarunt cum distinctione, aut enim hospitale, de quo agitur, datur in titulum, & tũc in- 1 trat Constitutio † de publicando, Pij V. quia cum Ascanius alias de an. 1559. resignauerit dictum hospitale in manibus Præceptoris S. Spiritus de Vrbe, tunc temporis existẽtis, ad quem collatio dicti Hospitalis spectat, 2 cumque dicta resignatio non fuerit publicata † nec seruata forma dictæ constitutionis, dicta resignatio fuit nulla, & habetur pro non facta, & ius non fuit abdicatum à resignante, & sic cessat intrusio Ascanij. Et nõ est 3 dubium, quod dicta constitutio † comprehendit resignationes iam factas, etiam in manibus Ordinarij, vel cuiuslibet alterius, & illas annullat, non facta earum publicatione, & forma d. constitutionis non seruata, si verò dictum hospitale non datur in titulum, tunc Domini dixerunt dictam constitutionem non intrare.

EIVSDEM.

Eadem, Ven. 2. Iun. 1581.

ARGVMENTVM.

Resignatio facta non secuta publicatione, qua ex Constitutione Papali requirebatur, inualida est.

SVMMARIA.

1 *Resignatio absque publicatione facta nullius est momẽti.*

2 *Decretum irritans retrotrahitur, & nullitatem ab initio vsque operatur.*

3 *Papa potest facere, vt res facta pro infectis habeantur.*

4 *Resignatio conditionalis facta in manibus Ordinarij tanquam simoniaca, non valet.*

DECISIO DCLXVI.

DOmini tenuerunt, Constitutionem de publicãdo, fel. rec. Pij V. habere locum in resignatione Prioratus, de quo agitur, facta de an. 1559. per Ascaniũ Vetustum, pure & libere, in manibus bon. mem. Bernardini Grilli, tunc temporis præceptoris Hospitalis S. Spiritus de Vrbe ad quem collatio d. hospitalis spectabat, & consequenter d. resignationem ob non seruatam formam d. constitutionis, quia resignatio non fuit publicata, fuisse etiam nullam, inualidam, nullius roboris, 1 vel momenti, † perinde ac si facta non fuisset, ac ius ab Ascanio resignante non fuisset abdicatum.

In primis ex verbis ipsius constitutionis, quæ sunt clara, comprehendũt enim resignationes antea factas, vt patet, ibi, *quod quacunque dictorum beneficiorum resignationes, vsque in diem publicationis præsentis constitutionis facta,* Item *resignationes factas in manibus Ordinarij, vel alterius Collatoris,* & ibi, *tam in manibus S. Sanct. quàm cuiusque Romani Pontificis, seu prædecessoris, aut successoris, aut cuiusuis alterius etiam loci Ordinarij,* Itẽ *nullitatem & inualiditatem resignationum factarum in manibus Ordinarij, aliter quam forma dicta cõstitutionis exigit,* prout ibi, *alioquin resignationes & cessiones, ac extẽsiones consensuum huiusmodi aliter, quam vt profertur, &c.* ponderando illam dictionem *huiusmodi*, quę nedũ refertur ad extensionem consensuum, sed etiam ad resignationes, ac cessiones, & sic est relatiua resignationũ, & cessionum, de quibus superius constitutio loquuta fuit, superius autem constitutio loquuta est etiã de resignationibus factis in manibus ordinarij, merito illas quoque contra formam constitutionis factas nullas & inualidas reddit. Vnde est dubium, resignationem, de qua agitur, ob non seruatam formam dictæ constitutionis fuisse nullam, ab ipso initio, haberiq; pro nõ facta, & effectum abdicationis à persona resignantis minime operari. Nam decretum irritans, quod est appo- 2 sitũ in dicta constitutione, † habet oculos retro, & operatur nullitatẽ vsque ab ipso initio. Cass. super reg. dec. 12. n. 4 cum seqq. Sarn. in reg. de annal. q. 5. prop. fin. Io. Paul. decis. 54. Achill. dec. 285. Et afficit omnia, quæ sequuntur, ita vt nec effectum nec iuris fomentum habeant, c. si eo tempore, & ib. not. de elect. lib. 6. Cass. dec. 1. n. 7. de rest. spol. Sarn. in reg. de trien. q. 49. n. 3. Et Papa reuocando quę sunt iuris positiui, reuocat illa, vt ex tunc gl. communiter approbata in clem. 1. in verb. pro 3 infectis. de immun. eccl. & potest facere, vt res † factę habeantur pro infectis, etiam quo ad effectus præteritos. Cardin. Imol. Panormit. & alij in dict. clem. 1. late Tiraq. de const. poss. p. 3. lim. 7. num. 47.

Præterea vltra verba dictæ constitutionis accedit & ratio, sicut enim resignatio conditionalis ad fauorẽ tertij facta in manibus Papæ non abdicat ius à resignante, nisi sequatur cõditio, hoc est, nisi illi tertio ius quæratur, ita etiam resignatio pure, & libere facta in manibus Ordinarij non abdicat ius à resignante, nisi seruata forma dictæ constitutionis, & sic nisi sequatur tacita conditio, quæ à dicta constitutione intelligitur, ad notat. in l. si quis accepto. ff. de condict. ob caus. Rot. decis. 4. ante nu. 2. de ret. petit. in antiq.

Non obstant in contrarium adducta: Et in primis non obstat, quod resignatio pure, & libere facta in manibus Ordinarij abdicat omne ius, c. quo admonet. de renunciat. Rot. d. dec. 4. de renunciat. in Nou. Cass. dec. 2. n. 3. eod. tit. licet secus sit in resignatione conditionali ad fauorem certæ personæ, prout in terminis huius constitutionis Pij V. cum ista distinctione transiuit in vna Calaguritana, Thesaurariæ corã Domino de Grassis, 10. Ian. 1577. siquidem responsum fuit, id incidenter in illa causa dictum fuisse, nec ratione nec authoritate aliqua fulciri, & propterea attendendum nõ esse.

Secundò nõ obstat, quod rationes expressæ in proœmio dictæ constitutionis, non militant in resignatione facta in manib. Ordinarij, quia nõ intrat obiectum, ex quo constitutio expresse disponit de resignationibus factis in manibus Ordinarij, cum eius verba sint clara, nominatim & specifice resignationes factas in manibus Ordinarij comprehendentia. Vltra quod ignorantia resignationis potest etiam cadere in Ordinario, qui succederet ei, qui resignationem admisit. Tertiò non obstabat, quod si resignans in manibus Ordinarij non publicata resignatione, & non seruata forma dictæ constitutionis posset ad beneficium redire, sequeretur, quod dicta constitutio introducta in odium resignantium redundaret in eius fauorem, quia attenta ista ratione, sequeretur, vt nec etiam resignans in manibus Papæ ad fauorem certæ personæ, non ser-

uata forma dictæ constitutionis non posset ad beneficium reuerti, quod tamen est falsum, prout resolutum fuit in Pampilonensi, beneficij de Sanguissa, coram Reuerendiss. patre Domino Aldobrandino, die 15. Mart. 1573. quæ resolutio fuit etiam in alijs causis à Rota confirmata.

Quartò, non obstant verba Constitutionis, loquentis de resignationibus factis in manibus Ordinarij, quam possunt verificari in resignatione facta in manibus Ordinarij sub conditione. Nam huiusmodi intelligentia nullatenus potest admitti, cum resignatio conditiona-4 lis facta in manibus Ordinarij, tanquam † Simoniaca non valeat, gl. & Doctor. in c. ex parte. il 1. de off. deleg. & propterea absonum esset dicere, Constitutionem voluisse resignationem Simoniacam publicari, & effectum sortiri.

EIVSDEM.

Eadem, 28. Ian. 1583.

ARGVMENTVM.

Constitutio Papalis de publicanda etiam in beneficijs regularibus locum habet.

SVMMARIA.

1 *Canonicatus regularis sub appellatione Canonicatus continetur.*
2 *Constitutio Papalis de publicat. de beneficijs perpetuis intelligitur.*
3 *Regula de annali in beneficijs manualibus non habet locum, vt nec regula de triennali.*
4 *Manualia in reseruatione beneficiorum non veniunt.*
5 *Hospitalia an sub nomine beneficiorum contineantur.*

DECISIO DCLXVII.

Domini cũ præsupposito, quod prioratus, de quo agitur, fuit Ascanio collatus in titulũ, renuerunt constitutionem de publicando, in casu de quo agitur, intrare & moti sunt;

Primò quia constitutio loquitur de resignatione beneficiorum, & non est dubium, appellatione beneficiorum non solum venire beneficia sæcularia, sed etiam regularia, sicut sub nomine Canonicatus venit etiam 1 † Canonicatus regularis, vt post gl. in clem. 2. in verb. beneficijs. versic. tamen negari non potest. Tradit ibi. Cardin. q. 5. nu. 13. Imol. sub nu. 3. & Abb. nu. 4. de ind. Fel. in c. postulasti. nu. 4. in fin. de resc. Reb. in prax. benef. tit. quis sit, & quot mod. c. benef. n. 10. & simile videmus regulam de infirmis simpliciter loqui de beneficijs, habere locum etiam in beneficijs regularibus, vt per Reb. in ead. reg. gl. 5. in pr. & sub reg. de publ. comprehendi etiam beneficia regularia, tradit idem Reb. in ead. reg. gl. 1. vers. item quia.

Secundò moti sunt Domini, ex rationibus principalibus constitutionis, quæ fuerunt vt fraudes tollerentur, ne resignantes fructus percipiant, ne cum illis contrahentes decipiantur, quæ rationes militant etiam in beneficijs regularibus.

2 Non obstat, quod constitutio debeat intelligi † de beneficijs perpetuis c. præcepta. 15. dist. Cass. dec. 4. nu. 4. de præb. Cald. cons. 26. post princ. vers. nã collatio. eod. tit. tum quia, cum ista beneficia manualia vacent per obitum, vel per amotionẽ, vt per gl. in clem. 1. in verb. reuocari. vers. & suas, quam ibi sequuntur Cassad. in §. præmissa. q. 5. num. 8. Imol. nu. 44. post med. vers. redeo ad gl. Abb. num. 17. Vital. d. §. præmiss. num. 9. de supp. negl. præl. dicuntur etiam vacare per resignationem, qua vacatione stante intrat constitutio, tum etiã, quia cum beneficia manualia possint esse perpetua considerato, quod prælatus forsan non amouebitur, habentur pro perpetuis. arg. l. sufficit. ff. de cond. indeb. prout in specie tradit Reb. de nomin. q. 9. num. 27. & Vital. in d. clem. 1. §. in quibus. nu. 3. de suppl. negl. præl. late Sylvestr. de beneficijs. p. 3. q. a 1. num. 3. circa med. vers. & illa possunt dici à not. Gamb. de offic. & pot. leg. de lat. lib. 4. num. 13. in fin. & numer. 14. 15. & 16. vbi amplius vult manualia regularia esse in se perpetua, licet secus sit in manualibus sæcularibus, & allegat. decis. Aegid. 701. col. 2. vers. nec obstat.

3 Non obstat quod in beneficijs † manualibus non habet locum regula de annali, nec regula de triennali, vt per Mohed. dec. 169. quia possidẽs beneficium manuale, non potest iuuari dictis regulis, quin possit amoueri ad nutum superioris.

Non obstat, quod in reseruatione beneficiorum non 4 venirent † manualia, vt per Calder. cons. 76. de præben. Achill. dec. 2. de bene. quia hoc ideo contingit, quia Papa non censetur velle mutare naturam beneficij, vt de manuali efficiatur perpetuum, per Cald. vbi sup.

Demum non obstat, quod appellatione beneficiorũ non veniant hospitalia, clem. per literas. de præb. Sarn. in reg. de annal. q. 7. n. 2. Nam id verum est, quando hospitalia dantur in regimen, siue administrationem, & secus, quando dantur in titulum, quia tunc reputantur vti beneficia, & veniunt appellatione beneficiorũ, Mil. in verb. beneficiorum appellat. Sarnen. d. q. 7. num. 3. Rebuff. in reg. de infirm. gl. 5. de nomin. q. 15. num. 14.

BVBALI.

Regiensis, Hospitalis, Ven. 13. Nou. 1587.

ARGVMENTVM.

Constitutio Papalis de publicanda resignatione, comprehendit etiam hospitalia laicalia, & sic forma eius non seruata, resignatio hospitalis facta in manibus Papæ, non secuta publicatione, est inualida.

SVMMARIA.

1 *Hospitalia in dispositionibus personalibus appellatione beneficiorum non veniunt.*
2 *Fallit.*

DECISIO DCLXVIII.

Pendente lite coram me, inter Bernardinum Boiardum & Hieronymum Coradinum, super hospitali, de quo agitur, D. Bernardinus illud resignauit in manibus Papæ, qui de illo prouidit Domin. Octauio Boiardo, iuxta formã clem. quia contingit, de relig. dom. sed cum resignatio non fuisset publicata, & prætenderetur pro parte Coradini dict. hospitale vacare, iuxta formã Constitutionis fel. rec. Gregorij XIII. super modo publicandi resignationes, ideo dubitaui, An D. Octauio obstet d. constitutio. In qua difficultate Domini opinionem affirmatiuã amplexi sunt. Quamuis enim in hac materia vera sit illa opinio, quod in personalibus dispositionibus appellatione beneficiorum nõ ve-1 niant † hospitalia, solita concedi laicis in administrationem, iuxta clem. in c. per literas. de præben. vbi Anch. post alios. num. 1. & 5. & Fel. in c. de quarta. num. 14. de præscript. Dec. cons. 65. Syln. de benef. par. 3. 9. & 11.

2 Hæc tamen † conclusio non procedit, cum simus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam hospitale solitum concedi in administrationem laicis, vt post Lap. tradit Anchar. in clement. dispendiosam. num. 1. in 9. not. de iudic. & ibi Quad. q. 3. in fin, dicit hanc opinionem esse tutiorem, late Fel. in d. cap. de quarto, num. 15. in fin. vt sup. & dicitur fauorabilis hęc Cõstitutio Gregorij, quia est obuiatiua fraudibus, vt fuit resolutum coram Reueren. Patre Domino Gypsio, in vna Sabioẽsi, beneficiorum, de an. 1586. quo casu non est dubium, quod in materia obiectiua fraudibus appellatione beneficiorum veniunt hospitalia, Fel. in d. c. de quarta nu. 15. in fin. & nu. 16. vbi dicit, se ita obtinuisse in causa propria in term. reg. 26. de bo nef. prouen. quod illa verba, licet videatur pœnalis, & odiosa, hoc non velint vt late deducunt Moderni super dict. reg. quæst. 5. Accedit, quod versamur in materia proportionabili. In resignatione enim hospitalis concurrunt fere omnes rationes huius Constitutionis,

nonis, requirendo hanc formam publicationis ad effectum vt ordinarius certus sit, à quo petere debeat rationem administrationis, & vt coloni sciant, quis sit Rector cui fructus soluere debeant, quæ rationes procedunt etiam in hospitalibus. In materia enim proportionabili appellatione beneficiorum veniunt hospitalia. Lap. in tract. de hospit. q. 52. Vellad. reg. in tract. de deleg. quæst. 9. nu. 11. seu 17. Gamb. de leg. lib. 5. de pot. leg. circa Hosp. num. 27.

Concurrunt etiam in hac constitutione verba admodum prægnantia, & vniuersalia, loquentia de quibuscunque beneficijs, & officijs Ecclesiasticis, & quamuis regulariter appellatione officiorum Ecclesiasticorum non veniant hospitalia laicalia, in d. clem. dispendiosam, num. 29. & 31. & ib. Card. nu. 11. tamen saltem late sumpto vocabulo comprehenduntur in materia extendibili, & fauorabili, vt supra dictum est. Et ex his fuit conclusum, constitutionem fel. rec. Gregorij XIII. comprehendere etiam hospitalia laicalia, & consequẽter obstare D. Octauio Boiardo.

EIVSDEM.

Eadem, Ven. 3. Iun. 1588.

ARGVMENTVM.

Decisio superior etiam hic amplius confirmatur. ex rationib. subiectis, & vigore decisionis in simili materia olim emanatæ, quis à publicatione resignationis excusetur, declaratur.

SVMMARIA.

1 *Excusatio per iuris ignorantiam non releuat vbi de lucro agitur.*

2 *Error iuris quando non excuset.*

DECISIO DCLXIX.

CONcluserunt Domini, non esse recedendum à resolutione facta, quod Bulla Gregorij XIII. fel. rec. super modo publicandi resignationes comprehendat etiam hospitalia, quæ dantur in regimen, iuxta formam Clement. quia contingit. de rel. dom. ea rationibus in decisione adductis, quæ Dominis placuerũt. Non obstat decisio facta coram bon. mem. D. Lauretano, tum quia distinctio, de qua in d. decis. inter Hospitale datum in titulum, & in regimen, facta fuit ex casu, qui tunc disputabatur. Nam in illo casu, hospitale erat datum in titulum, nec principalis disputatio erat, an hospitale datum in regimen, comprehenderetur sub Bulla, tum etiam, quia illa decisio potest fortasse procedere in terminis Bullæ Pij V. quæ non est ita amplis, & prægnantibus verbis concepta, nam simpliciter loquitur, de beneficijs, Bulla verò Gregorij plura conculcat, nempe beneficia, officia & dignitates, sub nomine officij venit hospitale, Mil. in verb. beneficij appellatione. Apparet etiam, quod Papa voluit comprehendere hospitalia, quia voluit comprehendere Commẽdas, de quibus dubitat. Sarn. super reg. de public. quæst. 4. Militant etiam rationes euitandæ fraudis & aliæ, de quibus in Bulla Pij V. ex quibus etiã fuit motus Gregorius, licet in sua Bulla id non expresserit. Concurrit enim ratio collusionis, collatorum & successionis, quasi hæreditariæ, & ratio fraudum, quæ possint interuenire inter contrahentes cum rectoribus hospitalium, & alia de quibus in d. decisione.

Consequenter etiam fuit conclusum, non posse excusari Dominum Octauium, à non publicatione, sub prætexto dictæ decisionis factæ per Lauretanum, primò quia non constat Octauium de ea habuisse notitiam, imò constat de contrario, ex quo eam non allegauit, in alia decisione coram me facta, & ad effectum, vt quis excusetur sub prætextu, quod peritos consuluerit requiritur, quod probet eo tempore, peritos consuluisse, non autem postea, per Lamb. de stat. Mediol. gl. 1. nu. 208. secundò non cadit † excusatio per iuris ignorantiã vbi agitur de lucro. l. viris. la 2. vbi Dec. in 1. lect. nu. 2. & alij ibi notat. C. qui admitti. Hic autem Octauius agit de lucro, quia acquirit hospitale ex ista resignatione, vt per Put. dec. 63. nu. 9. lib. 1. tertiò non potest Dominus Octauius excusari. quia publicatio est introducta pro forma, cum decreto irritanti, & clausula sublata, & cum decreto, quod beneficium vacet, quo casu militent omnes regulæ, quod iuris error † non excusat, vt per Modern. vbi sup. n. 13. Accedit etiam, quod cum hospitale vacauerit vigore dictæ Bullæ Gregorij, & de eo fuerit prouisus D. Corradinus, non potest Octauius admitti, ad aliquam excusationem, in damnum, & præiudicium alterius. l. si emancipata, vbi Ias. n. 1. C. de iur. & fact. ign. præsertim, cum actus resignationis sit nullus ob non factam resignationem, quo casu ignorantia non potest efficere, quod actus inualidetur.

Reuerend. Patris D. Aquensis. Votum.

ARGVMENTVM.

Disquiritur in hoc voto, num constitutioni de resignationib. etiam quando beneficium est simplex, & residentiam non requirit, satisfiat per reseruationem fructuum.

SVMMARIA.

1 *Possessio ciuilis an per reseruationem fructuum in resignatarium transferatur.*

2 *Fraudi obuiandum.*

DECISIO DCLXX.

REgulæ de publicandis resignationib. etiam quando beneficium est simplex, & aliquam residentiã non requirit, non satisfit per reseruationem fructuum, secundum Domino, in vna Abulensi præstimonij, coram Domino Aquensi, & licet possessio ciuilis transferatur per talem reseruationem, † in resignatarium, iuxta l. quisquis. C. de donat. de quo tamen vidi per Dominos alias satis dubitari, non tamen esset talis, quę menti regulæ satisfecerit, cum actualem possessionem requirere videatur, ac etiam publicationem ad effectum notitiæ expectatiuæ, & notitiæ ordinatiorum, quantum tamen per naturalem possessionem adimpleatur; alias enim † fraus, ad quam tollendam fuit emanata regula non euitaretur, nec potest culpam suam euitare; vt licet possit fructus propria authoritate percipere resignatos, poterit tamen ipse saltem tituli possessionem accipere, etiam quod residentia non requireretur, aliad etiam necesse foret, dictam regulam ad curata tantum beneficia restringere, quod fatuum esset dicere, & quo ad materiam publicationis per regulam requisitæ. videndus Abb. cons. 99. p. 1.

GYPSII.

ARGVMENTVM.

Possessione triennali probata, neganti publicationem fuisse factam, onus probandi incumbit.

SVMMARIA.

1 *Negatiua ab eo probanda, qui in illa se fundat.*

2 *Probatio resignationis in triennali possessione præsumitur.*

DECISIO DCLXXI.

PRæsupposito, quod contra possessorem nulla alia exceptio allegetur, nisi quod non constat de publicatione beneficij resignati, crederem agenti incumbere onus probandi non publicationem, siquidem negatiua ab eo probari debet, qui in † ea se fundat, l. in illa vbi Bart. & alij de verb. obl. cum concord. Et quod agens tenetur contra possessorem probare veram vacationẽ, est decisio Ptolom. 303. Eoque magis cum sit probata nedum triennalis possessio, sed decennalis, quo fit, vt sit † locus allegationi, Lap. 89. quam Rota meo tempore pluries sequuta est, dummodo non simus in spolio, & signantur in vna Cæsaraugustana, Parochialis, coram D. Oriolensi, 9. Nouemb. 1583. vbi

3 quod de triennali possessione † præsumitur probatio resignationis. Idem tenuerunt Domini, de eodem anno 5. Nou. in vna Cremonensi, pensionis, coram bon. mem. Lauretano.

G Y P S I I.

Portuensis, Parochialis. Lun. 18. Dec. 1581.

A R G V M E N T V M.

Relationi examinatorum de habilitate examinati, creditur, & per eam constitutioni Concilij Tridentini satisfieri dicitur.

S V M M A R I A.

1 *Electus ad nouum examen prouocare potest, & ex quo magis idoneus reperiatur, prima electione reuocata, ad beneficium admittitur.*
2 *Idoneus quilibet ex iuris præsumptione censetur.*
3 *Iudicium Episcopi suspicione suffultum non est attendendum.*
4 *Actus non vitiatur, ex quo plures testes, quam ex dispositione Concilij requirebantur, sunt adhibiti.*

D E C I S I O DCLXXII.

DVbitatur, an constet D. Castellotum fuisse iudicatum magis idoneum D. Gaudioso per examinatores metropolitanos, & an hoc sibi sufficiat.

Fuit resolutum, constare D. Castellottum fuisse ab examinatoribus metropolitanis iudicatum magis idoneum D. Gaudioso, hocque sibi sufficere, ad obtinendã Parochialem Ecclesiam, de qua agitur.

Moti fuerunt Domini, quia ex huiusmodi relatione dignoscitur esse locum dispositioni Concil. Trid. sess. 24. c. 18. & constitutionis fel. record. Pij V. quibus cauetur licere per electum ad nouum examen prouocare, ex quo magis † idoneus repertus fuerit reuocata 1 prima electione Parochialem obtinere debet, quod in proposita facti specie haud difficulter procedit, cum d. Castellotus, etiam ab examinatorib. Episcopi Dertusensis fuerit ætate, prudentia & doctrina vnà cum alijs habilis iudicatus: de bonis moribus non videtur hesitandum, tum quia cõtra ipsum nihil obijcitur, aut probatur, & iuris præsumptione idoneus † censetur, ad c. 2 dudum. de præs. dec. 2. de test. io nou. tum ex testimonialibus literis & licentia prædicandi, audiendique cõfessiones etiam à Vicario generali, eiusdem Episcopi Dertusensis obtenta, sufficienter apparet, talia enim nisi doctrina notis, & moribus approbatis non concedũtur, d. Conc. sess. 5. c. 7. §. caueant.

Accedunt etiam testes vltimo loco examinati, qui simul cum alijs præmissis bene probant intentionem dicti Domini Castellotti.

Non placuit Dominis, quod Episcopus possit eum eligere, quem ceteris magis idoneũ iudicauerit, quasi hoc eiusdem iudicio, & arbitrio relinquatur, quia intelligebant, intelligendum esse illud Episcopo commissum, tanquam bono iure, vt indicat illud verbum iudicauerit. Abb. in c. cum autem. numer. 6. de iure patron. in c. 2. de corp. vit. l. fideicommissa. §. quodque. de leg. 3. tenebatur igitur Episcopus iustum & rationabile iudicium proferre. §. omnis. in Auth. de iud. gloss. in c. 1. de constitut. & sic Dominum Gaudiosum eius Secretarium non magis idoneum ceteris iudicare, & eo magis redditur † suspectum eius iudicium quia no- 3 luit relationes ab examinatoribus iuxta solitum fieri de magis idoneo, sed solum referri iussit, an illi, qui concurrebant, essent idonei, quod fecisse præsumendum est, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, idcirco nulla censeri debet eius electio, facit, quod in simili dicitur de creatione Officialis, quæ nisi fuerit facta, secundum antiquam consuetudinem, non valet, l. Lactuarius. C. adm. act. lib. 12. vbi Bar. not. Corset. sing. 56. in c. consuetudo.

Præterea dicebatur, quod si Episcopus posset pro eius voluntate, & arbitrio hoc pacto eligere, sequeretur, quod facilime Bulla redderetur elusoria, & nunquam esset locus gratificationi prædictæ.

Insuper visum etiam fuit, nõ obstare, quod ex quinque examinatoribus Metropolitanis duo non erãt Synodales, quia cum tres ex dispositione Concilij sufficiant, alij ad maiorem cautelam adhibiti, non possunt actum † vitiare. l. testamentum. C. de testam. l. non so- 4 lum. de reg. iur. præsertim cum id non veniat contra naturam, vel formam actus, vt per Rimin. post Salyc. & alios in d. l. testamentum. Modern. in l. qui dubitationis. de reg. iur. sed potius tendat ad illius augmentum, nec Concilium vti super fide prohibet, nec vtitur aliqua taxatiua, propterea licuit metropolitano vltra synodales duos alios examinatores eligere, & ita conclusum fuit, non obstantibus alijs econtrario deductis.

Portuensis, siue Dertusensis, Parochialis, 30. Mart. 1582.

A R G V M E N T V M.

Possessio Parochialis ecclesiæ an sequestranda, stante constitutione Pij V. super collatione Parochialium, ex qua licet à mala erectione appellatio concedatur, prouisus tamen ab Ecclesia non remouetur, & sic sequestrum non permittitur.

S V M M A R I A.

1 *Possessio ecclesiæ Parochialis an sequestranda.*
2 *Constitutio Pij V. de collatione Parochialium, ex qua licet a mala electione appellatio permittatur, prouisus tamen ab Ecclesia non remouetur.*
3 *Verba ad actum proximum sunt restringenda.*
4 *Casus omissus in statuto, in iuris communis dispositione relinquitur.*
5 *Disposita in vno, pro dispositis in ceteris habentur.*
6 *Conditio possidentis, in pari præsumptione est melior.*

D E C I S I O DCLXXIII.

STante alia resolutione in hac causa, dubitaoi, An 1 possessio Parochialis, de qua agitur, veniret † sequestranda, & dubio sæpius proposito, resoluerunt Domini, aliquibus tamen contradicentibus, locum esse sequestro. Præcipuum fundamentum Dominorum desumitur ex reg. clem. 1. de sequest. poss. & fruct. nam cum Dominus Castellonus primam sententiam reportauerit in Curia, visum fuit, non esse hæsitandum, dispositionem dictæ Clementinæ casui nostro adaptari posse.

2 Ad constitutionem Pij V. fel. † record. super collatione Parochialium editam, quæ licet à mala electione appellare permittat, tamen prouisum appellatione pendente ab eadem Ecclesia amoueri prohibet, ac consequenter sequestrum prohibere censetur, multa accommodata fuere responsa, videlicet, quod constitutio loquitur de prima sententia, ab ordinario lata, & manifeste dignosci dicebatur, ex illis verbis eiusdem Constitutionis, ibi, hæc tamen appellatio interposita, quæ verba minime verificari possunt, nisi in prima appellatione, de qua in d. vers. hæc tamen appellatio. dictum fuerat, pronomen, *hæc* ad proxima referri, Aret. in l. qui iurauerat. §. idem Pomponius. in 2. not. ff. de iust. & iur. Paris. cons. 19. num. 7. & 735. num. 20. lib. 2. 3 & in dubio ad actum proximum † verba restringenda sunt. l. eum, qui Calẽdis. de verb. oblig. boues. §. hoc sermone. cum ibi per Tiraq. trad. ff. de verb. signif. & illud adiectiuum *huiusmodi*, præcedentia cum omnibus suis qualitatibus repetit, gl. in c. si Abbas. de elect. in 6. Cor. cons. 97. nu. 8. lib. 4. Paris. cons. 52. nu. 32. lib. 3. & sequẽtia declarant præcedentia. l. si seruus plurium. §. final. de leg. 1. cum vulgar.

Secundò dicebant Domini constitutionem ipsam in versic. & si quis, loquendo de appellatione interponenda, à sententia iudicis appellationis nihil circa dicti

prouisi

prouisi non amotione disponere, idcirco casum hunc 4 vti omissum in iuris † communis dispositione remanere. ad l. commodissime. de liber. & posthum. l. si cum dote. solut. matrim. & ex his tollitur obiectum, quod decreta ad fauorem prouisi in prima debent etiam censeri formata, in alijs instantijs, nã vt dictũ est, Summus Pontifex in prædictis verbis, causa appellationis huiusmodi pendente, non indefinite, sed de prima sententia restricte loquitur. Nec tenet illa argumentatio, causa dicitur pendere in prima, siue in vlteriori instantia, er-5 go est eadem, ita vt † disposita in vna, pro dispositis in ceteris habeantur instantijs, etenim cum numero, & in alijs multis differant, proprie idem dici non possũt, alias sequeretur, quod etiam causa principalis, & causa appellationis essent vnum & idem, quod tamen negant ad propositum nostrum communiter Scribentes. Salyc. post Cyn. in l. inuitus. num. 15. in l. ita demum. vbi Alexand. & Iason. C. de procur. gloss. & Salyc. in rubr. C. ne in vna, & ead. caus. tertio prouoc.

Non obstat, quod in d. electione Gaudiosus aliquã præsumptionem boni iuris pro se habere cẽseatur, quo fit, vt sequestro locus non sit. Card. cons. 145. colum. 1. Put. dec. 49. lib. 1. alias 2. quia respondetur, satis ex altera decisione constare electionem dicti Gaudiosi Secretarij eiusdem Episcopi, fuisse gratificatoriam, quapropter ex illa oriri non potuit aliqua præsumptio, nisi contra eundem Gandiosum, & in casu, pro quo Cardin. consultauit, ille ad sui fauorem reportauerat sententiam in Curia producentem, non improbatam à iure præsumptionem, & ideo mirandum non est, si in pa-6 ri † præsumptione melior sit conditio possidentis, reg. in par. de reg. iur. in 6. vt bene declarat ibi. Card. & d. clem. ad compescendis. in 4. q. dicens, se ita consuluisse. Eodem modo euitatur Put. decisiu, quia is, contra quem petebatur sequestrum, primo tres sententias obtinuerat, non est igitur curanda dicta electio, quæ non quoad omnes effectus sententia dici potest. Bald. in l. 1. num. 5. C. ne liceat. tert. prou. maxime contra sententiam in Curia latam, gloss. in d. clem. in verb. promulgata. Card. vbi sup. in d. 9. q. rationem affert, quia in Curia Romana, cum multa deliberatione, & maturitate causæ terminantur, alias sequeretur in materia electionis, quod nunquam fieret locus sequestro, etiam si Episcopus minus idoneum maliriose eligeret, vt animaduertunt hic Informantes, & propterea haud difficulter aperiretur via fraudibus, contra mentem dictæ constitutionis, quæ cum ad compescendum litigantiũ malitias fuerit inducta, tanquam fauorabilis hanc nostri facti speciem comprehendere potest, & debet. Nec placuit Dominis Bullam sic intellectam in hoc dici posse frustratoriam, cum etiam de iure communi post sententiam de partibus non possit dari sequestrum, quia dicebant satis posse operari tollendo attentata, quæ inducerentur, si ea circumscripta prouisus appellatione pendente possessionem beneficij ingrederetur tot. tit. ff. & C. nil innou. app. pend. & Parochialis effecta litigiosa alias non posset præelecto conferri, ad not. in l. 2. C. de litig.

Minus obstat, quod Ecclesia hoc pacto debito seruitio priuaretur, quia Episcopus poterit Vicarium idoneum in ea constituere, qui onera dictæ Ecclesiæ sustinere valeat, iuxta terminum Concilij Trident. sess. 24. cap. 18.

Cetera quę opponuntur, remanent sublata ex deductis hic per Informantes.

Bertusensis, siue Portuensis, Parochialis, Ven. 11. Maij, 1581.

ARGVMENTVM.

Electus contra formam Concilij subreptitie, & nulliter, tenetur ad restitutionem fructuum a die motæ litis perceptorum.

SVMMARIA.

1 *Electio facta contra formam à Concilio Tridentino præscriptam, nulla est, & titulum iustum possidenti non tribuit.*

2 *Legi parere non dicitur, qui verba legis amplexus contra eius voluntatem nititur.*

3 *Sensus magis quam verba spectanda.*

4 *Fructus non lucratur, qui in mala fide est constitutus.*

DECISIO DCLXXIV.

Retentis alijs decisionibus in hac causa factis dubitam, An & in quibus fructibus Gaudiosus veniret cõdemnandus, & dubio bis proposito, Domini pro maiori parte firmarunt, ipsum teneri ad illorum fructuum restitutionem, quos à die motæ litis ipse percepit, In hanc enim iuerunt sententiam eo potissimũ fun-1 damento, quia dicta electio forma Concilij † non seruata, vti subreptitia, nulla, & irrita, nullum ius, aut iustum possidendi titulũ ipsi Gaudioso præbere potuit, vt clare demonstrant Conc. Trid. sess. 24. c. 18. & constitutio Pij V. fel. record. super erectione Parochialium, idcirco fructus dubio procul restituendi sunt, quod etiam locum sibi vendicasset, vbi Episcopus tantum sine ordine processisset. Afflict. dec. 118. nu. 5. Quamobrem cessare dicebatur obiectum, quod licuerit Gaudioso dictos fructus, veluti bona fide & iusto titulo perceptos in proprios vsus conuertere, ad l. qui authore. de reg. iur. l. bona fide. de acq. rer. dom. Doctor. in c. graui. de restit. spol. cum alijs adductis per Informantes. Cum igitur ius hoc pacto d. electioni ac prouisioni resistat, visum fuit non esse hæsitandum Gaudiosum dictam restitutionem minime euitare posse. Idem voluit Abb. in c. dilecto. nu. 12. de præb. per doct. Bart. in l. sed etsi. §. scire. ff. de pet. hęr. Fel. in c. de quarta. nu. 31. vers. tertia restrictio. de præscr.

Nec placuit Dominis Concilij formam satis ex eo posse dici seruatam, quod in proposita facti specie huiusmodi electio Episcopi iudicio relinqueretur, quia vt alias resolutum fuit, Concilium de iusto ac rationabili iudicio loquitur, & ita intelligi debet, vt aperte Summus Pontifex in dicta constitutione demonstrat: nam is profecto non seruat legem, quinimo in illam 2 committit, † qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de leg. c. certum. de reg. iur. in 6. facit illud vulgare, sensum magis, quam 3 † verba spectari, l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. l. 3. C. de lib. leg.

Non obstat, quod appellatione pendente prouisus ab eadem Ecclesia amoueri non possit, quasi quod interim fructus suos facere valeat. quia respondent, Domini, hoc sibi non suffragari, cum eius electio, vt dixi, contra formam à iure præscriptam inducta fuerit, & eo magis, quia sententia, seu Episcopi iudicium ex ijsdem reuocatur, quo fit, vt à die motæ litis, in mala fi-4 de † præsumpta, constitutus censetur, quæ propter dictos fructus lucrari non debet, Rot. decis. 4. de restit. spoliat. in nou. & hoc etiam statuere nos cogit illa ratio, vt fraudibus & malitijs, quantum fieri potest, occurratur, alioquin nimis idonei ab ordinatijs sic electi, & in possessionem immissi, vt diutius Parochialis emolumenta consequi possent, lites immortales absq; dubio reddere conarentur, & rationi prædictæ plurimum astipulantur trad. in clem. ad compescendas. de seq. poss.

Vrgellensis, Archidiaconatus, Lun. 11. Dec. 1581.

ARGVMENTVM.

Constitutio Pij V. super fructibus, & distributionibus beneficiorum lite pendente, distributiones quotidianas non comprehendit, quæ diuinis interuenientibus tantum debentur, sed ad illos fructus & distributiones, quas vigore statuti, vel consuetudinis lite inter proni-

sos agitata, Capitulum, & Canonici percipiunt, restringitur.

SVMMARIA.

1 *Proœmium Constitutionum Papalium multum ponderatur, si de interpretanda mente constituentis agitur.*

2 *Casus in Bulla Papali omissus dispositioni iuris communis relinquitur.*

DECISIO DCLXXV.

DVbium, An dispositio Bullæ intrat in casu, & ad effectum, de quo agitur, in eadem causa Vrgellen. Archidiaconatus, die Lun. 11. Dec. 1581. resolutũ fuit, constitutionem Pij V. fel. record. super fructib. & distributionibus beneficiorũ lite pendente, disponendis, emanatam, illas distributiones quotidianas non cõprehendere quæ diuinis officijs interessentib. tantum debentur, sed limitatam restrictamque esse ad illos fructus, & distributiones, quas statuti, seu consuetudinis vigore lite inter prouisos vertente, Capitulum, & Canonici percipiebant. Domini moti fuere, tum ex procem. dict. Constitutionis, ibi. *sic prouisi interim*, procemiũ enim, 1 † vt notum est, multum ponderatur, quotiescunque de interpretanda mente disponentis agitur. gl. in l. omnes populi. n. 287. de iust. & iur. & rationem finalem inducit. Dec. cons. 600. in pr. Aym. cons. 291. cum etiam eiusdem constitutionis dispositiua, ibi, distributiones, ceteraque emolumenta, quæ vigore consuetudinis, per illud relatiuum, *quæ*, sine copula, generalibus verbis antecedentibus, appositum, præcedentem dispositionem restringit. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. Barr. & alij in dict. l. omnes populi, & in l. cũctos populos. C. de sum. Trin. & fi. cath. Alex. cons. 14. lib. 7. Dec. cons. 261. Iccirco ad eas tantum distributiones referendum est, quæ ex dicti statuti, & consuetudinis dispositione percipi poterant, sed in proposita facti specie Capitulum & Canonici quotidianas distributiones ex ipsorum statuti & consuetudinis dispositione consequi non contẽdũt, quinimo illas Gaspato hactenus inseruienti assignarunt, & in futurum diuinis officijs interessenti assignare, & soluere prætendunt, quare prætet rem non erit 2 dicere casum huiusmodi, tanquam à Bulla † omissum remanere in iuris communis dispositione, l. commodissime. de lib. & posth. & in l. si cum dotem. sol. matr. & præsertim, cum summus Pontifex in d. Bulla. simpliciter, de istis distributionibus, alias nõ addito verbo quotidianis loquatur quod datur intelligi ipsas quotidianas distributiones, quæ non simpliciter, sed secundum quid distribuuntur, appellari possunt minime comprehensas fuisse. Bart. & Dd. in l. Lucius. §. quæsitum. de l. 3. & proptetea dixit Abb. in c. licet nobis. n. 3. de præb. istas natuiam separatam ab alijs distributionibus habere: & ex his tollitur obiectum factum de illis verbis Bullæ, ceteraque emolumenta, quia licet sint apta continere omnes fructus, & distributiones cuiuscunq; rei, & laboris, Archid. in c. 1. de test. in 6. tamen illud est exequendum in lata, & in propria significatione, vt bene demonstrat. Gem. in d. c. 1. & dictio cetera regulatur secundum naturã rei cui adiungitur, Dd. in auth. ex causa. C. de lib. præt & in l. Gallus. de liber. & posthum.

Non obstat quod Capitulum sit in lite, quia iuris sui optandi conseruandi gratia illã prosequitur, & non vt distributiones huiusmodi lucrifaciat, quia vt dictũ est, possessori dicti Archidiaconatus, & dictis diuinis officijs interessenti, illas concessit, & tradidit, & sic deinceps tradere se paratum exhibet.

SERAPHINI.

Camerinensis, de Murazzeno, Lun. 27. Maij 1591.

ARGVMENTVM.

Beneficium ex quibus manuale præsumatur.

SVMMARIA.

1 *Status beneficij curati, status est perpetuitatis, non manualitatis.*

2 *Status mutatio in Ecclesia vt valde fiat, quæ requirãtur.*

DECISIO DCLXXVI.

FVit resolutum, non constare, quod Parochialis, de qua agitur, sit beneficium manuale, cum enim de 1 iure communi status beneficij Curati sit † status perpetuitatis, & non manualitatis, vt per Aegid. decis. 203. Abb. in c. constitutis. n. 2. de elect. Cass. dec. 4. & 12. de præb. & fuit in hac causa decisum, non potuit iste status mutari, nisi 40. annis completis, cum possessione & statu manualitatis, c. cum de beneficio. de præb. in 6. vbi Gem. Franc. Prob. Fel. in c. in nostra. concl. 40. de rescr. & hoc cum agatur de statu beneficij, non de vsu.

Neque etiam concurrunt ea, quæ ad status mutatio 2 nem requiruntur, authoritas † superioris, & voluntas, Cald consil. 1. de cons. Gem. Franc. & Prob. supra allegat.

Quæ autem deducuntur pro Abbate, vltra quod non sunt in forma probante, nõ attingunt tempus 40. annorum, ideo probatur deuolutio concludenter, cum per 20. annos, & vltra non fuerit cuiquam in perpetuum titulum collata ista Parochialis.

Quare conclusum, vigore gratiæ si neutri, esse adiudicandam Gabrieli.

ORANI.

Ciuitatis Castelli, Parochialis, Ven. 16. Iun. 1589.

ARGVMENTVM.

Data paritate habilitatis examinatorum, quis & ex quibus præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus authoritas magna est, & eius ratione electus ceteris præferendus.*

2 *Defectus scientiæ magis inhabilitat eligendum, quam defectus ordinum.*

3 *Comparatiuum præsupponit positiuum.*

4 *Tempus probare tenetur, qui in eo se fundat.*

DECISIO DCLXXVII.

COnclusum fuit pro confirmatione sentẽtiæ Domini Vicarij, per quam iuxta Concil. Trid. decretũ facto concursu declarauit Dominum Bernardinum regendæ Parochiali, de quo agitur Domino Francisco magis idoneum. Nam præter doctrinam, in qua iudicio examinatorũ excellit, exuberat in eo Doctoratus qua1 litas † quæ magna est, l. Magistros. C. de profess. c. quanto. de Mag. cũ conc. ib. per Fel. & cuius ratione præferri debet ceteris in Parochialibus assequendis, Put. dec. 200. n. 3. lib. 3. faciunt not. per Caputaq. decis. 277. p. 1.

Et quod originarius est ciuitatis Castelli, iuxta tradita in c. ementis. 61. dist. c. neque defectu. Abb. in c. ad decorem in fin. de inst. Dec. cons. 592. n. 13. Paris. cons. 83. num. 13. lib. 4.

Nec contrarium suadet, quod Franciscus sit presbyter, quia vt inquit Gem. in c. licet. canon. nu. 3. elect. in 6. defectus scientiæ magis inhabilitat promouendum 2 † ad beneficium, quam defectus ordinum, ex quo sufficit, quod præficiendus regimini Parochialis Ecclesiæ attingat 25. annum. d. c. licet canon.

Minus attendi debet, quod opponitur, Bernardinũ de suo clericatu non docere, quia cum pro possessione beneficij simplicis, sit in possessione clericatus, non habet necesse probare sui clericatus titulum, decis. 17. de prob. in ant. maxime accedentibus dimissorijs ordinarij, quibus attestatur ipsum benemeritum & admissum ad concursum, cum declaratione facta, quod ali3 ter ipse sit magis idoneus, comparatiuum enim † præsupponit in alio suum positiuum, Ias. in l. stipulationum quædam. num. 2. ff. de verb. oblig. Neque obstant exceptiones criminum super infirmitate deductę, quia illæ non repellunt clericum à beneficij adeptione, nisi concurrat infamia. c. accedens, de accus. vbi post Dd. Abb. gl. 1. col. pen. & fin. & habetur in c. inter dilectos. de excess. prel. & qualitas morum ac integritas vi-

tæ

tæ Francisci, non est talis, quæ animos Dominorum ad aliter sentiendum pertrahat.

Vltimum verò, quod dicitur, Bernardinum, in ætate legitima pro consequenda parochiali non esse constitutum, de quo in precibus est fassus se minorem vigintiquinque annis, tollitur ex eo, quod non percutit 4 tempus vacationis parochialis, qoando enim † quis se fundat in tempore, debet probare de tempore. l. cū actum. de negot. gest. l. matrem. C. de prob. Doct. in l. non solum. §. sed vt probat. ff. de non. ope. nunc. Et ideo cum confessio præcesserit vacationem, satis est, quod tempore concursus dictam ætatem attigerit, quæ per aspectum adfuisse ostenditur. ad Rot. dec. 14. de exc. in ant. & ita decisum.

Fanensis, Pensionis. Ven. 19. Iun. 1573.

ARGVMENTVM.

Pensione reseruata in quota fructuum, terminus non debetur, nisi pro rata fructuum perceptorum in vita Cardinalis.

SVMMARIA.

1 *Beneficiati an fructus suos faciant.*
2 *L. de diuisione. ff. solut. matr. & l. pro oneribus. C. de iur. dot. explicantur.*

DECISIO DCLXXVIII.

Domini tenuerunt terminum, de quo agitur, non deberi hæredibus, nisi pro rata fructuum perceptorum, in vita Cardinalis Patauini, tum quia hæc est magis communis opinio, tum & secundo, quia pensiones regulantur, præsertim in hac materia ijsdem regulis, quibus vsusfructus, & quod minorem visum est habere difficultatem, in hoc casu in quo reseruata est pensio, non in pecunia, sed in quota fructuum, tum & 5 tertio, quia videmus idem in beneficiatis, † qui secundum communem opinionem nō faciunt fructus suos, nisi perceptos, & secundum aliquos & reconditos, & tamen fructus beneficiorum dantur pro alimentis, & pro labore beneficiati, qui beneficio inseruit: rationes autem allegatæ à Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. nu. 3. Dominos non mouebant, quòd enim pensio reseruetur pro alimentis illius cui reseruatur, non facit, quod debeatur pro rata temporis, nam si vsusfructus alicui pro alimentis relinqueretur, non propterea sequeretur secundum Doct. quod non deberet defuncto vsufructuario fieri diuisio, vt alias fit in vsufructu, materia 2 autem l. de diuisione. † ff. sol. matr. particularem habet rationem, quia maritus alit vxorem, & onera matrimonij sustinet. vulg. l. pro oneribus. C. de iur. dot. & sic hos fructus habet ex causa onerosa, in qua materia etiam particulariter considerabatur requiri fundum esse dotalem, & fundum ipsum esse traditum, alioquin licet sit promissus, & maritus sustinuerit onera matrimonij, non propterea sibi debentur fructus, l. de diuisione. ff. sol. matrim. quod hic quadrare non posset considerabant etiam Domini quod quia Doct. magis extendebant dispositionem l. defuncta. quam l. diuortio. numero 4. Iason. num. 5. & etiam in feudo, quando deuoluitur ad agnatos. Seyss. in d. l. diuortio. num. 31. 32. Secunda ratio Couar. quod pensio in pecunia soluatur, & sic non sit propriè pensionarius, vsufructuarius, vltra quod non concludit, non debere fieri diuisionem, vt in vsufructuario, quemadmodum videmus in emphyteuta, & in beneficiato, hoc cessabat in isto casu, in quo vt dictum est, reseruata est pensio, in quota fructuum, & quia Rebuff. de pacific. possess. nu. 130. ponit tertiam quandam opinionem, quod sufficiat annum esse cœptum in vita pensionarij, ad terminos l. diem functo. de offic. assess. dict. opinio non fuit apud Dominos in aliqua consideratione, sed per supradictas rationes voluerunt communi opinioni inhærere.

MANTICÆ.

Vercellensis, Pensionis, 26. Iun. 1592.

ARGVMENTVM.

Reseruata alicui pensione cum clausula dummodo mille Episcopo remaneant, præsupposita quasi possessione talem pensionem exigendi, quæritur, & discutitur, cui incumbat onus probandi, quod Episcopo mille remaneāt.

SVMMARIA.

1 *Possessio vel quasi ab onera probandi releuat.*
2 *Fallit.*

DECISIO DCLXXIX.

Fuit Illustrissimo, & Reuerendiss. D. Cardinali Sarazano reseruata pensio duorum millium aureorum, super fructibus Episcopatus Vercellensis, cum clausula, *dummodo remaneant mille Episcopo*, & inter cetera præsupponitur, Dominum Cardinalem esse in quasi possessione exigendi, & dubitaui cui incumbat onus probandi, quod Episcopo remaneant mille, vel non remaneant.

Et Dominis placuit illa distinctio, quæ fuit approbata coram bon. mem. Domino de Rubeis, in vna Patauina, de anno 1589. cuius copia fuit exhibita, videlicet quod aut Dominus Cardinalis agit in possessorio iudicio, & tunc onus probandi incumbit Episcopo, quia 1 possessio † releuat ab onere probandi, cum non teneatur exprimere causam suæ possessionis, vel quasi, & ideo debet iura tueri, donec contra eum sit pronunciatum in petitorio. Abb. in c. querela. num. 2. de elect. & not. gloss. per tex. in l. sicuti. §. sed si quæratur & ibi. Paul. Castr. nu. 9. ff. si setu. vend. Ruin. cons. 154. vers. sicut ergo. lib. 4.

Aut verò Episcopus agit in petitorio iudicio contra Dom. Cardinalem, negans se debere pensionem, aut dicens reseruationem pensionis esse nullam, & tunc onus probandi, quod Episcopo remaneant mille eidem Cardinali incumbit; quia cum agitur super proprietate iuris percipiendi, causa exprimi debet ab eo, qui dicit sibi deberi pensionem, nec quasi possessio re-2 leuat ab onere † probandi. Abb. c. querela. nu. 10. & seq. de elect. & not. glos. per d. text. in l. sicuti. §. sed si quæratur. & ibi, Paul. Castr. num. 8. & 9. ff. de rescin. vend. & ita intelligunt Cyn. in l. circa. n. 1. vers. nam illa non releuat. ff. de prob. Afflict. in rubr. de conc. iun. col. mihi 15. vers. 18. Sal. & Ruin. cons. 154. nu. 4. lib. 4.

Proinde cum intentio Episcopi sit fundata, ex eo solum, quod negat se debere pensionem, aut dicit, eius reseruationem esse nullam. Dom. Cardinalis debet narrata in sua gratia iustificare, ac consequenter apud Episcopum remaneant mille, Io. Andr. & Rom. & alij in c. 1. de lit. cont. lib. 6. Fel. c. constituti. in princ. de rescr. Dec. cons. 403. nu. 13. Crass. cons. 14 nu. 3.

Quod multo magis dicendum est, cum hoc fuerit expressum per modum transactionis, seu limitationis. Fel. in c. super literas nu. 9. vers. sed secus. de rescrip. & ideo nihil refert, quod illa dictio *tantummodo* inducat modum, seu conditionem, quia clara est intentio Papæ, qui Domino Cardinali pensionem 2000. ita demū deberi voluit, si Episcopo remanerent 1000. qui quidem pro tuenda Episcopali dignitate videntur necessarij, secundum Concil. Trident. sess. 24. vers. adhuc in posterum.

SERAPHINI.

Romana Pensionis. Votum.

ARGVMENTVM.

Pensionem habens reseruatam, contra resignatarium, cui canonicatus, super quo pensio est imposita, est resignatus, rectè agit, pro exigendo termino solutionis, & consequenter tam resignatarius, quàm resignans ad solutionē termini tenentur pro rata temporis, quo apud vtrumlibet canonicatus permansisse deprehenditur.

SVMMARIA.

1 *Plus soluere qui dicatur.*

Muta-

2 *Mutatio iuris in resignatione beneficij, et qui super eo pensionem habet reseruatam, præiudicium inferre non debet.*

DECISIO DCLXXX.

IN controuersia solutionis inter Præillustrē Dom. meum Vestrium, & Reueren. Dominum Gottifredum Iosephum, factum ita se habet.

Prouisus fuit Dominus Gottifredus de Canonicatu S. Petri, 28. Maij, 1591. cum reseruatione pensionis Scutor. 300. auri in auro, ad fauorem Dom. Vestrij, & oppositum decretum, vt primus terminus pensionis solueretur in festo B. Mariæ, 25. Martij, & sic deinceps, Dom. Gottifredus possedit Canonicatum, vsque ad diem 3. August. 1595. quo tempore Dom. Gottifredus iam resignauerat, Dom. Vestrius egit contra eum solutionem dicti termini, & coram Dom. Lant. A.C. fuit factum decretum contra Gottifredum, non quidem pro toto, & integro termino, sed pro rata temporis tantum, quod decretum fuit iustum, sed liquidatio istius ratæ reuocatur in dubium, prætendit enim Vestrius eam esse tot mensium, quot fluxerunt à die 25. Maij, vsque ad 3. Aug. Contra verò prætendit Gottifredus ratam esse tot mensium, & dierum, quot fluxerunt à die 28. Maij vsque ad 3. August.

Pro huius controuersiæ decisione præmitto, hanc pensionem esse annuam, prout & ceteras omnes, quæ reseruantur, Annum verò incipere currere à die constitutæ pensionis, nempe à die 28. Maij, quod tempus vsque ad 28. Maij, anni sequentis continet duos terminos oppositos, non quidem reseruationis, sed solutionis, quod est notandum pro intelligētia calculi, de quo mox agemus, nisi enim ex die constitutionis metimur annum pensionis constitutæ, frustra fieret differentia inter solutionem anticipatam & postpositam. Quæ tamen differentia in casu proposito non facit ad rem, sicut nec quæstio illa, an sit facienda solutio pro rata temporis, vel pro rata fructuum, cum fructus istius Canonicatus non sint naturales, sed ciuiles, & distincti vniformiter per solutiones menstruas. Conuenit præterea inter Dominos resignatarium & resignantem, vt vnusquisque concurrat pro rata temporis, quo apud eos reperitur fuisse Canonicatus.

Et idcirco quæstio hæc non tam vertitur inter Dn. Vestrium & Dn. Gottifredum, quam Gottifredum & eius resignatarium, nam respectu Dn. Vestrij ipsi debetur integer terminus Septembris, sine vlla controuersia, sed à quo fieri debeat solutio, & pro qua rata inter illos statuendum est, vt dixi.

Quare à principio melius fecisset Dn. Vestrius dirigendo actionem contra resignatarium, quam contra Gottifredum. Cum enim resignatarius obtinuisset sibi de dicto Canonicatu prouideri, per resignatione Gottifredi, habita notitia plena oneris pensionis, ipse ad eam persoluendam tenebatur.

Neque obstat, quod tunc nondum cepisset possessionem Canonicatus, quia cum consensus resignantis præstitus fuisset 3. August. per eum stetit, quo minus quam primum eam adipisceretur, & ab ea die tenetur ad eam persoluendam.

His ita constitutis, reliquum est videre, pro qua rata vnusquisque teneatur, & repetendo initium anni constitutæ pensionis, quod fuit die 28. Maij, apparet Gottifredum stetisse in possessione Canonicatus, hoc anno vsque ad 3. August. subsequentis, & sic per menses duos, dies quinque, & sic in totum dies 67. Vnde vt reliqua pars huius anni, quæ est dierum 298. qui cum diebus 67. constituunt integrum annum, dierum 365. spectet ad resignatarium, & pro his ratis portionibus soluendus est iste terminus Septembris, ab istis Dominis Canonicis, ita vt Gottifredus teneatur conferre pro duobus mensibus diebus quinque, Resignatarius verò, pro quatuor mensibus, demptis diebus... & sic satisfactum erit Reuer. Dn. Vestrio de toto & integro termino Septemb. quod in summa est id totum, quod ei debetur, pro dicto termino, sed non est diuidenda ista solutio, nempe vt hanc ratam soluat Gottifredus Domino Vestrio, & Dn. resignatarius postea totum terminum Septembr. integre soluat. Nam ex hac diuisione sequeretur manifestum grauamen resignatarij, qui cum non teneatur ad solutionem pensionis, nisi eo modo, quo tenebatur Resignans, tamen plus tempore solueret, quam sit eius obligatio, plus

1 enim soluere † dicitur, qui ante tempus concessæ dilationis soluit, sed sic est, quod in constitutione pensionis data fuit per Papam dilatio primi termini, à die 28. Maij, vsque ad 8. Septembr. & sic mensium trium, dierum 3. Vnde si is, qui incepit possidere, vel poterat possidere, 3. Aug. tantum tenetur ad solutionem primi termini integri die 8. Septemb. haberet tamen dilationem vnius mensis, & dierum quinque, & sic contra formam constitutæ pensionis, & plus tempore soluere teneretur.

Præterea pro termino sex mensium Dom. Vestrius consequeretur id, quod etiam debetur totum id, quod contribuere tenetur Comes Gottifredus, quod est absurdum.

Ideo regulanda est materia ista, perinde ac si Gottifredus nunquam resignasset, hoc enim casu teneretur tantum ad solutionem integri termini, Septembr. cum autem resignauit, idem terminus soluendus est Dom.

2 Vestrio, ita tamen, vt † ex mutatione personarum nulla sequatur mutatio iuris, neque in fraudem, neque ad vtilitatem Dn. Vestrij.

Quare concludendum est hoc negotium esse inter Gottifredum, & eius resignatarium, neque agi de vllo interesse Dn. mei Vestrij, sed pro rata per me supra assignata, quemlibet eorum contribuere debere, ad conficiendum totam & integram summam debitam pro termino Septembr. & ita concludo, saluo, &c.

PAMPHILII.

Pactensis, Pensionis. Lun. 10. Decembr. 1594.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo non datur ei, qui non est in quasi possessione exigendi pensionem.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo ei qui tempore motæ litis non possidet, denegatur.*
2 *Confessio antecessoris quo ad acquirendam possessionem, successori non infert præiudicium.*
3 *Solutiones non probant, vbi non constat de mandato soluentis.*
4 *Procurator non potest venire contra factum domini sui.*

DECISIO DCLXXXI.

FVit resolutum, non esse dandum Comiti mādatum de manutenendo, quia non constat de eius quasi possessione, exigendi pensionem, & notissimum est, illud ad instar edicti, vti possidetis non dari ei, quem nō

1 constet tempore motæ litis † possidere, §. retinendæ, vbi Io. Fab. nu. 16. Instit. de interd. l. 1. § huius autem interdicti. vbi Bart. in prin. & §. quod autem. nu. 14. ff. vti possid. l. 1. & ib. Bar. nu. 30. C. eod. tit. late Cou. pract. quæst. in 12. nu. 5. cum alijs per Modern. de retin. poss. rem. 3. nu. 556. & in rem. vlt. nu. 6. 14. & 119.

Aut enim Comes ad ostendendam quasi possessionem nititur solutionibus factis per curiam regiam Sede Episcopali vacante, & cum sint factæ à non habente titulum in beneficio, non operantur effectum quasi possessionis, vt fuit alias resolutum coram Illustrissim. Lancellotto, in causa Cremonensi, pensionis, 21. Nouembr. 1575. præsertim cum sint factæ Sede Episcopali vacante, quo casu cessante titulari non potuit contra Ecclesiam acquiri aliqua quasi possessio, cuius substātia in istis incorporalibus cōsistit in scientia,

tia, & patientia Domini, Bald. in l.2. nume.12.& 17. C.de seru. Rip. in c.cum ecclesia Sutrina.num.64.cum seq.de cau. poss.& propr. & tenuit Rota in causa Gerundensi, Pensionis coram Reuer. patre D.Seraphino, 10.Decemb.1579.

Aut Comes nititur compotis de anno 1551. initis inter prædecessorem huius Episcopi, & Ioan. Ladro, vti procuratorem Comitissæ, & minus suffragatur, tū quia non constat de mandato Comitis, in personam dicti Ioan. Ladroni, & sine eo, quasi possessio non quæritur, l.1.§.per procuratorem.C.eodem tit. tum quia ex istis non constat de aliqua actuali solutione pensionis, sed tantum de quadam commissione data de soluenda certa summa, occasione dictæ pensionis, quod non releuat, nisi doceatur de effectuatione, cum aliud sit mādatum de soluendo, aliud solutio, sicut in simili dicimus, aliud esse mandatum de vendendo, vel dispensando, aliud venditio, & dispensatio, vt de primo late Boer.q.48.nu.10.& de secundo Achil.dec.1.de mand. al.18. de procur. in impr. Neque obstat, quod in dictis compotis Episcopus fateatur de hac pensione pro tempore præterito fuisse Comiti satisfactum, quia ad

2 istum effectum acquirendi † possessionem confessio antecessoris non præiudicat successori ecclesiæ. Fel. in c. fin.num.11.de præscr. & tenuit Rot. in præfata causa Gerundensi, vltra quod in istis compotis adest protestatio Episcopi cum clausula præseruatoria, quod per quamcunque solutionem, quam esset facturus, non censeatur sibi causarum aliquod præiudicium, nec renunciatum iuri suo, stante metu censurarum, quo casu nec ipsa quidem actualis solutio ita facta sufficeret ad constituendum aliquem in quasi possessione. Iuxta notat. per Innoc. in c.cum olim.de restit.spol. Romao. consil.369.num.10. Put.dec.281.lib.2. Achil. dec.330. par.2.in princ. Aut Comes nititur narratiua litterarum fel.record. Pij V. & similiter non obstat, quia est ad supplicationem & assertionem partis, vt indicant illa verba *sicut accepimus*, & sic non probat, præsertim in facto alieno, vt tradunt omnes in clemen.1. de prob. Ægid.dec.158.cum alijs per Gabr.conclu.2. de proba. num.4.in 5.lim.

Aut nititur denique instrumentis plurium solutionum super exhibitis, & præter id, quod eorum fides controuertitur, cū prætenditur non esse in forma pro-

3 bante, minus etiam suffragantur, quia † non constat de mandato soluentis. Rot.dec.2.de caus.poss.& prop. in antiq. & nisi concurrant adminicula. Abbas consil. 23.in 6.dub.lib.1. Sign.de pension.quæst.48.& fuit sæpius resolutum, quæ adminicula hic non adsunt, quæ saltem percutiant ipsam quasi possessionem, ad notat. per Aym.consil.281.num.6. vers.secunda responsio. & dictum fuit in Gerundensi, vltra quod ad istum effectum potius constat de contrario, cum ipsemet principalis prius protestatus fuerit, quod per quamcunque solutionem, quando esset facturus, non intendebat præiudicare vel renunciare iuri suo. ad l.si dubito. §.1.ff.quibus modis pign. vel hypothec. solui. Oldra. consil.137.in fin. Paris.16. nume. 22. lib.2. & vulgare

4 est procuratorem non † posse venire contra factum Domini.

O R A N I.

Cremonensis, Pensionis, Lun.15. Iun.1598.

A R G V M E N T V M.

Stantibus verbis in reseruatione pensionis à Pontifice expressis, Scuta centum, & sex auri in auro, Italiæ boni, & iusti ponderis, mille septingentas ac triginta libras monetæ, illorum partium insimul constituentia, quæritur, an solutio sit facienda in Scutis aureis in auro, an verò per libras monetæ loci fieri possit, & in auro siue Scutis aureis faciendam esse declaratur.

S V M M A R I A.

1 *Creditori inuito aliud pro alio non soluitur.*
2 *Solutio in moneta diuersa a debita fieri quando possit.*
3 *Moneta destinata solutioni quoties augetur, vel diminuitur, in valore extrinseco, ad damnum vel commodum creditoris cedit.*

D E C I S I O DCLXXXII.

Felic. record. Gregor. XIV. Ioan. Antonio de Honoratis hodie Episcopo Interamnensi reseruauerat duas pensiones annuas super fructibus parochialium Ecclesiarum S.Michaelis veteris, & S.Andreæ Cremonensis, vnam videlicet quinquaginta quinque, & alteram, centum & sex scutorum auri in auro, Italiæ, boni, & iusti ponderis, mille septingentas ac viginti libras monetæ illarum partium insimul constituentiū. Cum autem orta esset inter eum & Rectorem Ecclesiæ S.Michaelis quæstio super modo, & qualitate solutionis pensionis, faciendæ, A.C. iudex ab eo deputatus per sententiam declarauit, solutionem faciendam in libris monetæ Cremonensis, non autem in Scut.aureis Italiæ boni, & iusti ponderis, vnde causa appellationis coram me introducta reuocata fuit in dubium iustitia huiusmodi sententiæ, & Domini fuerunt in voto, fuisse iniustam, & tanquam talem esse reuocandam, nam ex literis Apostolicis loquentibus de Scutis auri in auro, apparet monetam auream fuisse in obligatione positam, Bart.in l. Paulus. num.4. de solutio. cum adduct. per Couarr. de numis. cap.7.§. vnico.nume.1. Ideo in moneta aurea, & non in alia specie soluenda est pensio, cum regulare sit, quod aliud pro a-

1 lio inuito † creditori non soluitur, l.2.§.mutui, ff.si cer. pet. Gig. de pens.quæst.98.io fi. Cagnol.in l.cum quidam, num.98.ff.si cert.pet. licet enim ex generali consuetudine qualibet pecunia in commercium recepta censeatur posita in facultate soluendi, tamen præsenti themati non potest accommodari, quod verba illa *Scuta auri in auro, boni & iusti ponderis*, vt aliquid operentur, auferunt facultatem soluendi in moneta materiæ alterius, quasi ad ipsam auream respexerit disponens, vt per Rot.decis.327.nu.3.Bologn.consil.11. num.40.Cephal.cons.31.num.5. & seq. Thesaur.decision.147.nu.6. & quidem non simpliciter, quia non omnia Scuta auri in auro solui possunt, etiamsi non obstet materia, cum sit eadem, vt tradit Barto. in d.l. Paulus. & firmat Couar.d.§. vna.ver.secūdo.Sed propter diuersitatem ponderis, de quibus Papam intellexisse dicendum est, l.seruus plurium. §.final.de leg.1. l.in numm. de leg.3. Purpur.cons.80. num.3.& seq.& fuit dictum coram me in vna Conchensi, pensionis,& alijs causis. Nec obstant illa verba, *libras mille, septingentas viginti monetæ illarum partium simul constituentium*, quia stant demonstratiue, non autem faciunt, quod dictæ libræ sint in obligatione, Socin. 298. in pr. lib.2. Grat.cons.14.nu.13.lib.1.Boer.dicta dec.327.nu me.3.& fuit in similibus terminis decisum coram Domin. Penia in vna Cesenatensi, pecuniaria. Nam cum in ciuitate Cremonæ, tempore reseruationis pensionis vsualia, & currentia essent diuersa Scuta aurea, mirū videri non debet, si Papa voluit declarare, suæ mentis esse, quod Scuta reseruata loco pensionis summam illam librarum conficerent, & huius intellectum recipiendum plurimum suadent, primum quod in literis reseruationis Papa, dicit, *dummodo rectori remaneant Scuta centum similia*, nam si Scuta aurea non essent in obligatione posita, illa verba *Scuta similia* non conuenient dispositioni, ad tex. in l.Plautius. ff.de aur. & arg.leg. secundo, quia summa librarum mille septingētarum, & viginti, est coaceruata ex duabus pensionibus reseruatis in certo numero aureorum, quam si Papa intellexisset, in obligatione positam, vtique diuisisset. Præcedentia verò confirmant pactum, declarationem, & acceptationem, quā vt plurimum Papa in huiusmo-

di

di reseruationibus amplectitur, vt fuit consideratum coram D. Perusino, in vna Auaimana, pensionis, & tradit Cassad. super regu. decis. 32. nu. 2. Mohed. dec. 316. quæ in præstatione consensus nullam fecerunt mentionem librarum, sed Scutorum, auri in auro, neque habenda est ratio, quod procurator pensionarij acceptauit solutionem pensionis in moneta argentea, & ad rationem dictarum librarum 1720. quoniam vt nuper fuit coram Domino meo Litta, in vna Aretina pensionis, responsum, propter penuriam scut. in auro, iusti 2 ponderis, potest † solutio fieri in moneta, diuersa à debita, dummodo inde nullum creditoris damnum resultet, d. l. Paulus, ff. de solut. Socin. iun. cons. 101. nu. 3. lib. 3. minus facit, ponderata dictio constituentium, quasi genitiuus, quæ stat restrictiuè, c. cum Cappella, vbi Ant. de Butr. de priuat. Alex. in rub. de nou. oper. num. 26. quia restringit valorē auri ad expressas libras tempore reseruationis illi æquiualentes, & propterea 3 succedit regula, quod quoties moneta † destinata solutioni augetur, vel minuitur, in valore extrinseco, procedit ad commodum, vel damnum illius, cui facienda est solutio.

PENIÆ.

Romana, Pecuniaria, Lun. 23. Ian. 1589.

ARGVMENTVM.

Certa aliqua moneta specie promissa quæritur, & discutitur in præsenti decisione, an ea, vel æstimatio eius tempore solutionis faciendæ, sit præstanda, & quidem promissis ducatis auri in auro de Camera, qui tempore initi contractus currebant, ad rationem 12. Iuliorum, petita autem solutionis ad rationem 13. adscendebant. declaratur quid statuendum.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia supina non excusat.*
2 *Moneta certa specie promissa, num illa, an verò æstimatio tempore solutionis facienda, inspicienda.*
3 *Præscriptio aduersus Ecclesiam, vt locum habeat, 40. anni requiruntur.*

DECISIO DCLXXXIII.

ANno 1524. inter Capitulum & Canonicos S. Celsi de vrbe, & Reu. D. Bartholomæum Ferratinū, Canonicum S. Petri, tanquam administratorem Cappellæ Iuliæ in Ecclesia S. Petri, sola occasione cuiusdam litis in Rota pendentis, fuit facta transactio, super quibusdam domibus, quas Canonici S. Petri ad se pertinere dicebant, cuius transactionis virtute vtriusque litij cessum est, & constitutum, vt in posterum perpetuis futuris temporibus Canonici S. Celsi legitime dictæ Cappellæ Iuliæ procuratori pro tempore existenti singulis annis de semestri in semestre ducat. 100. auri in auro de Camera, soluere tenerentur.

Ex multis annis Canonici S. Celsi iuxta formam dictæ transactionis soluisse dicūtur, ea apochis, aut quietantijs apparebat, quod saltem in anno 1556. vsque ad annum 1586. Canonici S. Celsi præfatos 100. ducat. solum soluerunt ad rationem vndecim Iuliorum, pro tempore currentium, pro singulo ducato, auri in auro, de Camera. Cum verò dictus aureus ducatus de Camera successu temporis secundum valorem extrinsecus esset auctus, quamuis auri pondus, aut bonitas nō apparet omnino mutata, creuit enim eius valor, quod nunc etiam currit ad Iulios 13. pro singulo ducato, propterea dicti Canonici, tanquam administratores Cappellæ Iuliæ tam de præterito, quàm de futuro solutionem prædictorum centum ducatorum auri in auro de Camera, non ad rationem 11. Iuliorum, sed ad rationem 13. Iuliorum exigere volebant. Hanc controuersiam ambę partes suffragio Rotę diffiniendum statuerunt causam mihi N. commiserunt, quam proposui die 2. Decemb. anno 1589. & quoniam Domini fuerunt varij, non fuit capta resolutio.

Itaque die 23. Ian. iterum proposita, post diligentem discussionem Domini duo tempora distinguenda diligenter putauerunt, primum præteritum, quod respicit terminos seu pensiones elapsas, alterum, quod refertur ad pensiones futuras.

Quantum attinet ad terminos, seu pensiones præteritas, censuerunt, ne Canonici Sanct. Petri à Canonicis S. Celsi exigant, quæ hactenus receperunt, vt supra, sed contenti sint solutione facta ad rationem Iuliorum 11. pro quolibet ducato aurei in auro, de Camera, præsertim cum non videatur eos posse iuuari, prætextu erroris sui procuratoris, qui prædictas pensiones exigebat, & recipiebat à Canonicis S. Celsi ad rationem 11. Iuliorum, pro quolibet Ducato, nam cum singulis annis à prædicto procuratore, reciperent computa, & rationes subducerent, ipsi sibi potius præiudicium intulerīt & si quæ ignorantia considerari poterat, illa non vide-1 batur † probabilis, sed supina quæ non excusat errantem. l. latæ culpæ. ff. de verb. sign. l. quod item. ff. depos. l. plurimum. & l. nec supina. ff. de iure & facti ignor. Tenor præterea apocharum, seu quitantiarum, satis prætensum errorem tollere videbatur, cum fuerint habita ratione aureorum antiquorum, de quibus in ipsa transactione fuerat actum.

Quatenus ad secundum tempus spectat, quod futuras solutiones respicit, Domini resoluerunt, solutionem fieri, vel in aureis ducatis de Camera, vel in eorū mero valore, secundum tempora currentia, nam secundum communem Doctorum sententiam, quando cer-2 ta monetæ species est promissa, † illa, seu æstimatio tēpore solutionis faciendæ attenditur, Bart. & Doct. in l. Paulus. ff. de solut. Aret. cons. 11. nu. 3. Cagnol. in l. 2. C. pact. inter empt. & vendit. Benint. decis. 39. incip. dubitabatur in quadam causa. Aym. cons. 47. incip. Magnificus. num. 6. vers. quinto dico.

Ratio autem est, nam quando variatur extrinsecus monetæ valor, sine dubio non debet attendi tempus contractus, sed solutionis, ita Aret. d. cons. 11. nu. 7. vbi hanc testatur communem opinionem. In casu proposito ducatus aureus de Camera nō apparebat variatus in bonitate intrinseca, cum scilicet, qui nunc videtur in Curia, & eiusdem ponderis, & bonitatis aurei facta experientia videtur, & ille qui ante 50. aut 60. annos erat in vsu, argenteus tamen minus quem Iulium, vel Paulum dicūt erat immutatus, ac in duobus fere baiochis, diminutus, vt constat ex constitutione Pauli, incipien. Ex omnibus addita. anno 1586. Verū hodie vndecim Iulij currentibus non possit emi vnus aureus de Camera, ex illis qui currebant tempore contractus, vel de illis, qui in eorum locum suffecti sunt, debitor nūc soluens 11. Iulios, pro illis, qui soluebantur tempore antiquo, quando Iulij erant meliores, cum minus soluat, satisfacit obligationi, nam cum illis 11. antiquis Iulijs poterat emi vnus aureus de Camera, qui hodie cum 11. Iul. currentibus emi non potest.

Nec Canonici S. Petri potuerunt se præscriptione tueri, cum non potuerint continuas solutiones probare, ad rationem 12. Iuliorum, pro quolibet ducato, nisi ab anno 1556. vsque ad annum 1586. & sic per 30. tantum annos, qui non sufficiunt ad inducendam legiti-3 mam præscriptionem aduersus Ecclesiam, † cum 40. anni exigantur. c. de quart. & c. illud. de præscript.

Ad text. in c. olim causam. & in c. pen. quibus sanciri videtur, vt deficiente antiqua pecunia, solutio fiat in moneta quæ est in vsu, tamen secundum valorem antiquæ monetæ, respondebatur prout reperiri quidem nunc Romæ ducatum aurei de Camera, antiquior, licet non sint in vsu frequenti, non referre, cum Canonici Sāct. Celsi tot singulis annis reperire possint, quod paruā summam 100. ducatorum persoluere sufficiant.

Rursus dicebatur, quod quamuis in indiuiduo non

repe-

reperiantur illi ipsi aurei de Camera, qui currebant tempore contractus, de anno 1524. reperiuntur tamen apud mercatores ducati alij de Camera antiqui, illis singulis similes de quibus solutio commode fieri possit. Vnde non intrat dispositio illorum textuum in casu proposito, ac ita etiam procedit illa opinio, quæ currebat tempore contractus, nam ea vera est, quando antiqua non reperiuntur amplius. Ant. Burg. in ca. dilecti. nu. 39. de empt. & vend.

Ad decisionem Put. 149. incip. communis conclusio est, respondebatur, eam totam mutatam & incertam videri & suffragij potius, quam decisionis Rotæ speciem præ se ferre.

Multa alia fuerunt vtrinque allegata, quæ facile ex prædictis vel mutuo conciliantur, vel subuertuntur, & ideo cum consulti fuerunt Domini, ad declarandam propositam difficultatem in his, quæ dicta sunt, præcipue fecerunt fundamentum.

L A N C E L L O T T I.

Clusina, Pensionis. Merc. 9. Decemb. 1573.

A R G V M E N T V M.

Testes in ijs, quæ concludentem probationem requirunt, non dicuntur probare.

S V M M A R I A.

1 *Testes probantes per famam concludenter non probant.*

D E C I S I O DCLXXXIV.

FVit conclusum, nō satis constare, quod remaneant centum ducati liberi pro Rectore, quia licet testes 1 probent valorem per famam, † tamen hæc probatio non sufficit in hoc casu, quia non agitur de probando non excessu, qui habet præsumptionem aliquam pro se, ideo semiplena sufficit probatio. Aegid. decis. 683. sed sumus in casu, in quo probatio debet esse concludens, quod vere remaneant centum ducati liberi pro Rectore, per modum affirmatiuum, iuxta Mohedan. decis. 148.

B L A N C H E T T I.

Romana, Pensionis.

A R G V M E N T V M.

In pensione reseruata quænam onera sint deducenda, vt summa præstituta libera remaneat.

S V M M A R I A.

1 *Onera quænam in impositione pensionis sint detrahenda.*

D E C I S I O DCLXXXV.

IN causa Romana pensionis, vna tantum parte informante, post expectatum per multas Rotas Lælium Ferretum, dedi dubium, An constaret, quod remanerent 50. Ducati liberi pro rectore, & quæ onera essent deducenda, & 20. Febr. 1576. resolutum fuit, quod cū verbum liberi importet, vt remaneant 50. Ducati similes pensioni absque vlla diminutione, Alexand. consil. 12. num. 1. Gozad. cons. 47. nu. 9. satis constat ex dictis, primi, & quinti testium, quod non remanent 50. ducati liberi, pro Rectore annuatim, cum sit habenda ratio onerum ordinariorum, quæ licet visa sint Dominis excessiue taxata, tamen dixerunt saltem importare 25. vel 30. ducat. auri, non potest æqualis summa 1 remanere Rectori, hæc autem † onera consideranda Domini dixerunt, ad effectum nullitatis pensionis, impositorum autem per Reuerend. Dom. Visitatorem non habendam rationem, nisi ad effectum de illa inuicem vsque ad satisfactionem illius præcepti, pro rata pensionis.

G Y P S I I.

Cæsaraugustana. Pensionis. Lun. 11. Mart. 1591.

A R G V M E N T V M.

Species monetæ in obligatione posita, & non alia, siue æstimatio eius, solui debet.

S V M M A R I A.

1 *Moneta certa in obligatione posita, soluenda est.*
2 *Fallit, vt etiam ex generali quadam consuetudine æstimatio eius solui debeat.*
3 *Tempus non est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis.*
4 *Clausula, rebus sic stantibus, semper in contractibus subintelligitur.*
5 *Valor monetæ eius loci, in quo reseruatur pensio est attendendus.*
6 *Præscriptio absque animo non currit.*

D E C I S I O DCLXXXVI.

REseruata fuit pensio ducatorum mille auri in auro, Domino Didaco Carpentio, qui illam ad ducatos 800. similes redactam, multis annis in partibus exegerat ad rationem 12. Regalium, pro quolibet ducato, prout ducatum in Hispania valere dicebatur, sed comperto, quod Camera Apostolica declarauerat in 100. ducat. aurei in auro largi intrare centum, & nouem scuta aurei in auro, dubitari contigit, an d. pensio soluenda esset in ducatis, siue scutis aureis, iuxta dictam Cameræ declarationem, & soluendam Domini resoluerunt, quoniam illa species monetæ, quæ est in 1 obligatione, † & non alia solui debet, per regulam l. 2. §. 1. si cert. petat. cum conc. vel saltem ex generali qua-2 dam † consuetudine eius æstimatio, vt dicit Bart. in l. Paulus respondit. num. 4. de solut. quo casu intendendus est valor ducati de tempore solutionis, Doct. in l. cum quid. si cert. pet. Bald. cons. 499. in princ. & cons. 269. vol. 2. de con. Areon. consil. 11. num. 3. Cagnol. in l. 2. num. 216. C. de pact. inter empt. & vend. Socin. iun. consil. 44. nu. 9. lib. 4. & ratio est, quia circa bonitatem intrinsecam ducatorum nulla adest mutatio, sed solum ex hominum vsu alterata est bonitas extrinseca, cum eius valor creuerit. Ideo sicut diminutio ducati esset damnosa pensionario, sic etiam augmētum debet illi prodesse. ad l. secundum naturam. de reg. iur. & ita pluries decisum fuit, coram Reu. patre Domino meo Seraphino, in vna Cameracensi, æstimationis flor. 14. Nou. 1569. in Natniensi, legitimæ, 17. April. 1581. & coram Domino Pena in vna Romana, pecuniaria, S. Celsi, 23. Ian. 1589.

Quæ verò deducuntur ex c. olim, c. cum Canonicis. de cens. Bart. in d. l. Paulus respondit. de solut. Brun. tract. de augment. in 1. par. num. 9. cum seq. & alibi Put. dec. 149. lib. 2. quæ tamen non videtur esse decisio, sed votum ipsius Putei, existimabant posse procedere, si mutatio extaret in bonitate intrinseca materiæ, vel pōderis, tunc enim esset inspiciendum tempus obligationis, Crauett. consil. 47. numero 6. Beninten. decis. 39. 3 cum tempus non sit † modus inducendæ vel tollendæ obligationis, vulgat. l. obligationum fere, §. placet. 4 de action. & obligatio. & in † contractibus semper intelligitur clausula, *rebus sic stantibus*. l. quod sensus. & ibi. not. de cond. caus. data. Alciat. de præscr. reg. 2. præscript. 16. nu. 5. & 6.

Præterea huiusmodi doctrina Bart. tam hodie, quā olim tempore reseruationis erat, & valoris, & ab illo tempore citra, eodem modo fuerat in vsu hominum, idcirco frustra quæritur, quod tempus sit attendendum, maxime, quia PP. in ducatis, largis pensionem reseruauit, quo fit, vt videri non debeat super prætenso non vsu ducati.

Præter id, quod non est verum, quod non reperiantur ducati largi, quia adsunt ducati Vngari, Hispani, Veneti, Florentini, & alij relati per Sarn. in reg. de valore. cons. 9. num. 26. vbi dicit, quod parum differunt à ducatis aureis in auro de Camera, quinimo sunt eiusdem valoris, vt dignoscitur ex alio decreto Cameræ, super validitate ducatorum aurei in auro, de Camera, cuius copia Dominis data fuit.

Non obstat, quod Sarn. vbi supra dicat, nu. 30. du-

catos

catos in Hispania esse 11. Regalium, primò quia non loquitur de ducatis aureis io auro largis, secundò, in 5 hac materia † attendi debet valor monetæ loci, vbi pensio reseruatur. Abb. in c. quoniam. de iureiuran. & fuit resolutum in vna Burgensi, pensionis, coram me, 17. Iun. 1585. & in vna Conchensi, 28. eiusdem coram Domino Orano.

Non obstant solutiones factę in partibus, quia ex illis non potest oriri obseruantia interpretatiua, cũ verba reseruationis sint clara, ad l. continuos. de verb. obl. Aym. cons. 47. nu. 2. decis. 49. post nu. 1. ver. nec obstat. ideo cessant deducta per Soc. iun. tract. de monet. cons. 13. Nat. cons. 192. nu. 8. quia loquuntur, vbi verba promissionis dubitationem recipere possent.

Minus suffragatur præscriptio allegata, circa hunc modum soluendi, tum quia non effluxit tempus ad illam inducendam nominatum, tum quia partes non habuerunt animum præscribendi, nam putabant reseruationem debere intelligi de Ducatis Hispaniæ, & 6 sine animo † præscriptio non currit. c. veniens. & quod ib. notat. de præscript. Card. in clem. 1. §. fin. num. 2. de foro compet. cum simil.

PENIÆ.

Cesenatensis, Pecuniaria, Veneris. 14. Martij 1597.

ARGVMENTVM.

Valore monetæ aucto ex constitutione Principis, solutio, an secundum æstimationem valoris aucti, an verò celebrati contractus, sit facienda.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facienda est iuxta qualitatem declaratam.*

DECISIO DCLXXXVII.

EMerat de anno 1586. Euangelista de Galessis, prædium multarum tornaturarum, à Balthassare Romagnolo, æstimata qualibet tornatura pro scut. 31. auri ad rationem solidorum 84. pro quolibet scuto, idcirco pretium conficiens summam scutor. 2116. emptor soluere promiserat, intra terminum 10. annorum proxime futurorum, à die celebrati contractus in pecunia numerata, in tot Paulis, vel scutis de Camera, addito insuper pacto, quod Euãgelista emptor solueret liuellum pro dicto pretio, ratione fructuum prædij, venditi ad æstimationem quinque pro centenario, & quolibet anno in tot Paulis, vel scutis de Camera.

Quia verò tempore contractus ad conficiendum vnum scutum aurei exigebantur 11. Pauli cum dimidio, nam tunc 84. solidi, seu baiochi faciebant tot Paulos, modo videtur, quia elapsis iam 10. annis, & termino solutionis adueniente 10. solum Pauli implebant dicta scut. quia Paulus, qui tempore contractus erat valoris quatrinorum 44. nunc verò vigore cõstitutionis Gregorij XIII. erat quatrinorũ 50. & solidus, seu baiochus qui tempore cõtractus erat 6. quatrinorum, ideo cum hæredes Euangelistæ emptoris vellent soluere ad æstimationem monetę currentis auctę per constitutionem principis, in valore extrinseco, contra verò Balthassar venditor & creditor secundum veterem valorem tempore contractus sibi soluere contenderet.

Super hoc dubio Rota cõsulta, vtraque parte informante, respondit, solutionem fieri oportere, æstimando scutum ad rationem vndecim Paulorum cum dimidio.

Considerauit enim primum vigore instrumenti emptionis, & venditionis in obligatione fuisse scutum aureum, in solutione autem Paulos & ducatos de Camera, & verba illa ad rationem solidorum demonstratiue fuisse apposita, ad ostendendum, de quo scuto contrahentes intellexissent. Soc. cons. 289. lib. 2. Grat. cons. 14. nu. 13. lib. 1. Boer. decis. 217. nu. 3. cum autem scutus aureus non reperiretur diminutus illius valor erat inspiciendus tempore cõtractus, quamuis moneta inferior, de qua solutio fieri poterat, est valde diminuta. Bartol. in l. cum quid. circa fin. ff. si cert. pet. Crau. cons. 47. nu. 6. Soc. iun. cons. 142. nu. 6. lib. 2. Bologn. cons. 11. nu. 49. Cephal. cons. 31. num. 8. lib. 1. quod maxime locum habere dicebatur in hoc contractu, in quo contrahentes expresse declarauerunt qualitatem aurei, ad æstimationem scilicet solidorum 84. nam tunc si moneta inferior, siue minuta decrescat, vel non decrescat, solu- 1 tio † facienda ad eam rationem, iuxta qualitatem declaratam, Barbat. cons. 19. nu. 7. vers. sed licet. lib. 4. Cephal. cons. 31. num. 6. & seq. Boer. decis. 32. nu. 10. Cou. tract. de numism. c. 7. §. 1. num. 5.

LITTÆ.

Aretina, Pensionis, Venet. 20. Febr. 1598.

ARGVMENTVM.

Pensione reseruata in scutis auri in auro, non facta mentione loci, in quo fieri debebat solutio, deciditur in casu, quo in loco dantis, scuta illa aurea reperiri nequeant, solutionem in dicto loco in moneta argẽtea iuxta valorem scuti aurei in auro, in curia currentis, fieri debere.

SVMMARIA.

1 *Pensio soluenda de fructibus Episcopatus, in diœcesi illa est soluenda.*
2 *Reus in dubio maiori fauore dignus.*
3 *Locus ille solutionis intelligitur destinatus, in quo facilius solutio præstari potest, si certus locus non est expressus.*
4 *Alimenta an in domo hæredis vel alimentandi sint præstanda.*
5 *Solutio regulariter in illa specie est facienda, de qua constat obligatio.*
6 *Fallit.*

DECISIO DCLXXXVIII.

CVm Sixtus V. promouisset Reu. Patrem Dominũ Vsimbardum ad Episcopatum Aretinum, & super illius fructibus, motu proprio reseruasset annuam pensionem scutorum mille auri in auro, ad fauorem Cardinalis Simonelli, cumque in literis non fuisset expressum, in quo loco solui deberet, & in ciuitate Aretij non reperiebantur scuta aurea in auro, in tanta quantitate, vt in eis scutis debitis temporibus posset fieri solutio pensionis.

Hinc propterea contigit dubitari, vbi & in qua specie monetæ sit soluenda hæc pensio, in casu de quo agitur.

Et Domini resoluerunt, pensionem esse soluendam Aretij & posse solui in moneta argentea, ibi currente, tamen valorem scuti aurei in auro, currentis in curia, moti ea ratione, quo ad primam partem dubij, quia 1 cum † pensio sit soluenda de fructibus beneficij, tunc merito hoc in casu fieri debet solutio io loco Episcopatus super cuius fructibus reseruata fuit, Sarn. in regu. de valor. q. 8. nu. 4. Oldrad. cons. 169. num. 1. Gig. cons. 158. & ita in terminis tenet Gamb. de pot. leg. lib. 6. q. 27. nu. 612. cuius quidem sententiam Domini amplexi sunt, tum, quia Ecclesia hoc modo minus grauatur, tũ 2 etiam quia rei conuenti partes, † in ambiguo fauorabiles esse debent, iuxta communes iuris regulas, & bene facit quod dicit Bart. in l. item illa. in prin. col. fin. ff. de const. pec. quam sequitur Seb. Sap. in repet. §. proinde. l. hæres absens. ff. de iud. num. 1. quod scilicet si in 3 contractu † non est destinatus certus locus solutionis tunc ille intelligitur destinatus, in quo facilius debitor solutionem præstare potest.

Nec huic sententiæ obstare dixerunt Domini quod hæc pensio sit reseruata ad fauorem Cardinalis, qui vti talis, tenetur residere in Curia, quia non reperitur iure cautum, quod Cardinalis etiam pensionarius in Curia residens, sit in hoc ceteris pensionarijs magis priuilegiatus, vnde regulæ tenacius est inhærendum donec veniens contra eam probet concludenter se esse in casu.., vt inquit Bal. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. & in l. si tutor. C. de ser. fug. & not. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg.

regitur. quam ex pluribus exornat Crau. conf. 229. nu. 15. Ideo &c. neque ex eo, quod ex lectura literarum reseruationis videatur hæc pensio cedere in causam alimentorum, debet recedi à prædicta regula, tum quia valde concussū est, an alimenta solui debeant in domi-
4 cilio hæredis, † vel alimentandi, & Rota eam sequitur sententiam, quod debeant præstari in domicilio hæredis, ex deductis in illa Fulginatensi, primogenituræ, 18. April. 1597. coram me, tum etiam quia hæc pensio dici non potest reseruata pro alimentis, cum sit reseruata Cardinali, qui habebat vnde viueret, sed potius vt statum suum sustentare valeat, vt in ipsismet literis exprimitur, ita Caccial. quem refert Gig. de pens. nu. 12. ver. si vera, & Gabr. vbi supra. nu. 55. vers. non obstat, quod dicitur de alimentis, nec ex eo, quod A. C. fuerit deputatus executor dictarum literarum, potest prætendi, solutionem esse faciendam in Curia, quia A. C. est generalis executor omnium literarum Apostolicarum, item omnium instrumentorum habentium obligationem in forma Cameræ, & nihilominus executio prædictorum respectu loci, in aliquo non est alterata, vt omnibus notum est.

Quo verò ad secundam partem dubij, moti fue-
5 runt ea ratione, quia licet regulariter † solutio sit facienda in illa specie, de qua constat obligatio, si in modo illa reperiatur. Brun. de monet. in 2. præsupp. num. 8. cum alijs per Menoch. cons. 136. à nu. 1. vsque ad 6. & fuit tentum in Cæsaraugustana, pensionis, 11. Mart. 1591.
6 coram Gypso, tamen debitor † propter difficultatem reperiendi illam speciem, vel in tanta quantitate potest soluere iustam æstimationem illius, vt per Sarn. in reg. de valor. q. 8. nu. 7. qui refert, ita pluries fuisse resolutum per Rotam, quam, tamen æstimationem fieri debere in hoc casu, censuerunt Domini habita ratione scut. auri in auro currentis in Curia, de quibus Papam reseruando huiusmodi pensiones sensisse credendum est, & non de currente alio in loco, in bonitate, vel pondere diminutorum, ad not. per Abb. in c. autro. col. fin. de iur. prout fuit tentum in dicta Cæsaraugustana, & proprius in Conchensi, pensionis, 28. Iunij, 1585. coram Orano. Nec huic sententiæ obstant solutiones huc vsque factæ, siquidem, quia pro interpretatione huius reseruationis deseruiri non possunt, cum reseruatio ipsa clare loquatur de scut. aur. in aur. ad text. in l. quod constitutum. vbi Bar. ff. de testam. tuil. & in cap. si fratres. vbi Bald. col. 2. de appel. cum alijs per Aret. cons. 84. num. 5. Et non eliditur per præscriptionem, quia ad minus requirūtur 30. anni, & alias resolutum in dicta Cæsaraugustana, pensionis, maxime, cum istæ solutiones fuerint factæ creditori Cardinalis, cui cessæ fuerant, qui non potuit sine speciali mandato præiudicare ipsi Cardinali, ad text. in l. si quis mihi. §. sed si mandauerit. ff. de acq. hæred. cum alijs per Cresc. decis. 8. & 9. de renunc. in impr.

ORANI.

Lucana, pensionis, Lun. 17. Febr. 1592.

ARGVMENTVM.

Translatio pensionis coram Notario facta, valida est.

SVMMARIA.

1 *Papa in beneficialibus latissimam habet facultatem.*
2 *Consensus patroni in reseruatione pensionis nō requiritur.*
3 *Vtile per inutile in speciebus non vitiatur.*
4 *Etiam dictio, implicat actum minus dubitabile, & explicat casum magis dubium.*

DECISIO DCLXXXIX.

IN vna Lucana pensionis, cum fel. record. Sixtus V. erexisset officia militum Lauretanorum, & eorum vnicuique obtinenti quascunque pensiones ad summam 200. ducatorum, in alios transferendorum facultatem concessisset, Reuerendiss. Domin. Vincentius Porticus officium prædictæ militiæ assequutus in vim dictarum facultatum pensionem 200. ducat. ex alia pensione 500. scut. auri, super fructibus Decanatus S. Michaelis Lucan. alias sibi reseruata, ad fauorem Domin. Ioan. Andreæ coram Notario & testibus transtulit, demum conuento coram A. C. Dom. Decano, ad solutionem præstandam pensionis translatæ: tandem sententia ad fauorem Ioan. Andreæ lata fuit, cuius validitate per viam appellationis coram me in dubium reuocata, dubitaui, An sententia A. C. esset exequenda, vel potius reuocanda. Domini gustatis illius meritis censuerunt, pensionis translationem fuisse validam, & in consequentiam, sententiam A. C. esse confirmādam, quia clara est dispositio priuilegiorum facultatem militibus tribuentium pensionem ad certam quātitatem transferendi, quandocunque pensiones translatarijs sub excommunicationis & alijs pœnis & decretis, in literis priorum pensionum contentis persolui, ac contra titulares .... exequutioe & per viam obligationis Cameræ, ad solutionem, non secus, ac transferentes poterat procedi, iuxta tradita per Gallesi. de obligation. Camer. parte 2. quæst. 2. Hoc autem stante, non refragantur in contrarium adducta. Nam quantum ad pactum, quod datur inter quondam titularem, & pensionatium, super non transferenda pensione, fuisse irritum, quod operatur, vt quemadmodum si circumscripta essent priuilegia, non possit pensio transferri, ita nec potuerit vigore priuilegiorum, cum priuilegia non censeantur tollere obstantiam pactorum, ex quo nunquam derogant iuri quæsito, nec speciali facta illius mentione, fuit responsum, minus verificari in facto, quia pensio fuit reseruata simpliciter, & proinde, si postea aliunde pensionario superuenit ius transferendi, non est vlterius circa pote-
1 statem dubitandum, cum Papa † in beneficialibus, & eorum fructibus omnimodam & liberam facultatem habeat, clement. 1. in fine. Cardin. in 10. notab. vt lite pendente. cap. 2. de præbend. in 6. cap. proposuit. extra de concessione præbendis. adeo, quod ex mera sua liberalitate, absque alicuius consensu, potest imponere, transferre, & prorogare pensionem Caccialup. de pensionibus. quæstione 5. Quare postea quam de potestate non dubitatur, sufficit de voluntate constare, Alex. cons. 92. num. 35. lib. 6. Ruin. cons. 76. num. 6. & 10. libro 5. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 60. & sequent. de constitutionib. Neque ad rem pertinet, quod priuilegia non loquantur de pensionibus reseruatis super beneficijs iuris patronatus, prout est Decanatus Sancti Michaelis, quia verba eorum sunt amplissima. Vnde cum loquatur de quibuscunque beneficijs, vtique comprehendūt etiam qualificata, Crescent. decis. 32. maxime, quia in reseruatione pensionis non requiritur consensus patroni, Gig. de pension. q. 2. licet verum sit, quod eo casu Papa debeat habere notitiam Iuris patronatus, vt fuit consideratum in vna Lucana, pensionis, coram bon. mem. Domino de Rubeis, 14. Nouēb. 1579. Pariter non obstat, quod dicitur, priuilegia loqui de pensionibus non excedentibus medietatem fructuum, quia de contrario ex eorum lectura apparet, siquidem ista qualitas apposita fuit respectu translationis, ex quo facultas datur militibus transferendi pensionem, non tamen summam ducatorum 200. neq; medietatem fructuum excedentium, & quando daretur de illius excessu non tamen ideo redderetur, nulla nisi in quantum dict. quantita-
3 tem excederet, quia in summis, vel † speciebus vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. sed si mihi. & ibi. Iason. nu. 7. & Alcia. nu. 30. de verb. oblig. Bart. in l. Græce. §. illud. nu. 3. de fideiuss. Cass. dec. 4. nu. 4. de pens. Cresc. dec. 233. Boer. dec. 161. num. 4. Neque Papa dando facultatem transferendi pensionem medietatem fructuum beneficiorum non excedentiū, intelligitur concedere pro ea parte, qua pensio dictam medietatem

 non

non excedit, ad l. Stichum qui meus erit. cum ibi. not. de leg. 1. & fuit dictum coram Reuer. Patre Domino meo Mantica, in vna Vriensi, pensionis. Minus obstat, quod prætenditur, translationem fuisse nullam, tanquam factam coram Notario, & testibus, quoniam si respicimus primam Bullam, nulla cadit difficultas, cũ aperte loquatur de translatione facienda coram Notario & testibus, si verò secundam idem concludendum est, quando enim dicit, *etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis, pro tempore existentis, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta, etiam coram Notario & duobus etiam laicis, & in Romana Curia, & alias vbique locorum*, illa dictio, *etiã in manibus nostris*, 4 stat ampliatiue, quia dictio *etiam* † habet hanc naturam, vt implicet casum minus dubitabilem, & explicet casum magis dubium, vt not. in rubr. & in l. etiam. ff. sol. matr. & in l. etiam. ff. de verb. sign. Bald. cons. 209. nu. 2. & 4. lib. 3. & 54. num. 17. in fin. Cum igitur paulo ante dixisset, *in manibus nostris, vel Romani Pontificis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta*, subiecit, *etiam coram Notario*, quia iste casus fuit magis dubitabilis, & propterea per illam dictionẽ, *etiam* explicatur, Bald. in l. antiquioribus. nu. 2. C. de iure delibet. Decian. in l. cognitio. num. 2. ff. de off. eius. Alias enim si reciperetur alius intellectus, diceretur restringere, & corrigere id, quod fuit dictum in prima Bulla, contra l. quod fauore. cum conc. de reg. iur.

Nec facit quod in translatione non fuerint exhibita priuilegia originalia, quia sufficit copia impressa, ad hoc vt quis dicatur certus de sua facultate. Put. decis. 246. lib. 3. præterea quamdiu translatio fit coram Notario, non est necessaria exhibitio, neque enim interuẽtus Notarij desideratur, ad alium effectum quam probationis, non autem ad effectum, vt tanquam executor antiquam pensionem casset, & nouam reassumat. Put. decis. 344. lib. 2.

P E N I Æ.

Burgensis, Quindenniorum. Lun. 10. Mart. 1601.

A R G V M E N T V M.

Vnione Ecclesiarum facta Capitulo annatæ & quindennia non debentur.

S V M M A R I A.

1 *Vnio intelligitur saluo iure tertij.*
2 *Papa vtendo iure suo nemini facit iniuriam.*
3 *Ius considerabile non est, si non est de præsenti perfectum.*
4 *Euictio pro rebus donatis, & traditis non competit.*
5 *Religiosi an teneantur subire onera incumbentia Ecclesijs sibi vnitis.*
6 *Debitum conditionale ante euentum conditionis, debitum non dicitur.*

D E C I S I O DCXC.

AD multam instantiam Capituli Borgensis dedi dubium, An per vnionem sic fuerit extinctum, seu deperditum ius Capituli vt non possit prætendere annatas, quindennia, aut aliam recompensam, Et licet Agentes pro monialibus multum recusauerint, tandem venerunt ad disputationem, & vtraque parte informante, causa plene discussa, Rota censuit Capitulo non deberi annatas, quindennia, neque aliquam recompensam de beneficijs vnitis.

Respectu annatarum non erat difficultas, quia cum per vnionem beneficium fuerit extinctum, consequenter fuit extinctum ius percipiendi annatas de beneficijs vnitis, c. tua nobis. de verb. signif. vbi communiter Canonistę, Io. Andr. nu. 2. in verb. beneficiorum. Zabar. in 2. oppos. versic. quæro an hæc indulgentia, Ant. de Butr. qui ceteris clarius loquitur, ibid. nu. 5. vers. quærunt Doctores. vt fuit decisum in causa Toletana, annatarum coram bon. mem. Bubalo.

Neque obstabat, præcipuum fundamentum, quo vtebatur Informantes pro Capitulo, vnio intelliga-1 tur † saluo iure tertij, c. quia monasterium vbi glos. in verb. cuius est diœcesis, de relig. dom. Fed. de Sen. cons. 194. nu. 5. quia vt bene fuit responsum in decisione in hac causa facta die 5. Decemb. 1601. coram D. meo Seraphino, Patriarcha Alexandrino, argumentum habet locum, in his in quibus datur compatibilitas, ita quod vno posito, non sequatur negatio, vel exclusio alterius. Sed in hac facti specie exactio annatæ, quæ non debetur, nisi sequuta vacatione beneficij incompatibilis, est cum vnione & suppressione beneficiorum, qua concessa non datur vacatio, & Papa vniendo non præiudicat, licet in consequentiam sequatur præiudicium, ex quo vacatio est incompatibilis cum vnione, præsertim cum Papa in istis sit moderator, & arbiter, 2 & vtendo iure suo † nemini facit iniuriam, cap. cum Ecclesia. de electio. & iure suo, non animo nocendi alteri noceat. Rot. decis. 21. incip. supposito facto. nu. 5. §. pro contraria parte. versic. quartum, quilibet in re qualibet. de præbend. in Nouis. quæ multum placuit Dominis ad hoc propositum.

Rursus non obstabant Doctor. allegati, ad probandum, quod per vnionem ius priuilegiati extinguatur in annata, videlicet Ioan. Andr. in d. cap. tua nobis. de verb. sign. num. 3. ver. nec puta. & Ant. de Butr. num. 7. versic. quæro an hoc priuilegium. quia consideratum fuit eos loqui de indulto percipiendo annatam in prima tantum vacatione, & prius constituisse regulam, quod priuilegium de percipiendis fructibus beneficiorum, non habet locum in beneficijs quæ non vacant, & quando addunt, quod priuilegium non impedit vnionem, sed priuilegiatus suo tempore debet percipere fructus beneficiorum, loquuntur in prima vacatione, quando scilicet euenit vnio post vacationem per obitum, in tempore biennij, quo tempore ex priuilegio habebantur fructus, nam illo casu verum est, priuilegiatum debere recipere residuum fructuũ illius temporis biennalis, etiam post vnionem, sed postea effectuata vnione post obitum beneficiati, cessante iam vacatione, priuilegium non habet amplius locum, neque Doct. allegati per informantes, pro Capitulo, loquebantur in hoc casu.

Respectu Quindenniorum non poterat vere dici extinctum, & deperditum ius Capituli, cum nullum vnquam ei tale ius competierit, Nusquam enim in iure cautum repetitur quod loco annatę quindennia debeantur, & ex Bulla Pauli II. incip. decet Roman. Pontific. in Bullario. num. 8. satis deducitur ius quindenniorum, non esse in iure communi fundatum, sed de speciali priuilegio Cameræ Apostolicæ reseruatum propter vniones beneficiorum. Nam si de iure communi loco annatæ quindennia fuissent debita, non erat necesse de illis specialem legem ferre, glos. in cap. præsenti in verb. specialiter. de præbend. libro 6. nec licet arguere ex iure Cameræ Apostolicæ ad iura particularium Ecclesiarum, & Capitulorum, cum multæ sint differentiæ inter annatas debitas Cameræ Apostolicæ, & debitas inferioribus Ecclesijs, vt prudenter fuit cõsideratum in vltima decisione in hac causa facta.

Fuit præterea consideratum, quod ius Capituli erat incertum, & conditionale, videlicet si & quatenus contigerit beneficiorum vacatio, poterat enim contingere, quod beneficia quæ fuerunt vnita ante vnionem non vacarent nisi per resignationes, vel per-3 mutationes, vnde quando ius non † est de præsenti perfectum, & radicatum, sed habet se ad esse, & non esse non dicitur considerabile. Roman. cons. 256. in fine. in c. approbo sententia. Sarnen. de non tollen. iure quæsit. quęst. 5. in princ. & fuit decisum in causa Acheduntinensi, fructuum, die 10. Decembr. 1591. coram D. meo Pamphilio Rotæ Decano, & ideo non poterat Capitulum ratione iuris considerabilis prętendere ista quindennia.

Ex

Ex prædictis inferebatur nullam etiam aliam recompensationem Capitulo deberi, cum enim Capitulum habeat hoc ius exigendi annatas, ex gratia Sedis Apostolicæ, non poterat contra illam prætendere recompensationem, arg. l. ad res donatas. ff. de ædil. ed. vbi gl. in verb. benigne. in fin. & ibi Doct. quod pro rebus donatis & traditis † non competit euictio. Balb. in 1. & 2. lect. & Ang. num. 1. & 2.

4

Quod si propter multitudinem beneficiorum vnitorum, vniones cœperunt esse Capitulo damnosæ, satis, quod in futurum illi consulatur, cap. si suggestum. de decimis. sicut iam factum fuit per indultum Pij Papæ V.

His fundamentis firmiter constitutis, ad exempla deducta per Informantes pro Capitulo, facilis fuit responsio, nam ad illud de pensione alicui debita, dictum fuit, quod licet Papa vniat beneficium, non propterea tollit ius illud, quod de præsenti & certitudinaliter competit pensionario. Ius autem quod prætendere Capitulum poterat, incertum erat, vt præmissum est, & Capitulum ad Summam prætendere poterat, vt impedirentur vniones, vt ius annatarum, quod prætendebat, consequeretur, sed cum id esset incertum, & euentuale non erat considerabile, Curt. iun. cons. 1. nu. 21. ver. tamen clarissima est. lib. 1. & fuit decisum in causa Pampilonensi, matrimonij. die 5. Aprilis 1585. coram bon. mem. Orano, & in his terminis de gratia impediente beneficij vacationem in præiudicium habentis ius secuta vacatione, quod non sit præiudicialis, est decisio Rot. 22. num. 5. vers. pro parte contraria, de præben. in Nou.

Ad aliud de annata, quæ soluitur da beneficio iã vacante, quando vnitur, de quo per Doct. in d. c. tua nobis. de verb. signif. paulo antea fuit responsum & ideo priuilegiata fuit illa temporalis annata, quia sibi erat ius quæsitum de præsenti certum, & considerabile.

Ad aliud exemplum de erectione facta per Papam, de parochiali Ecclesia in collegiatam, iuxta decisionem de sepult. in antiq. cum præsupposito, quod esset decisio, & non disputatio, ad partes fuit responsum, quod ibi remanserat idem status Parochialitatis, & consequenter adhuc verificabatur illa conditio, & ille euentus de sepultura Coregianorum, qui in illa Ecclesia adhuc sepeliebantur. In casu autem proposito, cum post vnionem non remaneat idem casus beneficiorum, non potest producere effectum solutionis annatarum, aut quindenniorum, aut alterius recompensationis.

Ad aliud de clem. 1. de cens. quod religiosi tenentur subire onera incumbentia † Ecclesijs sibi vnitis fuit responsum, id esse verum in oneribus certis, & quorum conditio, & euentus adhuc purificatur, & durat, sed cum in hac facti specie non purificatur amplius vacationis euentus non potest dici vnum debitum pro Ecclesijs vnitis, iuxta illud vulgare, quod † debitum conditionale, ante euentum conditionis non dicitur debitum. c. verum. vbi gl. in verb. conditione. de cond. appos. Abb. in c. constitutus, nu. 8. de rescript.

5

6

Ad cetera exempla deducta per Informantes pro Capitulo, quia ex prædictis solutio patebat, non fuit necessarium particulariter respondere.

LANCELLOTTI.

Seguntina, Archidiaconatus, & Canonicatus.

Lun. 19. Mart. 1601.

ARGVMENTVM.

Cubicularij honoris Pontificij an sub regula reseruatoria comprehendantur, ad effectum, vt beneficia, tanquã reseruata assequi possint: Et reseruatio ex quib. probetur.

SVMMARIA.

1 *Testis vnicus, repellitur.*
2 *Reseruata odiosa.*
3 *Familiaris ex priuilegio an sub regula reseruatoria contineatur.*
4 *Interpretatio in materia reseruationis strictè facienda.*

DECISIO DCXCI.

Vacantibus Archidiaconatu & Canonicatu in Ecclesia Seguntina, per obitum quõdam Dn. Petri de Silua, de mense Augusti, 1599. defuncti, Dominus Episcopus Seguntinus gratia alternatiuæ gaudens, alterum ex ijs contulerat Dn. Ioanni Chaconi, alterum Dn. Didaco Scalante, eos autem, vti reseruatos à Sede Apostolica impetrauerat Dn. Io. Bapt. Rincon. & reseruatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius honoris felic. record. Sixti V. recipiendo partem panis. Quamuis enim adesset vnus testis deponens, quod habebat partem vini, tamen omissis, quod est † vnicus, non concludit. Nam reddens rationem suæ dispositionis dicit, quod aliquando cum dicto Petro comedit, & pro vnoquoque panis Papalinus apponebatur, quæ ratio nihil facit ad partem vini, & cum ratio non concludat, dictum infringitur. Aym. cons. 1. nu. 4. vltra quod potest esse, quod quandoque aliqua occasione vnum de palatio habuerit, non tamen quod illud quotidie reciperet, quemadmodum panẽ, & cessat omnis difficultas ex fide Computistæ Cameræ, siue Palatij Apostolici, attestantis præd. Dn. Petrum in Rotis familiarum Sixti Quinti reperiri descriptum, sub rubr. cubiculariorum honoris, qui partem panis tantum recipiebant. Orta desuper lite inter prouisum Apostolicum, & prouisos ab Ordinario, eaque coram me introducta, dubitari contigit, An constaret de reseruatione horum beneficiorum, & Domini resoluerunt, non adesse aliquam reseruationem.

1

Cum enim † reseruatio sit odiosa, glos. in cap. præsenti. in c. finitur. de off. deleg. Bisign. decis. 1. in fi. de præb. Cassad. dec. 3. nu. 5. de reseru. eaque non inducatur, nisi in casibus expressis, Cassad. dec. 2. nu. 9. de reseru. q. 5. cum alijs sibi relatis in appendi. non potest dici huiusmodi beneficia esse reseruata, cum id nullibi cautum reperiatur, non in regula tertia reseruatoria, non in constitutione Pauli III. neque in Bulla Iulij III. non denique in alia regula sexta. Si enim inspiciamus regulam tertiam reseruatoriam, cum illa loquatur de familiaribus continuis commensalibus, non intrat, nisi concurrat vtraque qualitas familiaritatis scilicet, & commensalitatis, Simonett. de reseruat. quæst. 35. in princip. Gamb. de offic. & pot. leg. lib. tertio. titu. de officio & beneficio confer. num. 166. Beto. q. 35. quæ qualitates deficiunt in huiusmodi cubicularijs, ex quo continua commensalitas corpore, & dentibus contrahitur, cap. fin. cum ibi notat. de verbor. signific. lib. 6. ex eo namque solo, quod quis recipiat panem in palatio non est continuus commensalis, quia iste panis datur potius honoris gratia, quam ratione commensalitatis, cum in solo pane non viuat homo, Alphon. de Sott. glos. antiq. sup. d. reg. 3. in fin. Sarn. de impetr. benef. per obit. fam. Card. q. 13. nu. 11. idem Saru. dec. 3. Simon. dec. 24.

2

Neque huc applicari possunt deducta ex decis. Peregrio. 104. quod † familiaris ex priuilegio comprehendatur sub regula reseruatoria in quibus terminis procedit etiam decisio in causa Beneuentana, beneficiorũ, coram Reuer. Patre Domino meo Decano, quia non apparet de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio, quod huiusmodi cubicularij per fictionem sint veri familiares, & continui commensales.

3

Si verò attendamus Constitutionẽ Pauli III. siue regulã Cancellariæ, de qua Bullar. nu. 78. & 79. illa procedit in cubicularijs officialibus, vt patet ex illius inspectione cum loquatur de scriptoribus, militibus, cubicularijs, & alijs officialibus, & semper hæc qualitas officialis sit repetita. Ac ideo non est extendenda ad cubicularios honoris, qui non sunt officiales, cum

enim sit exorbitans, ex quo facit continuos commensales, qui reuera nō sunt stricte debet intelligi de officialibus. Put. decis. 313. lib. 1. & hoc modo hanc regulam intellexerunt Sarn. in proœm. q. 6. nu. 9. & de impetr. benefic. vacant. per obit. famil. q. 13. num. 16. Mandos. super reg. 6. quæst. 1. nu. 8. & fuisse ita decisum in Rota, coram Matiscotto, in causa Lucensi Archidiaconatus, 23. Maij 1540. refert Put. decis. 33. alias 38. de præben. in manuscript. & in alia Adriensi refert idem Put. supra allegat. decis. 313. lib. 1. in impr.

Bulla verò Iulij III. in Bullario 44. declarans Ecclesiarum prælatos, qui solum ratione suæ personæ panem ex palatio habent, esse veros & indubitatos continuos commensales etiam ad effectum regulæ reseruatoriæ, cum emanauerit ad declarationem & ampliationem regularum Pauli III. quæ comprehendebat tantum illos prælatos, qui percipiebant panem ratione officij, eam extendendo ad eos prælatos, qui solo intuitu personarum, absque aliqua consideratione officij panem habent, debent intelligi, & regulari secundum dictas constitutiones, quas declarat l. hæredes palam. §. si quid. ff. de test. vt scilicet comprehendat prælatos, qui ratione personæ panem accipiūt, quales sunt Archidiaconi, qui non habent panem ratione personæ, quod suadetur, quia illos Papa creat suos domesticos, & continuos commensales, vel vt comprehendat prælatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Ecclesiarum, qui non sunt proprie prælati, clem. dudum, cum ibi nor. de sepult. Abb. in c. 2. nu. 16. de iud. & in c. tua nos. num. 2. de cler. ægr. maxime in hac materia reseruationis, in qua, vt dictū 4 est, facienda † est stricta, & propria interpretatio. Bero. d. q. 55. Gem. cons. 136. num. 2.

Idem etiam dicendum est, attenta regola 6. per quam reseruantur omnia beneficia cubiculariorum, & Cursorum, quia illa iuxta opinionem, quam alias Rota sequuta est, non potest huiusmodi cubicularios comprehendere. Cum enim per constitutionem Leonis, super erectione collegij cubiculariorum anno 1515. de qua in Bullario. num. 14. in §. & ne Apostolicorum, sit expresse prohibitum, ne vltra numerum cubiculariorum præscriptum in erectione illius Collegij, & antiquos familiares, & continuos commensales pro tempore existendum Romanorum Pōtificium aliquis alius nomē, aut titulum cubiculariorum, vsurper, regula non potest habere locum, in istis cubicularijs, cum de tempore editionis regulæ non essent amplius cubicularij, & in his terminis habemus supra allegar. decision. Pute. 33. de præbend. Antonius August. in epitom. super hac regul. Mohed. decision. 92. alias secunda. de probationib. licet non sit admodum clare relata, lex namque, quæ clare semper loquitur, comprehendit solum cubicularios de tempore regulæ existentes, non autem eos, qui sunt prohibiti nominati cubicularij.

Et ideo, quicquid dicendum esset contra Bullam Leonis de quo tempore procedunt dicta per Alphons. sum. gloss. antiq super hac reg. in fi. eam scilicet intelligendam esse de cubicularijs extra muros, postquam dicta Bulla superuenit, nō possunt applicari stante huiusmodi prohibitione.

Neque obstat Mandos. super hac reg. q. 1. in fi. quia multum se inuoluit, & in posteriori editione non animaduertit ad prohibitionem, de qua in Bulla Leonis, nec suadet contrarium ratio, per eundem considerata, quod non possit intelligi de cubicularijs, officialibus, cum similis regula extaret tempore Sixti II. & sic anno 1471. & Innocentij VIII. anno 1484. & Collegium cubiculariorum officialium fuerit postea erectum à Leone V. anno 1515. sicut quod neque possit habere locum in alijs cubicularius, quia alias esset superflua, cum isti sint comprehensi in regula tertia reseruatoria, beneficiorum familiarium, & continuorum commensalium. Nam quantum ad primum quamuis ab initio regula hæc intelligeretur, de illis cubicularis, qui non erant officiales, tamen superueniente Bulla Leonis, cum prohibitione quod nullus alius præter expressos in ea possit dici cubicularius, regula non potest loqui, de ijs, qui non sunt amplius.

Quantum verò ad secundum, non est inconueniens, quod ratione maioris dignitatis, quam habent alij cubicularij secreti, vt per Staphil. in tit. de prærog. expect. §. videndum, num. 42. sic etiam facta particularis reseruatio beneficiorum, vltra quod cum hæc regula declaret explicite, ac distincte, quod implicite erat dispositum, & expressum, non potest dici superflua. Gemin. in c. 1. nu. 22. de summ. Trin. Ruin. cons. 59. nu. 17. vers. nec obstat. vol. 2.

Non obstat quod beneficia vacantia per obitū Cappellani honoris, videantur reseruata. Rot. decis. 221. de præb. in antiq. & decis. 12. eodem titul. in nou. & gl. antiq. super hac regula 6. tum quia nos non versamur in Cappellano, tum quia ex dictis decisionibus nō potest colligi, vnde proueniat hæc reseruatio, quæ potuit forsan occasione familiaritatis cum continua commensalitate ortum habuisse.

Nec potuit fieri fundamentum in literis fel. recor. Gregorij XIV. quia quicquid dicendum sit, ad effectum expediēdi gratia, cum agatur ad effectum reseruationis, quam esse plene & concludenter probandā, fuit pluries decisum, non probant, tum quia narratiua emanauit ad instantiam partis, tum quia est de facto prædecessoris, tum denique quia non fuit facta motu proprio. Vital. in clem. 1. de probat. num. 28. Put. decis. 338. lib. 3. & ita conclusum.

L I T T Æ.

Neapolitana, Beneficij S. Iacobi de Chiaia. Lun. 16. Decembr. 1602.

A R G V M E N T V M.

Beneficium an ab Ordinario Neapolitano, in casu, de quo hic agitur, conferri possit, hic quæritur, an verò prouisio eius ad procuratorem S. Spiritus Vrbis spectet. Et in fauorem Ordinarij deciditur.

S V M M A R I A.

1 *Possessio quæ causam liti præbuit, an consideranda.*
2 *Vltimus status beneficij quis.*

D E C I S I O DCXCII.

VAcāte simplici beneficio S. Iacobi de Chiaia, prope muros Neapolis, per obitum quondā Iacobi Bocciæ, de mense Iun. 1572. fuit per Ordinarium collatum Io. Baptistæ Bocciæ, qui actualem possessionem illius fuit adeptus. Anno autem 1578. insurrexit assertus procurator Hospitalis S. Spiritus de Vrbe, qui prætendens huiusmodi beneficium esse membrum Ecclesiæ S. Spiritus, mouit iudicium spolij, contra Dominum Io. Baptistam, coram Vicario Archiepiscopi Neapolitani, qui anno 1589. 19. Martij, tulit sententiam in spolio, ad fauorem dicti Hospitalis, à qua eodem die fuit appellatum, per Hieronymum patrem & procuratorē Domino Io. Baptistæ. Die autem 10. Iun. eiusdem anni, assertus procurator Hospitalis, non citato dicto Ioan. Baptista obtinuit à Domino Vicario sententiam exequi, sub prætextu, quod ab ea non fuisset appellatum à persona legitimum mandatum habente.

Pro parte verò Dom. Ioan. Baptistæ fuit commissa causa appellationis, & nullitatis Ordinario Isolano, quæ commissio ad instantiam dicti procuratoris Hospitalis fuit reformata mediante alia commissione directa Nuncio Neapolitano, cum facultate exequendi supradictam sententiam Vicarij, constito, de re iudicata, qui Nuncius pronunciauit dictam sententiam fecisse transitum in rem iudicatam, & tore exequendam,

quendam, quæ pronunciatio licet fuerit confirmata, tam per primicerium Neapolitanum, quàm per modernum Nuncium, attamen vltimo loco dicta causa fuit commissa in Rota, cum clausula restitutionis in integrum, *quam & quas, & toto negotio principali*, & cum d. Ioan. Baptista prætenderet constare de tali appellatione interposita pro parte sua à dicta sententia Vicarij, quæ prætextu non legitimæ appellationis fuit executioni demandata, vt illius executio veniret, euocanda. Hinc die Merc. 28. Nouembr. 1601. ego proposui causam, vtraque parte informante, stricte ad supradict. prætensionem Ioan. Baptistæ, & Domini animaduertentes reuocationem, & non reuocationem supradictæ exequutionis potissimum pendere à voluntate dictæ sententiæ, quæ tanquam lata extra Rotam, non solet attendi, nisi prius degustata iustitia, vel iniustitia illius, Mohedan. decis. 148. in princ. & decis. 319. mandarunt videri de bono iure: An beneficium, de quo agitur, potuerit conferri ab Ordinario Neapolitano, vel potius illius dispositio spectaret ad procuratorem S. Spiritus, idcirco dubitaui: An prouisio Ordinarij in personam Ioan. Baptistæ facta sustineatur in casu, & ad effectum, de quo agitur. Et Domini, die Mercur. 29. Maij, præsentis anni consideratis hinc inde deductis per Informantes, mandarunt restringi difficultatem ad probationem vltimi status, inhærendo circa hoc dispositioni c. de consultationibus. de iure patron. Quapropter die Lun. 16. Dec. reposita causa stricte ad illum vltimum statum, Domini resoluerunt, de ea cõstare ad fauorem ordinarij.

Primò, quia ipse contulit hanc Capellaniam S. Iacobi de Chiara, de anno 1541. Mario Rapuano, stante vacatione, ex causa resignationis liberæ factæ per quendam Ioan. Andream Rubeum, & de effectuatione illius constat ex eo, quod in actu visitationis fuit repertum, Dominum Marium esse verè Capellanum dictæ Capellæ, & proinde tunc comparuisse mediante persona sui procuratoris.

Secundò, quia die 10. April. 1575. eandem Cappellam contulit cuidam Ioan. Iacobo Bocciæ, & de effectuatione illius constat ex eo, quod per obitum illius fuit vltimo loco collata Ioan. Baptistæ, qui illius possessionem nactus fuit, ad cons. Oldrad. 119. pluries per Rotam Canonizatum. Quod etiam comprobatur ex comparitione facta nomine Hospitalis, de anno 1578. in qua narrat se spoliatum hac Cappellania, cuius possessio detinetur ab ipso Ioan. Bapt. Boccia, ad text. in l. cum te. C. de transact. & in l. generaliter. C. de non numer. pecun. cum vulg.

Nec facit, quod collatio facta Ioan. Baptistæ Bocciæ, & possessio inde secuta, non sit considerabilis, vti 1 illa, quæ dedit † causam huic liti, quia pro probatione vltimi status, ad fauorem ipsius Ordinarij, & consequenter ad commodum Ioan. Baptistæ ab eodem ordinario factæ, & effectuatæ cum quasi possessione conferendi etiam per vnicam collationem effectuatam acquiratur, glos. in cap. cum ecclesia. in verb. trium Episcoporum. de causa possess. & propr. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 1. nu. 1. lib. 1. Oldrad. cons. 312. nu. 3. Calder. cons. 23. de præbend. de commun. Butr. in d. c. de consultationibus. num. 72. de iure patron.

Et iste vltimus status, & quasi possessio ad fauorem Ordinarij, eo verior & probabilior redditur, quod habet assistentiam iuris communis, ad text. in cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7. cum vulg.

Neque obstare dictum fuit collationes, quibus nituntur Informantes pro procuratore S. Spiritus, nempe illam de anno 1494. factam ad fauorem cuiusdam Marci, & deinde ad fauorem cuiusdam Lucæ Roselli, alia de anno 1500. ad fauorem cuiusdam Ioanelli Bisuntioi, & illam factam de anno 1523. ad fauorem Alexandri de Vitelliombus, tum quia non constat de aliqua effectuatione earum, quę omnino necessaria est, ad acquisitionem status, & quasi possessionis, conferendi, ex supradictis, tum etiam, quia collationes ordinarij, de quibus supra, sunt posteriores istis. & vltimus sta- 2 tus † ille dicitur, qui alium post se non habet.

Minus obstat collatio à procuratore facta de anno 1574. cuidam Nicolao de Blanchis, quia similiter de illius effectuatione non apparet.

Nec respectu illius fieri potest fundamentum aliquod in instrumento possessionis captæ per dictũ prouisum, die vlt. Dec. 1575. quia tanquam possessio merè instrumentalis, & capta alio existente in possessione videlicet Ioan. Bapt. Boccia, prouiso ab ipso ordinario nullius considerationis est, l. peregre. §. quibus. de acquir. possess. cum deductis in illa Maceratensi, Bonorum, 27. Nouemb. 1599. coram Domino Pamphilio. Vltra, quod qua ratione non debet fieri fundamẽtum pro ordinario, in collatione per eum facta ad fauorem Ioan. Baptistæ, & possessione illius inde secuta, quasi quod illa occasionem præbuerit huic liti, eadem ratione debet etiam circumscribi prouisio per Præceptorem facta, de eodem tempore, ad fauorem dicti Nicolai de Blanchis, ad text. in l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum simil.

Maxime cum procurator ipse in concursu Ordinarij, quia vltra probationem, de qua supra, habet assistentiam iuris communis pro se, egeat fortiori probatione, vt in simili fuit consideratum, in vna Pisciensi, seu nullius iurisdictionis, quæ est diuersar. 349. par. 1. in impres.

Non etiam vis aliqua pro procuratore fieri potest in enunciatiuis illis sic ponderatis, per Informantes pro eo, siquidem, quia ex eis non potest inferri ad probationem collationis, & vltimi status beneficij, de quo in præsentiarum duntaxat agitur. Et ideo fuit conclusum, vt supra.

LITTÆ.

Calaguritana, Attentatorum. Lun. 15. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Prouisiones factæ per Episcopum, vigore Breuis Apostolici, an superueniente Breui alio, & moderatione prioris, attentatorum iure censeantur.

SVMMARIA.

1 *Attentata non dicuntur, vbi lis non adest.*
2 *Nullum quod est, effectum nullum producere potest.*
3 *Attentare non dicitur, qui possessionem suam continuat.*

DECISIO DCXCIII.

PEndente lite super modo, & iure conferendi beneficia in Ecclesijs numeratis & receptitijs ciuitatum, & diœcesum Calaguritanæ, & Calciatensis, inter Episcopum, & Clerum, coram bon. mem. Bubalo, superuenit quoddam Breue Sixti V. motu proprio expeditum sub die 24. Septemb. 1586. quo mediante extincta fuit omnis lis, & præscriptus fuit certus modus, quo beneficia conferri in posterum deberent, cum annullatione valida eorum omnium, quæ in contrarium fierent, nec non cum impositione perpetui silentij sublatis de medio omnibus priuilegijs, statutis & consuetudinibus etiam immemorialibus, cum clausula, decreto irritanti, alijsque potentissimis clausulis & huius motus proprij executio fuit etiam commissa ipsi Episcopo Calaguritano. vt in copia, quæ datur in Summa. nu. 1. In executionem dicti motus proprij fuerunt per Episcopum factæ plures prouisiones, de quibus constat in Summar. num. 7. Clerus de anno 1590. de mense Februarij obtinuit à Signatura iustitiæ committi causam super nullitate, & subreptione dicti indulti eidem Bubalo, qui deinde de mense Aprilis eiusdem anni vigore dictæ commissionis inhibuit in forma.

Hæc commissio, instante Episcopo, die 25. Nouẽbr.

eiusdem anni fuit ab eadem signatura iustitia reformata, & ordinatum eidem Bubalo, vt moderetur quascũque inhibitiones, remittendo executionem dicti motus proprij suis executotibus, ac si commissiones corã eo præsentatæ signatæ non fuissent. Qui Bubalus die 19. Decemb. eiusdem anni, ioxta formam dict. commissionis reformatoriæ, suas moderatus fuit inhibitiones & concessit instrumentum moderationis ad partes, de cuius tamen relaxatione non constat.

Verum, cum sub die 18. eiusdem mensis Dec. fuisset pro parte Cleri appellatum à dicta mnderatione, Bubalus eam reposuit, licet hęc repositio non reperiatur intimata Episcopo.

De mense Iulij 1590. ad instantiam Cleri fuerunt scriptę literæ missiuæ pec Illustriss. Cardinalem Mattheium Episcopo, & successiue instante eodem clero, fuit per Gregorium XIV. expeditum Breue, in quo dicebatur hoc negotium esse commissum congregationi Concilij Tridentini, & mandabatur Episcopo, vt nihil innouaret, & quidquid forte innouatum fuisset, in integrum illico restitueret, oec non quædam carceratum liberaret.

Et anno 1592. die 16. Matt. facta narratiua, per Clerum, quod causa pendebat coram Bubalo, fuit obtenta commissio per quam subrogatus fuit in locum Do. Bubali defuncti Reu. pater Do. Seraphinus, & etiam die 4. Maij, eiusdem anni Clerus facta narratiua, quod prædicta inhibitio Rotalis impediuerat Episcopum, ne in executionem motus proprij procederet, & quod nihilominus post intimationem d. inhibitionem nonnullos sub prætextu d. motus proprij carcerauerat, obtinuit Breue à Sãctissimo Domino nostro, per quod committebatur eidem Episcopo vt d. inhibitioni pareret, ac reuocaret omnia gesta post dictæ inhibitionis intimationem, & Clerum instituerct & in statum, in quo erat tempore dictæ intimationis, nec non supersederet in executione dicti motus proprij, donec fuisset aliud à Sua Sanctitate deliberatum, & aliæ quoque similes literæ in forma Breuis, fuerunt per Sanctissimum Dominum Nostrum innouatæ, die 15. Mart. 1593. eo addito, quod nec etiam Clerus se intromitteret in prouisionibus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: sed die 23. Nou. eiusdem anni Sanctissimus Dominus Noster, aliud Breue expediuit, in quo facta narratiua suprascripti Breuis, ab eo emanari, sic disponendo subdit. *Considerantes autem prædictum Episcopum nostris posterioribus literis prædictis, vt decuit, iuxta animi nostri desiderium reuerenter obtemperasse, negotio huiusmodi mature discusso, deliberauimus, quascunque inhibitiones a Rota emanatas moderari, & nostras posteriores literas prædictas de medio tollere, &c. prout moderamur, & tollimus, & sic per quoscunque iudices, &c. sublata, & irritum, &c.*

Verum cum Episcopus ante huius Breuis expeditionem, obtemperando literis Sanctissimi Domini nostri, prius in forma Breuis emanatis, priuasset suis beneficijs quamplures beneficiatos ab ipsomet. Episcopo prius de dictis beneficijs prouisos, in executione supradicti motus proprij Sixti V. illi ab huiusmodi gestis per Episcopum appellarunt, & causam dictæ appellationis & atteotatorum, cum clausula quam, &c. contra alios beneficiatos, qui se intruserant in dictis beneficijs, mihi per speciale rescriptum committi obtinuerunt. Et cum idem Episcopus postquam emanauit supradictũ Breue Sanctissimi Domini Nostri, quo mediante omnes Rotæ inhibitiones moderantur, & literæ illæ Sãctissimi de medio tolluntur, quibus prius iussus fuerat supersedere in executione dictus motus proprij Sixti Quinti fecerit aliquas prouisiones iuxta formam dicti motus Proprij, à quibus pariter fuit pro parte Cleri appellatum, & causa appellationis, nullitatis, & attentatorum fuit similiter mihi commissa, euenit, quod de anno 1594. Episcopus ille, cui literæ motus proprij Sixti V. directe fuerant, ad aliam Ecclesiam fuit translatos, in cuius locum modernus Episcopus suffectus fuit, contra quem Clerus procedendo, coram Reuer. Patre, Domino Seraphino, sub prætextu, quod coram eo penderet supradicta causa nullitatis præfati motus proprij Sixti V. alias commissa bon. mem. Bubalo, reportauit sententiam ad sui fauorem, qua declaratur, prædictum motum propriũ ab initio, cum omnibus inde secutis, fuisse nullum, & inualidum esse, à qua sententia cum modernus Episcopus appellasset, & causam prædictæ appellationis obtinuisset committi bon. mem. Peregrino, in cuius locum sui subrogatus, quia Agentes pro Episcopo intendebant super nullitate & inualiditate dictæ sententiæ audiri. Informantes verò pro Clero dicebant, non posse deueniri ad dictam disputationem, nisi prius per Episcopum purgatis attentatis, quæ in dicta lite commissa prætendebantur. Ideo ego dubitaui. An constet de attentatis, ad effectum, de quo agitur: Et Domini vnanimiter negatiuam sententiam amplexi sunt: tum quia attentata † considerari non possunt, vbi lis oon adest, Mohed. decisio. 11. in fin. de præb. Achil. decis. 16. de attent. & patet ex definitione ipsius attentari, de qua per Mohed. de attent. in præfat. par. 1. on. 14. Verum, cum lis illa, quæ ante motum proprium Sixti V. inter Episcopum, & Clerum pendebat coram bon. mem. Bubalo, super modo & iure conferendi beneficium in Ecclesijs oumeratis, & receptitijs diœcesis Calagnritanæ & Calciatensi fuerit extincta per dictam motum proprium Sixti V. roboratũ validissimis clausulis, & vlterius eo mediante pręscriptus fuerit certus modos Episcopo prouidendi dict. beneficia. Ideo non est, quod hodie prætendantur attentata ratione dict. litis extinctæ, cum non entis nullæ sint qualitates, & partes, vt omnibus notum est: tum etiam, quia non potest aliquod fieri fundamentum, super eo, quod Clerus de anno 1590. de mense Febr. obtinuerit committi causam eidem Bubalo super nullitate, & subreptione dicti motus proprij: quia cum huiusmodi commissio emanauerit à signatura Iustitiæ, quæ stantibus clausulis, de qoibus in dict. motu proprio ligatas habebat manus, nec poterat vllo modo se intromittero in dict. negotio, & emanauit ad petitionem partis, quæ os clausum habebat, & propterea nihil validi poterat obtinere, perinde est, ac si dicta commissio non emanasset ad effectum, de quo agitur, cum nulliter quod est, † & quidem notorie, oullum producere valeat iuris effectum, vulg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. His accedit, quod eadem signatura, re maturius considerata, commisit eidem Bubalo, vt suas moderaretur inhibitiones, & sineret exequi dictum Breue, non secus ac si commissiones eidem directæ nunquam emanassent, & quod ante emanatam inhibitionem vigoro dictæ commissionis nullæ ratione prædicta Episcopus erat iam constitutus in possessione prouidendi, iuxta formam dicti motus proprij, quod deducitur ex pluribus quidem prooisionibus, per eum factis, & effectuatis, in executionem dicti motus proprij, de quibus in summ. num. 7. & non ex vnica tantum collatione, quæ etiam pro adipiscenda ipsa qoasi possessione sufficeret. Dec. consil. 126. nume. 4. libr. 1. Oldr. consil. 312. num. 3. Calder. de præben. consil. 23. de comm. Butr. in c. consultationibus. nu. 72. de iure patr. quo fit, vt iure merito attentasse non dicatur Episcopus, licet post d. inhibitionem alias prouisiones fecerit, iuxta formam d. motus proprij, per regulam, quod qui continuat suam possessionem † non attentat, de qua in cap. cum teneamur. de appellat. in c. 1. vbi Abb. nu. 1. & 4. vt lit. pend. per Cassad. dec. vlt. num. 14. de caus. poss. & propr. & per Put. decis. 223. nu. 3. lib. 1.

Nec obstat, quod per litteras Illustriss. Matthæi, & per

per Breue Gregorij XIV. fel. record. mandatum fuerit D. Episcopo, vt nihil innouaret, quia nec literæ prædictæ, nec Breue illud operantur, vt lis extincta, & per Breue Sixti V. de medio sublata reuiuiscat, imò cum prædicta emanauerint, eo præsupposito, quod lis penderet corruente præsupposito, necesse est, vt & dispositio corruat. vulg. l. mancipia. C. de seru. fug.

Minus obstat, quod Sanctissimus Dominus Noster non semel sed bis, per Breue mādauit dicto Episcopo, vt inhibitioni Rotæ omnino pareret, & omnia gesta post intimationem dict. inhibitionis reuocaret, nec nō supersederet in executione dict. motus proprij Sixti V. donec aliud fuisset à sua Sanctitate deliberatum. Quia ex his literis in forma Breuis eiusdem Sanctissimi, de anno 1593. emanatis constat, qualiter dict. Episcopus in omnibus obtemperauit mandatis suis, & vlterius, quod ipsemet Papa re maturius considerata, ex tunc moderatus fuit, quascunque inhibitiones à Rota emanatas, quo fit, vt iure merito nunc pro parte Cleri dati non possit de attentatis, maxime ad effectum impediendi disputationem super nullitate dictæ sententiæ, cum dict. attentata, quæ tamen erant iuxta mētem Papæ sufficientes purgata fuerint, ad tradita per Modernos. de attentatis. 3. par. cap. 29. num. 7. & 55. cum sequent.

Et ad deducta de recursibus Episcopi ad Consilium Regium, fuit responsum, delictum d. Episcopi non officere moderno Episcopo, qui causam suę Ecclesię agit.

Ex quibus, & alijs. hic latius deductis per Informantes fuit resolutum, vt supra.

L I T T Æ.

Tirasonensis, Vicariæ S. Michaelis, 4. Dec. 1595.

A R G V M E N T V M.

Beneficium esse reseruatum ex quibus probetur.

S V M M A R I A.

1 *Regulæ reseruatoriæ facultatem concessam disponendi de reseruatis non tollunt.*

2 *Papæ attestanti beneficium esse reseruatum, creditur.*

D E C I S I O DCXCIV.

Placuit Dominis decisio in hac causa facta, sub die 13. Octubr. proxime præteriti, & propterea ab ea non esse recedendum dixerunt, & ad illud, quod Constitutio Pij V. fuerit reuocata per regulam reseruatoriā octo mensium, fuit responsum, quod regulæ † reseruatoriæ non tollunt facultatem concessam disponendi de reseruatis, Gem. cons. 3. Sim. de reseru. q. 47. Ita regula, de qua agitur, non tollit ius nominandi Rectores ad Vicarias, quod Capitulo Tirasonensi competit, etiam cum reseruatis vigore dictę Constitutionis, & ad illud, quod regula vlterius procedat, tollēdo indulta & priuilegia disponendi de beneficijs reseruatis, fuit dictum quod non per hoc tollit facultatem concessam per viā legis, quæ est specialiter notatu digna, ad effectum, vt censeatur sublata. Crescen. decis. 194. alias 11. de priuileg. & 227. alias 16. eodem titulo.

Et ad illud, quod credatur Papæ attestanti beneficiū esse † reseruatum, fuit dictum, non negari reseruationem, sed ea non obstante Capitulum potuisse repræsentare, & hoc vigore dictæ Constitutionis.

Et ad illud, quod Papa in prouisione facta Michaeli declarat, quod nemo disponere possit, non obstante, si Episcopo, vel Capitulo aliquod ius præsentandi spectat... reseruationibus Apostolicis, fuit dictum, ex tali declaratione potius censeri præseruatum, quam sublatum ius præsentandi, seu nominandi Rectorem ad dictam Vicariam, quod Capitulo Tirasonensi competit, vigore dictæ constitutionis Pij V. stante quod Papa videtur ex præsupposito loqui, quod huiusmodi facultas Capitulo non competat in reseruatis, cuius tamen contrariū verius esse dignoscitur ex lectura dictæ constitutionis, ad tex. in l. mancipia. C. de seru. fug. cū vulg.

Ad illud, quod Vicaria non est per se beneficium sed vnitum cum portione, & quod principalis denominatio fit à portione, & ideo non est locus dictæ Constitutioni, quodque de Vicarijs loquitur, fuit responsum, alias fuisse resolutum, extare Vicariam hanc, & alias duas, scilicet S. Mariæ & S. Bartholomæi in Ciuitate Borgiæ, & ius præsentandi spectare ad Capitulum Tirasonense, in tantum, vt præsentati ad eas simul cum eis portiones eis respectiue annexas consequi debent, & cum circa hoc adsit res iudicata, frustra nunc prætēditur sub falso prætextu dict. principalis denominationis non intrare constitutionem Pij V. de Vicarijs generaliter, & indistincte loquentem.

Et illud, quod prouisio Michaelis sit simplex prouisio, vti de reseruato facta, & non noua prouisio, fuit dictum, huiusmodi prouisionem Michaeli suffragari, maxime, cum ipse non sit in causa, & agatur de beneficio, cuius prouisio per reseruationem spectat ad Papam, sed per hoc non sequi, quod præseruatio, seu nominatio de eo facta à Capitulo Tirasonensi sit inualida, stante quod Constitutio Pij V. de qua supra, dicto Capitulo huiusmodi facultatem tribuit, etiam in reseruatis, vt latius in alia decisione explicatum fuit, nec fuit in potestate Michaelis facto suo præiudicare, dicto Capitulo, sicut nec mediante illa assertione, quod scilicet ius præsentandi personam idoneam ad dictam Vicariam spectet ad Capitulum Tirasonense, cessantibus reseruationibus & affectionibus Apostolicis, maxime, cum huiusmodi verba non excludant, quin etiam dicto Capitulo competere possit, eadem facultas nominandi, etiam in reseruatis prout vere eidem competere dignoscitur ex lectura dictæ Constitutionis.

M E L L I N I.

Maioricensis, Canonicatus, Lun. 15. Nouemb. 1593.

A R G V M E N T V M.

Prouisio facta per Episcopum in mense reseruato Papæ, non sustinetur.

S V M M A R I A.

1 *Residentia Episcopi ex prouisione facta in domo Capituli probatur.*

2 *Vnitorum eadem debet esse dispositio.*

D E C I S I O DCXCV.

Domini concorditer resoluerunt, non constare de bono iure Matthæi, moti fuerūt, quia Episcopus acceptauit alternatiuam, & vacatio successit in mense Septembris, ideo prouisio spectabat ad Papam, & non ad Episcopum, & Capitulum, à quibus ipse fuit prouisus.

Nec potest reuocari in dubium acceptatio alternatiuæ, & residentia Episcopi, quia de acceptatione constat in actis, & ex confessione Episcopi, residentia verò † probatur ex prouisione Matthæi, quæ est facta ab Episcopo, in domo Capituli Ecclesiæ, Maioricensis, die sequenti post vacationem, vltra quod absentia Episcopi priuat ipsum commodo alternatiuæ, sed non præiudicat Papæ, vt fuit resolutum in causa Fauentina, Canonicatus, 16. Decemb. 1575. coram Reu. Patre D. Blanchetto.

Non obstat, quod alternatiua est restricta ad beneficia, quæ spectant ad liberam collationem solius Episcopi, & collatio in cathedralibus est communis Episcopi, & Capituli; Cassador. decis. 22. de præben. & licet electio personæ pænitentiarij spectat ad Episcopum, tamen collatio præbendæ spectat ad eos, ad quos ante Concilium spectabat, vt in casu Congregatio Illustr. Cardinalium Sacr. Concilij Interpretum cēsuit; quoniam respondebant Domini hoc procedere, quando electio pertinet ad Episcopum, non autem quando vacatio contigit in mense Apostolico, prout eadem Congregatio censuit, in vna Salamantina, & Tiraso-

Tirasonensi nominatiools pæniteoriarij, quia cum præbenda sit vnita officio pænitentiarij, collatio præbendæ, vt sequela officij pænitentiarij spectat ad Papam, ad quem pertinet electio personæ pænitentiarij, gl. in cap. vltim. de rescript. in 6. Peregr. decis. 40. lib. 1. Ant. Aug. in tit. de vnion. §. 3. alias si collatio præbendæ spectaret ad Episcopum, & Capitulum, quando electio Pænitentiarij pertinet ad Papam, sequerentur plura absurda, secundum Domioos.

Primum, quod prouisio Papæ redderetur elusoria, si Episcopus, & Capitulum alteri conferrent præbendam, quia electus à Papa ex collatione nullum commodum consequerentur.

Secundum, quod esset necessarius duplex titulus, vnus à Papa alius ab inferioribus.

Tertium, quod præbenda est vnita officio Pænitentiarij & Pænitentiarius haberet officium, sine præbenda, & tamen vnitorum † eadem debet esse dispositio, Angel. in l. sed si plures. §. filio num. 1. & ib. Imol. in princip. ff. de vulg. & pupill. substit. quia ex hoc inferunt ad eum, qui impetrauit Ecclesiam cui alia est vnita, vt non possit vnam sine alia possidere.

ORANI.

Viterbiensis, Campi Maioris, 18. Mart. 1591.

ARGVMENTVM.

Emptio an ex instrumento emptionis, & mandato Papæ ad vendendum, in præsenti casu rectè probetur.

SVMMARIA.

1 *Venditio ex instrumento venditionis non rectè probatur. & num. 3.*
2 *Res aliena vendi potest.*
4 *Argumentum à iurisdictione territorij ad dominium rerum particularium non procedit.*
5 *Dominium per veras causas non indicia est probandum.*
6 *Æquiuoca non attendenda.*

DECISIO DCXCVI.

Maior pars Dominorum fuit in voto, persistendū esse in resolutis. Nam cum hospitale prætendat dominium absolutum, tantum campi maioris, & ad illius adiudicationem principaliter rei vēdicatione agatur, necessum est, quod plene & concludenter intētionem suam probet. Bart. in l. quidam in fuo. num. 4. ff. de condit. instit. Bald. in l. cum res. sub num. 10. Cod. de prob. Paris. conf. 57. numer. 44. lib. 4. probatio autem suæ intentionis desumpta ex mandato Papæ de vendendo, & ex instrumento emptionis † non sufficit, quia & res alienat vendi potest. l. si rem alienam. ff. de contr. empt. & aliter oportet de iure † concedentis constet, quam ex instrumento venditionis. Castrens. consil. 153. num. 2. lib. 2. Alex. conf. 43. num. 9. lib. 4. Afflict. dec. 23. num. 4. Nec refert, quod à Papa, seu à Principe processerit, quoniam licet speciale sit, vt ex eius contractu transferatur dominium, non tamen probatur etiam, illud estituerat, quicquid enim dicatur respectu iurisdictionis terrarum, existentium sub suo dominio, respectu tamen proprietatis earum secus est. Doct. in c. si diligenti. de præscript. Alex. conf. 76. num. 6. lib. secundo. Dec. conf. 528. num. 9. Aym. conf. 193. nu. 2. & ideo non valet argumentum de iurisdictione † territorij ad dominium rerum particularium. Cur. iun. post Soc. conf. 118. num. 25. lib. 2. Papæ Dec. conf. 445. num. 62. io præiudicium tertij non statur, Dec. conf. 410. numer. 10. & 528. num. 5. Aym. conf. 171. num. 11. & dict. conf. 293. Mohed. decis. 172. incip. Ioan. Franc. Pur. dec. 129. lib. prim. quod eo magis dicendum erat stante obseruantia subsecuta, ex qua colligere licet, quod in conuentione prædicta fuerit comprehensum, l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Senatusconsult. Maced. Castrens. consil. 347. num. 4. lib. 1. Coro. conf. 188. num. 10. lib. 4. Goffr. conf. 36. nu. 8. Aym. conf. 101. num. 3. & conf. 211. nu. 8. siquidem & ante & post dict. venditionem Viterbiensem de particularibus prædiis dict. tenimenti, tanquā illorum domini libere, & absque alterius consensu, vel laudemij solutionem disposuerunt, quod arguit illa esse libera. Alciat. resp. 119. num. 28. Menoch. conf. prim. num. 184. & conf. 23. num. 4. & 64. præsertim cum ex antiquissimis scripturis multas ætates instrumentum venditoris præcedentibus de titolo nedum doceat, sed etiam possessione, per quam infertur ad dominiū, Ant. de Burg. in cap. peruenit, nu. 6. de empt. & vend. cum alleg. Quare, cum vt dictum fuit, dominium hic per veras causas & † non indicia probandum fit. Caputaq. dec. 280. part. prim. non possunt Hospitali suffragari admioicula, pro coadiuuanda dominij probatione allegata, nam præterquam, quod ex deductis per viam exceptionis per Viterbienses eliduntur primum fundatum in instrumento venditionis, in quo, nedum venditor tenimentum campi maioris, sed etiam tenimentum montis Romani, quod semper ab Hospitali liberum ab omni onere fuit possessum, non concludit, quia sumus in separatis, & diuiduis, l. neque natales. Cod. de prob. Rip. in l. admonendi. num. 125. & ib. Purp. num. 204. ff. de iureiurand. secundum desumptum ex solita solutione vigesimæ non trahitur ad probatione dominij. Aym. conf. 157. num. 15. vers. secundo respondeo, nisi cū illa inoestitura recognitio concurrat Sylu. conf. 57. num. 61. cum sequentibus. Bursat. consil. vigesimo sexto 31. & sequent. tertium autem quod deponunt ex licentia, siue tessera, ab hospitali Viterbiensi, arationi terrarum dari solita, non respicit dominium, sed ius pascendi, vt deponunt testes. Quartum similiter relatum ad ius stirpandi, signandi, pascendi, & paleam colligendi, signum † est æquiuocum, quod potest interpretari citra dominium absolutum, ex quo in particularibus alterius bonis potest alicui competere. Decian. conf. 271. num. 8. versic. vlterius etiam Aym. conf. quarto. nu. 5. & conf. 154. nu. 1.

Ad reliqua placuerunt Dominis responsiones datæ per Dominos Scribentes, & ita decisum.

Romana, Bonorum, de Ceulis, Ven. 24. Octob. 1586.

Argumento, & Summarijs non indiget.

DECISIO DCXCVII.

In quæstione proposita, An Domino Tiberio danda sit absolutoria, quo ad loca montis Sanct. fæderis, & an constet de tali interesse, Illustrissim. Domin. Claricis in hæreditate quond. Domi. Hieronymi sui Aui, ita quod Dominus Tiberius, illiad exhibitionem librorū teneatur, & à quo tempore. Domini dixerunt, Domino Tiberio esse dandam absolutionem ex deductis hic per Dominum Parentium. Pendet enim à discussione negotij principalis. Quo verò ad interesse Illustrissim. Domin. Claricis, fuit conclusum, sufficienter constare ad effectum, de quo agitur, satis est enim, quod de illo aliqualiter doceatur, Rot. dec. 5. de probation. in Nou. & ideo D. Tiberium teneri ad exhibitionem librorum ab anno 1545.

EIVSDEM.

Eadem, Vener. 16. Ian. 1587.

ARGVMENTVM.

Filia an, & ex quibus voluntati patris, disponentis nequicquam præter donata & legata in hæreditate sua petat, contrauenisse dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Filia ex quibus voluntati patris disponentis, ne quicquam præter certa relicta, in hæreditate petere possit, censeatur contrauenisse.*

DECISIO DCXCVIII.

Fvit per Dominos conclusum, Illustr. Dom. Claricem, cui ab Auo paterno, donatione & legato prohibitum

hibitum fuerat, ex quocunque capite directe vel indirecte, tacite vel expresse, sub quocunque colore vltra sibi in ijs relictum aliud quicquam in eius bonis, & hæreditate prætendere per impetrationem iudicis, monitorumque & prosecutionem super hæreditate paterna iudicium, nec non postmodum actuum iudicialium cum decreto iudicis in præsentia viri ratificationē censendam, dispositioni aut paterni contrauenisse, ad Bar. & Castr. in l. Lucius. §. tres hæredes. ad Trebell. Bald. in l. si quis maior. 2. not. & ibi Alexand. numer. 4. C. de transact. Felyn. in c. ex tenore. numer. 2. de rescr. Ruin. consi. 181. num. 6. lib. 1. Dec. consi. 113. num. 36. volum. 1. Sim. de Præt. consi. 106. num. 17. Nec repugnat, quod præmissa fecisse dicatur euentualiter, vt posset deliberare, an esset illi expediens accipere donationem, vel legatum, quia præterquam quod de contrario ex lectura Commissionis apparet, in qua explicite, & sine aliqua conditione, vel reseruatione petit hæreditatem paternam, ista euentualitas fuit etiam donatione, & legato prohibita, quod ex verbis illius apparet, ibi, directe, vel indirecte, sub quocunque colore prætendere posset, ad trad. per Soc. iun. d. consil. 113. num. 29. lib. 1. Dec. in consil. 57. num. 36. lib. 1. An autem ex huiusmodi contrauentione resultet, quod indignam se reddiderit commodo donationis & legati, placuit Dominis ad partem videre.

EIVSDEM.

Eadem, Lun. 18. Mart. 1587.

ARGVMENTVM.

Statutum vrbis an inhabilitet personam, ita quod donatio extra territorium facta non sustineatur, nisi seruata illius statuti solennitate.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta, illius solennitate non seruata, valet, quia attendi debet consuetudo loci, in quo facta fuit.*

DECISIO DCXCIX.

FVit dubitatum, præsupposito instrumento donationis factæ Parmæ, & alio instrumento ratificationis eiusdem, cum insertione statuti Vrbis, c. 22. lib. 4. in antiq. An statutum inhabilitet personam, ita quod donatio facta extra territorium non sustineatur, nisi seruata statuti solennitate, etiam non attenta loci solennitate, in quo facta fuit. Domini concorditer responderunt negatiue, moti, quod statutum requirēs in donatione insinuationem, directo respiciat solēnitatem, non autem habilitatem personarum Caputaqu. dec. 206. lib. 3. Et propterea donatio facta, illius solennitate non seruata valet, quia attendi debet 1 consuetudo loci, in quo facta fuit, Gabriel de consuet. conclus. 2. per tot. Non obstat, quod in statuto huiusmodi prohibeatur insinuationis renunciatio, quia hoc venit accessorie ad augmentum, & corroborationem solennitatis de qua principaliter in statuto disponitur. Ruin. consi. 160. num. 3. vers. primus casus. lib. 4. Primus obstat, quod D. Hieronymus in donatione expresse professus fuerit, se viuere lege Romana, quia hæc professio non arguit, quod voluit actum donationis conformare dispositioni statuti vrbis, præterea etiam nec instrumentum ratificationis præmissæ conclusioni refragatur. Nam per illud non potuit præiudicari donatarijs, quibus ex priore, & contractu donationis fuit ius quæsitum, & cum ad cautelam, & augmentum donationis iam perfectæ accesserit, non debet operari diminutionem.

EIVSDEM.

Eadem Lun. 25. Maij 1587.

Argumento, & Summarijs non indiget.

IN vna Romana Bonorum, de Ceulis, Domini pro declaratione resolutionis in hac causa die 26. Ianua. 1587. factæ, tenuerunt, constare de aliquibus actis, gestis per Domin. Claricem, & præsertim ex commissione, qui fuot incompatibiles cum donatione & legato; An autem ex ijs inferri possit ad talem contrauentionem, quæ ipsi præiudicet, poterit ad partem videri.

EIVSDEM.

Eadem, 2. Decemb. 1587.

ARGVMENTVM.

A commodo donationis, & legati, quomodo quis non cecidisse probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio cessat cessante proposito.*

DECISIO DCC.

COnclusum fuit, Illustriss. Domin. Claricem à commodo donationis & legati nullo modo cecidisse, licet enim vel ex sola impetratione rescripti colligatur actus per eam factus incompatibilis, cum dispositione donationis, nihilominus talis non est, vt nec sunt alij hic per Informantes considerati, ex quibus arguere licet, ad contrauentionem, per quam caducitas censeatur incursa. Nam cum ea donantis fuerit voluntas, vt Domina Clarix pro sua dote, ac pro toto eo, quod tam ex testamento ab intestato in hæreditate aui, & patris prædefuncti prætendere poterat.

Quinquaginta locis montis S. fæderis, cum eorum augmento contenta esse debeat, & alias contradicendo à commodo donationis caderet necessarium fuit, ad hoc vt pœna caducitatis incurreretur, vel quod donationem, & legatum iam esset ante impetrationem rescripti consecuta, vel saltem, quod de illorum acceptationis recusatione constaret, quoniam hoc cessante, cessauit etiam prohibitio, non secus ac cessante proposito, 1 cessat dispositio, ad trad. per Aym. consi. 230. num. 1. & 231. num. 2. Quod enim ista fuerit donantis intentio, manifeste ex lectura donationis patet, quia voluit in casum contrauentionis dict. 50. loca montis ad Dominum Tiberium redire, & ipsum absque vitio spolij eadem loca posse ingredi. Vnde præsupposuit, antea ad Dominam Claricem debuisse peruenire, priusquam ipsa ad actus positiuos posset procedere, ex quibus detegeretur ipsius renitentia, & contradictio suæ dispositioni, Quare cum donatio & legatum non fuerit Domin. Clarici soluta, nec etiam oblata, saltem realiter, prout hoc casu D. Tiberius facere tenebatur, cum de acquirendo agat, l. qui decem, §. idem responsum. de sol. Bartol. in l. præter. §. si reus paratus. de nou. oper. nunc. Alexand. consi. 130. numer. 11. lib. 4. Matth. not. 228. quinimo, cum ipse, tanquam hæres, qui ad illorum præstationem ex testamento tenebatur, etiam hodie circa eorundem augmenti quantitatem controuertat, non potest vlla ratione prætendere, se Dominam Claricem in aliqua constituisse mora, aut vllam ex petita per eam, vel hæreditate paterna, vel exhibitione librorum allegare illius contrauentionem, ex quo pœna resultet, ne quod sua culpa, cum alterius damno sit sibi lucrosum. Itaque dixerunt ex abundanti Domini, contrauentionem, si quæ ex prædictis actibus incompetibilibus exurgebat, non aliunde prouenire, quam ex Domin. Tiberij parte, qui voluntati, & ordinationi paternæ in re concernente commodum Domin. Claricis non respondent: Adeo, quod etiamsi exinde factus fuisset locus caducitati, non tamen idcirco etiam concedenda veniret actio, ex quo prius per ipsū adimplenda fuerat Dom. Hieronymi patentis sui voluntas, ad trad. per Matthes. not. 50. Et fuit, me ponente, decisum in vna Mediolanensi, 16. Octob. præteriti.

MELLINI.

Hispalensis Dominicorum, Ven. 6. Martij 1592.

ARGVMENTVM.

Agitur hic de simonia Conuentionali.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Authoritas Papæ purgat vitium Simoniæ.*
2 *Simonia debet probari concludenter.*
3 *Interpretatio in dubio sumenda est, quæ Simoniam excludit.*
4 *Confessio vt noceat, debet esse certa, non ambigua.*
5 *Scientia Papæ purgat vitium Simoniæ.*
6 *Scientia Officialium dicitur scientia Papæ.*

DECISIO DCCI.

DVbitatum fuit, An esset iustificata gratia Ferdinādi, quæ erat fundata in Simonia conuentionali? Deducebatur autem à Ferdinando Simonia inter Casparem, & Dominicum, ex correspectiuitate mandatorum, quæ coram eodem Notario & testibus eadem die facta sunt. Domini vnanimiter censuerunt, gratiā Ferdinandi non esse iustificatam, & potissima ratio, quæ mouit Dominos, fuit in mandatis reseruata auctoritas Apostolica & ante obtentam gratiam istam correspectiuitatis fuit ita narrata Papæ, quod potuit intelligere quid actum esset inter partes, & nihilominus ipse 1 concessit. Ideo auctoritas Papæ † purgat vitium Simoniæ, gloss. in c. cum quidem, vbi notat de pac. Host. in c. 1. circa princ. ne Prælat. in vic. Ioan. And. in c. 1. de Simon. Archid. in c. nonne. sub numer. 89. Cassad. decis. 3. num. 2. de renunciat. & decis. 2. sub num. 3. & seq. de Simon.

2 Addebant aliqui ex Dominis, quod Simonia † debet probari concludenter, Alexand. de Neuo. q. 64. num. 3 2. Alciat. resp. 2. num. 40. tom. 1. p. 1. & in dubio † sumenda est interpretatio, quæ Simoniam excludit, Put. dec. 381. num. 2. lib. 1. cum igitur Caspar in resignatione facta Dominico reseruet sibi pensionem s. t. sumenda est potius interpretatio, quod reseruatio à Caspare facta, non vt Dominicus suum beneficium resignaret Francisco Orbis, sed potius eximeret se ab onere illius beneficij, & pensionem liberam haberet.

Existimabant quoque Domini, gratiam non esse iustificatam in ea parte, in qua narrabatur, Franciscum fuisse filium Casparis, quia ista narratiua aliunde non verificatur quam ex narratiua literarum ipsius Francisci, & ista narratiua est ambigua, quia Franciscus nō fatetur simpliciter se esse natum ex Caspare, sed addit, vel alias genitum, Cassad. decis. 7. num. 9. de iure patr. 4 & confessio vt noceat † debet esse certa, non ambigua, l. certum. ff. de confess. c. literas. de probat. l. generaliter. C. de non num. pecun. Præterea etiamsi confessio esset clara, Papa intellexisset huiusmodi defectum, & 5 scientia Papæ † purgat vitium Simoniæ, per præallegata.

Non obstat, quod mentio istius filiationis sit facta in Bullis, & non in supplicatione & resignatio fuerit in supplicatione expressa, & non in Bullis, quia idem operatur in supplicatione, quando est eadem gratia. Nam 6 scientia officialium dicitur † scientia Papæ, Innoc. in c. cum dilecta. vers. conscientia. de rescr. Cass. dec. 2. nu. 7. de vnio. & fuit dictum in Cremonensi pensionis 4. Iulij 1584.

PAMPHILII.

Hispalensis Portionis Mercurij 19. Ianuarij 1594.

ARGVMENTVM.

An gratia Apostolica effectum suum sortiri debeat, si qui conferunt beneficium, sint discordes.

SVMMARIA.

1 *Discordia stante Archiepiscopi, & Capituli circa collationem portionis, quæ cum sit in Ecclesia Cathedrali, est inter eos communis.*
2 *Prouisioni Apostolicæ quando sit locus.*
3 *Quasi possessio ad inualiditatem collationis inspici solet.*
4 *Indultum nihil operatur, quod non extenditur ad beneficia, in quorum possessione alius existit.*

DECISIO DCCII.

GAbriel de Soria obtinuit à Sede Apostolica portionem Ecclesiæ Hispalensis vacantem per obitū cuiusdam Ludouici in mense Augusti, in cuius collatione Illustrissimus Dominus Cardinalis de Castro Archiepiscopus prædictæ Ecclesiæ, qui contulit vni, & Capitulum, quod contulit alteri, fuerant discordes, & quia agentes præfatorum Cardinalis & Capituli, opposuerunt se huic prouisioni, S. D. N. ne alicui præiudicium inferatur, mandauit, quod in Rota discuteretur, An gratia Apostolica deberet sortiri suum effectum.

Et causa per me proposita, informante tantum Gabriele, ex quo agentes prædicti licet pluries citati recusarent informari, Domini resoluerunt pro validitate prouisionis Apostolicæ, quia stante discordia Archie-1 piscopi † & Capituli circa collationem huius portionis, quæ cū sit in Ecclesia cathedrali, est inter ipsos communis, vt notat Ioannes Andreas in c. à collatione, quē ibi sequuntur Gemin. Franc. num. 1. & Probus num. 4. de appellation. in 6. Abb. in c. Ecclesia Vulterana nu. 8. de elect. Aegid. dec. 69. & late Cassad. dec. 22. post princip. de præben. neutra collatio valet, etsi Papa sequenti die prouideat tertio, ille dicitur habere potius ius, vt tradit Probus ad Menoch. in rubr. de iure patron. num. 8. post Ioannem Andream in dicto cap. à collatione, num. 3. Franc. numer. primo. Gemin. numer. 4. Feder. de Sen. consilio 1. sub nu. 10. vers. solutio. Siluan. de benef. parte 3. quęst. 7. & late Rebuff. in cons. 60. nu. 12. cum pluribus seqq.

Et ita cessat, quod prætendebatur pro parte Capituli, S. D. N. in hac discordia teneri vni, vel alteri ex nominatis conferre istam portionem, & ratificare prouisum ab ipso vti digniorem, quia quicquid sit de pluribus præsentatis in discordia patronorum, in materia collationis, cuius termini non sunt confundendi cum præsentatione communis, & vera est conciliatio Do-2 ctorum, quod neutra collatio † teneat, & sit locus prouisioni sedis Apostolicæ ex supra allegatis.

Minus obstat prætensio Cardinalis, quod portio vacauerit in mensem Augustum, qui cum sit vnus de reseruatis, vigore indulti spectat ad ipsum solum, quia in hac portione ratione mensis non potest dari aliqua reseruatio, ex quo regula nominatim excepit beneficia spectantia ad prouisionem Cardinalium, & ista exceptio prodest etiam Capitulo propter communionem iuris cōferendi, ad l. si communem. ff. quemadmodum seruitut. amitt. & faciunt notat. per Calder. cons. 22. de præbend. Felinus in capite primo, sub numero sexto, de præscription. Tur. dec. 88. in vna Tirasonensi. libro tertio. maxime cum Capitulum fuerit admissum ad conferendum, vnà cum Cardinale Archiepiscopo in omnibus mensibus iuxta formam iuris communis, vt fatetur ipse Cardinalis in indulto nuper obtento, quo fit, vt attenta quasi possessione, quæ ad inualiditatem col-3 lationis † inspici solet, c. querelam. de elect. c. consultationibus. de iure patronat. Collatio in hoc casu debuit fieri ab Archiepiscopo, simul cum Capitulo, quod est, & prout est in quasi possessione conferendi, Rota dec. 49. de reseru. in antiq. Calder. cons. 23. de præbend. & 4 consequenter nihil operatur indultum, † quod non extenditur ad beneficia, in quorum possessione alius existit, Mohed. dec. 179. Thomas de Ianis dec. 3. Put. dec. 206. libro primo. Præsertim quod illius virtute nō magis potuit Archiepiscopus solus conferre, quam sine eo potuisset, cum nihil de nouo tribuat, sed remoueat tātum obstacula reseruationum, & præseruet ordinario tantum partem suam, quando collatio est communis cum Capitulo. Cassad. decis. 3. in fin. de priuil. Mohed. dec. 24. Io. Paul. dec. 28. cum alijs allegatis. Et hoc procedit non obstante declaratione fel. record. Greg. XIV. in secundo indulto concesso prædicto Cardinali, quia

ad

ad instãtiam Capituli illud fuit postea suspensum per literas Cardinalis Sfondrati.

Et ex his fuit resolutum, prouisionem Apostolicam etiam validam, & supplicationem desuper signatam Gabrielis relaxandam.

PAMPHILII.

Barchinonensis Beneficij Sancti Petri. 23. Feb. 1600.

ARGVMENTVM.

Instrumentum fundationis, & dotationis licet sit exemplatum parte non citata, coadiuuatur tamen eius fides ex obseruantia, & ex pluribus prouisionibus ab alijs annis.

SVMMARIA.

1 *Prouisiones sortiuntur effectum per resignationem vel obitum alterius.*

2 *Notarij exemplare possunt prouisiones rogatas à suis prædecessoribus.*

DECISIO DCCIII.

FVit dictum, quod Philippo detur absolutio à censuris, cum reincidentia ad beneplacitum, non obstante Breui, cuius patitio fuit remissa arbitrio Dominorum, quibus visum fuit, supersedendum esse in executione Breuis, donec plene discutiatur exceptio iuris patronatus.

Datur enim illius sufficiens fumus ex instrumento fundationis, & dotationis, quod licet sit exemplatum parte non citata, coadiuuatur tamen eius fides ex obseruantia & ex pluribus prouisionibus ab anno 1307. vsque ad annum 1545. factis, addito hoc beneficio ad præsentationem, & de consensu patronorum, iuxta formã fundationis, quod fuerant † sortitæ effectum, vna per resignationem, vel obitum alterius, iuxta consil. Oldr. 229. sæpius canonizatum, & cum fuerint factæ ab ordinarijs pro tempore, vti de beneficio iuris patronatus multum fauent huic probationi, iuxta decisionem Rotæ 15. de iure patronatus in Nou. Paleor. decis. 23.

Et istæ prouisiones sunt in forma probante, quia sũt extractæ ex registris Curiæ Episcopalis à Notarijs successoribus regentis Scriuanias dictæ Curiæ, quos absq; † alia solennitate posse exemplare prouisiones rogatas à suis prædecessoribus, fuit resolutum in causa Dertusensi iuris conferendi 24. Maij 1596. coram me, ex trad. per Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. num. 3. ff. de eden. Dec. in auth. si quis in aliquo. nu. 16. C. eod. tit. Chisan. decis. 69.

Neque obstare, quod non constet de vltimo statu, & ab anno 1545. citra non exhibeatur aliqua præsentatio, quia sufficit, quod non probetur status contrarius, & non ostendantur prouisiones in dicto temporo factæ vti de beneficio libero, præsertim ad effectum supersedendi aliquantulum in hac executione, donec plenior probatio afferatur, quicquid dicendũ esset, si ageretur ad canonizationem iuris patronatus, quod excludenti reseruatur, iuxta decis. Verall. 19. lib. 1. in manuscript. cum vulg.

Neque obstant ea, quæ dicuntur de descendentia fundatoris, & quod non constat de præsentatione Philippi intra tempus, quia non faciunt ad rem, cum non agatur de iure Philippi, qui est reus, & possessor, vltra quod ista, & omnia alia in contrarium deducta plenius discutientur, si opus fuerit in progressu causæ.

PAMPHILII.

Valentina Decimarum de Gandia 23. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Materia decimarum solet passim in quacunque instantia etiam sine fumo concedi, quando est releuans.

SVMMARIA.

1 *Sufficit præscriptionem probare, volenti allegare, & dicere, se legitime præscripsisse.*

2 *Probatione præscriptionis facta, videndum est, an sit legitima.*

DECISIO DCCV.

COncluserunt Domini, dandam esse Capitulo de Gandia remissoriam, quæ in prophanis, qualis ad hunc effectum reputatur materia decimarum, Caputaq. decis. 45. libro secundo. solet passim in quacunquo instantia, etiam sine fumo concedi, quando est releuãs præsertim cum ista lis sit cœpta in Curia in prima instantia, & sæpius fuit decisum.

Releuantia est clara, quia agitur de probanda quadragenaria, quæ suffragatur Capitulo de Gãdia ad fundandam eius intentionem super decimis, contra Capitulum Valentinum, c. de quarta. cap. ad aures. & cap. illud, cum ibi notat. de præscr. Abb. in c. cum sint homines. sub numero sexto, circ. fin. de decim. Balb. de præsc. 1. par. 5. part. princ. in princ. nu. 4. Put. decis. 252. num. 3. lib. 3. cum allegatis.

Neque obstat defectus tituli, quia eo non indiget Capitulum de Ganolia, cui licet ius cõmune resistat quo ad decimas alterius Parochiæ: Sufficit tamen ad hunc effectum, quod non assistat Capitulo Valentino, agenti, qui super istis decimis nititur titulo donationis Regiæ, non autem iure communi, gloss. in cap. 1. in versic. titul. circ. fin. vers. & secundum hoc. de præscriptio. in 6. cum qua omnes ibi transeunt, vt dicit Franc. nu. 7. Anton. de Butr. in c. peruenit. num. 14. de censib. Anchatan. consil. 162. sub numero 3. Balb. de præscript. 1. part. 5. principalis. q. 8. numero 6. & fuit dictum coram me in causa Conchensi decimarum, sub die 20. Aprilis 1592.

Præsertim, quod nunc tantum agitur pro obtinenda remissoria, & sufficit præscriptionem probandam volenti † allegare, & dicere se legitime præscripsisse, vt post Innocent. Hostiens. & Ioann. Andream in c. fraternitatis. Tradit Rota dec. 7. nu. 4. de probation. in Nou. & facta † probatione videbitur, an sit legitima, vltra quod non potest dici constanter de defectu tituli Capituli de Ganolia, etiam quod de eo in actis non appareat, quãdiu de eo docere poterit per scripturas, vel aliud genus probationis, quatenus eo opus erit, Aegid. dec. 103.

Neque remissoria est deneganda, ex eo, quod agatur in spolio, quia illud hactenus non fuit probatum, Cassad. decis. 1. numer. secundo de dilat. præsertim cessante calumnia, Cassad. eodem titulo. dec. 3. Put. dec. 415. lib. 2. Vltra quod petitur ad probandam præscriptionem, quæ iuxta opinionem, quam hodie tenet Rota, habet locum etiam in spolio, vt fuit decisum in causa Mediolanẽsi, Bonorum, coram R. P. Domino meo Seraphino, sub die 27. Maij annis præteriti.

PAMPHILII.

Roman. Census 29. Nouembris 1599.

ARGVMENTVM.

Fructus non decurrunt, quando non concurrunt requisita.

SVMMARIA.

1 *Sors principalis cedit in debitum ob non impletas conditiones, ita vt non possint vltra sortem peti aliqui fructus citra vitium vsuræ.*

2 *Factum iudicis reputatur factum partis.*

3 *Relaxatio mandati pro tota summa facit, vt ex verisimili mente iudicis contractus huius fuerit praeiudiciuo, & in tota resolutus.*

DECISIO DCCVI.

FVit resolutum, non decurri fructus Magdalenæ, quia aut illos prætendit ratione interesse ob retardatam solutionem, & non concurrunt requisita, Cast. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco, quem sequitur Rota, vt per Mohed. decis. 108. & decis. 200. cum vulgat. aut ratione census, & minus debentur, quia die, quo ob nõ † impletas conditiones Magdalena suscepit mandatum pro restitutione sortis principalis ipsa sors cessit in debitum,

bitum, ita vt non possint vltra eã peti aliqui fructus ci tra vitium vsuræ. cap. plerique. cum seq. 14. quæst. 3. Laur. de Rodul. de vsur. q. 1. num. 1. Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 1. num. 1. Hæc enim ad inuicem se non compatiuntur, quod census duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem principalem, quando velit, quia licet venditori census sit permissa illius redemptio, iuxta constitutionẽ Martini, Calixti, & Pij Quinti: emptori tamen omnino est prohibita, cum alias esset census de lucro. Sot. de Iust. & Iure lib. 6. quæst. 5. artic. 3. prima conclus. late Cortad. de contract. quæst. 84. in 5. conclusion. Couarru. variarum resolut. lib. 3. cap. 1. nu. 4. Et quod pactum non sit deductum in suspensionem, dummodo emptor aliunde sit securus, Summ. Antonina in 2. part. cap. 8. §. 14. circa fin. Et ideo cũ post relaxatum mandatum fuerit in facultate Magdalenæ, repetere pecuniam, quando velit, census fuit statim resolutus, etiam quod non concurrat actus retrouenditionis, quia res deueņit ad casum, à quo incipere non possit, maxime stante mandato Iudicis, cuius factum

2 † reputatur factum partis l. si ob causam. C. de euictio. Vltra quod concurrit relaxatio mandati pro tota sũ

3 ma, quæ facit, † vt ex verisimili mente iudicis & Magdalenæ contractus habitus fuerit pro indiuiduo, & in toto resolutus, ad l. prædium. ff. de arbit. Bart. in l. grege. §. illud. num. 4. ff. de fideiuss. Alciat. in l. 1. §. sed si mihi in repert. num. 6. ff. de verb. obl. Parif. conf. 12. nu. 14. lib. 2. Aymon conf. 170. nu. 6.

P E N I Æ.

Roman. Censuum de Romulis, 18. Iunij 1599.

A R G V M E N T V M.

Census sunt inualidi, ex eo, quod nec de solennitate, nec de iusta causa impositionis constabat.

S V M M A R I A.

1 *Nullitate contractus stante, æquum non est, Ecclesiam cum aliena iactura locupletari.*

2 *Ecclesia cum sit cultrix iustitiæ non debet, cuiquam præiudicare.*

Intellige, vt num. 3.

4 *Venditio vel alienatio rei Ecclesiasticæ, aut minoris quando fit ex necessaria causa soluendo ære alieno, tunc emptor solicitus esse debet, quod pretium conuertatur in solutionem æris alieni. Secus vice versa. n. 5.*

D E C I S I O D C C V I I.

PRæsupposita decisione in hac causa facta die 8. Iunij anni præteriti 1598. per quam Capitulum, & Canonici Sanctorum Celsi, & Iuliani obtinuerant declarari census, de quibus agebatur fuisse inualidos, ex eo, quod nec de solennitate nec de iustitia causę impositionis constabat in hac propositione, ad instantiam Iuliani de Romulis, dubitaui, An præfatum Capitulum ad eandem restituendam teneri censuit, quia stan

1 te nullitate contractus non erat æquum ecclesiam † cũ aliena iactura locupletari, gl. in l. iubemus. in 2. §. sane, in verbo acquirantur. C. de sacrosanct. Eccles. gloss. in c.

2 ad audientiam. Cum enim Ecclesia sit cultrix † iustitię, non debet cuiquam præiudicare. c. per tuas. de donatio. gloss. fin. in cap. de in integrum restitut. quod tunc in primis locum habet, quando locupletior facta est, Abb. in cap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alien. in fine.

Quoniam verò Informantes pro Ecclesia Sanctorũ

3 Celsi, & Iuliani prætendebant, † non aliter eam teneri ad pretij prædictorum censuum restitutionem: nisi Dominus Iulianus de Romulis, qui illud sibi restitui prætendebat, probaret, illud fuisse conuersum in Ecclesiæ auctoritatem, Couarruuias libro secundo, variarũ resolution. cap. 17. numero tertio. Præterea Domini ad hanc difficultatem diruendam distinguebant duos casus, sicut alias Rota distinxerat in vna Romana censuus die 23. Ianuarij 1591. coram bonæ memoriæ Marcello Bubalo.

Primus casus erat, quando fit venditio, vel alienatio rei ecclesiasticæ, aut minoris ex causa necessaria pro sol

4 uendo † ære alieno, & tunc emptor solicitus esse debet, quod pretium conuertatur in solutionem æris alieni, propter quod fuit facta venditio. Innocen. in cap. 1. vbi communiter Canonistæ, de deposito. Abb. & alij in c. quod quibusdam de fideicommiss. Couarruu. lib. 2. variar. resolut. cap. 17. nu. 3.

Alter casus erat, quando venditio fit nõ ex causa necessaria: sed voluntaria propter Ecclesiæ vtilitatem,

5 quo casu † emptor rei Ecclesiæ, vel minoris, non tenetur probare versionem pretij in vtilitatẽ Ecclesię, vel minoris, Decius consilio trigesimo sexto, numero octauo, circa finem, & conf. 236. numero 3. Crotus conf. 40. numero sexto, lib. 1.

In proposita facti specie pronunciatum est, locũ fuisse secundo casui, quia Capitulum Sanctorum Celsi, & Iuliani ex causa voluntaria propter Ecclesię vtilitatem census imposuerat. Acceperat enim pecunias censuales ad rationem septem pro centenario, vt extingueret alios census impositos ad rationem octo, & decem pro centenario, & consequenter Iulianus de Romulis, iuxta regulam in secundo casu constitutam non tenebatur probare pretium, seu pecuniam, quam tradiderat in Ecclesiæ vtilitatem fuisse conuersam.

Neque prædictis obstabat, quod esset agendum cõtra hæredes Canonicorum, qui imposuerunt censum, non autem contra Ecclesiam: quia respondebatur, id esse verum solutio fuisset facta Canonicis, tanquam singulis: sius autem, si tanquam vniuersis, & Collegio. Quia tunc restitutioni est locus, non probata cursione iuxta prædictam distinctionem, gloss. final. in authent. hoc ius porrectum, in verb. probet. C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bartolus numero decimo septimo. Idem Bart. in l. ciuitas. numero decimo septimo. ff. si cer. petat. vbi Alexander numero vndecimo. Ruinus conf. 68. num. 7. lib. 1.

I V S T I.

Hispalensis Beneficiorum, Ven. 10. Ian. 1603.

A R G V M E N T V M.

Regula de Annali non operatur effectum suum, quando causa expeditionem non habuit intra annum.

S V M M A R I A.

1 *Annalis incipit a die executæ citationis.*

2 *Protestationes plures non sunt necessaria, sed vna sufficit.*

3 *Regula de annali vt locum sit, quid requiratur.*

D E C I S I O D C C V I I I.

REgula de Annali non obstat D. Hieronymo Mirãda, quia vocauit aduersarios infra sex menses ad iudicium, & propter impedimẽta, etiam inuita ab eisdem aduersarijs illata non habuit causa expeditionem infra annum, quo casu regula non operatur effectum suum. Sarnen. in ead. reg. q. 14. 71. & 76. Peregrin. decis. 98. & sæpe est dictum per text. in l. 1. in fi. C. de ann. excep. impedimenta patent, quia fuerunt præsentatæ literæ coram executore 14. Octob. 1597. & Franc. Aluar. & Ginesius fuerunt citati die 16. seq. Alij verò, qui erant absentes sub diuersis diebus mensis Nouembris, & constituerunt procuratores, qui comparuerunt coram

1 Iudice executore, & notandum est, quod annus incipit à die executæ citationis. Gnidob. decis. 7. Put. decis. 2. super hac regula. Verum die 18. eiusdem mensis Nouembris fuit obtenta prouisio regia, cuius vi fuerunt transmissæ literæ, & processus ad audientias Hispalensis, & ibi actum super competentia iurisdictionis vsq; ad diem 17. Iunij 1598. pro tempore causa remissa fuit ad executorem, & vsque ad hunc diem D. Hieronym. non potuit incumbere expeditioni causæ factæ in iusso

partis

partis aduersæ, immo nec etiam vsque in diem 9. Iulij, quando fuit reproductus processus coram executore, atque ab inde subsequuta sunt postea alia impedimenta, quia tertia Augusti sequent. fuit declinata iurisdictio iudicis, & recusatus Notarius, & D. Hieronym. iostitit pro procuratore ad vlteriora & cũ 10. Septem. executor accepisset partes ad probandum, cum beneficio 9. dierum, iterum isti litis consortes in termino citationis declinauerunt iurisdictionem, & appellarunt, & protestati fuerunt de auxilio Regio, quapropter licet Hieronym. de mense Septembris obtinuerit ab executore remissoriam pro faciendis probationib. in hac executione gratiæ, tamen solum causa fuit iterum remissa ab Audiẽtia Regia 7. Octobrix, vt in summario D. Hieronymi nu. 1. à quo tempore infra annum erat impossibile testes examinari, instituere processum, & iudicẽ, & habere expeditionem causæ, vt experientia docuit, quia etiam postea petita expeditione non potuit obtineri, & fuerunt factæ plures protestationes, licet 2 † non sint necessariæ, Sarnensi. d. q. 14. Crescen. decis. 5. de excepr. Ex quibus visum fuit Dominis, regulæ de annali esse satisfactum, quæ loquitur de expeditione intra annum, non autem loquitur de vlteriori anno, quatenus facto partis in primo causæ expeditio haberi non potuerit, enim ista regula sit odiosa, iuxta decisionẽ Cresc. 239. in manuscr. registrata ab Ant. Aug. super reg. de annali scil. intra annum nu. 15. & ab ea Domini existimauerunt non esse recedendum, quia eandem opinionem tenuit Rota coram R. P. Domino meo Penia in Placentina Decanatus, 16. Iunij 1595. & fuit allegata de anno præterito coram Reuerend. Pacensi in causa August. Canonicatus die 8. Feb. & in causa Leodiensi Parochialis de anno 1597. coram bonæ memoriæ Gypsio, & semper hoc firmatum, licet in extensione non fuerit facta mentio, & in hoc puncto non habuit contradictionẽ. Verũ vnus ex Dominis bene deducebat, id esse in proposito, etiamsi cessat subducendum tẽpus impedimenti, & reliquum computandũ, iuxta Sarnens. in hac reg. q. 71. & in d. Decis. R. P. Domini mei Littæ in causa Leodiensi Canonicatos die 5. Maij 1597. non facta mentione decisionis Cresc. quia subductis prædictis impedimentis, & alio dilationix vltramarino, quo durante nõ potuit expediri causa, vt dicitur in dicta Placentina coram R. P. Domino meo Penia de remissoria vsq; ad tẽpus, quo fuit instructa causa, & petita expeditio, nõ adest lapsus anni, siquidem impedimentum tam ex prouisionibus regijs, quàm ex declaratoria iurisdictionis durauerunt per totum mensem Septemb. anni 1598. & vsque ad 7. diem Octob. terminus verò Vltramarinus petitus fuit 12. Martij 1599. instantia pro sentẽtia, & protestatione de mense Aprilis subsequenti, & de mense Maij, ex quibus clare constat quod etiam ante mensem Martij causa erat taliter instructa, quod ferri 3 sententia † posset, quod sufficit ad effectum satisfaciendi regulæ de annali, vt late deductum fuit de an. 1597. in causa Calciatensi Scholasticæ coram bonæ memoriæ Gypsio, & alias sæpius, & tanto magis, quia hoc tempore intermedio adsunt diuersa acta iudicialia, impedientia expeditionem pro parte aduersa D. Hieronymi, quæ sunt deducenda, ita vt quod est computandum deductis impedimentis, non impleat tempus anni, vt bene ostendunt Informantes, & constat ex processu.

Nec obstat quod Rota dixerit coram me in hac causa die 20. Iunij proxime præsenti gratiam Hieronymi non fuisse verificatam, quo ad valorem, quasi propterea causa nunquam fuerit in statu expeditionis, quia ad hunc effectum non respicitur iustitia causæ, cum etiam sententia contraria sufficiat, vt dictum fuit in vno Burgensi 13. Ianuarij 1586. coram bonæ memoriæ Cantuccio. Vnde satis esset, quod potuerit expediri, vel in fauorem Domini Hieronymi, vel contra, & forsan illi iudici ita fuisset sufficiens illa probatio, quam Rota putauit esse sufficientem.

Et ex his responsum est, quod Dn. Hieronymo non obstet regula.

MELLINI.

Tirasonensis Iurisdictionis. Lunæ 5. Iulij 1593.

ARGVMENTVM.

An Decanus, & Capitulum sint exempti à iurisdictione Episcopi.

SVMMARIA.

1 *Exemptio non probatur ex exceptione in protestatione.*
2 *Verba Bullæ licet impetrent exemptionem, non tamen ex hoc infertur, quod sit adempta iurisdictio ordinaria.*
3 *Episcopus potest exemptos visitare, corrigere, & punire.*
4 *Ex priuilegio vsus mitræ, & anuli Pastoralis non infertur ad iurisdictionem.*
5 *Priuilegium mitræ, & anuli Pastoralis, datur in honorem Ecclesiæ.*
6 *Sententia patitur defectus, quando non constat de legatione, neque de processu primæ instantiæ.*
7 *Sententia quæ fuit lata super falsam causam, notorie est iniusta.*
8 *Iurisdictio immemorabilis cessat, quando dantur actus contrarij.*
9 *Sententia lata in petitorio absorbet possessorium.*
10 *Laudum non ostenditur, quando constat de contrario vsu, nec potest sustineri in vim pacti, num. 11.*
12 *Confessio Vicarij non potest præiudicare Episcopo sine mandato generali.*

DECISIO DCCIX.

IN ista causa fuerat resolutum, iura pro parte producta non esse in forma probanti: & quia petebantur à me literæ compulsoriales pro illis firmiter extrahere, volui prius videre de releuantia, ideo dedi dubium: An iura producta pro parte Decani releuent in casu de quo agitur. effectus autem huius dubij est, An ex istis iuribus probetur, Decanum, & Capitulum esse exemptos à iurisdictione Episcopi, & iurisdictionem ordinariam eis competere priuatiue ad Episcopum, vt prætendunt, & pro parte Decani, plura deducuntur. Et pro Bulla Cardinalis S. Angeli legati de latere de anno 1593. in qua recipiunt Decanus, & Ecclesia sua, ac illius bona sub Beati Petri & sua protectione. & confirmatione libertas, & consuetudo quam dicta Ecclesia hactenus habuit.

Secundò adducitur Bulla Innocentij III. in qua suscipitur persona Decani cum omnibus, quę possidebat, aut fructuum possideret in sua protectione, & specialiter Prioratus Tudelanus.

Tertiò adducitur Bulla Alexandri IV. in qua ad instantiam Regis Nauarræ concessit Decano, vt Prælato dictæ Ecclesiæ, vsum mitræ, & anuli Pastoralis.

Quartò adducitur sententia lata de anno 1311. in qua declaratur, cognitionem omnium causarum exceptis matrimonialibus, & vsurarijs spectare ad Decanũ, & in ista quasi possessione fuisse à tempore immobili.

Quintò adducitur laudum latum de anno 1370. ab Episcopo Pampilonensi, in quo declaratur, quod Episcopus Tirasonensis solus possit visitare personam Decani, & ecclesiam vere & clericos, & personas dictæ ciuit. cum præsentia, & assistentiæ Decani, vel eius Vicarij. Decanus verò tam ante, quàm post visitationem Episcopi, possit visitare solius dictam ecclesiam & personas.

Sextò adducitur protestatio de anno 1538. in qua Vicarius Episcopi narrat, quia realiter facta per Decanum trium Portionarum absque consensu Canonicorum, Canonici ad Episcopum appellantes, à quo ipse Vicarius fuit deputatus iudex, & iam essent examinandi, quod testes infirmi, valetudinarij existentes

stentes in ciuitate Tudelensi, accessit ad examinãdum: sed quia per istud examen non intendebat facere præiudicium iurisdictioni Decani, quod postea quam causa erat deuoluta per appellationem ad Episcopum, & lis vertebatur inter Decanum, & Canonicos, quod Episcopus, & non Decanus cognosceret illam, & protestatus fuit de impedimento sibi illato, in recipiendis dictis testibus, ex qua protestatione deducitur effectuatio sententiæ, & quasi possessio Decani, quia Vicarius Iudex deputatus non potuit testes examinare, & resultat confessio, quod iurisdictio erat Decani in prima instantia.

Septimò adducitur edictum generale per Decretũ, vt ordinarium, & quosdam inquisitores generales hæreticæ prauitatis administrantis procuratoris officij.

Octauò adducitur Bulla Iulij II. in qua Pontifex cõfirmat exemptiones, & priuilegia Decani, & Capituli, & pro potiori cautela illa denuo cõcessit, additis etiam quibusdam nouis priuilegijs, & istam Bullam dictam non egere iustificatione, quia Papa denuo concessit, vt fuit resolutum coram bonæ memoriæ Lauretano, in causa Cauriensis iurisdictionis.

Nonò adducitur Bulla Leonis X. in qua Episcopus supplicauit Papæ, vt priuilegia Iulij II. quo ad nouiter per ipsum necessaria reuocaret, remanentibus antiquis priuilegijs in suo robore: Papa verò quo ad quædam nouiter concessa moderatus fuit, ideo remanent firma priuilegia Iulij II. præterquam quod reuocata per Leonem.

Decimo adducuntur literæ subsidiales emanatæ ab Episcopo, in quibus petit à Decano, vt si ei placet, dignetur illas exequi, ex quo personæ ibi expressæ accesserunt ad habitandum in iurisdictione ipsius Decani, & econtra adducuntur literæ Decani Episcopo decretæ pro executione sententiarum per ipsum Decanum latarum, quas literas Episcopus executus fuit.

Vndecimo adducuntur articuli, & comites de anno 1454. in quibus Episcopus fatetur, quod ipse, & sui prædecessores non potuerũt per multa tempora ante iurisdictionem exercere in dicta ciuitate Tudelæ, & licet addat hoc euenisse propter bella, tamen ex testibus probatur hoc esse falsum.

Duodecimo & vltimo adducitur quædam inhibitio facta de anno 1520. ad instantiam Episcopi, in qua inhibetur, ne Decanus cognoscat de causis matrimonialibus, & vsurarijs, & ista inhibitio arguit effectuationes sententiæ, quia in illa reseruatur cognitio Episcopo in istis duobus casibus tantum.

Sed his omnibus mature consideratis, Domini censuerunt non releuare, & ad ea sigillatim prout infra, responderunt.

Ad primum de Bulla Cardinalis S. Angeli fuit per Dominos responsum, quod ex receptione in protestatione non probatur † exemptio, c. recipimus. de priuil. c. si stat. eod. tit. in 6. præsertim cũ sit facta allegatio, qui non potest eximere, Io. Andr. Dom. & alij in c. 1. de priuil. in 6. Gamb. in tract. de offic. & potest. leg. de Lat. lib. 2. num. 180.

Et si non probatur ex ista receptione exemptio propria Decani & Capituli à iurisdictione Capituli, probatur, quod ipse Decanus & Capitulum habeant iurisdictionem ordinariam.

Ad secundum de Bulla Innocentij dicebant Domini, quod si illius verba † importarent exceptionem Decani, & Capituli, non tamen ex hoc infertur, quod sit adempta iurisdictio ordinaria Episcopo in non exemptos attributa Decano, Bero. quæst. 24. nu. 24. volum. 1. quantum autem ad ipsos exemptos, existimabant Domini, Episcopum posse † eos visitare, corrigere, & punire, ex decretis Concilij c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. quæ habent locũ in Collegiatis non solum exemptis, sed etiam habendi consuetudines, sẽtentias, iuramenta, & concordias, vt fuit resolutum in vna Gadicensi adiunctorum 24. Februar. 1583. coram bon. mem. D. Decano.

Ad tertium de Bulla Alexandri IV. fuit dictũ, quod ex priuilegio † vsus mitræ, & anuli pastoralis non infertur ad iurisdictionem, quia, vt inquit Ioann. And. quem alij sequuntur, in c. vt Apostolici. de priuil. in 6. hoc priuilegium datur † in honorem eccles. & non in amplitudinem officij.

Ad quartum de sententia lata de anno 1312. fuit responsum, quod ista sententia † patitur plures defectus, quia non constat de legatione, neque de processu primæ instantiæ, & causa fuit commissa tribus iudicibus, vt in sententia enunciatur, & fuit lata per duos, & vt defectus nũ potest supplere antiquitas temporis, Cor. cons. 4. num. 16. volum. 4. Secundò fuit dictum, quod ista sententia fuit lata propter falsam causam in ea expressam, ideo est notorie iniusta, Innoc. in c. cũ Berthol. in colum. 2. de re iud. Felin. in c. sicut num. 25. eod. tit. Nam est fundata super quasi possessione exercendi iurisdictionem ab immemoriali tempore, & impossibile est, quod præcesserit ista quasi possessio immemorabilis, quia ista ecclesia fuit regularis, & Canonici tenebantur promittere, & exhibere obedientiam episcopi, & de anno 1244. adhuc erat regularis cum priore, ideo dignitas decanatus fuit erecta post illud tempus, & ab anno 1244. vsque ad annum 1311. non potest dici immemorabili tempore Decanum iurisdictionem ordinariam exercuisse, Alexand. consilio 16. libro 5.

Constat, & episcopum ante istam sententiam exercuisse suam iurisdictionem ordinariam, & immemorabilis cessat, † quando dantur actus contrarij, Soc. cons. 7. nu. 11. vol. 1. Put. dec. 436. lib. 3.

Tertiò fuit responsum, quod ista sententia non habuit effectum, quia constat episcopum postea suam iurisdictionem ordinariam exercuisse, neque probat Decanum fecisse aliquem actum vsque ad annum 1388. ideo de casu nostro est habenda ratio, Aym. cons. 10. nu. 5. Natt. cons. 926. nu. 12.

Præterea per sententias Rotales ante annum 1495. episcopus fuit restitutus ad suam pristinam possessionem exercendi iurisdictionem ordinariam, quod fieri non potuit, etiam si sententia lata in petitorio de anno 1311. fuisse iusta, quia † sententia lata in petitorio absorbet possessorium, Alex. in l. naturali. §. nihil commune. sub num. 15. ff. de acq. poss. Ant. August. in epit. in tit. de imped. restit.

Ad quintum de laudo fuit responsum, quod non habuit effectum, vt constat ex sentẽtijs Rotalibus, postea latis, quæ ei repugnant, & quia post laudum apparet episcopum exercuisse suam iurisdictionem ordinariã, & laudum non ostenditur, quando constat † de contrario vsu, Aym. cons. 266. nu. 9. & in fin. nec potest sustineri in vim pacti, † quia non fuit confirmatum à Sede Apostolica, ideo transit ad successores, cap. veniens. de transact.

Ad sextum de protestatione fuit dictum, quantum ad effectuationẽ sententiæ, quæ ex isto actu colligi non potest, quia ex alijs actibus apparet, episcopum exercuisse suam iurisdictionem ordinariam, licet quoque fuerit de facto impeditus. Quantum autem ad confessionem Vicarij, quod non potuit † præiudicare episcopo sine mandato speciali, Put. decis. 13. libr. 3. vltra quod iste actus non est conformis sententiæ, in sententia tribuitur Decano priuatiue, ad episcopum in qualibet instantia, & in ista protestatione dicitur episcopum debere cognoscere, quia causa erat deuoluta per appellationem.

Præterea fuit responsum, quod concilium sustulit priuilegia consuetudinis & exemptionis, ideo non potest impediri episcopo exercitium suæ iurisdictionis: Et ita pariter fuit responsum ad septimum de dicto generali,

nerali, quia iste actus est turbatiuus, & propterea decreta Concilij non possunt suffragari Decano.

Ad octauum de Bulla Iulij II. fuit responsum, quod ista Bulla fuit declarata subreptitia, quia non fuerunt verificata narrata, neque potest sustineri in vim nouæ concessionis, vt fuit resolutum coram R.P. D.Blanchetto 2. April. 1591. non obstante decisione in causa Caccisensi, quod bene fuit allegata, & dictum quod Concilium sustulit priuilegia.

Ad nonum de Bulla Leonis X. vltra quod ista priuilegia sunt sublata ex decretis Concilij, fuit responsum, quod licet Decanus supplicauerit Papę, non tamen acquieuit cōcessioni postea secutæ, quia Bulla Leonis habet datam de anno 1514. & de anno 1515. ad instātiam episcopi fuit commissa in Rota, quæ etiam probatur prosecuta ex pluribus commissionibus, de anno 1526. 1530. & 1532.

Ad decimum de literis subsidialibus duobus articulis & commissionibus, & duodecim de inhibitionibus fuit responsum, quod cum causam habeant à priuilegijs, exemptione, sententia, & laudo, non præstant impedimentum episcopo, quo minus possit vti sua iurisdictione ex dictis decretis Concilij.

Non obstat, quod per decretum cōcilij, c. 20. sess. 24. fuit sublata sola iurisdictio inferiorum, qui non habēt neque immemorabilem, neque territorium separatū, & non sunt ordinarij in territorio, præter id, quod episcopus non se fundat in isto decreto, non probatur immemorabilis, neque docetur, quod Decanus habeat iurisdictionem ordinariā & territorium separatum, imò potius probatur contrarium, quia in commissionibus, in quibus est ipse ordinatius, & in priuilegijs concessis asseritur, quod Tudela est diœcesis Tirasonensis, & diœcesis est territorium episcopi, c. episcopum, & ibi Archid. 7. q. 1. Feli. in c. Rudolph. col. 6. vers. est autem diœcesis territorium episc. de rescript. Ideo si opus esset, locus esset huic decreto ad fauorem episcopi.

SERAPHINI.

Cæsaraugustana Exemptionis. Lunæ 13. Iunij 1594.

ARGVMENTVM.

Quod ius exemptionis sit valde considerabile, rationes recensentur.

SVMMARIA.

1 *Regula de non tollendo iure quæsito habet locum in iure quomodolibet quæsito, etiam ex priuilegio.*

2 *Dictio quomodolibet, includit omne ius, etiam minimum.*

3 *Interest valde, vni tantum, & non pluribus subijci.*

4 *Per literas Apostolicas fit reditus ad ius commune. Et quando.*

5 *Clausula de plenitudine potestatis operatur in tertij præiudicium.*

Limitatur tamen nu. seq.

DECISIO DCCX.

Domini steterunt in decisis corā R.P.D. meo Orano. Nam regula de non tollendo † iure quęsito habet locum in iure quomodolibet quæsito, etiam ex priuilegio, iuxta dec. Mohed. 28. tamen super reg. de non tollen. q. 15. circa fi. Gozad. cons. 14. nu. 22. Rol. cons. 2. nu. 23. lib. 4. & dictio *quomodolibet* includit † omne ius etiam minimum, gl. in clem. 2. in verbo quomodolibet delente, ex com. Paris. cons. 58. nu. 10. lib. 1. Quod maxime procedit cum priuilegium exemptionis de quo agitur fuerit obtentum ex causa onerosa, & sic vti in vim contractus, c. si Papa. de priuil. in 6. Felin. in c. nou. n. 8. vers. aut verò priuilegium. Lap. alleg. 96. Mohed. decis. 350. Et non est dubitandum hoc ius esse valde considerabile, quicquid in contrarium deducatur, c. dilectus. de cappell. Monach. cum alijs plurib. iurib. in quibus habetur magis ratio huius iuris, interest enim valde, † vni tantum, & non pluribus subijci. Fel. in c. dilecti. vers. hominib. incertis. de maior. & obed. Put. dec. 31. in fi. lib. 1. maxime cum fuisset diuturnalis super exemptione inter Archiepiscopum, & ecclesiam, quod præbuit iustam occasionem fel. rec. Sixto V. concedendi hoc priuilegium.

Non obstat, quod habere vnum superiorem, quam alium sit res modici momenti, iuxta decisionem allegatam in causa Legionensi, quia in illa causa agebatur de patronis, quorum non valde interetat, an ordinarius, vel Archidiaconus habuerit cognitionem certarū causarum: hic verò agitur de eximenda ecclesia ab inferiori, & subijciendo eam soli Papæ, quod est ius vt dictum est valde considerabile, & cōtrarium dicere contra omnes loquentes in materia exemptionis.

Non obstat, quod per literas secundum D.N. fiat reditus ad ius commune, quia nihilominus intrat regula: nam illud procedit † vt fiat redditus respectu omnium, vt per Sebast. & alios allega. in causa Cauriensi iurisdictionis coram bonæ memoriæ Cantuccio cuius decis. copia datur. Non obstat quod dicitur, regulam non obstare, vbi constat Papam voluisse præiudicare, quia de hoc quæritur an voluerit, & propter protestationem ex regula opposita constat nolle, quibuscunq; vtatur verbis, & dictis, nisi expresse derogetur regulæ, Sarnensis in proœm. d. reg. q. 5. numer. 3. & fuit dictum in causa Burgen. coram bonæ memoriæ Cæsare de Grassis 1575. quæ habetur in titul. de rescript. decisio. 9.

Non obstant Paris & Gozadin. allegati, qui volunt, clausulam *de plenitudine potestatis* † operari in tertij præiudicium, quia hoc non habet locum † in terminis regularum, in qua protestatio tollit consensum, & voluntatem ab actu gerendo, vbi ei non derogatur, & ita nulla alia formula potest introduci per quam possit dici constare de mente Papę, nisi faciat regulæ mentionem, & quod ita decisum fuit coram R. P. Domino meo Blanchetto in vna Mediolanensi fructuum 24. April. 1592. in proprijs terminis huius dictæ Ecclesiæ.

Non obstant auctoritates Sarnensis, Cassad. Veralli, & aliorum, quia fuerunt alias sublata per Rot. dec. coram bonæ memoriæ D. de Grassis. dec. 1. numer. 9. de verborum signif.

Vltimò non obstat aperitio oris, quia cum tota gratia ex allegato defectu corruat, dictæ accessoriæ omnes euanuerunt, & nihil inde deduci potest, quod obsit priuilegio exemptionis, de qua agitur, & ita.

ORANI.

Cæsaraugustana Exemptionis. Mercur. 9. Mart. 1594.

ARGVMENTVM.

Literis exemptionis præsuppositis Ecclesiæ concessis, & liberis reductionis Papæ, an literæ reductionis suffragentur archiepiscopo.

SVMMARIA.

1 *Regulæ de iure quæsito non tollendo, locum habet, vbi tollitur ius quæsitum ex iure speciali, & priuilegiato.*

2 *Reductio ad ius commune quando tollitur ius quæsitum, non est fauorabilis.*

Ampliatur ibid.

3 *Præiudicium modicum infertur per reductionem ad uiam iuris.*

DECISIO DCCXI.

In vna Cęsaraugustana exemptionis fuit dubitatum præsuppositis literis exemptionis à fel. rec. Sixto V. Ecclesiæ de Pilari concessis, & literis reductionis S. D. N. an istæ literæ reductionis suffragentur, D. archiepiscopo. Domini fuerunt concordes in sentētiæ negatiua moti, quia obstat regula de iure quæsito non tollēdo: quæ † locum etiam habet, vbi tollitur ius quæsitū ex iure speciali & priuilegio; Moh. dec. 82. Sarnen. ad regul.

de tollen. iure quæsi. q. 15. in fin. & fuit decisum coram D. Cæsare de Grassis in causa Burgensi iuris sepeliẽdi, vt habetur inter decisiones eiusdem, decis. 193. alias 1. de verb. signif.

2 Nam reductio ad ius commune † quando tollitur ius quæsitum, non est fauorabilis, Neuiza. in sil. nupt. lib. 6. n. 16. & multo minus quando interpretatur contra priuilegium, quod emanauit ad fauorẽ ecclesię de Pilari mediante solutione compositionis, & sic quodãmodo in vim contractus à iure permissi, cap. si Papa. de priuil. in 6. Hoc enim casu regulariter non creditur. Papam velle derogare, Peregr. dec. 119. die 14. Feb. lib. 1.

3 Non obstat, quod per reductionem ad viam iuris modicum † præiudicium inferatur. Ideoq; non dicatur tolli ius quæsitum, ad tradita per Sarnens. q. 12. ad reg. de non tollen. Curt. iun. consi. 1. nu. 22. quia ipsi loquuntur de potestate Principis, quando fit redditus ad ius commune, vt bene fuit responsum in d. dec. 193. nec in contrarium vrget dec. Caputaq. 42. lib. 1. in in. s. nã illa fundatur in dicto Sarnensi, & Cur. iun. vt fuit animaduersum in eadem dec. Burgens. iuris sepeliendi, & aliud est derogare statutis, & priuilegijs pro vna vice, vt in casu Caputaq. 51. par. 3. & alia Caputaq. iurisp. coram Seraphino, siquidem in illis non tollebatur priuilegium, sed aperiebatur os aduersum clausulam, quod de surreptione dici non posset.

M A N T I C Æ.

Clusina Exemptionis. Lunæ 18. Febr. 15 9.

A R G V M E N T V M.

Quod qui non probat, se fuisse in quasi possessione tempore motæ litis, in iudicio retinendæ possessionis, non potest obtinere.

S V M M A R I A.

1 *Iuris est notissimi, probari debere eum, qui agit, possedisse tempore litis motæ.*

2 *Possessio antiqua præsumitur continua, quando quis asserit, se possidere.*

Intellige vt num. seq.

4 *Qui non appellat ab edictis propositis, tacito consensu intelligitur ea approbasse.*

5 *Particulares præiudicium facere non possunt.*

D E C I S I O DCCXII.

CAusam proposui super eisdem, & Domini in vtroque capite idem censuerunt. Quod attinet ad primum capit, illa fuit ratio, quod Clusini non probãt se fuisse in quasi possessione tempore motæ litis in mensibus supradictis, ergo in hoc iudicio retinendæ possessionis nõ possunt obtinere, quia notissimi iuris est, pro-

1 bare debere † eum, qui agit, possedisse tempore litis motæ, §. retinendæ. Instit. de interd. Bart. in l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti possid. Alexand. cons. 92. nu. 4. lib. 1. & consil. 136. num. 7. lib. 1. Couarr. pract. quæst. c. 17. num. 7.

Nec obstat, quod antiqua possessio præsumatur con-

2 tinua, † quando quis asserit se possidere. Bald. cons. 438. nu. 1. lib. 1. Ruin. cons. 18 nu. 16. lib. 4. Put. dec. 17. lib. 2.

3 quia hoc sane intelligitur † nisi appareat, eius possessionem fuisse interruptam. Bar. in l. 1. §. vltim. vti possidet. Fulgos. in cons. 149. sub n. 1. Alexand. cons. 88. n. 18. lib. 5. Ceterum ex edictis ab Illustrissimo Domino Ascanio propositis anno 1560. & duobus sequentib. quod ecclesiæ baculus debeat canibus ad collum apponi, sub certa pœna, apparet possessionem Clusinorum fuisse interruptam, quia constat contrafacientes pœnam soluisse, & consequenter huiusmodi edicta effectum habuisse, ergo non potest dici continuata eorum possessio, vsq; ad tempus litis motæ. Præterea cum ipsi Clusini ab edictis appositis non appellauerint, tacito consensu in-

4 telliguntur ea † approbasse, l. ab eo, C. quando & quomodo iud. & consequenter ex huiusmodi patientia videntur etiam possessionem, si quam haberent, amisisse, Bar. in l. 1. §. huius autem, n. 3. vers. 2. ff. vti possid. Balb. de præscr. 4 par. 5. part. principalis. quæst. 5. nu. 4. Rip. in l. quo minus. num. 153. ff. de flum. Natt. cons. 522. n. 15. in fin. & 16.

Neque etiam refragatur, quod pœna fuerit soluta à

5 particularibus, qui † non possunt facere præiudicium vniuersitatis. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nomine, quia similiter per testes Clusinenses probatur possessio singulorum, non autem ipsius vniuersitatis, quia non apparet Canenses fuisse retentos ab vniuersitate vel ex mandato vniuersitatis. Corneus cons. 299. nu. 7. l. 1. & cons. 46. num. 11. & seq. lib. 3. & cons. 63. nu. 2. & seq. lib. 4. Paris. cons. 27. num. 104. cum seq. & cons. 11. num. 60. in fin. cum seq. lib. 1. Natta cons. prædicto 522. num. 15. Vel saltem negari non potest, quin eorum possessio sit turbida, & ideo non debet eis concedi mandatum de manutenendo in dictis mensibus, sed videndum est de bono iure. Caputaq. decisio. 700. lib. 2.

P A M P H I L I I.

Veronensi Exemptionis Ven. 27. Maij 1594.

A R G V M E N T V M.

Consuetudo immemorabilis cognoscendi causas criminales, probari debet.

S V M M A R I A.

1 *Episcopus habet de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in tota sua diœcesi.*

2 *Consuetudo immemorabilis per scripturas non probatur.*

3 *Confessiones Episcoporum non præiudicant successoribus.*

4 *Quasi possessio cum nullam habeat iuris, vel concilij resistentiam, est manutenibilis.*

D E C I S I O DCCXIII.

DOmini quantum ad cognitionem causarum criminalium, & matrimonialium, dixerunt, dandum esse mandatum de manutenendo Illustrissimo Cardinali, quia licet ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 20. §. ad hoc præseruetur Decano & Capitulo, seu alijs inferioribus immemorabilis consuetudo cognoscendi causas criminales, & matrimoniales, ista tamen immemorabilis à Capitulo non est adhuc probata, & dum probatur, episcopus solus debet istam iurisdictionem exercere, vt fuit resolutum per Illustrissimos Dominos Sacri Concil. interpretes: habet enim

1 episcopus † de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in tota sua diœcesi. cap. conquerendum. de offic. ord. c. cum episcopus. eodem titul. libr. 6. c. omnes basilicæ. 17. quæstio. 7. & ex hac iuris assistentia, etiam non aliter probata quasi possessione dandum est ei mandatum de manutenendo, c. cum personæ. §. fin. cum ibi notatis, de priuileg. in 6. Caputaq. decis. 306. part. 1. & decis. 201. pat. 2. 10 impressis. & fuit resolutum de anno præterito, in causa Bononiensi Sancti Petronij, coram Domino meo Mantica, & alias sæpius.

Non obstat, quod pro parte Capituli prætendatur probata immemorabilis, quia super illius probatione adhuc pendet remissoria, & non dicitur ad hunc effectum legitime probata, donec de ea constet per tres sententias conformes, vt habetur in supradicta resolutione Congregationis Concilij, vltra quod quatenus Capitulum nititur confessione Illustrissimi Domini Cardinalis in responsione ad positiones, illa non adest, nam interrogatus de quasi possessione Capituli decem, vel viginti annorum, respondit illam esse de facto, & contra ius, & quoad contrariam, & immemorabilem contentam in alijs positionibus dicit illam ignorare, quatenus verò nititur priuilegijs, & scripturis, notissimum est, per eas non pro-

2 bari † immemorabilem. Ioann. Andr. in c. 1. in fin. de

præ-

præscript.in 6. Alex.cons.16 nu.17.lib.5. maxime cum in eis adsint tantum confessiones episcoporũ, quæ non 3 præiudicant † successoribus,& ecclesiæ, gl.Abb.Felin. & alij in c.fin.de præscr. Federic. de Sen.cons.143. nu. 42.Angel.cons.245. num.8.cum similibus.

Non obstat,quod in decisione facta in causa concludendi iurisdictionis coram Domino Mantica dictum fuit decretum Concilij non loqui de Decano,sed de alijs inferioribus,quia illud ibi obiter dictum fuit, & in contrarium adest prædicta resolutio congregationis, quæ expresse loquitor de Decano, & Capitulo, in quibus adest eadem ratio aliorum inferiorum.

Non obstat decisio in causa Palentina iurisdict. coram Illustriss. Lancelloto, quia in eo casu fuerat probata immemorabilis de qua hic non constat saltem per tres sententias,prout dicta resolutio requirit.

Quantum verò ad ius conferendi, de quo cõcilium non loquitur, fuit dictum dandum esse mandatum de manutenendo Capitulum, quia ex pluribus collationibus effectuatis constat de eius quasi possessione, quæ 4 † cum nullam habeat iuris & Concilij resistentiam,est manutenibilis. §.retinendæ. Institut. de interd.l.1. vbi Bart.ff.vti possid.& cum vulg.

ORTEMBERGII.

Nanicensis Canonum.7. Feb.1601.

ARGVMENTVM.

Sententia dicitur esse nulla ex defectu iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Index delegatus non habet facultatem committendi causas extra curiam.*

2 *Index quando processit vt delegatus, non potest dici sententiam sustineri in vim prorogationis.*

3 *Quando constat de bono iure,sententia nulla potest confirmari, parte non opponente.*

DECISIO DCCXIV.

IN hac causa concluserunt Domini, sententiam Gubernatoris Interamnen. esse nullam ex defectu iurisdictionis.

Quia Gubernator pronunciauit vti iudex delegatus 1 ab A.C.quod non habet facultatem committendi † causas extra curiam,Aegid.dec.220.& dec.507.

Nec potest dici sententiam sustineri in vim prorogationis iurisdictionis, l.1. C. de iurisdict. omn.iud. quia 2 Gubernator processit vti † delegatus. Paul.de Castr.in l.1.nu.5.vers.tu distingue. C. qui pro sua iurisdictione. Vltra quod non probatur speciale mandatum, qui probauit iurisdictionem,quod est necessarium ad prorogandam iurisdictionem. c.cum olim Abbas. de offic. deleg. Socinus senior cons.193.nu.7.

Non obstat,quod quando constat de bono iure sen-3 tentia † nulla potest confirmari, quia hoc non procedit parte opponente. Caputaq.dec.266.in manoscr.lib. 1.Cæsar de Grass.dec.9.o.12.de causa poss.& propriet.

Et dummodo non sit ex tribus, vt in Bulla Pij IV. quia hic adest defectus iurisdictionis.

PAMPHILII.

Veronensis Exemptionis Ven.27.Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Concordie confirmatæ à Papa in forma communi, tum qua concurrit consuetudo immemorabilis, derogatum est à Concilio Tridentino.c.6.sess.25. de reform.

SVMMARIA.

1 *Episcopus Veronensis de iure habet fundatam intentionem super iurisdictione contra omnes ecclesias & personas suæ diœcesis.*

2 *Priuilegia obtenta ab Episcopis, & concordia cum ipsis inita, suos auctores non egrediuntur.*

3 *Papa non potest dici facere ex certa scientia nec cum causa cognitione, si non habeat notitiam capitulorum super iurisdictione initorum.*

4 *Concilium Trident. expresse derogat consuetudinib. etiam immemorabilibus.*

5 *Verum non est, quod in eadem ciuitate possint esse ecclesia, & Canonici immediate subiecti iurisdictioni alterius ordinis.*

DECISIO DCCXV.

FVit resolutum, constare de exemptione Capituli, & Canonicorum Veronensis à iurisdictione episcopi ex pluribus concessionibus diuersorum Episcoporum, Veronensis vnà cum concordia inita cum Petro olim episcopo per Eugenium IV. ac etiam ex consuetudine immemorabili,ac alijs deductis in articulis Canonicorum,qui in hoc dubio sine præiudicio vere præsupponuntur pro veris.

Quantum verò ad secundam partem dubij, An ista exemptio suffragetur capitulo in casu,etiam ad effectũ, de quo agitur,Domini cum præsupposito,quod Illustr. Dominus meus Cardinalis episcopus Veronensis, qui 1 de iure habet fundatã † intentionem super iurisdictione contra omnes ecclesias & personas suæ diœcesis, c. omnes basilicæ 16. q.7. cum episcopus de offic. ordin. in 6 sit proprius,& immediatus prælatus,& ordinarius Capituli dixerunt exemptionem Capituli non suffra-2 gari, cum priuilegia obtenta † ab episcopo, & concordiæ cum ipsis initæ suos auctores non egrediantur, c. veniens. de transact. Soc. sen.cons.242. nu.1. cum seq. Cald.cons.12. de reb. eccl.non alien. Abb. in c.cũ olim. nu.4.de priuileg.Dec.cons.152.cum alijs alleg.

Quod etiam statutum fuit per Concilium Trident. sess.6.c.4.& sess.25.c.6.quod habet locum non solum in Capitulis exemptis,sed etiam in non exemptis,qui cõsuetudinib. sententijs, iuramentis & concordijs, quæ tantũ suos obligent auctores, prætendant se tueri,quo minus ab episcopis visitari, corrigi, & emendari possint, vt alias fuit resolutum in causa Gadicensi Adiunctorum sub die 14.Feb.& vltra eiusdem anni 1583.coram bon.mem. de Rubeis.

Neque obstare, quod concordia fuerit confirmata per Eugenium, quia cum in ea non sit insertus tenor priuilegiorum concessorum ab episcopis, ad quæ se refert concordia, ita quod Papa potuisset habere notitiã Capitulorum,super iurisdictione initorum, non potest 3 dici facta † ex certa scientia, nec cum causæ cognitione, c.penultim. vbi Dec.n.1.& in Rub.n.2.de confirm. vtili vel inutil. Aret.cons.15. nu.5. Alexand. cons.129. sub nu.5. lib.6.Soc.cons.258.nu.9. lib.2. Parisius cons.3.n. 43.lib.4. Ruin.cons.127.nu.7.libr.4. & fuit resolutum in causa Abulen.iurisdictionis sub die 20.Ian.1588. coram Dom.meo Orano, & alias sæpius. Et tanto magis, quod fuit obtenta ad superiorem solius Capituli,quod omnino excludit causæ cognitionem. Hostien.in summa titol.de confirmation.vtil.vel inutil. §.qualiter fauerur. vers.hoc teneatur. Antonius de Burtio.c.penult. vers.in quantum gloss.eodem titul. Bald. cons.475.nu. 3.lib.1.& in Margar. in verbo confirmatio ex contrac. Calcan.cons.30.n.7. & dictum fuit cum prædicta causa Abulen.

Quo fit, vt ista remaneat simplex confirmatio in forma communi,quæ nihil de nouo tribuit, & est sublata per Concilium, quod iuxta intelligentiam ei datã per Illustrissimos Dominos Cardinales interpretes Sacri Concilij, præseruat tantum concordias confirmatas ex certa scientia,& cum causæ cognitione.

Non obstat consuetudo immemorabilis contenta in articulis Capituli, quia illa est sublata per Concilium Trident.quod in cap.6.session.25. expresse derogat cõ-4 suetudinibus † & immemorialibus,& procedit etiam, quod simul concurrant confirmatio immemorabilis, concordia, & confirmatio Papæ in forma communi, vt tenuerunt prædicti Illustrissimi Domin. Cardinales de anno præterito in causa Conchea iurisdictionis, quæ iuxta prædictam resolutionem fuit in Ro-

ta per Dominum meum Manticam expedita.

Et hæc dixerunt Domini de plano procedere, stante præsupposito per quod Illustrissimus Dom. Cardinalis Episcopus Veronensis sit proprius, & immediatus ordinarius Capituli, quod sicut prætenditur Capitulum in suis articulis Patriarcha Aquileiensis est immediatus Ordinarius Capituli, prout esse potest, cum non 5 sit verum, quod † in eadem ciuitate possint esse Ecclesiæ & Canonici immediate subiecti iurisdictioni alterius Ordinarij, ad nota. per Alb. in capit. super eo. nu. 6. de Paroch. Gemin. in c. statutum. §. cum vero. num. 3. de rescrip. in sext. Cald. cons. 6. de donation. & probatur in c. cum olim, & in c. audiris. de præscrip. vbi Abb. præscribit iura episcopi in certa Ecclesia, tunc dixerunt Domini, maturius esse cogitandum, & voluerunt, quod si ista subiectio capituli erga Patriarcham fuit ab ipsa prima ecclesiæ erectione, particulariter dubitetur, an ista exemptio suffragetur Capitulo, quod si non fuit ab erectione, sed ab aliquo tempore ab episcopis in Patriarcham translata, consulta Sacra Congregatio super interpretatione Concil. An in hoc casu habeat locum Concil. quod loquitur de his episcopis.

Congregatio Concilij censuit concordiam confirmandam à Papa in forma communi, cum qua concurrat consuetudo immemorabilis, fuisse à Concilio Trident. c. 6. session. 25. de reform. derogatum.

M E L L I N I.

Mediolanensis Bonorum. Lunæ 28. Mar. 1594.

A R G V M E N T V M.

Constitutioni Eugenianæ locum non esse, quantum in c. proposito. Et cur id fiat.

S V M M A R I A.

1 *Remedium l. diffamari non competit ei qui non possidet.*

2 *Statutum Mediolanense de continuanda possessione de se in hæredem, non habet locum in bonis, quæ a defuncto naturaliter tantum possidebantur: neque quando possessio est apud defunctum ex causa de sui natura non transitiua. num. 3.*

D E C I S I O DCCXVI.

DOmini resoluerunt, non esse locum constitutioni Eugenianæ, quantum ad fratres de Porris: quia Eugenia habet locum ad fauorem Curialis solum in causis in quibus est reus, & in isto iudicio Dom. Io. ann. Baptista est actor, quum petat manuteneri, & sibi restitui bona sublata.

Non obstat, quod intentauit remedium l. diffamari, & consequenter dicitur reus, quia ad istum effectum debet docere de sua possessione, cum hoc remediū non 1 † competat ei, qui non possidet, Bald. in l. 3. nu. 2. C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255. num. 10. Gabr. de actio. conclus. 6. num. 38. & fuit resolutum in causa Toletana diuersæ partis 27. Iun. 1584. coram bonæ memoriæ D. episcopo. & de ista possessione non constat, imò probatur possessio fratrum.

Nec obstat statutum Mediolanense de continuanda possessione defuncti in hæredem, quia non habet lo- 2 cum in bonis, quæ † à defuncto naturaliter tantum possidebantur Imol. in cons. 16. colum. 2. Ias. cons. 147. nu. 3. lib. 2. & in terminis bonorum feudalium, & emphyteuticorum. Tradunt Corneus cons. 173. in vltimo dubio, lib. 2. Iason. cons. 152. circa principium, & colum. vltim. lib. 4. Rub. Alexandr. cons. 151. & fuit decisum in causa Imolensi bonorum 10. Aprilis, 1592. coram R. P. D. Pamphilio, & tanto magis stante pacto apposito in instrumento locationis, quod bona locata nō transeant ad hæredes. Vnde succedit alia limitatio, quod 3 huiusmodi statuto † non est locus, quando possessio est apud defunctum ex causa de sui natura non transitiua ad hæredes, Alexand. cons. 153. num. 4. lib. 2. cum alijs allegatis.

O R A N I.

Burgensi Iurisdictionis S. Ioann. Ven. 20. Decemb. 1598.

A R G V M E N T V M.

Argumenti summa per se patet.

S V M M A R I A.

1 *Iurisdictio quando per priuilegium alicui datur, in gratiam illius cui conceditur, priuatiue concessa censetur.*

2 *Consuetudo immemorabilis quomodo probetur.*

3 *Abbas exemptus licet sit negligens, nihilominus non potest Episcopus eius negligentiam supplere.*

4 *Iurisdictio cumulatiua solum habet locum in Abbate seu alio Prælato Episcopo subiecto.*

5 *Stante obseruantia antiqua cognoscendi causas criminales, semper censetur iurisdictio competere priuatiue.*

6 *Priuilegium quando datur alicui particulari, censetur datum cumulatiue, & non priuatiue.*

7 *Locus exemptus non est de iurisdictione Episcopi.*

D E C I S I O DCCXVII.

FVit resolutum, D. Abbati monasterij S. Ioann. competere iurisdictionem, de qua agitur priuatiue ad d. archiepiscopum Burg. Nam priuilegium Sixti IV. moderno, & pro tempore existenti Priori d. monasterij conceditur, quoscunque clericos, etiam dictæ ecclesiæ filios patrimoniales ad eidem ecclesiæ deseruiendum per priorem deputatos & conuentum admissos, si eorū demerita exegerint, suspendere, excommunicare, priuare seu mulctare, vel alia perpetua pœna punire decernendo priorem, & conuentum super possessione huiusmodi per quoscunque quouis quæsito colore molestari non posse. Quando enim iurisdictio per priuilegiū 1 † alicui datur in gratiam illius cui conceditur, priuatiue concessa censetur. Ang. cons. 372. num. 4. vers. 4. fallit. Afflict. decis. 41. Gram. dec. 3. numero 12. Aym. consi. 1041. numero 31. & 33. in fi. Menoch. de præscript. lib. 2. præscript. 18. num. 23. Præsertim si ad petitionem partis, vt hic, non autem motu proprio fuerit concessa. Bartol. in auth. habita. num. 59 vers. & aduerte in causa visitatorum, C. ne filius pro patre, quem sequitur Aret. cons. 102. num. 2. Sed tanto magis, quoniam Albert. siue prior nedum prætendit iurisdictionem excepto priuilegio Sixti, sed etiam immemorabili enunciata in sententia lata 1476. in qua habetur, quod ecclesia S. Adelelmi sita prope monasterium S. Ioann. pertinet, & spectat ad dictum Monasterium & ad Priorem, & Monachos illius pleno iure in spiritualibus, & temporalibus, prout fuit & est ab immemoriali citra absq; alicuius contradictione & altera sententia de an. 1495. publicata in iudicio sine lite introducta inter Abbatem & Conuentum ex vna, & Clericorū dictæ ecclesiæ S. Adelelmi Abbatis seu prioris S. Ioann. visitationi, & correctioni subiectos esse.

Cuius etiam postea per fel. record. Paulum Papam III. de ann. 1544. accessit confirmatio: certum est enim, 2 quod immemorabilis † altero horum modorum probatur, 1. mediante præscriptione, siue cursu temporis, 2. per enunciatiuas ad antiquas ad Put. dec. 209. 912. & 3. lib. 2. Quod & eo etiam casu competat inferiori iurisdictio priuatiua, c. post. vbi Dd. de off. ord.

Ac demum, quia priuilegia exemptionis cōcessa per Eugenium IV. Congregationi Cassinensi, quibus eximit Abbates, Priores, Monachos, & eorum Cappellanos ac omnes, & singulas ipsorum ecclesias, fuerunt cōmunicata per Papam Iul. III. congregationis Vallisoleti, vnde sequitur quod Abbas S. Ioan. est exemptus, & quod ordinarius nullam possit in eum & ecclesias sibi subditas prætendere iurisdictionem, vt est tex. in c. fi. & ibi gloss. in verbo corrigere. de off. ord. vbi dicit, quod 3 quamuis Abbas † exemptus esset negligens, nihilominus non posset episcopus eius negligentiam supplere, quia nullam penitus habet iurisdictionem.

Idem tradunt Hostiens. ibi num. 4. Anch. sub num. 2.

Ant.

Aut. num. 13. Card. vers. secundo oppono. Abb. nu. 6. Fel. num. 4. & idem habetur in cap. cum episcopus, vbi glos. in verbo exempto. eod. titit. lib. 6. Et fuit resolutum in vna Salamantina iurisdictionis coram R.P.D. 4 meo Decano, siquidem cumulatiua iurisdictio solum habet locum in Abbate seu alio Prælato episcopo subiecto, Abb. in c. pastor, nu. 6. de off. ord.

Quibus omnibus accedit obseruantia satis antiqua cognoscendi causas criminales, & visitandi clericos pri- 5 uatiue ad Archiepiscopum, qua stante † semper censetur iurisdictio competere priuatiue, Fel. in d. c. pastoralis, nu. 5. Ferr. cons. 42. num. 12.

Non obstant in contumaciam allegata: nam primũ quod priuilegium Sixti non sit bene compulsatum, est extra dubium, & præsupponitur tale, vltra quod stante eius obseruantia subsequatur, etiam quod esset copia, dummodo sit adminiculata. probat Caput. decis. 234. PP.

Secundum, quod pro non vsu fuerit amissum, tollitur, ex eo, quod non constat de non vsu, & in dubio præsumitur vsu receptum, iuxta dec. Mohed. 90. & Crescen. 79. Maxime, quando vsus priuilegij à priuilegiato allegatur, sicut soleonitas extrinseca præsumitur, quando ab eo allegatur, in cuius fauorem præsumptio oritur. Alex. cons. 9. nu. 11. lib. 3. Ruin. consil. 23. num. 10. lib. 30.

7 Tertium verò, quod quando priuilegium † datur alicui particulari, censetur datum cumulatiue, & non priuatiue, ad ordinarium, iuxta c. per hoc de hær. lib. 6. facile euitatur dum distinguitur, vt priuilegium iurisdictionis detur materia vel personæ, vt primo casu censeatur datum cumulatiue, quia in odium delicti, vt scilicet facilius per plures iudices puniatur, altero casu putatiue censetur datum, vt per Angel. & alios supra allegatos.

Nec subsistit replicatio, quod iurisdictio priuatiue intelligatur concessa respectu loci exempti, non autẽ personæ: nam eadem ratio militat, siue exemptio detur loco sine personæ: locus enim exemptus non 7 est amplius de iurisdictione episcopi, vt nec persona exempta.

Præterea illa iurisdictio satis dicitur competere ratione loci, cum prætendatur, ecclesiam pleno iure subiectam Abban, & Clericos sæculares illius ecclesiæ.

Pariter vltimum oollius est momenti, quod enim sententiæ antiquæ non fuerint latæ cum episcopo, nihil ad propositum facit, quia Abbas vtitur illis tanquam scripturis antiquis, & enũciatiuis habentibus vim famæ, quia si sententiæ fuissent latæ cum episcopo, superflua fuisset hæc disputatio.

LANCELLOTTI.

Romana Præcedentiæ. Merc. 24. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

In materia præcedentiæ antiquitas attenditur, ita vt illa religio, quæ est prior in institutione, præcedere debeat minus antiquam.

SVMMARIA.

1 *Antiquitatis ratio habetur in materia præcedentiæ.*
2 *Historicis ecclesiasticis in materia antiqua creditur.*
3 *Præcedentia in materia consuetudini defertur.*

DECISIO DCCXVIII.

1 CVm in hac materia attendatur antiquitas, vt illa religio, † quæ est prior in institutione & approbatione, præcedere debeat minus antiquam. gloss. in c. quorundam. in verbo prædicator. de elect. lib. 6. l. honores. cum ibi notatis. ff. de decur. l. fin. vbi notant Doctores. C. de bonis quæ liber. l. 12. Chassan. in Catal. glo. mun. par. 4. consider. 52. vers. 5. ergo modo. cum alijs per Thob. Non. consil. 71. nu. 35. & fuit dictum in causa Oriolensis præcedentiæ 10. Martij huius anni, coram Reu. Patre Dom. Litta.

Domini dixerunt, Monachos trium Fontium, & S. Crucis in Hierusalem debere præcedere Monachos S. Eusebij, ex quo eorum ordo, qui est Cisterciensiũ, fuit prius institutus, & approbatus. etenim illum instituit S. Robertus Monachus Sancti Benedicti sub eiusdem S. Benedicti regula, anno Domini 1098. Chassa. in Catal. glo. mun. par. 4. consid. 58. & paolo post Vrbanus II. approbauit, vt vltra alios refert Platina, in vita eiusdem Vrbani II. in fi. & in hoc non fuit opus insistere, cum quia ex Bullis, & historijs clarum reddebatur, tum quia Informantes pro Monachis S. Eusebij id admittere videbantur, & solum ostendere conabantur eorundem ordinem, & anteriorem, quod tamẽ Dominis non placuit. Namque iste ordo, qui est Cælestinorum, fuit per ducentos annos, postea à Sancto Petro Meroneo, qui fuit Papa Cælestinus V. institutus sub eadem regula S. Benedicti. Chassan. in Catal. glor. mun. par. 4. consideratione sexagesima. & præter relatos ab Informante tradit Hieronymus Roma. de repub. lib. 6. cap. 18. Alphonsus Mesca in historia Pontific. lib. 5. cap. 48. in fi. Qui ordo quamuis tam ab eodem Cælestino in suis Bullis, quàm ab alijs dicatur ordo Sancti Benedicti, tamen est non proprie ordo Sancti Benedicti, sed ita appellatur, quia monachi seruant regulam Sancti Benedicti, & non quia fratres sint eiusdem ordinis, quia re vera ordo est distinctus, & separatus, cum sub ordine Sancti Benedicti quibusdam constitutionibus, seu statutis appositi sint plures ordines distincti, vt refert Chassan. dicta par. 4. consid. 18. inter quos est ordo Cisterciensium, & ordo Cælestinorum. Idem refert Pelagius de Planta ecclesiæ lib. 2. cap. 23. Tritemius de viris illustribus ordinis Sãcti Benedicti. lib. 1. cap. 3. & Paulus Motegius de ordinibus Religionum, qui omnes sub ordine Sancti Benedicti ponunt primo Cisterciẽses, & deinde Cælestinos, 2 quibus historicis † in materia antiqua creditur, l. 1. ff. de offic. quæsto. c. inter dilectos. vbi Fel. nu. 12. & alij de fide instrum. not. Doct. in l. 1. & ibi Rip. oum. 73. ff. si cert. pet. & fuit non semel dictum in causa Valentina decimarum coram R.P.D. meo Pamphilio.

Et ista veritas comprobatur ex eadem Bulla Cælestini V. in qua se fundant Monachi Sancti Eusebij. Nã in ea datur facultas recipiendi sæculares, & alios Clericos in istum ordinem, & ordinatur, quod recepti non possint ordinem relinquere, nec non quomodo debeat eligi Abbas generalis, quæ omnia ostendũt, quod non sint ordinis Sancti Benedicti, & conueniunt instituendi noui ordines. Vnde si erant Monachi eiusdem ordinis Sancti Benedicti, non debebant eligere proprium Abbatem generalem, sed debebant stare sub obedientia generali ordinis Sancti Benedicti, nec erat necessaria facultas accipiendi clericos, quia iam aderat in ordine Sancti Benedicti.

Rursus in ea statuitur, quod fiat Capitulum generale annis singulis, vbi ordinis, & locorum secundum S. Benedicti regulam facta tractentur, ex quibus apparet, quod ordo erat separatus, & id confirmat diuersitas habitus, & nominis.

3 Non obstat consuetudo, cui † in hac causa defertur, quia vltra quod stantibus supradictis aliqui ex Dominis credebant illam non reuelari, hic non probata talis consuetudo, quod in processionibus consueuerint præcedere Monachi Sancti Eusebij. Nam licet ipsi fuit in processione, tamen fuit acquisita per vnicum actum, qui non est sufficiens ad inducendam consuetudinem.

Quantum ad librum, seu Rolum Illustrissimi Vicarij, in quo in loco digniori reperiuntur descripti isti monachi, iste Rolus est factus ad effectum tollendi controuersias, & dispensiones in processionibus, nec tribuit aliquot ius, neque per illum intendit Vicarius præiudicare partibus, & antiquitati, ac præcedentiæ religionum.

ORTEM.

ORTEMBERGII.

Caputaq. Iurisdictionis, Lun. 9. April. 1601.

ARGVMENTVM.

Rectores & presbyteri Ecclesiæ sunt subiecti iurisdictioni Episcopi, coram quo sponte comparuerunt.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio non præsumitur in modicis impensis.*

2 *Sententia, quæ non habent diem neque annum, non sunt in forma probante.*

3 *Sententia quando notorie est iniusta, non potest facere transitum in rem iudicatam.*

DECISIO DCCXIX.

DOmini concluserunt, solum episcopum Caputaq. habere intentionem suam fundatam in dispositione iuris communis exercēdi iurisdictionem in omnes personas ecclesiasticas suæ diœcesis, c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. conquerente. extra. cum episcopus. de off. ord. in 6. Caputaq. dec. 306. par. 1. & 701. par. 2.

Habet enim episcopus fundatam intētionem suam in indulto de anno 1562. confirmato à Sede Apostolica ad instantiam ipsius rectoris ecclesiæ Beatæ Mariæ oppidi Diani archipresb. & presbyterorum, quod ligat etiam successores. c. veniens. de transact. & in leuibus tantum concedit iurisdictionem Domino Rectori, secus verò in grauibus.

Nec est, quod reuocetur in dubium huiusmodi indultum, cum de eo attestetur ipse Papa, cui in hoc creditur cum narret factum proprium, vel saltem alienū secum gestum, Imol. in Clem. literis. ad fin. de probat. & fuit resolutum coram Reuer. Patre D. Seraphino in causa Salamantica iurisdictionis de Saldagna 23. Iunij 1589. coram Cardinale Platto.

1 Et tanto magis, quia etsi in modicis impensis † non præsumatur ratificatio, Card. cons. 28. num. 4. Gemin. cons. 33. nu. 13. ver. 3. falsitas. Mohed. decis. 5. de præsumpt. tamen impensæ magnæ factæ in expeditione operantur vt expeditio facta præsumatur de mandato illius, qui pro donatore nominatur. Cassad. decis. 3. num. 4. de procurat. Mohed. d. decis. 3. de præsumpt. Sarn. in reg. de annal. quæst. 32. circa medium. ver. Rota tamen & de triennali. quæst. 30. versic. secus tamen.

Ex altera parte Rector ad fundandam suam intentionem deberet niti priuilegio, vel præsumptione. De priuilegio non docetur præscriptio allegata, sed non concurrunt eius requisita.

Non obstant quatuor sententiæ. Nam etsi sufficiant tres sententiæ conformes Canoni dantes immemorabilem, tamen hic non adsunt tres conformes super immemorabili, quia in duabus prioribus quæ propriè dici possunt sententiæ, nullum verbum legitur de immemorabili.

Et siquidem adducuntur ad effectum, vt ex ijs resultent confessiones episcoporum, non releuant, nec possunt ecclesiæ præiudicare, Abb. in c. fin. num. 43. & ibi Felin. num. 11. de præscript. & fuit dictum in causa Veronensis iurisdictionis 15. Martij 1596. coram Reu. Patre Dom. meo Pamphilio.

Non potest etiam in eisdem sententijs fieri fundamentum, quia non sunt in forma probanti, cum non 2 habeant diem † neque annum, nec de eis rogatus est Notarius, & quia dum prima loquitur de causis criminalibus, vel est intelligenda de leuibus iuxta formam indulti episcopi Verall. à Sede Apostolica confirmati, vel est dicendum ab ea fuit recessum etiam de partium consensu, nec fuisset obseruatam prout cōstat ex actibus subsequutis, & processibus productis in actis, & in Summario, ex quibus apparet, quod ipsimet rectores, & presbyteri dictæ ecclesiæ sunt subiecti iurisdictioni episcopi, coram quo comparuerunt sponte, vt constat ex querelis porrectis testibus examinatis, ex diuersis decretis desuper factis, quæ omnia sunt acta post dictam sententiam: quare inde non potest inferri quadragenaria cum titulo, de quo aliter non cōstet, cum actus probati accipiant ab anno 15‥5. & sic ante completam præscriptionem interruptam per ipsos, minusve immemorabilis per supradicta, tum quia cū 3 sit notoriè † iniusta, nō potuit facere transitum in rem iudicatam, Rot. decis. 311. num. 2. par. 2. diuers. & si supradicta sententia iusta fuisset, & effectum habuisset, non impetrasset indultum.

Præterea hæc sententia valde differt à posterioribus, siquidem illæ excipiunt causas Hæresis, monetæ, Assassinij, homicidij, in quo plurimum conformantur cum dicto Indulto. Papa vero Rectori defert omnes, & singulas causas tam ciuiles, quàm criminales, motas, & mouendas, quæcunque & qualescunque sint, ex quo non obseruantia eius euidenter elicitur.

De secunda verò sententia maior est habenda ratio, cum sit recentior, & eodem modo laboret.

Aliæ duæ non sunt sententiæ propriè, sed declarationes & confessiones episcoporum.

Et quidem in specie vltima, de qua potissimum agitur, non nocet moderno episcopo, eius auctori, quia clare constat de errore per transactionem initam cum episcopo Verallo per Sedem Apostolicam confirmatum, & ex alijs actibus contrarijs. Rot. Diuersor. decis. 1166. num. 2. lib. 3.

Et cū aliunde non iustificetur titulus Rectoris, ideo potuit reuocari, cū agatur de alienatione iurisdictionis per talem confessionem, maxime quia facta est absque beneplacito Sedis Apostolicæ in præiudicium ecclesiæ. c. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alien.

EIVSDEM.

Eadem Luna 27. Ianuarij 1603.

ARGVMENTVM.

Non habet fundatam intentionem, qui neque præscriptione, neque priuilegio nititur.

SVMMARIA.

1 *Episcopus non potest præiudicare successoribus suis, & Ecclesiæ.*

2 *Priuilegium fundatum in narratiua partis, idque de facto alieno, non probat.*

3 *Concessio episcopi dat titulum, vt præscribi possit.*

DECISIO DCCXX.

FVit alias resolutum, Rectorem oppidi Decani Caputaquensis diœcesis, non habere fundatam intentionem suam contra episcopum, quoad iurisdictionē, cum neque præscriptione, neque priuilegio nitatur, prout de præscriptione tunc satis ostensum, & sæpius approbatum fuit. Postea verò productum fuit nouum quoddam priuilegium, & seorsum discussum, licet esset manuscriptum, de cuius originali non constat, destitutum omnibus solēnitatibus & requisitis, de quibus per Doct. in c. cum publicus Tabellio. de fide instr. & in Auth. si quis in aliquo. C. eod. tit. quæ fuerunt late deducta in Burgens. Iurispatr. Ven. 18. April. 1597. coram bonæ memoriæ Gypsio. Attamen etiamsi esset in forma probāte dictum fuit ne sic quidem esse dignum consideratione, quia fuit cōcessum ad nudam assertionem Rectoris à solo episcopo, qui non potuit præiudi- 1 care † successoribus & ecclesiæ, ita vt non habeat locū, quod pro parte Rectoris allegabatur, in hoc priuilegio exemptionis, enunciati principaliter propter se, in eum finem, vt ab episcopo confirmetur, atque ideo probare Doct. in l. ex hac scriptura & ibid. Bart. num. 7. de donat. Ias. in l. ex his verbis. num. 1. C. de testamen. milit. Ant. de Butr. in c. fin. nu. 29. de successi. ab intest. Nam 2 priuilegium est fundamentum in narratiua † partis, idque de facto alieno, quo casu non probat, etiamsi Papa se fundaret super talibus narratis, Caputaq. decis. 33. parte 2.

Et tanto magis, quia non est nouum priuilegium,

sed

sed renouatio, & simplex confirmatio in forma communi, nullum ius de nouo tribuens, parum vel nihil operando, Cassad. decis. vn. num. 2. de confirmat. vtile vel inutile.

Non obstat clausula, ex certa scientia, in fine apposita, quia ex priuilegij tenore apparet, nullam fuisse adhibitam causæ cognitionem, ideoque nihil releuat, Gozad. cons. 5. num. 15. cum alijs per Gabr. de cler. conclus. 1. in 4. limit. num. 52.

Nec obstare visum est, quod concessio episcopi 3 det † titulum, vt præscribi possit, Io. Andr. in c. venerabilis. num. 6. de censib. & ibi alij. & in c. cum personæ, & ibi Io. Monach. ou. 1. de priuil. lib. 6. quia caret obseruantia, & affectione, quia potius arguitur contrariu ex ipsa petitione confirmationis, eoque magis, quia vltima confirmatio habet plures limitationes, & est restricta ad arbitrium episcopi. Vnde non est verisimile, Rectorem fuisse acceptaturum huiusmodi confirmationem, si antea habuisset priuilegium validum, & effectuatum, quoniam acceptando cum istis qualitatibus sibi præiudicabat, ex quibus apparet, potius comprobati intentionem episcopi, & Rectorem habere titulum validum.

O R A N I.

Forolluiensi Parochialis. Ven. 3. Iun. 1588.

A R G V M E N T V M.

Deuolutio vbi prætenditur ob non solutum canonem, concludens requisita est probatio, quod res sit emphyteutica.

S V M M A R I A.

1 *Agenti ad caducitatem & rem emphyteuticam prætendenti incumbit onus probandi dominium, & quod res sit emphyteutica.*
2 *Res qualibet in sua origine præsumitur libera.*
3 *Præscriptio non præsumitur, nisi probetur.*
4 *Res emphyteutica potius quam censualis præsumitur fauore ecclesiæ.*
Limitatur tamen num. seq.
6 *Priuilegiatus non nititur priuilegio contra æque priuilegiatum.*
7 *Solutio simplex facta, facit præsumi potius cötractum censualem, quam emphyteuticum.*

DECISIO DCCXXI.

1 Agenti ad caducitatem, & rem emphyteuticam prætendenti incumbit † onus probandi dominium, & quod res sit emphyteutica, Spec. tit. de locat. §. nunc vero. versic. 72. & seq. Bero. cons. 99. nu. 3. idque per scripturam ex magis communi, glos. in l. 3. & ibi Bald. Ias. num. 61. cum seq. C. de iure emphyt. Alexan. cons. 112. in fin. volum. 1. Paris. consil. 77. num. 7. vol. 3. Aret. in §. adeo. Inst. loca. Pedem. decis. 53. num. 1. Card. in vet. emphyt. quæst. 4. vel saltem per solutionem continuatam per 30. vel 40. annos, quæ coadiuuatur scriptura facta de emphyteusi, vel alia coniectura euidenti, vt est seruatio dominij, vt post Rom. consil. 127. Silua consil. 57. num. 43. alias enim cum qualibet resin 2 sua † origine præsumatur libera, l. altius. C. de seruit. & aqua. à contario non habet causam naturalem, sed aut impositiuam, aut præscriptam, Bald. in c. cum omnes. num. 15. de constit. Ias. in l. si prius. num. 4. cum seq. ff. de noui oper. nunc. solutio census non probat, quod titulus ad exigendum sit præscriptus, Guid. Pap. quæ-3 stio. 272. & præscriptio est quid facti, quæ † non præsumitur nisi probetur, Barr. in l. Celsus. de vsucap. Corn. cons. 136. col. fin. lib. 2. Sed tanto minus hic, cum prætendatur, propter non solutum censum deuolutio, quo casu dominij concludens requisita est probatio, quod res sit emphyteutica, vt fuit dictum coram Reu. Patre 4 Dn. Gypsio in vna Romana census: licet † autem fauore ecclesiæ potius præsumatur res emphyteutica, quam censualis, Alexan. de Neuis. cons. 27. per totum,

5 Bero. quæstio. 14. id tamen procedit, † quando contra ecclesiam hæc præsumptio non exercetur, nam priui-6 legiatus † non nititur priuilegio contra æque priuilegiatum. §. sed & hoc præsentibus. Aurel. de fer. episcop. c. cum causam. de præben. nec sufficiunt coniecturæ 7 vrgentes, quia aliter simplex facta † solutio facit præsumi potius contractum censualem, quam emphyteuticum, Nat. cons. 5. num. 3. lib. 1. Rim. consil. 413. num. 13. vol. 3. Coniecturæ autem consideratæ per Informantes pro monasterio non releuant, quia concordia, de qua in instrumento anni 1552. non continet inuestituram, sed simplicem recognitionem, quæ corruit effecta, ex quo in ea promissa solutio 15. sextariorum grani non fuit vnquam prohibita, & nihilominus illa hæc ecclesiæ neque futuro successori præiudicare potuit, Felin. in cap. ad audientiam. vers. & vltim. conclus. de præscript. sic sententia pro deuolutione lata sine actis, & cum non sit antiqua, non probat. Cassad. decis. 3. de præben. liber verò monasterij probat, tantummodo solutiones, quæ non declarantur factæ, tanquam de re emphyteutica, prout requiritur, ad tradita per Fel. in c. Bertoldus. nu. 18. de re iud. Quare conclusum fuit pro non iustificatione sententiæ Vicariæ Rauennaten.

C A N T V C C I I.

Auersana Tenimenti, Ven. 24. Nouembr. 1581.

A R G V M E N T V M.

Alienatio rei ecclesiasticæ vt valeat, quæ requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Duo copulatiue requiruntur pro validitate alienationis rei ecclesiasticæ, solennitas, siue forma requisita, & iusta alienandi causa.*
2 *Solennitas non requiritur in re concedi solita.*
3 *Solitum concedi probatur per duas locationes cum cursu 40. annorum, aut per vnam solenniter factam.*

DECISIO DCCXXII.

Fuit conclusum, Monasterio Sācti Laurentij Auersan. licuisse, & licere recedere à locationibus, siue concessionibus in emphyteusin tenimenti, de quo agitur, factis Dominis de Capua de anno 1501. de anno 1523. & de anno 1524. quia nulla ex istis locationibus, siue concessionibus fuit solenniter facta, & tamen pro 1 validitate † alienationis rei ecclesiasticæ, duo copulatiue requiruntur, solennitas, siue forma requisita, & iusta causa alienandi, c. 1. de rebus eccle. non alien. Clem. 1. eodem titu. Dec. qui de communi. cons. 142. num. 4. & cons. 181. ou. 6. cum alijs, de quibus per Couar. libro 2. var. resol. c. 17. num. 2.

Quod autem locationes huiusmodi careant solennitate, siue forma requisita, patet: nam prima fuit facta à certis laicis arrendatoribus fructuum dicti Monasterij assertis procuratoribus illius. Secunda fuit facta in vim laudi, quod nihil operatur, quia prælatus cum sit prohibitus compromittere, Alex. cons. 32. nu. 2. lib. 2. Paris. cons. 134. num. 11. lib. 4. nec potest sustineri virtute confirmationis Præsidentis, & Diffinitorum, iuxta concessionem Innocentij III. quia inferius respondebitur. Tertia non fuit cōfirmata, imò per sententiam Vicarij, Cantoris Auersanensis Commissariorum Apostolicorum fuit declaratum, illam nō cessisse, nec cedere in euidentem vtilitatem ecclesiæ, & Monasterij prædicti, & non posse confirmari.

Non obstat, quod simus in re solita concedi, quo ca-2 su non requiritur † solemnitas, cap. 2. de feud. quia de isto solito non constat, nec statur assertioni alienantium, Barr. in l. si forte. in fi. ff. de cast. pec. quem communiter approbari asserit. Paris. cons. 62. num. 7. lib. 1. Crauet. cons. 175. num. 2. idem Bar. in Auth. si quis in aliquo. num. 12. & ibi Dec. num. 36. vbi alios citat. C. de eden. Alex. cons. 17. num. 6. lib. 4.

3 Probatur autem istud solitum † aut per duas locationes cum cursu 40. annorum, aut per vnam solenniter factam,

factam, prout est communis conclusio, de qua testatur Ias. consil. 155. col. 3. in primo, versic. autem, & col. penul. pariter in primo, versic. non obstat secundum. lib. 2. Claud. de Seisel. in Spec. feud. pag. 175. vers. concludo pag. 129. vers. tamen concludo. & pag. 182. vers. aut vero. & vers. procedit ergo. Cur. iun. de feud. par. 1. 2. par. princ. quæst. 4. num. 8. & 9. Ruin. cons. 36. sub numer. 30. lib. 1. Clar. in §. feudum. q. 13. versi. nunc pro intelligẽtia, & fuit sensum in vna Tamorensi locationis, coram Reu. Patre D. Seraphino, 14. Decembris 1579.

Secundò non obstat præsumptio solennitatis ex lapsu longissimi temporis, quia ista præsumptio est fundata in taciturnitate partium, vt bene deducit Socin. iun. cons. 56. sub num. 18. lib. 1. quæ taciturnitas partium hic non adest, quia prima locatio fuit facta de anno 1501. & super ea ante annum 1523. mota fuit lis in Consilio Neapolitano, deinde deuentum ad compromissum, prout narratur in primo rescripto sacræ pænitentiariæ obtento de anno 1551.

Secunda verò locatio fuit facta de anno 1523. & super ea mota lis de anno 1549. & sic partes nunquam tacuerunt per triginta annos.

L I T T Æ.

Romana Prætensæ deuolutionis. Merc. 13. Nouembris 1596.

A R G V M E N T V M.

Termini substantiales in totum omitti non possunt in sententia, vt valeat, etiam quod data esset facultas procedendi absque aliquo terminorum obseruatione.

S V M M A R I A.

1 *Sententia est nulla, ex quo termini substantiales seruati non sunt.*

2 *Agens ad caducitatem domus, illius dominium plene ac omnino concludenter probare tenetur.*

3 *Enunciatiua licet sit antiqua, cum tamen sit vnius tantum instrumẽtum inter alios celebrati, dominium ipsum non probat.*

4 *Verba proferentis in dubio sunt in illius fauorem interpretanda.*

5 *Caducitas propter canones non solutos quando intret.*

D E C I S I O DCCXXIII.

1 Domini tenuerunt sententiam, de qua agitur fuisse nullam, ex quo † termini substantiales non fuerunt seruati. Cassad. 8. de rescri. Veral. 249. 3. par. qui in totum omitti non potuerunt, quod etiam quod data esset facultas procedendi absque aliqua terminorũ obseruatione. Rota decis. 2. de rescript. in Nou. & 15. eod. tit. in antiq. fuit sensum in illa Romana Vineæ 30. Octob. 1595. coram R.P. Domino meo Mellino, & in Romana pecuniaria seu furti coram me 6. præsentis mensis.

Præterea fuit dictum, sententiam ex actis non iustificari ad effectum caducitatis: moti quia fratres Beatæ Mariæ ad Transpontinam agentes ad caducitatem 2 domus, † illius dominium plene, & omnino concludenter probare tenentur. Alexand. cons. 10. cum duobus sequen. lib. 4. Fuit dictum in illa Romana domus S. Agnetis 19. Iunij 1589. coram R. P. Domino Orano, & in illa Foroliuiensi parochialis 3. Iunij 1587. coram eodem & in alia Romana domus 12. Maij 1592. coram R.P.D. Mellino. Verũ ad id probandum primo adducunt fratres quoddam instrumentum venditionis ipsius domus factæ de anno 1481. per Trestinum Masinum de Viscardis, in Melchiorem de Rucchis, & Catharinam eius vxorem, in quo enunciatur, quod domus ipsa est sub proprietate d. ecclesiæ, quæ quidem e-3 nunciatiua licet † sit antiqua, cum tamen sit vnius tantum instrumenti inter alios celebrati, dominiũ ipsum non probat, maxime in tam graue præiudicium ipsius Do. Horatij, Abb. & Moder. in c. cum causam. de probat. idem Abb. in c. cum olim. de cens. & in consil. 54. nu. 3. vers. probatur. p. 1. Aymo. de antiq. temp. p. 1. vers. ampliatur. nu. 10. Corn. cons. 22. nu. 9. lib. 4.

Secundò adducunt aliud instrumentum concessionis cuiusdam domus in emphyteusim, huic de qua agitur contiguæ, rogatum de anno 1491. in quo enunciatur, hanc domum teneri per prædictos iugales in emphyteusin ab ecclesia, quæ enunciatiua similiter non probat dominum ad effectum, de quo agitur, tum ex prædictis, tum quia hæc enunciatiua non potest dici de antiquo, cum à die rogitus dicti instrumenti vsq; ad initium huius litis, qui fuit de anno 1580. non fluxerint 100. anni, vt de eo testatur Ias. in l. admonendi, in secunda lect. num. 246. ff de iureiurando, Aymo. de antiq. temp. p. 1. nu. 2. quã opinionem sequitur Rot. teste Verallo, dec. 216. num. 4. par. prima. quo casu non probatur, nisi inter partes enunciantes, l. non nudis. l. non epistolis. C. de probat. l. ex his verbis. vbi Moder. C. de milit. testam. cum aliis per Alexandrum, consil. 219. num. 24. lib. 6.

Tertiò adducunt quandam prætensam confessionẽ Clementiæ, cuius hæres est Horatius ipse, quæ re vera nihil ad rem facit, vt ex summario videre est sub numero tertio, cum solum narret ipsa testatrix, ecclesiam prætendere sibi solui debere singulo in anno Carlenum vnum solitum solui per antecessores suos: de quo tamen ipsa non est certa, ex qua narratiua non potest aliquo modo inferri ad confessionem dominij domus, de qua agitur, cum ea nullum verbum fiat, & ver-4 ba proferentis † in dubio interpretari debeat in fauorem ipsius, ad text. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Rot. Diuers. dec. 287. nu. 4. par. 1.

Præterea dato citra veri præiudicium, quod ex prædictis & alijs deductis per Informantes, pro fratribus esset probatum dominium, dicebant Domini, Horatiũ esse in statu excusationis à dicta pœna caducitatis tum propter putabilem ignorantiam ipsius Horatij Clementiæ tutricis suæ, cum quibus stipulata non fuit ipsa emphyteusis, ad not. per Clar. in §. emphyt. quæst. 8. versic. prosequendo. &c. & bene facit tex. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. cum alijs per Menoch. consil. 1. num. 221. lib. 1. Tum quia caducitas propter canones 5 non † solutos per tutores Horatij non intrat, nisi doceatur illis viuentibus fuisse protestatum, & acceptatum à fratribus, vt per Cassador. decis. 1. & 2. de locat. cum alijs per Surd. cons. 86. nu. 10. & seq. lib. 1.

Nec hoc in casu potest prætendi ipsa caducitas propter lineam finitam, cum per instrumentum, quo principaliter nituntur fratres in probando dominio probetur ipsam emphyteusin esse perpetuam, ex quibus tenuerunt Domini dicti Vicarij sententiam vti nullam, & iniustam executioni demandandam non esse, sed reuocandam, eo tamen cum moderamine, quod Horatius in futurum recognoscat dictos fratres in Dominos, & proprietarios dictæ domus.

P E N I Æ.

Romana Pecuniaria. Ven. 3. Martij 1595.

A R G V M E N T V M.

Debitum naturaliter, quando quis dedit, non est repetitioni locus.

S V M M A R I A.

1 *Regulariter in omni materia, quantumuis ardua testes contestes sufficiunt.*

2 *Confessio extraiudicialis parte absente facta nõ facit probationem contra confitentem.*

3 *Confessio extraiudicialis, vt faciat aliquam probationem, oportet sint contestes de loco & tempore.*

4 *Commendatio & collaudatio non inducit obligationem.*

5 *Confessio ad vnum finem facta regulariter non operatur ad alium.*

6 *Confessio extraiudicialis incidenter aut sine causa facta, de iure Canonico non probat.*

Confes-

7 *Confessionis geminatio, etiamsi fiat incidenter, plene an probet, & quando. nu. seq.*

9 *Repetitioni indebitæ locus non est, cum quis dederit naturaliter debitum.*

DECISIO DCCXXIV.

IN iudicio, quod introduxerat Do. Honofrius Nucatinus contra hęredes Matthiæ de Blanclus coram A.C. super eo, quod prætendebatur, fructus omnes & prouentus, ac distributiones quotidianas resignauerat ab anno 1580. vsque ad annum 1589. eidem Matthiæ auunculo tanquam depositum consignasse, sententiam fauorabilem reportauit, per quã prædicti hæredes fuerunt cõdemnati ad restituendum Honofrij scu. 2558. causa commissa in Rota dubitaui, An sententia esset confirmanda, & quia die 20. Decemb. 1593. placuerat Dominis causam concordari, & litigantes quamuis consanguinei voluerunt concordiæ acquiescere die 3. Maij 1593. causa iterum proposita, censuerunt sententiam reuocandam.

Licet enim probata videretur Matthię confessio extraiudicialis de consignatione pecuniarũ sibi per Honofrium facta ex testificatione primi testis, lun. 28. & 34. & 3. testis ad 20. interrogatorium, & asserentium, audiuisse Matthiam dicentem, *che Honofrio gli portaua fino all' vltimo quattrino delli fitti, & ogni cosa di detto beneficiato*. & 42. testis ad 20. interrogatorium, *Che Honofrio li daua tutte le mesate di S. Pietro fino ad vn giulio, & che ad ogni principio di mese glie li portaua a casa in vn fazzoletto*. cum in omni materia quãtumuis † ardua testes contestes regulariter sufficiant. Rot. decis. 5. num. 3. de rescrip. in Nou. ea tamen insufficiens iudicata fuit, quia confessio extraiudicialis † parte absente facta non facit probationem contra confitentem, l. certum. §. si quis absente, ff. de confess. l. fin. ff. de interrog. action. Gabr. tit. de confess. conclus. 1. num. 1. quod eo magis amplectendum videbatur, ex quo non agebatur de confessione liberatoria, sed condemnatoria, in qua stricte est procedendum, præsertim cum testes de confessione Matthiæ deponentes non essent contestes de loco, & tempore, quod interuenire oportebat † in probanda cõfessione extraiudiciali ad effectum, vt faceret aliquam probationem, Paul. de Castr. cons. 296. incip. visis actis. num. 3. lib. 1. & cons. 155. num. 2. lib. 2. Ant. de Butr. in c. licet ex quadam. num. 8. de testibus. Alex. cons. 39. num. 8. lib. 5. num. 13. Afflict. decis. 364. num. 4. Paris. cons. 60. num. 45. lib. 1. & hanc sententiam seruat Rota, vt apud Put. decis. 476. lib. 2.

Dicebant enim Domini, dictum Matthæi asserentis Honofrium sibi morigerum, & gratum in consignatione pecuniarum, non tamen fuisse censendam veram confessionem: sed commendationem potius, & collaudationem, quæ non solet inducere † obligationem, l. quod venditor. ff. de donat. l. sciendum. ff. de ædil. edic. l. ea quæ. de contrah. empt. cum non emanauerit principaliter ad confitendum depositum, seu receptionem pecuniarum, sed incidenter, & propter aliud, quo casu confessio non inducit probationem, cap. fin. vbi Doct. de success. ab intest. Salic. in l. generaliter. nu. 10. quæst. 2. ver. aut dispositionem expressam non habendam. C. de non num. pecun. Afflict. decis. 105. num. 3. quia confessio ad vnum finem facta † regulariter non operatur ad alium. Bal. in Nouel. nouo iure in fin. C. de iud. qui mal. iud. Præposit. in cap. super eo. not. 3. de eo qui cogn. consang. vxor. num. 4. Alciat. in l. 1. §. si quis ita. num. 55. ff. de verbor. obligat. Achil. decis. 4. num. 4. de confessis.

Supradictis addebatur, quia neque de iure Canonico probat † confessio extraiudicialis incidenter, aut sine causa facta. Alex. cons. 155. num. 2. lib. 2. In casu proposito satis videbatur sine causa facta, ex quo nihil erat, quod Matthiam obligaret ad confitendum.

Quibus non obstabat obiectio de geminatione confessionis factæ per Matthiam super receptione pecuniarum, quasi vna, quia est geminata † etiamsi fiat incidenter, vt plene probatur Aym, tract. de antiq. temp. §. propositum. nu. 31. Felin. in c. si cautio. num. 29. de fide instrum.

Quoniam respondebatur, id fortassis posse habere locum si geminatio esset plene probata, Grat. consil. 2. num. 59. lib. 2. Id tamen non procedit, quando † est imperfecta, Grat. cons. 143. nom. 2. versic. non obstant adducta in contrarium.

De imperfectione autem satis hic apparebat, ex quo erat confessio extraiudicialis incidenter facta, & ad alium finem, & parte absente, & sine causa emissa.

Tot autem specialia confessio geminata supplere non potest, Neuiz. cons. 78. num. 31. Dec. cons. 28. num. 12. Grat. d. cons. 143. num. 103. præsertim in odiosis, & quando agitur non deliberando, probat Rim. iunior cons. 578. nu. 65. lib. 5. Grat. d. cons. 148. num. 21.

Supradictis accedat, quia licet legitime probatum esset, Matthiam recepisse singulis mensibus ab Honofrio nepote pecunias de beneficio prouenientes, non tamen depositi nomine, sed ratione sumptuum, & expensarum, quas Matthias longo tempore fecerat, & vsq; ad discessum Honofrij à domo fecit, recepisse censetur: cum enim Matthias à puero educauisset illius matrem, & fratres aluisset, plures sorores honesto matrimonio cum dote competente collocauisset, Beneficium Sancti Petri valoris 300. dicto Honofrio renunciauisset, & alia plura in illum beneficia cõtulisset, adeo Honofrius ob præcedentes causas in signum gratitudinis, quæ omnia benefactoribus exhibenda iubent, ea rependisse putabatur. l. quædam mulier. ff. de rei vend. Ruin. cons. 60. no. 9. lib. 1. Vnde cum dederit naturaliter debitum, non † est locus indebitę repetitioni, Bero. cons. 16. num. 12. lib. 1.

Postremo multum mouit Dominos factum Honofrij, qui viuente Matthia nunquam petijt pecunias, quas nomine depositi ei tradidisse prætendebat, quinimo cum Matthias, postquam Honofrium è domo sua exire iussisset, in iudicio illum conueniisset ad solutionem pensionis, quam sibi super beneficio renunciato Honofrius non modo non opposuit prætenso deposito, quinimo pensionem ei soluit: vnde oriebatur pręsumptio satis verisimilis, quod Matthias non erat debitor soluendo, Anchar. cons. 434. circa medium, quem refert & sequitur Crauet. cons. 129. num. 8. in fi. Nam cum potuisset exceptionem compensationis allegare, ex quo illam non allegauit, præsumebatur id fecisse, quia re vera creditor non erat, Ægid. cons. 10. num. 41.

Atque ex his fuit conclusum, sententiam A. C. tanquam iniustam reuocandam, quia non iustificatur ex actis probatorijs, Put. decis. 401. lib. 1. Christ. dec. 170. Accoramb. decis. 37. lib. 1.

PENNIÆ.

Nouariensis Bonorum. Lunæ 8. Martij 1593.

ARGVMENTVM.

Locatio bonorum ecclesiæ an valeat, si non constet de Ecclesiæ vtilitate.

SVMMARIA.

1 *Læsionem ad probandam Ecclesiæ, sufficit, quod ex locationibus durantibus pro tempore alienationis Ecclesia plus perciperet.*

2 *Locationum per instrumenta verus valor bonorum argui non potest.*

DECISIO DCCXXV.

STatibus resolutionibus coram me factis in ista causa super identitate bonorum, de quibus agebatur, & quod iura erant in forma probante, antequam expeditem causam contra DD. de Clapis, vt ipsis satisfacerem, dubitaui an esset recedẽdum à resolutione alias facta corã D. Robusterio tunc Rotæ Auditore, die 17. Ianua-

Ianuarij 1588. & Domini conformiter cẽsuerunt, standum esse, in decisis verò non constare de ecclesiæ vtilitate: eum enim de anno 1539. Ioan. Maria de Clapis obtinuerit sibi locari ista bona pro lib. 40. & de anno 1542. durante adhuc locatione facta pro libris 40. fecesit sibi concedi eadem bona ad tertiam generationem pro libris 30. manifestum erat constare de ecclesiæ læsione, & cum locatio diceretur facta ex causa euidensis vtilitatis, non sufficiebat ad eius validitatem, quod ecclesia non fuerit damnificata, sed requirebatur præterea, quod ecclesia lucrum senserit, & vtilitatem, cap. sine exceptione 12. quæst. 2. vbi Bellam. num. 1. Gem. nu. 5. vers. in hac quæst. Imol. in c. ad accres. num. 1. de rebus eccl. non alien. & fuit resolutum in causa Anconitana de Faudinis coram D. Bubalo die 1. Maij 1584. in casu proposito ex prædictis apparebat, ecclesiam nedum non reportata vtilitatem, sed potius scosisse damnum, qood maxime concludebatur ex eo, quod dorãte locatione ad 8. annos pro libris 40. facta fuerat alia locatio pro libris 30. quoniam ad probandam læsio-
1 nem † sufficit, quod ex locationibus durantibus pro tempore mortis alienationis, ecclesia plus perciperet, Ias. cons. 14. num. 16. & 17. lib. 1. Dec. cons. 142. nu. 6. Et ita quoque apparebat decisum in illa Anconitana.

Neque obstat vulgaris illa oppositio, quod cum
2 per instrumenta locationum † non probetur verus valor bonorum, non possit ex illis argui ad concludendum Ecclesiæ damnum, quia respondebatur, instromenta sufficere ad probandam non vtilitatem Ecclesiæ eo præsertim casu, quando ex præcedentibus instrumentis apparebat, bona pro maiori pretio fuisse locata, vt contigerat in hac causa, sicut fuerat etiam decisum in illa Romana Casalis Turicellæ coram Domino Cantuccio die 10. Martij anno 1578. circa fin. vers. quid respond.

Ex his cessabat quoque obiectio de pacto, de nõ petenda remissione, seu reductione Canonis. Nam tali pacto non obstante poterat considerari læsio, præsertim vbi constaret de tali excessu, qualis hic apparebat, cum bona solita locari pro 40. locata fuerint pro libris 3.

MANTICÆ.

Papiensis Matrimonij. Lunæ 27. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.

Remissoria vt concedatur in causa matrimoniali, quid requiratur.

SVMMARIA.

1 *Remissoriam ad concedendum satis est, si vel vnus articulus qui ad victoriam sufficiat, probari possit.*
2 *Probationum facultas angustiari non debet.*
3 *Probatio vnius non excludit probationem alterius.*
4 *Probatio nulla est firmior, quam partis confessio.*
5 *Veritatis substantia ex falsa demonstratione mutari non potest.*
6 *Confessio facta per errorem ante finitum negotium reuocari potest.*
7 *Suspicio non qualibet sufficit ad impediendam remissoriã, sed vehemens, vel saltem probabilis requiritur.*
8 *Remissoria vt plurimum pendet ex arbitrio iudicis, qui ex varijs causis calumniam solet concipere, vel non concipere.*
9 *Matrimonij in causa post publicatas etiam attestationes licet testes examinare.*

DECISIO DCCXXVI.

Conclusum fuit, remissoriam pro examinandis testibus in partibus Illustriss. D. Comitissæ Beccariæ esse concedendam, ea potissimum ratione, quod causa non est beneficialis, sed prophana, & articuli sunt releuantes, quo casu facile conceditur, Rot. decis. 6. de probat. in Nou. Cassad. decis. de appellat. Pute. decis. 201. libro 1. Capotaquen. decis. 68. libro 3. Et in specie, quod in causa matrimoniali debeat concedi, decisum fuit coram eodem decisione 53. eodem lib. 3.

1 Et ad effectum concedendi remissoriam, satis † est, si vel vnus articulus, qui ad victoriam sufficiat, possit probari. tunc enim pro omnibus decernitur, vt tenet Rota, & nouissime ita decisum fuit coram Reuer. Patre Domino meo Pamphilio in Veronensi exemptionis die 4. Maij 1594.

2 Nam probationum facultas † non debet angustiari, l. quoniam multa. & ibi nota. Bartol. de hæret. &
3 Mani. & probatio vnius † non excludit probationem alterius, l. per hanc. tempor. appellat. licet posterior destruat minus potentem. Socin. cons. 37. nu. 17. lib. 3. Crau. cons. 6. num. 50.

In proposito autem negari non potest, quin si probetur licentiam à Vicario Episcopi non fuisse concessam ante contractum matrimonium, sed postea fuisse subsecutam, vt in articulis continetur, matrimonium sit nullius momenti, quia forma tradita à sacro Conc. Trid. non fuit obseruata, cap. 1. §. qui alter. de reform. sess. 14. Igitur ad hoc saltem probandum, placuit Dominis remissoriam esse concedendam.

Neque obstat, quod in hoc etiam articulo detegatur ex eo, quod videatur esse contra propriam confessionem ipsiusmet Dominæ Comitissæ, quæ in Apocha sponsaliorum, enunciat, hanc Vicarij licentiam inter-
4 uenisse, & nulla sit melior † probatio, quam partis confessio. c. per tuas. de probat. l. genus. de non num. pecu. Alex. cons. 34. num. 3. lib. 3. Crau. cons. 61. num. 3. quia hæc enunciatiua facile potuit ab ea in Apocha describi, proposita quod hoc ei ab alijs relatum fuerit, quãuis verum non esset, præsertim quia D. Camillus sperabat se posse eam obtinere. Ex falsa autem demonstra-
5 tione, seu confessione mutari † substantia veritatis minime potest. l. cum falsa. C. de iure & facti ignoran. Et
6 ideo talis confessio facta † per errorem ante finitum negotium potest reuocari, cap. vltim. de confess. l. error facti. C. de iure & facti ignor.

Et huius quidem erroris, & antidatæ in licentia à Vicario obtenta præsumptio oritur ex cancellatione, quæ dicitur apparere in libro Parochi, vnde calumniæ suspicio submouetur.

Neque etiam quælibet suspicio calumniæ sufficit ad
7 impediendam † remissoriam, sed vehemens, vel saltem probabilis requiritur, quia agitur de præiudicio inseparabili, Bal. in l. non epistolis. nu. 2. vers. sed ad hoc respõdeo. C. de probat. Io. c. licet causam, in 6. not. n. mihi 42. extra eod. tit. & in c. super eo. il t. in fi. de appel.

Vnde vt plurimum remissoria pendet ex arbitrio
8 iudicis, qui ex † varijs causis, & personis solet calumniam concipere, vel non concipere. l. Iudices. & Auth. apud eloquentissimum. de fide instrum. & ita dictum fuit coram Reuerendissimo Orinlensi in Regiensi S. Thomæ. die 10. Decembr. 1579. in vers. vt dicebant, diuersam esse rationem.

Quare cum causa matrimonij sit grauissima, & in
9 eas † post publicatas etiã attestationes liceat testes examinare, c. cum in tua, & gl. vlt. ad fin. in c. fertes. de test. cum alijs deductis à Gabr. in concl. 21. num. 69. lib. 1. eod. tit. placuit Dominis remissoriam etiam cõcedere.

GYPSII.

Romana Affictus. Lunæ 8. Februarij 1593.

ARGVMENTVM.

Affictus quid sit, & quando locum habere dicatur.

SVMMARIA.

1 *Remissio affictus prædij an debeatur conductori.*
2 *Sterilitas agricultura probari debet.*
3 *Locator sciens vbertatem aliorum annorum, si remittat sponte sterilitatem vltimi annis sibi præiudicat.*
4 *Conductori non de facili remissio de iure datur, sed ita demum si sterilitas probetur, quæ à Doct. vario modo declaratur.*

DECI-

DECISIO DCCXXVII.

Illustrissimus Dominus Matthæus de anno 1583. conduxerat à Reuerendiss. Dominis Canonicis & Capitulo S. Mariæ in via Lata quoddam eorum Casale ad nouennium sub annua pensione scutorum 690. ac certis pactis, & conditionibus, præsertim, quod ipse non posset nec deberet vllo vnquam tempore petere aliquod defalcum, restaurum, recompensam, remissionem, compensationem, satisfactionem, aut deductionem aliquam dicti annui afflictus occasione inondationis aquarũ, aut fluminis Tiberis, etiam quantumuis insoliti, grandinis, siccitatis, absentiæ Romani Pontificis, vel Curiæ ab Vrbe, vel mortis eiusdem, & sic occasione Sedis vacantis Apostolicæ, sterilitatis, & generaliter occasione cuiuscunque alterius casus fortuiti, opinati, vel inopinati, vel insoliti extraordinarij, & incocogitabilis, quibus omnibus vnà cum quibuscumque decretis Cameralibus, rescriptis Apostolicis & motu proprio vel aliàs quomodo etiam manu Papæ signatis, vel signandis, editis, vel edendis, aut alijs quibuscũque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis circa præmissa desuper factis, seu faciendis, ac emanatis, seu emenandis dictus Do. Afflictuarius medio iuramento ex certa eius scientia expresse renunciauit, & refutauit. Quo verò ad bellum & pestem, remiserunt se ad iuris dispositionem & alias prout latius in instrumento locationis continetur.

Verum quia conductor propter nimiam sterilitatẽ seu aquæ, & Tiberis inundationem existimabat cogi non posse ad solutionem afflictus anno 1590. sed esse iu cum remissioni mercedis: Idcirco coram me de partium consensu deputato, dubitari contingit aliquibus in facto præsuppositis, An debeatur remissio afflictus

1 prædicto Domino Conductori? Et non deberi, Domini concluserunt, moti tum præcipue ex eo, quod ipse non probauit omnia ea, quæ probanda erant ad effectum obtinendi remissionem, vt mox dicetur, & tradunt Corn. consil. 28. nume. 26. in fine, lib. 2. Berous consil. 141. nume. 7. lib. 1. Tum etiam quia eidem obstat amplissima renunciatio, de qua supra.

Nam quod attinet ad caput probationis, primo non non constat Casale fuisse bene cultum, & iuxta communem vsum, ac artem agriculturæ cultiuatum, prout iudici constare debet. Salyc. in l. si vno. num. 1. vers. sic. & multa. ff. loca. Neuizan. consil. 90. nume. 16. Solum enim fuit articulatum, quod de dicto anno 1590. pro quolibet rubro terræ dicti Casalis Serenensis conductor erogauit scuta 40. & quod recollegit solum rubra 93. grani, & scuta 350. pro herbis, ex quibus detracta impensa non recepit medietatem dictæ pensionis scutorum 690. quia hoc non sufficit, debebat proba-

2 re, † sterilitatem, & ipsius damnum intolerabile, vt per Corneum & Berouum superius citatos, præter id quod testes examinati patiuntur aliquas exceptiones, nec sufficienter concludunt dictam impensam, maxime, quia excutrio datur fides quatuor Mercatorum, cum qua etiam concordat quartus, ex prædictis testibus ad ostendendum, quo pro quolibet rubro seminandi sufficiunt scuta 25. aut 26.

Ex alio etiam huiusmodi probatio non releuat, quoniã non damnum vnius anni, sed totius nouennij oportebat probare, siquidem vnica est locatio, quia est vna res, vnus contractus, vna obligatio tam respectu locatoris, quàm conditionis. Et licet solutio afflictus sit diuersa per annos, non tamen aliquid est implendum ex parte locatoris. Bartol. in l. si seruus communis Meuij. §. final. nu. 7. de stipul. seru. Bald. consil. 316. parte 3. Soc. 125. in pri. lib. 1. cum concord. & quod locatio sit vnica patet, quia si plures separati essent, vnus annus alium non suppleret, vt dicunt Bald. & Salyc. in l. licet. Imol. in dicto capit. propter sterilitatem,

Non obstat quod Modern. in tractat. de remiss. remed. nume. 24. sentiant contrarium, quia eorum opinio non est vera, nec tenenda, quia nimis fauet conductoribus cum iactura locatorum qui possunt obijcere fertilitatem annorum præteritorum, & illam recompensandi cum damno sterilitatis alterius anni. Bald. in l. licet. quæst. 10. C. loc. & est tex. in c. propter sterilitatem, extra eod. ibi, nisi cum vbertate præcedentis, vel subsequentis anni, & d. l. si vno. in princ. vers.

3 quod si tamen, vbi † locator sciens vbertatem aliorum annorum, si remittat sponte sterilitatem vnius anni, sibi præiudicat, alias non, quoniam, vt ibi animaduertit glo. in verbo, & sat videtur donare. Idem tenet Ioã. Bertach. in tract. de Gabel. par. 2. nu. 15. post princ. & sequitur insignis Docto. Laurentius de Pena, concionis meus, qui me è sacro Fonte leuauit consil. 126. nu. 8. Et de communi testatur Capra in regu 88. nume. 52. Roland. consil. 86. num. 6. volum. 3. Hanc etiam opinionem tenuit Rota apud Dom. Episcopum Oriolens. licet has rationes non adducat in vna Mediolan. afflictus 19. Martij 1585.

Præterea quod sterilitas vnius anni tantum non sit attendenda ad hunc effectum satis demonstrat ex eo, quod secondum communem vsum, & artem cultus istorum Casalium nouem anni requiruntur pro trib. integris recollectis, vt bene deducitur in vna Romana rescissionis contractus coram Sanctiss. Domino nostro 18. Nouembris 1580. Cui adstipulantur deducta per bonæ memoriæ Dom. Hieronym. Gabrielem consil. 68. l. 1. Couar. var. resol. l. 2. c. 16. nu. 6. Nec ad rem facit quod dicta decisio loquator de extrauagante Pauli Secundi, quoniam rationes, quæ ibi afferuntur circa culturam Casalium vrbis, nihil commune habent, cũ prædicta extrauagante Pauli Secundi.

Nec dicatur vbertatem aliorum annorum esse probandam per Canonicos, quia ipsi nõ se fundant in ista exceptione, sed dicunt, quod probatio conditionis non concludit, quemadmodum concludere debet secundum comm. Berouum, & alios supra citatos.

Circa secundum caput respiciens renunciationem Seati Mutij non videtur multum insistendum, quoniam esto, quod conductori fiat de iure remissio pro-

4 pter sterilitatem, non tamen fit † de facili, sed ita demum si probetur magna fructuum sterilitas, l. ex conducto. §. si vis maior. ff. loc. l. licet. & vtrobique Scribentes. C. eod. quæ sterilitas à Doctoribus vario modo declaratur, vt per Abb. & alios, in d. cap. propter sterilitatem, Salyc. in d. l. licet, late Neuiz. d. cons. 90. & opiniones Doctorum conatur ad concordiam reducere Corneus, cons. 178. lib. 2.

Sed quicquid sit de iure communi, per pactum fuit renunciatum generaliter, & specialiter nedum casibus fortuitis, sed etiam inopinatis, & excogitabilib. cum obligatione Camerali & iuramento omnes dicunt renunciationem valere, ac etiam seruandam esse, maxime quando excipiuntur aliqui casus, vt in hac facti specie, l. si quis fundum in primo, & ibi gl. loca. Bartol. in dicta l. merces. §. vis maior. num. 6. eodem titulo. vbi proxime num. 16. Grat. cons. 161. numero 15. cum pluribus sequentibus. volum. 2. Calcan. consilio 24. num. 7. De commun. Modern. Mediolanens. vbi proxime num. 57. in fine. Contractus enim à conuentione partium legem accipiunt. l. contractus. §. sed hæc ita. ff. de regulis iuris. l. 1. §. legem. ff. depos. cum similibus. Et verba contractus ita interpretari debent ne sint superflua, Bal. in rub. C. de contrah. empt. quæst. 9. not. in l. si quoniam. de leg. 1. in cap. si Papa. de priuil. in 6. Et in terminis sterilitatis ad hoc, vt verba aliquid operentur, tenet Salyc. in d. l. licet. in vlt. quæst. C. loc. Grat. d. cons. 161. num. 20. lib. 2.

Non obstat quod in renunciatione nõ comprehendatur casus, quando ex re locata conductor nihil per-

cipit, quasi quod deficiat eius intentio. Imol. in dicto cap. propter sterilitatem. num. 6. Berous quæstio. 125. Mohedan. decision. 136. quia si bene ponderantur verba huius renunciationis non potest tergiuersari comprehendere omnem casum, & prædicti Doctores loquuntur in simplici renunciatione generali, & Molfed. intelligit de casu fortuito solito, & non de insolito, & nos versamur in claris, quia etiam casus insoliti sunt in dicta renunciatione comprehensi, & sic intelligit, & limitat Bero. d. q. 125. in fine.

Et in omnem euentum, cum materia remissionis ob magnam sterilitatem & damnum intolerabile arbitrio Iudicis relinquatur. Barbat. cons. 21. colum. penult. num. 18. lib. 1. Moder. de arbitr. casu 76. & sequen. non videtur esse faciendam aliquam remissionem conductori quia de tempore recollectionis grani, & sic de mense Augusti, vt exemplificat Neuizan. dicto consil. 90. nume. 23. & alij citati, adeo pretium grani creuit, vt dictus Mutius nullum passus fuerit damnum, prout est diminutio patrimonij, l. 2. & 3. de damno infecto. quinimo ex magno, & intolerabili pretio grani eiusdem anni potuit soluere pensionem Canonicis ac etiam multum superlucrari. vnde fit, vt illa æquitas, in qua leges fauore conductoris se fundant, cesset prorsus hoc casu, vt dicit Raphan. in dicto §. vis maior. refert, & sequitur Corneus dicto cons. 125. num. 26. ante finem. versic. nam tunc. vol. 2. Cephal. consil. 104. num. 21. libro 1. Roland. qui non se adstringit ad mensem Augustum dicto consil. 86. num. 8. quia non debet conductor cum tam graui iactura Canonicorum, & Capituli lucrari, & si partium iura dubia essent, & obscura, prout reuera non sunt, nihilominus pro Canonicis, & Capitulo iudicandum esset, l. lege Iulia. ff. de manumiss. cum alijs congestis per Tiraq. de priuil. piæ causæ, priuil. 146.

ORANI.

Romana Vineæ, Ven. 3. April. 1598.

ARGVMENTVM.

Venditio vineæ an resoluatur, si emptor in solutione secundæ paghæ conuentæ defecerit.

SVMMARIA.

1 *Quando in contractu innominato versamur, tunc prætextus eius inobseruantiæ & conuentionis non operatur eius dissolutionem, sed agendum est ad eius implementum, & interesse.*

2 *Dolus considerari solet ex inobseruantia promissi, ad effectum vt emptor cadat a commodo contractus.*

3 *Effectus iurantis non egreditur personam iurantis.*

4 *Mora purgari potest in qualibet parte iudicij, vbi ius partis remanet illæsum.*

DECISIO DCCXXVIII.

Domini resoluerunt, venditionem vineæ de anno 1588. factam, non obstante quod Ioannes Antonius Magnatius illius emptor in solutione secundæ paghæ conuentæ defecerit, aliter non fuisse resolutam, quia cum versemur in contractu nominato, prætextus 1 † eius inobseruantiæ, & contrauentionis non operatur eius dissolutionem, sed agendum est ad eius implementum, & interesse. l. sicut. C. de actio. & oblig. l. in commodato. §. Seius. ff. de commod. l. 1. & ibi commun. Doctor. C. de actio. empt. cum concord. Et licet aliud dicendum esset, si fuerit conuentum, quod emptore non respondente in tempore promisso locus sit resolutioni, vt per Alciat. consil. 10. num. 1. cum sequen. tomo 3. libro 8. non tamen conuenit præsenti facto, in quo non legitur huiusmodi pactum fuisse contractui appositum, vt nec etiam potest habere locum, quod Ioan. Ant. ceciderit à commodo contractus ex eo, quod fuerit in mora soluendi dictam pagham, quam iuxta suam obligationem iuratam tenebatur venditori de anno 1592. pendere, iuxta l. si quis maior. C. de transact. Bald. in cap. querelam. de iureiurand. Alexand. consil. 85. lib. 1. cum alijs de quibus hic per Informantes, quia vt dicebant Domini, eius legis dispositio tanquam rigorata non debet passim recipi, sed potius declinanda est, quoties læsio partis cessat, & abest dolus obligati. ex trad. per Corn. cons. 245. lib. 3. Rolan. à Valle cons. 57. num. 46. lib. 1. Curt. iun. & Bologn. ad d. l. si quis maior. hic circa fin. ille nu. 17. & fuit dictum in vna Cornetana bonorum coram Sanctiss. relata decis. 583. num. 3. par. 1. maxime quod non fuit probatum, Io. Ant. fuisse tempore emptionis maiorem 25. annis, vt articulando, & probando, tradit Rol. cons. 57. num. 2. lib. 2. Aldobran. cons. 19. num. 81. cum seq. si 2 quidem dolus, † qui considerari solet ex inobseruantia promissi ad effectum, vt emptor cadat à commodo contractus facile hic euitatur propter impotentiam soluendi Ioan. Antonij per testes probatam, vt in terminis tenet Alexand. consil. 91. num. 3. lib. 1. quem sequitur Tob. Non. cons. 7. num. 9. Quoties enim deducitur dolus ex non facto superponitur potentia in faciente, Aymon. consil. 6. num. 96. & habetur dicta decis. 585. num. 10. & 11. & propterea non facit ad propositum decisio facta coram me in vna Mediolanensi frumenti, quoniam de potentia soluendi communitatis non controuertebatur ad effectum soluendi contractum, sed hoc vrgebant mercatores, vt communitas Mediolanensis cogeretur ad eius obseruantiam, & sic ad solutionem pretij frumenti, cuius iam dies venerat: quibus accedit, quod etiamsi locus fuisset resolutioni, cum tamen venditor viuente emptore, & debitore, non declarauerit caducitatem contractus venditionis, causatum ex inobseruantia emptori non potuit ea iuuari contra eiusdem hæredem, ad Cassador. dec. 2. & 3. de locat. Nam effectus iuramenti non egre-3 ditur † personam iurantis, nec afficit hæredem, Port. in §. 1. in glo. verb. prohibetur. Instit. quibus alien. lic. vel non. quicquid sit, quo ad robur contractus respectu iuramenti, quod transit ad hæredes, vt ex pluribus declarat Seraph. de priuil. iuram. priuil. 57. num. 9. Vnde cum mortuo Ioan. Anton. sequuta immissione venditionis in possessionem vineæ ante factam illi adiudicationem fuerit illi nomine hæredum facta oblatio de soluendo omne id, & totum, in quo remanebat creditor, nulla ratio permittebat, vt deueniretur ad venditionem pignoris. l. si priusquam. vbi glo. declarat solam verbalem oblationem iudicialem sufficere ad effectum. vt prohibeatur venditio pignoris, quam seq. Bald. & Salyc. C. de distractu pign. Negus. de pign. 3. mem. 5. par. num. 45. Sed hæredes admittendi erant ad purgationem moræ de acquisitione Canonica etiam quod simus in contractu iurato, dummodo creditoris ius ex tali purgatione non esset effectum deterius, & ipse sine damno conseruaretur, Capitaq. decis. 250. num. 2. par. 2. & seq. præsertim quod tunc temporis res erat integra, neque vinea alteri vendita, Bellam. decis. 4 661. nu. 5. nam in qualibet parte Iudicij, † vbi ius partis remanet illæsum, potest mora purgari, vt tenuit Rota coram Dn. Pegna in vna Placentina Decanatus 6. Nouembr. 1596. & in alia Calaguritana Prioratus coram Illustrissimo Domino Blanchetto 15. Ianuarij 1589.

Nec dicatur, præmissis aduersari resolutionem factam coram Reu. Patre Domino Mellino in vna Romana hæreditatis della Pottæ. 24. Nouembr. 1595. in qua Domini dixerunt non esse locum purgationi moræ, quando ius partis est effectum deterius ob talem moram, atque ita vbi pars est in damno, quia subditū fuit, hoc esse verum, nisi pars parata esset interesse, & damnum propter dictam moram passum refarcire. Cum igitur hæredes Ioan. Ant. obtulerint soluere ratā pretij decursam, & fructus eius occasione debites nō patiebatur æquitas Canonica, vt hæredes à purgatione moræ excluderentur.

Non

Non obstat, quod propter obligationem Cameralem purgationi non erat locus, ex Pute. decisio. 456. libro 2. quia hoc de æquitate Canonica non est receptum, concurrentibus maxime ijs, quæ supra deducta sunt, nempe impotentia debitoris, & tacita remissione creditoris, qui viuente debitore caducitatem non acceptauit.

Nec refragatur, quod contractus prætendatur resolutus propter pactum reseruationis dominij, donec integre pretium vineæ fuisset solutum, ex trad. per Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glo. 2. nu. 34. Fab. de Monte, de empt. & vcod. q. 5. princ. num. 36. quoniam eo casu non resoluitur contractus, sed suspenditur acquisitio dominij nisi secuta solutione pretij, nam interim potius transit in alium contractum ita quod si data fuit dilatio ad soluendum, donec ea durat, non incurritur mora, nisi quo ad eam ratam, cuius dies cessit: neque tantisper potest in vim illius agi ad integrum pretium nisi in vim, l. si quis maior, quæ vt ostensum est, non intrat in casu præsenti: & hoc est, quod respondet Iurisconsultus in l. procuratores. §. plures. ff. de tribut. quæ res vendicari siquidem potest, si pretium nō soluatur, sed non prohibetur vendicanti offerre pactum, quod non esset, si contractus esset ipso iure resolutus, vt ibi affirmat glo. in ver. vendicari. Fatendum ergo est aliud dicendum esse, si creditor vendicasset vineam quia pretium non fuerat oblatum, quo casu potuisset creditor postea alteri vineam vēdere, neque competeret primo emptori purgatio moræ, quia secunda venditio iuncta traditione facit, vt secundus emptor præferatur, & vēditor non incidat in crimen falsi duobus vendendi, ita Bal. post Odofr. in l. venditor. ff. de hær. vend. in l. quoties. nu. 2. C de rei vend. Verum cum creditor propter non solutam ratam pretij vineam non vendicauerit, quia partem pretij solutam non restituit, sed ad pretiū conuentum egerit, fueritque in possessionem illius unmissus donec sibi de pretio esset satisfactum ac cesserit iura D. Marusello, qui postea subhastari fecit vineam pro minori summa, quam esset sui authoris creditum, sequitur adiudicatum inde sequutum fuisse nullum. Bar. in l. si non sortem. §. si certum. ff. de cond. indeb. & consequenter purgationi moræ per oblationem iudicialem factam fuisse locum, atque ita Dn. Abbati Marusello nullum iusto vinea fuisse acquisitum.

Et ita decisum.

ARRIGONII.

Tolentinensis Donationis. Ven. 17. Maij 1596.

ARGVMENTVM.

An donatio facta per fœminam sit valida, absque insinuatione.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum supplet defectum.*

2 *Donatio inter matrem, & filios non indiget insinuatione. Contra num. 3.*

DECISIO DCCXXIX.

PRoposui dubium, An donatio facta per D. Martiā sit valida, super quo de ordine Dominorum feci informate Aduocatos virtusque partis strictè ad effectum insinuationis, quę requirebatur per Constitutionem Marchiæ lib. 5. c. 25. Et fuit resolutum pro inualiditate, quia quicquid sit de iure communi, & quorundam opinione quā sequuta fuit Rota in pluribus cau-1 sis, quod iuramētum suppleat † prædictum defectum: tamen in casu, de quo agitur etiam quod in fine donationis fuerit appositum, non pōt operari effectum validitatis, & supplere defectum insinuationis, quia constitutio copulatiue requirit iuramentum, & insinuationem, quibus non adhibitis dicit donationes esse nullius firmitatis, & censeri dolose extortas. Vnde ad validitatē requirebatur vtrūque, & non sufficiebat vnum. l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. immo mandat obseruare illas solennitates & quod esset appositū duplex iuramentum, vt apparet in vers. quā constitutionē. Et de validitate Constitutionis non est dubitandi, cū fuerit confirmata à Papa, vt de hac Constitutione tradit Ro. in cōs. 12. sub n. 2. circa fi. ver. resultat primo ex pdictis.

Nec renunciatio insinuationis, statutorum, ac reformationum &c. de qua in ipsa donatione, illam validat, vt post alios, per Ias. in l. nemo. post nu. 28. vers. tu adde benefacere &c. ff. de leg. 1. & per plures alios, quos cumulat Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur, n. 316. & nu. 321. vers. illud aūt. C. de reuoc. don. Rol. cons. 39. n. 35. li. 1. & eodem dolo, & fragilitate, qua censetur quis inductus ad donandum sine solennitatibus requisitis à statuto, eodē modo censetur inductus ad faciendam talem renunciationem, l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. Atet & Ias. ante fin. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Natt. in cons. 468. nu. 3.

Non obstat quod ista donatio fuerit inter matrem, 2 & filios, & consequenter † non indigebat insinuatio-3 ne, quia imo erat | necessaria, vt per Sal. in l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. Alex. in l. 1. col. 17. vers. circa secundum. ff. sol. matr. & in cōs. 115. col. 2. lib. 4. Chass. in cons. 7. n. 23. Dec. in cons. 432. nu. 9. Paris. cons. 16. nu. 25. lib. 2. Et ita etiam alias fuit resolutum in vna Vrbeuetana donationis coram Reuerendissimo Oriolensi.

MANTICÆ.

Romana, Hæreditatis. Mercurij 5. Maij 1593.

ARGVMENTVM.

Societas ministrantium infirmis an sit capax hæreditatis sibi relictæ sub hac conditione, si sint capaces.

SVMMARIA.

1 *Ministrantes ægrotis relictam sibi hæreditatem capere possunt, non quidem ad effectum retinendi pretium in comparationem domorum pro ædificandis Ecclesiis, & Oratorijs, & in eorum vsum necessarium conuertendi. & nu. 9*

2 *Hæreditatis per aditionem hæredibus dominium bonorum immobilium acquiritur.*

3 *Ministrantes ægrotis nec singuli, nec vniuersi, possunt bona immobilia, & fructus annuos acquirere.*

4 *Dominium bonorum immobilium acquiritur ministrantibus ægrotis ad effectum vendendi, & in eorum vsum necessarium conuertendi.*

5 *Concilium Tridentinum concedit omnibus mendicantibus exceptis Capuccinis, & Minoribus de obseruantia, vt possint bona immobilia in communi recipere, & retinere.*

6 *Verbum, donata, refertur ad donationem inter viuos. Verbum legata verò refertur ad relicta particularia, & donationes causa mortis.*

7 *Dominium ex legato recta via in legatarium transit.*

8 *Fratres Minores in arctissima fundati sunt paupertate.*

10 *Ex voto fratrum Minorum non rectè infertur ad alios mendicantes, et multo minus administrantes infirmis.*

11 *Dominium momentaneum non repugnat voto paupertatis, nec regula mendicantium.*

12 *Verba sic debent intelligi, vt non contineant repugnantiam.*

13 *Prædicatores possunt acquirere hæreditates, ad effectum vendendi, & retinendi.*

DECISIO DCCXXX.

BOnæ memoriæ Cardinalis Maiest. Regalis conditō testamēto instituit sibi hæredem societatem ministrantium infirmis, sub hac conditione, si sint capaces, & si non sint capaces, Raymundam Vulchisonam Neptem ex sorore substituit.

Proinde dubitaui, An dicta societas sit capax, ita vt neptis substituta per aditione hæreditatis excludatur.

Et quidem quinque ex sex Dominis, qui viderant vno dissentiente, censuerunt societatem esse capacem.

1 Nam licet ipsi ministrantes † ęgrotis profiteantur paupertatem eorum mendicantium, qui nec singuli, nec vniuersi vllos fructus, aut redditus recipiant, nihilominus relictam sibi hæreditatem capere possunt, non quidem ad effectum retinendi, sed vendendi, & pretium in comparationem domorum pro ædificãdis Ecclesijs, & Oratorijs, & in eorum vsum necessarium conuertendum, sicuti de alijs mendicantibus, exceptis minoribus, trad. gl. in c. 1 in verbo domum. de relig. dom. lib. 6. Spec. in tit. de statu Monac. §. 1. vers. tertio quæritur. Iacob. de Aren. in l. Deo nobis, nu. 6. vers. alij dicũt. de Episc. & Cler. Bald. in l. cum quæstio. nu. 7. C. de leg. & in cons. 232. sub nu. 1. vers. item dem. lib. 2. vbi dicit, ita se vidisse cõmu. obseruari. Guid. Pap. q. 327. & Abb. in c. in præsentia. nu. 61. de probat. & hanc opinionem communem profitetur Alex. cons. 88. nu. 1. lib. 2. quam etiam tenet Bened. Capr. cons. 24. nu. 12. & seq. & Fel. qui dictam gloss. dicit esse ordinariam, & Soc. in d. c. in præsentia, nu. 91. & 93. de prob. & decis. ibid. num. 70. alias mihi nu. 270. dicit etiam hoc communiter seruari, & generalem hanc esse consuetudinem, scribit etiam Ant. Gabr. conclus. 1. num. 11. de hæred. instit. lib. 4.

2 Neque ad rem pertinet, quod per aditionem † hæreditatis ipsis ministrantibus hæredibus institutis dominium bonorum immobilium acquiratur. l. cum hęredes. in princ. ff. de acquir. poss. l. pro hærede. de acq. hæred. §. vlt. Inst. de hęred. qual. & differ. Et hoc ex vo-
3 to professionis sit eis interdictum, quia nec singuli † nec vniuersi possunt bona immobilia, & fructus, seu redditus annuos acquirere.

4 Nam fuit responsum, quod hoc dominium eis † acquisitum ad effectum vendendi & in eorum vsum necessarium conuertendi est momentaneum, nec infringit regulam mendicantium, arg. l. vlt. in fi. de bon. quæ lib. Et ita in specie respondet Bald. in c. cum causa, nu. 4. de re iud. quod etiam idem explicat in d. consil. 232. num. 1. vers. item domus, lib. 2. & Calder. cons. 46. vers. præterea. de testam. Idemque colligitur ex Sacr. Conc.
5 Trid. sess. 25. de reform. regul. c. 3. dum concedit † omnibus mendicantibus, exceptis Capuccinis, & Minoribus de obseruantia, vt possint bona immobilia in communi recipere, & retinere, & ita sentit etiam Diuus Thomas. 22. quæst. 88. not. 7.

Accedit etiam quod in Bulla confirmationis huiusce societatis edita à fel. rec. Greg. XIV. Pręfecto permissum est, vt bona quæcũque pro domorum, vel oratoriorum, vel personarum inibi commorantium sustẽtatione eis pro tẽpore donata, relicta, & legata acquirantur, quòd debet etiam intelligi de hæreditate relicta titulo constitutionis, per illud verbum donata re-
6 fertur ad donationem inter viuos, & verbum † legata ad relicta particularia & donationes causa mortis. l. & fideicommis. de leg. 3. ergo illud verbum relicta ne videatur esse superuacuũ, debet referri ad dispositiones vniuersales vltimæ volũtatis, præsertim quia ratio diuersitatis reddi non potest, cur magis ex legatis, quã ex institutionib. ad effectum distrahẽdi ipsi possint acqui-
7 rere. nam ex legato dominiũ † recta etiam via in legatarium transit, l. à Titio. ff. de fur. l. legatum ita. de leg. 2.

Præterea ead. Greg. constitutio in §. quinimo vt vestiantur, &c. prohibet, ne quisquam proprio emolumento studeat, neque ipsi ægrotis auctores sint, neque consiliũ dent, aut eos hortentur, vt aliquid eis erogent eleemosynę, aut testamentum faciãt, aut legata relinquant in eorum rem, ac vtilitatem. Ex quibus verbis datur intelligi, quod si quisquam absque eorum consilio sua sponte in eorum commodũ fecerit testamentum, possint capere, quod sane intelligitur ad effectum vendẽdi, vt dictum est, & cum specialiter loquatur de testamẽto, & legatis, & sine hæredis institutione, testamentum non possit intelligi. l. 1. in fi. ff. de vulgat. subst. §. ante hæredis. Inst. de leg. necesse est dicere, quod ipsi ministrantes possint etiam hæredes institui, & capere hæreditatẽ, alioquin talis prohibitio esset superuacua, quod non est dicendũ. l. 3. in fi. ibi, nec dicit. ff. de iureiur. l. 1. ff. ad municip. & l. postliminij. la 1. ad fi. ibi, non est visa necessaria lex. ff. de capt. & postlim. reuer.

Ex eo etiam tollitur omnis dubitatio. In testamento de quo agitur, dictum est etiam, quod valeat dispositio in vim donationis causa mortis, legati, & vltimæ voluntatis, & alio omni meliori modo, quo potest. Vnde si ista societas non esset capax institutionis, vtique esset capax bonorum veluti donationis, & legati.

Non obstat Clem. exiui. de paradiso. §. cum igitur, &
8 §. cũ enim ad veritatem. de verb. signif. quia † loquitur de fratribus minoribus qui in arctissima sunt paupertate fundati. Aliud dicendum est ex communi Doct. sentẽtia de alijs mendicantib. vt ex prædictis apparet. Et hanc quoque differentiam in specie tradit Card. in d. Clem. exiui. §. proinde. col. pen. vers. ad quæsitum.

Neque etiam refragatur, quod si societas non sit capax, neptis testatoris fuerit substituta, quia substitutio posset habere locum, si societas primo gradu instituta nullo modo posset adire hæreditatẽ, sicuti sunt Patres minores, qui nec ad effectum vendendi possunt acquirere hæreditatem. At cum isti ministri ægrotantiũ pos-
9 sint capere, & adiuerint † hæreditatem, non quidem animo retinendi, sed distrahendi vt dictum est, expirauit substitutio, l. post aditam. de impub. & alijs substit. Neque obstat, quod scribit Anch. inter cons. Cald. cons. 20. in tit. de testam. quia aperte loquitur de fratribus
10 minoribus neque ex eorum † voto, aut regula recte infertur ad alios mendicantes, & multo minus administrantes infirmis, qui habent regulam viuendi particularem, vt ex supradictis constat.

Proinde non obstat c. cum ad monasterium. de statu
11 Monach. quia superius fuit responsum, † dominium momentaneum non repugnare voto paupertatis, nec regulæ mendicantium.

Neque etiam votum, & professio horum ministrãtium excludit principium acquisitionis ex eo, quòd in dicta Bulla fel. recor. Gregor. XIV. dicitur, vt quisquis decreuerit se huic charitatis muneri in perpetuum addicere, statuat se mundo, rebusque omnibus seculi esse mortuum, & Christo soli viuere sub iugo perpetuæ paupertatis, quia ex inferiorib. verbis superius ponderatis manifeste colligitur, dominium ex ordinationib. causa mortis, legatis, & institutionibus posse eis acqui-
12 ri, & verba sic debent † intelligi, vt non contineant repugnãtiam. c. inter dilectos. de fide instr. §. quib. in prima Codicis constitutione. Nam fratres etiam prędicatores sicuti minores, in arctissima paupertate dicuntur Christo famulari. c. nimis. il 2. de exces. pręlat. & tamen dubium non est, quin ipsi prædicatores possint acqui-
13 rere † hęreditates, ad effectum vendendi, & retinendi: quinimmo ipsi in communi etiam possunt bona aliqua retinere, vt in extrauagante c. quia quosdã. §. præterea. de verb. signif. quod in specie animaduertit Card. in d. Clem. exiui. d. §. proinde. col. pen. versic. ad tertium. de verbor. signific. Igitur hi ministrantes infirmis multo magis possunt adire hæreditatem ad effectum vendendi, non etiam retinendi bona aliqua immobilia, nec vllos annuos redditus, neque propterea dicuntur infringere votum paupertatis.

Et si in verbis professionis esset aliqua verborũ ambiguitas, tunc etiam ex d. Bulla Greg. XIV. Præfectus Religionis vnà cum socijs haberet potestatem eam interpretandi & explicandi, vt dicitur paulo post principium. §. Nec autem ex sententiarũ æqualitate. Et ideo cum ipse Præfectus, qui est auctor huius societatis hũc habeat sensum, cessat omnis dubitatio.

Neque etiam illud est omittendum, quod Gregor. in dicta Bulla. §. nec non priuilegia. huic societati concedit eadem priuilegia, & easdem facultates, quas habet

bet societas Iesu, quę quidem respectu domorum professarum habet facultatem recipiendi quoscúque redditus ad effectum vendendi, & in suas necessitates cóuertendi, vt fuit expressum à dicta Bulla fel. recor. Iulij III. quæ cótinetur in libello literarum Apostolicarum, quæ ad illius societatis fauorem editæ sunt pag. 48.

Atque ex his conclusum fuit, hanc societaté hæreditatis sibi relictæ ad effectum vendendi esse capacem.

BLANCHETTI.
Rom. Locationis Affictus. Lunæ 4 Iunij 1584.
ARGVMENTVM.
Contractus locationis an rescindatur per pœnitentiam alterutrius contrahentium.
SVMMARIA.

1 *Ius vbi contractui resistit, licitum est à contractu recedere.*
2 *Conditio nihil ponit in esse.*
3 *Beneplacitum quando non est subsecutum, nisi sub conditione, resoluitur contractus.*
4 *Pœnitentia ex sola à contractu recedere non licet.*
5 *Voluntas matrimonij non pendet à partium voluntate.*
6 *Ecclesia debet stare contractibus per eã gestis, vt alliciat, non autem deterreat alios ad contrahendum cum ipsa.*

DECISIO DCCXXXI.

Locauerunt Reuerendiss. Canonici Lateranenses Casale Dregone nuncupatum per spatium 15. annorum, reseruato beneplacito secundum D. N. quod fuit subsecutum in forma si in euidente, qua conditione nondum purificata per annos fere nouem exegerunt affictus, pænitentia adducti volebant rescindere contractum huiusmodi, allegantes id sibi licere, tum 1 quia vbi contractui ius resistit † licitum esse à contractu recedere, cap. si quis presbyterorum. vbi Doct. do reb. eccles. non alien. cum pluribus allegatis. tum quia 2 conditio † nihil ponit in esse. Vnde cum beneplacitum non sit subsecutum, nisi sub conditione, conditione e- 3 nim † non secuta resoluitur contractus, & allegabantur huc decisiones factæ in Rota in causis Aduersana Tenementi, & Florentina Bonorum.

Ex aduerso allegabantur aliæ duæ decisiones hic contrariæ factæ in vna Leodiensi domorum & alia Tirasonensi decimarum anno 1576. Ideo de mandato Illustriss. & Reuerendiss. Dn. mei Cardinalis Santimaselli proposui dubium, An licita esset in casu de quo agitur pænitentiæ.

Et fuit resolutum per Dominos non esse locũ pænitentiæ, quia cum dicti Canonici cõsenserint confirma- 4 tioni † impetrandæ, & illam impetrarint, non licet ex sola pænitentia recedere, Cepb. cons. 91. nu. 9. lib. 1. post Paris. cons. 1. num. 129. libro 1. & vt inquit Bald. consil. 475. nu. 8. lib. 1. Ipsa petitio confirmationis nouum inducit consensum.

Non obstant allegata in contrarium. nam in Auth. Doct. in c. super eo. de cond. apposita loquuntur in contractu matrimonij in gradu prohibito, cui magis resistit lex, quam alienationi Ecclesiasticæ, cum voluntas 5 matrimonij † non pendeat à partium voluntate. Alienatio autem rei Ecclesiasticæ est nulla, Ecclesia tantum volente rescinditur, Cassad. decis. 1. & 2. de locat. Propterea in cõtractu matrimonij plura adsunt specialia, vt ex c. requisiuit. de sponf.

Alia procedunt antequam sit obtentum beneplacitum Sedis Apostolicæ. tunc enim licita est pænitentia, quia conditio sub qua est contractum, non adhuc est purificata, sed illo obtento tunc cessat conditio apposita in contractu, illa verò, quæ apponitur in gratia, si in euidente, cum respiciat tempus initi cõtractus, si alienatio cadat in euidẽtem vtilitatem, non suspendit gratiam. l. cum ad præsens. ff. si cert. pet.

Non obstant duæ decisiones supra allegatæ, quia in causa Florentina bonorum non fuit resolutus contractus per pænitentiam superuenientem post obtentum beneplacitum simpliciter, sed quia fuit allegatum, & probatum damnum euidens Ecclesiæ. Alia facta in causa Auersana territorij tollitur, quia omnes alienationes carebant solennitate, quæ simul cum ea requiritur in alienatione rei Ecclesiæ, cap. 1. de rebus eccles. Dec. consil. 192. num. 4. & ibi non fuerat seruata forma extrauagantis, & non est dubium, quod probata euidenti vtilitate vel solennitate alienatio rescinditur non ex capite pænitentiæ tantum, sed quia deficit authoritas Papæ.

Accedat hic obseruantia huius contractus per tanti temporis spacium, ita vt non possit dici res amplius integra.

Nec obstat, quod per decisionem factam coram R. Patre Domino Aldobrandino alienatio sustineatur per illud ex consuetudine ad nouennium, quia cum constet de mente partium contractus, qui ratione partis rei, vel pro rata temporis in contractu' deducti potest sustineri, rescinditur in totum. Dec. in Auth. qui rem. nu. 22. & 23. C. de sacrosan. eccles. de voluntate autem hic constat satis, quia conductores non conduxissent sub pactis, de quibus in instrumẽto si post nouennium locationem rescindi debere cogitassent: præterea decet 6 Ecclesiam, quæ est cultrix † iustitiæ, & æquitatis, nisi probetur euidẽs damnum, stare contractibus per eam gestis, vt alliciat, non autem deterreat alios ad contrahendum cum ipsa.

PENIÆ.
Dertusensis Parochialis de Riuissa. Ven. 2. Februarij 1593.
ARGVMENTVM.
Reseruatio Papalis cum decreto irritante quid operetur.
SVMMARIA.

1 *Papali decreto ligantur etiam ignorantes.*
2 *Approbatio & collatio ordinario nullum ius tribuit stante decreto irritante approbationem, & collationem ordinarij.*

DECISIO DCCXXXII.

Reseruauerat fel. rec. Greg. XIV. die 5. Septem. anno 1590. omnia beneficia cum cura, & sine cura post dictam diem 5. & per totum dictum annũ 1590. vacantem, vt apparet ex regula Cancellariæ eiusdem Pontificis, & cum die 27. eiusdem mensis Septembris vacasset ista Parochialis oppidi de Riuissa Episcopo Dertusensi oppositis edictis, & facto cõcursu, ad quod inter ceteros comparuerant Francisc. Virgilius Terraconensis, & Raymũdus Ferda Dertusensis ambo Decretorum Doctores die 2. Ianuarij 1591. declarando Parochialem Francisco fore cõferendam eodem tempore pure, & simpliciter, & etiam per Bireti impositionem eidem Frãcisco eam contulit, qui die proxime sequente vigore collationis sibi factæ, tanquam Rectori in manib. Episcopi fidei professionem faciendo, & die 15. in verã, & realem possessionem eiusdem Parochialis immissus saltem ad 24. diem Ianuarij actus Rectorales exercuit. Interim ordinatio habita forsan notitia prædictę reseruationis sub die 12. Ianuarij 1591. literis quibusdam certificatorijs ad Papam directis, asserens se ideo Parochialem Virgilio cõtulisse, quod reseruationem ignorans paratum se obtulit Suæ Sanctitatis mandatis obedire, & Virgilius literas suæ approbationis infra quatuor menses iuxta Cõstitutionem Pij V. de prouisione parochialium in Dataria 17. April. 1591. pñsentandũ de prędicta Parochiali sibi prouideri petijt.

Ceterum Raymũd. die 3. Martij 1593. eãdem Parochialem tãquam reseruatam à Sede Apostolica impetrauit dubitatum, An Franc. competeret ius ita vt Parochialis fuerit sibi adiudicanda. Et Dd. responderũt, non competere, primum nõ ex collectione Ordinarij, quia ei obstabat Papalis reseruatio cum decreto irritãte, c. 2. & c. dudum. de probat. in 6. Rot. decis. 1. nu. 4. de

rer. perm. in Nou. Simon. io tract. de reser. q. 88. n. 1. & q. 79. nu. 4. quo Papali decreto † ligantur etiã ignorantes, c. 1. de concess. præb. lib. 6. Cassad. dec. 11. nu. 5. super reg. limit. de reser. q. 46. Accoramb. dec. 9. lib. 2. Couar. c. alma mater. de sent. excom. par. 1. §. 10. nu. 8. & seq. & operatur præterea nullitatem actus, c. tale decretum gest. Cassad. decis. 1. num. 1. de præb. Couar. pract. q. c. 9. nu. 7. Fel. in c. 1. nu. 7. ver. 4. limita de const. cum sim. congestis per Gabr. tit. de clausulis. conclus. 3.

Neque ex concursu cum subsequuta examinatorum testium approbatione, & Episcopi electione dicebatur competere aliquod ius Francisco, & competere videbatur, ex dispositione Concilij Tridentini, sess. 24. c. 18. s. peracto deinde examine ei qui fuerit approbatus, & magis idoneus iudicatus fuit collatio ab illo ad quem spectaret approbatio & collatio ordinarij † nullum ius tribuere potuit, stante decreto irritante approbationẽ, & collationem ordinarij inficiente. Rot. decis. 1. nu. 4. de rer. permut. in Non. Paris. cons. 19. nu. 21. lib. 4.

Et licet ex concursu, approbatione, & electione Ordinarij aliquod ius considerabile Francisco competere potuisset, illud amiserat, ex quo ceperat possessionem vigore collationis ab Ordinario sibi factæ, c. fin. de præbend. lib. 6. cuius textus dispositio, quantumuis sciendo tantum afficeret, Franciscum comprehendere videbatur, qui propterea, se Parochialem contulisse fatebatur, ex reseruatione ignorauerat. Nam cum mensis Decembris semper sit vnus de dictis mensibus Ordinariorum, non fuerat necessarium talem præmunire executionem, & tamen cum hæc agerentur die 2. Ianuarij, nihilominus Franciscus vigore collationis Ordinarij de 15. eiusdem possessionem Parochialis voluit adipisci.

Ad decisionem in causa Gerundinensi Sacristiæ die 16. Maij 1567. coram Cotta, quam Domini iuxta pro genuina Rotæ decisione noscere dignabantur, respondetur, eam non omnino applicari huic Themati, vbi non fuerat seruata Conc. Trid. forma deputandi œconomum cum congrua fructuum assignatione, donec à Papa foret de Parochiali prouisum, ad quem tanquam de beneficio reseruato collatio pertinebat.

Eodem modo dicebant Domini respondendum ad decisionem Put. 153. incipientem dubitauit. lib. 3. nam propterea ibi ex oppositione fuerat ius considerabile acquisitum oppositioni, de quo mentionem fieri oportebat, quando concursus fuerat factus, ad effectũ apud eos, qui conferre poterãt, sed in hac causa concursus, & examen Francisci, vt euentus demonstrauit, non poterat dici ad effectum factus vt Papa deinde conferret, cũ ordinarius contulerit, & ideo ex illis, tanquam ex præambulis ad collationem, à Papa faciendis non fuerat Francisco quæsitum aliquod ius considerabile, imò vero actus præcedentes videbantur ordinati.

Preterea cum decisio Put. loqueretur solum ad effectum, vt dicti iuris mentio fieri deberet, ex eo non poterat huic facto applicari, quod ex serie, & narratione totius causæ expositæ fuerant Papæ omnes illius circumstantiæ.

Illa quæ obijciebantur contra prouisionem Raymundi, tanquam aliena à præsente disputatione, in qua solum quærebatur de iure à Francisco præsentato non indigere responsione Domini censuerunt. Et ita fuit cõclusum, nullum ius competere Francisco, nec ei Parochialem adiudicandam.

Vicentina Pensionis, Luna 21. Maij 1590.

ARGVMENTVM.

Pensionis materia pertractatur.

SVMMARIA.

1 *Actor exceptionem & intentionem suam probare debet.*
2 *Fructus diminutos esse qui dicit, ei incumbit onus probandi.*
3 *Pensio secundo loco reseruata, nisi fiat mentio prioris, est nulla.*
4 *Exceptio cum opponitur ad destruẽdam gratiam alterius, non sufficit eam probari per verisimile, sed debet probari per necesse.*
5 *Resignationis causa finali cessante, cessat & nomen.*
6 *Sententia pro actore ferri debet, cum Reus probat suam exceptionem obscure.*
7 *Probatio dubia suffragari non potest, & quare ibidem.*

DECISIO DCCXXXIII.

EXpensionibus, quæ ab hæredibus bonæ memoriæ Randonij contra Comitem Io. Baptist. de Vicarija obijciuntur dubitaui, An pensio illa 15. scutorum ad fauorem D. Macchabruni reseruata die 14. Maij 1551. sit iustificata.

Et cum sæpius hanc dubitationem proposuissem, ac tandem Domini dissentirent, ac demum pro maiori parte conclusum fuit, eam non esse sufficienter iustificatam ad effectum diminuendi fructus beneficij, de quo agitur, & inualidandam pensionem, quæ quidem Comiti postea fuit reseruata, dummodo medietatem fructuum non excedat, & 30. remanent eius Rectori.

Nam cum ipse plene probauerit valorem beneficij, ita vt eius pensio non excedat medietatem fructuum, & 30. pro Rectore possint remanere scuta quindecim, qui excipit, & dicit impositam esse hanc pensionem scutorum 15. per quam fructus diminuuntur, in hac exceptione fungitur partibus Actoris, & debet hanc suam exceptionem, † & intentionem probare, l. 1. & l. in exceptionibus. in princ. l. 2. §. 1. ff. de dolo mal. excep. Et quidem ei etiam, qui fructus dicit esse diminutos, incumbit onus probandi. Angel. in cons. 274. num. 3. & 4. in fine. Iasin l. si vero. § qui pro rei qualitate. num. 15. ff. qui satisdare cogan.

Quamuis igitur pensio secundo loco reseruata, † nisi fiat mentio prioris sit nulla, hoc tamen intelligitur, si prima pensio valeat, secus si sit inutilis. l. non putauit. §. ratio quæuis. ff. de bon. poss. contra tab. Caputaq. decis. 301. par. 2. quod multo facilius in causa proposita est recipiendum, quia pensio fuit Comiti reseruata, etiam si aliæ adessent pensiones, cum prædicta clausula, *dummodo, &c.* quare vt Comitis intentio excludatur, non sufficit probare existentiam prioris pensionis, sed debet probari, eam fuisse validam, & exequibilem, ita vt fructus cum effectu possint dici diminuti.

Ceterum sola sublatio pensionis, & eius extinctio, cum solutionibus anticipatis, & consensu à tergo non sufficit ad probandam validitatem pensionis, nisi etiam probetur, Macchabrunum, cui pensio fuit reseruata, fuisse clericum, quia si non fuisset factus clericus, non potuit exigere pensionem, absque dispẽsatione. Gig. de pens. q. 13. ad fin. Cum igitur non probetur, eum fuisse clericum, probatio est imperfecta, & obscura. nam licet ei pensio fuisset reseruata, etsi tunc temporis non esset clericus, tamen conceditur ei facultas, vt clericus fieri possit: & ideo non potuit exigere pensionẽ, nisi postea clericali charactere fuerit insignitus, vt ex supplicatione colligitur: itaque cũ exceptio ista opponatur ad destruendam gratiam † alterius, non sufficit eam probari per verisimile, sed debet probari per necesse, l. mater. & ibi Bal. in prin. C. de prob. & Purp. in cons. 455. nu. 32.

Verum enimvero sola extinctio pensionis non est argumentum concludens validitatis ipsius pẽsionis, quia extinguere illam pensionem 15. scutorum potuit cedere commodo Domini Rondonij, etsi esset inutilis, tum quia per eam excluditur alia pensio 40. scutorum quæ debetur Comiti, tum verò quia si apparuisset, illã pensionem scutorum 15. fuisse nullam, ipse D. Randon. qui beneficium obtinuit ex resignatione cum reseruatione illius pẽsionis tenebatur illud restituere, cum † cessante cã finali ipsius resignationis cesset nomen, Pau. de Cast. in l. eum qui. in prin. ff. de inoff. test. Caputaq. decis. 84. nu. 2.

nu. 2. p. 3. Peregr. decis. 152. incipiente in causa Bullæ.

Quapropter cum actor clare probauerit suam intentionem, & Reus † probet suam exceptionem, obscure sententia ferri debet pro Actore, l. optimum. vers. etsi inter præsentes, ibi, manifestissimis probationibus de contrah. & comm. stip. cum alijs adductis per Alexan. in cons. 144. in fin. lib. 6. Ias. in l. non hoc. num. 15. ad fin. vers. 11. C. de Iud. cognit. nam probatio dubia † non potest suffragari, quia interpretatur contra eum, cui incumbit onus probandi, c. in præsentia. de probat. cum cons. Bald. in l. 2. num. 5. de sent. sine cert. qua. pro. l. vlt. in fi. si minor, se maior. dixit Alex. cons. 152. num. 6. lib. 5. atque ita pro maiori parte fuit conclusum, supponendo Comitem non esse in quasi possessione exigendi suam pensionem.

Ceterum si ipse Comes sit in quasi possessione exigente, vt asserit, & ostendit ex pluribus partitis olim ab ipso Domino Randonio aduersus eum in alio iudicio productis, omnes Domini dixerunt cessare omnem difficultatem.

MANTICÆ.

Spoletana Cappellaniæ, Lunæ 4. Februarij 1591.

ARGVMENTVM.

Sententia quando transeat in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Appellatio propter ferias excusationem habet.*
2 *Appellans si intra terminum iuris ei assignatum causam commiserit, non tenetur amplius redire.*

DECISIO DCCXXXIV.

PLacuit Dominis, sententiam non transiuisse in rem iudicatam quia D. Paulus appellauit die 16. Iulij & sententia lata die 9. eiusdem mensis præsentauit Commissiones in bancho Cursorum, quia licet infra modicum tempus non redemit, sicut redimere debuit, ne appellationi renunciasse videatur. Put. decis. 6. tamen pro 1 pter ferias † excusationem habet, Lancellot. de attent. p. 2. c. 12. in præfat. num. 67. & 69. Caputaq. dec. 67. lib. 3. in m. s. Et Domini dicebant, iam fuisse resolutum corã R. P. Domino Bubalo in causa Toletana primitiarum 10. Decemb. 1587. & in Calaguritana Cappellaniæ S. Laurentij 28. Ianuar. 1585. quod in ea fuerit declaratum procedere dummodo subducto tempore feriatũ non sit lapsum tempus præfixum præsentationi. In casu autem proposito tẽpus lapsum dici non potest, quia præsentatio facta fuit die 20. Decembris, & consequenter lapsis duntaxat octo diebus, postquam audientię initium ceperunt, quod quidem fuit die 12. eiusdem mensis. Igitur, &c.

Neque obstare, quod idem D. Paulus, qui appellauit, pro Apostolis non redierit, & ideo appellationi renunciasse censetur, c. ab eo. de appell. clem. quamuis eo. 2 tit. quia cum infra terminum iuris † ei assignatum causam commiserit, non tenebatur amplius redire, Rot. decis. 54. de appell. in antiq. & ita etiam fuit decisum apud Cresc. dec. 63. lib. 1. quia etiam si res esset dubia, Rota semper inclinauit in hanc sententiam, vt appellatio deserta non intelligatur, quia partib. hoc minus affert præiudicium, vt per illum text. not. Paul. de Castr. in l. 1. post medium. vers. si quis caut. & ita testatur Cassad. dec. 54. in fi. de appell. & seq. Dec. cons. 63. num. 7. Grat. cons. vlt. nu. 12. lib. 2. & Soc. iun. cons. 3. in fi. lib. 1. & cons. 164. nu. 23. lib. 3. Cassad. dicta dec. 4. in fine. de appellat. & seq. lib. 2.

SACRATI.

Bononiensis Bonorum, Merc. 14. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Pars, quæ dat de nullitate, non tenetur restituere accepta. Annullato vero contractu locus est restitutionis.

SVMMARIA.

1 *Obligatio fideiussoris corruit, quando contractus est nullus ex defectu formæ, non autem materiæ.*
2 *Alienatio bonorum est prohibita decocto in fauorem creditorum.*
3 *Creditores possunt dare de nullitate.*
4 *Contractus quando est nullus, puta quia illi ius resistit, omnes obligationes sunt nullæ. Declaratur num. 5.*

DECISIO DCCXXXV.

VErum quatenus venditio fuisset nulla, adhoc existimabant Domini teneri obligationes Bologneti, cum sit obligatus vti principalis, principaliter, & insolidum, Mohed. dec. 2. alias 213. de fideiussor. Et fuit 1 dictum in hac eadem causa, quia † obligatio fideiussoris non corruit nisi contractus fuerit nullus ex defectu formæ, non autem materiæ, Angel. in l. cum lex. num. 9. ff. de fideiuss. defectus autem materiæ, quia bona vendita Pasquilino intra annum decoctionis fuerunt à sta 2 tuto interdicta, & facit quia † alienatio fuit prohibita tantum fauore creditorum. Vnde ipsi, & non alius po 3 test † dare de nullitate. Castr. in d. l. cum lex. nu. 2. vers. sed si fieret per alium.

4 Nec refragatur quod quando † contractus est nullus, quia ius resistit, omnes obligationes sunt nullæ, l. cũ 5 principalis. de regul. iur. quia istud procedit, † quando actus est nullus de iure communi: secus de iure speciali, l. etsi 15. vbi gloss. & Bald. C. de præd. min. Grat. cons. 81. lib. 1. Gabriel. de clausulis conclusio. 10. nu. 6.

GYPSII.

Recanatensis Transactionis, Ven. 29. Martij 1591.

ARGVMENTVM.

Quando quis dat de inualiditate transactionis, non procedit dispositio l. si diuersa. C. de transact. sicut ille qui petit eneruationem contractus, debet prius adimplere pro parte sua, ita etiam debet adimplere ex parte sua restituens id, quod accepit, qui petit annullationem contractus validi, & agit ad distractum.

SVMMARIA.

1 *Transactio est exceptio litis finitæ.*
2 *Contractu annullato locus est restitutioni. Ampliatur. num. 3.*
4 *Agens pro parte sua ex contractu sicut tenetur docere pro parte sua adimpleuisse, sic versa vice agens ad dissolutionem contractus, debet prius implere pro parte sua, & sic restituere.*

DECISIO DCCXXXVI.

DVbitatum fuit, An intraret dispositio l. s. diuersa. C. de transact. Domini omiserunt illam disputationem, An pars quæ dat de nullitate, teneatur in primis restituere accepta iuxta decisionem bonæ memoriæ Cantuccij in illa Tirasonensi transactionis 11. Februarij 1585. Vbi concluditur pro negatiua: quoniam si hodie dicta decisio reuideri deberet, forsan non transiret absque difficultate. Ideo stãte, quod vtraque pars admittat, transactionem esse nullam, dixerunt, nos versari in proprijs terminis dict. l. si diuersa. & consequenter Dominam Barbaram teneri ante omnia refundere accepta, vt per Afflictum decisio. 220. nu. 10. & tenuit Rota in vna Ianuensi coram Illustrissimo Domino Aldobrando de anno 1569. Præterea donec restituerit, sẽ 1 per ipsi obstat transactio, † quæ est exceptio litis finitæ, l. final. vbi scrib. C. de transact. Facta itaque huiusmodi restitutione causa ex integro pertractanda erit, perinde ac si transactio facta non extitisset. Et in istis ter 2 minis, quod † annullato contractu sit locus restitutioni, firmat Abb. consil. 61. in fin. lib. 1. Aymon cons. 7. nu. 14. & cons. 173. ante mandatum primum. Nihil enim 3 refert, quod † ista annullatio fiat per iudicem, vel ab ipsismet partibus. factum enim hæredis censetur factum patris l. ob causam. C. de euiction. cum simil. & faciunt ea, quæ habentur in l. Iulianus. §. offerri. de contrahen. 4 emptione. quod sicut † agens ex contractu, tenetur docere pro parte sua adimpleuisse, sic versa vice agens ad dissolu-

dissolutionem contractus debet prius implere pro parte sua, & sic restituere, arg. l. etsi contra. de vulg. & pupil. cum similibus.

MELLINI.

Ariminensis Transactionis, Merc. 23. Iunij 1601.

ARGVMENTVM.

Contractus quando declaratur nullus, is qui dedit de nullitate, tenetur restituere ea, quæ accepit.

SVMMARIA.

1 *Legi non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.*
2 *Idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito.*
3 *Pars altera quādo acquiescit nullitati, vel contractus declaratur nullus, ille qui dedit de nullitate, tenetur restituere quæ omnia accepit.*

DECISIO DCCXXXVII.

DOmini dixerunt, quod Angelica non impugnat transactionem vti læsiuam, neque petit illius rescissionem, qui sunt propriè termini l. si diuersa. C. de transf. sed dat de inualiditate, & nullitate transactionis, in quo casu non procedit dispositio illius legis, quia nō 1 præstat impedimentum, † quod de iure non sortitur effectum, Natta cons. 631. num. 7. Rol. à Vall. cons. 7. nu. 4. lib. 3. Rim. cons. 5. num. 71. lib. 1. & fuit resolutum in causa Titasonensi iuris præsentationis 21. Febr. 1585. coram bonæ memoriæ Episcopo Lauretano, & ideo potest audiri sine restitutione pignorum & chirographi. Ratio diuersitatis, quæ adducitur ab Anto. cons. 54. nu. 10. quod sicut ille, qui petit executionem contractus debet prius adimplere pro parte sua, l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. ita etiam debet adimplere ex parte sua restituendo, quod accepit, qui petit annullationem contractus validi, & agit ad distractum, quia idem opera-2 tur † propositum in proposito, quod oppositum in opposito, quæ ratio cessat in eo, qui dat de nullitate contractus, quia neque petit executionem contractus, ne-3 que distractum, licet in hoc casu, qoando altera † pars acquiescit nullitati, vel contractus declaratur nullus, ille qui dedit de nullitate tenetur restituere omnia, quæ accepit, & in his terminis procedunt decisio Recanatensis transactionis coram bonæ memoriæ Gypsio, & cons. Bal. 576. in fi. volum. 1. Abb. cons. 62. in fin. vol. 1. Aym. 85. nu. 1. & aliæ autoritates & rationes, quæ adducuntur per Informantes.

SERAPHINI.

Carthaginensis Iurisdictionis. Mercur. 27. Nouembris 1585.

ARGVMENTVM.

Argumenti tenor per se patet.

SVMMARIA.

1 *In leuibus de iure communi solus Episcopus potest procedere.*
2 *In leuibus non opus est tela iudiciaria.*
3 *Casus an grauis sit vel leuis, totum hoc à iudicantis arbitrio pendet.*
4 *Episcopi indistinctè tam in leuib. quàm in grauibus casibus tenentur procedere cum adiunctis.*

DECISIO DCCXXXVIII.

DVbitatum fuit, An in causis leuib. teneatur Illustriss. D. Episc. procedere cum adiunctis iuxta formam Conc. Trid. c. 6. de reform. sess. 25.

Et difficultatem faciebant, quod de iure communi 1 in leuibus solus Episcopus † possit procedere. c. 1. c. licet, & c. irrefragabilis. §. excessus. de off. ordin. & Conc. in d. c. 6. in fi. præseruat Episcopus si quem maiorem auctoritatem ex priuilegijs, constitutionib. aut consuetudinibus siue concordia, seu quocunque alio iure habeat. Tamen hoc non obstante Domini conueniebant in hoc, quod in omnibus casibus tam grauioribus, quā leuibus seruanda esset forma Conc. propter verba generalia ibi, in omnibus autem casibus, &c. quod etiam probari videtur ex eo, quod considerat ibi Concilium diuersitatem qualitatum delictorum, & personarum delinquentium. Item quod considerat Episcopū etiam ex officio procedere posse, quod in leuibus maximè 2 procedit, in quibus † non est opus tela iudiciaria, Bar. Alexand. in l. leuia de accus. Signorol. cons. 88. num. 5. & in istis etiam censuit sacra Congregatio Conc. seruandam esse formam d. c. 6. in vna Gadicensi statutorum, & hoc in casu, de quo agitur, facilius admittenda esse, cum vigeret consuetudo longissima, licet non immemorabilis, aut in criminibus omnium Capitularīū extra Ecclesiam commissis Episcopus cum adiuncto Capitulo procederet ad correctionem sine Episcopo. Et quia tunc per sententiam Rotalem hæc fuerint reuocata ad formam iuris communis tamen illud fuit factū, ex quo tunc temporis extabat declaratio sacræ Congregationis, quod Concilium non habebat locum, nisi ex exemptis, sed postea à dicta declaratione fuit recessum, & conclusum, habere locum vbicunque vigerent priuilegia, statuta vel consuetudines derogantia dispositioni iuris communis.

Neque obstare præseruationem illam factam positā in fine decreti, quia non potest intelligi de iure competente ex dispositione iuris communis, quod vtiq; erat notum partibus, & absurdum fuisset talem dispositionem præseruare, sciuissent enim disponere, vt seruaretur ius commune, si voluissent: sed de alio iure esse intelligendum competente ex statutis, priuilegijs & cōsuetudinibus & alijs similibus à iure communi exorbitantib. videntur autem patres voluisse de medio tollere distinctionem grauium, & leuiū, quod nihil aliud erat, quam seminarium discordiarum, cum totum hoc, 3 † An casus sit grauis, vel leuis à iudicantis arbitrio pendeat, & posset facile hac ratione ab Episcopis elidi decretum admittendo adiunctos. Communicaui postea hanc Rotæ sententiam cum Illustriss. & Reuerend. D. meo Carrafa, qui dixit, Rotam optime sensisse, & Congregationem idem sentire, quod indistinctè tam in le-4 uibus, † quàm in grauibus teneantur procedere cum adiunctis.

SERAPHINI.

Carthaginensis Iurisdictionis, Lunæ 16. Decemb. 1596.

ARGVMENTVM.

An sententia concipienda sit in numero singulari, vel plurali.

SVMMARIA.

1 *Inter coniudices eiusdem ordinis, & eiusdem auctoritatis formula seruari debet.*
2 *Iudices vbi plures adhibentur, tunc concipienda est sententia nomine eius, penes quem, tanquam caput, residet iurisdictio, de consilio tamen & assensu aliorum.*
3 *Consequentia non est bona, Episcopus debet clericorum consilio & in eorum præsentia iudicare, ergo clerici sunt iudices.*
4 *Sententia & decreta sunt concipienda sub eius persona, penes quem maior & præcipua est auctoritas.*
5 *Iudicio in possessorio vltimus status attenditur, & vnicus actus sufficit. Ampliatur num. seq.*
7 *Scientia vnius sufficit ex illis, qui habet interesse commune.*
8 *Possidens quando habet titulum, non acquiritur scientia.*

DECISIO DCCXXXIX.

COmpromissa fuit in Rota quædam controuersia, orta inter R. D. Episc. Carthaginens. ex vna parte, & Reu. Decanum, & Capitulum ex altera super modo subscribendi sententias, & decreta, quæ fuerint simul per Episcopum, & adiunctum deputatum à Capitulo, prætendente Episcopo, quod sententia sit concipienda in numero singulari sub hac formula, ego N.

Episco-

Episcopus ita pronunciaui, & consilio, & assensu N. adiuncti, & econtra prætendentibus capitularibus esse concipiendam in numero plurali hoc pacto: Nos N. & N. adiunctus ita pronunciauimus, & in compromisso expresse fuit cautum, vt hæc controuersia decidi deberet in possessorio tantum, qua forma attenta Reuer. Patres Domini mei me proponente censuerunt, vt sententiæ, & decreta subscriberentur sub priori formula in numero singulari concepta, attento quod pro parte Episcopi deducebatur, nonnulla decreta sub hac formula prolata in lite quadam criminali inter fiscalem actorē ex vna, & Archidiaconum de Lorca, & his cōsortibus reos conuentos, &c. Item in alia lite criminali contra Archidiaconum Carthaginensem propter prætensum quoddam assassinium, in qua in pluribus decretis reperitur seruata eadem formula, quibus stantibus constare dixerunt de Episcopi quasi possessione cui eo magis erat fauendum, cum videatur quoque habere assisten-
1 tiam iuris communis. Nam licet inter coniudices † eius dem ordinis, & eiusdem auctoritatis seruari debeat formula c. pen. de sent. & re iud. in 6. nempe vt concipiatur sub numero plurali omnium nomine, tamen ibi iudices sunt disparis cōditionis, tam ex respectu iurisdictio-
2 nis quàm causæ, propter quam plures † adhibentur, tūc concipienda est sententia nomine eius, penes quē, tanquam caput, residet iurisdictio, de consilio tamen & assensu aliorum, & quorum consilio, & assensu procedi tur in causa, quod manifeste innuere videntur verba expressa Concil. Tridentin. c. 6. de reform. sess. 25. & ita fuit per sacram Cōgregationem resolutū in causa Radicensi, Iurisdictionis. Et merito cum de iure communi Episcopus habeat iurisdictionem in Canonicos & Capitulum, c. personæ 2. quæst. 1. c. irrefragabili. §. excessus. vbi gloss. verb. per capitulū, de off. ordin. & fuit alias late discussus in Rota inter easdem partes articulus, an in procedendo contra Capitulares requireretur de iure consensus Capituli, vel consilium tantū. Achil. de Grassis decision. 57. & 2. de off. ordin. & post varias resolutiones tandem coram Illustrissimo Lancellotto conclusum in arduis requiri consensum in ceteris consilium, ex quo colligitur maiorem iurisdictionem esse penes Episcopum, quam penes Capitulum. Vnde siue dicamus ipsos esse coniudices, vt videtur voluisse Archid. in c. Episcopus 15. quæst. 7. dicendum, non esse bo-
3 nam consequentiam, Episcopus † debet Clericorum cōsilio, & in eorum præsentia iudicare, ergo Clerici sunt iudices, quia idem esset dicēdum de assessoribus, quod tamen est erroneum, quod videtur comprobari ex traditis per glossam. dict. §. excessus. verbo per Capitulū. & ibi Abb. num. 3. & Butr. num. 35. tamen semper erit verum, maiorem & præcipuam iurisdictionem & au-
4 toritatem esse penes Episcopum, & ideo sententias † & decreta esse concipienda sub eius persona, sicuti videmus, quod ibi vnus Notarius datur adiunctus actuario, ipse tamen non recepit acta, licet interueniat, & ea subscribat ad tollendam opinionem propter quod fuit adhibitus.

Non obstant actus allegati pro Capitulo descripti ex registris causæ antiquæ, quia in hoc iudicio possesso-
5 rio vltimus status attenditur, & † vltimus actus sufficit, c. cum Ecclesia de causa poss. & propr. vbi Doct. Oldr. cons. 311. c. consultationibus. de iure patron. Abb. cons. 14. lib. 1. Roland. cons. 47. num. 16. lib. 1. cum simil. ma-
6 xime † cum illi vsus à Capitulo allegati præcesserint cōsilium, propter quod postea istæ omnes consuetudines fuerint abrogatæ, & in executorialibus obtentis tunc temporis Episcopo mandatur seruari concilium in omnibus præterquam in deputatione adiuncti tantum, in quo seruatur antiqua ecclesiæ consuetudo, vt magis fanorabilis Episcopo.

Neque obstat, quod dicatur sententiam Capituli nō probari, tum quia id est valde ex verisimile, cum illi actus facti fuerint interueniēte adiuncto Capituli, tum quia sententiæ, & decreta sunt contra Capitulares, &
7 sufficit † scientia vnius ex illis, qui habent interesse commune, Rip. in c. cum Ecclesia, numer. 66. de caus. poss. &
8 propr. & postremo quando possidens † habet titulum, non acquiritur scientia, & patientia, ad effectum acquirendi possessionem, vt per Cepol. de seruit. vrb. præd. c. 20. num. 5.

Quare vnanimiter fuit per Reuer. Dominos meos conclusum, in scriptionibus sententiarum & decretorum seruandam esse formulam priorem, tam ratione possessionis Episcopi, quàm dispositionis sacri Concilij, & assistentiæ iuris communis, & quod est præcipuū interpretationis Illustrissimorum Cardinalium Præfectorum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.

BRAVI.

Romana Domorum, Lunæ 18. Maij 1529.

ARGVMENTVM.

Canonis maior pars cum soluitur, caducitatis pœnæ locus non est.

SVMMARIA.

1 *Caducitas sine mora non est incursa, donec non probetur.*
2 *Satisfactio præsumi potest spatio 30. annorum.*

DECISIO DCCXL.

FVit resolutum pro non deuolutione. nam quo ad censum 33. Ducatorum auri fuit dictum, quod cū probatur fuisse soluta singulis annis 40. Scuta monetę, vtique dicitur facta solutio maiori quantitate, quam important dicta scuta 33. quæ absque aggio instituunt summam scutorum 39. & Iul. 6. cū non probetur, quod tempore concessionis solueret dictum agrum, adeo quod soluerunt quatuor Iulios singulis annis, vltra summam debitam in istis 4. Iulijs. Domini voluerunt compensare canonem duarum librarum ceræ pro euitanda alia caducitate, ob illam non solutionem.

Præterea, quamuis esset cessatum in dictis 4. Iulijs, tamen cum sit soluta maior pars, Domini voluerunt excusare à caducitate, iuxta opinionem, de qua per Clarum in tract. de emphyt. 198. vers. aut verò emph.

Quo verò ad calicem cum Coppa, & paramētō, cum ista omnia essent vnica solutione pręstanda, de facili dictus Marcus crederet, quod prædecessores sic illam soluerint, præsertim cum hęc fieri deberent iuxta electio-
1 nem Rectoris, & donec † non probetur quod Rector elegerit declarandam suam voluntatem, non est incursa mora, siue caducitas. Accedit, quia spatio 30. annorū
2 potest pręsumi † satisfactio, quod ad istū effectum placebat Dominis alia responsio, quod cum prætendatur caducitas commissa de tempore, de quo ista Ecclesia non erat collegiata, dum illius Rector accepit illos canones, continuandam illius concessionem censetur remisisse caducitatem, quo ad istam, prout per Clarum in d. tract. q. 10. vers. sed numquid ea, ex quibus cessat alias caducitas, quod infra tempus non fuit Rectori datum instrumentum concessionis & confirmationis Apostolicæ.

IVSTI.

Perusina Lucri dotis, Lunæ 29. Nouemb. 1599.

ARGVMENTVM.

Statuto Perusino de lucro dotis quando sit locus.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum non praiudicat primo celebrato ab vxore, in quo iam erat dos promissa, & constituta.*
2 *Pacta de dote vxoris sine ipsius ratificatione non valent.*
3 *Statuto non est locus ad effectum lucri dotis, si non probetur, quod quis continuo cohabitauerit cum vxore, & sustinuerit onera matrimony.*
4 *Maritus male tractans vxorem, amittit lucrum dotis.*

DECI-

DECISIO DCCXLI.

NOn esse locum statuto Perusino de lucro dotis videbatur aliquibus ex Dominis, quoniam in hoc facto præsupponuntur duo instrumenta. primum celebratum in ciuitate Auximi die 2. Augusti 1593. in quo Caspar se obligauit Dianæ, suæ futuræ vxori præsenti, & acceptanti omnem casum restitutionis secundum formam iuris restituere. Alterum celebratũ cum D. Septimio Olgiato promissore dotis 2. Iulij 1599. absente Diana vxore, in quo locum habere voluerunt donationem propter nuptias inter ipsos coniuges iuxta formam statutorum Perusij: quapropter dicebant, 1 quod secundum instrumentum † non præiudicat primo celebrato ab ipsa Diana, in quo iam erat dos promissa, & constituta, Afflict. dec. 61. num. 2. Gram. dec. 2 103. num. 18. & consequenter sine ipsa † noua pacta stipulari non poterant, vel etiam non valebant sine ipsius ratificatione, Rub. cons. 117. & facit decis. coram Illustrissimo Blanchetto in Romana Societatis 17. Febru. 1581. & in terminis secundi instrumenti in donatione propter nuptias, & quo ad primum seruandum sit, est cons. Dec. 195. & ideo clausula secundum formam iuris communis, vel secundum formam municipalis, vbi fuerat celebratum instrumentum, quod videtur attendendum, l. si fundus. ff. de euict. non autem statutum Perusinum, Fulgos. consil. 203. viso instrumento. & vtroque casu videbatur excludi statutum Perusinum.

Nihilominus illud motiuum videbatur habere difficultatem, dato etiam quod primum instrumentum esset in actis, siquidem illa verba primi instrumenti secundum formam iuris non excludunt dispositionem statutariam, imò videntur includere, vt per Alexandr. in l. post dotem. in fin. ff. sol. matrim. quia non videtur renunciatum lucro dotis, Paulus de monte Pico. cons. 51. in quo attenditur statutum originis viri, l. exigere. ff. de iudic. vbi Doct. vel eiusdem viri domicilij, quod non erat in ciuitate Auximi. Bald. cons. 208. li. 3. & 53. in fi. lib. 5. Alex. consi. 100. lib. 3. Dec. cons. 19. Aret. cons. 77. Bald. Ang. & Cast. in l. si vxor. ff. de iudi. in l. si arrogator. nu. 48. ff. de adopt. Salyc. in l. cunctos populos. in fi. vers. Item quando in ciuitate originis. vbi Bal. & Ioannes Baptista. de S. Seuerino, C. de summ. Trin. quod idem est, etiamsi matrimonium contractum est tertio loco, vt in casu nostro, Cum. cons. 72. Afflict. decis. 226. numero 7. Rol. de lu. do. q. 23. & Moderni in eod. trac. glo. 9. num. 39.

Idcirco dicebatur, non esse locum statuto, ad effectũ 3 lucri dotis, quia † non probatur, quod Caspar continuo cohabitauerit cum vxore, & sustinuerit onera matrimonij, ex quo secundum magis communem opinionem debetur viro lucrum dotis, Roland. cons. 74. num. 60. lib. 1. quod quidem non concludunt testes, licet de aliqua cohabitatione deponant, & contrarium probetur ex declaratione Casparis facta die 20. Nouembris 1597. vbi dixit, non posse alimentare Dianam, nec sustinere onera matrimonij propter eius absentiam, & paupertatem, & consentit, quod posset consequi dotem, & fructus constituendo eam in procuratricem in rem propriam.

Quibus additur quod Caspar Dianam male tracta- 4 uit, & ideo amisit † lucrum dotis, Doct. commu. in l. si cum dotem, versicul. sin autem. solut. matrimon. Boer. decision. 244. num. 2. quod tam ex supradictis, quàm ex testium depositione constat, qui de actibus particularibus deponunt vsque ad obitum Dianæ, & in eius funere, quod Caspar fuit in aliqua causa, vel culpa, qui imò deponunt, licet immediata mortis Dianæ, quo casu lucrum dotis non defertur, vt fuit resolutum corá bonæ memoriæ Otiolensi in Romana quartæ partis dotis 15. Ianuarij 1582. quæ exceptio competit Dn. Septimio, cum sit exclusio lucri eo ipso, Baldus cons. 254. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 62. num. 14. & seq. lib. 3. & est potius opponere de non iure Casparis, quam de iure tertij, Aymon cons. 62. & cons. 191. num. 3. & fuit dictum coram Otioleosi in Romana peculium 13. Ianuarij 1586.

Ex quibus decisum fuit, non intrare statutum, & lucrum non deberi.

SERAPHINI.

Romana Saluiani Interdicti, Ven. 8. Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

Statutum nouum, an locum habeat in debito, tanquam censuali.

SVMMARIA.

1 *Interruptio, quæ fit iudicialiter per litis contestationem, perpetuat actionem per 30. annos.*

2 *Interruptio, quæ fit per actus ciuiles, producit effectum respectu eorum tantum, contra quos sunt facti illi actus.*

3 *Contra non valentem agere nulla currit præscriptio.*

DECISIO DCCXLII.

DOmini steterunt in resolutis, nam stante quod in- 1 terruptio, quæ fit † iudicialiter per litis contestationem, perpetuat actionem ad 30. annos, vt fuit dictum in illa Roman. Tutelæ de Calijs coram R. P. D. meo Orano, nulla potest considerari præscriptio in casu, de quo agitur. Et licet pro parte Illustriss. D. Marchionis prætendatur præscriptio ex propria persona ratione dationis ei factæ per bonæ memoriæ Illustriss. D. 2 Cardinalem, cum interruptio quæ fit † per actus ciuiles producat effectum respectu eorum tantum, contra quos sunt facti illi actus, vt per Ant. de Butr. in c. illud. num. 8. vers. effectus. de præscript. l. 1. & ibi gloss. C. de præscript. long. temp. Balb. in tract. de præscrip. 3. par. 6. par. princ. q. 4. num. 44. cum allegatis. tamen hæc ratio non placuit Dominis, quia donatio, de qua agitur, non fuit pura, & simplex, sed cum reseruatione vsusfructus, & liberæ & plenæ administrationis, & gubernij, & omnia faciendi, quæ ante dictam donationem facere poterat, prout vere fecit, vt testes probant. Vnde cum ratione harum reseruationum ipse Cardinalis teneretur ad solutionem istorum censuum, non autem Dn. Marchio, contra quem nulla competebat tunc temporis efficax actio, vtique non potuit ex persona sua præ- 3 scribere, cum contra † non valentem agere nulla currat præscriptio, neque vlla impingi possit negligentia Monachi, si contra eum non egerunt.

Præterea cum statutum inducat præscriptionem, per viam præsumptæ solutionis, vtique in casu isto cessat, cum exclusa fuerit hæc præsumptio ratione Cardinalis per instrumentum alias ponderatum. Respectu verò Marchionis clare excluditur ex eo, quod ipse non tenebatur ad huiusmodi solutionem, & præsumptio l. cum de indebito. de solu. elidit hanc statutariam, adeo quod ex omni capite excluditur, neque est opus hic ingredi difficultatem, an statutum nouum locum habeat in isto debito, tanquam censuali.

Quæ verò deducuntur ex præsumptione solutionis trium annorum, vnà cum quietantijs procuratoris Monachorum, fuit omissum in præsentia, & ordinatum, vt particulariter super eo informetur.

PAMPHILII.

Romana Tutelæ de Fenatinis, 15. Martij 1595.

ARGVMENTVM.

Libro tutoris an standum sit in partitis non acceptatis, si aliunde non iustificentur.

SVMMARIA.

1 *Libro tutoris non statur in partitis non acceptatis, nisi aliunde non iustificentur.*

2 *Pupillus acceptans librum in partitis ad sui creditum descriptis, tenetur illum acceptare in ijs, quæ ad sui debitum descripta sunt. Limitatur nu. 4.*

3 *Liber*

3 *Liber in parte verificatus, in ceteris præsumitur verus.*
5 *Verificatio multarum partitarum requiritur ad effectum, absque eo, quod aliqua redarguatur de mendacio.*
6 *Tutor tenetur in reddenda ratione pupillis consignare quietantias.*

DECISIO DCCXLIII.

FVit dictum, non esse standum libro Tutoris in partitis non acceptatis, nisi aliunde † non iustificentur. Castr. in l. cum Seruius. num. 60. ff. de condit. & demonst. Et hoc non obstante, quod multæ partitæ in illo descriptæ sint iustificatæ, quia licet pupillis acceptās librum † in partitis ad sui creditum descriptis teneatur illum acceptare in ijs, quæ ad sui debitum descriptæ sunt, Angel. in l. sumptus. C. de admin. tut. Corn. cons. 51. num. 9 lib. 4. & liber in parte verificatus † in ceteris præsumatur verus, Gabr. cons. 5. de præsumpt. Hæc tamen non procedunt, † vbi fides libri redditur suspecta ex alijs partitis ad damnum pupilli erronee descriptis, prout plures adesse in libro, de quo agitur, confessus fuit in iudicio ipsemet tutor, & bene deducitur per informantes, Paulus de Castr. cons. 301. ad bene examin. num. 4. lib. 1. quod ad hunc effectum requiritur † verificatio multarum partitarum absque eo, quod aliqua redarguatur de mendacio, Paris. cons. 23. num. 251. & cons. 90. nu. 26. lib. 1. Soc. iun. cons. 132. nu. 11. lib. 3. Hippol. Rim. cons. 489. nu. 35. lib. 5.

Et tanto magis, quod istæ partitæ cōtrouersiæ simul iunctæ cōstituunt notabilem summam scutorum 500. & vltra, & continent solutiones factas assertis creditoribus hæreditarijs, à quibus quatenus de eorum credito constaret, prout non constat, accipiendæ erant quietantiæ, quas in redditione † rationis tutor tenetur consignare pupillis, ad l. cum libertas. ff. de cond. & demonst. Soc. cons. 94. n. 7. in fi. lib. 4. Rol. consil. 49. n. 37. lib. 1. cū alijs per Menoch. de arb. iud. casu 209. n. 29.

SERAPHINI.

Tunitana Tertiariæ, Lunæ 18. Decemb. 1595.

ARGVMENTVM.

Executio an censeatur approbata, si testes nulliter, & sine iurisdictione fuerint examinati.

SVMMARIA.

1 *Testes, qui sunt nulliter, & sine iurisdictione examinati, non probant.*
2 *Consensus, qui elicitur ex facto, non egreditur similiter factum.*

DECISIO DCCXLIV.

FVit resolutum, constare de attentatis respectu executionis lite pendente factæ. Non obstat consensus Abbatis, ex quo prætenditur excludi attentata, ad decis. Paleot. 18. & Cresc. 2. vt lit. pen. quia ille consensus non probatur, non ex testibus qui sunt † nulliter, & sine iurisdictione examinati, non etiam probatur ex instrumento facta, cum sequestratore per receptionem residui penes sequestratorem remanentis non censetur approbata ex aduerso. Nam consensus, qui elicitur ex † facto non egreditur similiter factum, maxime instante protestatione prius per Abb. facta, quod non intendebat recedere ab appellationibus interpositis, & alia facta sub die 13. Martij, quæ inseruiunt pro declaratione animi, & est simile de datione fideiussorum de soluendo iuxta formam sententiæ, per quam dationem non dicitur renunciatum appellationi, vt tradit Iacob. de S. Georgio in l. sed etsi susceperit. num. 4. de re iud. & facit decis. Put. 281. lib. 1. & quæ not. Mod. ad decis. Afflict. 78. num. 8. Rota in causa Anconitana Computorum, 13. Iunij 1567. coram bonæ mem. Oradino.

GYPSII.

Romana Pecudum, Merc. 16. Iunij 1596.

ARGVMENTVM.

Debitor si substantia sua male vtatur, & reputetur non esse soluendo, an iudex ad fauorem creditorum procedere habeat, si extrema ad obtinendum in Saluiano interdicto satis sint probata.

SVMMARIA.

1 *Fama sola non sufficit ad hoc, quod quis substantia sua abuti dicatur, & reputetur non esse soluendo.*
2 *Fama bene adminiculata bene probat.*
Intellige vt ibid.
3 *Hypotheca non cadit in mercibus venalibus quæ quotidie venduntur, vel mutantur, & ad illum vsum singulariter sunt destinata.*

DECISIO DCCXLV.

DOmini resoluerunt, sententiam A. C. ad fauorem creditorum Michael, & Gulielmi de Scol. contra Christoph. latam esse iustam, & consequenter confirmandam quoniam extrema ad obtinendam in Saluiano interdicto satis ex deductis sunt probata. nam quod medietas gregis pecudum, & aliorum animalium, de quibus agitur, possideretur per debitorem post obligationem contractam cum dictis debitoribus probatur, tum ex confessione Christophori ad petitiones facta, tum ex testibus in facto relatis.

Secundum extremum etiam probatur per dictam confessionem, & sustentationem litis, Caputaq. decis. 369. par. 2.

Quod Michael, & fratres ante alienationem dicti Gregis cœpissent eorum substantia male vti & reputari non esse soluendo, adsunt testes de publica voce, & fama, quæ licet sola † non sufficiat. Bart. in l. si constante. nu. 15. versic. 3. quæro. ff. sol. matr. Put. decis. 16. lib. 3.

Nihilominus, quando cum fama concurrunt alia gesta per † ipsos debitores, ex quibus præsumi possit non esse soluendo, vt in casu proposito, tunc fama sic bene adminiculata bene probat. Bart. vbi supra. & ibi Rip. nu. 37. & seq. ponit multa exempla. Rol. consi. 9. nu. 15. ante fin. lib. 1.

Non obstat, quod hypotheca non cadat † in mercibus venalibus, vnde fit, vt postquam distractæ sint non possit agi Saluiano, l. cum taberna. vbi Bal. Salyc. nu. 7. de pignor. Bar. in d. l. si constante, nu. 57. Put. dec. 297. lib. 2. quoniam procedit in illis mercibus, quæ quotidie venduntur vel mutantur, & ad illum vsum simpliciter sunt destinatæ, sed quando ex pluribus animalib. fit vnus grex, & vnum corpus, natura aptum edere fœtus, ac alios producere fructus, hoc casu per alienationem huiusmodi gregis & corporis non extinguitur prior hypotheca, vt declarat Neguf. de pig. p. 2. lib. 2. num. 20. cum seq.

Non obstat, quod non constat de identitate dictorum animalium, quia stante quod fuerunt inuentariata de mandato A. C. & consignata Christophoro sub obligatione de stādo iuri, & de restituendo ad omne mandatum Domini, ipse non potest hodie hoc opponere, sed teneretur dicta animalia omnino restituere.

Quod non constet de credito istorum, qui agunt, tolluntur ex instrumentis productis, & ex sententia graduatoria A. C.

ORANI.

Romana Domus, Ven. 15. Ianuarij 1588.

ARGVMENTVM.

An ex venditione domus, præsuppositis nonnullis, constet de læsione vltra tertiam iusti pretij.

SVMMARIA.

1 *Domus vbi alienata fuerit pro iusto precio, vt interet læsio, necesse est vt probetur valor illius excessisse tertiam partem pretij.*
2 *Peritorum in discordia creditur potius duobus concordantibus, quam vni soli.*

3 Indi-

3 *Iudicium tertij attenditur in duorum differentia.*
4 *In rescissionibus ex capite læsionis attendi inter cætera solet qualitas rei venditæ, quæ rem pluris vel minoris esse facit.*
5 *Pactum de retrouēdendo facit domum non tanti posse æstimari, quanti si libere fuisset vendita.*

DECISIO DCCXLVI.

IN causa Romana domus de Manellis proposui dubium, An ex venditione domus, præsuppositis nonnullis constaret de læsione vltra tertiam iuxta statutū Vrbis. Domini concorditer negatiue responderunt. Cū enim domus alienata fuerit pro pretio Scutorū 1225. 1 vt intret læsio, † necessum est, quod probetur valor illius excessisse tertiam partem pretij, videl. vltra Scuta 1837. vel 50. Id autem minus probatum fuit, quia licet peritus læsionem allegantis pretium illius æstimarit ad Scuta 2785. vel 54. tamen eius non potest fieri consideratio, ex quo peritus alterius partis in æstimatione non modo repugnat, sed habet tertium suæ æstima-2 tioni adhærentem, siquidem in peritorum † discordia creditur potius duobus concordantibus quàm vni soli, l. item si vnus. §. fin. de recep. arb. c. 2. de arbitr. in 6. 3 Soc. cons. 54. in princ. prout in duorum differentia † iudicium tertij attenditur, l. item si vnus. §. fin. de recept. arbit. Præsertim cum iudicis decreto de partium consensu electus fuerit, Abb. in c. proposuit. num. 10. Fel. nume. 6. Dec. num. 15. de probat. Itaque cum æstimatio non excedat summam 2287. vel 50. manifeste patet, læsionem non adesse. Nam cum in huiusmodi rescissionibus ex capite læsionis attendi inter cetera soleat 4 qualitas † rei venditæ, quæ rem esse pluris, vel minoris facit præter censum domui impositum, alias ad ducenta, & quinquaginta scuta æstimatum, & pactum venditioni adiectum, quo interdicta fuit domus alienatio, aut quæuis eiusdem obligatio, quod etiam æstimationem recepit in scutis ducentis. Accedit pactum a-5 liud de retrouendendo, quod † similiter facit domum non tanti posse æstimari, quanti si libere fuisset vendita, Abb. in c. ad nostram. de empt. & vend. & in c. in aliquibus. de deci. DD. in d. l. 1. § si hæres. vbi Ias. num. 5. Socin. 5. notab. Ruin. num. 26. ad Trebell. Bald. consil. 364. in fin. volum. 5. Socin. iun. cons. 94. num. 25. vol. 3. quia dicitur pars pretij, l. fundi partem. de contrahen. empt. Ita quod si illud fuisset perpetuum, faceret æstimationem minui paulo minus, quàm in tertia parte, Socinus cons. 15. volum. 1.

Concurrit etiam, quod venditio ista fuit tantummodo vtilis dominij, adeo quod propter periculum caducitatis minorem æstimationem recepit, Bart. in l. pretia rerum. ad leg. Fal. Gab. concl. 1. nu. 75. & seq. de empt. & vend.

Non obstat, quod peritus Manellorum in æstimatione videatur habuisse rationem oneris census impositi super domo vendita, ex quo dicit: *Il sito della casa canne 95. con patto d'vn giulio per canna*, quia placuit Dominis responsio data per Informantes quod relatio cum his verbis facta fuit, vt cognosceretur ratio suæ æstimationis, quæ fuit conformis dispositioni iuris ad rationem quinque pro centenario, glo. auth. perpetuo. in verb. iusta. & ibi Cast. C. de sacrosanct. Eccl. nec enim comprobant subsequentia ibi, *Giudico dell'anno* 1555. *valere scudi tre la cana; computatoui l'augmento, che poteua essere cresciuto dal detto tempo, val cinque di più per canna*, quia onus Iulij, & augmentum quinque baioccorum constituunt summam quindecim baioccorum pro qualibet canna. Vnde cum baiocci centum faciant scutum, peritus æstimando cannam scutis tribus æstimasse cognoscetur ad rationem quinque pro centenario, quia hoc pacto 15. baioccos æstimauit ad 300. Ex quibus conficitur summa scutorum trium.

Hoc etiam clarius patet, quia census ab initio, & vsque in præsentem diem fuit semper idem, videl. Iuliorum 95. & sic vnius Iulij pro qualibet canna. Vnde cū idem peritus æstimauerit in scutis tribus computato augmento 5. baioccorum non potuit æstimasse deducto censu, qui non recipit augmentum.

Et ex his, & alijs responsionibus datis per Scribentes pro Menellis fuit conclusum, non esse locum læsioni, sed standum esse in resolutis.

Il sito di detta casa de cāne 95. con patto d'vn giulio per canna, giudico al d. tempo dell'anno 1555. valere scudi 3. la canna, cōputatoui l'augmento che poteua esser cresciuto dal d. tempo b. 5. di più per canna come asserisse la parte auuersa, che in tutto monta.

PENIÆ.

Bononiensi Alimentorum 28. Martij 1594.

ARGVMENTVM.

Quod filij spurij, & illegitimi alimenta necessaria habere debeant. Nec à re enim videtur, qui alimenta liberis suis denegat.

SVMMARIA.

1 *Filius quomodolibet illegitimus alimenta debet habere.*
2 *Filij spurij licet cum peccato generentur, sine peccato tamen aluntur.*
3 *Ius ciuile castitati prouidens filijs spurijs alimenta denegat. Contra nu. seq.*
4 *Ius ciuile peccata maxime detestatur & castitatem nedum commendat, sed præcipit naturalem rationem sequens, pietatem, & æquitatem castitati præfert, & filijs illegitimis alimenta præstare iussit.*
5 *Onus alend. filios spurios transit etiam ad fiscum. Ratio ibid. & num. 6.*
7 *Bona semper transeunt cum eodem onere.*
8 *Fiscus & eius successor filios spurios condemnati alere tenetur.*
9 *Hæresis in crimine à die commissi delicti omnia bona hæretici ipso iure sunt confiscata.*
10 *Alimenta debentur filijs spurijs hæretici.*
11 *Imperator viuere permittit filios perpetrantium crimen læsæ maiestatis, & consequenter censetur illis concedere alimenta.*
12 *Alimenta iure naturali & Canonico quibuscunque filijs debentur. & nu. 16.*
13 *Clerici tenentur alere filios spurios. Et cur nu. 14.*
14 *Ius & obligatio alendi filios quocunque modo illegitimos, non tam ratione c. cum haberet, quam ex iuris naturalis dictamine & propensione ortum habet. Ampliatur numero seq.*

DECISIO DCCXLVII.

TEmpore fel. rec. Sixti V. Camillo della Volta ob quædam delicta vltimo supplicio affecto Camera Apostolica omnia eius bona confiscauit, sibique incorporauit, quæ paulo post magna pecuniarum summa interueniente R. P. D. Io. Baptista Volta Camilli frater à Camera redemit, eique cessa fuerunt iura cum omnibus honoribus, & oneribus, excepta quadam vinea extra Portam Piam. Marius Volta Camilli filius illegitimus, & pauperrimus cum alimenta à Cessionario Cameræ habere pretendens multis exceptionibus repelleretur, & D. Carol. Matthæus, cui huius controuersiæ componendæ causa commissa fuerat, Rotæ iudicium desiderasset, proposito dubio, An Mario Camilli filio illegitimo à R. P. D. Volta Cessionario Cameræ bonorom, quæ olim Camilli fuerant, deberentur omnes Domini causa diligenter discussa, deberi censuerunt, ex communibus & receptissimis regulis iuris.

Primò, quoniam filius quomodolibet illegitimus alimenta debet habere, c. cum haberet. in fin. de eo, qui duxerit in mat. quam pol. per ad. vbi communiter Ca-1 nonistæ. Licet enim filij spurij † & illegitimi cum pec-2 cato generentur, sine peccato † tamen aluntur, & licet 3 ius ciuile castitati † prouidens filijs spurijs alimenta denega-

denegauit, auth. ex cōplexu. C. de inc. nup. Ius tamen Canonicum, quanquam peccata maxime detestetur, 4 & castitatem nedum † commendet, sed præcipiat, naturalem rationem sequens, pietatem, & æquitatem castitati prætulit, & filijs illegitimis alimenta præstare iussit, Bartan l. fin. nu. 3. ff. de his, quibus vt indign. Iason conf. 26. nu. 3. lib. 1. Alex. conf. 79. nu. 4. lib. 2. Dec. conf. 576. nu. 1. & conf. 31 1. lib. 1. Aym. conf. 199. in 1. Calca. conf. 62. nu. 16. Rol. conf. 39. nu. 39. libr. 1. Gab. comm. opin. tit. de alim. conc. 1.

Altera conclusio est veluti Superioris declaratiua, 5 cum † onus alendi filios spurios transeat etiam ad fiscū, sicuti transiret ad hæredes defuncti, cum fiscus loco hæredis succedat, & bona cum prædicto onere, & non alias deferantur, l. pari. §. hi qui. vbi Dd. & Cagn. de reg. iur. Aym. conf. 168 nu. 7. Socin. conf. 30. num. 3. lib. 1. Ripa in l. ex facto. §. ex facto. num. 8. & seq. ff. ad Trebell. & trad. cum nouissime potrigitur de iur. fisci, lib. 5. tit. de pub. bon. nu. 75.

Postrema conclusio per Dominos constituta fuit, vt 6 idem quod de fisco, † & quomodolibet bonorum successore statuendum esset in cessionario, vt ad eadē quoque alimenta præstanda spurijs teneretur, l. 1. ead. ff. de hæred. & act. vend. quam conclusiones superius deductæ 7 † probant. Bona enim semper transeunt cum eodem onere, & in hoc casu ex eo cessabant omnes difficultates, quoniam cessio fuit per Cameram facta, & per D. Voltam acceptata cum omnibus honoribus & oneribus dictæ hæreditatis.

Informantes pro D. Volta, vt receptas conclusiones excluderent, multa opponebant, quę ad tria potissimū capita referebantur. Primò dicebant, nulla superesse Camilli bona, rursus illum fuisse condemnatum ex capite læsæ maiestatis Principis: postremo, quia cum Camillus esset Clericus, vigore constitutionis Pij V. nihil filijs spurijs relinquere poterat, & ideo neque fiscum, neque cessionarium teneri ad alendum.

Ad primum dicebatur, in hac oppositione non tractari, an extent bona nec ne, sed cū præsupposito, quod adessent, quod dependet ex facto, an alimenta deberētur, & conclusum fuit de bono iure deberi.

Ad secundum de condemnatione ex capite læsæ maiestatis bifariam respondetur: primò, id non apparere ex serie sententiæ, ex qua condemnatum esse constat propter crimina atrocissima, non autem propter crimen læsæ maiestatis.

Præterea dicebant, quod etiam si esset condemnatus 8 ob tale crimen, tamen tenebatur fiscus † & eius successor filios spurios condemnati alere, Soc. d. conf. 30. n. 3. lib. 1. Rip. in d. l. ex facto. nu. 9. ff. ad Treb. Plot. consil. 130. nu. 83. & seq. & in consil. crim. Decius conf. 8. nu. 5. lib. 1. quinimo in fortioribus terminis in crimine hæ9 resis, quod longe grauius est, l. vrgētes. de hære. in † quo à die commissi delicti omnia bona hæretici ipso iure sunt confiscata, cap. cum secundum leges. de hære. in 6. 10 & filijs spurijs † hæretici deberi alimenta tenuerunt Petr. de Anen. super leg. 4. Tauri gloss. 7. nu. 8. Alphon sus Castr. lib. 1. de iusta hær. punit. Gabr. quomodo in compendio de bon. confiscat. à s. offic. q. 24. qui alios allegat. Socin. conf. 30. Plot. conf. 130. num. 84. neque in controuersia vrget text. in l. quisquis. § filij. C. ad leg. Iul. Maiest. quia cum Imperat. ibi filios perpetrantium 11 † crimen læsæ Maiest. viuere permittat, ex consequenti censetur illis concedere alimenta, sine quibus viuere non licet, l. nec à re. ff. de lib. agnos.

Ad tertium de const. Pij V. edita contra filios clericorum illegitimos, respondetur primo in specie illam 12 non tollere alimenta, quæ iure † naturali, & Canonico quibuscunque filijs debentur, neque fuisse verisimile tam pium Pontificem id cogitare voluisse, vnde pietatis, & æquitatis, & rationis naturalis lex moliretur.

Præterea dicebatur, illam iustitiam procedere, quādo illegitimi prætenderent sibi aliquid debere vigore dispositionis factæ virtute priuilegiorum licētiarum, & indultorum à iure speciali prouenientium, seu ex aliqua patris dispositione dolosa. quando videl. sub aliquo prætextu, verbi gratia eleemosynæ, dotis, aut alterius similis admitteretur quis ad illegitimorum fauorem aliquid disponere: secus autem est, quando petenrentur alimenta ex dispositione iuris communis, & ex solo eius beneficio iuxta terminos c. cum haberet. de eo qui dux. in matr. quam pol. per ad. cuius text. dispositionem non fuisse sublatam per constitutionem Pij V. imò etiam non obstaret, clericus teneri alere filios 13 † spurios, tenuerunt Neuis. in tract. spol. cler. § 619. n. 7. & seq. Burs. conf. 287. num. 16. lib. 8. & etiam decisio sæpe discussa in Rota in illa Romana de Penichis 29. Febr. 1580. coram Robusterio. Ius enim & obligatio 14 † alendi filios quocunque modo illegitimos, non tam ratione dicti c. cum haberet. quàm ex iuris naturalis dictamine, & propensione pendet, quia videmus etiā animalia irrationabilia filijs à se genitis naturæ quodam instinctu ducti non deesse, illisq; alimenta suppeditare, & legem hanc à natura sensibus inductam ex15 † qui, §. 1. Inst. de iur. nat. quo fit, vt nec pacto partium, nec lege aliqua, neque consuetudine ea obligatio tolli possit. Verum enim esse & verissimū dici, alimēta iure 16 † naturæ deberi, c. sunt quędā, 11 q. 1. Abb. in c. fi. n. 22. de consuetud. Calcan. conf. 61. n. 16. vers. ad secūdum.

Ad decisiones coram D. de Rubeis 27. Martij. & 12. Maij, & 20. Iunij 1579. ex aduerso datas dicebant Domini seniores, qui tunc interfuerunt, eam non fuisse decisam, sed discussam, & motiua Dominorum proponentium varias difficultates, q. 7. de const. quæ otiri poterant ad effectum, vt constitutionis rigor temperaretur, quod casus etiam patebat ex serie eiusdem decisionis.

Postremo ad decisionem Perusinam de Vbaldis coram S. D. N. Clemente Octauo, Rotæ Audit. 19. Octo. 1589. dicebant Domini, non facere contra prætensionem Martij, imò eius fauorem potius respicere. Nam cum ille prætenderet succedere ab intestato, & sibi opponeret de constitutione Pij V. prohibente disponere ad fauorem filiorum illegitimorum Rota firmauit aliquot constitutiones, in quibus eram sequentia. Prima ex dictæ constitutionis dispositione laici non prohibetur vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis mere patrimonialibus & laicalibus nullam habentibus mixturam cum bonis ab Ecclesia profectis.

Altera constitutio solum comprehendebat clericos, & disponentes de bonis nedum quæsitis, de fructibus beneficiorum, sed etiam de bonis patrimonialibus.

Tertia, quod dicta constitutio Pij V. comprehendebat eos, quibus applicari poterat vnà ex rationibus cōtentis in procemio Bullæ, videl. si ordini ecclesiastico noxia essent, vel scandalum parerent.

Postremo quod eadem constitutio comprehendebat laicos disponentes de bonis ab Ecclesia profectis, qualia sunt feuda ecclesiastica emphyteuses, & bona ex pensionibus, quas laici ex priuilegio aliquando obtinent.

Quæ omnia censebantur in hoc casu, cum Martius peteret alimenta solum ex solo beneficio iuris communis, & à cessionario Cameræ Apostolicæ, neq; aliquid noxium inferretur ordini ecclesiastico, neque scandalum oriretur.

LANCELLOTTI.

Maceratensis Alimentorum siue Vsusfructus, Mer. 27. Nouemb. 1602.

ARGVMENTVM.

Vsufructu relicto vxori, existentibus filijs, legatum restringitur ad consuetudinem Bulgari. Et ratio eiusdem.

SVMMARIA.

1 *Legatum vsusfructus factum vxori, existentibus filijs, restringitur ad alimenta iuxta consuetudinem Bulgari. Et cur. nu. seq.*

3 *Receditur a consuetudine alicuius loci, quando constat de contraria mente testatoris.*

4 *Administratrix differt ab vsufructuaria.*

5 *Clausula omni meliori modo intelligitur de legato in sui natura, non autem illud facit in aliam speciem transire.*

DECISIO DCCXLVIII.

FVit resolutum, Hieronymæ deberi alimenta tantum, non autem vsumfruct. nam legatum 1 † vsusfruct. factum vxori existentibus filijs restringitur ad alimenta iuxta consuetudinem Bulgari, de qua per gl. & Doct. in l. 1. & auth. hoc locum, C. de secund. nupt. mul. & post alios latiss. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obser. 144. Illustr. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 7. Gabr. de vsufru. conclu. 2. Surd. de alimen. tit. 2. q. 15. Quod procedit nedum quando fuit relicta Domina, 2 & Madonna, quia per hæc † verba colligitur, testatorem non sensisse de mero vsufructu, sed respexisse ad consuetudinem Bulgari. Gabr. cons. 97. nu. 18. lib. 2. & censetur testator intellexisse de ijs præeminentia & statu, in quibus permanebat ipso viuente, vt per Gail. vbi supra, num. 2. & seq. Sed etiam quando fuit relicta vsufructuaria omnium bonorum. Gabr. d. concl. 2. nume. 4. & est decis. Cresc. sup. de testam.

3 Et quamuis dicta consuetudine † recedatur, quando ex coniecturis constat de cõtraria mente testatoris: tamen in hoc casu non adsunt coniecturæ sufficientes: illa enim quę tanquam principalis allegatur, quod fuerit relicta vsufructuaria vnà cum filijs non est admittenda: nam etiam hoc casu resoluitur in alimenta, Gabr. consil. 127. num. 3. & 4. lib. 1. Illustrissimus Mantica dict. lib. 9. titul. 7. nu. 5. & hanc opinionem amplexa est Rota in causa Serenensis donationis, relata inter impressas decis. 762. parte prima. & sensit Bald. consil. 30. num. 2. lib. 5. Castr. consil. 218. nume. 1. lib. 1. Gozzadin. consil. 80. in princ. Rolan. consil. 74. lib. 2. Maxime in hoc casu, tum quia expressio de Iacobo cõmuni filio, & alijs ex Hieronyma nascituris facta fuit ad ostendendum, quia ex portione illorum filiorum esset, non autem ex portione filiorum primi matrimonij, tum etiam quia dedit ei facultatem disponendi de florenis 50. quæ non fuissent necessaria, si ei reliquisset vsumfructum.

Alia coniectura, quod noluerit Hieronymam quoquomodo molestari, aut inquietari super redditione rationis, infert solum, quod non teneatur ad reddendam rationem ex illa præeminentia, quam habebat in domo, viuente testatore; nõ autem quod propterea sit vsufructuaria, Paris. cons. 21. nu. 16. li. 2. dicens, hoc nõ conuenire vsufructuario, Rui. cons. 17. n. 12. & 14. li. 2. Soc. iun. cons. 84. lib. 4. Rim. sen. cons. 116. nu. 31. Aym. cons. 32. nu. 2. versi. ea verbis seq. Ang. cons. 144. Et hoc modo tollitur, quod testator legauit omne id, quod in eius manibus remaneret, quia id conuenit potius ad-4 ministratrici, † quam vsufructuariæ.

Alia cõiectura, quod fuerit relictus vsusfructus certæ portionis bonorum, vltra quod nihil concludit, nec etiam applicatur, quia quidquid dicendum sit respectu filiorum primi matrimonij, respectu Iacobi non potest dici certa portio, cum sit tota hæreditas.

Non obstat clausula omni meliori modo, quia est si-5 ne † copula, & intelligitur de legato in sui natura, non autem illud facit in aliam speciem transire.

Non obstat cons. Corn. 3. lib. 2. Gozad. Dec. Beroi & aliorum, quæ in contrarium allegantur, quia illorum casus erant magis ampij, & verba erant magis prægnantia, & opinio supra firmata est magis recepta.

Non obstant verba illa, durãte vita sua, quia nihilominus est locus consuetudini, prout in similibus terminis consuluit Capra cons. 158.

Neque etiam obstat, quod cum Iacobus filius decesserit, debeatur Hieronymæ integer vsusfructus, quia cum filij primi matrimonij fuerint pupillariter constituti, & legatum fuerit vxori relictum sine aliqua temporis dinumeratione per ista verba, toto tempore vitæ suæ, quæ vnum tantum legatum important, sicuti ante obitum Iacobi debebantur sola alimenta, ita etiã post, ex quo vnicum tantum est legatum, quod per mortem filij non variatur, iuxta dist. Bart. in l. Titia. cum testamento. §. fi. num. 11. ff. de leg. 2. idem Barto. cons. 171. lib. 1. Rom. cons. 516. nu. 8. Natt. cons. 605. nu. 2. & 3. lib. 3. Ruin. cons. 17. nu. 14. lib. 2. & opinionem Bart. esse communiter receptam dicunt Gail. prima al. leg num. 9. post princ. & Surd. de alim. tit. 2. q. 15. nu. 194. Quod eo magis dicendum est in hoc casu, in quo remanẽt filij primi matrimonij, in quibus etiam habet locum consuetudo Bulgari secundum communem opinionem, de qua testatur Gabr. cons. 97. nu. 3. & seq.

SERAPHINI.

Gerundensis Vini, Lunæ 17. Martij 1603.

ARGVMENTVM.

De vini quantitate quo pacto certo constare possit.

SVMMARIA.

1 *Statutum intelligendum est de illa mensura, quæ extat in rerum natura & conseruatur in Ecclesia N. cum alia non appareat.*

2 *De probanda re antiqua vbi agitur, testes de publica voce, & fama plene probant.*

3 *Identitatem ad probandam sufficiunt leuiores probationes, etiam per indicia & coniecturas.*

Ampliatur ibid.

4 *Statutum nouum non habet relationem ad statutum antiquum, sed simpliciter ad solitum.*

5 *Vinum pro Missis celebrandis pretiosius destinari solet.*

DECISIO DCCXLIX.

FVit dubitatum, An constet de quantitate & qualitate Vini in casu, de quo agitur. Et censuerunt Domini constare. Nam quantum ad quantitatem, statutum clare loquitur de vna Iustina in diebus Veneris, & in alijs diebus de vna Iustina cum dimidia, prout erat solitum dari vnoquoque die pro mensura, & personarum qualitate. Verum difficultas in eo versatur, quænam sit ista Iustina, de qua fit mentio in statuto. Et Canonici affirmant, hanc mensuram adhuc extare in rerum natura, & conseruari in Ecclesia Gerun-1 densi. Ideo de illa intelligendum † esse statutum, cum alia non appareat, ad nota. in l. 1. de lib. & posth. Accedit, quod cum eadem mensura hodie præstetur, vinum hypocratium vulgariter Bocas, quod antiquitus fiebat istis anni temporibus. Corroboratur hæc probatio ex testibus de publica voce & fama, qui etiam deponunt de auditu à maioribus, de identitate istius Iustinæ cum antiqua. Et multum facit, quod antiquitus pro ista mensura dabantur quatuor denarij, & cum quindecim Iustinæ constituant dolium, quod de anno 1540. vendebatur quinque solidis, quorum quodlibet valet duos denarios, vt in fide, quæ datur, constat de isto officio fuisse eiusdem capacitatis, & quantitatis cum modernis, quare 15. constituunt dolium, & etiam de tempore præsenti, quibus stantibus censuerunt Domini, satis probari istam Iustinam esse illam eandem, de qua fit mentio in antiquo statu-2 to. Nam † vbi agitur de probanda re antiqua, testes de publica voce, & fama plene probant, Mars. in l. de minore. §. plurimum quoque. nu. 60. de quæst. Ias. in l. admonendi. nu. 243. in 2. lect. de iureiur. Et ad proban-3 dam identitatem sufficiunt † leuiores probationes, etiam per indicia, & coniecturas, Afflict. dec. 13. num. 5.

Dec.

Dec.resp.17.num.9.& 21.lib.3. maxime concurrentibus adminiculis vrgentibus supra relatis.

Neque obstat,quod ista probatio non percutiat tẽpus statuti anni 1512.quia† statutum nouum non habet relationem ad statutum antiquum, sed simpliciter ad solitum,quod potest verificari de tempore anni 1540.& aliorum citra, præsertim cum anno præcedente statutum nouum, dolium valeret quinque solidos,quæ res multum facit ad corroborationem probationis. Verum, quia multum conquerintur Præpositi de excessu, & quantitate vini, qui tamen considerari non potest, nisi respectu pretij, iudicarunt Domini expedire, vt differatur totalis expeditio causę,donec afferant Præpositi suas probationes, dummodo nõ differant nimis eas exhibere,cum institutum liquidationis fuerit concessum sine retardatione disputationis dubij,& expeditione causæ.

Quantum ad qualitatem vini, caret difficultate,esse præstandum vinum bonum, iuxta qualitatem personarum. nam pretiosius fuit destinatum,† pro Missis celebrandis.

Et ita conclusum.

LITTÆ.

Neapolitana Beneficij S.Iacob.de Chiaia, Lunæ 23. Iunij 1603.

ARGVMENTVM.

Beneficium ecclesiasticum ad aliquem spectare, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Beneficium ad aliquem spectare præsumitur, habentem collationem ab ordinario.*

2 *De vacatione beneficij Ecclesiastici vbi non apparet, collatio eius nulla est.*

3 *Iuris est indubitati, quod quando quis est in quasi possessione conferendi certum beneficium, vt commodo illius priuetur ex collatione postea per alium facta, necesse est quod constet de scientia, & patientia illius.*

DECISIO DCCL.

FVit resolutum beneficium spectare ad Ioan. Bapt. Bocciam † habentem collationem ab Ordinario, qui vltra quod habet intentionem fundatam respectu collationis omnium beneficiorum existentium in sua diœcesi, iuxta text.in c.regendæ,& c.nouerint.1.q.1.in c.omnes Basilicæ 16.q.7.& not. per Rebuff.in sua praxi.benefic.tit.de deuol.nu.19.in fin.habet & vltimum statum, & quasi possessionem, & alias firmatum fuit in hac causa,quæ possessio attendi debet in casu,de quo agitur, c.consultationibus.de iure patro. cũ.cum olim.de caus.poss. & propr. Rot.decis.49.de rescript.& 14. de iure patronat.in antiq.Aym. consil.321.& sæpe decisum fuit.

Et dum Informantes pro Hospitali conantur euitare decisionem,per quam firmatum fuit, vltimum statum,& quasi possessionem stare pro ordinario,eo prætextu, quod possessio casalis nomine fratris Nicolai de Blanchis vltima Decemb.1575.longe præcedat collationem ordinario factam 10.April.1575.Io.Iacob.Bocciæ super qua fundatur vltimus ipse status, & dicta quasi possessio ad fauorem Ordinarij, stante quod dinumeranda anno 1575.à natiuitate prædicti dinumerari debere prætendunt Informantes pro Hospitali,vltima dies Decemb.est 6.dies dicti anni,10.verò Aprilis 1575.est 106. dies,& sic longe posterior ea,fuit responsum, quod dato citra ver præiudicium,quod annus in ciuitate Neapolis, vbi receptũ fuit dictum possessionis instrumentum, incipiat dinumerari statim post lapsum diem Natiuitatis Dn.N. non per hoc euitatur decisio prædicta.

Primò quia, qua ratione supradicta prouisio Ordinarij facta ad fauorem Io. Bapt. Bocciæ non est secundum Informantes pro Hospitali attẽdenda,vt ea,quæ dedit causam liti: eadem quoque ratione non est considerabilis possessio prædicti fratris Nicolai, vulg. l. illud.ff.ad leg. Aquil.

Secundò quia dicta possessio est secuta in executione collationis factæ à Præceptore de dicto beneficio,de cuius vacatione tunc † temporis non apparet, & sic in executione collationis nullæ,ad text. in c.cum nostris. de concess.præb.& in c.quamuis. de rescript.in 6.

Tertiò & vltimo quia vltimus status, & quasi possessio ordinarij, non tantum fundatur in ea collatione facta de anno 1575.ad fauorem Io.Iac.Bocciæ,sed etiã in illa facta de anno 1542. effectuata ad fauorem Marij Rapuani, vt in decisione in hac causa facta habetur. Vnde de medio etiam sublata dicta collatione anni 1575.nihilominus remanet firma illa anni 1544.quę sufficit ex deductis in dicta decisione, & indubitati iuris est, quod quando† quis est in quasi possessione conferendi certum beneficium,vt commodo illius priuetur,ex collatione postea per aliũ facta,necesse est quod constet de scientia,& patientia illius,glo.in l.1.vbi Bal. n.24.& 63.hoc not.C.de seru.& aq. DD.passim in c.cum eccl.Sutrina.vbi Abb.n.15.& Rip.n.64.de caus. poss.& prop.& tenuit sępe Rota signanter in vna Cremonensi pensionis coram bon.mem. Cardinali Lancell.verum tantũ abest,quod hoc in casu constet de scientia,& patientia ordinarij respectu dictæ collationis factæ per præceptorem Hospitalis ad fauorem dicti fratris Nicolai & possessionis inde sequutæ,quod imò de contrario docetur,tũ præsumptione iuris,de qua in l. verius. ff. de proba.& in reg.præsum.de reg.iur.in 6.tũ denique; facto ipso.Nam statim habita notitia vacationis huius beneficij de ann.1575. 10. Aprilis continuando dictam suam quasi possessionem illud contulit Io. Iac. Bocciæ, & tandem eo mortuo illud idem contulit Io. Baptistę.

Neque prædictis obstant enunciatiuæ, & alia considerata per Informantẽ pro præceptore,& ab eo prouiso,quia non sunt habenda in consideratione ad effectũ, de quo agitur, ad quẽ sufficit vltimus status, seu quasi possessio, maxime adminiculo existentia iuris cõmunis.

PENIÆ.

Romana, Separationis thori, Lunæ 3.Martij 1603.

ARGVMENTVM.

Adulterium constante matrimonio commissum, an sufficiat ad separationem thori.

SVMMARIA.

1 *Adulterium solum constante matrimonio commissum sufficit ad thori separationem.*

2 *Scientia non præsumitur, nisi probetur.*

3 *Ex scientia de præsenti non infertur ad scientiam de præterito.*

4 *Confessio facta in iudicio ciuili, probat etiam in iudicio criminaliter inter easdem personas.*

5 *Sæuitia mariti excedens terminos leuis correctionis maritoin vxorem permissa, locum prabet separationi thori.*

DECISIO DCCLI.

PRæsuppositis confessionibus Alexandri Gattę Mediatæ & testium depositionibus & alijs vtrinq; deductis,dubitauit,an sententię extra Rotam latæ à R.P. PP.DD.Vicegerẽte,& Ala ad fauorem Florentiæ Carapellonæ, vxoris Alexandri super thori separatione essent confirmandæ, vel Infirmandæ. Et Rota vtraq; parte Informante, potissimum ex capite adulterij ab Alexandro commissi cum Florentia famula, tanquam iustas confirmandas censuit.

De adulterio enim constabat nedum ex dictis testiũ iuxta 19. & 20. sed ex clara eiusdem Alexandri confessione,quod solum † constante matrimonio commissum sufficit ad thori separationem c.significasti. c.ex literis. & c.gaudemus. in fin. de diuort. & c.ex parte.§. quia igitur. de sponsal. l.consensu.§.si qua igitur. C.de repud.auth.de nupt.§.miniores. Paris.consil.54.nu.244.

in princ. lib. 4. & fuit decisum in causa Romana separationis thori die 22. Martij 1574. coram Dn. meo Seraphino, nunc Patriarcha Aledandrino, & in vna B·suntina separationis thori die 11. Feb. 1598. coram D. meo Pampbilio.

Neque obstat, quod Florentia vxor post adulterium commissum tacuerit, & per aliquod tempus cum eo commotando visa sit remisisse iniuriam ex adulterio ortam, vt notant Doctores, in l. si vxor. §. fi. ff. de adult. vbi Bart. notat. vni. Boer. qui multos allegat dec. 338. num. 7. circa med. Osasch. decis. 77. num. 36. in princ. quia fuit responsum, non probari, quod vxor fuerit conscia adulterij, & nihilominus perseuerauerit cum marito & actus coniugales cum eo exercuerit, & tamen † scientia non præsumitur, nisi probetur, l. verius. ff. de prob.

Nec scientia videbatur inducta ex monitorio, seu querela per Florentiam vxorem porrecta, quia notum est, ex scientia † de præsenti non inferri ad scientiam de præterito.

Nec ad rem pertinebat, quod dicebatur ab Informante pro Alexandro, quod cum confessio Alexandri fuerit facta in iudicio criminali, non nocebat sibi in iudicio ciuili, quia fuit responsum, eam etiam in hoc † iudicio ciuili probandam inter easdem personas, l. duobus. §. coloni. ff. de iureiurand. Dec. in l. 2. numero 62. versic. & concludit. C. de eden. Verall. decis. 190. numer. 1. p. p. Cæsar de Grass. decis. 90. numer. 17. alias t. de except.

Præter adulterium concurrebant verbera, minæ de occidendo, iniuriæ, & aliæ multæ malæ tractationes, de quibus contra Alexandrum deponebant testes, quę licet quibusdam ex Dominis non viderentur concludenter probatæ, alij secus opinabantur, & tanquam continentia sæuitiam excedentem terminos leuis correctionis marito in vxorem permissæ, † locum etiam præbere separationi thori, c. ex transmissa. c. literas. in fin. cum ibi notatis. de restit. spoliat. Abb. in c. 1. n. 4. circa fin. de diuort.

Ad nullitatem contra sententias oppositam ob petitum, & non præstitum iuramentum calumniæ, fuit responsum ab eadem Florentia Carpellona, principali fideliter fuisse præstitum in forma die 15. Iulij 1600. prout apparebat in actis Notarij causæ in prima instantia, qui iuramentum exegerat.

P L A T T I.

Mediolanensis Præpositura, Lunæ 17. Aprilis 1589.

A R G V M E N T V M.

Ignorantia constitutionis alicuius de publicando, quam quis fatetur se habuisse, an sit sufficiens ad probandam negatiuam.

S V M M A R I A.

1 *Consequentia non valet: Ignorauit constitutionem. Ergo non publicauit.*
Ampliatur. num. seq.

D E C I S I O DCCLII.

RESoluerunt Domini, gratiam Carpiani nō esse iustificatam. narrata enim beneficia vacare per non publicationem resignationis, & hoc non iustificat, prout iustificare tenetur, Caputaq. decis. 39. libr. 2. quod multo magis procedit, cum agatur de priuando Garimberto de beneficio suo, per resignationem obtento, quo casu plenior, & exacta probatio requiritur, Sarn. in reg. de infir. resig. q. 36. nec ignorantia constitutionis Gregorianę de publicando, quam fatetur se habuisse Garimbert. est sufficiens ad probandam huiusmodi negatiuam, quia non valet † consequentia, ignorauit constitutionem, ergo non publicauit. nam aderat alia constitutio Pij V. pariter de publicatione, qua attenta poterat Garimbertus mādare, vt fieret publicatio, quę per eos, quibus fuit mandata, poterat fieri iuxta formā constitutionis Gregorianæ prout erat faciendum, poterat contingere, vt Garimbertus fuerit monitus à peritis, faciendam esse publicationem, & quod ipse mandauerit eam fieri eo modo, quo erat faciēda, licet ignorauerit, cuius constitutionis vigore, & quo modo, qua ve forma, quoque modo esset facienda, prout ipse fatetur in positionibus 18. vsque ad 23. Non est igitur concludens hæc probatio † ignorauit constitutionem, ac modum, & formam publicandi, ergo non publicauit, cum poterit hæc omnia mandare peritis facienda suis modo, & forma, quibus erant facienda, & confidere de illorum peritia, ex quibus patet consil. Grau. primum nu. 13. non applicari.

Non obstat quod Carpanus potuerit capere beneficium per promotionem Lęlij Nouelli ad episcopatum vigore clausularum generalium, quia nihilominus tenetur iustificare vacationem narratam, vt fuit resolutum coram meo vna Suttina Parochialis die 8. Iunij 1588.

B V B A L I.

Toletana Dimidiarum annuarum. Ven. 17. Nouembris 1589.

A R G V M E N T V M.

Post conclusum in causa ex stylo partium an requiratur alia citatio.

S V M M A R I A.

1 *Citatio alia non requiritur post conclusum in causa ex stylo illarum partium.*
2 *Hospitalia regulariter non veniunt appellatione beneficiorum ecclesiasticorum.*
3 *Verba priuilegij diligenter attendenda sunt.*
4 *Annatistæ hoc habent priuilegium, quod de quidennio in quindennium exigant annatas.*
5 *Cappellani, qui non percipiunt fructus beneficiorum vnitorum, non tenentur ad solutionem dimidia annatæ.*

D E C I S I O DCCLIII.

IN causa Toletana dimidiarum annuarum concluserunt Domini, sententiam in partibus latam ad fauorem Portionariorum Ecclesiæ Toletanæ contra Hospitale S. Ioann. Bapt. ciuitatis Toletanæ siue illorum Cappellanos esse reuocandam, & omisso capite nullitatis, à qua dicta sententia saluari poterat, quia post cō clusum in † causa ex stylo illarum partium non requiritur alia citatio, vt in plurbus causis Rota resoluit. Domini moti fuerunt ex capite notoriæ iniustitię. nam aut prætenditur, quod sententia sit lata contra Hospitale & eo casu constat de iniustitia sententiæ, quia indultum Sixti IV. concessum prædictis Portionarijs, vt possint percipere dimidias annatas fructuum omniū, & singularum dignitatum, & personatuum administrationum, & officiorum Canonicatuum, & præbendarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum primi vel secundi, quo illa vacare contigerit, non comprehendit Hospitale, de quo agitur: tum quia regulariter † appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non veniunt hospitalia, Clem. literas. de præb. Fel. in c. de quarta. n. 8. in fi. de præscript. tum etiam quia hoc Hospitale est de iure patronatus laicorum ex fundatione bon. mem. Io. Taueni Archiepiscop. Toletan. & hodie patroni sunt in quasi possessione iuris patronatus laicorum, nisi de eis sit facta expressa mentio, Ad trad. per Fely. in tract. quomodo liter. apost. prouid. par. 10 prin. Lap. alleg. 96. Couar. pract. q. c. 36. sub num. 4.

Nec dicatur, quod saltem ratione beneficiorum vnitorum solui debeat dimidia annata, prout ante vnionem ex dictis beneficijs soluebat, vt fuit resolutum coram R. P. Domino meo Orano in illa Toletana annuarum de mense Ianuarij pręterito. huiusmodi autē Hospitale nunquam vacat, quia non datur, neque in titulo, neq; in administratione perpetua, iuxta Clem. quia contingit de relig. dom. sed administratur per patronos.

nos.

nes, qui ibi ponunt œconomos, & mercenarios ad nutum amouibiles.

Cum igitur non detur vacatio dicti Hospitalis, non intrat priuilegium Sixti 4. quod loquitur de vacanti-
3 bus, cuiusque verba sunt † diligenter attendenda, c. porro de priuilegijs.

Minusque obstat, quod saltem ex beneficijs vnitis solui debeat quindennium Cameræ Apostolicæ, quo-
4 niam Annatistæ habent hoc priuilegium, † quod de quindennio in quindennium exigant annatas, sed indultum Sixti IV. hoc non disponit, sed tantum quod Portionarij possint percipere fructus ex beneficijs vacantibus quod non cadit in Hospitale, quia nunquam vacat.

Aut Portionarij prætendunt, sententiam esse latam contra Cappellanos huius Hospitalis, inunceo magis apparet de eius iniustitia, quia cum in creatione Hospitalis cum amplissima dote ascendente ad Summam 10. Scutorum, in redditibus quolibet anno ex ordinatione fundatoris fuerunt instituti isti Cappellani in dicto Hospitali, cum certa portione siue Salario eis soluendo, & amouibiles, & beneficia fuerint postea vnita, non potest dici quod hæc portio assignata Cappellanis detrahatur ex fructibus beneficiorum vnitorum, quia Cappellani ante vnionem habebant duos redditus ex bonis collatis à fundatore.

Ex quo igitur Cappellani non percipiunt fructus
5 † beneficiorum vnitorum, quia confundantur cum fructibus aliorum beneficiorum à fundatore relictorum, clarum est, quod ipsi non tenentur ad solutionem dimidiæ annatæ.

Nec præmissis obstat præscripta decisio facta in alia simili causa corā R.P. Domino Orano, quia ibi ex omnibus fructibus etiam beneficiorum vnitorum erant creata alia beneficia, ex quorum fructibus pro rata beneficiorum vnitorum, quia illi concurrunt in vsus Hospitalis, & infunduntur cum alijs fructibus, vt supra dictum est. Et ex his fuit conclusum pro iniustitia sententiæ latæ in partibus.

D E C A N I.

Auximana Bonorum, Lunæ 13. Maij 1585.

A R G V M E N T V M.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum est valida, etiam in defectu solennitatum, ex quo interuenit authoritas Papæ.

S V M M A R I A.

1 *Defectus solennitatum, ex quo interuenit authoritas Papæ, non impedit, quo minus alienatio bonorum ecclesiasticorum sit firma.*
2 *Præsumitur pro Commissariorum decreto, nisi aliud ostendatur.*
3 *Agenti incumbit onus probandi contrarium.*
4 *Deposito facto respectu totius summæ, vbi constat, ad id solum faciendum emptor tenetur.*

D E C I S I O DCCLIV.

FVit resolutum sine difficultate, alienationē de qua agitur, fuisse validam, & sententiam desuper latam esse confirmandam: huiusmodi etiam materia in eisdem terminis fuit sæpius discussa, & resoluta pro validitate alienationis in causa Regiatēsi bonorum coram Illustris. Lancelloto, & in vna Anconitana coram R.P. Domino Seraphino, & in alijs causis, in quibus fuit cūclusum contra agentes ad nullitatem alienationis, non obstantibus his, quæ pro nullitate deducuntur.

1 Primò nō obstat defectus solennitatum, † ex quo interuenit authoritas Papę, vt per Abb. in conf. 41. num. 3. lib. 4. Dec. conf. 142. n. 1. Parif. conf. 24. nu. 4. cum alijs allegatis.

Non obstat breuitas temporis, ex quo Commissarij accesserunt super finem loci, & potuerūt omnibus necessarijs informari extraiudicialiter vigore facultatis
2 sibi attributæ, cum pro eorum decreto † præsumatur, nisi aliud ostendatur, vt post alios ex recentioribus tradit Anton. Gabriel. titu. de sent. concl. 5. n. 55. & per consequens remanet fundata intentio possessoris, & agenti
3 † incumbit onus probandi contrarium, neque ex inspectione actorum, & processus apparet, alienationem nō fuisse factam ad euidentem vtilitatem Ecclesiæ; imò apparet de contrario, tam ex dictis testium, quàm ex eo, quod pro decreto præsumitur, vt supra dictum est.

Postremo non obstat, non constare medietatem pretij fuisse conuersam in emptionem bonorum stabiliū, & aliam medietatem in reparationem cuiusdā domus, quia sumus in contractu venditionis, satis dicitur for-
4 ma seruata supplicationis, cum constet de † deposito facto respectu totius summæ, ad quod solum faciendum emptor tenetur, vt per Dec. conf. 36. n. 8. quod sępe Rota canonizauit: Accedit præsertim tanta temporis diuturnitas à die alienationis vsque ad litem motam.

P L A T T I.

Legionensis Iurisdictionis, Ven. 23. Iunij 1563.

A R G V M E N T V M.

Defectus vel enormissimæ læsionis allegatio, aut oppositio subreptionis alicuius an canonizationem confirmationis concordiæ factæ inter Episcopos impediri possit.

S V M M A R I A.

1 *Transigere licet super sententia. Et cur ibid.*
2 *Transactiones super sententia validæ sunt.*

D E C I S I O DCCLV.

DVbitaui, An Canonizationem confirmationis concordiæ de anno 1562. factæ inter Episcopum Legionensem, & Archidiaconum de Saldatia impedire possit vel defectus mandati, vel enormissimæ læsionis allegatio, aut oppositio subreptionis alicuius, vel ob non factam mentionem sententiæ antiquæ ad fauorem Archidiaconi latæ, aut non expressum interesse Parochianorum. Et Domini resoluerunt, ista non obstare, quo minus ad Canonizationem concordiæ deueniri possit: nam quicquid attinet ad defectum mandati, Domini dixerunt contrarium.

Hinc patet responsio ad aliam obiectionem, quæ fit contra confirmationem, nempe ob non factam mentionem dictæ antiquissimæ sententiæ, per ea, quæ habentur in l. fin. C. sent. resc. non poss. quia fuit responsum, cum fuisset iam illa sententia in dubium reuocata per litem in Rota pendentem, cumque contra illam exceptiones supra enumeratæ, & aliæ possent opponi,
1 licet † super illa transigere, Ruin. consil. 109. num. 11. lib. 1. & per consequens valent eiusdem transactiones
2 † sublatæ, cap. de transact. mentio fuerit facta. nam text. in d. l. fin. loquitur de sententia indubitata, per quam controuersiæ finis impositus, sed in casu nostro non poterat hoc dici esse, & de existentia sententiæ dubitari posset, & controuerti, an Archidiaconus de Saldana comprehenderetur, vltra quod cum ab vtraque parte fuisset supplicatum, huius expressionem retraxisset Papam à confirmatione Put. 368. c. fin. lib. 2.

Et bene potuit Papa cogitare, ex aliqua causa ius fuisse Archidiacono prætendenti iurisdictionem, & tamen voluit confirmare, Cassad. decis. 1. de priuil. Vnde etiam tollitur, quod dicitur interesse Parochianorum, de quo potuit etiam Papa cogitare, Cassad. dec. 1. de priuil. iurisd. sine subditis considerare non potest, sed in omnem euentum existimabant, interesse Parochianorum non esse considerabile, vt de eo foret habenda mentio, ad tradit. per Rebuff. super reg. de vnd glo. 11. nu. 81.

Et ex his, & alijs latius deductis per Informantes, conclusum fuit per Dominos, nihil obstare quo minus ad Canonizationem concordiæ deueniri possit.

D E C A N I.

Brixiensis Feudi 23. Ianuarij 1585.

A R G V M E N T V M.

Argumentum per se patet.

S V M M A R I A.

1 *Renouatio feudi quando non est petita in tempore, Episcopus inuestituram iuste denegare potest.*

2 *Anno elapso, Dominus inuestituram feudi renocare non tenetur.*

3 *Vasallus debet petere inuestituram intra annum, & diem directi Domini: alias feudum amittit.*

4 *Inuestitura petitio fit ad effectum, vt vasallus probet domino fidelitatem.*

5 *Agnatus per annalem cursum recidit à iure suo, quod habet in feudo agnati defuncti.*

D E C I S I O DCCLVI.

PRæsupponebatur in hac causa quondam Anton. Mariam Quadium fuisse inuestitum ab Episcopo Brixiensi, de feudo siue decimis loci de Mallone Vallis pro se,& hæredibus suis masculis, ex quo perpetuo descendente,quo postmodum defuncto de anno 1564. absque filijs masculis relictis dumtaxat Magdalena filia ex agnato altera filia præmortua Hieronymo & Carolo nepotibus Episcopus Brixiensis, vti de feudo deuoluto ob lineam finitam inuestiuit DD. Pompeum, & nepotes de Federicis sub die 14. Iulij 1579. quo audito per hæredes Antonij Mariæ de anno 1589. sub die 20. Maij petierunt eis vti proximioribus renouati inuestituram supradicti feudi, quod cum Episcopus denegasset, ex quo iam inuestierat illos de Federicis, fuit à denegatione appellatum,& causa appellationis mihi commissa dubitaui, An dicta Magdalena & Nepotes petierint inuestituram in tempore, ita vt Episcopus iniuste denegauerit inuestiturom, in qua difficultate Domini iuerunt in eam sententiam, quod renouatio 1 non fuerit † petita in tempore, & consequenter quod Episcopus inuestituram iuste denegauerit. Moti fuerunt ex illa communi opinione, quod vbi feudum fuit deuolutom, vel dominium ob lineam finitam proximior agnatus, qui prætendit sibi debere renouationem iuxta dictum Bart. in l. 1. §. permittitur, de aq quot. te- 2 netur illam petere infra annum, alias † ipso elapso D. non tenetur renouare, quam opinionem tenet Alex. in add. ad Bart. in d. §. permittitur. Rom. cons. 22. num. 6. & cons. 70. nu. 3. vers. vel alias dici poterit, & in l. prætor ait. §. fin. oum. 20. ff. de nou. op. nun. Curt. sen. consil. 47. num. 10. in fi. & alij Doct. quæ opinio videtur fulcita melioribus rationibus: habemus enim text. in c. 1. quo tempore. & in l. vbi miles, quod vasallus debet petere inuestituram infra annum, & mensem post mortem Domini directi ab eius hærede vel post mortem patris à dicto Domino, in c. 1. §. præterea. si quis de prohib. feu. alien. in quibus dicitur, quod vasallus debet 3 petere † inuestituram infra annum, & diem directi Domini, alias feudum amittit. Si igitur adhuc durãte feudo debet peti inuestitura infra annum à die mortis à Domino, vel successore ipsius, alias feudum deuoluitur, multo magis petenda est infra annum renouatio inuestituræ, quando feudum esset reuersum ad Domi- 4 num per lineam finitam. ratio patendi est: nam hæc † petitio inuestituræ fit ad effectum, vt vasallus præstet Domino fidelitatem, d. c. 1. de cap. Corra. & admodum dura esset conditio Domini directi, si ante lapsum 30. annorum non posset disponere de feudo deuoluto ad sui libitum, quimmo cum hęc facultas petendi renouationem competat ex quadam æquitate, multum æquum videtur, vt non finiatur.

Non obstat, quod quando extranei sunt inuestiti, tunc durat hæc facultas spacio 30. annorum, vt post gloss. in c. 1. §. Titio pro anno, in fin. sup. de feud. tradit Alexand. cons. 15. & testatur Alexand. vbi proxime. & Dec. cons. 395. in fin. Ias. cons. 7. in fin. libr. 3. quia respondetur hoc procedere, si alterum de duobus concurrat, vel quando extraneus infra annum fuerit inuestitus, & ita procedit resolutio in illa Seruiensi bonorum coram R. P. Domino Serophino, vel quod infra annum fuerit petita renouatio inuestituræ. Tunc enim ad reuocandam inuestituram factam extraneo, datur tempus 30. annorum, alias non poterit amplius reuo- 5 cari, quia † per annalem cursum agnatus cecidit à iure suo, vt bene declarat Gozad. d. decis. 71. num. 3. Bero. cons. 40. & 41. lib. 1. & videtur hoc idem sentire Dec. cons. 320. num. 4. & Curt. sen. d. cons. 47. num. 14.

P L A T T I.

Perusina Residui Dotis, siue indebitæ executionis, Lunæ 19. Iunij 1598.

A R G V M E N T V M.

Nulla iusta ignorantia potest aliquem excusare à pœna Auth. minoris debitor, ex eo, quod promisit in confectione inuentarij describere residuum crediti sui dotalis.

S V M M A R I A.

1 *Præsumitur habere notitiam antea is, qui in prosecutione inuentarij apposuit residuum crediti sui.*

2 *Ad præsumptionem scientia non debet induci pœna auth. minoris debitor.*

3 *Facto in proprio & ad proprium commodum non est probabilis ignorantia.*

D E C I S I O DCCLVII.

REsoluerunt Domini, nullam iustam ignorantiam posse D. Ascanium excusare à pœna auth. minoris debitor. C. qui dare tut. & curat. pos. ex eo quod omisit in confectione inuentarij describere residuum crediti sui dotalis. Cum enim pro consequutione huiusmodi crediti fuissent Domino Anto. assignata bona in solutum pretio æstimondo, cumque super æstimatione orta controuersia fuisset deuentum ad electionẽ peritorum, & nouissime Francisc. Clementianus peritus electus dedisset in actis suam sententiam super æstimatione, postquam pro parte D. Ascanij emanassent citationes ad dicendum contra iura producta & ad calculandum iuxta declarationem per peritos factam, dici non potest quod Dn. Ascanius fuerit ignaros istius sui crediti, quia ex æstimatione & mensuratione terrarum reddebatur satis certus, quod etiam ex eo confirmatur, quia in prosecutione inuentarij apposuit hoc re- 1 siduum crediti sui. Vnde præsumendum est, quod † antea etiam haberet notitiam, Socin. consil. 86. num. 19. lib. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 6. num. 5. 2 hinc tollitur illud quod dicitor, ad † præsumptam scientiam non debere induci pœnam, d. Authen. per Bald. consil. 308. numer. 5. volum. 1. nam hic constot de certa scientia tum ex citationibus, & protestationibus in iudicio factis, ad trad. per Rom. consil. 481. Caputaq. decision. 110. 111. lib. 3. tum etiam ex eo, quod in fa- 3 cto proprio, & ad proprium commodum † non est probobilis igoorantia, l. cum de indebito. ff. de probat. maxime cum simus in his, in quibus tenetur pars negans scientiam inquirere, Caputaq. decis. 100. & in omnem casum non potest negari, quin D. Ascanius sciret litem agitare soper æstimatione bonorum in solutum datorum, à qua æstimatione pendebat veritas residui istius crediti. quare cum huius litis nullam fecerit mentionem iuris sui atque actionis capturam sustinere cogetur, iuxta disposit. d. auth. minoris debitor, vt declarat Bart. in l. ideo fiet. §. cum autem. de testam. tut. & in l. prop. litem. ff. de excus. tut.

Ex quibus & alijs latius deductis per Informantes fuit conclusum, D. Ascanium non posse excusari à dicta pœna d. auth. minoris debitor.

PLAT-

P L A T T I.

Cesenatensis Spolij, Ven. 21. April. 1589.

A R G V M E N T V M.

Spolium quomodo probari possit, & debeat.

S V M M A R I A.

1 *Verisimile nan est, expressionem ab Ecclesia aliqua factũ fuisse, si illa Ecclesia bonis omnina caruisset.*

2 *Spolij in actione extremũ debet probari per plenas & cancludentes probationes.*

3 *Confessio quo pasterior, eo magis ceteris praualere debet.*

4 *Ademptio possessiants alicuius, ac arborum incisio, & glebarum apprehensio non arguit necessario bona, de quibus agitur, fuisse apprehensa.*

Ratio ibid.

5 *Testes duo de fama sufficere possunt ad probandum.*

Limita vt ibid.

6 *Dictum Cananici dicentis, se passidere vti Cananicum, debet praualere dictis testium, & fama.*

7 *Confessioni magis adminiculata magis standum est.*

8 *Catastrum si quis velit esse antiquum, tunc vltra quod secundum plures Doctares, catastrum quantumuis antiquum plene non probat.*

9 *Præsumptia cõtinuationis etsi ex prabatione pristina possessionis inducatur vsque ad tempus spolij, tamen cessat hac prasumptia, si ante illud tempus, qua prætenditur commissum spalium, prabetur alium possedisse.*

10 *Catastrum minus antiquũ nulla modo passessianem probat.*

D E C I S I O DCCLVIII.

IN hac causa sępius proposita antea Domini non potuerunt esse concordes, alijs existimantibus, bona, de quibus agitur ab Ant. Tiberto Cesenatensi eodem Rectore Ecclesiæ SS. Iacobi, & Philippi loco Bagnili fuisse possessa, tanquam bona dictæ ecclesiæ Parochialis, alijs verò tenentibus non constare, qood illa bona fuerint possessa nomine ecclesiæ præfatæ, sed potios nomine Canonicatus & propterea ecclesiã Parochialem non satis probasse suum primum extremum ad effectum spolij. Nec verò mirandum erat de hac dominorum varia sententia, cum ipsemet Antoonis vltimus possessor & Canonicatus Parochialis variauerint, nunc asserẽs se possidere vti Canonicum, nunc vti Rectorem dictæ ecclesiæ, & sane dominos tenentes sententiam pro dicto Parochiali hæc fere mouebant.

Primò, quòd coostabat Antonio de huiusmodi ecclesia fuisse prouisum à Sede Apostolica, cum expressione valoris scutorum 30. cum verisimile non sit, huiusmodi 1 † expressiooem factam fuisse, si illa ecclesia, vt nunc prætenditur, bonis omnioo caruisset.

Secundò, quia adeptione possessionis eiusdem Parochialis per Antonium facta apparet, captam etiam fuisse terrarum possessionem per immissionem nõnullorum palmitum, vitium, atque arborum, & per apprehensionẽ nonnullarum terrarum glebarum 3. quia de anno 1531. idem Anton. io iudicio coram Præside prouinciali fuit confessus, se tenere has terras, vti Rectorem dictæ Ecclesiæ, quod ipsum in eodem iudicio affirmarunt etiam Coloni eorundem bonorum 4. quod idẽ Antonios in pluribus locationibus de huiusmodi bonis factis asseruit, ea esse de iuribus Parochialis, & signaoter in locatione facta 24. Septemb. 1531. & 24. Aprilis 1544. & 27. Martij 1570. Secundò mooebãtur ex voo teste deponente de visu, de duob. alijs primo, & secundo de publica voce, & fama deponẽtibus, bona de quibus agitur fuisse possessa, vti bona ecclesiastica loci Bagoili. sexto ex fide Catastri antiqui, ex quo appatet, bona de quibus agitur fuisse tornaturarum 122. bona aotem Canonicatus fuisse tornaturarum 21.

At Domioi, qui contrariam sententiam sequebãtur, dicebant, constare Canonicũ, de quo agitur fuisse creatum de anno 1474. illique assignatam præbendam ex suppositione quatuor beneficiorum, quorum quatuor erant in loco Bagnili. hinc verisimile, esse bona de quibus agitur esse eademmet, quæ ex dictorum beneficiorum suppressione fuerunt assignata pro præbenda dicti Canonicatus, maxime cum Cœneteria suppressorum beneficiorum reperiantur inter hæc bona, putabantque hanc probationem maxime comprobari ex locationibus per Lucretium Tibertium tunc istius Canonicatus possessorem de anno 1512. & 1510. factis de huiusmodi bonis, & ex inuentario de anno 1523. confecto, in quo pariter hæc bona, tanquam bona Canonicatus describuntur. Item ex assertione eiusmet Antonij, qui in locatione anni 1537. Augusti, asserunt hæc bona loci Bagnili tornaturarum 120. spectare ad præbendam sui Canonicatus. Item ex eiusdemmet Antonij confessione coram ordinario facta anno 1571. in qua descripta fuerunt bona ad canonicatum spectare, & Ecclesiam Bagnili nihil possidere, neque existimabant, negligentem esse, quod eodem anno factum fuerat inuentarium Ecclesiæ Bagnili, in quo expresse dicitur, ipsam nolla habere bona. Postremo dicebant, non leue adminiculum sumi posse ad hæc omnia coadiuuanda ex eo, quod Antonius huiusmodi Canonicatum resignauerit, reseruata pensione scutorum 160. quod factum verisimiliter non fuisset, si Canooicatus bonis caruisset.

Cum igitur ob has inter se controuersas confessiones, actus repugnationes capi resolutio non potuisset, tandem de nouo causa proposita dicta die 21. Aprilis fuerunt Domini concordes atque vnanimiter resoluerunt, non constare de primo extremo ad effectum, vt Rector parochialis SS. Iacobi Philippi obtinere in spolio possit. Ratio decisionis fuit, quia primom extre- 2 mum † debet probari per plenas, & concludentes probationes, Caputaq. decis. 368. lib. 2. & ex deductis constat in primis, nihil concludens addoci per Rectorem, quod possessionem ecclesiæ suæ probet concludenter, neque enim quod Anton. in impetratione parochialis expresserit valorem Ducatorum 30. concludit, parochialem possidere hæc bona, tum quia potuit aliunde habere, tamen etiam potuit expressio esse falsa, nec deerat Antonio causa simulandi, quippe aderit contra se sententia Rotalis super Canonicatu, quam Antonius de anno 1550. obtinebat. Vnde ad effugiendam huiusmodi sententiæ executionem, excogitauit Parochialem Ecclesiam impetrare, & bona taoquam ad ipsum spectantia retinere. Hinc dicebant Domini, emanasse confessiones illas, & coram Præside Romandiolæ, & in instrumentis locationum, & in omnem euentum sublatis contrarijs confessionibus tum in alijs locationum instrumentis, tum maxime coram Aduocato principali, & ex professo perquirente falsum, quæ 3 eo magis præualere † ceteris debet, quia posterior, l. pacta nouissima. C. de pact. quodque adminiculatur Achill. decis. 1. de confess. Adminicula autem facile desumuntur ex erectione Canonicatus, locationibus Lucretij prædecessoris ipsiusque Antonius resignatione 4 alijsq; supra deductis. Nec ademptio possessionis † ipsius parochialis ac arborum incisio, & glebarum apprehensio arguit necessario bona, de quibus agitur, fuisse apprehensa, quia potuerunt hæc fieri io horto ecclesiæ contiguo, quem etiam nunc dicitur ecclesiam retinere, præterquam quod apprehensio possessionis laborat eodem morbo, quippe quæ processerit ex eadem causa fugiendi executionem sententiæ Rotalis, attento maxime, quod iam antea Antonius obtinebat Canonicatum, & eius bona possidebat. Non obstat ille testis de visu cum doobus de fama, quia licet alias 5 sufficere † possent ad probandum primum extremum, Caputaq. 370. lib. 2. tamen in hac materia visum fuit Dominis, dicta horum testium parum esse attendẽda, cum enim idem Aotonius esset Canonicus & Rector,

non

non potuerunt testes, quo nomine possideret; nisi quatenus ipse professus fuisset possidere: nam ante Antonium sumus in claris quod possidebatur nomine Canonicatus, quare cum ipsemet Ant. 1571. in iudicio dixerit, se possidere vti Canonicum debet eius dictum

6 prævalere † dictis testium, & famæ, quæ sane opinio testium, & fama potuit habuisse originem, ab illis confessionibus simulatis Antonij, à quibus fuit reuersum per hanc nouissimam confessionem in iudicio factam, & cui, vt dictum est, tanquam magis adminiculatæ

7 magis † est standum. Quo verò ad catastrum antiquũ, Domini non fecerunt super eo aliquod fundamentũ, propterea quod data fuit à Canonico fides, quod in eodem catastro hæc bona reperiuntur descripta Canonicis, & quod ecclesię Bagnili nihil soluit, & quod solutiones factæ fuerunt nomine Canonicatus, aut pręsupponimus, hoc catastrum esse nouum, aut antiquum: si

8 volumus esse antiquum, tunc vltra quod † secundum plures Doct. catastrum, quamuis antiquum, plene nõ probat, vt per Cor. cons. 165. lib. 3. Dec. cons. 146. col. 8. Fel. in c. causam. col. 2. nu. 2. de proba. Aduertendũ pręterea est, quod etsi ex probatione pristinæ possessionis

9 indocatur pręsumptio † continuationis vsque ad tempus spolij, l. siue possidetis. C. de probat. Abb. in c. cũ ad sedem. nu. 18. de rest. spol. Doct. in c. consultationibus, de off. deleg. attamen cessat hæc præsumptio, si ante id tempus, quo prætenditur commissum spolium, probetur alium possidere, Abb. in d. c. cum ad sedem. nu. 18. & in c. sępe. nu. 18. eod. tit. Affl. dec. 322. Alex. cons. 103. in prin. lib. 2. quapropter cum ex supra relatis constet, Lucretium possedisse, ac locasse vti Canonicũ, vt ipsum Antonium confessum fuisse, se ea bona tenere nomine Canonicatus, probatio si quæ ex antiquo catastro resultare potest, non suffragabitur Saratio Rectori, quia non percutit tempus spolij, quod prætenditur commissum fuisse ab Hieronymo Dieteleuo, tempore quo adeptus fuit possessionem Canonicatus sibi Antonio resignati de anno 1579. Nam continuatio possessionis vsque ad illud tempus præsumi non potest, ex quo probatur possessio Canonicatus nomine. Si verò dicatur, catastrum esse posterius locationibus à Lucretio factis, alijsque confessionibus, & propterea non impediri continuationem possessionis Ecclesiæ Bagnili vsque ad tempus spolij tunc respondetur, in facto mi-

10 nus † antiquum catastrum nullo modo possessionem probare, Soc. cons. 205. col. fin.

Ex quibus, & alijs latius deductis per Informantem fuit conclusum, non constare de primo extremo ad effectum, vt intret spolium prætensum per Rectorem Ecclesiæ SS. Iacobi, & Philippi loci Bagnili.

LANCELLOTTI.

Romana aureorum 8. Teccarum, Iunij 1597.

ARGVMENTVM.

An in solutionibus censuum, & aliorum contractuum penes mercatores factorum debeãt solui scuta auri ex ord. vel satis sint alia quæcunque.

SVMMARIA.

1 *Solutiones fieri possunt in monetis currentibus & ordinarijs.*

2 *Solutio facienda est in moneta currenti tempore contractus, si ea tempore solutionis reperiatur: maxime cum ea fuisse censeatur mens contrahentium, vt de currentibus tempore contractus intelligatur facta promissio. & num. 3.*

4 *Natura legis est, vt respiciat futura, non autem præterita.*

5 *Constitutiones de moneta valore, non debent extendi ad contractus, & obligationes præteritas.*

6 *Intentio constitutionis de monetarum valore, est declarare valorem monetæ, non autem augere obligationes, in casu quo de iure aliter non tenerentur.*

7 *Verba legis vltra intentionẽ legislatoris extendi nõ dẽnt.*

8 *Cogẽdus est nemo soluere monetam pretiosiorem & quam non recepit tempore contractus.*

9 *Interpretationi illi inhærendum videtur, quæ tendit potius ad extenuandam, quam ad augendam obligationem.*

10 *Verba contractuum vbi in aliquo redduntur ambigua, contra fundantem se in illis regulariter interpretari debent.*

DECISIO DCCLIX.

ANno 1597. emanarunt edicta die 2. Ianuarij super vero valore scutorum Lauri, alterum die 8. Augusti, primi declaratorium, in quibus fuit ordinatum, quod scuta auri 8. Teccarum in dictis bannis specificatis intelligantur, & sint scuta auri bona, & currentia, reliquarũ verò Teccarũ sint quidem scuta currentia, sed minoris æstimationis dd. octo Teccarum ad rationem duorum scutorum cum dimidio pro quolibet centenario, & quia in vltimo edicto fuit etiam mãdatum, quod solutiones in posterum faciendæ in scutis auri in Calendis Ianuarij, præsentis anni 1577. vigore literarum cambij, cedularum, instrumentorum, ac quorumcunque contractuum fieri deberent in dictis scutis 8. Teccarũ, orta est dubitatio, An in solutionibus cẽsuum, & aliorum contractuum ante d. annum 1596. celebratorum, & similiter in restitutione depositorum ante dicta bannimẽta penes mercatores factorum deberet solui scuta auri ex dictis octo Tecchis, vel satis essent alia quæcunque. Ex huiusmodi dubio die 20. Iunij 1597. de ordine Sanctissimi per me in Rota

1 proposito, Domini cẽsuerunt, solutiones posse fieri in scutis currentib. & ordinarijs, licet non sint 8. Teccarũ, moti ex communi conclusione in hac materia moneta-

2 rum, quòd solutio facienda est † in moneta currenti tẽpore cõtractus, si ea tempore solutionis reperiatur, nec ea sit in bonitate intrinseca immutata, vel si sit immutata, aut non reperiatur in eius æstimatione, secundum valorem de tẽpore contractus, & obligationis iux. tex. in c. olim, & in c. Canonicis, & vtrobique glo. & Doct. de cens. Bar. in l. Paulus. num. 6. vbi alij. ff. de solut. not. Doct. in l. cum quid. ff. si cer. per. Rub. Alexan. cons. 17. Soc. iun. cons. 145. nu. 94. lib. 1. Corn. cons. 321. num. 13. lib. 3. Bertran. cons. 17. nu. 4. vol. 4. & cons. 168. nu. 1. & 261. nu. 7. vol. 1. par. 1. tot plures cumulat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. nu. 26. & 27. Couar. de vet. nu. 7. c. 7. §. superest modo. nu. 2. Ant. Gabr. de solut. concl. 1. & 2. cum alijs, quos refert & sequitur nouissime Hier. Gabr. cons. 164. nu. 4. lib. 1. Put. decis. 149. lib. 2. & ita alias fuit resolutũ in Rota in vna Cesenatensi pecuniaria 14. Martij 1597. coram Reuer. Patre Domino meo Penia. Quare cum scuta auri currentia tempore contractus hodie reperiãtur, nec eorum vsus sit reprobatus, quamuis sint in æstimatione variati, ex quo non sunt immutati in bona intrinseca, satis sit per eorum solutionem iuxta dictam communem opinionem, ma-

3 xime, cum ea fuisse censeatur mens † contrahentium, vt de currentibus tempore contractus intelligatur facta promissio, Castr. in l. fin. nu. 4. C. com. de leg. Guid. Papa. q. 493. in prin. Calcan. cons. 15. nu. 17.

Et quamuis Boer. decis. 327. Alex. cons. 38. tomo 3. lib. 8. Menoch. cons. 288. nu. 20. Aret. & alij allegati per Tiraq. vbi supra. nu. 26. voluerint, obligatum soluere in scutis aureis teneri ad soluendum in scutis aureis currentibus tempore solutionis, tamen intelligebant Domini, id habere locum, quãdo non reperiretur species promissa, vel debitores æstimationem antiquorũ soluere vellent, sed quando speciem promissam soluere intelligunt, & ea reprobata non est sequenda, videtur prior opinio magis à Dominis recepta.

Et quia tota difficultas huius dubij videbatur restricta ad intellectum dictorum bannimentorum, ideo Domini particulariter respondendum dicebant, prædicta edicta esse intelligenda de solutionibus faciendis vigore

vigore obligationum,& instrumentorum ante bannimenta perfectorum,ac habentium causam de praeterito: quae deducebant ex natura legis,† quae respicit negotia futura, non autem praeterita,l.leges.Cod.de legi.c.2.& c.fi.de consti & in terminis baoonnentorum, vt non comprehendant contractus iam perfectos, etiã si eorum effectus adhuc in pendenti esset,tenet Dec.in c fi.num.63.vers.sex.concl.de const.Caputaq.dec.103. fuit dubitatũ. li. 2.in m.f.& in materia similium constitutionum de valore monetarum, vt non debeat extendi ad contractus,† & obligationes praeteritas,tradit Calcan.conf.15.num.3.cum seq.Idem demonstrabant tum ex verbis, tum ex mente ipsorum debitorum. Ex verbis quidem, quia dicitur *ordiniamo e comandiamo, &c.* quae verba necessario de obligationibus in futurũ faciendis intelligi debent, cum subsequantur illa verba *effettuando solo. &c.* in quibus cum disponat, non comprehendi eos contractus, in quibus partes aliter conuenissent, apparet, praecedentia esse intelligenda de dispositioonibus futuris post bannimenta,& quo in praeteritis non poterant contrahentes disponere contra tenorem bannitorum, quae nondum emanauerant tempore contractus. Neque poterant diuinare, an emanare debuissent, maxime cum infra in vers. & actio durante expresse cõcedatur dilatio vsque ad diem primum Ianuarij ad effectum, vt mercatores,& alij possent certiorare suos correspondentes de dispositione ipsius banni, & sic intelligitur de solutionibus faciendis vigore literarum,& contractuum post certiorationem celebrandorum.

Ex mente verò, quia intentio banni fuit, tantum declarare valorem scuti, & quod iuxta valorem taxatum esse deberent in commercio, † non autem augere obligationes, ita vt debitores obligati essent soluere scuta 8.Teccarum in casu,in quo de iure aliter non tenerentur. Oldra.conf.150. nu.3. & vltra intentionem legislatoris † verba legis extendi non debent,c.propria. de verb.sign.cum simi lib.praesertim quia sumenda est interpretatio in huiusmodi bannimentis,vt minus deuient à iure communi,glos.mag.in l.fin.§.in computatione, & ibi Doctor.Cod.de iure delib. & ne quis maneat in damno,quod esset si cogeretur soluere † monetam pretiosiorem, & quam non recepit tempore contractus, glos.io l.2. C.de noxal.

Non obstat, quod ex quo non constat, quod aurei, de quibus partes tempore contractus disposuerunt, essent de illis minoris bonitatis, vel valoris 8. Teccarũ non videantur tales cõtractus restringendi ad aureos istos inferiores, cum potuerint solui in confuso non minus de vna, quàm de alia Tecca, quia responsum fuit,quod cum versemur, in dubio, & in materia obligationis, inhaerendum videtur illi interpretationi † quae tendit potius ad extenuandam, quam ad augendam obligationem, c. in obscuris. & c.inspicimus. de reg.iur.in 6.& vbique not. Dyn.l.quidquid adstringen.ff.de verb.obli.& in simil.terminis est glos. in c.olim.in vers.vsualis.in fi.de iur.& quia verba contractuum,† vbi in aliquo redduntur ambigua,cõtra fundantem se in illis regulariter interpretari debent.l.veteribus. ff.de pact.

Neque obstat, quod cum ista bannimenta procedãt per viam declarationis, ex quo declarãt aureos bonos, & iusti ponderis,esse solum illos 8. Teccarum,debeant trahi ad contractus praeteritos,glo.in c.cum sic.in ver. siue de vsur.Bal.in l.non dubium. vbi alij de leg.Gabr. de reg.iur.conclus.3.nu.8. siquidem si respicerent praecedentes obligationes, non possent dici declaratoria, ex quo inducerent nouam dispositionem, & corrigerent praeteritas obligationes cum de iure non tenerentur contrahentes ad aliam solutionem faciendam, & propterea correctoria, non declaratoria iudicari debent,Caputaq.d.dec.103.Calcan.d.conf.15.nu.16.

Et ex his fuit conclusum, solutiones posse fieri in scutis currentibus, quamuis non sit 8.Teccarum.

ORANI.

Romana, Praetensi Census,Ven.11.Decemb.1598.

ARGVMENTVM.

Cum duae ducatorum species in commercio hominum existunt, si quaeratur, ad quam speciem dicenda sit facta reductio, respondetur, ad ducatos auri in Camera veteres reducendam esse.

SVMMARIA.

1. *In materia valoris monetae talis praesumitur facta promissio, qualis ostenditur facta solutio.*
2. *Declaratio nulla melior esse potest, quam ea quae sumitur ex his, quae postea re ipsa & longo vsu seruata sunt.*
3. *Moneta ducati veteris valoris cum non est immutata in intrinseca bonitate, merito dicendum est, satisfactum alicui videri, si vel in illo solutio fiat, vel in eius aequiualente.*
4. *Consensus vtriusque partis praeualet statuto, & consuetudini in contrarium.*

DECISIO DCCLX.

CVm alias annua praestatio octuaginta ducatorum de Catolenis Archipresbytero S. Celsi reseruata, super domibus Iulio Albentio locatis propter imutatã temporum,& varios casus per bon.mem. Cardinalem Benunum arbitrum à partibus electũ reductum fuisset ad ducatos quadraginta auri in auro de Camera,ex quo duae species ducatorum in commercio hominum existunt,dubitatum fuit, ad quam speciem dicenda sit facta reductio. Et Domini censuerunt ad ducatos auri in Camera veteres,quia sunt minoris valoris,l.nũmis, de leg.3.& in obscuris fauendum est causae debitoris,l. semper in obscuris. vbi Dec. num.4. Cagn. num.15. & seq.ff.de reg.iur.l.Tina.§.Seio.ff.de auro & argen.leg. Vt etiam contra fundantem se in verbis ambiguis, & sic hoc casu contra Archipresbyterum capienda est interpretatio,l.veteribus.ff.de pact. praesertim cum huic intellectui cõgruat obseruantia. Nam in materia † valoris monetae talis praesumitur facta promissio, qualis ostenditur facta solutio,l.Iulianus.§. proinde.ff.ad Senatusc. Maced. l.si certis annis. vbi post Ang.num.11. Alex.C.de pact.Soc.conf.145.num.3.lib.1. Corn.conf. 181.num.73. lib.2. Brun.in tract. de aug.mun.q. 12.in prin. Nulla enim potest esse melior declaratio,† quam ea,quae sumitur ex his,quae postea re ipsa, & longo vsu seruata sunt, Bar.conf.59.colum.2. Fel.in c. cum Bertold.nu.28. de reiud.solutionem autem factam fuisse in ducatis veteris valoris, non debemus controuertere.nam ex libris Ioan.Alberini,& etiam ex quietantijs Ioan.Francisci Firmani Archipresbyteri de hoc liquet, vbi se in tribus terminis recepisse ducatos auri de Camera veteres: ac in quatuor sequentibus viginti ducatos similes. Item etiam ex alijs quietantijs Cornelij Firmani, eius successoribus, & ex aliquibus moderni. Archiepiscopi, qui cnamsi ab aliquot annis per protestationem contradixerit, nihilominus non potuit tantum operari, vt extingueret vsum obseruatum statim post contractum, etiam quod non fuerit praescriptus, quia non requirit praescriptionem, vt tradit post alios Aymon cons. 202. num.11. & 203.num.2. Vnde cum moneta ducati veteris valoris † non sit immutata in intrinseca bonitate,cap.cum clerici.de censib.Batt.in l. Paulus.nu.6.de solut.Gabr.conf.164.num.4.lib.1.merito dicendum est, satisfactum sibi videri, si vel in illo solutio fiat,vel in aequiualente. Put.decis. 249.lib.2.

Nec obstat decretum Camerale,quia licet possit fortassis responderi, quod non comprehendat praeterita, vt videtur tenere Caputaq. decis. 103. in m.f. Calcan. conf.15.num.3. cum seq.& dictum fuit coram Reuer. Patre Domino meo Lancelloto in vna Romana octo Teccarum : Clarum est etiam,quod disponit circa debita

bita Cameræ, & pensiones beneficiorum, non autem circa cõuentiones factas inter particulares de solutione certo modo facienda. nam vt tradit Bru. de augum. mon. 2. præsuppos. num. 17. obseruantia subsequuta, cum † contineat consensum vtriusque partis, præualet statuto & consuetudini generali in contrarium. Neque ad propositum facit decisio facta coram Reuer. Patre Domino meo Penia in vna Romana pecuniaria, quia in eius themate non fuit controuersia super specie ducati, sed super valore: nam partes erant concordes circa speciem, & extrinsecam eius bonitatem, quæ immutabilis est, non autem circa solutionem propter immutatã eius extrinsecam qualitatẽ. Ideoq; hodie optima ratione decisum fuit, in valore hodierno ducatorum auri de Camera veteri per Dominos de Albericis Do. Archiepiscopum S. Celsi solutionem.

SERAPHINI.

Narniensis Legitimæ, 17. Aprilis 1587.

ARGVMENTVM.

Species certæ monetæ quando promissa est, ad quam rationem valoris facienda sit solutio.

SVMMARIVM.

1 *Species vbi certa moneta est promissa, quæ extat tempore fienda solutionis, ita solui debet.*

DECISIO DCCLXI.

Dominus Alexander Massarius repetebat à D. Liuio dotis maternæ portionem, quæ cum fuisset soluta tempore cõtracti matrimonij in tot ducatis auri de Camera, qui tunc temporis præsupponũtur valuisse decem Iulios, qui orta fuit inter dictos fratres controuersia prætendente Liuio sententiari ad rationem decem Iuliorum pro ducato, non autem ad rationem valoris hodierni, ideo dato super hac re dubio, fuit per Dominos conclusum, Liuium teneri ad solutionẽ ducatorũ iuxta æstimationem & valorem hodiernum, nam communis est Doctorum sententia, quod vbi species † certæ monetæ est promissa, quæ extat tempore fiendæ solutionis, ita solui debet, Bar. & Doct. in l. Paulus. de solut. Brun. de mon. in 5. par. Bologn. in l. cum quid. num. 24. si cert. pet. Alciat. ibid. num. 68. & consil. 255. vbi inquit, omnes in d. l. cum quid ita tenere Cagn. in l. 2. nu. 215. C. de pact. inter empt. & vend. eandem esse communẽ testatur Aret. cons. 1. n. 3. Gab. de solu. conclus. 2. in princ. Soc. iun. cons. 144. num. 5. tomo 2.

Neque obstat Natta, cons. 454. num. 3. quia ipse decipitur æquiuocando contra communem Doctor. sententiam.

Non obstat Afflict. decis. 194. quia ibi diuersus est casus à nostro non enim erat in obligatione ducatus Venetus, qui est certa species, sed florenus erat in obligatione. Et hæc sufficiant ad declarationem præsentis dubij, omittendo alias quæstiones, quas late tradunt Doctores, in quibus est longa distinctio propter diuersitatem casuum, & Doctorum controuersiam.

LANCELLOTTI.

Romana Saluiani interdicti, Lun. 14. Decembr. 1598.

ARGVMENTVM.

Iudices de partibus non debent iudicare super iustitia vel iniustitia inhibitionum Rotalium.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata post inhibitionem Rota est nulla.*
2 *Iudex vigore clausula & quas in commissione procedere potest in præsentia, etiamsi nulla præcesserit sententia, nec appellatio.*
3 *Inhibitio non cassat attentata.*
4 *Iudices de partibus iudicare non debent.*

DECISIO DCCLXII.

Cvm causa appellationis à sententia per Reu. Patrẽ D. V. Auditorem Cameræ lata in Saluiano ad fauorem Excellentiss. D. Philippi fuisset mihi commissa cum clausula, vt constito quod esset locus Ægidianæ, vel alias executioni. Quo dubio die 12. Decembris proposito nihil fuit firmatum, sed iterum die 14. eiusdem mensis causa mature discussa Domini negatiue responderunt, & circumspectis meritis causæ, super quibus pro parte Illustriss. Cardinalis non fuerat informatum moti fuerunt ex capite nullitatis sententiæ ipsius, qua stante non intrat Ægidiana, Pute. decis. 4. de Ægid.

Et quamuis plures nullitates deductæ fuissent ab informante, tamen omnes Dominis visæ fuerunt turbidæ, vna excepta, à qua processus saluari non potuit resultans ex eo, quia senteña lata fuit post inhibitionem Rotæ, † quæ siue iuste, siue iniuste erat timenda, Put. decis. 295. tomo 2. ita vt omnia post eam gesta vti attẽtata veniant reuocanda, Caputaq. 93. par. 2. cum simil. quod procedit etiam non cognito, an inhibitio emanata fuerit Canonica ne sub ipso clipeo cognoscenda, an inhibitio fuit iusta, vel ne, contemnantur inhibitiones prout esse de stylo Rotæ testatur Achil. decis. 71. de attent. in m. & 29. de appel. in impres. Accoramb. decis. 55. tomo 1. Mand. de inhib. q. 10. fuit dictum coram Reuer. Patre D. meo Pamphilio in causa Toletana fructuum 16. Maij 1586.

Et licet hoc casu fuisset commissa causa appellationis à sententia nondum lata, nihilominus etiamsi rescriptum sit subreptitium, & nullam tribuat iurisdictionem adhuc tamen inhibitio eius vigore emanata causat attentata iuxta obseruantiam Rotæ, secundum quam bis fuisse resolutum coram Pute. refert Peregr. decis. 94 lib. 1. incipit, Fuit conclusum, relata inter impress. decis. 573. lib. 3. Achil. d. decis. 7. de attent. & d. decis. 29. de appel. quicquid alias Rota antiqua tenuerit, vt in decis. 58. de appellat. in Nou. & apud Ægid. deci. 259. Maxime quia in Commissione aderant clausula *& quas*, cuius vigore † poterat Iudex procedere, prout in prima etiam si nulla præcesserit sententia nec appellatio, Peregr. d. decis. 94. & totum negotium principale commissum petebatur. Satnen. de infirm. quæst. 34. nu. 4. additio ad decis. Rotæ 25. nu. 3. de rescript. in Nou.

Non obstant ea, quæ in contrarium opponebantur. Et primò quod inhibitio non fuit iudici intimata, quia sufficit, intimationem factam fuisse parti, dictam decisionem Ant. Augustini 373. incipit Thom. lib. 3.

Secundò non obstat regula Cancellariæ 36. expresso prohibens appellationes ante definitiuam sententiam, illasque cum commissionibus & omnibus inde secutis annullans, quia cum illa regula loquatur in causa simplici, non debet extendi ad causam mixtam, quando non solum causa appellationis, sed etiam negotij principalis committitur, vt in terminis huius regulæ tradit Sarn. de impet. benef. vac. præb. fac. Cord. q. 15. in fine.

Tertiò non obstat decis. Peregr. 136. lib. 2. secundum quam inhibitio non † cassat attentata, quoniam is, ad cuius instantiam emanauit redisse ad iudicium inhibitum, quia hoc tollitur ex facto, cũ actus nullus coram iudice inhibito factus fuerit. Licet enim à sententia lata fuerit item appellatum, & alia commissio appellationis impetrata, idem euenit, quia præcedens Commissio non deuoluebat causam appellationis & nullitatis huius sententiæ, & licet in termino citationum ad sententiam procurator Illustris. Cardinalis comparuerit, tamen semper appellauit, & de nullitate protestatus est.

Demum non obstat decisio coram Illustrissimo Cardinale Platto in causa Romana de Ruspolis, 10. Martij 1589. tum quia in illa Commissione, cuius vigore fuerat inhibitum, non aderat clausula, *quam & quas*, tum quia illa est fundata in decisionibus Rotæ antiquis, quas ex supra deductis apparet pluries fuisse à Rota moderna reprobatas: Tum quia hoc modo reperietur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod non

est

est faciendum : nam iudices in Curia existentes facile possunt adhibere remedium durando, vel quod moderentur inhibitiones, vel quod adeant signorias pro reformatione Commissionum. Iudices verò de parti-
4 bus † non debent iudicare super iustitia vel iniustitia inhibitionum Rotalium, quas facile negligerent, vt dicit Achil. d. decis. 7. de attent. manu scripta.

Et ex his fuit conclusum pro nullitate sententiæ.

P E N I Æ.

Comensis Cappelloniæ. Ven. 20. Nouemb. 1592.

A R G V M E N T V M.

Instrumenta parte non citata extracta, an sint authentica.

S V M M A R I A.

1 *Instrumenta mortuorum Notariorum quando exemplantur & publicantur per Notarios ad id ab habente potestatem deputatos, non requiritur partis citatio. nu. 1.*
2 *Notario attestanti fides adhiberi solet.*
3 *Instrumentum licet non habeat signum aut subscriptionē Notarij, potest nihilominus in publicam formam leuari.*
4 *Originalia producta & subscripta ab ipsismet Notarijs Actuarijs, fidem faciunt, licet forēt extracta sine compulsarialibus, & sine partis citatione.*

D E C I S I O DCCLXII.

Die 29. Maij, proxime præsenti Domini pronunciauerunt, constare de iure patronatus illorum de Cassanorijs cum præsupposito quòd iura, quibus nitebantur, essent in forma probante, in hac petitione dato desuper particulari dubio, vtraque parte informante fuit conclusum, iura esse authentica: nā primum quantum ad instrumentum sententiæ latæ anno 1488. & testium in processu illius litis examinatorum, de quibus erat rogatus, quia Paulus de Orcho, & instrumentum præsentationis anni 1465. rogatum per Albertum de frumento satis videbantur authentica, de quo apparebant exēplata ex suis protocollis per Aluisium Colam Notarium anno 1563. ab ordinario Comensi deputatum ad leuandum in publicam formam instrumenta, & imbreuiaturas præfatorum Notariorum. Decius in Auth. si quis in aliquo. nu. 16. & ibi Purpur. num. 19. C. de eden. Veral. decis. 351. num. 2. par. 2. Felyn. in c. cum P. Tabellio. 54. de fide instrum.

Nec propterea desierant esse authentica, quia non apparerent parte citata extracta : quia quando instru-
1 menta mortuorum † Notariorum exemplantur, & publicantur per Notarios ad id ab habente potestatem deputatos, non requiritur. Bald. in d. Authen. si quis in aliquo. num. 15. & Purpur. num. 19. & Verall. d. decis. 351. num. 4. Et quando non apparet de Notarij depu-
2 tatione aliter, quam per ipsius † assertionem de stylo Rotæ, & sic attestanti solet adhiberi fides, Veral. decis. 245. incipiente, Notario attestante par. 2. vbi loquitur de deputatione facta extra curiam.

Licet autem instrumentum Aldeberti non haberet
3 illius † signum aut subscriptionem, potuit nihilominus in publicam formam leuari, Alex. cons. 14. num. 17. lib. 6. Curt. iunior cons. 162. num. 5. Chisanensi decis. 71. incip. instrumentum, in quo est omnium.

De instrumento præsentationis anni 1515. rogato, & subscripto per Franciscum Mariam de Valpis, & de alio cōfecto per Benedictum de Tolijs anno 1541. idem fuit iudicatum, ex quo originalia erant producta, & subscripta ab ipsismet Notarijs Actuarijs : ista enim
4 procul dubio fidem † faciebant, licet forent extracta sine compulsorialibus, & partis citatione, Rot. decis. 1. nu. 1. de fide instrum. in Nouis. Veral. decis. 170. par. 1. quamuis non haberent nomen Imperatoris vel Papæ, nam quicquid sit de stricti iuris ratione, contrarium seruat recepta consuetudo, Couar. in pract. quæst. c. 20. num. 1. Paris. cons. 68. nu. 20. lib. 3.

Quibus non obstat defectus recognitionis, quia stante lapsu tot annorum, quælibet leuis recognitio sufficiebat, Veral. decis. 5. par. 3. quæ in hoc casu ex multis adminiculis satis adesse videbatur.

Postremo instrumentum præsentationis anno 1531. rogatum per Franciscum Mariam de Valpis & exemplatum de anno 1587. per Ioannem Andream de Olgiate Notarium generaliter deputatum per Consules iustitiæ ciuitatis Comensis anni 1565. ad authenticorum notulas instrumentorum per dictum Franciscum rogatum authenticum etiam fuit putatum, Rot. decis. 1. nume. 4. de fide instrum. in Nou. & fuit dictum in illa Nouariensi Bonorum coram me die secunda Martij 1592.

S E R A P H I N I.

Nullius, seu Mediolanensis Remedij Redintegrandi. Merc. 17. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

An remedium c. reintegranda. 3. q. 1. sit imprascriptibile, vel potius aliqua præscriptione tollatur.

S V M M A R I A.

1 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. nullo tempore præscribitur.*
2 *Præscriptio dari non potest etiam post decursum temporis mille annorum.*
3 *Actiones omnes tolluntur præscriptione quadragenaria, tam iure ciuili, quàm Canonico.*
4 *Leges abhorrent, dominia rerū stare in incerto, & litium immortalitatem.*
5 *Præscriptio temporis tollit dominium.*
6 *In Remedio c. redintegranda. 3. q. 1. quid probandum veniat.*
7 *Petitorium absorbet possessorium.*
8 *Sensus naturalis & verus conditionis temporis refertur potius ad qualitatē omissionis, quàm ad temporis quantitatem.*
9 *Verba hæc, forte ibi erat guerra vel nemo audebat ibi morari metu latronum, important qualitatem temporis.*
10 *Præscriptio trigenaria, & quadragenaria prorsus actionem omnem excludit.*
11 *Actiones perpetuæ quænam dicantur.*
12 *Præscriptionis in materia, excepto casu malæ fidei, nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum.*
13 *Exceptio dominij non admittitur in iudicio spolij.*
14 *Præscriptio nulla aduersus dolum, & malam fidem opponi potest.*

D E C I S I O DCCLXXIII.

Fuit mihi per memoriale S. D. N. commissum, vt arduam illam quæstionem, & adeo inter iuris interpretes controuersam in Rota proponerem, An remediū c. redintegranda. 3. q. 1. sit impræscriptibile, vel potius aliqua præscriptione tollatur. Et causa per Dominos exactissime discussa fuit cōclusum, omnibus idem sentientibus vno tantum excepto, hoc remedium præscriptione tolli, quemadmodum & ceteræ actiones, quantumuis priuilegiatæ, sed antequam ad rationes decisionis veniam, non erit inutile rationes, quę mouerunt Dominos contrarium sentientes deducere, vt earum cum contrarijs argumentis collatione facta veritas facilius eruatur.

Primum itaque & præcipuum fundamentum huius sententiæ sit in d. c. redintegranda, in illis verbis, *quacunque temporis conditione*. ex quibus colligunt, nullo † tē-
1 pore hoc remedium præscribi.

Secundò deducitur auctoritas glossæ fin. & Doctorum, qui eam sequuntur. in c. sollicite, de rest. spol. quæ vult perpetuo posse agi hoc remedio.

Tertiò nituntur auctoritate Rotæ, quæ sæpius hanc sententiam est amplexa, vt videre est in decis. Cassad. 6. de restit. spol. Put. 119. lib. 1. Mohed. 18. de rest. spol. Simon. 60. Veral. 296. lib. 1. Mohed. ait, repertam fuisse annotationem Ludouici Romani attestantis, idem

antiquis

antiquis temporibus Rotam censuisse, & deinceps in pluribus causis auctoritatem antiquarum decisionum Rota est sequuta.

Quartò videtur hæc opinio niti ratione rationabilis odij, quo digni sunt illi, qui aliorum bona, & possessiones inuadunt, qui ideo nulla iuris sunt præscriptione, quæ neque dari potest, etiam post decursum tempus **2** mille annorum, † si à principio spoliator fuit dolosus, vel violentus, iuxta receptissimam Canonistarum opinionem.

Postremo allegantur auctoritates plurimorum Doctorum, qui hanc sententiam defendunt, quorum fiet mentio in solutione argumentorum huius partis.

Contraria verò opinio nititur multis vrgentissimisque argumentis & auctoritatibus.

Et primo, quia tam iure ciuili quàm Canonico om- **3** nes † actiones tolluntur præscriptione quadragenaria, vt probatur in l.sicut. l.omnes. C. de præscript. 30. vel 40.ann. Authen. quas actiones. C.de sacrosan. eccles. c. ad aures. & c.illud. & cap. quia indicante. de præscript. c. placuit, il 1. & c.post quingentos 16.quæst.5. in quibus iuribus ponderantur dictiones vniuersales, qualemcumque actionem tollentes, & maxime in c.ad aures. vbi omnis prorsus excluditur actio, quæ verba pōderat Ruin.cons. 103.num.7.lib.3. & facit Ias.cons.115. num.17.lib.4. Aymon cons.194. Rol.cons.71. num. 20. lib.2.

4 Secundo leges abhorrēt dominia † rerum stare semper in incerto, l.1. de vsucap.§.1. Instit. eodem.l.cum notissimi. C.de præscript. 30. ann. & etiam litium immortalitatem, l.fin. & ibi gl. in verbo finis. pro suo.

Tertio cum temporis præscriptio tollat dominium, **5** quod † est maximi præiudicij, vt per Bart. in l.rem alienam. de pign. act. multo magis tollere hāc actionem possessoriam leuioris præiudicij, vt arguit Castr. cons. 205.num. 3.lib.1. Socin.in l.rem quæ nobis.num.18.de acq. possess. Paris.cons.1. num.155. lib.1. Balb.de præscript.4.par.princ. q.20.num.1. Rol.cons.72. num.19. lib.2. & cons.6.num.81.lib.3.

Quarto multum hanc sententiam comprobare videtur, si consideremus, quid in hoc remedio & quomodo veniat probandum. Nam cum sufficiat probare **6** duo extrema, † nempe possessionem antiquissimi actoris, & possessionem recentem rei, & illa probari possit etiam per testes de fama, & de auditu, qui in antiquis admittuntur, & sæpe eueniat, vt propter antiquitatem & sinistros casus bellorum, incendij, pestis, & similium instrumēta, quibus possessores se tueri possent, sint deperdita, vel etiam vetustate consumpta, certe ex tali perpetuitate huius remedij facile domini proprijs bonis iniuste priuabuntur in maximum præiudicium Reipub. vt per Mohed. decis.17. de restit. spoliat. Sarmien. de reddit. Eccl. par.1.c.14. nu.11. & select. interpret. lib.2.c.13.num.2. Et quod est valde absurdum, remedio possessorio adeo priuilegiato circa probationū qualitatem tollitur dominium legitime præscriptum, & redditur inutile aduersus omnes iuris regulas, qui- **7** bus perpetuo traditum est, petitorium † absorbere possessorium, & nihilominus hic contrarium euenit.

Secundo negari non potest, si enumeremus autores hanc opinionem sequentes, hanc esse magis communem, prout testantur Gabr.conclus.5.num.64.de restit. spoliat. Contard.de momen. possess.§.4. limit.5. num. 26. vsque ad num. 29. Pontan.de spol.lib.3. c.2. nu.91. Decian.cons.63.num.2.lib.5. Crot.cons.47.nu.29.lib.1. Honded.cons.82.num.49.

His rationibus adducti Domini, hanc sententiam amplexi sunt. Superest solum respondere his, quæ in contrarium deducta fuerunt.

Et primò, quia basis contrariæ sententiæ tota constituitur in c.redintegranda, videndum est de intellectu illorum verborum, *quacunque temporis conditione*, quæ reguntur ab illis verbis in fine positis, *perdidisse noscan-* **8** *tur*. Et certum est, naturalem & verum sensum † conditionis temporis referri potius ad qualitatem amissionis, quam ad temporis quantitatem, l.1.§ denique ait. de aqua pluuia arcen. l.testium, in prin. de test. Rebuff. in l.conditionales 62. vers. quarto. de verb. signif. quod eo magis dicendum, quia referuntur ad deperditionē, quæ non temporis cursum, sed initium amissionis respicere videtur, prout & aliæ qualitates ibi appositæ, captiuitatis, doli, violentiæ, & quarumcumque iniustarum causarum, quod sensisse videtur ibid. Archid. dum dicit, *forte ibi erat guerra, vel metu latronum nemo* **9** *audebat ibi morari*, & hæc verba † importare qualitatem temporis, & non præscriptionem, de qua in eo texto non agebatur. trad. Contard. de momen. possess. §.4.limit.2.num.28. post Bellam. & Io.de Turrecrem. Castr.cons.105. nu.3. par.1. & bene Galles. de exercit. iuris.lib.3.num.56. Modero.in remed.15. recup.num. 412. & demum ita videtur sensisse Gratianus, huius Canonis compilator, qui in summario suo ante hunc Canonem non apponit dictionem temporis, sed simpliciter ait, ablata quaconque conditione in eodem loco, vnde surrepta fuerant, reuocanda esse, & hunc verum & germanum sensum appellat Nicol. Grauet. ad Vestrium.lib.7.c.2.num.41.

Neque est verisimile, Pontificem vna vocula, eaque ambigua voluisse totam materiam præscriptionum subuertere, vt in hac eadem materia præscriptionis tradit glos. in c.1. §.præterea. in verbo præscriptione. de cap. Conradi, vbi verba illa, *nulla obstante præscriptione*, interpretatur de decennali, vel vicennali, non autem de 30.vel 40. annorum præscriptione, hac ratione mota, ne totam materiam præscriptionum multis vigilijs excogitatam subuertere, & radicitus euellere videatur quam gl. communiter esse approbatam constat ex traditis per Tiraq. de retractu conuen.§.1.glos.2.num.12. Quod ex eo confirmatur, quod posteriores Pontifices **10** in c.ad aures, & alijs supra allegatis, trigenariam, † & quadragenariam præscriptionem omnē prorsus actionem excludere voluerunt, adeo quod etsi verba illa conditione temporis importarent præscriptionem, nihilominus ijs ex sequentibus constitutionibus derogatum fuisse appareret.

Secundo non obstat auctoritas glossæ & sequacium in c.solicite. de restit. spoliat. vbi ait, ad damnum, siue pœnam perpetuo agi posse, quia nulla conditio temporis opponi potest, c.redintegranda. 3.q.1. Nam sublato fundamēto, quod fit in d. c.tollitur etiam opinio glossæ, quæ illi innititur. Præterea cum vtatur dictione *perpetuo*, ea intelligēda est prout in similibus terminis passim vsurpatur, vt ista perpetuitas includatur spatio 30. **11** vel 40. annorum, quemadmodum actiones † perpetuæ dicuntur illæ, contra quas sola præscriptio 30. vel 40. annorum, opponi potest, Inst. de perp. & temp. action. & concordantes text. desumi possunt apud Brisson. de verb. signif. verbo perpetuæ actiones. & potest etiam intelligi de actionibus, quæ competunt aduersus violentos, & dolosos, cum loquatur de damno illato, & de pœna, qui non est casus de quo agitur, vt infra dicetur. Quare Doctores, qui simpliciter referunt, & sequūtur hanc glos. non multum faciunt pro hac parte, cum sint intelligendi iuxta vulgarem significationem dictionis *perpetuo* in hac eadem præscriptionis materia, non obstante quacunque vniuersalitate & prægnantia verborum, vt in pacto de retrouendendo quandocunque & perpetuo censuit Rota spacio 30. annorum excludi ex cons. Bal.303.lib.1. in causa Reatina tenutæ 13. Aprilis 1579. coram Illustrissimo Lancellotto, & 12. Decembr. 1588. coram Reuer. Patre D. meo Pāphilio, & glossam ita sensisse est verisimile, postquam fecit mentionem temporalium, & perpetuarum actionum, iuxta iuris ciuilis dispositionem, quæ clara, nec ab ea recedit ius

Cano-

Canonicum, vt ex allegato c. aures, & alijs aperte col-
12 ligitur, & in materia † præscriptionis, excepto casu ma-
læ fidei, nulla est differentia inter ius ciuile, & Canoni-
cum, vt tradunt Abbas & alij in c. de quarta. de præscr.
Neque obstat quod præscriptio secundum aliquos fue-
rit inuenta propter dominium, propter possessionem,
quia hoc esse falsum, conuincitur ex cap. iubemus. 16.
quæst. 3. & ex l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen. &
ex l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Imò mul-
to debilior est possessio, & minori tempore amittitur,
vt per Innoc. in c. querelam. & ibi Bellam. num. 10. &
alios relatos per Contard. vbi supra. nu. 35. Neque ob-
13 stat, quod in iudicio spolij non admittatur † exceptio
dominij, quia exceptio præscriptionis non solum do-
minium, sed etiam possessionem respicit, & ideo non
minus est admittenda, quam exceptio illa, quod quis
facto suo ceciderit à possessione.

Tertio loco non obstat auctoritas Rotæ, quia si be-
ne considerentur decisiones allegatæ, apparebit, con-
trariam sententiam obtinuisse cum magna controuer-
sia & difficultate, & eorum compellatores pro maiori
parte contrarium sensisse, quare non est habenda ratio
eorum, qui auctoritate Rotæ moti hanc sententiam
amplexi sunt, quæ quamuis plurimum semper value-
rit, præualere tamen debet ratio, & veritas tot alijs nõ
contemnendis fulcita auctoritatibus.

Non obstat ratio odij rationabilis aduersus inuaso-
res rerum alienarum, quia hanc præscriptionem intel-
ligunt Domini procedere contra actionem spolij sim-
plicis, prouenientis ex probatione duorum extremo-
rum iuxta stylum Rotæ, non autem vbi constaret de
14 vi, dolo & mala fide, cum nulla præscriptio † aduersus
dolum, & malam fidem opponi possit, c. fin. de præscr.
& hoc fortasse sensit Papa in illo Canone in illis ver-
bis, *per quascunque iniustas causas*. & hanc exceptionẽ
admittunt Doctor. allegati per Contard. in dicta limit.
num. 34. & 35.

Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur, si tol-
lantur è medio Doctores, qui ex professo hanc quæ-
stionem non tractant, & qui simpliciter sequuntur
glossam in cap. solicite. dicentes, illud remedium esse
perpetuum, quæ verba non excludunt præscriptionem
30. vel 40. annorum, vix reperietur aliquis præter so-
lum Imol. in cap. 2. de rest. spol. qui contrarium aperte
senserit ante decis. Cassador. vt fuit animaduersum per
Galles. rursus si tollantur Doctores, qui potius au-
ctoritatem Rotæ sequuti sunt, quam pondus ratio-
num in contrarium facientium, apparebit longe plu-
ribus auctoritatibus fulcitam esse partem contrariam,
& id fatentur Doctores supra allegati, dicentes hanc
esse magis communem. Et ita recedendo ab antiquis
decisionibus fuit per Dominos conclusum, hanc opi-
nionem, & veriorem esse, & dignam S. Dn. N. appro-
batione.

Ita resolutum fuit me proponente in plena Rota
17. Maij 1600. Ser. Oliu. Decanus.

LANCELLOTTI.
Ianuensis, seu Romana Pecuniarum,
20. Iunij 1580.

ARGVMENTVM.

Quod statuta recipiunt passiuam interpretationem à iure communi.

SVMMARIA.

1 *Solutio quando destinata est in aliquem certum locum, potest quis conueniri in eo loco, vbi prætenditur ipsum habuisse pecunias.*
2 *Forenses regulariter non ligantur statutis.*
3 *Statuta Florentiæ non extẽduntur extra territorium eiusdem Florentiæ.*
4 *Statuta recipiunt passiuam interpretationem à iure communi.*

DECISIO DCCLXIV.

IN causa Ianuensi, seu Romana pecuniarum, penden-
te coram Illustrissim. & Reuerend. Dn. A.C. inter
Dominos de Nigronibus, & Dom. Hieronym. Piccalu-
cam proposui in Rota infra dubia cum nonnullis
præsuppositis, videlicet. An ex præmissis constet solu-
tionem parotarum, de quibus in dictis præsuppositis
fuisse destinatam in Vrbe, & an Dominis de Nigroni-
bus obstet præscriptio statutaria Vrbis, de qua 10 lib. 1.
statut. Vrbis cap. 101. & lib. 4. c. 18.

Et die Lunæ 20. Iunij 1580. circa primum dubium
Domini resoluerunt non cõstare solutionem fuisse de-
stinatam in aliquem certum locum, licet ex natura rei
1 Dn. Piccaluca possit conueniri in eo loco, † vbi præten-
ditur ipsum habuisse pecunias, de quib. agitur, & sic in
vrbe, iuxta text. in l. hæres absens. §. 1. cum ibi not. per
Doct. ff. de iurisd. om. iud. & l. 1. C. vbi de hęred. agitur.

Nec obstat, quod Dominus Piccaluca sit descriptus
debitor ratione cambiorum, quæ erant soluenda in vr-
be, ex quo ad vrbem transiuit, celantur, & erat haben-
da ratio expẽsarum, & prouisionum ad rationem mo-
netæ currentis in vrbe, prout etiam deponunt testes e-
xaminati, quoniam respondetur, quod dicta cambia
non erant soluẽda per Dominum Piccalucam, sed per
Dominos de Nigronibus, qui permutarunt dictas pe-
cunias ad compactum Piccalucæ, & ad quos dictæ lit-
teræ erant transmissæ, & in eis ordinatum, ut Domini
de Nigronibus soluerent in vrbe, ipse verò Dominus
Piccaluca simpliciter reperitur descriptus debitor ra-
tione dictorum cambiorum, quare non potest dici quo
ad ipsam solutionem fuisse destinatam in aliquem cer-
tum locum, & testes dicunt, quod si debitor ratione
cambiorum non solueret in loco, ad quem litteræ dire-
ctæ erant, posset alibi conueniri vt etiam constat ex fide
subscripta à pluribus mercatoribus, qui de huiusmodi
stylo attestantur.

Quo verò ad secundum dubium, fuit resolutum,
quod dictum statutum obstat Dominis de Nigroni-
2 bus, quia licet forenses † regulariter non ligentur statu-
tis, iuxta notata per Doctor. in l. fin. de iurisdict. omn.
iudic. cum simlib. tamen procedit in his, quæ oriun-
tur ex principio, & ex natura contractus: Secus in his,
quæ oriuntur ex post facto, & post ipsum contractum,
scilicet propter negligentiam, vel moram, quia tunc
si solutio non esset locata in certum locum, sed sim-
pliciter est facta, attenditur statutum loci, vbi facta
est petitio, quia ibi dicitur contracta negligentia, seu
mora, vt in terminis similibus statuti de præscriptio-
ne debiti, quod est decisorium, concludit Bartol. in
l. cunctos populos. num. 18. & 19. C. de sum. Trin. cu-
ius opinionem sequitur ibi Salycetus colum. 3. in prin-
cipio. versic. quæro quia prædicta. Signorol. num. 27.
Fulgos. num. 18. & 19. versic. admonet Aretin. numero
22. versic. inter Bartol. vbi dicit esse communem. Ias.
in 1. lectura, num. 19. & in 2. num. 66. vbi dicit, quod
cum Bartol. transeunt alij & ibi Caccialup. num. 231.
versic. item infertur. vbi dicit, quod Doctor. sequun-
tur hanc distinctionem Bartol. Purpur. num. 254. qui
etiam dicit ab hac opinione non esse recedendum, quia
communiter tenetur, & late etiam ibi attestatur de cõ-
moni. Ang. in l. si fundis. nu. 3. de euict. Mars. in d. l. fin.
de iurisdict. om. iud. nu. 25. & 29. ver. modo redeundo.
vbi inquit, quod alij Doct. transeunt cum Bar. Anch. in
c. Canonum statuta. in verbo quantum. de constit. Cur.
in c. fin. in 2. q. num. 19. vers. limitatur. de consuet. Corn.
cons. 105. col. fin. vers. ex quo infertur. vol. 3. Soc. consil.
99. col. 1. ver. quibus suppositis. vol. 1. Barbat. consil. 15.
num. 33. vol. 2. vbi dicit, quod cum Bar. transeunt Do-
ctores. Ruin. cons. 112. num. 72. vol. 5.

At in casu, de quo agitur, versamur in his, quæ oriũ-
tur ex post facto propter negligentiam, vel moram.
& in casu, quo petitio est facta per Dominos de Nigro-

tibus in vrbe, vbi viget hoc statutum de præscriptione debiti, propterea dicendum est, quod ipsi, licet sint forenses, ligati debent hoc statuto, & in specie de statuto Romano, de quo agitur propter hanc doctrinam Bart. alias fuit resolutum in Rota in causa Romana mercedis coram Reu. Patre D. de Auleis die 12. Martij 1528. & coram me in vna ciuitatis Castelli die 27. Iunij 1572. licet tunc dictum fuerit, non esse locum dicto statuto, ex quo solutio erat destinata certo loco.

Et licet contrarium dicatur esse decisum in quadam causa Camerinensi de anno 1553. tamen Domini præter id, quod multum dubitabant de fide illius decisionis, ex quo non inuenerunt in eorum libris hanc decisionem factam, dixerunt, vel illam esse corruptam, vel non esse admittendam, quia est contra doctrinam Bar. a tot Doctoribus vti communem, amplexam & approbatam.

Non obstant aliquæ limitationes datæ per informantes pro Dominis de Nigronibus ad dictam doctrinam Bart. nam respondetur, quemadmodum ad illam, videlicet vt non procedat, quando debitor potuit conueniri in diuersis locis, iuxta doctrinam Salyc. in d. l. cunctos populos. col. 3. in princ. quem sequitur. ibi Aret. not. 22. versic. sed certe. & Ias. ibid. in 2. lectur. num. 66. Caccialup. num. 231. versic. limitabis. Marsil. in dicta l. fin. num. 29. de iurisdict. om. iud. fuit enim responsum, quod prædicti Doctores hoc non dicunt, sed dicunt, quod si Bonomensis mutuauit Romæ Titio centum soluenda in pluribus locis, vt puta Florentiæ, vel Perusij, obstabit sibi statutum Perusinum, si ibi petatur. non autem obstabit statutum Florentinum, quia statuta
3 Florentiæ † non extenduntur extra territorium eiusdem Florentiæ.

At in casu nostro non obijcitur Dominis de Nigronibus statutum alterius ciuitatis, sed tantum Romę, de quo agitur, ex quo in vrbe facta est petitio.

Minus obstat alia limitatio, scilicet, vt dicta doctrina Bartoli non habeat locum, quando iudex, coram quo agitur, non seruat dictum statutum prout videtur esse in isto casu, in quo Domini de Nigronibus tãquam forenses, conuenerunt dictam Piccalucam coram A.C. qui non seruat statuta Vrbis nisi in Romanis. nam ad hoc dupliciter fuit responsum, & primo quod Piccaluca prout hic præsupponitur, est ciuis Romæ, & licet Domini de Nigronibus sint forenses, sat est reum esse Romanũ, vt in dicta resolutione Romana mercedis. Nec refert, quod tempore contractus non esset Romanus; quia nunc versamur in his, quæ oriuntur ex post facto, per supradicta. Ideo debet attendi tempus iudicij & petitionis, vt dicit Ang. in l. t. de vsur. maxime cum hęc exceptio fundetur in tempore: ideo si attenderetur tẽpus contractus, nunquam effici posset præscriptio, quæ non nisi ex temporis lapsu competit.

Secundo respondetur, & hæc responsio magis placebat, scilicet quod cum iste sit vnus casus particularis, in quo forensis ligatur statutis, quemadmodum A.C. debet seruare statuta inter Romanos, eo quod sunt subiecti statutis; ita debet seruare inter forenses, qui in hoc casu non secus, ac Romani ligantur & subijciuntur statutis, per dictam doctrinam Bartoli.

Non obstat etiam alia limitatio, quod scilicet vrbs sit ad instar plurium ciuitatum, quę habent diuersa tribunalia. at doctrina Bartol. procedit in ciuitate, in qua omnes iudices sunt pares, & omnes pariformiter seruant statuta. Nam respondetur, quod Bart. indistincte loquitur, non facta distinctione vnius, vel alterius tribunalis. Præterea stante confirmatione statutorum vrbis, statuta decisoria, prout est illud, seruantur vbique, nec facienda est distinctio Tribunalis.

Insuper non obstat, quod in libro statutorum vrbis cap. 17. mandetur, seruari statuta inter ciues, incolas, & districtuales, vnde inferunt, ergo non inter forenses; quia respondetur, quod idem esset dicendum in foro Capuano, si in eo forenses conuenientur, & tamen pars Dominorum de Nigronibus non admittit. Præterea
4 cum statuta † recipiant passiuam interpretationem à iure communi, secundum Bart. in l. omnes populi. nu. 68. vers. 2. casu. ff. de iust. & iure. & habetur in d. stat. c. 37. vbi mandatur seruari ius commune, quando deficiunt statuta, hoc statutum nõ excludit dispositionem iuris communis contra forenses, si cum aliquo casu ipsi ligantur statutis, prout in hoc casu ligantur, iuxta dictam doctrinam Bar. & ita Domini concluserunt.

Verum quia hoc statutum, de quo agitur, inducit præsumptionem solutionis, nisi probetur contrarium, vel probetur interruptio præscriptionis, ideo fuit dictum, quod Domini Nigrones possint se iuuare ex istis duobus capitibus, si voluerint.

PAMPHILII.

Viterbiensis Bonorum, Lunæ 27. Ianuarij 1597.

ARGVMENTVM.

Transactio facta per patrem super bonis ad filium spectantibus an valeat.

SVMMARIA.

1 *Pater retinendo tantum, non autem dando vel transferendo potest transigere super bonis filij.*
2 *Transactio facta ex falsa causa corruit.*
3 *Notitia requiritur certa & indubitata ad inducendam ratificationem.*

DECISIO DCCLXV.

Dvbitaui super validitate transactionis factæ per Fortunium super bonis ad Isabellam eius filiam spectantibus, quam Domini resoluerunt, non sustineri, nisi melius iustificetur pro parte Laurentij.

Cum enim Isabella esset in possessione omnium bonorum hæreditariorum quondam Dominici, non potuit Fortunius, eius pater & legitimus administrator, cui est interdicta alienatio bonorum aduentitiorum filij, l. 1. in fi. C. de bon. mater. illa per viam transactionis, quæ dicitur alienatio. l. non solũ. C. de præd. min. trans-
1 ferre in Laurentium, cum pater retinendo tantũ, † non autem dando vel transferendo possit transigere super bonis filij, Bal. in l. 1. nu. 2. C. de bon. mater. & ibi Pinel. par. 3. sub num. 43. vers. in transactione, qui testatur de communi. Ias. in l. nulli. in fi. ff. de transact. Aym. consil. 74. nu. 2. Rol. cons. 71. circa fi. lib. 2. & est perpetuum in omni casu, vbi est prohibita alienatio, Bar. & alij in d. l. nulli. Abb. c. contingit. sub nu. 3. extra eum, vt late Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 65.

Neque obstare quod in hac transactione adhibitus fuerit iudex, qui causa cognita interposuit suum decretum, pro quo præsumitur, vt per Gabr. conclus. 5. de sent. quia præsumptio ista, quæ stat pro decreto, tollitur ex eo, quod transactio fuit fundata super quibusdã fideicommissis Laurentij senioris, & Rosati, quæ non apparent, quod fuerint visa, & lecta tempore transactionis, vt requiritur quando transigitur super contentis in testamento. vulg. l. de his. ff. de transact. & quod magis non suffragantur Laurentio iuniori super bonis possessis per Dominicum, quem non constat vnquam adiuisse, vel agnouisse hęreditatem prout Laurentij senioris, & Rosati, imò illam Rosati sæpius etiam extraiudicialiter repudiasse declaratum fuit in sententia Gabr. Viterbij.

Vltra quod ex productione plurium instrumentorum constat, multa ex bonis Laurentio relaxatis in trãsactione fuisse empta per Dominicum, & consequenter non fuisse in bonis prout fideicommittentium, quo fit, vt transactio, in qua bona per Dominicum acquisita relaxantur Laurentio in vim fideicommissi Laurentij senioris, & Rosati, qui dicta bona non possede-
2 runt tanquam facta ex falsa † causa, corruat, l. in summa ff. de cond. ind. l. sub prætextu. C. de transact. & etiã

decretum

decretum super ea interpositum, l.magis puto.§.fin.ff. de reb.eorum.l.etsi præses. C.de præd. min.Pute.decis. 210.lib.3.cum alijs allegatis.

Nõ obstat,quod dictam Isabellam maiorem factam ratificasse transactionem exigendo certæ pecuniæ quãtitatem: quia hic non agitur de validanda transactione nulla ex defectu consensus, sed de ea reuocanda ob causæ falsitatem,& errorem. Vltra quod non constat, solutionem fuisse factam ex causa transactionis, nec Isabellam de ea, cuius mentio in quietantia facta non fuit, habuisse aliquam notitiam,quæ tamen certa, & 3 indubitata requiritur † ad inducendam ratificationem, l.mater. ff.de inoffic.testam.l.si propter errorem. ff.de iurisdict.omn.iud.late Aymon consl.197. num.14. presertim stante protestatione Isabellæ in ipsa quietantia, per quam præseruauit sibi omne ius competens super bonis,& hæreditate Dominici,ad l.si debitor.§.1. ff.quib.mod.pign.vel hypot.solu.Oldrad.consl.237.nu. 9.in fin. Put.decis. 116.lib.1.

BLANCHETTI.

Aquensis Simoniæ, Ven. 10. Decemb.1595.

ARGVMENTVM.

Quod confessio resignantis post factam resignationem non noceat resignatario.

SVMMARIA.

1 *Schedula vt præiudicet tertio,necesse est vt sit à tribus testibus subscripta.*
2 *Testis depositioni, qui eiusdem criminis, & muneris est particeps,non creditur.*
3 *Inimicitia testem repellit.*
4 *Præsumptiones debent esse violentæ & plene probari, etsi ciuiliter agatur.*

DECISIO DCCLXVI.

Domini pro maiori parte dixerunt, schedulam, de qua in dubio, fidem non facere. Primo enim vt 1 tertio præiudicet,necesse est vt † sit à tribus testib. subscripta,l.scripturas. C.qui pot.in pign.hab. Dec. in c.2. nu.10.de fide instr. cuius dispositio habet locũ in quacunque materia. Tiraq.de retrac.conu.§.1.gl.7.nu.44.

Secundo quia non est sufficienter recognita,nam illam recognouit vnus tantum testis, itaque campo,& vilis persona, & dispositio Iacobi de Ferrarijs non est attendẽda,quia est particeps criminis,& muneris,quo 2 casu † ipse non creditur,c.1.de testib. in 6.Alexand. de Neuo. consl.64.num.2.

Præterea est inimicus Butij, vt ex dictis testium in 3 Summario,num.13.14.& 15.quæ inimicitia † repellit testem,c.repellantur.& cap.cum oporteat. de accusat. Bald.in l.si quis testibus.num.15.& ibi Salyc.num.13. C.de testib.Iaſ.in l.liberi.nu.2.C.de inoff.test. & fuit in materia confidentiæ resolutum coram Reuer.Patre D. meo Pamphilio non solum in inimicis,sed in adhærentibus patti inimicorum in vna Imolensi confidentiæ 24. Februar. 1591.

Non obstat, quod hæc sit materia in qua sufficiunt leuiores probationes,quia requiritur, quod præsum-4 ptiones sint † violentæ,& plene probentur, etsi ciuiliter agatur, Abb.in cap. veniens,il 1.num.4. de testibus. & ibi glos.commun. approb. Alciat.consl.41. tom.1. & fiat dictum in prædicta causa Imolen. confidentiæ coram eodem Reuer. Patre Dn.meo.

Nec refragatur, quod hoc casu videatur plena probatio, quia cum adsit vnus testis recognoscens,& qui mutuus est præsumatur stare pro apocha, Dec. consil. 102.num.2.quia si addatur adminiculum quod potest sumi ex depositione Iacobi de Ferrarijs satis remanebit inconcussa fides apochæ. Nam omisso quod Iacobus, nec etiam adminiculum facere potest & supplere defectum tertij testis,omnia vnico verbo resoluuntur, quod confessio resignantis post factam resignationem nocet resignatario,Paulus de Castr.in l.facta. §.si bene. ff.ad Trebel. Afflict. decis.165.nu.5.fuit resolutum in simili materia coram Sanctissimo Domino Nostro, in vna Firmana Cappellaniæ 2. Maij 1661. & coram Reueren. Patre Domino meo Decano in Tullensi Parochialis 28. Maij hoc anno.

Preterea est admodum inuerisimile,quod vir nobilis, & diues voluerit pro tam modica quantitate committere Simoniam,quod etiam fuit consideratum coram Reuer. Patre Dn.Decano in supradicta causa.

Ex his ita fuit pro maiori parte decisum.

LVDOVISII.

Romana Exhibitionis librorum, Lunæ 19. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Libri administrationis deponendi sunt penes tertium, vbi possit eos videre & scrutari, & si velit, copiam sumere.

SVMMARIA.

1 *Administrator libros rationum edere cogitur.*
2 *Edere libros rationum quid importet.*
3 *Libri si sint communes,non solum quo ad negotium & interesse,sed etiam quo ad dominium, propter discordiam partium eligi debet tertius, apud quem deponantur.*

DECISIO DCCLXVII.

Omnes dixerunt, libros administrationis non esse tradẽdos Domino Equiti Crescentio, sed esse deponendos penes tertium,vbi possit eos videre,& scrutari,& si velit copiam sumere. Licet enim administra-1 tor, † vel qui administrationis rationem reddere tenetur,libros edere cogatur,Bal.in l.cum testamento. nu. 4. C.de testam. man. edere tamen non plus importat, 2 quam † codices ostendere,& copiam describendi facere,l.1.§.1.& l.argentarius.§ edi autem. ff.de edend.Et quod sufficiat libros ostendere, vt legi possint, & calculari rationes absque eorum traditione dicit Socin. consl.190.sub nu.5.lib.1.& sentit Ang.consl.186.in fine. Parisconsl. 89. num.17.lib.1. faciunt tradita à Spec. de instr.edit.ver. videndum restat.sub nu.9.Quæ sententia eo magis placuit Dominis,quia iã res est in controuer-3 siam deducta,quo casu etiam si libri † essent non solum quo ad negotium,& interesse, quo ad dominium cõmunes, propter discordiam partium eligi deberet tertius,penes quem deponatur,l.si quæ sunt.ff.fam.ercisc. Bal.consl.250.sub num.11.ver.& si duo sunt.lib.1.

LANCELLOTTI.

Romana Saluiani interdicti, Vener. 5. Decembr. 1603.

ARGVMENTVM.

Interdictum Saluianum non intrat cessante hypotheca.

SVMMARIA.

1 *Interdicto Saluiano locus non est,idque non intrat cessante hypotheca.*
2 *Fundus dotalis obligari & hypothecari non potest.*
3 *Donatio aut alienatio rei dotalis non est inducenda quæ ex æstimatione,quæ emptionum faceret, sequi posset.*

DECISIO DCCLXVIII.

Resolutum fuit, non esse locum Saluiano inter-1 dicto, quod † non intrat cessante hypotheca, Corn.consl.190.num.2.lib.1.Nat.consl.474.num.34.& sæpe decisum fuit.

Quatenus enim hypotheca deducitur ex obligatione Io.Baptistę,illa non tenet,quia casale est fundus do-2 talis,vnde † non potuit ab ipso obligari,& hypothecari,l.fin.C.de rebus eccles.non alienan.l.vnica.§.& cum lex.C.de rei vxor.action. glos.Instit.quib. alien.lic. vel non.in princ.& ibi Ang.num. 6.Negusan. de pignor.2. memb.2.parte princ.num.8.Surd.de alen.titul.8. priuileg.36. num.2.

Quatenus autem deducitur ex consensu, siue obli-

 gatione

gatione Hieronymę vxoris,eodem modo tollitur,cum fundus dotalis nedum à viro potuerit obligari, sed nec ab ipsa muliere,imò neque ab vxore, & marito simul,vt per Nogusan.& prædicta supra allegata.pract. Pap.in forma libel.quando vxor agit ad dotem.glo.1. num. 3. vltra quod obligatio mulieris pati potest alias difficultates per informantes deductas.

Quod autem casale sit fundus dotalis,cõstat ex apocha matrimoniali, in qua fuit expresse inter coniuges conuentum, quod bona data in dotem, inter quæ adest hoc casale, perpetuo stare deberent pro fundo, & in fundum dotalem ipsius Hieronymæ, & sufficit quod constet nedum expresse, sed etiam tacite de mente partium, quod voluerint rem dare pro fundo dotali, l.si æstimatis. cum ibi not. ff.soluto matrim. Aretin. consil.84.col.2. versic. sed quando est dubium. Socin. iunior consil.41.num.11.lib.1.Couar. pract. q. cap. 28. num. 2. versic.sed ex contrario,& fuit dictum in causa Spoletana bonorum 6. Aprilis 1602. coram Dn. meo Penia.

Non obstat, quod in instrumento illincad tres annos celebrato casale fuerit æstimatum, & receptum pro scutis 5500. quia cum ista æstimatio de tempore constitutionis dotis,aut paulo post,sed ex interuallo illa non facit emptionem, & venditionem, cum non sit verisimile, contrahentes a priori contractu voluisse
3 recedere, nec sit inducenda donatio rei † dotalis, aut alienatio,quæ ex hac æstimatione, quæ emptionem faceret, sequi posset, iuxta nota. per Bald. & alios in l.ex conuentione. C. de pact. Aret. vbi supra. vers. præterea dicit. Bald. Socin.iunior dicto consil. 41. num. 14. Barbat.consil.19. col.fin.vol.4. Couar. dicto c.28.num. 10. versic. vnde illud. sed talis æstimatio censebitur facta vel ad alium effectum, vt in allegata causa Spoletana,& tradunt Doctores in d.l.si æstimatis,& in d.l. ex conuentione. Aret.& alij vt supra alleg. Rolan.consil. 92.nu. 6.lib.1.Et in hoc casu res caret difficultate, cum non præcedat promissio dotis in aliqua quantitate, sed solum fuerint in dotem data bona, quæ Hieronyma habebat: Et sic non obstant deducta in causa Interamnensi fundi dotalis 20.Februarij 1589. coram Illustrissimo Platto,quia ibi nedum præcedebat promissio dotis in quãtitate,sed etiam ex pluribus apparebat,quod dominium fuerat in maritum translatum, hic autem adest expressa conuentio, quod Casale stet pro fundo
4 dotali, & ideo † pro tali haberi, Aymon consil. 548. & præcipue numero 10. Bursat. consil.440. num. 11. libro 4. & fuit in simili causa dictum in vna Romana fundi dotalis 6. Iunij 1578. coram bonæ memoriæ Cardinale Lancellotto.

LVDOVISII.

Romana Fructuum dotis, Lunæ 10. Martij 1603.

ARGVMENTVM.

Actio ad fructus dotis exigendos an mulieri competat.

SVMMARIA.

1 *Mulier non potest agere ad fructus dotis exigendos, & vsuras dotales, quando fuit dos ea absente viro promissa, nisi actione sibi cessa à viro, vel ab hæredibus viri.*

2 *Iuramenti de natura est, vt eo interueniente quæratur actio sine cessione.*

DECISIO DCCLXIX.

Omissa discussione, an fructus debeantur, de qua si opus erit particulariter videbitur, sed præsupposito pro nunc quod debeantur stricte ad dubium, quo quæritur, cui competat actio ad illos exigendum fuit conclusum eam competere Dn. Victoriæ, licet enim a-
1 has videatur mulierem non posse † agere ad fructus huiusmodi, & vsuras dotales, quando fuit dos ea absente viro promissa, nisi actione sibi cessa à viro, vel ab hæredibus viri, vt per Corn. consi.28. sub num.2. lib.3. quia quod statutum est in dote per l.si socer. §. Lucius, ff.sol. matr.l.si pro dote.C.de dot. promiss.debet habere locum in his fructibus qui sunt ad dotem accessorij, vt dicit ibi Corn. tamen sumus extra istam difficultatem, cum Dn. Victoria non sit exclusa, imò comprehensa in promissione per stipulationem Notarij fauore omnium, quorum interest,& interesse posset, Guid. Pap. consil. 6. num. 6. Gabriel. de iure dot. conclus. 3. num. 7. Ex huiusmodi enim stipulatione generali acquiritur absentibus, quorum interest ius sine cessione, Natta qui de communi consil. 534. num. 8. Paris. consil. 81. num.2.lib.1. Afflict.super const. lib. 1. rubr. 73.num.41. versic.& hoc habet locum.Corn. consi. 139. num.6.lib.3. præsertim accedente iuramento, Alexan. cons.207. num.2.& 208.in princ.lib.7. Aym. consi.304. col.2. ver. secundo respondeo. Hieron. Gabr. consil. 129.
2 num.9.lib.1. Gabr.d.concl.3.nu.4.est enim de † natura iuramenti, vt eo interueniente quæratur actio sine cessione, Rom.consi.76. ante nu.1. Ias.in l.stipulatio ista. §. si stipuler.in fi.ff.de verb.oblig.

Non obstat, quod dicitur de alimentis præstitis dictæ D.Victoriæ à D.Prospero, quia vltra quod D. Victoria hoc negat, illud daret actionem D.Prospero pro eorum repetitione contra ipsam D.Victoriam, non tamen tolleret actionem illi competentem ad fructus dotis contra dotis promissores.

COCCINI.

Montis Regalis Iurisdictionis, Lunæ 8. Martij 1604.

ARGVMENTVM.

An, & quam iurisdictionem habeat Episcopus in Monachos.

SVMMARIA.

1 *Episcopus est caput & loco Abbatis Monachorum, & ipsi loco Canonicorum, cum agitur de Ecclesia Cathedrali Regulari.*

2 *Episcopus habet omnimodam iurisdictionem, exceptis ijs quæ concernunt regularia instituta.*

3 *Exceptio firmat regulam in omnibus casibus expresse non exceptis.*

4 *Dictio, vel, ampliat dispositionem etiam ad diuersa.*

5 *Vnio intelligitur facta, sine præiudicio tertij.*

DECISIO DCCLXX.

Dubitaui An,& quam iurisdictionem habeat Illustrissimus Dn. Archiepiscopus in Monachos Monasterij Montis Regalis, tam in Ecclesia & Monasterio, quàm extra.

Et Domini vnanimiter censuerunt, omnimodam illum habere iurisdictionem & in omnibus casibus exceptis ijs, quæ concernunt regularia instituta. Verba enim Bullæ Pauli III. visa fuerunt satis clara in §. declarans etiam, vbi dictum quod Archiepiscopus est caput ipsorum Monachorum, declarãdo illorum exemptionem à visitatione, & correctione Archiepiscopi quo ad regularia instituta tantum, & non quo ad supradicta in Bulla, vel excessus perpetratos, vel perpetrandos in quibus visitationi, & correctioni Archiepiscopi, prout sunt, subiecti sint & esse censeantur, & quidem dispositio est conformis dispositioni iuris communis, cum e-
1 nim agatur de Ecclesia Cathedrali Regulari † Episcopus est caput, & loco Abbatis Monachorum, & ipsi loco Canonicorum, Doct.in c.causam quæ. de iudic. il 1. Host.in princ. Io. Andr.num.3. Abb.antiq.num.1. Bellem.num.1.& 2. Butr.num.4.& 8. Imol.nume.1. Dec. nu.38.& Abb. qui loquitur expresse de Ecclesia Montis Regalis.num.8.seq. Et idem Episcopus enim de iu-
2 re communi exceptis ijs, † quæ concernunt regularia instituta habet omnimodam iurisdictionem in Monachos Cathedralis Regularis, c.1. ne sede vac.gl.fin.in c. nullus ver.vt Episcopus etiã secularis.de elect.in 6. vbi Anch.nu.3. ver. sed aduerte. Io. Andr. nu.3. vers.in glos. vlt. Gemin.num.7. vers.in ea glo.ibi Franc.num.3. versicul.

si.ul.in glo.fin.Corn.consl.193.num.4.lib.2. vbi num. 5. apparet de hoc non esse hæsitandum cessantibus indultis, & consuetudinibus particularibus loci, propter quę in illo casu ipsi consuluit contrarium, & hanc sententiam alias sequuta fuit Rota coram bonæ memoriæ Oradino in causa Perusina iurisdictionis 27. Februar. 1558. quæ refertur, licet diuersis verbis inter Miscellanea Cottæ sub num. 56.

Nec placuit Dominis, verba Bullæ prout sunt, esse intelligenda conditionaliter, non cessatiue, quia contrarium est verius, tum quia Dominus Archiepiscopus habet dispositionem iuris pro se, tum etiam, quia huiusmodi verba sunt prulata ab habente potestatem disponendi in dispositione certa, & ideo importanc causam, non conditionem, Felin. in cap. 2. nume. 10. de rescript. & tenuit Rota coram bon. memor. Lauretano in causa Cassinense iurisdictionis 5. Nouembris 1576.

Et hoc etiam euidentissime apparet, cum Monachi eximantur à iurisdictione D. Archiepiscopi quoad regularia instituta tantum, quæ exceptio † firmat regulam in omnibus casibus expresse non exceptuatis. Bar. in l. quæsitum. § denique. ff. de fun. instruct. & præsertim quoad alia nō expressa exemptio extendi nequit, l. qui in aliena §. libertus, ff. de neg. gest.

3

Nec placuit Dominis, verba Bullæ esse intelligenda de iurisdictione quoad Ecclesiam tantum, quia Bulla vlterius prosequitur, scilicet, vel excessus perpetratos vel perpetrandos, quæ dispositio non solum est generalis, comprehendens omnia, sed etiam augmentatiua propter dictionem *vel*, quæ † ampliat dispositionem etiam ad diuersa, Crauet. consil. 326. nume. 2. Quæ eo magis vera sunt, quia cum iure communi concordant, à quo verba statutorum interpretationes assumerent, vbi dubia viderentur, l. a. C. de nexal. c. cū dilectus de consuet. Alexand. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. Ias. in auth. nouissima nu. 24. C. de inoff. testam. Vnde non potest dici vigore Bullæ iurisdictionem Do. Archiepiscopi restringi vltra quā ipsamet Bulla faciat.

4

Nec sufficit, quod Episcopus non habeat iurisdictionem, etiam quod procedatur in figura iudicij, cum isti Monachi sint ordinis Sanct. Benedicti, Abb. in cap. quanto. de offic. ordin. Rom. consil. 375. cum alijs. nam omisso, quod isti Doct. non loquuntur, quando Ecclesia est cathedralis Regularis, contrarium est verius de iure, c. cum personæ, de priuileg. in 6. cap. 1. de offic. ordin. c. omnes basilicæ, 16. q. 7. & tenent in d. c. 4. Innoc. num. 1. Host. nu. 9. Ioan. Andr. nu. 15. Anchar. num. 6. Henricus Boich. nu. 4. Bellem. num. 4. vers. aut igitur. & Butr. num. 20. Dec. in c. sua nobis. num. 16. de confir. vtil. vel inutil. Firman. de Episc. lib. 4. p. 2. q. 35. nu. 81. vers. & quia dixi. Cappel. Tholos. dec. 309. & hanc opinionem tanquam veriorem, & cōmuniorem sequuta fuit Rota in causa Augustana iurisdictionis 27. Maij 1573. coram bonæ memoriæ Oriolan. & in alia Cæsar Augustana exemptionis, 13. Nouembris 1567. & 28. Martij 1588. & 12. Februar. 1590. coram bonæ memoriæ Orano.

Minus etiam subsistit, dum dicitur, quod in omnem euentum cessat iurisdictio Dom. Archiepiscopi, stantibus priuilegijs venerabilis congregationis Cassinensis, cui fuit vnita congregatio Sicula, dicto cap. cum personæ. de priuil. in 6. Corn. d. consil. 193. nu. 7. lib. 2. Cappel. Tholos. dec. 309. & censuit Rota in prædicta dec. Cottæ.

5 Nam fuit responsum, quod vnio † intelligitur facta sine præiudicio tertij, cap. 2. de relig. dom. Rebuff. in praxi. titu. de elect. in colleg. vers. & in hac erectione, circa med. ibi, & hæ erectiones. Put. dec. 264. n. 3. li. 2. Vnde per talem vnionem non censetur derogatum iurisdictioni Archiepiscopi.

Et cessat omnis difficultas, quia in Bulla erectionis congregationis Siculæ, in cuius locum subrogata est congregatio Cassinensis, expresse legitur, sine præiudicio iurium Archiepiscopi, quare huiusmodi priuilegia non possunt Monachis suffragari, dum degunt in Monasterio Montis Regalis, iurisdictioni Archiepiscopi subiecto, c. 1. §. in eos. de priuil. in 6. ibi, nisi forsan ipsi Monachi, vbi Franc. in 2. not. & Gemin. num. 3. & 6. Caputaq. dec. 59. in fi.

Nec facit, quod monachi habeant mensam separatam, & de qua disponunt, & quod negotia Archiepiscopi, & monachorum sint separata, quia ex hoc non potest inferri ad non iurisdictionem Dom. Archiepiscopi, c. edoceri. de rescr. Et videmus, quod Capitula sæcularium ecclesiarum habent mensam separatam, & negotia separata, & non propterea iurisdictio Episcoporum eliditur. tot. tit. de his, quæ fi à parte. fi. contr. Can. Doct. in d. c. edoceri. de rescript.

Neque etiam monachis suffragatur dispositio sacri Conc. Trid. sess. 21. c. 8. quia loquitur de monachis existentibus in locis exemptis à iurisdictione ordinarij, quales non sunt degentes in monasterio Montis regalis, per supradicta.

Et ita conclusum fuit, omnimodam iurisdictionem spectare in omnibus ad Reuer. Dom. Archiepiscopum, præterquam quoad regalia instituta tantum.

G Y P S I I.

Romana Cambiorum, Lun. 17. Decemb. 1584.

A R G V M E N T V M.

Ad damna occasione Cambiorum prouenientia quis teneatur.

S V M M A R I A.

1 *Damnum absque mora non debetur.*
2 *Mora sine scientia non committitur.*
3 *Ignorantia præsumitur in muliere.*
4 *Iuramentum absque interpellatione in mora constituit.*

D E C I S I O DCCLXXI.

MAndatum ab A.C. relaxatum fuerat, tam contra illustriss. Dom. Ersiliam de Monte, quàm R. D. Anton. Bandinum, qui vti principalis in quadam officij societate pro ipsa se obligauerat, metuque dicti ioā dati sortem & fructus, habita inuicem cessione soluerat, & summam postmodum similem, vt sibi satisfaceret, ad cambium acceperat in suis libris dictam Illustriss. Dominam Ersiliam vt dictum pro conto à patre debitum creauerat, & super cambijs tenuerat, quæ succcessiue in pluribus, ac diuersis partitis intra quinquennium, vel paulo amplius pecunias creditori ex causa societatis solutas dicto Bandino restituerat, sed ad dāna occasione dictorum cambiorum prouenientia se teneri negabat. Ideo causa pluries proposita, Domini postremo ad duo præcipue difficultatē restrinxerunt, videlicet, an isto casu fuisset opus Illustriss. D. Ersiliam prius certiorare, aut interpellare, & si sic, An de ea sufficienter constaret.

Quantum ad primam partem attinet, conclusum fuit, interpellationem plane desiderari, siquidem haud negari posse dignoscitur, interesse, seu damnum † absque mora non deberi, ad not. in l. quod te. ff. si cer. pet. cum simil. & hoc adeo verum esse existimatur, vt pactum non valeat quod mora cessante illud debeatur, Aretin. de communi testatur. cons. 151. col. fin. vers. ad secundum dubium. Aymon. cons. 320. nu. 2. sed mora † sine scientia, aut interpellatione non committitur. l. mora. de vsu. l. Titia. §. vsuras, ff. de leg. 2. & vtrobiq; Doct. Bar. & Paul. Cast. in l. si duo §. hæc autē verba, de const. pec. Scrib. in d. l. quod te. si cer. pe. Bero. cōs. 205. num. 7. lib. 3. quoniam mora non habet locum nisi aduersus eum, qui est in dolo saltem præsumpto, seu lata culpa, l. fi. §. idē iuris aūt erit. ad ff. Rho. de iactis, Alex.

1

2

in l.si mora.ff.sol.matr. Alex.cons.204.tomo 3.lib.8.

Nonobstat, quod Mohed.decis.102.in fi.cõtrarium tenuerit, quoniam ibi aduersus eum agebatur, qui ad certam viam præcise restituere debebat, alias ad omnia damna, & interesse deuinctus erat, & sic ignorantiam nullo pacto prætendere poterat, iuxta doctrinam Innocentij quam multi sequuntur, quos referunt addentes post Rom.cons.94.& 101. Rol.cons.35.num.2.lib.1. sed in hac facti specie hoc locum sibi vendicare non potest, cum Illustriss. Ersilia aliquid Bandino restituere, nisi in euentum solutionis non haberet, quam vno, vel alio die fuisse factam ignorasse affirmat: & videtur 3 sibi credendum cum in muliere præsumatur † ignorantia, Ias.in l.si quis id quod, de iurisdic.om.iud. Mohed. decis.157.eo quod magis in facto alieno.l.fi.& ibi Bar. pro suo. Ber. vbi supra.nu.3. Vnde casui nostro minime adaptari posse, satis clare percipitur.

Præterea esto, quod verisimiliter dictæ societatis extinctionem sciuerit, non ideo in tali mala fide, & mora constituta debuit censeri, vt sub cambiorum vsuris tenenda esset, præsertim si interpellata soluere illico parata extiterit, secundum Corn.cons.206.nu.5.lib.2.vbi ponderat d.l.quod te. ff.si cert. petat.

Et interpellationem necessario desiderari, tum ex illa ratione Dominis suaderi posse videbatur, quod valde iniquum esset vno atque eodem tempore quem obligari, & in mora constitui, ad Doct. Bar.in l.eum qui. §. si iuraoero. num.3.& ibi Castr.de iureiur. Cagnol. qui alios citat. in l.a.q.41.nu.160.C.de pact.inter empt.& vend.& nonnulla in hunc sensum congerit Gram.dec. 103.nu.165.Bero.cons.205.nu.15.lib.3.& ante eũ Dec. cons.2.nu.5.ver.nam quando.cum etiam hodie præualeat opinio Ang.& Castr.in l.fideiuss.pro venditore.de fideiuss.vt animaduertit Galles.ad tertiam partem obligationis, cum de personis petere ex re.num.1.scilicet, quod fideiussor ante solutionem aduersus principalem debitorem experiri negat, nec quicquam facere videtur obiectum de fideiussore, qui pecunias etiam sub vsuris accipere, & creditori satisfacere põt. l.si vero non remunerandi.§.simili.l.si mandarũ.§.si fideiussor.mandati. quia ad effectum satisfaciendi ipsimet fideiussori nisi præcedente notitia vel debitoris interpellatione id sibi locum assumere nequit per ea, quę supradicta sunt.

4 Non obstat, quod iuramentum absque † interpellatione in mora constituat. Crauet.cons.64. num.2.lib.1. late Gabr.de iureiur.concl.1.quoniam posset procedere, si Illustrissim.D.Ersilia omnino se Bandinensi restituere certa die explicite iurasset, prout in contrarium adducta loquuntur, maxime cum iuramentum assumat naturam actus, super quo interponitur, Gabr. vbi supra conclus.10.

L I T T Æ.

Placentina restitutionis Fructuum, Mercur. 10. Decembr. 1597.

A R G V M E N T V M.

An Canonici, vt singuli, teneantur restituere pecunias per ipsos habitas.

S V M M A R I A.

1 *Pacta inter contrahentes ad vnguem sunt seruanda.*
2 *Repetitioni locus non est, quando quis indebitum scienter, & voluntarie soluit.*
3 *Interesse non debetur, vbi mora non cadit.*
4 *Vsura soluta semper repeti possunt.*

D E C I S I O DCCLXXII.

PRæpositus, & Canonici Ecclesiæ S. Antonini ciuitatis Placentiæ, vti Domini directi nonnullorum bonorum, quæ possidentur à Dominis de Casatis vigore inuestiturarum antiquarum sub annua pensione trium denariorum, & vnius candelæ ceræ, prætendentes caducitatem, & deuolutionem dictorum bonorum aliquibus de causis, eam verò non admittentes Domini de Casatis decreuerunt ambæ partes ad hanc conuentionem seu concordiam, vt scilicet Casati pro totali liberatione dictorum bonorum soluerent libras 78.m. Imper. hoc modo, videl. lib. 60. intra 12. annos, & interim libras 2700. annuatim pro fructibus, qui per dictum Capitulum verosimiliter percipi possent ex directo dominio, & quocunque iure venduo, reliquas verò 18. libras intra alios quatuor annos elapsis dictis 12. annis absque fructibus, cum pacto inter cetera, quod prædictis omnibus, & singulis in instrumento dictæ concordiæ contentis accedere debeat consensus, & confirmatio Apostolica, & non alias, aliter, nec alio modo, sed quod interim non differatur solutio dictarum librarum 2700. & in euentum, quod dicta confirmatio omnium, & singulorum in dicto instrumento contentorum non sequatur, quod tunc prædicti Canonici non tanquam Vniuersitas, & Capitulum, sed vt singuli, & particulares teneantur in forma Cameræ restituere prædictis de Casatis totum illud, quod sibi solutum fuerit ratione dictorum fructuum, ab anno verò 1587. citra per Casatos plures factæ fuerunt solutiones in causam dictorum fructuum prædictis Canonicis, & cum de anno 1589. petita fuisset à Sanctiss. confirmatio dictæ concordiæ, & omnium contentorum in ea, fuit rescriptum Vicario & Proposito Placentino, vt se de præmissis informarent, & si ipsis constaret illa cedere in euidentem dictæ Ecclesiæ vtilitatem, ea perpetuo confirmarent cum decreto tamen, quod dictæ libræ 78.in emptionem bonorum immobilium vnico contextu conuerterentur, nec prius sententia confirmationis daretur, quam re vera dictæ pecuniæ in huiusmodi emptione conuersæ fuissent, & subdit Papa per præsentes, non intendimus aliquo modo approbare pactum soluendi dictas pecunias quotannis pro fructibus, hoc ita stante, si in euidentem rescripto, illoque in partibus præsentato Canonici instabant pro illius executione, Domini autem de Casatis pro recuperatione pecuniarum, quas interim loco fructuum persoluerant prædictis Canonicis iudices verò delegati suam sententiam diffinitiuam tulerunt, in qua inter alia condemnarunt Casatos ad soluendum incontinenti dictas libras m.78. ad effectum eas implicandi iuxta Papæ rescriptum, & interim ad eas deponendas in Arca Sacristiæ dictæ Ecclesiæ, saluis in reliquis iuribus vtrique parti ratione pecuniarum interim solutarum per Casatos prædictis Canonicis & quas Casati prætendunt sibi compensari debere. A qua sententia Casati appellarunt, & causam obtinuerunt committi etiam respectu restitutionis dictarum pecuniarum loco fructuũ, interim solutorum Vicario Cremonensi. Canonici verò eam obtinuerunt committi in Rota cui commissioni non acquiescentibus Casatis supra mem. vtraque parte informante, causam executionis dictarum literarum si in euidentem præuia auocatione à Rota Vicario Papiensi committi firmo remanente in Rota coram me iudice restitutionis dictarum pecuniarum. Vnde dubitaui, An Canonici vti singuli teneantur restituere Casatis dictas pecunias per ipsos habitas, quod dubiũ Domini affirmatiue resoluerunt, ea moti ratione, quia eo ipso quod Papa noluit confirmare dilationem, nec pactum illud de soluẽdo interim loco fructuum quolibet anno libris illis 2700. factus fuit locus obligationi Canonicorum ad restituendum illud omne, quod interim in executione dicti pacti consequuti fuere, ad text. in l. cedere diem. ff. de verbor. significat. pa-1 cta namque inter † contrahentes ad vnguem sunt seruanda, l.1.§.si conuenerit.ff.depositi.cap.1.§.si id propter. quæ fuer.prima causa benef.amit.in vsib.feud.cũ alijs per Menoch.cons.15.nu.1.& 16.lib.1.Et ad illud, quod licet Papa non approbarit prędictum pactũ, illud tamen etiam expresse non improbauit, fuit respõsum,

satis

satis esse ad effectum, vt intret obligatio Canonicorum respectu dictæ restitutionis, quod illud non confirmarit Papa, ad hoc restricta sit eorum obligatio, vltra quod cum pactū illud esset correspectiuum ad dilationem, & solum propter illam cōuentum fuisset inter partes, vt interim soluerent dict. libras 2700. vtiq; denegata per Papam dilatione etiam de iure corruit ipsa conuentio respectu dictæ solutionis, ad tex. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. Aymon cons. 170. n. 13. tenuit Rota in vna Comēsi Præpositura 4. Iulij 1584. coram bonæ memoriæ Bubalo & in alia Melphitana iuris patronatus 19. Ianuar. 1594. coram Illustriss. Mantica. Vnde merito interim solutum per Casatos vti indebite solutum repeti potest, ad tex. in l. elegantet. ff. de cond. indeb.

Nec est verum, quod tale indebitum scienter, & voluntarie soluerint, quo casu † non est locus repetitioni, l. 1. ff. de cond. ind. & l. indebitum. C. eod. siquidem quia primæ solutiones fuerunt factæ pendente conditione beneplaciti Papæ, posteriores verò cum expressa protestatione, qua præseruatum fuit ius hoc repetendi, ad tex. in l. si debitor. §. 1. vbi glo. & Bar. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & not. per Socin. sen. cons. 46. nu. 18. lib. 4. & per Ruin. iun. cons. 263. num. 57. lib. 3. Nec hic intrare potest ad fauorem Canonicorum æquitas, l. curabit. ff. de actio. empt. stante quod Casati ex contractu gesti inter ipsos, & Canonicos tale quid fructiferum non fuerunt consequuti, ex quo potuerint deberi Canonicis vsuræ aliquæ recompensatiuæ, iuxta not. per Couar. var. resolut. lib. 3. c. 4. num. 5. nec respectu pretij conuenti potest aliquod interesse prætendi à Canonicis cum Papa noluerit solutionem illius deferri posse, sed in continenti fieri debere per Casatos: & interesse non debetur, vbi mora † non cadit, l. in insulam. §. vsuras. vbi Bart. & Io. & Imol. num. 8. ac ceteri Doct. hoc communiter notant sol. matr. late Affli. decis. 284. per totum, vltra quod cum dicta pactio aliquid certi, & indeterminati pro interesse contineat, vsuraria est, & vti talis nō subsistit, Socin. sen. cons. 130. nu. 10. lib. 4. de mag. con. Silu. cons. 10. nu. 46. & vsuræ solutæ † semper repeti possunt, c. tuas, de vsur. cum alijs hic per informantes alijs allegatis.

P E N T Æ.

Perusina Liquidationis, Merc. 16. Nouemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Regulariter mandatum executiuum non dat creditori possessionem super bonis debitoris. Ideo non statim post factam executionem præsumitur quis desiisse possidere.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor legitime probare tenetur, creditorem post executionem habuisse possessionem bonorum debitoris, super quibus executio fuit decreta & facta.*

D E C I S I O DCCLXXIII.

FVit conclusum, non constare de sufficienti liquidatione damnorum & interesse passorum per Dominum Marescottum propter executionem factā per Dominum Marchionens. à Cornea super Molendino. primum enim non erat sufficienter probatum, quod à die 26. Iunij anni 1579. quo facta fuerat executio, vsq; ad diem 6. Maij 1583. quod Marescotto fuerat Molendinum restitutum D. Marchio possederit, & perceperit omnes fructus, & cum regulariter mandatū executiuum non det creditori possessionem super bonis debitoris, ideo non statim post factam executionem præsumebatur dictus Marescottus desiisse possidere.

Ad effectum verò consequendi damna & interesse debitor † legitime probare tenetur, creditorem post executionem habuisse possessionem bonorum debitoris, super quibus executio fuit decreta, & facta, & debitorem fuisse eo tempore impeditum fructus percipere, Dec. cons. 85. num. 3. Bal. in l. 1. nu. 1. C. si aduers. vend. pign.

L A N C E L L O T T I.

Bononiensis Dotis, Merc. 24. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Ob retardatam dotis solutionem an quid debeatur.

S V M M A R I A.

1 *Damnum emergens ob retardatam dotis solutionem probari debet.*

2 *Interesse lucri cessantis non probatur ex potentia propinqua lucrandi.*

D E C I S I O DCCLXXIV.

POst obitum Dn. Hyppolitæ censuerunt Domini, nihil deberi Capitulo Prothesilao ob retardatam dotis solutionem, non quia ratione fructuum, quia iam fuit decisum coram R. P. Domino Pamphilio 4. Iulij 1597. non deberi ex hac causa aliquod interesse, neq; etiam ratione damni emergentis, quia tale damnum † emergens non probatur: licet enim constet, ipsum accepisse ad cambium alias pecuniarū summas; tamen non probatur in indiuiduo, quod ex ista causa, nempe propter non factam solutionem in tempore acceperit pecunias ad cambiū, quæ probatio est necessaria, quia potest esse quod ex alia causa illas acceperit iuxt. decis. Mohed. 2. de vsur. & fuit resolutum in causa Romana pecuniaria de Sambeccarij 57. April. 1581. coram Lauretano, & in vna Romana vineæ de Brun. 2. Decembr. 1591. coram bon. memor. Orano, & in terminis pecuniæ captæ ad cambium in causa Romana cambiorum 15. Maij, & 16. Iunij 1592. coram R. P. D. meo Mellino.

Nec denique debetur aliquid ratione lucri cessantis, nam quamuis ipse moram passus fuerit, & quamuis non esset solitus tenere suas pecunias otiosas, attamen non probatur lucri † cessantis interesse ex potentia propinqua lucrādi, nempe quod certas merces præ manibus haberet, in quas potuisset in continenti facta solutione pecunias prædictas receptas erogare, & quas ob defectum pecuniarum debitarū emerit. hoc enim est tertium requisitum, Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. quem semper Rota sequitur in hac materia, Mohed. decis. 3. de vsur. Put. in eod. tit. decis. 3. & 237. lib. 1. vbi multæ auctoritates allegantur. Aym. consil. 320. num. 6. & plures refert Moder. de arb. iud. cas. 119. & fuit pluries resolutum, super quo requisito testes nihil deponunt sufficienter in specie, sed solum in genere.

Nec in hoc casu Rota admittit probationem præsumptiuam, nec illam, quæ resultat ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones collocandi pecunias ad lucrum, vt fuit resolutū in causa Romana fructuum locatorum 26. Aprilis 1591. coram Illustriss. Blanchetto, quicquid voluerit Couuar. & quicquid alias fuit dictum in vna Anconitana coram Brauo, & in alia Prænestina coram Vicecomite, quæ decisiones, & auctoritates in Rota pluries allegatæ semper fuerunt reiectæ.

L I T T Æ.

Mediolanensis Pecuniaria, Merc. 27. Martij 1602.

A R G V M E N T V M.

Cambia & recambia vt debeantur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum, quæ requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Cambia & recambia vt debeantur quæ requirantur.*

2 *Assertioni partium non est standum in prohibitis. Et quare. ibid.*

3 *Reipublicæ interest, ne via aperiatur fraudibus & vsuraria prauitati.*

DE-

DECISIO DCCLXXV.

DVbitatum fuit, An constet pecunias, de quibus agitur fuisse, vel non fuisse captas ad cambium, & recambium in casu, & ad effectũ de quo agitur, qui est vt pro dictis cambijs, & recambijs potuerit de iure Dominus Constantinus Magnus constitui debitor societatis, alias cantantis sub nomine de Annonis, & Blanchis, & hodie de Verganis, & post maximam contumaciam illorum de Verganis in informando pro negatiua fuit resolutum in informantibus duntaxat procuratori, & Aduocatis Domini Constantini. Et ea ratione moti fuerunt Domini, quia vt debeantur cambia, & recambia mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum plura † requiruntur, Primum est, quod vbi creditor non habeat facultatem à debitore in casum moræ accipiendi pecunias sibi debitas ad cambium, & recambium damno ipsius debitoris, non posset id facere nisi præmissa protestatione & intimatione de hoc ipsi debitori, Secundum est, vt vtroque in casu cum effectu & realiter dictæ pecuniæ per creditorem accipiantur, in dictum casum ad cambium, idque notificatur ipsi debitori ad effectum, vt certo sciat, debitum suum iam esse sub vsuris, & vbi velit, valeat se liberare à futuris soluendo quod debet, vt fuit resolutum in illa Romana pecuniaria de Sambeccarijs 7. Aprilis 1581. coram Cantuccio, & in illa Romana vineæ de Brunis 2. Decembris 1591. coram Orano, & in illa Romana cambiorum de Gradis 11. Maij 1592. coram Reuerend. P. Domino meo Mellino. & tandem coram me in Romana pecuniaria 15. Decembris 1599. Vnde licet in hoc casu ex conuentione partium, de qua in Summario numer. 1. constet de facultate concessa creditoribus accipiendi pecunias debitas per Dominum Constantinum, & fratrem ad cambium & recambium vsque ad integralem solutionem debiti eorum, non tamen constat de alijs requisitis, & sic quod vere, & realiter pecuniæ prædictæ fuerint ad cambium, & recambium in ipsamet causa expressim acceptæ, fuerint ipsi debitores de prædictis certiorati, prout requiri videtur ad effectum, de quo supra, cum ex resolutione processus de partibus per quam solet probari negatiua, non constat de libris cambij in dictam causam, & quod illæ vere transmissæ fuerint ad nundinas, prout requiri videtur ad effectum, vt constare dicatur de ipsis cābijs licitis tantum. Sap. in tract. de vsur. concl. 3. §. 2. nu. 24. & proponit Rota Ian. decis. 3. n. 11. & quod magis expresse declaratur in constitutione Pij V.

Nec facit, quod in sodalitatibus factis inter partes fuerint admissa cambia, & recambia, de quibus agi-
3 tur, siquidem quia in prohibitis † non est standum assertioni partium, ne in eorum potestate sit facere licitum, quod alias illicitum est, Bart. in l. si forte. ff. de Castr. pecu. Ias. in l. si donatione. 2. de coll. cum mille similibus. quia plurimum Christianæ Reipub. condu-
3 cit, ne hoc modo aperiatur † via fraudibus, & vsurariæ prauitati, quæ omni iure prohibita est, Auth. ad hoc. cum ibi not. per glo. & Io. Aod. C. de vsur. & c. 1. per totum tit. ex. eod.

Accedit, quod ex pactis debiti ipsius Constantini, de quibus in summario num. 2. non potest colligi, quod in rei veritate pecuniæ per eum debitæ, fuerint cambiatæ, sed potius quod dictum debitum fuerit in dies auctum, habita ratione cambiorum, quod communiter fiebant per nundinas Besonzoni: & quod res ita se habeat, non parum arguitur ex denegatione exhibitionis librorum dictæ societatis, in quibus per mercatores omnia diligenter annotantur, maxime cum impedimentum respectu dictæ exhibitionis causatum, vt prætensus à senatore Mediolanensi præsumatur procuratum ab ipsis Verganis, quorum interest, ne appareant dicta cambia esse minus realia, ad text. in l. 1. §. sed & si quis. C. de lat. lib. toll. cum alijs hic latius deductis per informantes. Ex quibus fuit resolutum vt supra.

PENIÆ.

Romana donationis, Lunæ 27. Aprilis 1592.

ARGVMENTVM.

Donatio facta vxori ob synceram dilectionem, qua eam maritus prosequitur, an valeat, donatione inter viuos, in qua omnia requisita tam à iure communi, quàm à statutis seruata sunt.

SVMMARIA.

1 *Simulationem proponere non sufficit, nisi etiam simulandi causa doceatur.*

2 *Donationes mutuæ inter virum & vxorem cur sint prohibitæ contraria matrimonio.*

3 *Coniunctis cum donatur, præsumptio capienda est, quod donatio potius contemplatione proximitatis, quam doli ac fraudis fiat.*

4 *Tempus 10. annorum elapsum inter donationem factam & debita, cum alijs creditoribus contracta, omnem fraudis suspicionem excludit.*

5 *Præsumptiones ex quibus arguitur simulatio, ita demum operantur, si causa simulandi tempore donationis adfuisse doceatur.*

DECISIO DCCLXXVI.

DOminus Alexander de Grandis die 19. Feb. 1573. sponte & omni meliori modo sub certis conditionibus & substitutionibus donauit Dn. Læliæ Massæ, eius vxori ob synceram dilectionem, qua eam prosequebatur donatione inter viuos duo Casalia Palatiũ, domos, massariam pecudum, & alia quædam in instrumento donationis specificata in Vrbe, & eius territorio existentia, non tamen omnia, quæ ipse possidebat, cum pleraque penes se retinuerit, eo addito pacto, vt post obitum donatariæ, eadem bona filijs masculis cõmunibus restituere, & filias etiam communes congruenter dotare teneretur. Interim Alexander donator victum, & vestitum, & facultatem administrandi eadem bona donata cum clausula constituti sibi reseruauit. Hanc donationem in Cella Vicarij S. Petri de Montone coram tribus religiosis testibus celebratam, & per D. Falium Antonium Notarium, ipsius donantis affinem receptam die 25. eiusdem mensis, & anni dicta Lælia acceptauit, & eadem die coram 2. Collegij Curiæ Capitoli pro tribunali sedenti hora audientiæ solitæ seruatis statutarijs solennitatibus fuit rite donatio eadem insinuata, Ceterum quia creditores, qui post factam donationem cum Alexandro contraxerant eam tanquam fraudulentam, ac simulatam reuocandam prætendebant, quibus e contrario se opponebant dicta Lælia, & eius filij, quibus vigore donationis & substitutionis in ea facta fuerat ius quæsitum. Dubitatum, An donatio prædicta sustineretur, & vtraque parte informante, & suas prætensiones tam in facto, quàm in iure proponente, Domini die Lunæ 27. Aprilis censuerunt donationem fuisse validam.

Et quia pro parte creditoris non opponebatur defectus solennitatis, omnia enim requisita tam à iure communi, quàm à statutis in ea seruata fuisse apparebant, sed solum arguebatur fraudis, & simulationis ex multis coniecturis. Ideo has coniecturas cum alijs conferre oportuit, vt illis staretur, quæ vrgentiores viderentur. Quæ verò pro sustinenda donatione afferebãtur, vrgentiores, visæ fuerunt in hoc casu.

Aderat enim primum instrumentũ donationis omnibus solennitatibus munitum: subsequebatur insinuatio, & iudicis decretum, & spectata probitas, & bona conditio donantis & donatariæ, æs alienum multo post contractũ donationis tempore extiterat cõtractũ,

Denique

Denique non apparebat causa simulandi, cum tamen non sufficiat proponere simulationem, nisi etiam simulandi causa doceatur, l. Patronus. ff de probat. Anch. cons. 127. num. 2. Bar. cons. 65. incip. factum tale. nu. 4. Idem in l. post contractum. nu. 3. vers. 2. præsumptio. ff. de donat. Alex. cons. 111. incip. viso superiori. lib. 5. cons. 28. incip. in causa, & lite num. 12. lib. 5. Illa etiam conjectura visa fuit Dominis simulationē excludere, quoniam in pactum fuerat deductum, vt post obitum donatariæ bona reuerterentur ad filios donatoris, ad quos alias de iure peruenire debebant.

Neque coniecturæ adductæ pro creditoribus suadebant ab hac decisione recedendum: nam quod donatio esset inter virum & vxorem, & inter quos † constāte matrimonio prohibitæ sunt mutuæ donationes, ne in † paupertatem incidere compellantur, c. fin. de don. inter vir. & vxor. l. 3. ff. eod. non persuadebat simulationem, præterquam quod donatio nō fuerat de omnibus bonis: multa enim bona libera remanserant penes donantem, Abb. in d. c. fin. nu. 9. de don. inter vir. & vxor. Dec. cons. 201. nu. 2. vers. alia est opinio. & cons. 232. nu. 6. & hanc esse magis communem opinionem voluit Alber. cons. 4. nu. 12. Rol. cons. 8. n. 6. lib. 1. Aym. cons. 101. nu. 2. & cons. 245. nu. 11.

Et hinc quoque sufficienter censebatur sublata alia præsumptio simulationis de donatione facta coniunctæ personæ: nam nisi aliæ coniecturæ vrgentiores simul concurrunt, ista satis leuis reputatur, Crot. cons. 182. nu. 77. lib. 2. cum propensiores esse soleamus ad donandum coniunctis, quam extraneis personis, & propterea cum coniunctis † donatur illa præsumptio capienda est, quod donatio potius contemplatione proximitatis, quam doli, ac fraudis fiat, Cras. in d. l. post contractum. n. 9. ff. de donat.

Nec fraus arguebatur ex eo capite, quod donatio esset facta de maiori parte bonorum, nam cum constitueretur facta ante contractum æs alienum, non putabatur alicuius fuisse momenti, vt inde dolus argueretur, Bart. d. consil. 65. nu. 4 & 5. d. l. post contractum. nu. 2. & in l. si ventri. §. fi. ff. de priuil. cred. in simul. Anchar. cons. 251.

Minus colligi poterat simulatio ex eo, quod donator remansit in possessione & administratione bonorū donatorum, quia præterquam quod ista præsumptio non est sufficiens ad fraudem præsumendam, Iason §. item si quis. nu. 41. Instit. de actio. Pich. in l. post contractum. nu. 49. ff. de donat. Bart. d. cons. 65. num. 5. ex facto satis cessat obiectio, cum expresse fuerit in donatione deductum, vt donator administrare posset; si vellet, addita clausula constituti, quæ excludit omnem fraudis, & simulationis suspicionem, Bart. d. cons. 65. nu. 4. Rol. cons. 246. ou. 1. Soc. cons. 264. lib. 2. vers. sed licet quisquam.

Præterea ex eo, quod Dominus Alexander donator die 26. eiusdem mensis, & anni, quo fuit facta donatio, imposuerit annuum censum scuta 680. auri in auro super vno ex Casalibus vxori donantis, illudq; vendiderit Syluestro Gottardo pro pretio scutorū 8000. similium, non poterat inducta videri fraudis præsumptio. Cum enim donatio facta Læliæ non fuerit de omnibus donatoris bonis, & penes eum remanserint alia bona libera excedentia dictam summam, cessauit procul dubio titulus de his, quæ in fraudem creditorum, Bart. in d. l. post contractum. sicut cessauit etiam ex eo, quod donator pro Dom. Estensibus se obligando ab eis fuerat releuatus indemnis. Nec aderat periculum, vt propter eam obligationem mali aliquid pateretur. Denique cum illis creditoribus iam fuisset satisfactū, nec hodierni successissent in locum illorum, non satis apparebat, quo iure competeret eis inde allegare fraudem, l. ait prætor. §. ita demū, & l. si quis. ff. de his, quæ in fraudem credit.

Ex quod obijcitur ex Grato consil. 43. num. 31. lib. 2. liam poti... n esse locum dispositioni cap. 1. & 2. de adult. tionis, quan... mum copulatiue, concurrant, primum lata fuisset, ex quo secundum stuprasse, tertium puellam cessatium retrodon... putabant Domini satis tutū: nam cons. 96. nu. 5.

Et quamuis Dom. Lælia ... vir asserat, se non seduxisse, non patū dubitari posse de valid... ella præsumitur, Rum. fuerat facta constante matrimonio, ... te in d. c. 1. de adult. fessionem acceperat, dictus Alexander &... erez. lib. 1. Canon. fessione remanserit, & bona donata admin... misso, non nō ideo corruerat donatio alias solenniter, & si... non existēte simulationis, & fraudis causa facta, & cum prædictis potuerit istas causas non efficere inualidam donationem, assertio Læliæ, tanquam erronea, non videbatur consideranda. Roland. cons. 13. num. 29. lib. 1. locus celebrati contractus satis alienus putabatur ad inducendam præsumptionem simulationis, præsertim cum & ad testamenta cundenda & ad alios contractus inter coniunctas personas celebrandos sæpe talia religiosa loca contrahentes adire solent, quibus propterea, nec religiosi testes vel consanguinei eorum instrumenta recipientes præsumptionem fraudis afferre debent, & ad summam iste locus hominis, non vrgentes iuris, aut legitimæ præsumptiones esse censebantur.

Denique omnem fraudis suspicionem excludere videbatur † tempus elapsum inter donationē factam, & debita cum istis creditoribus contracta. nam cum fortasse elapsi fuerint 10. anni, vt rei gestæ series ostendebat, non poterat censeri donatio facta in fraudem creditorum in cogitatorum, ac ne animo quidem conceptorum, maxime cum præsumptiones, † ex quibus arguitur simulatio, ita demum operentur, si causa simulandi tempore, donationis affuisse doceretur, Boll. tit. de bon. publ. nu. 45. & multis seq.

SERAPHINI.

Romana Donationis, Lunæ 27. Aprilis 1587.

ARGVMENTVM.

Argumento non indiget.

SVMMARIA.

1 *Statutum habilitans personam non extenditur ad bona sita extra territorium.*
2 *Donatio sustinetur propter iuramentum in contractu donationis appositum.*
3 *Iuramentum interpositum die Dominica est nullum. Contra hu. seq.*
5 *Iuramentum valet in extraiudicialibus.*
6 *Actus extraiudiciales tenent, & sustinentur.*
7 *Iurare nisi ex causa necessitatis non licet.*
8 *Auctoritate veterum Canonistarum, & Summistarum in dubio standum est.*

DECISIO DCCLXXVII.

Illustris. Dominus Valerius Vrsinus donauit omnia bona sua filijs Domini Ludouici Vrsini fratris, & donationis instrumentum celebratū fuit in Castro Collis veteris intra districtum Vrbis, cumque tempore donationis ipse esset maior 20. sed minor 25. annis orta fuit controuersia inter eum & Illustr. Dom. Iuliam Isabellam, matrem dictorum filiorum super validitate huiusmodi donationis respectu bonorum sitorum in ciuitate Firmi, quia licet statutum Vrbis lib. 1. c. 4 t. di sponat, quod maiores 20. annis habeantur in omni negotio pro maioribus 25. annis, tamen deducebatur, hoc statutum non operari respectu bonorum sitorum extra territorium Vrbis: super quo articulo proposui causam die Lunæ 2. Martij proxime præteriti, & fuit per Dominos vnanimiter conclusum, statutum habilitans † personam non extendi ad bona sita extra territorium, ad doctr. Bart. in l. cunctos populos. num. 40. C. de summa Trin. & fide Cath. & ibi Bald. nu. 17. Alex. consil.

antiquis temporibus Rotam censuisse, & deinceps in pluribus causis auctoritatem antiquarum decisionum Rota est sequuta.

Quartò videtur hæc opinio niti ratione rationabilis odij, quo digni sunt illi, qui aliorum bona, & possessiones inuadunt, qui ideo nulla tuti sunt præscriptione, quæ neque dari potest, etiam post decursum tempus 2 mille annorum, † si à principio spoliator fuit dolosus, vel violentus, iuxta receptissimam Canonistarum opinionem.

Postremo allegantur auctoritates plurimorum Doctorum, qui hanc sententiam defendunt, quorum fiet mentio in solutione argumentorum huius partis.

Contraria verò opinio nititur multis vrgentissimisque argumentis & auctoritatibus.

Et primò, quia iam iure ciuili quàm Canonico om-3 nes † actiones tolluntur præscriptione quadragenaria, vt probatur in l.sicut. l.omnes. C. de præscript. 30. vel 40.ann. Authen.quas actiones. C.de sacrosan. eccles. c. ad aures.& c.illud.& cap.quia indicante.de præscript. c.placuit, il 1.& c.post quingentos 16.quæst.3. in quibus iuribus ponderantur dictiones vniuersales, qualemcumque actionem tollentes, & maxime in c.ad aures.vbi omnis prorsus excluditur actio, quæ verba ponderat Ruin.cons.103.num.7.lib.5.& facit Ias.cons.115. num.27.lib.4.Aymon cons.294.Rol.cons.71.num.20. lib.2.

4 Secundo leges abhorrẽt dominia † rerum stare semper in incerto, l.1. de vsucap.§.1. Instit.eodem.l.cum notissimi. C.de præscript. 30. ann. & etiam litium immortalitatem, l.fin.& ibi gl. in verbo finis.pro suo.

Tertio cum temporis præscriptio tollat dominium, 5 quod † est maximi præiudicij, vt per Bart. in l.rem alienam.de pign.act.multo magis tollere hãc actionem possessoriam leuioris præiudicij, vt arguit Castr. cons. 205.num. 3.lib.1.Socin.in l.rem quæ nobis.num.18.de acq. possess. Paris.cons.1. num.155. lib.1. Balb.de præscript.4.par.princ. q.10.num.1. Rol.cons.72. num.19. lib.2.& cons.6.num.81.lib.3.

Quarto multum hanc sententiam comprobare videtur, si consideremus, quid in hoc remedio & quomodo veniat probandum. Nam cum sufficiat probare 6 duo extrema, † nempe possessionem antiquissimi actoris, & possessionem recentem rei, & illa probari possit, etiam per testes de fama, & de auditu, qui in antiquis admittuntur, & sæpe eueniat, vt propter antiquitatem & sinistros casus bellorum, incendij, pestis.& similium instrumẽta, quibus possessores se tueri possent, sint deperdita, vel etiam vetustate consumpta, certe ex tali perpetuitate huius remedij facile domini proprijs bonis iniuste priuabuntur in maximum præiudicium Reipub. vt per Mohed. decis.17.de restit. spoliat. Sarmien.de reddit. Eccl.par.1.c.14. nu.11.& select. interpret.lib.2.c.13.num.2. Et quod est valde absurdum, remedio possessorio adeo priuilegiato circa probationũ qualitatem tollitur dominium legitime præscriptum, & redditur inutile aduersus omnes iuris regulas, qui-7 bus perpetuo traditum est, petitorium † absorbere possessorium, & nihilominus hic contrarium euenit.

Secundo negari non potest, si enumeremus autores hanc opinionem sequentes, hanc esse magis communem, prout testantur Gabr.conclus.5.num.64.de restit. spoliat.Contard.de momen. possess.§.4. limit.2. num. 26. vsque ad num.29. Pontan.de spol.lib.3. c.2. nu.91. Decian.cons.63.num.2.lib.5.Cent.cons.47.nu.29.lib.1. Honded.cons.82.num.49.

His rationibus adducti Domini, hanc sententiam amplexi sunt. Superest solum respondere his, quæ in contrarium deducta fuerunt.

Et primò, quia basis contrariæ sententiæ tota constituitur in c.redintegranda, videndum est de intellectu illorum verborum, *quacunque temporis conditione*, quæ reguntur ab illis verbis in fine positis, *perdidisse noscan-8 tur*. Et certum est, naturalem & verum sensum † conditionis temporis referri potius ad qualitatem amissionis, quam ad temporis quantitatem, l.1.§ denique ait. de aqua pluuia arcen.l.testium, in prin.de test. Rebuff. in l.conditionales 62.vers.quarto.de verb.signif.quod eo magis dicendum, quia referuntur ad deperditionẽ, quæ non temporis cursum, sed initium amissionis respicere videtur, prout & aliæ qualitates ibi appositæ, captiuitatis, doli, violentiæ, & quarumcumque iniustarum causarum, quod sensisse videtur ibid. Archid. dum dicit, *forte ibi erat guerra, vel metu latronum nemo 9 audebat ibi morari*, & hæc verba † importare qualitatem temporis, & non præscriptionem, de qua in eo textu non agebatur. trad. Contard.de momen. possess. §.4.limit.2.num.28.post Bellam.& Io.de Turrecrem. Castr.cons.105. nu.3. par.1. & bene Galles. de exercit. iuris.lib.3.num.56. Modern.in remed.15. recup.num. 412. & demum ita videtur sensisse Gratianus, huius Canonis compilator, qui in summario suo ante hunc Canonem non apponit dictionem temporis, sed simpliciter ait, ablata quacunque conditione in eodem loco, vnde surrepta fuerant, reuocanda esse, & hunc verum & germanum sensum appellat Nicol. Grauet. ad Vestrium.lib.7.c.2.num.41.

Neque est verisimile, Pontificem vna vocula, eaque ambigua voluisse totam materiam pręscriptionum subuertere, vt in hac eadem materia præscriptionis tradit glos.in c.1. §.præterea. in verbo præscriptione. de cap. Conradi, vbi verba illa, *nulla obstante præscriptione*, interpretatur de decennali, vel vicennali, non autem de 30.vel 40. annorum præscriptione, hac ratione mota, ne totam materiam præscriptionum multis vigilijs excogitatam subuertere, & radicitus euellere videatur quam gl.communiter esse approbatam constat ex traditis per Tiraq.de retractu conuen.§.1.glos.2.num.12. Quod ex eo confirmatur, quod posteriores Pontifices 10 in c.ad aures, & alijs supra allegatis, trigenariam, † & quadragenariam præscriptionem omnẽ prorsus actionem excludere voluerunt, adeo quod etsi verba illa conditione temporis importarent præscriptionem, nihilominus ijs ex sequentibus constitutionibus derogatum fuisse appareret.

Secundo non obstat auctoritas glossæ & sequacium in c.solicite.de restit.spoliat. vbi ait, ad damnum, siue pęnam perpetuo agi posse, quia nulla conditio temporis opponi potest, c.redintegranda.3.q.1. Nam sublato fundamẽto, quod fit in d. c.tollitur etiam opinio glossæ, quæ illi innititur. Præterea cum vtatur dictione *perpetuo*, ea intelligẽda est prout in similibus terminis passim vsurpatur, vt ista perpetuitas includatur spatio 30. 11 vel 40.annorum, quemadmodum actiones † perpetuę dicuntur illæ, contra quas sola præscriptio 30. vel 40. annorum, opponi potest, Inst.de perp.& temp. action. & concordantes text. desumi possunt apud Brisson. de verb. signif. verbo perpetuæ actiones. & potest etiam intelligi de actionibus, quæ competunt aduersus violentos, & dolosos, cum loquatur de damno illato, & de pœna, qui non est casus de quo agitur, vt infra dicetur. Quare Doctores, qui simpliciter referunt, & sequũtur hanc glos.non multum faciunt pro hac parte, cum sint intelligendi iuxta vulgarem significationem dictionis *perpetuo* in hac eadem præscriptionis materia, non obstante quacunque vniuersalitate & prægnantia verborum, vt in pacto de retrouendendo quandocunque & perpetuo censuit Rota spacio 30. annorum excludi ex cons. Bal.303.lib.1. in causa Reatina tenutæ 13.Aprilis 1579.coram Illustrissimo Lancellotto, & 12. Decembr. 1588.coram Reuer.Patre D.meo Pãphilio, & glossam ita sensisse est verisimile, postquam fecit mentionem temporalium, & perpetuarum actionum, iuxta iuris ciuilis dispositionem, quæ clara, nec ab ea recedit ius

Cano-

Canonicum, vt ex allegato c. aures, & alijs aperte colligitur, & in materia † præscriptionis, excepto casu malæ fidei, nulla est differentia inter ius ciuile, & Canonicum, vt tradunt Abbas & alij in c. de quarta. de præscr. Neque obstat quod præscriptio secundum aliquos fuerit inuenta propter dominium, propter possessionem, quia hoc esse falsum, conuincitur ex cap. iubemus. 16. quæst. 3 & ex l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen. & ex l. cum petit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Imò multo debilior est possessio, & minori tempore amittitur. vt per Innoc. in c. querelam. & ibi Bellam. num. 10. & alios relatos per Contard. vbi supra. nu. 31. Neque obstat, quod in iudicio spolij non admittatur † exceptio dominij, quia exceptio præscriptionis non solum dominium, sed etiam possessionem respicit, & ideo non minus est admittenda, quam exceptio illa, quod quis facto suo eeciderit à possessione.

Tertio loco non obstat auctoritas Rotæ, quia si bene considerentur decisiones allegatæ, apparebit, contrariam sententiam obtinuisse cum magna controuersia & difficultate, & eorum compellatores pro maiori parte contrarium sensisse, quare non est habenda ratio eorum, qui auctoritate Rotæ moti hanc sententiam amplexi sunt, quæ quamuis plurimum semper valuerit, prævalere tamen debet ratio, & veritas tot alijs nõ contemnendis fulcita auctoritatibus.

Non obstat ratio odij rationabilis aduersus inuasores rerum alienarum, quia hanc præscriptionem intelligunt Domini procedere contra actionem spolij simplicis, prouenientis ex probatione duorum extremorum iuxta stylum Rotæ, non autem vbi constaret de vi, dolo & mala fide, cum nulla præscriptio † aduersus dolum, & malam fidem opponi possit, c. fin. de præscr. & hoc fortasse sensit Papa in illo Canone in illis verbis, *per quascunque iniustas causas*. & hanc exceptionẽ admittunt Doctor. allegati per Contard. in dicta limit. num. 34. & 35.

Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur, si tollantur è medio Doctores, qui ex professo hanc quæstionem non tractant, & qui simpliciter sequuntur glossam in cap. solicite. dicentes, illud remedium esse perpetuum, quæ verba non excludunt præscriptionem 30. vel 40. annorum, vix reperietur aliquis præter solum Imol. in cap. 2. de test. spol. qui contrarium aperte sensent ante decis. Cassador. vt fuit animaduersum per Gallesi. rursus si tollantur Doctores, qui potius auctoritatem Rotæ sequuti sunt, quam pondus rationum in contrarium facientium, apparebit longe pluribus auctoritatibus fulcitam esse partem contrariam, & id fatentur Doctores supra allegati, dicentes hanc esse magis communem. Et ita recedendo ab antiquis decisionibus fuit per Dominos conclusum, hanc opinionem, & veriorem esse, & dignam S. Dn. N. approbatione.

Ita resolutum fuit me proponente in plena Rota 17. Maij 1600. Ser. Oliu. Decanus.

LANCELLOTTI.

Ianuensis, seu Romana Pecuniarum, 20. Iunij 1580.

ARGVMENTVM.

Quod statuta recipiunt passiuam interpretationem à iure communi.

SVMMARIA.

1 *Solutio quando destinata est in aliquem certum locum, potest quis conueniri in eo loco, vbi prætenditur ipsum habuisse pecunias.*
2 *Forenses regulariter non ligantur statutis.*
3 *Statuta Florentiæ non extẽduntur extra territorium eiusdem Florentiæ.*
4 *Statuta recipiunt passiuam interpretationem à iure communi.*

DECISIO DCCLXIV.

IN causa Ianuensi, seu Romana pecuniarum, pendente coram Illustrissim. & Reuerend. Dn. A.C. inter Dominos de Nigronibus, & Dom. Hieronym. Piccalucam proposui in Rota infra dubia cum nonnullis præsuppositis, videlicet. An ex præmissis constet solutionem partitarum, de quibus in dictis præsuppositis fuisse destinatam in Vrbe, & an Dominis de Nigronibus obstet præscriptio statutaria Vrbis, de qua in lib. 1. statut. Vrbis cap. 161. & lib. 4. c. 18.

Et die Lunæ 20. Iunij 1580. circa primum dubium Domini resoluerunt non cõstare solutionem fuisse destinatam in aliquem certum locum, licet ex natura rei 1 Dn. Picalucca possit conueniri in eo loco, † vbi prætenditur ipsum habuisse pecunias, de quib. agitur, & sic in vrbe, iuxta text. in l. hæres absens. §. 1. cum ibi not. per Doct. ff. de iurisd. om. iud. & l. 1. C. vbi de hæred. agitur.

Nec obstat, quod Dominus Piccaluca sit descriptus debitor ratione cambiorum, quæ erant soluenda in vrbe, ex quo ad vrbem transiuit, celantur, & erat habenda ratio ex pẽsarum, & prouisionum ad rationem monetæ currentis in vrbe, prout etiam deponunt testes examinati, quoniam respondetur, quod dicta cambia non erant soluẽda per Dominum Piccalucam, sed per Dominos de Nigronibus, qui permutarunt dictas pecunias ad compactum Piccalucæ, & ad quos dictæ litteræ erant transmissæ, & in eis ordinatum, ne Domini de Nigronibus soluerent in vrbe, ipse verò Dominus Piccaluca simpliciter reperitur descriptus debitor ratione dictorum cambiorum, quare non potest dici quo ad ipsam solutionem fuisse destinatam in aliquem certum locum, & testes dicunt, quod si debitor ratione cambiorum non solueret in loco, ad quem litteræ directæ erant, posset alibi conueniri vt etiam constat ex fide subscripta à pluribus mercatoribus, qui de huiusmodi stylo attestantur.

Quo verò ad secundum dubium, fuit resolutum, quod dictum statutum obstat Dominis de Nigroni- 2 bus, quia licet forenses † regulariter non ligentur statutis, iuxta notata per Doctor. in l. fin. de iurisdict. omn. iudic. cum similib. tamen procedit in his, quæ oriuntur ex principio, & ex natura contractus: Secus in his, quæ oriuntur ex post facto, & post ipsum contractum, scilicet propter negligentiam, vel moram, quia tunc si solutio non esset locata in certum locum, sed simpliciter est facta, attenditur statutum loci, vbi facta est petitio, quia ibi dicitur contracta negligentia, seu mora, vt in terminis similibus statuti de præscriptione debiti, quod est decisorium, concludit Bartol. in l. cunctos populos. num. 18. & 19. C. de sum. Trin. cuius opinionem sequitur ibi Salycetus colum. 3. in principio. versic. quæro quia prædicta. Signorol. num. 27. Fulgos. num. 18. & 19. versic. admonet Aretin. numero 22. versic. inter Bartol. vbi dicit esse communem. Ias. in 1. lectura, num. 19. & in 2. num. 66. vbi dicit, quod cum Bartol. transeunt alij & ibi Caccialup. num. 231. versic. item infertur. vbi dicit, quod Doctor. sequuntur hanc distinctionem Bartol. Purpur. num. 254. qui etiam dicit ab hac opinione non esse recedendum, quia communiter tenetur, & late etiam ibi attestatur de cõmuni. Ang. in l. si fundis. nu. 3. de euict. Mars. in d. l. fin. de iurisdict. om. iud. nu. 25. & 29. ver. modo redeundo, vbi inquit, quod alij Doct. transeunt cum Bat. Anch. in c. Canonum statuta. in verbo quantum. de constit. Cur. in c. fin. in 2. q. num. 19. vers. limitatur. de consuet. Corn. cons. 105. col. fin. vers. ex quo infertur. vol. 3. Soc. consil. 99. col. 1. ver. quibus suppositis. vol. 1. Barbat. consil. 15. num. 33. vol. 2. vbi dicit, quod cum Bat. transeunt Doctores. Ruin. cons. 112. num. 72. vol. 5.

At in casu, de quo agitur, versamur in his, quæ oriũtur ex post facto propter negligentiam, vel moram, & in casu, quo petitio est facta per Dominos de Nigro-

nibus in vrbe, vbi viget hoc statutum de præscriptione debiti, propterea dicendum est, quod ipsi, licet sint forenses, ligari debent hoc statuto, & in specie de statuto Romano, de quo agitur propter hanc doctrinam Bart. alias fuit resolutum in Rota in causa Romana mercedis coram Reu. Patre D. de Auleis die 12. Martij 1528. & coram me in vna ciuitatis Castelli die 27. Iunij 1572. licet tunc dictum fuerit, non esse locum dicto statuto, ex quo solutio erat destinata certo loco.

Et licet contrarium dicatur esse decisum in quadam causa Camerinensi de anno 1553. tamen Domini præterea id, quod multum dubitabant de fide illius decisionis, ex quo non inuenerunt in eorum libris hanc decisionem factam, dixerunt, vel illam esse corruptam, vel non esse admittendam, quia est contra doctrinam Bar. à tot Doctoribus vti communem, amplexam & approbatam.

Non obstant aliquæ limitationes datæ per informantes pro Dominis de Nigronibus ad dictam doctrinam Bart. nam respondetur, quemadmodum ad illam, videlicet vt non procedat, quando debitor potuit conueniri in diuersis locis, iuxta doctrinam Salyc. in d. l. cunctos populos. col. 3. in princ. quem sequitur. ibi Aret. not. 22. versic. sed certe. & Ias. ibid. in 2. lectur. num. 66. Enccia sup. num. 251. versic. limitabis. Marsil. in dicta l. fin. num. 29. de iurisdict. om. iud. fuit enim responsum, quod prædicti Doctores hoc non dicunt, sed dicunt, quod si Bononiensis mutuauit Romæ Titio centum soluenda in pluribus locis, vtputa Florentiæ, vel Perusij, obstabit sibi statutum Perusinum, si ibi petatur. non autem obstabit statutum Florentinum, quia statuta
3 Florentiæ † non extenduntur extra territorium eiusdem Florentiæ.

At in casu nostro non obijcitur Dominis de Nigronibus statutum alterius ciuitatis, sed tantum Romę, de quo agitur, ex quo in vrbe facta est petitio.

Minus obstat alia limitatio, scilicet, vt dicta doctrina Bartoli non habeat locum, quando iudex, coram quo agitur, non seruat dictum statutum prout videtur esse in isto casu, in quo Domini de Nigronibus tāquam forenses, conuenerunt dictam Piccalucam coram A.C. qui non seruat statuta Vrbis nisi in Romanis. nam ad hoc dupliciter fuit responsum, & primo quod Piccalnca prout hic præsupponitur, est ciuis Romæ, & licet Domini de Nigronibus sint forenses, sat est reum esse Romanū, vt in dicta resolutione Romana mercedis. Nec refert, quod tempore contractus non esset Romanus, quia nunc versamur in his, quæ oriuntur ex post facto, per supradicta. Ideo debet attendi tempus iudicij & petitionis, vt dicit Ang. in l. 1. de vsur. maxime cum hęc exceptio fundetur in tempore: ideo si attenderetur tēpus contractus, nunquam effici posset pręscriptio, quę non nisi ex temporis lapsu competit.

Secundo respondetur, & hæc responsio magis placebat, scilicet quod cum iste sit vnus casus particularis, in quo forensis ligatur statutis, quemadmodum A.C. debet seruare statutā inter Romanos, eo quod sunt subiecti statutis, ita debet seruare inter forenses, qui in hoc casu non secus, ac Romani ligantur & subijciuntur statutis, per dictam doctrinam Bartoli.

Non obstat etiam alia limitatio, quod scilicet vrbs sit ad instar plurium ciuitatum, quę habent diuersa tribunalia. at doctrina Bartol. procedit in ciuitate, in qua omnes iudices sunt pares, & omnes pariformiter seruant statuta. Nam respondetur, quod Bart. indistincte loquitur, non facta distinctione vnius, vel alterius tribunalis. Præterea stante confirmatione statutorum vrbis, statuta decisoria, prout est illud, seruantur vbique, nec facienda est distinctio Tribunalis.

Insuper non obstat, quod in libro statutorum vrbis cap. 17. mandetur, seruari statuta inter ciues, incolas, & districtuales, vnde inferunt, ergo non inter forenses, quia respondetur, quod idem esset dicendum in foro Capuano, si in eo forenses conuenientur, & tamen pars Dominorum de Nigronibus non admittit. Præterea
4 cum statuta † recipiant passiuam interpretationem à iure communi, secundum Bart. in l. omnes populi. nu. 68. vers. 2. casu. ff. de iust. & iure. & habetur in d. stat. c. 37. vbi mandatur seruari ius commune, quando deficiunt statuta, hoc statutum nō excludit dispositionem iuris communis contra forenses, si cum aliquo casu ipsi ligantur statutis, prout in hoc casu ligantur, iuxta dictam doctrinam Bar. & ita Domini concluserunt.

Verum quia hoc statutum, de quo agitur, inducit præsumptionem solutionis, nisi probetur contrarium, vel probetur interruptio præscriptionis, ideo fuit dictum, quod Domini Nigrones possint se iuuare ex istis duobus capitibus, si voluerint.

PAMPHILII.

Viterbiensis Bonorum, Lunæ 27. Ianuarij 1597.

ARGVMENTVM.

Transactio facta per patrem super bonis ad filium spectantibus an valeat.

SVMMARIA.

1 *Pater retinendo tantum, non autem dando vel transferendo potest transigere super bonis filij.*
2 *Transactio facta ex falsa causa corruit.*
3 *Notitia requiritur certa & indubitata ad inducendam ratificationem.*

DECISIO DCCLXV.

DVbitaui super validitate transactionis factæ per Fortunium super bonis ad Isabellam eius filiam spectantibus, quam Domini resoluerunt, non sustineri, nisi melius iustificetur pro parte Laurentij.

Cum enim Isabella esset in possessione omnium bonorum hæreditariorum quondam Dominici, non potuit Fortunius, eius pater & legitimus administrator, cui est interdicta alienatio bonorum aduentitiorum filij, l. 1. in fi. C. de bon. mater. illa per viam transactionis, quæ dicitur alienatio. l. non solū. C. de præd. min. trans-
1 ferre in Laurentium, cum pater retinendo tantū, † non autem dando vel transferendo possit transigere super bonis filij, Bal. in l. 1. nu. 2. C. de bon. mater. & ibi Pinel. par. 3. sub num. 43. vers. in transactione, qui testatur de communi. Ias. in l. nulli. in fi. ff. de transact. Aym. consil. 74. nu. 2. Rol. cons. 71. circa fi. lib. 2. & est perpetuum in omni casu, vbi est prohibita alienatio, Bar. & alij in d. l. nulli. Abb. c. contingit. sub nu. 3. extra eum, vt late Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 65.

Neque obstare quod in hac transactione adhibitus fuerit iudex, qui causa cognita interposuit suum decretum, pro quo præsumitur, vt per Gabr. conclus. 5. de sent. quia præsumptio ista, quæ stat pro decreto, tollitur ex eo, quod transactio fuit fundata super quibusdā fideicommissis Laurentij senioris, & Rosati, quæ non apparent, quod fuerint visa, & lecta tempore transactionis, vt requiritur quando transigitur super contentis in testamento, vulg. l. de his. ff. de transact. & quod magis non suffragantur Laurentio iuniori super bonis possessis per Dominicum, quem non constat vnquam adiuisse, vel agnouisse hęreditatem prout Laurentij senioris, & Rosati, imò illam Rosati sæpius etiam extraiudicialiter repudiasse declaratum fuit in sententia Gabr. Viterbij.

Vltra quod ex productione plurium instrumentorum constat, multa ex bonis Laurentio relaxatis in trāsactione fuisse empta per Dominicum, & consequenter non fuisse in bonis prout fideicommittentium, quo fit, vt transactio, in qua bona per Dominicum acquisita relaxantur Laurentio in vim fideicommissi Lau-
2 rentij senioris, & Rosati, qui dicta bona non possederunt tanquam facta ex falsa † causa, corruat, l. in summa ff. de cond. ind. l. sub prætextu. C. de transact. & etiā

decretum

decretum super ea interpositum, l.magis puto.§.fin.ff. de reb.eorum.l.etsi præses. C.de præd. min.Pute.decis. 220.lib.5.cum alijs allegatis.

Nō obstat,quod dictam Isabellam maiorem factam ratificasse transactionem exigeodo certæ pecuniæ quãtitatem: quia hic non agitur de validanda transactione nulla ex defectu consensus, sed de ea reuocanda ob causæ falsitatem,& errorem. Vltra quod non constat, solutionem fuisse factam ex causa transactionis, nec Isabellam de ea, cuius mentio in quietantia facta non fuit, habuisse aliquam notitiam,quæ tamen certa, &

3 indubitata requiritur † ad inducendam ratificationem, l mater. ff.de inoffic.testam.l.si propter errorem. ff.de iurisdict.omn.iud.late Aymon conf.197. num. 14. præsertim stante protestatione Isabellæ in ipsa quietantia, per quam præseruauit sibi omne ius competens super bonis,& hæreditate Dominici,ad l.si debitor.§.1. ff.quib.mod.pign.vel hypot.solu.Oldrad.conf.237.nu. 9.in fin. Put.decis. 116.lib. 1.

BLANCHETTI.

Aquensis Simoniæ, Ven. 10. Decemb.1595.

ARGVMENTVM.

Quod confessio resignantis post factam resignationem non noceat resignatario.

SVMMARIA.

1 *Schedula vt præiudicet tertio,necesse est vt sit à tribus testibus subscripta.*

2 *Testis depositioni, qui eiusdem criminis, & muneris est particeps,non creditur.*

3 *Inimicitia testem repellit.*

4 *Præsumptiones debent esse violentæ & plene probari, etsi ciuiliter agatur.*

DECISIO DCCLXVI.

DOmini pro maiori parte dixerunt, schedulam, de qua in dubio, fidem non facere. Primo enim vt 1 tertio præiudicet,necesse est vt † sit à tribus testib. subscripta,l.scripturas. C.qui pot.in pign.hab. Dec. in c.2. nu.10.de fide instr. cuius dispositio habet locū in quacunque materia. Tiraq.de retrac.conu.§.1.gl.7.nu.44.

Secundo quia non est sufficienter recognita,nam illam recognouit vnus tantum testis, itaque campo, & vilis persona, & dispositio Iacobi de Ferratijs non est attendēda,quia est particeps criminis,& muneris,quo 2 casu † ipse non creditur,c.1.de testib. in 6.Alexand. do Neuo. conf.64. num. 2.

Præterea est inimicus Butij, vt ex dictis testium in 3 Summatio,num.13.14.& 15.quæ inimicitia † repellit testem,c.repellantur.& cap.cum oportear. de accusat. Bald.in l.si quis testibus.num.15.& ibi Salyc.num.13. C.de testib.Iason in l.liberi.nu.2.C.de inoff.test.& sunt in materia confidentiæ resolutum coram Reuer. Patre D. meo Pamphilio non solum in inimicis,sed in adhærentibus parti inimicorum in vna Imolensi confidentiæ 24. Februar. 1592.

Non obstat, quod hæc sit materia in qua sufficiunt leuiores probationes,quia requiritur, quod præsum- 4 ptiones sint † violentæ,& plene probentur, etsi ciuiliter agatur, Abb.in cap.veniens,il 1.num.4. de testibus. & ibi glos.commun. approb. Alciat.consil.41. rom.1. & fiat dictum in prædicta causa Imolen. confidentiæ coram eodem Reuer. Patre Dn.meo.

Nec refragatur, quod hoc casu videatur plena probatio, quia cum adsit vnus testis recognoscens,& qui mortuus est præsumatur stare pro apocha, Dec. consil. 102.num.2.quia si addatur adminiculum quod potest sumi ex depositione Iacobi de Ferratijs satis remanebit inconcussa fides apochæ. Nam omisso quod Iacobus, nec etiam adminiculum facere potest & supplere defectum tertij testis,omnia vnico verbo resoluuntur, quod confessio resignantis post factam resignationem nocet resignatario, Paulus de Castr.in l.facta. §.si bene. ff.ad Trebel. Afflict. decis.165. nu.5.fuit resolutum in simili materia coram Sanctissimo Domino Nostro, in vna Firmana Cappellaniæ 2. Maij 1661. & coram Reueren. Patre Domino meo Decano in Tullensi Parochialis 28. Maij hoc anno.

Præterea est admodum inuerisimile,quod vir nobilis,& diues voluerit pro tam modica quantitate committere Simoniam,quod etiam fuit consideratum coram Reuer. Patre Dn.Decano in supradicta causa.

Ex his ita fuit pro maiori parte decisum.

LVDOVISII.

Romana Exhibitionis librorum, Lunæ 19. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Libri administrationis deponendi sunt penes tertium, vbi possit eos videre & scrutari, & si velit, copiam sumere.

SVMMARIA.

1 *Administrator libros rationum edere cogitur.*

2 *Edere libros rationum quid importet.*

3 *Libri si sint communes,non solum quo ad negotium & interesse,sed etiam quo ad dominium, propter discordiam partium eligi debet tertius, apud quem deponantur.*

DECISIO DCCLXVII.

DOmini dixerunt, libros administrationis non esse tradēdos Domino Equiti Crescenno, sed esse deponendos penes tertium,vbi possit eos videre,& scrutari, & si velit copiam sumere. Licet enim administra- 1 tor, † vel qui administrationis rationem reddere tenetur,libros edere cogatur,Bal.in l.cum testamento. nu. 4. C.de testam. mao. edere tamen non plus importat, 2 quam † codices ostendere,& copiam describendi facere,l.1.§.1.& l.argentarius.§.edi autem. ff.de edend.Et quod sufficiat libros ostendere, vt legi possint, & calculari rationes absque eorum traditione dicit Socin. conf.190.sub num.5.lib.1.& sentit Ang.conf.286.in fine. Paris.conf. 89. num.17.lib.1. faciunt tradita à Spec. de instr.edit.ver. videndum testat.sub nu.9.Quæ sententia eo magis placuit Dominis,quia iā res est in controuer- 3 siam deducta,quo casu etiam si libri † essent non solum quo ad negotium,& interesse, quo ad dominium cōmunes, propter discordiam partium eligi deberet tertius,penes quem deponātur,l.si quæ sunt.ff. fam. ercisc. Bal.conf.250.sub num.11.ver.& si duo sunt.lib.1.

LANCELLOTTI.

Romana Saluiani interdicti, Vener. 5. Decembr. 1603.

ARGVMENTVM.

Interdictum Saluianum non intrat cessante hypotheca.

SVMMARIA.

1 *Interdicto Saluiano locus non est,idque non intrat cessante hypotheca.*

2 *Fundus dotalis obligari & hypothecari non potest.*

3 *Donatio aut alienatio rei dotalis non est inducenda quæ ex æstimatione,quæ emptionum faceret, sequi posset.*

DECISIO DCCLXVIII.

1 REsolutum fuit, non esse locum Saluiano interdicto, quod † non intrat cessante hypotheca, Corn.conf.190.num.2.lib.1.Nat.conf.474.num.34.& sæpe decisum fuit.

Quatenus enim hypotheca deducitur ex obligatione Io.Baptistæ,illa non tenet,quia casale est fundus do- 2 talis,vnde † non potuit ab ipso obligari,& hypothecari,l.sin.C.de rebus eccles.non alienan.l.vnica.§.& cum lex.C.de rei vxor.action. glos.Instit.quib. alien.lic. vel non,in princ.& ibi Ang.num. 6.Negusan. de pignor.2. memb.2.parte princ.num.8.Surd.de alen.titul.8. priuileg.36. num.2.

Quatenus autem deducitur ex confessu, siue obli-

gatione Hieronymę vxoris, eodem modo tollitur, cum fundus dotalis nedum à viro potuerit obligari, sed nec ab ipsa muliere, imò neque ab vxore, & marito simul, vt per Neguſan. & prædicta ſupra allegata. pract. Pap. in forma libel. quando vxor agit ad dotem. glo. 1. num. 3. vltra quod obligatio mulieris pati poteſt alias difficultates per informantes deductas.

Quod autem caſale ſit fundus dotalis, cõſtat ex apocha matrimoniali, in qua fuit expreſſe inter coniuges conuentum, quod bona data in dotem, inter quæ adeſt hoc caſale, perpetuo ſtare deberent pro fundo, & in fundum dotalem ipſius Hieronymæ, & ſufficit quod conſtet nedum expreſſe, ſed etiam tacite de mente partium, quod voluerint rem dare pro fundo dotali, l. ſi æſtimatis. cum ibi not. ff. ſoluto matrim. Aretio. conſil. 84. col. 2. verſic. ſed quando eſt dubium. Socin. iunior conſil. 41. num. 11. lib. 1. Conar. pract. q. cap. 28. num. 2. verſic. ſed ex contrario, & fuit dictum in cauſa Spoletana bonorum 6. Aprilis 1602. coram Dn. meo Penia.

Non obſtat, quod in inſtrumento illinc ad tres annos celebrato caſale fuerit æſtimatum, & receptum pro ſcutis 5500. quia cum iſta æſtimatio de tempore conſtitutionis dotis, aut paulo poſt, ſed ex interuallo illa non facit emptionem, & venditionem, cum non ſit veriſimile, contrahentes à priori contractu voluiſſe

3 recedere, nec ſit inducenda donatio rei † dotalis, aut alienatio, quæ ex hac æſtimatione, quæ emptionem faceret, ſequi poſſet, iuxta nota. per Bald. & alios in l. ex conuentione. C. de pact. Aret. vbi ſupra. verſ. prætere a dicit. Bald. Socin. iunior dicto conſil. 41. num. 14. Barbat. conſ. 19. col. fin. vol. 4. Couar. dicto c. 28. num. 20. verſic. vnde illud. ſed talis æſtimatio cenſebitur facta vel ad alium effectum, vt in allegata cauſa Spoletana, & tradunt Doctores in d. l. ſi æſtimatis, & in d. l. ex conuentione. Aret. & alij vt ſupra alleg. Rolan. conſ. 92. nu. 6. lib. 2. Et io hoc caſu res caret difficultate, cum non præcedat promiſſio dotis in aliqua quantitate, ſed ſolum fuerint in dotem data bona, quæ Hieronyma habebat: Et ſic non obſtant deducta in cauſa Interamnenſi fundi dotalis 10. Februarij 1589. coram Illuſtriſſimo Platto, quia ibi nedum præcedebat promiſſio dotis in quãtitate, ſed etiam ex pluribus apparebat, quod dominium fuerat in maritum tranſlatum, hic autem adeſt expreſſa conuentio, quod Caſale ſtet pro fundo

4 dotali, & ideo † pro tali haberi, Aymon conſil. 543. & præcipue numero 10. Burſat. conſ. 440. num. 11. libro 4. & fuit in ſimili cauſa dictum in vna Romana fundi dotalis 6. Iunij 1578. coram bonæ memoriæ Cardinale Lancellotto.

LVDOVISII.

Romana Fructuum dotis, Lunæ 10. Martij 1603.

ARGVMENTVM.

Actio ad fructus dotis exigendos an mulieri competat.

SVMMARIA.

1 *Mulier non poteſt agere ad fructus dotis exigendos, & vſuras dotales, quando fuit dos ea abſente viro promiſſa, niſi actione ſibi ceſſa à viro, vel ab hæredibus viri.*

2 *Iuramenti de natura eſt, vt eo interueniente quæratur actio ſine ceſſione.*

DECISIO DCCLXIX.

Omiſſa diſcuſſione, an fructus debeantur, de qua ſi opus erit particulariter videbitur, ſed præſuppoſito pro nunc quod debeantur ſtricte ad dubium, quo quæritur, cui competat actio ad illos exigendum fuit concluſum eam competere Do. Victoriæ, licet enim a-

1 lias videatur mulierem non poſſe † agere ad fructus huiuſmodi, & vſuras dotales, quando fuit dos ea abſente viro promiſſa, niſi actione ſibi ceſſa à viro, vel ab hæredibus viri, vt per Corn. conſ. 28. ſub oum. 2. lib. 3. quia quod ſtatutum eſt in dote per l. ſi ſocer. §. Lucius, ff. ſol. matr. l. ſi pro dote. C. de dot. promiſſ. debet habere locum in his fructibus qui ſunt ad dotem acceſſorij, vt dicit ibi Corn. tamen ſumus extra iſtam difficultatem, cum Dn. Victoria non ſit excluſa, imò comprehenſa in promiſſione per ſtipulationem Notarij fauore omnium, quorum intereſt, & intereſſe poſſet, Guid. Pap. conſil. 6. num. 6. Gabriel. de iure dot. concluſ. 3. num. 7. Ex huiuſmodi enim ſtipulatione generali acquiritur abſentibus, quorum intereſt ius ſine ceſſione, Natta qui de communi conſil. 534. num. 8. Parıſ. conſil. 81. num. 2. lib. 1. Afflict. ſuper conſt. lib. 1. rubr. 73. num. 41. verſic. & hoc habet locum. Corn. conſ. 139. num. 6. lib. 3. præſertim accedente iuramento, Alexan. conſ. 107. num. 2. & 208. in princ. lib. 7. Aym. conſ. 304. col. 2. ver. ſecundo reſpondeo. Hieron. Gabr. conſil. 129.

2 num. 9. lib. 1. Gabr. d. concl. 3. nu. 4. eſt enim de † natura iuramenti, vt eo interueniente quæratur actio ſine ceſſione, Rom. conſ. 76. aute ou. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. in fi. ff. de verb. oblig.

Non obſtat, quod dicitur de alimentis pręſtitis dictæ D. Victoriæ à D. Proſpero, quia vltra quod D. Victoria hoc negat, iſtud daret actionem D. Proſpero pro eorum repetitione contra ipſam D. Victoriam, non tamen tolleret actionem illi competentem ad fructus dotis contra dotis promiſſores.

COCCINI.

Montis Regalis Iuriſdictioois, Lunæ 8. Martij 1604.

ARGVMENTVM.

An, & quam iuriſdictionem habeat Epiſcopus in Monachos.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus eſt caput & loco Abbatis Monachorum, & ipſi loco Canonicorum, cum agitur de Eccleſia Cathedrali Regulari.*

2 *Epiſcopus habet omnimodam iuriſdictionem, exceptis ijs quæ concernunt regularia inſtituta.*

3 *Exceptio firmat regulam in omnibus cauſis expreſſe non exceptatis.*

4 *Dictio, vel, ampliat diſpoſitionem etiam ad diuerſa.*

5 *Vnio intelligitur facta, ſine præiudicio tertij.*

DECISIO DCCLXX.

Dvbitaui An, & quam iuriſdictionem habeat Illuſtriſſimus Dn. Archiepiſcopus in Monachos Monaſterij Montis Regalis, iam in Eccleſia & Monaſterio, quàm extra.

Et Domini vnanimiter cenſuerunt, omnimodam illum habere iuriſdictionem & in omnibus caſibus exceptis ijs, quæ concernunt regularia inſtituta. Verba enim Bullæ Pauli III. viſa fuerunt ſatis clara in §. declarans etiam, vbi dictum quod Archiepiſcopus eſt caput ipſorum Monachorum, declarãdo illorum exemptionem à viſitatione, & correctione Archiepiſcopi quoad regularia inſtituta tantum, & non quo ad ſupradicta in Bulla, vel exceſſus perpetratos, vel perpetrandos in quibus viſitationi, & correctioni Archiepiſcopi, prout ſunt, ſubiecti ſint & eſſe cenſeantur, & quidem diſpoſitio eſt conformis diſpoſitioni iuris communis. cum e-

1 nim agatur de Eccleſia Cathedrali Regulari † Epiſcopus eſt caput, & loco Abbatis Monachorum, & ipſi loco Canonicorum, Doct. in c. cauſam quæ. de iudic. il 1. Hoſt. in princ. Io. Andr. oum. 3. Abb. antiq. num. 2. Bellem. num. 1. & 2. Butr. num. 4. & 8. Imol. nume. 1. Dec. nu. 18. & Abb. qui loquitur expreſſe de Eccleſia Montis Regalis. num. 8. ſeq. Et idem Epiſcopus etiam de iu-

2 re communi exceptis ijs, † quæ concernunt regularia inſtituta habet omnimodam iuriſdictionem in Monachos Cathedralis Regularis, c. 1. ne ſede vac. gl. fin. in c. nullus ver. vt Epiſcopus etiã ſecularis. de elect. in 6. vbi Anch. nu. 3. ver. ſed aduerte. Io. Andr. nu. 3. verſ. in gloſ. vlt. Gemin. num. 7. verſ. in ea glo. ibi Franc. num. 3. verſicul.

si.ul.in glo.fin.Corn.conf.19;.num.4.lib.2. vbi num. 5. apparet de hoc non esse hæsitandum cessantibus indultis, & consuetudinibus particularibus loci, propter quę in illo casu ipse consuluit contrarium,& hanc sententiam alias sequuta fuit Rota coram bonæ memoriæ Oradino in causa Perusina iurisdictionis 27. Februar.1558. quæ refertur, licet diuersis verbis inter Miscellanea Cottæ sub num.56.

Nec placuit Dominis, verba Bullæ prout sunt, esse intelligenda conditionaliter, non cessatiue, quia contrarium est verius, tum quia Dominus Archiepiscopus habet dispositionem iuris pro se, tum etiam, quia huiusmodi verba sunt prolata ab habente potestatem disponendi in dispositione certa, & ideo important causam, non conditionem, Felin. in cap.2. nume. 10. de rescript. & tenuit Rota coram bon. memor. Lauretano in causa Cassinense iurisdictionis 5. Nouembris 1576.

Et hoc etiam euidentissime apparet, cum Monachi eximantur à iurisdictione D. Archiepiscopi quoad regularia instituta tantum, quæ exceptio † firmat regulam in omnibus casibus expresse non exceptuatis. Bar. in l.quæsitum.§ denique.ff.de fun.instruct. & præsertim quoad alia nō expressa exemptio extendi nequit, l.qui in aliena §.libertus, ff.de neg.gest.

Nec placuit Dominis, verba Bullæ esse intelligenda de iurisdictione quo ad Ecclesiam tantum, quia Bulla vlterius prosequitur, scilicet, vel excessus perpetratos vel perpetrandos, quæ dispositio non solum est generalis, comprehendens omnia, sed etiam augmentatiua propter dictionem *vel*, quæ † ampliat dispositionem etiam ad diuersa, Csauet. consil.326. nume.2. Quæ eo magis vera sunt, quia cum iure communi concordant, à quo verba statutorum interpretationes assumerent, vbi dubia viderentur, l.2.C.de noxal. c.cū dilectus.de consuet. Alexand.in l.nam quod.§.non omnis. ff.ad Trebel.Ias.in auth.nouissima.ou.24.C.de inoff.testam. Vnde non potest dici vigore Bullæ iurisdictionem Do.Archiepiscopi restringi vltra quā ipsamet Bulla faciat.

Nec sufficit, quod Episcopus non habeat iurisdictionem, etiam quod procedatur in figura iudicij, cum isti Monachi sint ordinis Sanct.Benedicti, Abb.in cap. quanto.de offic.ordin.Rom.consil.175.cum alijs.nam omisso, quod isti Doct.non loquuntur, quando Ecclesia est cathedralis Regularis, contrarium est verius de iure, c.cum personæ, de priuileg. in 6.cap.1. de offic.ordin.c.omnes basilicæ, 16.q.7. & tenent in d.c.4.Innoc. num.1.Host.nu.9.Ioan. Andr. nu.15. Anchas. num.6. Henricus Boich.nu.4.Bellem.num.4. vers. aut igitur. & Bott.num.20.Dec.in c.sua nobis.num.16.de confir. vtil.vel inutil. Firman.de Episc.lib.4.p.2.q.35. nu.81. vers.& quia dixi. Cappel. Tholos.dec.309.& hanc opinionem tanquam veriorem,& cōmuniorem sequuta fuit Rota in causa Augustana iurisdictionis 27.Maij 1573. coram bonæ memoriæ Oriolan. & in alia Cæsar Augustana exemptionis, 13. Nouembris 1567. & 28. Martij 1588. & 12.Februar.1590.coram bonæ memoriæ Orano.

Minus etiam subsistit, dum dicitur, quod in omnem euentum cessat iurisdictio Dom. Archiepiscopi, stantibus priuilegijs venerabilis congregationis Cassinensis, cui fuit vnita congregatio Sicula, dicto cap. cum personæ. de priuil.106. Corn. d.consil.193. nu.7. lib.2.Cappel.Tholos. dec.309. & censuit Rota in prædicta dec. Cottæ.

Nam fuit responsum, quod vnio † intelligitur facta sine præiudicio tertij, cap.2.de selig.dom. Rebuff. in praxi. titu. de elect. in colleg. vers. & in hac erectione. circa med. ibi, & hæ erectiones. Pur.dec.264.n.3.li.2. Vnde per talem vnionem non censetur derogatum iurisdictioni Archiepiscopi.

Et cessat omnis difficultas, quia in Bulla erectionis congregationis Siculæ, in cuius locum subrogata est congregatio Cassinensis, expresse legitur, sine præiudicio iurium Archiepiscopi, quare huiusmodi priuilegia non possunt Monachis suffragari, dum degunt in Monasterio Montis Regalis, iurisdictioni Archiepiscopi subiecto, c.1.§.in eos.de priuil.in 6.ibi, nisi forsan ipsi Monachi, vbi Franc.in 2.not.& Gemin.num.3. & 6. Caputaq.dec.59. in fi.

Nec facit, quod monachi habeant mensam separatam, & de qua disponunt, & quod negotia Archiepiscopi, & monachorum sint separata, quia ex hoc non potest inferri ad non iurisdictionem Dom. Archiepiscopi, c.edoceri. de rescr. Et videmus, quod Capitula secularium ecclesiarum habent mensam separatam,& negotia separata, & non propterea iurisdictio Episcoporum eliditur. tot.tit.de his, quæ si à patre. fi. contr. Can.Doct.in d.c.edoceri. de rescript.

Neque etiam monachis suffragatur dispositio sacri Conc.Trid.sess.21.c.8.quia loquitur de monachis existentibus in locis exemptis à iurisdictione ordinarij, quales non sunt degentes in monasterio Montis regalis, per supradicta.

Et ita conclusum fuit, omnimodam iurisdictionem spectare in omnibus ad Reuer. Dom. Archiepiscopum, præterquam quoad regalia instituta tantum.

GYPSII.

Romana Cambiorum, Lun.17.Decemb.1584.

ARGVMENTVM.

Ad damna occasione Cambiorum prouenientia quis teneatur.

SVMMARIA.

1. *Damnum absque mora non debetur.*
2. *Mora sine scientia non committitur.*
3. *Ignorantia præsumitur in muliere.*
4. *Iuramentum absque interpellatione in mora constituit.*

DECISIO DCCLXXI.

MAndatum ab A.C.relaxatum fuerat, tam contra illustris. Dom. Ersiliam de Monte, quàm R. D. Anton. Bandinum, qui vti principalis in quadam officij societate pro ipsa se obligauerat, metuque dicti mādati sortem & fructus, habita in oicem cessione soluerat, & summam postmodum similem, vt sibi satisfaceret, ad cambium acceperat in suis libris dictam Illustris. Dominam Ersiliam vt dictum pro conto à patre debitum creauerat, & super cambijs tenuerat, quæ successiue in pluribus, ac diuersis partitis intra quinquennium, vel paulo amplius pecunias creditori ex causa societatis solutas dicto Bandino restituerat, sed ad dāna occasione dictorum cambiorum prouenientia se teneri negabat. Ideo causa pluries proposita, Domini postremo ad duo præcipue difficultatē restrinxerunt, videlicet, an isto casu fuisset opus Illustris. D. Ersiliam prius certiorare, aut interpellare, & si sic, An de ea sufficienter constaret.

Quantum ad primam partem attinet, conclusum fuit, interpellationem plane desiderari, siquidem haud negari posse dignoscitur, interesse, seu damnum † absque mora non deberi, ad not.in l.quod te.ff.si cer. pet. cum simil. & hoc adeo verum esse existimatur, vt pactum non valeat quod mora cessante illud debeatur, Aretin.de communi testatur. cons.151.col.fin.vers.ad secundum dubium. Aymon. cons.320.nu.2. sed mora † sine scientia, aut interpellatione non committitur. l.mora.de vsu.l.Titia.§.vsuras, ff.de leg.2. & vtrobiq; Doct.Bar.& Paul.Cast.in l.si duo §.hæc autē verba, de const.pec.Scrib.in d.l.quod te.si cer.pe. Bero.cōs.205. num.7.lib.3. quoniam mora non habet locum nisi aduersus eum, qui est in dolo saltem præsumpto, seu lata culpa, l.fi.§.idē iuris aūt erit.ad ff.Rho. de iactis, Alex.

in l.si mora.ff.sol.matr. Alex.cons.204.tomo 3.lib.8.

Non obstat, quod Mohed.decis.102.in fi.cõtrarium tenuerit, quoniam ibi aduersus eum agebatur, qui ad certam diem præcise restituere debebat, alias ad omnia damna, & interesse deuinctus erat, & sic ignorantiam nullo pacto prætendere poterat, iuxta doctrinam Innocentij quam multi sequuntur, quos referunt addentes post Rom.cons.94.& 101. Rol.cons.35.num.2. lib. 1. sed in hac facti specie hoc locum sibi vendicare non potest, cum Illustriss. Et silia aliquid Bandino restituere, nisi in euentum solutionis non haberet, quam vno, vel alio die fuisse factam ignorasse affirmat: & videtur

3 sibi credendum eum in muliere præsumatur † ignorantia, Ias.in l.si quis id quod, de iurisdic.om.iud. Mohed. decis.157.eo quod magis in facto alieno.l.fi.& ibi Bar. pro suo. Ber. vbi supra.nu.3. Vnde casui nostro minime adaptari posse, satis clare percipitur.

Præterea esto, quod verisimiliter dictæ societatis extinctionem sciuerit, non ideo in tali mala fide, & mora constituta debuit censeri, vt sub cambiorum vsuris tenenda esset, præsertim si interpellata soluere illico parata extiterit, secundum Corn.cons.206.nu.5.lib.2.vbi ponderat d.l.quod te. ff.si cert. petat.

Et interpellationem necessario desiderari, tum ex illa ratione Dominis suaderi posse videbatur, quod valdo iniquum esset vno atque eodem tempore quem obligari, & in mora constitui, ad Doct. Bar.in l.cum qui. §. si iurauero. num.3.& ibi Castr.de iureiur. Cagnol. qui alios citat. in l.2.q.41.nu.160.C.de pact.inter empt.& vend.& nonnulla in hunc sensum congerit Gram.dec. 103.nu.165.Bero.cons.205.nu.15.lib.3.& ante eũ Dec. cons.2.nu.5.ver.nam quando.cum etiam hodie præualeat opinio Ang.& Castr.in l.fideiuss.pro venditore.de fideiuss.vt animaduertit Galles.ad tertiam partem obligationis, cum de personis petere ex re.num.1.scilicet, quod fideiussor ante solutionem aduersus principalem debitorem experiri negat, nec quicquam facere videtur obiectum de fideiussore, qui pecunias etiam sub vsuris accipere, & creditori satisfacere põt. l.si vero non remunerandi.§.simili.l.si mandatũ.§.si fideiussor.mandati. quia ad effectum satisfaciendi ipsimet fideiussori nisi præcedente notitia vel debitoris interpellatione id sibi locum assumere nequit per ea, quę supradicta sunt.

4 Non obstat, quod iuramentum absque † interpellatione in mora constituat. Crauet.cons.64. num.2.lib.1. late Gabr.de iureiur.concl.1.quoniam posset procedere, si Illustrissim.D.Ersilia omnino se Bandinensi restituere certa die explicite sciuisset, prout in contrarium adducta loquuntur, maxime cum iuramentum assumat naturam actus, super quo interponitur, Gabr. vbi supra conclus.10.

L I T T Æ.

Placentina restitutionis Fructuum, Mercur. 10. Decembr. 1597.

A R G V M E N T V M.

An Canonici, vt singuli, teneantur restituere pecunias per ipsos habitas.

S V M M A R I A.

1 *Pacta inter contrahentes ad vnguem sunt seruanda.*

2 *Repetitioni locus non est, quando quis indebitum scienter, & voluntarie soluit.*

3 *Interesse non debetur, vbi mora non cadit.*

4 *Vsuræ solutæ semper repeti possunt.*

D E C I S I O DCCLXXII.

PRæpositus, & Canonici Ecclesiæ S. Antonini ciuitatis Placentiæ, vti Domini directi nonnullorum bonorum, quæ possidentur à Dominis de Casatis vigore inuestiturarum antiquarum sub annua pensione trium denariorum, & vnius candelæ ceræ, prætendentes caducitatem, & deuolutionem dictorum bonorum aliquibus de causis, eam verò non admittentes Domini de Casatis decreuerunt ambæ partes ad hanc conuentionem seu concordiam, vt scilicet Casati pro totali liberatione dictorum bonorum soluerent libras 78.m. Imper. hoc modo, videl. lib. 60. intra 12. annos, & interim libras 1700. annuatim pro fructibus, qui per dictum Capitulum verosimiliter percipi possent ex directo dominio, & quocunque iure vendito, reliquas verò 18. libras intra alios quatuor annos elapsis dictis 12. annis absque fructibus, cum pacto inter cetera, quod prædictis omnibus, & singulis in instrumento dictæ concordiæ contentis accedere debeat consensus, & confirmatio Apostolica, & non alias, aliter, nec alio modo, sed quod interim non differatur solutio dictarum librarum 1700. & in euentum, quod dicta confirmatio omnium, & singulorum in dicto instrumento contentorum non sequatur, quod tunc prædicti Canonici non tanquam Vniuersitas, & Capitulum, sed vt singuli, & particulares teneantur in forma Cameræ restituere prædictis de Casatis totum illud, quod sibi solutum fuerit ratione dictorum fructuum, ab anno verò 1587. citra per Casatos plures factæ fuerunt solutiones in causam dictorum fructuum prædictis Canonicis, & cum de anno 1589. petita fuisset à Sanctiss. confirmatio dictæ concordiæ, & omnium contentorum in ea, fuit rescriptum Vicario & Proposito Placentino, vt se de præmissis informarent, & si ipsis constaret illa cedere in euidentem dictæ Ecclesiæ vtilitatem, ea perpetuo confirmarent cum decreto tamen, quod dictæ libræ 78. in emptionem bonorum immobilium vnico contextu conuerterentur, nec prius sententia confirmationis daretur, quam re vera dictæ pecuniæ in huiusmodi emptione conuersæ fuissent, & subdit Papa per præsentes, non intendimus aliquo modo approbare pactum soluendi dictas pecunias quotannis pro fructibus, hoc ita stante, si in euidentem rescripto, illoque in partibus præsentato Canonici instabant pro illius executione, Domini autem de Casatis pro recuperatione pecuniarum, quas interim loco fructuum persoluerant prædictis Canonicis iudices verò delegati suam sententiam diffinitiuam tulerunt, in qua inter alia condemnarunt Casatos ad soluendum inconuenienti dictas libras m. 78. ad effectum eas implicandi iuxta Papæ rescriptum, & interim ad eas deponendas in Arca Sacristiæ dictæ Ecclesiæ, saluis in reliquis iuribus vtrique parti ratione pecuniarum interim solutarum per Casatos prædictis Canonicis & quas Casati prætendunt sibi compensari debere. A qua sententia Casati appellarunt, & causam obtinuerunt committi etiam respectu restitutionis dictarum pecuniarum loco fructuũ, interim solutorum Vicario Cremonensi. Canonici verò, eam obtinuerunt committi in Rota cui commissioni non acquiescentibus Casatis supra mem. vtraque parte informante, causam executionis dictarum literarum si in euidentem præuia auocatione à Rota Vicario Papiensi committi firmo remanente in Rota coram me iudice restitutionis dictarum pecuniarum. Vnde dubitaui, An Canonici vti singuli teneantur restituere Casatis dictas pecunias per ipsos habitas, quod dubiũ Domini affirmatiue resoluerunt, ea moti ratione, quia eo ipso quod Papa noluit confirmare dilationem, nec pactum illud de soluẽdo interim loco fructuum quolibet anno libris illis 1700. factus fuit locus obligationi Canonicorum ad restituendum illud omne, quod interim in executione dicti pacti consequuti fuere, ad text. in l. cedere diem. ff. de verbor. significat. pa-

1 cta namque inter † contrahentes ad vnguem sunt seruanda, l.1.§.si conuenerit.ff.depositi.cap.1.§.si id propter. quæ fuer.prima causa benef.amit.in vsib.feud.cũ alijs per Menoch.cons.15.nu.1.& 16.lib.1.Et ad illud, quod licet Papa non approbarit prædictum pactũ, illud tamen etiam expresse non improbauit, fuit respõsum,

satis

satis esse ad effectum, vt intret obligatio Canonicorum respectu dictæ restitutionis, quod illud non confirmarit Papa, ad hoc restricta sit eorum obligatio, vltra quod cum pactũ illud esset correspectiuum ad dilationem, & solum propter illam cõuentum fuisset inter partes, vt interim soluerent dict. libras 2700. vtiq; denegata per Papam dilatione etiam de iure corruit ipsa conuentio respectu dictæ solutionis, ad tex. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. Aymon cons. 170. n. 13. tenuit Rota in vna Comẽsi Præposituræ 4. Iulij 1584. coram bonæ memoriæ Bubalo & in alia Melphitana iuris patronatus 19. Ianuar. 1594. coram Illustriss. Mãtica. Vnde merito interim solutum per Casatos vti indebite solutum repeti potest, ad tex. in l. eleganter. ff. de cond. indeb.

Nec est verum, quod tale indebitum scienter, & vo-
3 luntarie soluerint, quo casu † non est locus repetitioni, l. 1. ff. de cond. ind. & l. indebitum. C. eod. siquidem quia primæ solutiones fuerunt factæ pendente conditione beneplaciti Papæ, posteriores verò cum expressa protestatione, qua præseruatum fuit ius hoc repetendi, ad tex. in l. si debitori. §. 1. vbi glo. & Bar. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & not. per Socin. sen. cons. 46. nu. 18. lib. 4. & per Ruin. iun. cons. 263. num. 57. lib. 3. Nec hic intrare potest ad fauorem Canonicorum æquitas, l. curabit. ff. de actio. empt. stante quod Casati ex contractu gesti inter ipsos, & Canonicos tale quid fructiferum non fuerunt consequuti, ex quo potuerint deberi Canonicis vsuræ aliquæ recompensatiuæ, iuxta not. per Couar. var. resolut. lib. 3. c. 4. num. 5. nec respectu pretij conuenti potest aliquod interesse pretendi à Canonicis cum Papa noluerit solutionem illius deferri posse, sed in continenti fieri debere per Casatos: &
3 interesse non debetur, vbi mora † non cadit, l. in insulam. §. vsuras. vbi Bart. & Io. & Imol. num. 8. ac ceteri Doct. hoc communiter notant sol. matr. late Affli. decis. 284. per totum. vltra quod cum dicta pactio aliquid certi, & indeterminati pro interesse contineat, vsuraria est, & vti talis nõ subsistit, Socin. sen. cons. 140. nu. 10. lib. 4. de mag. con. Silu. cons. 10. nu. 46. & vsuræ
4 solutæ † semper repeti possunt, c. tuas. de vsur. cum alijs hic per informantes alijs allegatis.

P E N I Æ.

Perusina Liquidationis, Merc. 16. Nouemb. 1594.

A R G V M E N T V M.

Regulariter mandatum executiuum non dat creditori possessionem super bonis debitoris. Ideo non statim post factam executionem præsumitur quis desiisse possidere.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor legitime probare tenetur, creditorem post executionem habuisse possessionem bonorum debitoris, super quibus executio fuit decreta & facta.*

D E C I S I O DCCLXXIII.

FVit conclusum, non constare de sufficienti liquidatione damnorum & interesse passorum per Dominum Marescottum propter executionem factã per Dominum Marchionens. à Cornea super Molendino. primum enim non erat sufficienter probatum, quod à die 26. Iunij anni 1579. quo facta fuerat executio, vsq; ad diem 6. Maij 1585. quod Marescotto fuerat Molendinum restitutum D. Marchio possederit, & perceperit omnes fructus, & cum regulariter mandatũ executiuum non det creditori possessionem super bonis debitoris, ideo non statim post factam executionem præsumebatur dictus Marescottus desiisse possidere.

Ad effectum verò consequendi damna & interesse
1 debitor † legitime probare tenetur, creditorem post executionem habuisse possessionem bonorum debitoris, super quibus executio fuit decreta, & facta, & debitorem fuisse eo tempore impeditum fructus percipere, Dec. cons. 85. num. 3. Bal. in l. 1. nu. 1. C. si aduers. vend. pign.

L A N C E L L O T T I.

Bononiensis Dotis, Merc. 24. Maij 1600.

A R G V M E N T V M.

Ob retardatam dotis solutionem an quid debeatur.

S V M M A R I A.

1 *Damnum emergens ob retardatam dotis solutionem probari debet.*
2 *Interesse lucri cessantis non probatur ex potentia propinqua lucrandi.*

D E C I S I O DCCLXXIV.

POst obitum Dn. Hyppolitæ censuerunt Domini, nihil deberi Capitulo Prothesilao ob retardatam dotis solutionem, non quia ratione fructuum, quia iam fuit decisum coram R. P. Domino Pamphilio 4. Iulij 1597. non deberi ex hac causa aliquod interesse, neq; etiam ratione damni emergentis, quia tale damnum
1 † emergens non probatur: licet enim constet, ipsum accepisse ad cambium alias pecuniarũ summas, tamen non probatur in indiuiduo, quod ex ista causa, nempe propter non factam solutionem in tempore acceperit pecunias ad cambiũ, quæ probatio est necessaria, quia potest esse quod ex alia causa illas acceperit iuxt. decis. Mohed. 2. de vsur. & fuit resolutum in causa Romana pecuniaria de Sambeccarijs 7. April. 1581. coram Lauretano, & in vna Romana vineæ de Brun. 2. Decembr. 1591. coram bon. memor. Otano, & in terminis pecuniæ captæ ad cambium in causa Romana cambiorum 15. Maij, & 16. Iunij 1592. coram R. P. D. meo Mellino.

Nec denique debetur aliquid ratione lucri cessantis. nam quamuis ipse moram passus fuerit, & quamuis non esset solitus tenere suas pecunias otiosas, atta-
2 men non probatur lucri † cessantis interesse ex potentia propinqua lucrãdi, nempe quod certas merces præ manibus haberet, in quas potuisset in continenti facta solutione pecunias prædictas receptis erogare, & quas ob defectum pecuniarum debitarũ emerit. hoc enim est tertium requisitum, Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. quem semper Rota sequitur in hac materia, Mohed. decis. 3. de vsur. Put. in eod. tit. decis. 3. & 237. lib. 1. vbi multæ auctoritates allegantur. Aym. consil. 320. num. 6. & plures refert Moder. de arb. iud. cas. 119. & fuit pluries resolutum, super quo requisito testes nihil deponunt sufficienter in specie, sed solum in genere.

Nec in hoc casu Rota admittit probationem præsumptiuam, nec illam, quæ resultat ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones collocandi pecunias ad lucrum, vt fuit resolutũ in causa Romana fructuum locatorum 26. Aprilis 1591. coram Illustriss. Blanchetto, quicquid voluerit Couuar. & quicquid alias fuit dictum in vna Anconitana coram Brauo, & in alia Prænestina coram Vicecomite, quæ decisiones, & auctoritates in Rota pluries allegatæ semper fuerunt reiectæ.

L I T T Æ.

Mediolanensis Pecuniaria, Merc. 27. Martij 1602.

A R G V M E N T V M.

Cambia & recambia vt debeantur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum, quæ requirantur.

S V M M A R I A.

1 *Cambia & recambia vt debeantur quæ requirantur.*
2 *Assertioni partium non est standum in prohibitis. Et quare. ibid.*
3 *Reipublicæ interest, ne via aperiatur fraudibus & vsurariæ prauitati.*

DE-

DECISIO DCCLXXV.

DVbitatum fuit, An constet pecunias, de quibus agitur fuisse, vel non fuisse captas ad cambium, & recambium in casu, & ad effectū de quo agitur, qui est vt pro dictis cambijs, & recambijs potuerit de iure Dominus Constantinus Magnus constitui debitor societatis, alias cantantis sub nomine de Annonis, & Blanchis, & hodie de Verganis, & post maximam contumaciam illorum de Verganis in informando pro negatiua fuit resolutum in informantibus duntaxat procuratori, & Aduocatis Domini Constantini. Et ea ratione moti fuerunt Domini, quia vt debeantur cambia, & recambia mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum plura † requiruntur. Primum est, quod vbi creditor non habeat facultatem à debitore in casum moræ accipiendi pecunias sibi debitas ad cambium, & recambium damno ipsius debitoris, non possit id facere nisi præmissa protestatione & intimatione de hoc ipsi debitori, Secundum est, vt vtroque in casu cum effectu & realiter dictæ pecuniæ per creditorem accipiantur, in dictum casum ad cambium, idque notificatur ipsi debitori ad effectum, vt certo sciat, debitum suum iam esse sub vsuris, & vbi velit, valeat se liberare à futuris soluendo quod debet, vt fuit resolutum in illa Romana pecuniaria de Sambeccarijs 7. Aprilis 1581. coram Cantuccio, & in illa Romana vineæ de Brunis 2. Decembris 1591. coram Orano, & in illa Romana cambiorum de Gradis 11. Maij 1592. coram Reuerend. P. Domino meo Mellino, & tandem coram me in Romana pecuniaria 15. Decembris 1599. Vnde licet in hoc casu ex conuentione partium, de qua in Summario, numer. 1. constet de facultate concessa creditoribus accipiendi pecunias debitas per Dominum Constantinum, & fratrem ad cambium & recambium vsque ad integralem solutionem debiti eorum, non tamen constat de alijs requisitis, & sic quod vere, & realiter pecuniæ prædictæ fuerint ad cambium, & recambium in ipsamet causa expressim acceptæ, fuerint ipsi debitores de prædictis certiorati, prout requiri videtur ad effectum, de quo supra, cum ex resolutione processus de partibus per quam solet probari negatiua, non constat de libris cambij in dictam causam, & quod illæ vere transmissæ fuerint ad nundinas, prout requiri videtur ad effectum, vt constare dicatur de ipsis cābijs licitis tantum. Sap. in tract. de vsur. concl. 3. §. 2. nu. 23. & proponit Rota Ian. decis. 3. n. 11. & quod magis expresse declaratur in constitutione Pij V.

Nec facit, quod in sodalitatibus factis inter partes fuerint admissa cambia, & recambia, de quibus agitur, siquidem quia in prohibitis † non est standum assertioni partium, ne in eorum potestate sit facere licitum, quod alias illicitum est, Barr. in l. si forte. ff. de Castr. pecu. Ias. in l. si donatione. 2. de coll. cum mille similibus. quia plurimum Christianæ Reipub. conducit, ne hoc modo aperiatur † via fraudibus, & vsurariæ prauitati, quæ omni iure prohibita est, Auth. ad hoc. cum ibi not. per glo. & Io. And. C. de vsur. & c. 1. per totum tit. ex. eod.

Accedit, quod ex pactis debiti ipsius Constantini, de quibus in summario num. 2. non potest colligi, quod in rei veritate pecuniæ per eum debitæ, fuerint cambiatæ, sed potius quod dictum debitum fuerit in dies auctum, habita ratione cambiorum, quod communiter fiebant per nondinas Besonzont: & quod res ita se habeat, non parum arguitur ex denegatione exhibitionis librorum dictæ societatis, in quibus per mercatores omnia diligenter annotantur, maxime cum impedimentum respectu dictæ exhibitionis causatum, vt prætensus à senatore Mediolanensi præsumatur procuratum ab ipsis Verganis, quorum interest, ne appareant dicta cambia esse minus realia, ad text. in l. 1. §. sed & si quis. C. de lat. lib. toll. cum alijs hic latius deductis per informantes. Ex quibus fuit resolutum vt supra.

PENIÆ.

Romana donationis, Lunæ 27. Aprilis 1592.

ARGVMENTVM.

Donatio facta vxori ob synceram dilectionem, qua eam maritus prosequitur, an valeat, donatione inter viuos, in qua omnia requisita tam à iure communi, quàm à statutis seruata sunt.

SVMMARIA.

1 *Simulationem proponere non sufficit, nisi etiam simulandi causa doceatur.*

2 *Donationes mutua inter virum & vxorem cur sint prohibita contraria matrimonio.*

3 *Coniunctis cum donatur, præsumptio capienda est, quod donatio potius contemplatione proximitatis, quam doli ac fraudis fiat.*

4 *Tempus 10. annorum elapsum inter donationem factam & debita, cum alijs creditoribus contracta, omnem fraudis suspicionem excludit.*

5 *Præsumptiones ex quibus arguitur simulatio, ita demum operantur, si causa simulandi tempore donationis adfuisse doceatur.*

DECISIO DCCLXXVI.

DOminus Alexander de Grandis die 19. Feb. 1573. sponte & omni meliori modo sub certis conditionibus & substitutionibus donauit Dn. Lęliæ Massæ, eius vxori ob synceram dilectionem, qua eam prosequebatur donatione inter viuos duo Casalia Palanū, domos, massariam pecudum, & alia quædam in instrumento donationis specificata in Vrbe, & eius territorio existentia, non tamen omnia, quæ ipse possidebat, cum pleraque penes se retinuerit, eo addito pacto, vt post obitum donatariæ, eadem bona filijs masculis cōmunibus restituere, & filias etiam communes congruenter dotare teneretur. Interim Alexander donator victum, & vestitum, & facultatem administrandi eadem bona donata cum clausula constituti sibi reseruauit. Hanc donationem in Cella Vicarij S. Petri de Montone coram tribus religiosis testibus celebratam, & per D. Falium Antonium Notarium, ipsius donantis affinem receptam die 25. eiusdem mensis, & anni dicta Lælia acceptauit, & eadem die coram 2. Collegij Curiæ Capituli pro tribunali sedendi hora audientiæ solitæ seruatis statutarijs solennitatibus fuit rite donatio eadem insinuata, Ceterum quia creditores, qui post factam donationem cum Alexandro contraxerant eam tanquam fraudulentam, ac simulatam reuocandam prætendebant, quibus e contrario se opponebant dicta Lælia, & eius filij, quibus vigore donationis & substitutionis in ea facta fuerat ius quæsitum. Dubitatū, An donatio prædicta sustineretur, & vtraque parte informante, & suas prætensiones tam in facto, quàm in iure proponente; Domini die Lunæ 27. Aprilis censuerunt donationem fuisse validam:

Et quia pro parte creditoris non opponebatur defectus solennitatis, omnia enim requisita tam à iure communi, quàm à statutis in ea seruata fuisse apparebant, sed solum arguebatur fraudis, & simulationis ex multis coniecturis. Ideo has coniecturas cum alijs conferre oportuit, vt illis staretur, quæ vrgentiores viderentur. Quæ verò pro sustinenda donatione afferebātur, vrgentiores, visæ fuerunt in hoc casu.

Aderat enim primum instrumentū donationis omnibus solennitatibus munitum; subsequebatur insinuatio, & iudicis decretum, & spectata probitas, & bona conditio donantis & donatariæ, æs alienum multo post contractū donationis tempore extiterat cōtractū,

Denique

Denique non apparebat causa simulandi, cum tamen non sufficiat proponere simulationem, nisi etiam simulandi causa doceatur, l. Patronus. ff de probar. Anch. cons. 227. num. 2. Bar. cons. 65. incip. factum tale. nu. 4. Idem in l. post contractum. nu. 3. vers. 2. præsumptio. ff. de donat. Alex. cons. 111. incip. viso superiori. lib. 5. cons. 28. incip. in causa, & lite num. 12. lib. 5. Illa etiam coniectura visa fuit Dominis simulationē excludere, quoniam in pactum fuerat deductum, vt post obitum donatariæ bona reuerterentur ad filios donatoris, ad quos alias de iure peruenire debebant.

Neque cōiecturæ adductæ pro creditoribus suadebant ab hac decisione recedendum: nam quod dona-
1 tio esset inter virum & vxorem, & inter quos † constāte matrimonio prohibitæ sunt mutuæ donationes,
2 ne in † paupertatem incidere compellantur, c. fin. de don. inter vir. & vxor. l. 3. ff. eod. non persuadebat simulationem, præterquam quod donatio nō fuerat de omnibus bonis: multa enim bona libera remanserant penes donantem, Abb. in d. c. fin. nu. 9. de don. inter vir. & vxor. Dec. cons. 202. nu. 2. vers. alia est opinio. & consil. 232. nu. 6. & hanc esse magis commun. opinionem, voluit Alber. cons. 4. nu. 12. Rol. cons. 8. n. 6. lib. 1. Ayun. cons. 101. nu. 2. & cons. 245. nu. 11.

Et hinc quoque sufficienter censebatur sublata alia præsumptio simulationis de donatione facta coniunctæ personæ: nam nisi aliæ coniecturæ vrgentiores simul concurrunt, ista satis leuis putabatur, Crot. cons. 182. nu. 77. lib. 2. cum propensiores esse soleamus ad donandum coniunctis, quam extraneis personis, & pro-
3 pterea cum coniunctis † donatur illa præsumptio capienda est, quod donatio potius contemplatione proximitatis, quam doli, ac fraudis fiat, Cras. in d. l. post contractum. n. 9. ff. de donat.

Nec fraus arguebatur ex eo capite, quod donatio esset facta de maiori parte bonorum. nam cum constitueretur facta ante contractum æs alienum, non putabatur alicuius fuisse momenti, vt inde dolus argueretur, Bart. d. consil. 65. nu. 4 & 5. d. l. post contractum. nu. 2. & in l. si ventri. §. si. ff. de priuil. cred. in simul. Anchar. cons. 251.

Minus colligi poterat simulatio ex eo, quod donator remansit in possessione & administratione bonorū donatorum, quia præterqoam quod ista præsumptio non est sufficiens ad fraudem præsumendam, Ias. in §. item si quis. nu. 41. Instit. de actio. Pich. in l. post contractum. nu. 49. ff. de donat. Bart. d. cons. 65. num. 5. ex facto satis cessat obiectio, cum expresse fuerit in donatione deductum, vt donator administrare posset; si vellet, addita clausula constituti, quæ excludit omnem fraudis, & simulationis suspicionem, Bart. d. cons. 65. nu. 4. Rol. cons. 246. nu. 1. Soc. cons. 264. lib. 2. vers. sed licet quisquam.

Præterea ex eo, quod Dominus Alexander donator die 26. eiusdem mensis, & anni, quo fuit facta donatio, imposuerit annuum censum scuta 680. auri in auro super vno ex Casalibus vxori donantis, illudq; vendiderit Syluestro Gottardo pro pretio scutorū 8000. similium, non poterat inducta videri fraudis præsumptio. Cum enim donatio facta Læliæ non fuerit de omnibus donatoris bonis, & penes eum remanserint alia bona libera excedentia dictam summam, cessauit proculdubio titulus de his, quæ in fraudem creditorum, Bart. in d. l. post contractum. sicut cessauit etiam ex eo, quod donator pro Dom. Estensibus se obligando ab eis fuerat releuatus indemnis. Nec aderat periculum, vt propter eam obligationem mali aliquid pateretur. Denique cum illis creditoribus iam fuisset satisfactū, nec hodierni successissent in locum illorum, non satis apparebat, quo iure competeret eis inde allegare fraudem, l. ait prætor. §. ita demū, & l. si quis. ff. de his, quæ in fraudem credit.

Ex recordatione facta eidem Alexandro per D. Læliam potius censebatur inducta videri validitas donationis, quam aliqua eius simulatio, quoniam si simulata fuisset, ex quo inde reddebatur nulla, non erat necessarium retrodonare, Soc. cons. 264. nu. 7. lib. 2. Aret. cons. 96. nu. 5

Et quamuis Dom. Lælia retrodonando asseruerit, non parū dubitari posse de validitate donationis, quæ fuerat facta constante matrimonio, nec ipsa illius possessionem acceperat, dictus Alexander donator in possessione remanserit, & bona donata administrauerit, nō ideo corruerat donatio alias solenniter, & sine præexistēte simulationis, & fraudis causa facta; & cum ex prædictis potuerit istas causas non efficere inualidam donationem, assertio Læliæ, tanquam erronea, non videbatur consideranda. Roland. cons. 13. num. 29. lib. 1. locus celebrati contractus satis alienus putabatur ad inducendam præsumptionem simulationis, præsertim cum & ad testamenta condenda & ad alios contractus inter coniunctas personas celebrandos sæpe talia religiosa loca contrahentes adire solent, quibus proptere a, nec religiosi testes vel consanguinei eorum instrumenta recipientes præsumptionem fraudis afferre debent, & ad summam iste locus hominis, non vrgentes iuris, aut legitimæ præsumptiones esse censebantur.

Denique omnem fraudis suspicionem excludere vi-
4 debatur † tempus elapsum inter donationē factam, & debita cum istis creditoribus contracta. nam cum fortasse elapsi fuerint 10. anni, vt rei gestæ series ostendebat, non poterat censeri donatio facta in fraudem creditorum tn cogitatorum, ac ne animo quidem conce-
5 ptorum, maxime cum præsumptiones, † ex quibus arguitur simulatio, ita demum operentur, si causa simulandi tempore, donationis affuisse doceretur, Boss. tit. de bon. publ. nu. 45. & multis seq.

SERAPHINI.

Romana Donationis, Lunæ 27. April. 1587.

ARGVMENTVM.

Argumento non indiget.

SVMMARIA.

1 *Statutum habilitans personam non extenditur ad bona sita extra territorium.*
2 *Donatio sustinetur propter iuramentum in contractu donationis appositum.*
3 *Iuramentum interpositum die Dominica est nullum. Contra nu. seq.*
5 *Iuramentum valet in extraiudicialibus.*
6 *Actus extraiudiciales tenent, & sustinentur.*
7 *Iurare nisi ex causa necessitatis non licet.*
8 *Auctoritate veterum Canonistarum; & Summistarum in dubio standum est.*

DECISIO DCCLXXVII.

Illustriss. Dominus Valerius Vrsinus donauit omnia bona sua filijs Domini Ludouici Vrsini fratris, & donationis instrumentum celebratū fuit in Castro Collis veteris intra districtum Vrbis, cumque tempore donationis ipse esset maior 20. sed minor 25. annis orta fuit controuersia inter eum & Illustr. Dom. Iuliam Isabellam, matrem dictorum filiorum super validitate huiusmodi donationis respectu bonorum sitorum in ciuitate Firmi, quia licet statutum Vrbis lib. 1. c. 41. disponat, quod maiores 20. annis habeantur in omni negotio pro maioribus 25. annis, tamen deducebatur, hoc statutum non operari respectu bonorum sitorum extra territorium Vrbis: super quo articulo proposui causam die Lunæ 2. Martij proxime præteriti, & fuit per Dominos vnanimiter conclusum, statutum habili-
1 tans † personam non extendi ad bona sita extra territorium, ad doctr. Bart. in l. cunctos populos. num. 40. C. de summa Trin. & fide Cath. & ibi Bald. nu. 17. Alex.

consil.

consil.16.num.1.& ibi add.libr.1. Cur. iun. cons.108. num.31.Corn.cons.85.nume.8.lib.3. Gozad. cons.49. num.8.Soc.cons.239.num.2. in 2. Brun. in stat. stante masc.art.8.q.25.Castr.cons.32.num.1.lib.2. Tiraq. de iur.primogenit.q.46.num.27.Lap.alleg.91. num.2. & ibi add. Rim.iun.cons.5 num.207.lib.1. & cons.437. num.63. cum seq.lib.4. cum pluribus alijs per Informantes adductis. Quare fuit ex aduerso allegatũ, donationem sustineri propter iuramentum in contractu 2 † donationis appositum, ex disposit. Authent. sacramenta puberum. vbi glo. Bart. Paul.Ias.& alij. C.si adult. vend. sed super hac replicatione orta fuit controuersia ex eo, quod huiusmodi iuramentum fuit interpositũ 3 die Dominico, & ideo † nulliter, & contra tex.in c.1.de feri. & ibi Doctor. Lanfranc.in cap.quoniam contr.de probat.in fi.princ.Thom.Ferra.caut.4.Plot.in l.si quãdo.C. vnde vi.num.755. Moder.Mediolanen. de contract. minor.q.15.num.66. Moder. Cremon. cons.59. Vnde fuit super hoc particulariter dubitatum, & per Dominos conclusum pro validitate iuramenti ex dispositione c.cum contingat. de iureiur. c. quamuis. de pact.in 6. Vbicunque enim iuramentum sine dispẽdio 4 salutis † æternæ seruari potest, tunc est seruandum, & licet iurando peccet, non ideo debet concedi aliud peccatum, nempe periurium. Et hinc est quod Host. Innoc. Abb. & alij in d. cap.tenent, in extraiudicialibus 5 † valere iuramentum, & textum illum potius procedere de consilio, quam de præcepto, quia vbi Papa voluit actum annullare, prout in iudicialibus id fecit, c. fin. cod. tit. de fer. Et licet demus, prohibitionem illam esse generalem tam in extraiudicialibus, quàm iudicialibus, & ideo contrauenientẽ peccare, tamen hinc non bene infertur ad inualiditatem. nam pari modo 6 prohibentur eodem contextu contractus, † & nihilominus facti tenent, & omnes actus extraiudiciales, vt post Spec.de feri.§.sequitur num.5.tenent Doct. quos citant d. Moder.Cremon.nu.2.& 3. prohibitum etiam 7 est iurare nisi ex causa † necessitatis, c. etsi Christus. de iureiur. nihilominus iuramentum extra causam necessitatis præstitum est seruandum. Absurdum est enim vt pro vno vitando duo incurrantur peccata, alterum in iurando, alterum in peierando.

Præterea Summistæ omnes, Armilla, Caetana, Angelica, Tabiena, & Siluestrina in locis per dictos Moder. allegatis intelligunt illum text. esse de præcepto in iudicialibus, & de cõsilio in extraiudicialibus, & fere omnes post Hostien. dicunt de consuetudine non obseruari, vt tradit etiam summa Confess. tit.de fer. quæst 12. q.7. quod etiam obseruari videmus in conspectu summi Pontificis, qui admittit ad iuramentũ officiales Vrbis die vltima anni, quæ plerumque incidit in diẽ Dominicam, & ideo fortiora, & probabiliora visa sunt argumenta pro hac parte deducta ab illo Moderno, quã ea, quæ deducit pro contraria sententia. nam glos. in Clem.1.de iud.deleg. loquitur in iuramento iudiciali, & præter Lanfranc. ceteri per eum allegati sunt recentiores, & non conferendi cum auctoritate tot veterum Canonistarum, & Summistarum, quibus potius in dubio standum est.

Quę verò deducuntur per D.Quintilium in suo memoriali in secundo fundamento, sunt extra dubium, & poterit videri præsupposita validitate iuramẽti, An donatio respectu dictorum bonorum valeat.

SERAPHINI.

Ariminensis fructuum, Lunæ 1. Aprilis 1591.

ARGVMENTVM.

Solutio fructuum in qua moneta fieri debeat.

SVMMARIA.

1 *Moneta pro vna specie, solui potest, alia de iure communi.*

2 *Ratio valoris vniformiter est habenda scuti loci, in quo contractus initus fuit.*

DECISIO DCCLXXVIII.

FVit resolutum solutionem fructuum fieri debere hic Romæ in tanta moneta argentea, quæ constituat scuta auri in auro, in obligatione contenta, non so1 lum iure communi hoc liceat, vt pro vna † specie monetæ alia solui possit, dummodo creditoris non intersit, vt tradit Bart.in l.Paulus.num.3.de solut.sed etiam vigore conuentionis, expresse appositæ, vt possit fieri in moneta grossa argentea currenti: solum difficultas superest cum hæc materia debeat esse æquiualens scuto auri in auro, vt ex decisionibus alias factis coram me in vna Cameracensi æstimationis Floreni, & in alia Namiensi dotis, & corã R.P. D. meo Penia in vna Romana pecuniaria, cuius copia data fuit, qui valor scutorũ sit constituendus, an inspecto eius valore secundũ communem cursum ciuitatis Anconæ, an verò secundum cursum communem Vrbis. Et Domini censuerunt, inspiciendum esse cursum ciuitatis Anconæ, in qua fuit initus contractus, iuxta doctrinam Bart.in l. semper in stipulationibus. nu.2.vbi Cagn. nu.5.de reg.iur.Soc. cons.247.col.2.lib.2.Nat.cons.192.lib.1.

Non obstat, quod peti possit, vt fiat solutio in alijs locis in instrumẽto descriptis, & in specie hic Romę.... non tam respicit substantiam eius, quod in obligatione est deductum, quam facultatem conueniendi, & ideo non immutat eius substantiam, quia vniformiter 2 sit habenda ratio † valoris Scuti loci, in quo contractus initus fuit, quod maxime ex eo cõfirmatur, quod fuit habita ratio monetæ currẽtis Anconæ per illa verba, *in moneta grossa argentea*, quæ verba non videntur ita proprie conuenire vniformi monetę Romanę, ideo procuret Illustriss. Dn. Eques habere valorem auri in auro, secundum æstimationem Anconæ, habita ratione monetæ Romæ currentis.

Et ita conclusum.

PENIAE.

Taurinensis Matrimonij, Merc.24.Iunij 1590.

ARGVMENTVM.

Puella viri potente deflorata, si deflorator ipsi promisit se ducturum illam vxorem, an deflorator ad eam ducendam aut dotandam cogatur.

SVMMARIA.

1 *Puellæ defloratæ dos constituenda est, quam iuxta qualitatem ipsius, & consuetudinem regionis habitura esset.*

2 *Deflorator, si puella à se deflorata nuptias renuit, tenetur ad supplendum illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, & nu.5.*

3 *Puella per deflorationem fit deterior.*

4 *Deflorator iudicis autoritate cogendus est matrimonium contrahendum etiam cum in vita. Contra nu.5.*

6 *Puella in dubio semper præsumitur seducta.*

7 *Puella præsumitur in dubio virgo, sicut virgo nascitur.*

8 *Promissio conditionalis de vxore ducenda non multum vrget, quæ deficiente conditione non habet locum.*

DECISIO DCCLXXIX.

IOannes Philipp. Bononius Allasinam Moyam puellam viri potentem deflorauit, cui postmodum die 24.Ianuar.1588.in carceribus existens de abortu accusatus, per chirographum manu propria scriptum, se illam ducturum vxorem promisit, dummodo obiecti sibi criminis abolitio à principe impetraretur.

Allasina coram ordinario Tauriensi Boninum conuenit, vt se dotaret, & vxorem duceret.

Ordinarius Boninum ad eam ducendam aut dotandam condemnauit, quam sententiam in gradu appellationis Nuncius Apostolicus confirmauit.

Causa introducta in Rota pręmissis quibusdã pręsupposi-

suppositis, dubitaui an Boniuus Allasinam vxorem ducere, & dotare teneatur.

Et Domini quantum ad secundam dubij partem, concorditer tenuerunt obligari Boninum ad Allasinã dotandam, per tex. vbi omnes in c. 1. & 2. de adult. D. Antoninus in sum. par. 2. tit. 5. cap. 6. §. 1. Couar. lib. 4. decretal. cap. 6. §. 8. numero 15. Anton. Gomezius in l. 80. Tauri. numero 8. Ioann. Gutier. lib. 1. Canonic. q. cap. 37. Berardinus Dial. in pract. crim. can. cap. 77.

Quod si Boninus duxerit, satis esse constituere puel-
1 læ desloratæ † dotem, quam iuxta qualitatem puellæ, & consuetudinem regionis foret habitura, vt conformiter censent præcitati Doctores: Sin autem renuendas nuptias putauerit, iuxta dispositionẽ c. 2. de adult.
2 tunc teneri Boninum † ad supplendum illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, Abb. antiq. in dict. c. 1. de adult. vbi Ioan. Andreas. num. 9. in fin. Ancharan. num. 6. not. 6. Panormitan. nu. 4. Couar. lib. 4. decret. c. 6. §. 8. num. 15. & alij paulo antea relati: quia non est dubium, quin per deflorationẽ
3 deterior † sit facta puella, & ideo maiori dote indiget ad inueniendum virum sibi æqualem, & defloratorem, qui causam damni dedit, teneri ad illud compensandum.

Cessabit verò illud argumentum, quando corrupta cum dote consueta dari virginibus potest consequi aut consequitur maritum sibi æqualem, Couar. vbi supra. quod est de mente Scribentium in d. c. 1. & 2. de adult.

Quantum ad primam partem dubij, Domini etiam conformiter censuerunt, Boninum præcise ad Allasinam ducendam, iuxta cap. 2. de adult. vbi præceptũ de ducenda & dotanda virgine deflorata, non ponitur copulatiue, vt in cap. 1. sed disiunctiue. tametsi enim tres Canonistæ Innocent. Host. & hos sequuti Anton. de Butrio, Zabarella, & plerique alij in d. c. 1. de adul. te-
4 nuerint, defloratorem † etiam inuitum iudicis autoritate cogendum ad matrimonium contrahendum, specialiter esse ibi dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias intro cogatur.

Nihilominus contrariam sententiam vsu iudiciorũ
5 receptam † testantur Ant. Gomezius ad l. 80. Tauri. n. 8. vers. sed quæro. quæ sit pœna: sentit Panorm. in d. c. 1. de adult. Couar. Ioan. Gutierez. S. Anton. & alij paulo antea relati per tex. in cap. 2. de adult. per quem temperatur dispositio cap. 1. iubentis virginem defloratã, & ducendam, & dotandam simul. nam ex duobus illis capitibus simul Domini censuerunt, hanc deduci sententiam menti legislatoris conformem, vt qui virginẽ deflorauit, cum ea præcise matrimonium contrahere compellatur, sed causatiue, Anchar. in d. c. 1. de adult. not. 5. num. 5. vbi Marian. Socin. num. 13. in fin. vers. sed aduerte. idem Marian. c. 2. eod. tit. not. 2. nu. 3. & S. Anton. in summ. par. 2. tit. 5. c. 6. §. 1. vers. hodie autem sic punitur. Ruin. cons. 189. n. 8. lib. 2. Ioan. Guttierez. lib. 1. Canon. q. c. 37. nu. 11.

Nec obstat, si dicatur, quod c. 1. de adult. est desumptum ex veteri testamento, Exod. c. 22. vbi recensetur inter præcepta iudicialia, quod cum fuerit relatum in ius Canonicum per potestatem habentem, debet præcise seruari, S. Tho. 12. quæst. 104. art. 3. Syluest. in sum. verb. luxuria. q. 1. Imol. in c. cum tanto. num. 7. & 8. de consuetu. Paris. consil. 68. incip. dubium exoritur. nu. 106. lib. 4. & ideo Brunus tenebitur præcise ad vtrũq;.

Quoniam dixerunt Domini, quod cum idem legislator, qui in Corpus Iuris Canonici reduxit, & viuificauit illud præceptũ ex veteri Testamento, quod alias erat mortuum, statim sub eod. tit. de adult. in cap. 2. apposuerit aliam dispositionem cum disiunctione, censetur soluisse præceptum c. 1. obseruandum cum illa qualitate, de qua in c. 2.

Quod obijcitur ex Grato consil. 43. num. 31. lib. 2. nempe non esse locum dispositioni cap. 1. & 2. de adult. nisi tria potissimum copulatiue, concurrant, primum virum seduxisse, secundum stuprasse, tertium puellam fuisse virginem, non putabant Domini satis tutũ: nam quantum ad primum, licet vir asserat, se non seduxisse,
6 semper in dubio seducta † puella præsumitur, Ruin. consil. 189. num. 9. lib. 2. Canonistæ in d. c. 1. de adult. & est communis opinio Ioann. Guttierez. lib. 1. Canon. quæst. c. 37. nu. 11.

Secundum de stupro per Boninum commisso, non negatur à partibus.

Tertium, si illam negaret Boninus, ei incumbere o-
7 nus probandi, quia in dubio † puella virgo præsumitur: sicut virgo nascitur, iuxta communem sententiam Panormit. in c. 1. de adult. num. 5. Iul. Clar. in §. stuprum. num. 4. vers. sed pone quod stuprator.

8 Promissio facta † per Boninum de Allasina ducenda non videbatur multum vrgere, tum quia conditionalis, & deficiente conditione non habet locum, cap. 1. de sponsal. l. qui permittitur. ff. de condict. indeb. tum quia facta in carceribus, quæ propterea nimis spontanea videbatur. Super alijs si opus fuerit, partes audientur.

SERAPHINI.

Romana Hæreditatis, Merc. 1. Iunij 1594.

ARGVMENTVM.

Vt quis possit succedere in bonis & hæreditate aliqua, quæ per ipsum sint probanda.

SVMMARIA.

1 *Duo probanda sunt, vt quis in hæreditate succedere possit, & quod sit filius, & quod sit natus ex legitimo matrimonio.*

2 *Nominatio filij legitimi & de legitimo matrimonio nati, quicquid operetur in præiudicium nominantis, tamen non nocet fideicommissarijs.*

3 *Expositio infantis valde repugnat legitimæ filiationi.*

DECISIO DCCLXXX.

DVbitaui an constet de tali filiatione, vt Titus possit succedere in bonis, & hæreditate, de qua agitur, & causa vna tantum parte informante proposita per Dominos fuit resolutum pro negatiua. Duo enim
1 sunt per Titum probanda † & quod sit filius, & quod sit natus ex legitimo matrimonio, ad trad. per Ang. in l. liberorum. num. 2. ff. de his, qui not. infam. Socin. iun. consil. 86. num. 34. lib. 2. Roland. consil. 100. nu. 19. libr. 2. Hanc enim qualitatem Pantasilea adducit vocationi, l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Alex. consil. 60. lib. 2. Ias. in l. neque professio. num. 5. C. de testam. Affertur autem ad hoc denominatio paterna tãtum in testamento, in quo instituit hæredem Titum, vti filium legitimum, & de legitimo matrimonio na-
2 tum, quæ nominatio † quicquid operetur in præiudicium nominantis, tamen non nocet fideicommissarijs, Ias. cons. 106. num. 2. lib. 1. Grat. consil. 140. num. 44. lib. 1. Natta 473. num. 24. Dec. 343. cum alijs allegatis. & contra hanc nominationem plura facere videntur. Primò quod non constat de aliquo matrimonio inter Curtium Patrem, & Menicam, imò in contrariũ adest depositio Mariæ sororis matris, quæ vti consanguinea verisimiliter est informata. Secundò adest ex-
3 positio † infantis ad Hospitale S. Spiritus, quæ repugnat valde legitimæ filiationi. Tertiò falsitas instrumenti matrimonialis confecti cum antidata cum sententia desuper lata, quæ res detegit veritatem facti. Quartò adsunt testes deponentes, quod ipsemet Curtius tractabat Titum, vti spurium, octauus testis nu. 26. 27. 29. & 30. Decimus nu. 46. eodemque modo tractabat Menicam vti famulam, & concubinam, non vti vxorem,

Quintò probatur per testes, Curtium fuisse conquestum de testamento materno, vti facto ad excludendum filios suos, quæ omnia faciunt cessare præsumptionem, quæ oritur ex nominatione maxime iuncta disparitate.

Neque obstat, quod Titus sit in possessione bonorum vigore mandati de manutenendo, quia cum Dn. Fabius, & fratres sint vocati ad successionem, vigore fideicommissi, ita vt de ipsis non possit dubitari, onus probandi suas qualitates incumbit Tito.

Et ita conclusum.

MANTICÆ.

Clusina Exemptionis, Ven. 12. Febr. 1588.

ARGVMENTVM.

Habitatorum Clusij qualis sit status.

SVMMARIA.

1 *Coloni perpetui qui sint.*
2 *Habitatores, qui fundos steriles, siluosos & paludosos fertiles reddiderunt, expelli non possunt, nec eis pensio potest augeri. & nu. 3.*
4 *Prædia ecclesiastica alienari non possunt.*
5 *Ius societatis renunciari potest. Et quare, ibid.*
6 *Dictio quasi, est improprietatis nota.*
7 *Societas morte dissoluitur, & ad hæredes non transit, & num. 8.*
9 *Qualitas superueniens & addita generi illud distinguit, & constituit in alia specie.*
10 *Ex particularibus non infertur.*
11 *Lex firmatur, cum moribus vtentium comprobatur.*

DECISIO DCCLXXXI.

Apud me quæsitum fuit extra Rotam, qualis sit status habitatorum Clusij. Et Domini censuerunt habere ius perpetuæ coloniæ.

Primum enim, quia semper ab antiquissimo tempore vniformem pensionem, hoc est, tertiam partem, fructuum primum ciuitati Perusij, & postea Cameræ Apostolicæ soluerint, ex quo † sequitur eos esse colonos perpetuos, Bal. in l. male agitur. in secunda lect. nu. 7. vers. si vero conductio. de præscript. 30. ann. idemquo tenet Angel. ibid. vers. si vero conductio eod. & Gozad. consil. 9. num. 8. Afflict. in c. 1. §. præterea ducatus. nu. 43. de prohib. feud. alien. per Frider. & in dec. 365. num. 13. Ruin. in cons. 75. sub num. 2. vers. & idem Balb. lib. 1. & plerique alij, quos refert Mascar. in cons. 15. nu. 1. qui etiam dicit in iudicando ab hac sententia non esse recedendum.

Secundò quia isti habitatores fundos steriles syluosos, & paludosos sua cultura fertiles reddiderunt, ergo non possunt † expelli, nec eis pensio potest augeri, l. quicunque la 2. & ibi not. Bart. in fin. num. 4. & Ang. C. de omn. agr. deser. lib. 11. & l. cognouimus. §. 1. & ibi Bart. numer. 2. C. de mancip. & colo. patrim. eod. lib. 11. Paul. Castr. in consil. 987. nu. 1. lib. 2. Cur. sen. cons. 47. nu. 7. & 8.

Tertiò, quia nimis absurdum & iniquum videtur, eos, qui magna impensa & labore, agros steriles fructiferos reddiderunt, posse expelli, ita vt doleant operam suam agrorum culturæ dedisse, & diligentiam † suam sibi damnosam esse, l. vlt. C. de alluuio. & palud. & l. pen. C. de omn. agr. lib. 11. Igitur dicendum est, huiusmodi colonos ius sibi perpetuæ coloniæ acquisiuisse, idque locũ habere in prædijs Ecclesiæ, quæ tamen † alienare nõ possunt, c. ad aures. cum glo. de reb. Eccl. non alien. & ita in consulendo, & iudicando ab hac opinione non esse recedendum scribit Bero. in consil. 98. nu. 13. & 14. lib. 1.

Non obstat, quod sint coloni partiarij, & consequẽter socij, l. si merces. §. vis maior. & ibi Bart. Fulgos. & Paul. Castr. ff. loca. ius autem societatis † possit renunciari, quia in perpetuum contrahi non potest, l. actione. §. diximus. ff. pro socio, coniuncta l. in hoc iudicio, ff. commun. diuid. Et ob hanc rationem eos amoueri posse consuluit Rimin. sen. in consil. 100. numer. 15. cum seq. & Ruin. consil. 151. num. 7. & seq. lib. 4. quia Bald. & Ang. in d. l. male agitur. de præscript. 30. ann. loquuntur de colono partiario, & sequuntur alij supra citati.

Neque enim hæc est propria societas, sed improprie, vt colligitur ex dicta leg. si merces. §. vis maior. ibi: quasi veræ societatis. ff. locati. nam illa dictio † quasi, est nota improprietatis, l. 2. ff. de inoffic. testam. lege si pater. §. qui duos. ff. de adopt.

Et hanc esse impropriè societatem, ex eo potissimũ demonstratur, quod societas † morte dissoluitur, & ad hæredes non transit, l. actiones. §. morte. & l. nemo. ff. pro socio. hæc autem locatio, vt fructuum certa portio soluatur, ad hæredes etiam transit, Bald. in l. certi iuris. numero 6. C. loca. & in l. 1. num. 13. C. de fruct. & lit. expens. & hanc quidem coloniam semper ad hæredes transiuisse plus quam manifestum est.

Quia etiam probatum fuit, hos colonos ius, quod habent titulo venditionis, permutationis, dotis, donationis, & similium, solitos esse in alios transferre, quod certe non potest conuenire societati, quæ † ad alias personas non transfertur, d. l. nemo. ff. pro socio. Rip. respon. 15. num. 11. de obligat. volum. 2.

Præterea Rimin. & Ruin. loquuntur de prædijs priuatorum, nos autem loquimur de prædijs Clusij, quæ fuerunt patrimonialia ciuitatis Perusij, & nunc sunt Cameræ Apostolicæ, in quibus sane ratione publicæ vtilitatis ex cultura, & temporis antiquitate & solutione vniformi multo facilius ius perpetuæ coloniæ potest intelligi acquisitum, vt constat ex iuribus, rationibus, & Doctorum auctoritatibus supra citatis.

Vnde etiam non obstat, quod isti in statutis antiquis Perusinis dicantur coloni, & laboratores, quia licet à principio essent coloni simplices, tamen ex eorum diligenti cultura, & temporis vetustate facti sunt perpetui. nam qualitas † superueniens & addita generi illud distinguit, & constituit in alia specie, cap. licet canon. iuncto. cap. statutum. de elect. libr. 6. l. ius ciuile. de inst. & iur. Preterea isti coloni adhuc laboratorum nomen retinere possunt, quia magno eorum labore sibi ac posteris suis ius perpetuæ coloniæ acquisiuerunt, vt ex prædictis manifeste apparet.

Nec etiam obstat, quod factæ sint aliquæ cessiones aliquibus ad certum tempus, quia ex particularibus † non infertur, c. in genesi. de elect. præsertim, quia huiusmodi locationes possunt intelligi de prædijs iam redactis ad culturam, & ad ciuitatem Perusij, vel ad Cameram Apostolicam deuolutis, & ideo non potest intelligi factum præiudicium. Vniuersitati omnium colonorum Clusij, l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Ruinus consilio 107. numero 4. libr. 5.

Neque enim refragatur constitutio Ioannis de Viterbio Clerici Cameræ Apostolicæ edita anno 1568. quia non apparet, eam fuisse vsu receptam. Lex enim firmatur † cum moribus vtentium comprobatur, c. in istis 4. dist. l. de quibus. vers. nam & ipsæ leges. ff. de legi. Vnde ex ea non potest intelligi sublatum ius perpetuæ coloniæ, quod his colonis ex immemorabili tempore fuerat acquisitum.

Et cum postea in concessione facta Illustrissim. Dn. Marchioni apposita sit clausula, *saluo iure colonorum & reseruatis eorum priuilegijs, iuribus, & consuetudinibus*, placuit Dominis eos esse in tali statu, vt non possint amoueri, circumscriptis tamen alijs probationibus Illust. D. Marchionis.

MELLINI.

Romana alimentorum, Ven. 1. Nouemb. 1595.

A R-

ARGVMENTVM.

Alimenta an debeantur, vbi de filiatione non constat.

SVMMARIA.

1 *Præsumitur quis ex matrimonio natus, nisi contrarium probetur.*

2 *Educatio, tractatus, confessio adulteri, & aliæ coniecturæ non sufficiunt ad effectum excludendi præsumptionem pro matrimonio.*

3 *Testes nisi sint omni exceptione maiores, non admittuntur contra præsumptionem pro matrimonio.*

DECISIO DCCLXXXII.

DOmini voluerunt, non constare quod Ioan. Baptista sit filius Francisci Baccoletti. Ratio potissima decisionis fuit, quia Æmilia tempore conceptionis, & natiuitatis habeat maritum, & non probatur aliquod eius impedimentum, neque quod ad eam nõ potuerit habere accessum, imò datur fides in contrarium. Ideo Io. Bapt. præsumitur filius mariti, & non adulteri, quia quomodo possibile est, filium esse natum ex matrimonio, qui ex eo † natus præsumitur, nisi contrarium probetur, l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adult. Cyn. & Alber. in l. si vicinis. numer. 3. C. de nupt. Alexander consilio 88. nu. 8. lib. 3. Curtius iunior cons. 31. num. 5.

Nec obstat educatio, tractatus, confessio adulteri, & aliæ coniecturæ, quia † non sufficiunt ad effectum excludendi istam præsumptionem, Achill. decis. 1. qui fil. sint legitim. de filiatione alia 139. vltra quod etiam testes patiuntur exceptiones, vt bene deducunt Informantes pro Claudia, & contra istam præsumptionem non admittuntur testes, † nisi sint omni exceptione maiores, Rim. cons. 289. nu. 12. & 13.

Non obstat, quod Sarnensis in regul. de annal. q. 58. refert, in causa Placentina legati coram eo fuisse resolutum, quod præsumptio d. §. defuncto. cessat, quando adsunt plures præsumptiones, quod sit filius adulteri, quia in illa causa concurrebat nominatio & reputatio consanguineorum, & amicorum, fama communis vicinorum, similitudo lineamentorum adulteri, & pariter vt eius filius fuerat baptizatus, legitimatus, & in testamento ei legatum relictum, Achil. d. dec. 1. Mohed. dec. 85. alias 115. quę omnia hic deficiunt, & ideo conclusum, non constare de filiatione.

CAPISVCCII.

Romana Facultatis Instrumenti.

ARGVMENTVM.

Falsitas instrumenti quo pacto probetur.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus quis, an velit vti instrumento pro bono, censetur sufficienter responsum, quod vult vti bono, donec fuerit legitime certificatus de contrario: nec potest cogi ad magis præcise respondendum, num. seq.*

DECISIO DCCLXXXIII.

PEtitioni, an quis velit vti instrumento † pro bono, censetur sufficienter responsum, quod vult vti pro bono, donec & quousque fuerit legitime certificatus de contrario, quia licet quando quis non responder pure de præsenti, se velle vti sed sub conditione, quando de nouo appareat bonum, nõ sit sufficiens responsio, Bart. in l. diuus. s. ff. ad l. Corn. de fals. Lap. alleg. 119. Paul. in l. s. C. de fid. instrum. Cæpol. caut. 59. decis. Neapol. 189. in antiq. Rip. in c. cum Al. colum. 56. nu. 100. de constit. tamen quando pura est responsio respectu præsentis temporis, dicatur quod perseuerabat vti pro bono, donec certificatus fuerit de contrario, & in his terminis procedit cons. Specul. tit. de instru. adit. §. videndum. colum. 2. numero 3. versic. quid si velit. Salycet. Cyn. & Ang. in d. l. si falsos. C. de fals. & Aretel. in l. 2. C. de fid. instrum. nec potest cogi ad magis præcise respondendum, nisi detur odor alicuius falsitatis, iuxtà add. per Alexand. in l. non solum. §. morte. num. 39. vers. pro resolutione. ff. de op. nou. nunt. qui allegat Aretin. in c. præsentium. de testibus. Ita in vna Portueosi Castri Riani 15. Martij 1553.

SERAPHINI.

Romana Palatij de incoronatis, Veneris 11. Maij 1584.

ARGVMENTVM.

Palatij verus valor quomodo probari debeat.

SVMMARIA.

1 *Valor verus palatij est, quantum communis res, de qua agitur, vendi potest.*

2 *Modus probandi per electionem peritorum est modus iure approbatus.*

3 *In peritis idem seruatur, quod in arbitris, scilicet, vt duobus dissentientibus eligatur tertius.*

4 *Aestimationi factæ, per peritos à iudice electos standum est.*

DECISIO DCCLXXXIV.

FVit dubitatum nonnullis relationibus peritorum, & testibus, & alijs præsuppositis, An sit probatus verus valor Palatij, de quo agitur, & quidem post peritorum per partes electorum, & à iudice deputatorum, & demum tertij, qui propter aliorum discordiam deputatus fuerat, relationes, prætendebãt Domini Doria, non probari verum valorem Palatij, cum verus valor † sit quantum communiter res, de qua agitur, vendi potest, & desuper examinarunt testes ad probandum huiusmodi valorem, quibus in Rota discussis Domini concorditer dixerunt, verum valorem per Dominos de Incoronatis probatum fuisse, non obstantibus testibus ex aduerso deductis.

Iste enim modus probandi per electionem peritorum, est modus † iure approbatus, l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Bart. in l. Theopompus. de dote præleg. Aretin. cons. 38. Doct. communiter in l. 2. C. de rescind. vend. cum allegatis ibid. per Cagnol. qui de communi testatur. sub num. 258. Et in his † seruatur idem quod in arbitris, scilicet, vt duobus dissentientibus eligatur tertius, l. item si vnus. §. final. de recept. arbitr. quod maxime dicendum, quando periti fuerunt de consensu partium electi, l. si irruptione. §. finium. reg. Bart. in l. 3. C. de pignor. Salycet. in l. si quis circa principium. C. fin. regun. Abb. in c. proposuisti. n. 10. & Felyn. ibi. nu. 6. de.... Cagnol. dict. leg. 2. nu. 159. Pinel. ibid. in tertia parte cap. vltimo. num. 4. & mediante iuramento retulerunt, iuxta dict. l. hac edictali. §. his illud. Ias. in repet. l. admonendi. num. 235. & ibid. Rip. numero 196. cum alijs per Informantes deductis. Neque obstant quæ ex aduerso deducuntur.

Et primo quoad effectum l. 1. C. de rescind. vend. probandum sit pretium rei, quod communiter reperiri potuisset tempore contractus, ex Cagnol. dict. leg. 2. num. 25. 169. & 178. & quod per testes probatum, quod domus, & Palatia venduntur iuxta pretium cõuentum, non autem ad æstimationem, quia licet communis æstimatio attendatur, tamen inter alios modos probandi, quod sit communis æstimatio, est iste per peritos. nullus enim scire potest melius rei valorem secundum communem æstimationem quam peritus, & ideo Tenonens. consil. 102. numero 35. lib. 3. dicit, standum esse potius æstimationi † factæ per peritos à iudice electos, quam testibus, neque per testes probatur hæc negatiua, quod Palatia non venduntur iuxta æstimationem peritorum, quia venduntur iuxta pretium conuentum, non excludit, quo minus pretium conuentum possit esse idem pretium, quod ex relatione æstimatorum constitutum fuit, & quamuis tertius iuxta 12. dicat, *Che li Palazzi non se*

comprano quello che sono stimati, non excludit, quod venditiones non fient etiam isto modo, sed tâtum excludit, quod pretium cõueniat æstimationi, quod quidem potest esse verum, si agatur de præcisa æstimatione domus, seu Palatij, sed est verum, quando ad effectum vendendi non fit præcisa æstimatio quantitatis pensionum confundendo pretia: & ex eo, quod peruenit pretium commune deducendum prout factum fuit in istis relationibus, & hæc distinctio colligitur ex dictis eorundem testium, nempe 3. 5. & 7. iuxta 16. Interrog.

Secundum non obstat, quia deducitur pactum de retrouendendo, item quod domus erat ruinosa, item quod æstimatio debuit fieri habito respectu temporis contractus, quia ista omnia tolluntur optime ex deductis in facto, cum Rota habuerit rationem huius pacti in constituendo pretio. Nec probatur, istam domum fuisse ruinosam, & periti retulerunt, habito respectu ad tempus contractus, vt ex relationibus constat.

Vltimo non obstat, quod de melioramentis deducitur, quia etiam eorum habita fuit ratio, & ita nihil prorsus deduci videtur, quod decisionibus alias factis in hac causa obstare videatur, & ideo conclusum pro concludente probatione valoris, pro parte Dominorum de Incoronatis.

MANTICÆ.

Cesenatensis Spolij, Lunæ 22. Iunij 1592.

ARGVMENTVM.

Spoliatus ante omnia restituendus est in possessionem ablatam.

SVMMARIA.

1. *Monasterium spoliatum restitui debet.*
2. *Episcopus propria auctoritate vigore pacti ingredi potest possessionem, cum Monasterium intra tempus præstitutum non petijt renouationem: possessionem vero capere non potest nulla præcedente citatione. num. 5.*
3. *Possessio nemini auferri debet, etiamsi iniuste videatur possidere, nisi fuerit citatus.*
4. *Obligatione in qualibet, quæ paratam habet executionem necessaria est liquidatio.*
6. *Debitor prius conuinci, quam ad solutionem vrgeri debet.*
7. *Emphyteuta, qui per biennium cessauit à solutione Canonis, propria auctoritate potest à domino directo repelli, præsertim si tale pactum fuerit expressum.*

DECISIO DCCLXXXV.

FVit decisum, Monasterium S. Mariæ in Monte restituendum esse ad possessionem prædij in fundo S. Peregrini, quo fuit spoliatum à Dn. Annibale de Paulis olim Episcopo Cesenensi, quæque nunc detenta est ab eius successore.

Constat enim de primo & secundo extremo, vt fuit resolutum die 25. Maij proxime præteriti, cui consequens est dicere, secundum communem Doctor. sen-1 tentiam, vt Monasterium † sit restituendum, cap. redintegranda. 3. q. 1. Abb. in c. cum ad sedem. nu. 18. de restit. spoliat. Alex. cons. 6. nu. 5. lib. 3. Dec. 252. num. 2. Affl. ct. decis. 361. in princ.

Non obstat, quod Monasterium hæc prædia receperit ab Episcopo Cesenensi, & inter eos anno 1561. die 9. Maij conuenerit, vt renouatio fiat de 29. annis in 29. annos, & quod si Monachi singula pacta non seruauerint, cadant ab omni eorum iure, & liceat Episcopo, & eius successoribus auctoritate propria absq; alia partis citatione, & alicuius iudicis sententia vel mandato dictorum bonorum capere possessionem, & ideo cum intra tempus præstitutum non petierint re-2 nouationem † Episcopus propria auctoritate vigore pacti potuerit ingredi possessionem, Bartol. in repet. l. creditores. num. 18. vers. aut dices. num. 19. C. de pignor. & Alber. ibid. num. 5. vers. item contra. Imol. in c. potuit. num. 32. post princ. ibi potuerit creditor ex vi pacti ingredi possessionem. de loca. quia Domini censuerunt, citationem adhuc esse necessariam ad docendum de renouatione inuestituratum, vel alia iusta de causa retinendi possessionem, ne alioquin sit in arbitrio Episcopi priuare Monachos eorum possessione, etiam si non constiterit, pacta apposita in concessione emphyteusis non fuisse obseruata, quod quidem esset iniquum, & absurdum, cum nemini possessio debeat 3 † auferri, etiamsi iniuste videatur possidere, nisi fuerit citatus, c. liceat Episcopis. de præb. lib. 6. cap. in literis. de restit. spol. neque enim in casu proposito erat omnino certum, quod tempus præstitutum ad petendam renouationem esset transactum, & quod nulla defensio competeret Monasterio. Nam si Monachi fuissent citati, potuissent docere de prorogatione temporis, vel alia iusta causa, cur non deberent priuari sua possessione, sicuti etiam citatio debet præcedere, si res emphyteutica dicatur incidisse in commissum propter alienationem factam sine consensu Domini, vel deuoluta per generationem finitam, Afflict. decis. 97. num. 2. & 3. & Gabr. cons. 88. nu. 23. lib. 1. nam in qua-4 libet obligatione † etiam Camerali, quæ paratam habet executionem, si quid est liquidandum, necessaria est liquidatio, nec ante eam vigore pacti potest accipi possessio propria auctoritate, vt fuit resolutum coram R. P. Domino meo Pamphilio in Monte Falisci bonorum die 15. Maij 1589.

Proinde pactum debet intelligi, *volo, cum habeat*, quando constat, possessori nullam omnino competere defensionem; secus si competat, vel etiam si dubitari potest, an aliqua defensio possit competere, quia tunc debet possessor prius citari, vt doceat de iure suo, quod cum in casu proposito non fuerit, & possit probabiliter dubitari, an aliqua defensio competeret Monasterio etiam an pactum deberet sortiri effectum, præsertim cum Monasterium ob negligentiam administratoris non incidat in pœnam caducitatis, vel exemplo minoris possit in integrum restitui, Bald. in l. pupill. nu. 4. vers. hoc est non omnino expeditum. de repud. hæred. Ruin. in cons. 156. nu. 22. lib. 1. Episcopus propria au-5 ctoritate † non potuit capere possessionem, nulla præcedente citatione.

Ex hoc etiam tollitur, quod obijcitur, Monasteriũ per pactum præstitisse consensum apprehensioni possessionis, & emphyteutam, qui facto propriu vel ob negligentiam, sua cecidit à possessione, non esse restituendum, Alexand. cons. 6. nu. 14. cum seq. lib. 3. Socin. commun. opin. vel in l. rem quæ nobis. nu. 8. ff. de acq. poss. Paris. cons. 1. nu. 164. lib. 1. quia hoc est intelligendum in casu, quo pactum locum habeat, sed discutiendum est prius, an sit locus pacto, quam illud exceptioni mandari possit, sicut dicitur, oportere debitorem 6 † prius conuinci, quam ad solutionem vrgere, l. vni. de prohib. sequestr. pecu. l. negantes. Cod. de act. & obligat.

Neque ad rem pertinet, quod emphyteuta, qui per 7 biennium † vel triennium cessauit à solutione Canonis, propria auctoritate possit à Domino directo expelli, præsertim si tale pactum fuerit expressum, quia in hoc pacto magna est Doctorum controuersia, nec Dominus placuit insistere, propterea quod præsupponitur, Monasterium ex hoc capite in pœnam caducitatis non incidisse, sed ex eo tantum dicitur à iure suo cecidisse, quod elapso tempore 29. annorum ad reuocandum præstituto, non petierit renouationem, quo in casu sine difficultate conclusum fuit, Episcopum, tanquam Dominum directum, non potuisse etiam vigore pacti absque citatione ipsius Monasterij propria auctoritate ingredi possessionem, & conse-

consequenter Monasterium in primis esse restituendum.

ORANI.

Mediolanensis Bonorum, Lunæ 14. Ian. 1594.

ARGVMENTVM.

An per legitimationem acquirantur iura agnationis actiua & passiua.

SVMMARIA.

1 *Filiatio si probetur, legitimationis iura acquiruntur.*
2 *Factum in odium spuriorum, ad alios extendi non debet.*
3 *Potestas Comitis Palatini non includitur in generali concessione, nisi specialiter exprimatur.*

DECISIO DCCLXXXVI.

PRopositi dubium in causa Mediolanensi bonorum, stante processu legitimationis in actis pro parte Sacramori producto, constitutione Pij V. contra illegitimos edita, An constaret de eiusdem Sacramori legitimatione valida in casu, & ad effectum de quo agitur. Et quando ex resolutione dubij duo effectus resultabant, quorum primus est, an per legitimationem fuerint sibi acquisita iura agnationis actiua, & passiua: alter, an per eam effectus fuerit capax successionis in bonis emphyteuticis Ecclesiæ ? Domini, quoad primum effectum tenebant, dummodo probetur eius filiatio, † legitimationem suffragari, quia in legitimationibus Comitum, cum regulariter tenor priuilegij attendatur, vt per Innoc. Anto. Abb. & alios in ca. per venerabilem, qui fil. sint legitim. Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum. circa fin. de lib. & posth. cum concord. de quib. per Alex. consi. 67. nu. 6. lib. 1. Paris. cons. 1. nu. 97. & cons. 5. nu. 4. & 5. cons. 9. nu. 81. lib. 1. manifeste ex illius lectura apparebat, Imperatorem Sigismundum, Paulo de Captijs, & eius filijs, à quorum vno legitimatio emanauit, concessisse facultatem quoscumque spurios, & ex quocunque illicito coitu nominatos, etiam infantes. vnde quamuis Sacromorus prætendatur in adulterio natus, & dum infans esset & absens legitimatus, nihilominus stantibus facultatibus Comitis, non est dubium, quin ad iura agnationis fuit institutus, vt in terminis primi casus tradunt Castr. consil. 30. num. vltimo lib. 2. Ruin. consil. 65. num. 4 & consil. 184. nume. 13. lib. 3. Bero. consil. 171. nume. 18. libro secundo, cum similib. & de secundo præsertim, quando ratificatio infantis maioris effecti superuenit, respondit Dec. consil. 55. sub nume. 6. in fi. & seq. Socin. iun. consi. 97. nume. 11. vol. 1. Paris. consil. 5. numero octauo. volum. 2. Achill. decisio. 4. qui filij sint legitimi. Put. decis. 204. lib. 3. cum relatis. Dec. cons. 1. num. 144 lib. 3.

Non obstat Bulla Pij V. contra illegitimos, quia licet illa sustulerit effectus legitimationis respectu successionis actiue, vt scilicet, ipsi hæreditatum alienarũ sint incapaces, non tamen prohibuit, quin ipsi succedi

2 possit, ne alias factum † in odium spuriorum ad alios extendatur, contra c. odia. de reg. iur. in 6. l. si vero. §. de viro. & ibi Doct. ff. sol. matr.

Quo verò ad secundum effectum, conuenerunt Domini, Sacramorum fuisse incapacem successionis in bonis emphyteuticis. nam aut iuuari vult legitimatione Imperiali auctoritate facta, & illa ex defectu potestatis non potest sibi prodesse, Aluar. in cap. 1. §. naturales. num. 13. si de feud. fuer. contro. Signorol. consil. 218. num. 9. & 12. Bero. in cap. in præsentia. nu. 336. de probat. Hugo consil. 73. nume. 19. & 30. quia quo dicta bona, remansit illegitimus Bald. in l. general. §. cum autem. C. de institut. & substitut. cum tradits per Hieronym. Gabriel. consil. 89. nume. 17. lib. 1. Aut verò legitimatione, quam recepit à Comite Palatino ex concessione Apostolica, & cum dicto tempore esset in infantili ætate, & potestas Comitis non extenderetur ad legitimandum infantes, neque ad emphyteuses

3 ecclesiasticas, quæ tamen in generali † concessione non includitur, nisi specialiter exprimatur, Paul. & Salicet. in l. fin. C. de ijs, qui ven. ætat. impet. Ias. in l. general. §. cum autem. num. 9. C. de institut. & substitut. Alexand. cons. 94. num. 5. in princ. & consil. 60. num. 4. lib. 2. corruit eius intentio, & eo magis, quod etiam subsistente facultate non interuenit ipsius ecclesiæ, hoc est, eius Prælati, de cuius præiudicio agitur, Cuman. consil. 168. col. 3. versic. ad hoc etiam facit. cum concordant. de quibus per Parisium consil. 1. nu. 153. lib. 2. Nec obstat, quod Sacramorus obtinuerit ab initio de istis bonis se inuestiri ab Ecclesia quo casu non fuit necessaria legitimatio, Bald. in l. eam quam. num. 59. C. de fideicommiss. & in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 28. de constit. Dec. in c. in præsentia. num. 47. C. de probat. quia de contrario alias fuit dictũ. Nam hæc bona per delictum primo acquirentium fuerant fisco Cameræ Ducalis applicata, & per multos annos per eum possessa, ac demum Horatio, à quo ius habuit Sacramorus, subhastata, tanquam plus offerenti deliberata, vt bene per Informantes pro Illustrissimo Domino Commendatario, quorum responsiones ad reliqua dominis applaudebant.

LITTÆ.

Burgensis Quindenniorum, 15. Ianuarij 1595.

ARGVMENTVM.

Vnio Monasterio facta, intelligi debet facta sine præiudicio annatæ debitæ.

SVMMARIA.

1 *Vnio ex post facto quin lædat ius quæsitum Capitulo, negari non potest.*
2 *Retentio concessa post promotionem præiudicat patronis laicis, non facta mentione de eorum iure patronatus.* *Intellige. vt nu. 3.*
4 *Coniectura coniunctionis per se sola est leuis.*

DECISIO DCCLXXXVII.

FVit resolutum, Capitulo Burgensi deberi quindennium de beneficio, de quo agitur ea ratione, quia extra controuersiam est, quod Capitulum ante vnionem Monasterio factam erat in quasi possessione percipiendi fructus vnius anni cum dimidio omnium beneficiorum vacantium in Diœcesi Burgensi, & hoc tam vigore priuilegiorum, quàm ex immemorabili consuetudine, vt etiam tradunt Mohed. decis. 82. & Sarnensis in regula de non tollendo. quæst. 15. Ideo dicta vnio ex post facto vel non valet, non facta mentione iuris, quod Capitulo competebat, & adhuc beneficium vacare dicitur, vel in omnem casum intelligi debet facta sine præiudicio annatæ debitæ, Cap. ad tex. in cap. vnic. iuncta gloss. in verb. desinentium. de concess. præbend. Vital. in Clement. vnic. de rescript. Abb. in cap. 2. num. 4. de religios. dom. Rot. decis. 1. de sepult. in antiq. & ita in his terminis fuit resolutum in vna Toletana annatarum 23. Ianuarij 1589. coram Reuer. P. Domino Orano, alias vbi etiam facta fuisset mentio iuris, quod Capitulo competebat, fuisset insuper necessaria derogatio regulæ de non tollendo iure quæsito, de tempore vnionis vacabat istud benefi-

1 cium, vnde vnio ex post facto † quin lædat ius eo ipso quæsitum Capitulo, negari non potest, vt in his terminis tradunt Mohedan. dicta decision. 82. & Sarnen. in dicta quæst. 15. Ideo quemadmodum tunc debita fuit annata Capitulo, ita hodie quindennium eidem Capitulo merito debetur, vti subrogatum loco illius ex priuilegio Pij V. fel. recor. de quo in summario Capituli nu. 3.

Nec obstare dixerunt Domini simile de retentione

1 concessa post promotionem, quæ † præiudicat patronis laicis, non facta mentione de eorum iure patronatus, Rota decision. 15. de probat. in nou.

Quia vltra quod maior pars Dominorum in eo casu contrarium tenuit, teste Ægidio, qui eandem decisionem refert, in decis. 752. dixerunt, hoc procedere,

3 † quando retentio est concessa ante vacationem: secus si post vacationem, tempore, quo iam est quæsitum ius patronis, vt bene declarat Felyn. in tractat. quando literæ apostol. nec patro. in 5. limit. quem sequitur Lambert. in 3. par. 2. lib. q. 9. art. 19. circa fi. & Staphil. de litt. gratiæ. & Iustin. titu. de mod. & form. impetr. versic. 4. & vltim. vnde cum de tempore vnionis vacasset beneficium, & sic ius iam esset quæsitum Capitulo respectu annatæ: Ideo, &c.

Minus obstare dixerunt, quod non probetur consue-
4 tudo † percipiendi annatam in indiuiduo de beneficio de quo agitur, quia stante, quod consuetudo, & priuilegium ius quoddam vniuersale contineat, leuandi scilicet annatam de omnibus beneficijs vacantibus in diœcesi Burgensi merito probata possessione, quo ad aliqua beneficia, illa quo ad omnia sub dicto priuilegio contenta priuilegio suffragatur, Rot. Diuers. dec. 17. n. 1. & 4. par. 2. ita in specie fuit dictum in eadem Toletana annatarum, sub die 18. Martij 1588. coram R. P. D. Orano.

Verum quia vnio prædicta facta fuit de anno 1558. de quo tempore vacabat beneficium, cuius respectu nunc prætenditur ex parte Capituli annata, seu quindennium, ideo reseruarunt Domini videre, an ex taciturnitate, & lapsu temporis sibi præiudicauerit Capitulum.

LITTÆ.

Sabinensis Prætensi iuris patronatus beneficij S. Petri Castri Forani, Mercurij 26. Octobris 1594.

ARGVMENTVM.

Capitulo Burgensi debetur quindennium de beneficio, de quo agitur, ea ratione: quia extra controuersiam est, Capitulum ante vnionem Monasterio factam fuisse in possessione.

SVMMARIA.

1 *Testes ad effectum probādi titulum immemorabilem, debent deponere, quod non extet memoria in contrarium, num. 1.*

2 *In probatione immemorabilis tituli requiritur, vt testes deponant de visu per 40. annos, nu. 2.*

3 *Dictio incirca, potest importare minus tempus, & in omnem euentum ipsam depositionem reddit dubiam & incertam. nu. 3.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

Fuit resolutum, non constare de iure patronatus, ad effectum de quo agitur. Nam cum agatur de iure patronatus familiæ potentis, hoc est, Illustrissimorum Dominorum de Sabellis, & ideo propter timorem vsurpationis probari debet titulus vel immemorabilis, simul cum præsentationibus continuatis spatio 50. annorum, quæ fortitæ sint effectum, & de eis constet per scripturas authenticas, iuxta formam præscriptam à Concilio Trident. sess. 25. c. 9. vt alias fuit resolutum in causa Sabinensi iuris patronatus corā Sanctissimo Domino Nostro, & in illa iudex iuris patronatus, 13. Iunij 1572. coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto, & in illa Albanensi Prioratus 26. Nouembris 1589. coram R. P. D. Orano.

Verum de titulo hic non constat. Immemorabilis autem ipsa non probatur. Nam primi testes in summario, numero 10. & seq. vsque ad numerum 15. non deponunt de auditu à maioribus & senioribus, illos specificando, nec dicunt, quod idem illi audiuerint à suis maioribus, minus dicunt, quod non extet memo-
1 ria in contrarium, prout testes † deponere debent, ad effectum probandi immemorabilem, gloss. 10 cap. 1. de præscript. in 6. de communi. Couarru. in cap. possessor. part. 2. §. 3. numero 7. de reg. iur. lib. 6. quam opinionem Rota indistincte obseruate consueuit, vt habetur in decisionibus Diuersorum resp. numero 5. libro 1.

Neque super reliquis testibus in hoc iudicio examinatis, de quibus in summario numero 17. & sequent. potest fieri aliquod fundamentum, licet deponant de auditu, & publica voce, & fama, ex ratione, quia non
2 concludunt de visu per quadraginta annos, vt † requiritur in probatione immemorabilis. Et licet secundus testis iuxta 21. dicat, se cognouisse Andream de Galese, & postea Iulium de Iarano à quadraginta annis citra, tamen non concludit de tempore continuo 40. annorum, cum non dicat, & citra, vt sæpe resolutum fuit in Rota per doctrinam Bar. in l. Celsus. nu. 23. ff. de vsucap.

Nec ex eo quod sextus iuxta 18. dicat, se vidisse tres Rectores, quorum primus vocabatur And. de Galesi, subdens, *il quale hebbe d. Benef. da 40. anni in quà, in circa*, potest dici, quod probet, ex quo non deponit de visu per 40. annos, vt requiritur, vltra quod dictio
3 illa, † *in circa*, potest importare minus tempus, & in omnem euentum ipsam depositionem reddit dubiam & incertam, Burr. in c. vltim. de desponsat. impub. cum alijs per Celsum. Ang cons. 65. nu. 9.

Et tollitur omnis difficultas, ex quo testes deponūt, quod primus, quem viderunt, fuit Andreas de Galese, & tamen constat, quod iste Andreas fuit duntaxat præsentatus ad beneficium, de quo agitur de anno 1558. quo fit vt impossibile sit depositionem dictorum testium de visu posse verificari per tempus continuum 40. annorum, prout requiritur.

Præterea præsentationes continuatæ per spacium 50. annorum, vt requirit Concilium, non adsunt, minus probatur effectuatio earum per scripturas authenticas, vt ex eodem Concilio requiritur, & pro forma, vt alias fuit dictum in dictis causis Sabinensi, & Albanensi prioratus, quæ bene applicantur casui isti.

ORANI.

Clodiensis Prioratus, Vener. 21. Iunij 1596.

ARGVMENTVM.

Sententia ex defectu citationis declaratur nulla.

SVMMARIA.

1 *Citatio noua requiritur post præsentationem nouæ commissionis, & in consequentiam tanquam sine citatione sententia lata est nulla.*

2 *Retroactio non admittitur, quando media sunt impedita, & res reducta est ad casum, a quo incipere non potest. num. 2.*

3 *Non entis nullæ sunt partes.*

DECISIO DCCLXXXIX.

Carolus Anton. de Rubeis in causa Clodiensi Prioratus obtinuerat die 14. Nouembris anni 1594. per iudicem terminum ad sententiam contra Hieronym. Quagliatum pro seruato teneri, & cum 19. Apr. anni sequentis 1595. pro parte Hieronymi eidem iudici præsentata fuisset commissio, vigore cuius instabatur quod attenta re iudicata sententiæ dictæ Nuncij præfixo breui termino parti ad docendum de appellatione, & non docto ad illius executionem procederet, idō iudex mandauit procedi iuxta formam rescripti sibi præsentati, præfixitque illi terminum ad secundum. Verum interea Carolus impetrauit rescriptum in quo præsentata communicatione executoriali iam in actis ad instantiam Hieronymi producta, & admissa obtinuit

obtinuit eidem iudici committi, vt in causa procederet, non secus ac si pro inserta signata fuisset cum facultate restituendi integrum aduersus rem iudicatam, & demum citato procuratore Hieronymi, ad dicendum contra commissionem, & videndum declarari terminum alias pro seruato ad sententiam huiusmodi tentum, ex quo absque noua citatione iudex sententiam tulit, excitata fuit per appellantem quæstio super inualiditate huius sententię, quam Domini propositam dixerunt ex defectu citationis declarari nullam, nam vt ex præmissa facti serie patet, terminus vigore primæ citationis ad sententiam sub die 14. Nouembris 1594. tentus fuit per plures actus sequentes circumductus, Rot. decis. 1. de testa. in nou. Abb. in c. quoniã contra. nu. 17. de probat. Felin. in cap. cum dilectus. sub num. 17. de fide instrum. Achill. decis. 13. de dol. & contr. Alexand. in l. iussit. num. 59. vers. item si postquam. de re iud. vbi in specie docet, post præsentatio-3 nem † nouæ commissionis requiri iteratam citationẽ, & in consequentiam tanquam sine citatione sententia lata fuit nulla, Alexan. in l. si finita. §. Iulianus 44. ff. de damn. inf. Iason. in l. properari. §. & siquidem. num. 7. C. de iudic. Rom. consilio 454. numer. 13. cum relatis per Cæsar. de Grass. decisione vndecima. de senten. & re iud.

Neque enim sustineri potest sub prætextu, quod declaratio termini retrotrahatur ad diem ipsius termini tenti, quia intentio iudicis repugnat, dum voluit illum circumduci, quando interposuit decretum super eo quod petebatur in altera communicatione deueniri ad executionem rei iudicatæ. Retrotractio enim 2 † non admittitur, quando media sunt impedita, & res reducta est ad casum à quo incipere non potest, l. bonotum, & ibi Doct. ff. rem rat. hab. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 10. num. 88. Neque contrarium operatur commendatio vltimo præsentata, in qua datur facultas iudici declarandi terminum, quia hoc intelligitur de illius existẽtia & cessante circumductione, alias 3 non entis † nullæ sunt partes, l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. petatur.

Non subsistit autem, quod dicitur, actus prædictos fuisse factos à non habente mandatum, quia de contrario ex facto liquet, & actus ad videndum præfigi terminum ad docendum de prosecutione appellationis fuit factus per Gregorium Montagnanam, de cuius mandato tergiuersari non potest.

Præterea ad circumductionem termini pro seruato habiti sufficit decretum iudicis, & noua præsentatio rescripti, licet acta ex defectu mandati fuissent nulla, præsertim cum non fuerit oppositum, & pars comparentem agnouerit procuratorem.

LITTÆ.

Romana Pecuniaria, Lunæ 28. Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

An quis possit pro scutis 500. mutuatis executiue conueniri in vim obligationis Cameralis.

SVMMARIA.

1 *Executiuam ad viam conuolare non potest, qui per electionem sibi præiudicauit.*

2 *Lite ordinaria pendente super contrauẽtione alicuius instrumenti, non prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti executiue agere ad illius obseruantiam.*

DECISIO DCCXC.

DVbitaui, An Dominus Euangelista potuerit pro Scutis mutuatis executiue cõueniri in vim obligationis Cameralis in casu ad effectum, de quo agitur? Et Domini tenuerunt, quod non, ex quo D. Francisc. Cincius mediante monasterio, occasione schedulæ mutui eorum instrumenti solidationis habentis obligationem Cameralem in Curia Capitolij pro dicta summa aduersus D. Euangelistam mouerat iudicium de anno 1581. Vnde & post nõ potuit conuolare ad viam 1 executiuam, cum per talem † electionem sibi præiudicauerit, ad Galles. de oblig. Cameral. 3. par. q. 1. nor. glo. in l. proinde. la 2. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. diffamari. 2. col. C. de ingen. & manum. Aretin. in §. omnium. 13. colum. Instit. de action. Marant. de ord. iud. 6. par. num. 24. & ita alias fuit decisum. &c. in vna Romana donationis 4. Maij 1588. coram bonæ memoriæ Alexandro Iunio, & in vna Romana Pecuniaria 9. Octob. 1562. coram Caputaq. vt referunt Modern. de attent. in 2. par. cap. 4. titul. de attentatis, lite pend. declaratione prima limitat. vltim. quia licet dixerit, articulum esse dubium, & Rota in alia Romana obseruãtionis Concordiæ 23. Maij 1561. coram bonæ memoriæ Oradino tenuerit contrarium, tamen re vera dicta decisio non repugnat, cum tantum in ea dica-2 tur, quod lite ordinaria † pendente super contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti executiue agere ad illius obseruantiam, ex quo agendo ad obseruantiam contrauentioni intentatæ videtur renunciasse, & ita non loquitur in terminis quæstionis propositæ. Cetera autem, quæ pro Dn. Cincio adducebantur per informantes pro Dn. Euangelista, optime tolli censuerunt Domini, &c. Lancellott. de attent. lit. pend. lim. 70. & vbi fol. 162. Gabr. de att. concl. 4. num. 9.

ORADINI.

Lucana emphyteusis. 6. Iunij 1567.

ARGVMENTVM.

Emphyteusi finita per lapsum temporis vel generationem finitam, Cæsar eam agnatis renouare debet.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusi finita per lapsum temporis vel generationem finitam, Cæsar tenetur eam renouare agnatis.*

2 *Renouatio emphyteusis agnatis fieri debet, non obstante renouatione extranei, si agnati non fuerunt negligentes.*

DECISIO DCCXCI.

1 FVit conclusum, quod finita emphyteusi † per lapsum temporis, vel generationem finitam Cæsar teneatur eam renouare agnatis, Bartol. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. quæ opinio videtur magis communiter recepta, Iulius Clarus. recept. sentent. §. emphyteusis. q. 43. vers. sed hic occurrit. quæ conclusio non solum procedit in agnatis descendentibus, vt multi loquuntur, sed etiam in agnatis transuersalibus, & hoc communiter tenetur, & testatur Dec. consilio 131. colum. fin. Clar. dict. q. 43. vers. & hæc quidem conclusio refertur lib. 1. conclus. 12. num. 5. & Socin. iun. lib. 3. consil. 9. numer. 23. qui dicit esse communem, & per hoc deciditur præsens casus, & eo magis, quia Domini agnati fuerunt pro parte instituti hęredes ab vltimo moriente, quod multum operatur, per d. conclus. 12. limit. 6. conclusiones secundum Dominos etiam habent locum in emphyteusi ecclesiastica, vt per d. Clar. d. q. versicul. sed quæro. Fuit etiam dictum, quod ista conclusio procedit, etiam quando res non est integra, & quia facta sit renunciatio in extraneo, vt tenet Alexander in l. si mihi, & tibi. numero 2. de verbor. obligat. Iason ibi in fin. Rip. in lib. 1. numer. 1. de priuileg. cred. Curtius iunior cons. 47. num. 10. Paris. consil. 8. num. 4. volum. 2. Gozad. cons. 86. num. 34. licet contrarium teneant alij. Roma. cons. 70. nu. 5. vers. rectum. Alex. consil. 10. num. 9. vers. cum proceditur. lib. 3. & cons. 83. num. 3. lib. 7. Gozad. cons. 1. Crot. in addit. ad Abb. in c. bonæ. & 2. & nu. 28. de post. prælat. Clarus vbi supra. vers. sed pone. de communi. Roma. consil. 8. vol. 1. in fin. Sed placuit Dominis astrictio Curt. dicto consilio 47. & Gozad. consil. 2 86. quod aut agnati fuerunt † negligentes, & renoua-

tio fuit facta extraneo valeat, sicut non fuerunt negligentes, quod tunc non obstante renouatione extranei, debeat fieri renouatio Agnatis.

IVSTI.

Romana Simulationis venditionis, Lunæ 14. Maij 1601.

ARGVMENTVM.

Contractus emptionis & venditionis Casalis.

SVMMARIA.

1 *Simulatio venditionis non præsumitur, nisi probetur.*

2 *Coniectura in contrarium ponderata, licet de facili admittantur, ad præsumendum actum in fraudem creditorum, tamen hoc non ita de facili est admittendum in venditione, in qua requiritur, quod emptor sit particeps simulationis & fraudis. Limitatur, nu. 3.*

4 *Coniectura coniunctionis per se sola est leuis.*

DECISIO DCCXCII.

Resolutum fuit, venditionem medietatis Casalis Capicottæ factæ Domino Antonio Macharano à Ioanne Baptista Luraglo non fuisse simulatam, quoniã 1 simulatio non præsumitur † nisi probetur, l. quamuis. vbi Bald. C. si quis alt. vel sibi. Paul. de Castr. cons. 261. in princip. l. 2. Socin. cons. 83. num. 2. lib. 3. Dec. cons. 96. num. 6. Aym. consil. 145. num. 5. maxime contra instrumentum publicum solennitatibus omnibus fulcitum, Bar. in l. 1. in principio. num. 8. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in c. 1. in princ. de feud. dat. in vim leg. commiss. Dec. cons. 302. col. fin. imò hoc in casu videtur probata veritas in contrarium, Vnde certe excluditur simulatio, Dec. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 22. Afflict. in d. tit. de feud. dato in vim leg. commiss. nu. 28. post Bart. in l. post contractum. ff. de donat. Nam constat de solutione pretij ex pecunijs redactis ex venditione locorum montium, Aymon cons. 145. nu. 7. Rim. iun. cons. 173. num. 20. & quamuis pro maiori parte solum appareat de numeratione pretij ex schedula depositi in acto celebrationis contractus restituta, nihilominus non ideo minus est facta venditio, & trãslatum dominium in emptorem, contra quem essent necessariæ actiones reuocatoriæ, secundum Bar. in d. l. post cõtractum nu. 4. & maxime, quia schedula, & patritæ habent verisimilitudinem propter indigẽtiam venditionis, ad obuiandum decoctioni imminenti.

Quibus ita firmatis cedunt omnes coniecturæ in cõ 2 trarium ponderatæ, quæ † licet de facili admittantur ad præsumẽdum actum in fraudem creditorum, quos iam habebat Luraglus, secundum Bar. in d. l. post cont. nu. 2. tamen non ita de facili hoc est admittendum in 3 venditione, in qua † requiritur quod emptor sit particeps simulationis & fraudis. l. ait prætor. §. si quis parti ceps. ff. quæ in fraud. cred. Bar. in d. l. post contractum. 4 nu. 7. nam coniectura † coniunctionis per se sola est leuis. Crot. cons. 187. num. 77. lib. 2. sed hic eliditur solutione pretij, nec applicatur coniectura deducta à continuatione possessionis rei venditæ, quia possedit nouo titulo conductionis. Rom. cons. 304. num. 3. Dec. consil. 463. nu. 10. Rota coram bon. mem. Lauretano in vna Neapolitana census, 4. Decemb. 1579. & aliæ suspiciones, quæ particulariter tolluntur per Informantes pro Dom. Antonio in memorialibus facilius cedunt prætensæ veritati venditionis, & numerationis, de cuius fraude non constat.

Et ita conclusum.

IVSTI.

Romana Casalis Capicottæ, 8. Febr. Ven. 1602.

ARGVMENTVM.

Contractus emptionis & venditionis medietatis Casali quod non sit simulatus, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Dominium est causa acquisitionis fructuum.*

2 *Dominium probatur per instrumentum venditionis cum pretij numeratione possessione subsecuta.*

3 *Obligatio consistere non potest in re aliena.*

4 *Publiciana in actione sufficit, vt emptor sit in possessione.*

5 *Fructus in extinctionem debiti percipere licet.*

DECISIO DCCXCIII.

Postquam fuit decisum in Rota contractum emptionis, & venditionis medietatis Casalis Capicottæ celebratum inter D. Anton. Magaranum, & Io. Baptist. Luraglum non fuisse simulatum, incepit d. Do. Anton. prætendere contra creditores eiusdem D. Luragli decocti non solum restitutionem dictæ medietatis Casalis, sed vna cum ipsa fructus, vel affictus perceptos siue decursos à die dictæ decoctionis, idcirco proposui dubium in Rota cum quibusdam præsuppositis in debeantur & Domini dixerunt, affirmatiuam sententiam esse veriorem. Moti fuerunt, quoniam siue dicamus constare de dominio dicti D. Anton. certum est, quod 1 dominium est causa † acquisitionis fructuum, l. Herennius. ff. de vsur. l. fructus. l. in fundo. l. ex diuerso. ff. de rei vend. & in emptore bonæ fidei tradit Cagn. in l. 2. nom. 7. C. de pact. inter empt. & vendit. Vnde quia per 2 instrumentum venditionis † cum pretij numeratione possessione subsecuta probatur dominium, l. proprietatis, & l. cum res. C. de probat. videbatur constare de dominio Dom. Antonij, pro quo prædicta omnia concurrunt.

Nec placebat Dominis, quod opponebatur per Informantes pro creditoribus, scilicet dictum Dominum Anton. agere non posse contra creditores rei vẽditione non probato dominio sui autoris, l. & qui fundum. §. hoc tamen. ff. de pign. glos. in d. l. cum res. Bart. in l. magnam, nu. 5. C. de probat. Boer. dec. 42. num. 4. & fuit dictum in Rota coram bon. mem. Dom. Vicecomite. postea Archiepiscopi Mediolani in Viterbiensi Campi Mauri 16. mensis April. 1584.

Siquidem respondebatur, Dom. Antonium non restringere iura sua ad dictam actionem, vt dicemus infra præterquam quod visum fuit, hac exceptione creditores vti non posse, qui ex altera parte allegant hypothecam super eodem casali vigore obligationis d. Ioan. Baptistæ actoris Domini Antonij, quæ in re aliena con- 3 sistere † non potest, l. 1. §. primo. ff. de pign. Negusan. de pign. in 3. memb. 2. par. num. 58. cum alijs sequentibus. Vnde videntur eodem tempore, & ad eundem effectum allegare contraria, & hoc quo ad dominium.

Siue dicamus, non bene constare de dominio, & tunc non deficit actio Publiciana, quæ causatur ratione tituli & traditionis, l. 1. ff. de Public. in qua sufficit, 4 emptor † sit in possessione venditore sciente. Natt. consil. 192. num. 3. & tunc veniunt fructus in Publiciana, l. eum qui, §. in Publiciana. ff. de publician. Natt. alleg. num. 7. nam de possessione Dom. Ant. sciente Io. Baptista, non constat ex locatione affictuum per biennium subsequuta, Bald. in l. quædam mulier, nu. 1. ff. de rei vend. Rot. dec. 1. de fid. instrum. in antiq.

Nec deficiunt aliæ actiones in iure, & præsertim nõ deficit æquitas, l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. vel officium iudicis in hoc casu, in quo non vigore domini, vel possessionis creditorum sunt percepti fructus, sed ex decreto iudicis prouisionali, vt mox dicemus.

Non obstat, quod fructus fuerint percepti à credi- 5 toribus in extinctionem debiti, quod licuit, † stante priori hypotheca, cum fructus sint obligati in ea causa, in qua res est obligata, l. 3. C. in quib. caus. pign. vel hyp. tacite commit. cum alijs alleg.

Siquidem respondebatur, in hac causa verum esse, in facto fructus non esse perceptos à creditoribus, tanquam ad se spectantes vigore hypothecæ, sed mediante decreto iudicis, qui post decoctionem Ioã. Baptistæ per modum prouisionis, & ne interim bona dilapidarentur, & perirent sine præiudicio iurium quorumcumque

cumque ac possessionis eorumdem bonorum, si quæ ab aliqua persona legitima capta fuerit, auocauit ad se possessionem omnium, & singulorum bonorum, & administratorem deputauit, qui integros fructus Casalis percepit, vel de facto quo ad medietatem Casalis percipiendo, vel tacite prosequendo locationem d. Ioan. Baptistæ. Vnde pecuniæ ex fructibus redactæ fuerunt in monte depositæ, & cum decreto iudicis consignatæ creditoribus cum obligationibus & cautionibus de restituendo prioribus, & potioribus.

Quapropter cum isti fructus non fuerint in dominio debitoris, nec potuerint consequenter venire sub hypotheca ipsius. Albet. Salyc. & alij in d. l. 3. C. in quibus cau. pig. vel hyp. tac. contrah. Nec aliquo remedio vsi fuerint creditores, vt exempli causa Saluiano interdicto, vel alio, quo fructus legitime percipere potuerint in solutionem debiti Io. Bapист. & consignatæ fuerint pecuniæ cum promissione siue cautione de restituendo, cuius effectus est, vt pecunia habeatur pro non soluta, l. procuratoris §. fin. ff. de tribut. l. ex facto. in fi. ff. de pecul. Cast. conf. 286. in princ. Propterea nulla bona ratione videtur concludi posse, fructuum, seu pecuniarum dominium in creditores ita esse translatum, vt non debeantur D. Antonio.

Nec obstat, quo ad hoc, vt bonæ fidei emptor rei alicuius obligatæ faciat fructus suos, requiritur quod ipse eos seminauerit, recollegerit, & consumpserit, secundum doctrinam Aym. in l. 1. §. cum prædium, ante num. 1. vers. & præmitto. & nu. 1. in fi. vbi etiam Alb. in princ. quæ non concurrunt in hoc casu.

Quoniam responsum fuit, quod Doctores allegati prædicta considerant ad excludendum dominium, quod si habuisset, obligarentur fructus creditoribus, sicut ipsa res. Vnde aut volumus, fructus esse perceptos ab administratoribus ex decreto iudicis, veluti conductoribus repræsentantibus Luraglum, & tunc semper verum est, quod non fecerunt fructus suos ante solutam pensionem affictuum, l. si Seruius. locati. vbi glos. in verb. cogere. ff. de furt. Bal. in l. 2. nu. 2. C. de rerum permut. Ruin. conf. 216. nu. 5. lib. 1. & saltem debentur affictus. Aut volumus, nullo alio titulo esse perceptos, quam ex allegata prouisione iudicis, & tunc quia iudex mandauit sine alicuius præiudicio, etiam quo ad possessionem, percipi fructus, videntur nomine ipsius Dom. Ant. percepti, & consumpti, & pecunia præsumitur extare, quæ debetur loco æstimationis fructibus consumptis, Ias. post alios in l. diuortio. §. ob donationes. in fi. ff. sol. matr.

Et ita decisum fuit pro D. Antonio.

IVSTI.

Romana Fructuum Casalis Capicottæ, Ven. 21. Iunij 1601.

ARGVMENTVM.

Regula communis non procedit, quod fructus sequantur rei dominium.

SVMMARIA.

1 *Fructus rei dominium non sequuntur.*

2 *Iudex in hypothecaria, ex quo lis inchoata fuit, ex eo tempore etiam de fructibus condemnare debet.*

3 *Hypothecæ effectus non est, impedire translationem dominij.*

4 *Retentionis allegatio, quæ datur in hypotheca, cum fructus percepti fuerint à creditoribus ratione hypothecæ, idem operatur, quod litis contestatio in hypothecaria operaretur.*

DECISIO DCCXCIV.

Domini tenuerunt, quod vera sit doctrina Iacobi de Arena in l. quamuis. C. in quib. cau. pign. vel hyp. tacit. contrah. quem sequuti sunt Cyn. Alber. Sal. & alij, item non procedere cõmunem regulam, quod 1 fructus † sequantur rei dominium, secundum decisionem in hac causa factam die Ven. 8. Februa. præteriti, quandocunque percipiuntur ab alio Domino quam à debitore pendente iudicio in hypothecaria. tunc enim 2 debet arbitrari iudex, vt ex quo lis inchoata † fuit, ex eo tempore etiam de fructibus cõdemnet, l. si fundus. §. in vend. vers. interdum etiam. ff. de pign.

Sed difficultas fuit in applicatione, quoniam aliqui ex Dominis crediderunt, satis cõstare de lite, & actione intentata, cui deseruire possit officium iudicis per petitionem creditorum post commissionem causæ generalis & citationem contra Dominum Antoniũ Macharanum ad videndum relaxari quodcunque mandatum de immittendo necessarium & oppositum, cui citationi Dom. Antonius respondit, & allegauit, non esse locum immissioni, sed sibi concedendam esse manutentionem, ex quibus lis est contracta. Achil. decis. 1. de except. cum alijs allegatis, nec poterat intelligi alia intentata actio, quam hypothecaria, cum per creditores citationibus factis per dictum Dom. Anton. responsum fuerit, se esse priores, & potiores, & Dom. Antonio esse præferendos.

Alij tamen credebant, quod positio creditorum qui propria auctoritate bona debitoris decocti diuidere non possunt, l. pro debito. C. de bon. aucto. iur. poss. vbi Castr. Bart. & alij notant, essent ad effectum acquirendi bona, tanquam spectantia ad debitorem, & ab ipso possessa, quæ secundum motum proprium S. D. N. erant inter ipsos diuidenda & distribuenda.

Quod tanto magis credebant, quia creditores nunquam habuerunt Do. Antonium pro Domino, & possessore medietatis casalis, imò semper contrarium in actis asseruerunt, quo casu sumus extra terminos hypothecariæ, l. pignoris. vbi Barto, & alij. de pignor. l. si creditor. & ibi Bar. ff. de euict. Fab. Aret. Ias. & alij in §. item Seruiana. Instit. de action. & maxime, quia iudex ad se auocauit possessionem, & fructus distribuit inter creditores, & Antonius erat actor contra creditores, non sustinebat litem in hypothecaria, quod exitus approbant, quia fuit lata sententia graduatoria, & distributum casale, tanquam proprium ipsius Luragli, cum tamen nõ obstante hypotheca remaneret sub dominio D. Antonij, Cephal. post alios consi. 331. nu- 3 me. 14. Effectus enim hypothecæ † non est impedire translationem dominij, quod transit cum sua causa in quemlibet successorem, c. ex literis. de pign. l. si debitor. C. de distract. pign. sed facit illum potiorem, cui res primo est obligata, l. qui balneum. l. qui potiori. ff. qui. pot. in pig. hab. Gabr. de emptio. & vendit. col. 2. nu. 36. cum allegatis.

Omnes tamen Domini, qui viderunt causam, concordarunt, quod cum fructus percepti fuerint à creditoribus ratione hypothecæ, idem, & plus operatur 4 allegatio † retẽtionis, quæ datur in hypothecaria, Myn sing. post Aret. Ias. & Zas. allegatos singu. obseru. cent. 6. obseruat. 70. num. 15. quod operaretur litis contestatio in hypothecaria, in quo proposito est text. in l. si dominium. C. de pign. & in l. 2. C. de pign. act. & quia creditores percipientes fructus non ideo dominium acquisiuerunt, tenentur imputare in creditum, glos. & Doct. in l. in vend. §. 1. ff. de pign. Alex. conf. 141. lib. 5.

Et ita conclusum.

GYPSII.

Vercellensis Bonorum, Ven. 10. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

An bona sint deuoluta, si vasallus in feudo succedens, intra annum & diem non petat inuestituram feudi.

SVMMARIA.

1 *Vasallus succedens in feudo tenetur intra annum et diem petere inuestituram; alias incidit in commissum.*

2 *Annus, intra quem vasallus in feudo succedens, inuestituram petere tenetur, currit a die scientiæ.*

Ignoran-

3 *Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur.*
4 *Præscriptio nulla currit, quotiescunque ignorantia facti reddit factum de iure & de facto impossibile.*
5 *Causa iusta a feudi amissione excusat.*
6 *Iuramẽtum Episcopi sufficit ad probandam eius non crassam, sed iustissimam ignorantiam.*
7 *Materia odiosa restringi debet.*

DECISIO DCCXCV.

QVærebatur, an bona, de quibus agitur, essent deuoluta mensæ episcopali Vercellensi, & vna tantum parte informaote non esse deuoluta, Domini resoluerunt, quoniam licet vasallus succedens in feudo
1 teneatur † intra annum, & diem petere inuestituram, alias incidit in commissum, cap. 1. in princ. quæ fuer. prima causa benef. amit. Cur. tract. de feud. par. 4. cau-
2 sa 23. num. 45. nihilominus iste annus † non currit nisi à die scientiæ, glos. in cap. 2. in verbo vltra annum, quo tempore miles, &c. & ibi Afflict. num. 36. Bal. in l. fin. in fine. C. si pend. appel. Ias. in l. 2. num. 23. C. de iure emphyteut. quæ quidem scientia ad effectum priuationis feudi debet esse probabilis, glo. in d. c. 2. quo temp. mil. Clar. in §. feudum. quæst. 49. ver. scias etiam, & est probanda per Reuerendissimum Dom. Episcopum Vercellensem. dominum directum prædictorum bono-
3 rum, siquidem ignorantia † præsumitur, nisi scientia probetur, l. verius. in princ. de probat. c. præsumitur. de reg. iur. in 6. cum similibus. Ideo cũ de tali scientia non doceatur, Illustriss. Dn. Archiepiscopus Pisanus, qui in istis bonis, vti hæres patris succedit, venit excusandus: maxime, cum pro eius parte plura deducãtur, ex quibus oritur non leuis præsumptio, quod ipse ignorabat, dicta bona esse feudalia. nam præter tutis præsumptionem, quæ multum operatur in hac materia, ad reg. l. qui in alterius. de regul. iur. c. cum quis. eodem titulo lib. 6. & in terminis hæredis voluerunt Anchar. consil. 174. num. 5. Bero. cons. 98. num. 22. vol. 1. hoc satis verisimile ex eo redditur, quod Do. Archiepiscopus per tot annos fuit absens à ciuitate, & diœcesi Vercellensi, vnde fit, vt nullam huius feudi censeatur habuisse notitiam, etiamsi in loco de huiusmodi re fuisset publica vox, & fama, Bart. in l. is potest, num. 16. in fin. & num. seq. de acquir. hæred.

4 Et quotiescunque ignorantia facti † reddit factum de iure, & facto impossibile, tunc nulla currit præscriptio, l. cum lex. de ædil. ed. cum alijs ad hoc propositũ citatis per Bal. cons. 429. ante num. 2. lib. 1. sed impossibile erat, quod Dominus Archiepiscopus ignorãs posset cognoscere feudum, & petere inuestituram de feudo, ideo est dignus excusatione. Et præterita coadunari possunt, tum quia dicta bona sunt prædia rustica, absque vasallis, & iurisdictione, tum etiam quia allodialia, & non feudalia præsumuntur, Bald. in c. significa-
5 uit. de rescript. Dec. consil. 124. num. 8. Et quod † iusta causa excuset à feudi commissione, est textus expressus in c. 1. ibi, nisi iusta causa. quo temp. mil.

His postremo accedit iuramentum ipsius Reueren.
6 Archiepiscopi, quod sufficit † ad probandam eius non crassam, sed iustissimam ignorantiam, glos. com. recepta. in §. namque in verbo dicit. circa med. Iust. de act. Anchar. d. consil. 174. num. 4. vers. iustissima. Quod tanto magis sibi locum vendicat in isto Antistite valde fide digno, Pedemon. decis. 7. num. 25. & 26. & dec. 101. vbi alios adducit.

Et si res dubia esset, quæ tamen ex prædictis clarissima redditur, cum materia sit valde rigorosa & odiosa,
7 debet † restringi & euitari, quantum de iure potest, per reg. c. odia. de reg. iur. in 6. & firmat Ias. cons. 117. num. 32. lib. 4. rationem adducens, quod qui nititur tempore, dicitur niti ex conuentione tẽporis, & consequenter ex remedio odioso, allegat tex. in §. volumus. in Auth. de his qui ingred. de app. & alia concordãtia, per illum tex. Idem tenet Afflict. in d. c. 2. nu. 3. quo tẽpore miles.

GYPSII.

Vicentina Decimatum Feudalium, Lunæ 16. Nouembr. 1592.

ARGVMENTVM.

Decimas feudales ad Ecclesiam aliquam deuolutas esse, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Dictionis tantum ea est natura, vt affirmatiue posita excludat omnes alias personas & casus in dispositione expresse non contentos.*
2 *Feminæ deficientibus masculis possunt petere, & obtinere feudi inuestituram.*
3 *Verbum, totius villæ, restringitur ad terras laboratas.*
4 *Identitatẽ concludẽter probare debet, qui se in ea fundat.*

DECISIO DCCXCVI.

FVit per Dominos resolutum, decimas feudales, de quibus agitur, esse ad Ecclesiam Vicentinam deuolutas, quoniam inuestituræ dictarum decimarum noualium super quibusdam terris buschicis, existentibus in pertinentijs Campiliæ, & in locis expressis in instrumentis, de anno 1453. 1525. & 1561. 1576. 1581. rogatis, factæ fuerunt illis de Ripettis, vltimo inuestitis, si sine filijs decesserint, dubitandum non videtur feudum esse ad Ecclesiam deuolutum, siquidem na-
1 tura illius dictionis † *tantum* est, vt affirmatiue posita excludat omnes alias personas, & casus, in dispositione expresse non contentos, Ias. in l. 1. num. 8. si quis ius dic. non obtemp. Felin. in c. contingit. num. 4. de fide instr. Soc. iun. cons. 53. cum plurib. seqq. lib. 2.

Nec refragatur, quod ex quadam æquitate ac passi-
2 ua interpretatione feminæ † deficientibus masculis, nõ obstante huiusmodi taxatiua, possunt petere & obtinere feudi inuestituram, Paris. cons. 22. num. 36. lib. 1. Bart. cons. 98. num. 6. & 10. lib. 1. & voluerunt Domini in vna Bononiẽsi, Bonorum emphyteuticorum, coram D. Episcopo Ortolensi, 2. Nouemb. 1592. & 10. Octobr. 1585. dummodo feudum seruitium personale non requirat, secundum Bald. in cap. 1. §. & quia videmus. nu. 24. de his, qui feud. dare poss. Paris. cons. 16. nu. 11. lib. 4. quoniam pro responsione satis est, quod in actis non constat adesse aliquas feminas, à prædictis de Ripettis descendentes, qui petant inuestiri, iuxta doctrina Bartol. in l. 1. §. permittitur. de aqua quotid. & æstiu. quem communiter Doct. sequuntur, Alex. cons. 80. num. 11. lib. 1. Caputaq. decis. 304. nu. 1. & si adessent, nil releuaret, cum Ecclesia, vt dicũt Informantes pro D. Episcopo, intendat præfatas decimas pro se retinere, & fuit resolutum apud Reueren. Patrem Dom. Manticam, in vna Rauenatensi, bonorum, 20. Nouembr. 1587.

Nec ad rem faciunt tot inuestituræ de fructibus & redditibus decimatum totius villæ Lunæ, territorij castri Cirtequardæ, & pertinentis Campiliæ pro Ripettis, & litis consortibus, nuper compulsatæ, quarum aliquæ pro hæredibus simpliciter, aliæ pro filijs vtriusque sexus, concessæ fuerunt, quia non loquuntur de feudo noualium, de quo in præsenti tractatur, sed de alio donato feudo, ac bonis, quæ tunc colebantur per quendã
3 Ioanne Brãzano, quo fit, vt illud verbum † *totius villæ*, &c. restringatur ad terras laboratas, per Dominũ Ioan. vt legitur in inuestitura obtenta, de anno 1365. in summa. nu. 1. Aliæ inuestituræ ab illa originem trahunt.

His accedat, quod ex confinium diuersitate satis apparet, quod prædicta feuda sint inter se diuisa, diuersa, & separata.

Quod etiam fit multum verisimile, siquidem dantur nonnullæ inuestituræ, de eodem anno 1453. vna pro hæredibus, alia pro masculis tantum, & idem obseruatum est de anno 1525. & 1526. & de anno 1561. duæ fiunt inuestituræ, sub diuersa forma. Ideo Ripetti, qui
4 se fundant in identitate, † debent illam concludenter probare

probare. Corn. consil. 144. col. 3. ad fin. lib. 4. Aym. consil. 98. num. 4.

Maxime hoc casu, cum Ecclesia per instrumenta publica suam intentionem probauerit, vt per Clarus in §. emphyteusis. q. 4. & fuit pluries in hac causa resolutũ.

GYPSII.

Matheranensis, Iurisdictionis, Merc. 4. Iulij 1594.

ARGVMENTVM.

Ciuitas Matheræ & illius Episcopatus quantũ se extendant.

SVMMARIA.

1 *Diœcesium diuisiones cur sint inuenta.*
2 *Verba enunciatiua in antiquis vltra 100. annos probant.*
3 *Subiectio per exactionem probatur.*
4 *Antiquissima in materia leuiores probationes sufficiunt.*

DECISIO DCCXCVII.

PRæsupposita decisione in hac causa facta, quod ciuitas Matheræ & illius Episcopatus habeat diœcesin propriam, & separatam à diœcesi Acheruntina, dubitatum fuit, quantum illa se extẽderet, Dom. d. die vtraq; parte informante in eã iuerunt sententiã, oppida decem, de quibus nunc agitur esse de diœcesi Matheræ, dictamque diœcesim peruenire vsque ad mare, prædicta oppida sic nuncupantur, Mons Cauiosus, Genosa, Luterna, Bernaldum, Tamimaris, Pisticcium, Vgiano, alias Ferrandina, Pomarium, Milonisum, & Grotula. Moti fuerunt, quoniam præter id, quod dicta oppida sunt admodũ propinqua Matheræ, & distant à ciuitate Acheruntina, per 30. 40. 50. & vltra miliaria: vnde fit verisimile, ea magis pertinere ad Matheranensem, quã ad Acherũtinam diœcesim, cum propter faciliorẽ administrationẽ sacramentorum & vtilitatẽ populorum di-1 uisiones † hmõi inuentæ fuerunt, c. præcipimus. & ibi Bellam. & Turrecr. 16. q. 1. c. nulli. vbi gl. & alij. 99. dist.

Et prædicta coadiuuantur pluribus scripturis, & primo ex verbis enunciatiuis, de quibus in capitulis factis inter Matheranensem & Acheruntinam, in quibus dicta loca de diœcesi Matheranensi énunciantur, vt in 2 summario nu. 3. verba enunciatiua † in antiquis vltra 100. annos probant, Ægid. decis. 70. cum vulgatis.

Secundo ex instrumento cõfirmationis donationis, & exemptionis cuiusdam Ecclesiæ positæ in monte Cauioso, cum animarum cura pro Episcopo Matheranensi... anno 1065. quod facere minime potuisset, nisi locus fuisset de eius diœcesi, quia hoc est de iurisdictione Episcopi, c. conquerente. & ibi Doct. de off. ord. in hac materia antiquissima hoc pacto satis probatur subiectio. Abb. cons. 62. nu. 18. Brun. cons. 34. nu. 6.

Tertio ex taxa decimarum facta per Sedem Apostolicam de an. 1524. vbi dicta loca describuntur in diœcesi 3 Matheranensi, & ab illis ita fuerunt exacta, per † quam exactionem probatur subiectio, l. 1. vbi Bald. de nat. lib. Alex. cons. 166. nu. 2. lib. 2. Soc. cons. 187. nu. 15. lib. 2.

Quarto coadiuuatur ex alijs enunciatiuis Vrbis cõtentis in nonnullis literis... quas referre nimis laboriosum esset, & prædicta visum fuit Dominis sufficere ma-4 xime in hac materia antiquissima, in qua † leuiores probationes sufficiunt, l. census. de pact. c. olim. de censibus. Aym. de antiq. temp. p. 1. §. fin. num. 30. seq. præsertim, quia agitur de modico præiudicio... Abb. in cap. cum causam. & ibidem Felyn. de probat.

GYPSII.

Pisciensis, seu nullius Iurisdictionis, Ven. 16. Dec. 1593.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio quando dicatur nulla.

SVMMARIA.

1 *Iura, quæ quis tanquam loci ordinarius in Ecclesia aliqua habet, non intelliguntur sublatam per vnionem factam Abbati alicuius monasterij.*
2 *Ordinarij locorum qualibet anno visitare debent beneficia etiam Monasterijs vnita, & prouidere, vt ibidem laudabiliter animarum cura exerceatur.*
3 *Ordinariorum appellatione veniunt etiam inferiores in materia, quæ potest ipsis adaptari.*
4 *Decreta Concilij Trident. loquentia de Episcopis, habent locum etiam in Præposita.*

DECISIO DCCXCVIII.

FVit conclusum, approbationem Cappellani deputantem ad curam animarum in Ecclesia seu Cappella de qua agitur, pertinere ad Dominum Præpositum Psciæ, ac etiam illius visitationem in his tantum quæ concernunt animarum curam, tanquam Sedi Apostolicæ delegatam.

Ratio decisionis fuit, quia locus in quo dicta Ecclesia curata existit, subiecta est territorio, siue diœcesi Præpositi ex priuilegio Apostolico, quo fit, vt huiusmodi approbatio ad ipsum pertineat, per ea, quæ notat Anch. in c. postulasti. nu. 45. post princ. de foro compet. & fuit dictum coram Reuer. Patre Domino meo Seraphino in vna Salamantina Iurisdictionis 9. Maij 1580. nam 1 per vnionem † factam Abbati de Florentia de Ecclesia B. M. in qua est situata dicta Cappella, non intelligũtur sublata iura, quæ dictus Præpositus tanquam loci ordinarius in dicta Ecclesia habebat, iuxta textum in c. conquerente. de off. ordin. cum alijs allegatis.

Eoque magis, cum ex dispositione Concil. Trid. c. 7. 2 sess. 7. Ordinarij locorum † quolibet anno visitare debeant beneficia etiam Monasterijs vnita, & prouidere, vt ibid. laudabiliter animarum cura exerceatur, quæ quidem dispositio procedit etiam in Ecclesijs exemptis, vt in d. c. 7. d. sess.

Non obstat, quod Conc. sess. 25. c. 11. expresse loquatur de Episcopo, quia nõ propterea excludũtur alij ordinarij inferiores, vt dignoscitur ex c. 2. & 8. supradictæ sessionis, quandoquidem appellatione ordinariorum 3 veniunt etiam † inferiores in materia, quæ potest ipsis adaptari, vt per Gem. in c. ordinarij. num. 5. de off. ord. in 6. & Congr. d. Concil. alias censuit in simili, decreta 4 Concilij loquentia † de Episcopis habere locum etiam in Præposito, vt legitur in decisionibus dictæ sacræ Congregationis Dominis datis.

Nõ obstat decretum eiusdem Conc. c. 9. sess. 14. quia locum sibi vẽdicat in illis exemptis, qui sont immediate subditæ Papæ, non autem ijs, quæ præter exemptionem habent etiam iurisdictionem, vt in casu nostro, & fuit resolutum in dicta Salamantina, Iurisdictionis.

Præterea stantibus declarationibus sacræ Congregationis Concilij, quarum copia datur, tollitur omnis difficultas.

EIVSDEM.

Pisciensis, seu Nullius Iurisdictionis, Ven. 8. Nouembr. 1585.

ARGVMENTVM.

Resolutionis huius summa per se patet.

SVMMARIA.

1 *Animarum cura si per Abbatem, & Monachos in Ecclesia aliqua exerceatur, procul dubio ea censetur comprehensa.*
2 *Ecclesia in collegiata de necessitate inest cura animarum.*

DECISIO DCCXCIX.

POstquam alias Rota in hac causa respondit, non satis constare, Cappellam, siue Ecclesiam Parochialẽ, de qua agitur, Monasterio S. Mariæ Florentinæ vnitam fuisse nonnulla producta fuerunt iura, quamobrẽ contingit dubitari, An à prædicta resolutione recedẽdum esset, Et Domini dicta die in eam iuerunt sententiam, quod si tẽpore vnionis Monasterij de Bugiano, cũ suis iuribus, & pertinentijs factæ prædicto Monasterio de 1 Florentia, animarũ cura † per Abbatem & Monachos eiusdem Monasterij in dicta Ecclesia exercebatur, dubio procul eam censeri comprehensam, quãuis in literis impetrationis expressa mẽtio de cura huiusmodi facta

non

non extiterit, siquidem Ecclesiam collegiatam, vel cõuentualem esse Principi narratum sufficere videbatur, quemadmodum animaduertunt Hieronymus Paulus pract. Canc. io notab. super vacat. non referu. ver. gratiã benefici; Collegiati. Fran. in c. cũ in illis. n. 5. de præb. in 6. & bene Cassad. decis. 12. eod. tit. præsertim quia vnio fuit facta cum pertinentijs, per ea quæ tradit Lap. alleg. 139. & ibi Cald. in suo cons. Et ratio est secundum prædictos, quoniam in collegiata de necessitate, iuris 2 communis † dispositione inspecta, inest cura, idcirco per verba æquipollentia idonee facta mentio curæ intelligitur, c. licet ex quadam. de testib. l. mulier. ad Trebel. cum vulg. & hoc pacto ad consil. Card. 30. respondetur, vt per Cass. vbi sup. nu. 10.

Si verò cura animarum tunc temporis apud Clericum sæcularem residebat, Domini in decisis sub die 16. Decem. 1583. permanebant, ex ibi deductis.

Nec refragantur testes pro parte Abbatis examinati, quia omissis exceptionibus quę aduersus eorundem personas afferuntur, sat est, quod non percutiunt tempus ante prædictam vnionem.

Quis autem probare teneatur, curam tunc fuisse penes Clericos regulares, vel sæculares, videndum erit.

GYPSII.

Lucana, Plebis, Lun. 11. Martij 1591.

ARGVMENTVM.

Titulum Iuris patronatus communitatis ex dotatione & fundatione bene probant verba assertiua.

SVMMARIA.

1 *Præsumitur in antiquis, omnia necessaria tempore debito interuenisse.*

2 *Assertio facta in instrumento, satis est quod emanauerit in præsentia Episcopi.*

3 *Ius patronatus in Ecclesia collegiata non acquiritur, nisi expresse illud in fundatione reseruetur; secus in Ecclesia simplici, nu. 4.*

5 *Instrumenta per legitima quando constat de iure patronatus, non est opus probare continuatas præsentationes per 50. annos.*

DECISIO DCCC.

PRæsuppositis iuribus nouiter productis, dubitaõ an esset recedendum à resolutione vltimo loco facta, & non esse recedendum Domini vnanimiter concluserunt, quoniam titulus Iuris patronatus communitatis Villæ de Bamar ex dotatione, & fundatione bene probant verba assertiua, & antiqua plurium instrumentorum diuersorum Notariorum de anno 1285, 1348. & 1445. & alijs ab informantibus relatis. Ex quibus etiam probatur reseruatio prædicti Iuris patronatus, maxime concorrentibus quasi possessione præsentandi, institutionibus, & possessione toties subsequutis, iuxta consil. Calder. 13. de iure patron. Cassad. dec. 2. de iure patron. Achil. dec. 6. eo. tit. & in antiquis præ 1 sumitur, omnia † necessaria tempore debitõ interuenisse, Dec. cons. 446. num. 7. Aym. cons. 22. nu. 5.

Nec ad rem facit, quod assertio facta in instrumento ann. 1285. non sit ipsius Episcopi, sed cuiusdam Cõsulis dictæ Communitatis, quocirca ei standum non videretur, cum habet interesse, & ius patronatus prętenderet, Put. dec. 140. lib. 1. & dec. 149. lib. 3. quoniam 2 satis est, † quod emanauerit in præsentia Episcopi, qui in actu consecrationis monuerat homines dictæ Villæ ad dotandum dictam Ecclesiam ab ipsaque vti proxima recepit quoddam augmentum dotis, & ius patronatus confirmauit, vnde si communitas sufficienter non dotasset, Episcopus non deuenisset ad consecrationem, c. nemo. de consec. dist. 1. glos. in c. piæ mentis. in verbo collata. 16. q. 7. & in c. sicut. vbi Abb. de consecr. eccles. vel altari. Non est enim verisimile, quod Episcopus, de cuius præiudicio agebatur, admisisset ius patronatus, si veritas aliter se haberet, quandoquidem in huiusmodi admissione semper Episcopi difficilliores se reddunt, idcirco ipsis asserentibus ecclesiam esse de iure patronatus, magis credendum est, Rot. dec. 11. de iure patr. in nou. Put. dec. 172. lib. 1. Illustr. Paleottus dec. 23. Præsertim, quia si dicta assertio non fuisset vera, nec ipse, nec successores toties instituerent, & hoc tamdiu tolerassent, vt animaduertit Put. dec. 243. in fin. lib. 2. & in istis terminis constare de iure patronatus, fuit decisum coram bon. mem. Bubalo in vna Placentina, parochialis 12. Maij 1589.

Non obstat quod dicitur in Albanensi Prioratus nõ constare de iure patronatus, ex eo, quòd in instrumento donationis non fiebat mentio reseruationis Iuris patronatus, quia ibi enunciatiua Iuris patronatus, non erat ita adminiculata, nec concurrebant ea, quæ in casu nostro quæ pro iure patronatus concurrunt. 2. ibi agebatur de iure patronatus in ecclesia collegiata quod 3 non † acquiritur, nisi expresse illud in fundatione reseruetur, iux. not. in c. nobis. de Iure patron. in ecclesia 4 verò simplici † ex fundatione cum consensu Episcopi acquiritur Ius patronatus absque expressa reseruatione, Rot. dec. 5. de iure patr. in antiq.

Non obstat dispositio Concil. Trid. sess. 25. c. 9. quia, licet in Vniuersitate ius patronatus ex vsurpatione quæsitum præsumatur, tamen quando constat de iure 5 patronatus † per legitima documenta, non est opus probare continuatas præsentationes per 50. ann. quia Cõcilium hoc requirit, vbi ius patronatus solum probatur per præsentationes temporis immemorabilis, propter dictam præsumptionem vsurpationis, quæ cessat, vbi adsunt legitima documenta, vt alias dictum fuit. & ex abundanti dicitur de præsentationibus continuatis constare ex deductis non tantum per 50. sed & vltra 100. annos.

Nec testes fuerunt inducti ad probandum immemorabilem, sed vt probarent, prout bene probãt, vltimas præsentationes habuisse effectum, iuxta consi. Oldr. 229. sæpius per Rotam canonizatum.

Cetera tolluntur per Informantes.

ORANI.

Imolensis, Bonorum, Ven. 16. Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Bonorum venditio per instrumenta simulata non valet.

SVMMARIA.

1 *Simulatio præsumptionibus & coniecturis detegitur.*

2 *Pignus regulariter pro minori datur quantitate quam valeat.*

3 *Verborum formalitas in teste non est attendenda, dummodo per æquipollentia subijciendo causam scientiæ, dictum suum declarent.*

4 *Simulationem ad præsumendam vrget necessitas, in qua venditor tempore instrumenti reperitur.*

5 *Simulatio facile præsumitur, quando soluitur pensio correspectiua pecunia numerata, non autem fructibus rei.*

DECISIO DCCCI.

IN vna Imolẽsi bonorum quidam titulo emptionis acquisiuerat 77. tornaturas terræ, & iuxta æstimationem peritorum de consensu contrahentium electorum pro qualibet earum persoluerat 55. libras Bononienses, ac in continenti easdem venditori locauerat ad triennium pro annua responsione 60. scutorum auri in auro, facultate eidem concessa durante locatione illas redimendi. Huius sequuta sub ijsdem pactis ad aliud triennium prorogatione cum de ann. 1581. venditor egenus ad similium 77. tornaturarum primis adiacentium alienationem pro pari pretio, & responsione deuenisset, statimq; & eod. contextu tam primo, quàm secundo loco venditarum locationem sibi ad quinquennium fieri stipulatus fuisset, pacto etiam adiecto, quod durante tempore locationis quandocunque redimere eas posset: ita tamen quòd eueniente casu retractus teneretur

petetur emptori ad impensas occasione instrumentorum stipulatorum factas, tandem emptor exacto tempore retractus conuenti ad auditorem Cameræ pro obtinenda relaxatione possessionis dictarum terrarum recursum habuit, & sententiam fauorabilem reportauit, à qua in gradu appellationis causa coram me introducta dubitaui, an sententia veniret confirmanda, vel potius reuocanda. Et Domini 13. Ian. vna parte informante, resoluerunt pro illius reuocatione, demum in concursu vtriusque partis 16. Iunij, sequentis steterunt in decisis. Iniustitia enim illius visa fuit ad oculum patere, cum ex actis liqueret instrumenta venditionũ fuisse simulata, & per consequens emptorem sine actione egisse, nam simulatio † præsumptionibus & coniecturis detegitur, vt est doctrina Bart. in l. post contractum. ff. de donat. Castr. cons. 58. nu. 5. lib. 2. cum relatis per Tiraq. de retractu conuent. in præfat. num. 36. & ad illam probandam satis est, quòd cum pacto de retrouendendo, modicitas pretij concurrat, Docto. in c. ad nostram. de empt. & vend. c. illo. de pign. glos. c. conquestus. de vsur. Cassad. decis. 1. eod. multos congerit Rolan. cons. 40. num. 21. lib. 20. quia tunc de vẽditione non secus iudicatur, atque de pignore, cui magis accedit, cum regulariter † pignus pro minori detur quantitate quam valeat, vt per Doct. in c. significante. de pign. & restituto pretio retractus subiaceat, l. si rem alienam. §. omnis. de pignor. act. Idenque Doctores volunt, non tam attendendam figuram contractus, quàm quod partes inter se agere cogitarunt, l. emptione. C. plus val. quod agitur. De primo autem ex lectura instrumenti constabat: De altero deponebant testes ad 8. vbi dicunt quod pretium cuiuslibet tornaturæ venditæ, & aliarum similis qualitatis tempore contractus secũdum solitum, & consuetum erat 125. lib. subijcientes rationem scientiæ, quia habẽt notas qualitates terrarum, quas pluries viderunt, quamuis verò non concludant per verba cõmunis æstimationis, tamen sufficit, quod de valore solito, & consueto deponant, quia in teste non est † attendenda formalitas verborum, dummodo per æquipollentia subijciendo causam scientiæ dictum suum declaret. Socin. iun. cons. 73. nu. 3. lib. 2. Cæsar de Grass. decis. 69. alias 10. de testib.

Nec habenda videbatur ratio assertionis peritorum circa dictarum terrarum æstimationem, quia stantibus coniecturis in huiusmodi instrumentis concurrentib. magis ex illa augetur suspicio simulationis, nam terra, non locatio facta fuit venditori in continenti, ita quod semper continuauerit in earum possessione, Anchar. in c. illo vos. de pignor. notant Doct. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Nat. cons. 198. sub nu. 9. Rol. d. cons. 40. nu. 31. & seq. quòd facit præsumi, ipsum nihil minus cogitasse, quam quod eas alienaret, ex hoc certior factus, quòd sibi statim elocarentur, cum non esset eius intentionis, vt possessionem earum dimitteret, Paris. cons. 86. nu. 34. lib. 3. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gl. 7. nu. 67. & seq. hoc etiã suadebant sequentia, quia venditor semper vti Dominus harum terrarum soluit onera, collectas, & vectigalia Cameræ, quoniam si vera fuisset venditio, emptori solutio præmissorum tanquam Domino incumbebat, idem Rol. cons. 40. nu. 33. & seq. sic quia emptor numquam curauit hęc bona describi in ęstimo, seu castro ciuitatis Imolæ, in cuius territorio sita sunt, sed passus est remanere descripta sub nomine vẽditoris. Ex hoc enim arguitur, dictas terras nõ fuisse vere alienatas, sed in dominio eiusdem remansisse, Corn. cons. 138. nu. 23. lib. 1. Rol. d. cons. 40. nu. 35. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 11. pariter ad simulationem præsumendam vrgebat necessitas, † in qua venditum tempore instrumenti reperiebatur. Calcan. cons. 26. nu. 17. Idem Rol. d. cons. 40. nu. 36. & pactum in instrumẽto appositum, quod in euentum redemptionis vẽditor teneretur emptori reficere omnes impensas factas per emptorem in instrumentis, etiam concernentibus commodum ipsius. Cęp. de simul. contr. præsumpt. 6. Bero. cons. 166. n. 7. & cons. 169. num. 2. vol. 1. Lap. in l. 2. comment. 2. §. 1. nu. 15. versic. item si cautum. Postremo quod responsio contenta in dicta locatione magis correspondet pretio exposito ad rationem sex pro centenario quam veræ æstimationis, Anchar. cons. 557. num. 4. Nat. cons. 198. nu. 14. de quo etiam deponũt testes super septimo nam acquisitio fuerat facta pro pretio duorum millium scutorum auri in auro, & responsio erat conuenta 120. scutorum similium, Quando enim soluitur pensio † correspectiua pecuniæ numeratæ, non autem fructibus rei, facile simulatio præsumitur, Aym. cons. 156. num. 12. cum allegatis.

ORANI.

Romana, Fructuum Dotis, de Vellis, Lun. 23. Februar. 1598.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis cui debeantur.

SVMMARIA.

1. *Coniectura admittuntur ad simulationem probandam.*
2. *Datio in solutum facta post sequutum delictum, præsumitur facta metu imminentis pœna.*
3. *Accessorium sine principali non subsistit.*
4. *Iactare suum nemo præsumitur.*
5. *Contractus in dubio non præsumitur simulatus.*

DECISIO DCCCII.

QVondam Frãciscus Cincius Virginiam ex Ludouica de Bubalis susceptam filiam nuptui tradiderat quõdam Honofrio de Vellis cum promissione dotis 4500. ducat. Francisco, & successiue Honofrio vita functis cum istius filij conuenissent Dominum Cæsarem eorum Auunculum, quondam Frãcisci hæredem occasione fructuum dotis parenti suo promissæ, & nõ solutæ iuxta statutum Vrbis, fuit pro parte Domini Cæsaris allegatum, Dominam Ludouicam eius matrẽ in extinctionem debiti dotis promissæ dedisse Honofrio in solutum artem agrariam, de qua in instrumento celebrato cum interuentu consanguineorum & interpositione decreti Iudicis Capitolini die 6. Sept. 1566. Verum quoniam ex aduerso replicabatur, huiusmodi instrumẽtum fuisse simulatum, & factum in fraudem fisci, ad euitãdam bonorum publicationem, ex quo dictus Cæsar ante illius celebrationem cum armis prohibitis commiserat delictum in personam Santacrucij; Ideo dubitaui an constaret prædictum instrumentum dationis in solutum non habuisse effectum, vel fuisse simulate conceptum: & Domini concorditer venerunt in sententiam affirmatiuam, nempe dictum instrumentum fuisse simulate conceptum. Nam vulgare esse dicebant, quoties de causa simulationis apparet, ad simulationem † probandam coniecturas admitti, Bar. communiter receptus, cons. 65. nu. 4. lib. 1. Alex. cons. 55. nu. 7. lib. 1. Dec. cons. 36. col. 4. ver. secundo respondeo. Rot. decis. 1. nu. 4. vers. tertio modo de donat. in Nou. & in terminis dationis in solutum. Socin. iun. cons. 84. nu. 5. vol. 3. Becc. in casu donationis factæ ad rep. cons. 52. nu. 27. & fuit pluries decisum. Cum a. in casu isto, vt ex præmissis liquet Dominus Cæsar de mense Augusto eiusdem anno 1566. prædictum delictum commisisset, non mirum videri, si sub colore dationis in solutum Domina Ludouica quæ videbat imminere confiscationem bonorum eius filij, illorum indemnitati consulendo de mense Septembr. sequentis ad celebrationem illius contractus descendit, & ad hoc coniecturæ videbantur apparentes. Nam datio in solutum † accessit paulo post sequutum delictum, ex quo præsumitur facta metu imminentis pœnæ. Menoch. de præsumpt. libro 3. præsumpt. 124. num. 55. fuit etiam facta coniunctæ personæ, quæ plurimum auget præsumptionem

ocm

nem simulationis, Bartol. in l. post contractum. num. 2. ff. de donat. Bald. consil. 70. num. 1. vbi quod ratio naturalis suadet confidere coniunctis. Cumani. cons. 15. nume. 4. loquens in terminis soceri, & generi, Dec. consil. 587. num. 2. & cons. 659. num. 12. Tertia, quia facta de rebus mobilibus non appretiatis, neque æstimatis, & de quibus recipiens non curauit informari, Afflict. dec. 49. num. 19. Quinimo cum fuisset facta ad mensuram, & pro æstimatione facienda, & neutrum interuenerit, suadebat etiam, quod vere & non ficte facta fuisset, quod tanquam imperfecta, nullius esset considerationis, Curt. iun. cons. 144. lib. 3. Neuiz. cons. 38. nu. 25. & seq. Couar. lib. pract. q. c. 3. nu. 6.

Quarta ex eo eliciebatur, quod instrumentum hoc tamdiu stetit occultum. Ita Iacobus de Aret. in l. filio. ff. sol. matr. quem sequitur Bald. in l. fraus. ff. de leg.

Quinta, quia cum instrumentum fuerit factum de anno 1566. nihilominus de anno seq. & pluribus alijs constat, dictam Ludouicam persoluisse fructus dotis, quod quidem citra existentiam crediti esse non potuit
3 cum accessorium † sine principali non subsistat, & ne-
4 mo præsumitur, velle † iactare suum. Sexto, quia Dominus Hector Mutinus, qui pro dote promissa Honofrio obligatus erat, quod si per dationem in solutum Artis Agrariæ factam per instrumentum, in quo interuenerat, remisset extinctum fuisse debitum, & consequenter se ab obligatione liberatum, vtique iudicialiter conuentus à filijs quondam Honofrij pro solutione dotis non passus fuisset se condemnari, sed confestim opposuisset de datione in solutum, & huiusmodi simulatio plurimum coadiuuatur ex libro quondam Honofrij, in quo annotauit contractum fuisse factum occasione delicti per dictum Cæsarem commissi, præsertim cum esset vir nobilis, optimæ famæ, & conditionis, quem voluisse hoc scripsisse præter veritatem nemo sanæ mentis dixerit, vt bene deducunt hic Informantes.

Non obstat decretum Iudicis, quia illud inducit tantum præsumptionem, quæ tollitur fortioribus præsumptionibus, Bart. in l. ambitiosa num. 28. versic. visis. ff. de decret. ab ord. fac. Bald. in c. sicut. in fin. de re iud. Imol. in l. si quis cum aliter. col. fi. vers. item aduerte. ff. de ver. oblig.

Non obstant decisiones in contrarium allegatæ. Nã Caputaq. decis. 163. p. 3. quia procedit in dubio, quod
5 contractus † non præsumatur simulatus, non autẽ vbi tot, & tantæ concurrunt coniecturæ. Præterea habet locum, quando agitur de probatione simulationis fraudulentæ cõtinente delictum, vt est simulatio, quæ fit in fraudem vsurarum, vel pro fraudanda aliqua persona; secus respectu simulationis, quæ fit ad repar. absque dolo malo, l. 1. §. 1. ff. de dolo. Franc. Mar. decis. 366. num. 6. par. 2. Nam ad eam probandam non requiritur ita exacta probatio, Castr. cons. 74. nu. 11. lib. 2. Becc. d. cons. 52. num. 49. Put. decis. 205. lib. 3. admittit iuramentum verò confirmare cõtractum ex falsa causa, & quod iuramentum nõ suppleat consensum, cum stante simulatione nullus numerari possit consensus contrahentium.

P A M P H I L I I.

Romana, Deuolutionis Vineæ, Ven. 26. Martij 1599.

A R G V M E N T V M.

Emphyteuta qui per biennium continuum, & vltra cessauit in solutione Canonis, an locum faciat caducitati.

S V M M A R I A.

1 *Caducitati vinea fit locus stante mora in solutione Canonis per biennium, & vltra.*

2 *Moræ purgationi quando non sit locus.*

D E C I S I O DCCCIII.

PRoposita hac causa super deuolutione Vineæ sub die 19. Nouembr. 1597. Domini ex eorum solita æquitate ordinarunt, quod augeretur Canon in futurum, & soluerentur decursi vsque in illam diem, sed quia ab inde citra Dominus Ioann. Baptista sæpius interpellatus, & monitus nunquam potuit adduci ad obligando se pro dicto augmento & ad soluendum Canones decursos, instantibus Canonicis pro resolutione dubij, & ordine dominorum meorum de nouo causam proposui.

Et fuit per omnes Dominos resolutum factum fuis-
1 se locum caducitati † Vineæ stante mora Dominorum de Gottifredis, qui ab anno 1594. citra, & sic per biennium continuum, & vltra cessarunt in solutione Canonis, l. 2. C. de iure emphyt. auth. qui rem. C. de sacros. eccles. c. potuit. de locat.

Præsertim, quia non solum adest lapsus diei appositæ in concessione facta de anno 1551. sed etiam concurrit specialis interpellatio, & quidem geminata, & Iudicialis cum relaxatione mandati executiui pro canonibus decursis, cuius vigore post lapsum termini ad soluendum suscepti fuit facta executio, quæ etiam adhibita canonicos omni diligẽtia ob inhibitiones Rotales & diuersa impedimenta præstita nunquam potuit sortiri effectum, adeo quod licuit Canonicis postea de mense Martij 1596. acceptare caducitatem, & ingredi possessionem Vineæ inhibẽtibus Dominis Bruto, & Io. Baptista eius filio, ne ad eam accederent, gloss. in d. l. 2. Dec. cons. 146. numer. 2. Peregrin. dec. 30. li. 1.

Et ista acceptatio deuolutionis fuit sortita suum effectum, quia Canonici citatis præfatis Dominis Bruto, & Io. Baptista, obtinuerunt ex decreto Iudicis per peritos electos fieri separationem huius Vineæ ab alia contigua eiusdem Bruti, cum licentia de faciendo sepẽ diuisoriam, & vlterius fuit eis concessum mandatum de manutenendo in possessionem Vineæ, & fuerunt taxatæ expensæ litis, & pro illis relaxatum mandatum executiuum.

Et quod magis est, huic deuolutioni acquieuerunt tam Dominus Brutus, qui sub die 4. Iunij 1596. post captam possessionem à Canonicis recognouit Monasterium in dominum, & promisit illi respondere de fructibus etiam cum obligatione Camerali quam etiam Do. Io. Bapt. qui in executione mandati de manutenendo sub die 14. April. 1597. cõsignauit claues Vineæ executori, à quo fuerunt traditæ Canonicis, licet postea de mense Maij 1597. & sic longe post terminum appellauit à mandato de manutenendo.

Non obstat, quod tempore vindemiarum an. 1595. Canonici interpellati à Dominis de Gottifredis ad recipiendum responsiones debitas ad vineam non accesserint, quia non ideo excusantur à mora, cum postea interpellati, & citati à Canonicis ad soluẽdum Canones in pecunijs iuxta consuetudinem Vrbis, illas non soluerint, & passi sint contra eos relaxari mandatum executiuum, quod etiam suscepto termino ad soluẽdum nunquam potuit sortiri effectum suum, ob diuersa impedimenta ab eis præstita.

Nõ obstat alia interpellatio procuratoris Dominorum de Gottifredis facta sub die 20. Iul. 1596. ad recipiendos Canones, quia ista interpellatio fuit facta procuratori ad lites non habenti facultatem recipiẽdi Canones, & post incursam, & acceptatam caducitatem, & possessionem illius vigore acquisitam, & recogni-
2 tionem monasterij in dominum, quo casu † non est locus purgationi moræ, post factam exequutionem. Roma. cons. 103. Dec. cons. 146. nu. 4. Affl. dec. 174. Rip. in l. si insulam. nu. 38. de ver. obli. Goz. cons. 57. sub nu. 18. & adest decis. Caputaq. 223. lib. 1. in manuscrip. & sæpius fuit resolutum in diuersis causis.

Et ex eadem ratione, non obstat depositum factum per D. Io. Baptistam in monte Pietatis sub die 17. Maij. 1597. quia stante acceptatione deuolutionis per annũ, & vltra ante, cum adeptæ possessionis recognitione

D. Bruti

D. Bruti ex traditione clauium facta per Dominum Io. Bapt. in executionem mandati de manutenendo, non fuit in tempore nec sufficiens ad purgationem moræ post factam exequutionem ex allegatis.

Non obstat, quod procurator Monasterij post declaratam caducitatem & adeptam possessionẽ Vineæ obtinuerit mandatum pro Canonib. decursis, & pro expẽsis taxatis, quia non ideo dicitur recessum à caducitate, cum vltra vineam debeantur domino et Canones præteriti a otea decursi, Clar. §. emphyteusis. q. 10. vers hæc tamen omnia. quod etiam videtur fuisse de intentione procuratoris, qui eodem contextu obtinuit mãdatum de manutenendo Canonicos in possessione Vineæ.

Non obstat, quod dicitur certã partem huius Vineæ fuisse occupatam à propugnaculis Vrbis, quia illa pars iam fuerat prædictis Dominis Gottefredis restituta, & à quatuor annis, & vltra illam possederat, & non excusantur à caducitate, maxime cum non soluerint pro alia parte non occupata, quam semper possederunt, ad not. per Clar. in §. emphyteusis. q. 8.

Non obstat, quod gesta cum Bruto non afficiunt D. Io. Bapt. filium donatarium Vineę, quia Io. Bapt. etiam fuit intimata acceptatio deuolutionis, cum inhibitione ne ad vineam accederet, & similiter ipso citato fuit per peritos facta separatio Vineę, & data licentia faciẽdo sepem diuisoriam, & concessum Canonicis mandatum de manutenendo, in cuius exequutione ipse cõsignauit exequutori claues vineæ. Et tollit omnem difficultatem, quod lite pendente in Rota fuit pluries citatus, & monitus ad soluendum Canones decursos, & se obligandum pro augmento à Dominis ordinato, quod nũquam facere voluit, etiam non obstante decreto Reuer. Patre Domini mei Orani, ex ordine Dominorum sub die 4. Decẽb. prædicti super relaxatione Vineæ nisi infra 10. prędicta adimpleuerit, & sic pro ista caducitate, adest noua mora, quæ etiam de tempore litis consideratur, iuxta dec. Capic. 16. quam Rota approbauit, vt per Achil. decis. 1. de locat. Put. dec. 426. lib. 3.

Nõ obstat citatio facta Canonicis in vindemijs præteritis ad recipiendum responsiones, & totum id quod debetur ex augmẽto per Dominos ordinato, quia procurator Monasterij obtulit se paratum recipere citra remissionem caducitatis, & non solum non fuit facta solutio, quod etiam postea citatus expectauit decretũ Domini mei Orani absque eo quod voluerit se obligare, vel aliquid soluere.

Non obstat oblatio, & depositum in monte pietatis vltimo loco factum, quia non fuit factum in tempore, sed dum causa erat in propositione ad euadendum resolutionem.

PENIÆ.

Placentina, Decanatus, Merc. 6. Dec. 1596.

ARGVMENTVM.

An sit locus purgationi moræ, cum agitur de pœna regressus seu accessus ad beneficium.

SVMMARIA.

1. *Regressus vt canonizetur, declaratoria necessaria est.*
2. *Aequitas Canonica facile admittit purgationem moræ ad pœnam euitandam.*

DECISIO DCCCIV.

VTraque parte informante dubitaui, an esset locus purgationi moræ ad effectũ, de quo agebatur, & Domini steterunt in decisis in eadem causa coram me die 11. Dec. 1595. Cũ enim ageretur de pœna regressus, seu accessus ad beneficium, si daretur de nullitate pensionis, quam Rota non solet canonizare nisi adsit nimia proteruia, seu cõtumacia in soluere nolente, Ant. Aug. dec. 357. & 624. lib. 3. & in apit. tit. de priuat. ob non solut. pens. nu. 5. & fuit resolutum in vna Cæsaraugustana pẽsionis 13. Nou. 1591. coram Reu. Patre Domino meo Pãphilio; in alia Rossa. regressus die 16. Iun. anni 1595. coram Reu. Patre Domino meo Litta, in hac causa non concurrebat talis proteruia Decani Placentini, ex quo 1 nõ expectata aliqua declaratoria, quæ necessaria † etiã est ad canonizandũ regressum, Cass. dec. 4. nu. 1. de loc. Gig. de pension. q. 18. Pereg. dec. 233. lib. 2. quamprimũ Rota pronunciauit factũ fuisse locum decreto per legitimũ procuratorem cessit liti, & causæ super nullitate pensionis, ex quo actu cẽsebatur mora purgata, quæ ad hunc effectum potest purgari, etiam post tres sentẽtias cõformes, vt fuit decisum in causa Calaguritana Prioratus coram Domino Cardinale Blanchetto tunc Rotę Auditore die 15. Ian. ann. 1580. & maxime considerata æquitate Canonica, quæ facile admittit purgationem 2 moræ † ad pœnam euitandam, c. tuam. de pęnis. c. apud misericordiam. 32. q. 1. Alex. in l. si quis maior. nu. 7. vbi Ias. nu. 26. & Iac. de S. Georg. nu. 43. C. de transact. Dec. 138. nu. 7. Rota in causa Romana motui die 26. Febr. 1567. coram S. D. N. Clemente, tunc Rotę Auditore, & in vna Romana affictus casalis die 21. Nou. 1572. coram Reu. Robusterio, & in alia Romana de Manuellis die 19. Nouẽb. 1582. coram Reu. Patre D. meo Seraphino.

Huic ęquitati in hac facti specie ex eo etiam videbatur esse locus, quia Decanus semper soluerat omnes pẽsionis terminos absque aliqua protestatione.

Quatenus ad ius Mirãdæ, quod Informantes pro eo dicebant fuisse factum deterius, & propterea Decanũ, qui sibi mouerat litem super nullitatẽm pensionis, incidisse in pœnam decreti, considerabatur, quod vel ista deterioratio colligebatur, ex eo quod Miranda nõ poterat obtinere Decanatum, maxime stante eius gratia, si neutri, vel ex eo, quod fuerat deducta nullitas pẽsionis, iuxta primam inspectionẽ, dicebant Domini, talem deteriorationem non fuisse habendam in consideratione quoniam isto respectu posset dicere pensionarius, ius suum factum deterius, ex quo amittebat beneficiũ, quod vigore regressus, vel accessus habere poterat, quę ratio satis est leuis, vt patet ex supradictis.

Iuxta alteram inspectionem respondebatur similiter, non potuisse reperiri aliquam rationalem deteriorationem, quia Papa prohibuerat dari de nullitate pensionis cum clausula sublata, quod perinde fuit, ac si dixisset, quod pensio esset valida, vel de eius nullitate dari non posse.

Nec obstat, quod aliquando posset obtineri a peritioris, quia dicebatur, quod tunc ex cõsequenti canonizaretur regressus, & ius Mirandæ remansurum erat illæsum, vel respectu pensionis, vel respectu Decanatus.

Minus placuit Dominis, quod proponebat Miranda considerãdum respectu nullitatis pensionis, qua deducta non poterat tuta conscientia illam exigere, atque propterea negari non potuisse, quia ius illius factum esset deterius, quoniam respondebatur, quod cum pręter consensum Decani, cuius fauore nullitas fuerat introducta, adesset decretum Papæ, quod non posset dare de nullitate pensionis, licite poterat Miranda pẽsionem exigere, maxime cum nõ esset adeo clara nullitas, vt non indigeat particulari inspectione.

Clausula sublata vna cum decreto irritante non impediebat moræ purgationem, quia non alterat, neque mutat naturam illius, imò regulatur ab eo, & ita in casu proposito non operatur effectum nisi concurrentibus requisitis in tot decisionibus supra citatis, nempe nimia proteruia & contumacia recusantis pensionem soluere. Hæc enim clausula etiam interpretationem admittit, quæ ex æquitate prouenit, Put. decisio. 213. libro 2.

Et quanquã ex supradictis Rota non recesserit à decisis circa moræ purgationem, censuit tamen Mirandã ex capitibus potuisse agere ad eundem Decanatum, sicut in alia decisione senserat, illum exclusit à petitione & consequutione sumptuum, quos in hac causa fecit propter molestias sibi illatas.

SERAPHINI.

Beneuentana, Executionis, 26. Martij, 1590.

ARGVMENTVM.

Agi executiue non potest pro integra summa ob non præstitum fideiussorem.

SVMMARIA.

1 *Moram remisisse videtur, qui fideiussores præstitit.*

2 *Debitor non statim facta interpellatione censetur constitutus in mora, sed opus est quod assignetur tantum temporis, intra quod commode explicari possit id, super quo interpellatur.*

DECISIO DCCCV.

DOmini dixerunt Dominum Polydorum non potuisse agere executiue pro integra summa scutorum 700. contra Paulum, & illius consortes ob non præstitum per eos fideiussorem infra 15. dies Polydorus petierit, & receperit plures pecuniarum quantitates pro terminis decursis absque eo quòd fuerint præstiti fideiussores vtique videtur recessisse à facultate petēdi 1 integram † summam, & remisisse moram, l. post dies, de leg. comm. Alex. cons. 14. nu. 2. lib. 2. Tiraq. de retractu conuen. §. 1. gl. 2. nu. 60. decis. Ianuen. 23. nu. 11.

Præterea debebat interpellatione facta per Polidorū assignari aliquis terminus arbitrio iudicis. Nam non 2 statim facta † interpellatione cēsetur debitor constitutus in mora, sed opus est, quòd assignetur tantum tēporis, infra quod commode explicari possit id, super quo interpellatur, Bouer. in tract. de Mora. par. 3. in princ.

ORTEMBERGII.

Romana, Caducitatis, Lunæ 20. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Caducitatis pœna quando locum habeat.

SVMMARIA.

1 *Non est in mora quis, quando non adest legitima persona, cui solutio fiat.*

2 *Caducitas incurritur, ob non solutionē, etiam lite pendente.*

DECISIO DCCCVI.

COnclusum fuit, vna tantum parte informante, reuocandum esse mandatum A. C. cuius vigore Octauianus Mascainus fuit exutus possessione domo-1 rum, ob non solutum canonem. Etsi enim defecerit † in solutione, quod ipse ingenue agnouit, non tamen fuit in mora, siquidem non aderat legitima persona, cui fieret solutio, quæ destinanda erat in Vrbe; ideoque non tenebatur Mediolanum ad domum creditoris accedere, Anchar. in c. significante. num. 8. de pignor. Bartol. in l. item illa. num. 9. de constit. Benint. Mohedan. decis. 15. de locat. Rol. cons. 87. num. 14. lib. 1.

Onus autem probandi adfuisse legitimum procuratorem ad recipiendum incumbit Dominis de Sorbellonibus, Bart. in d. l. item illa. num. 11. & ibi Fulgos. & alij Alexand. consil. 210. num. 2. lib. 6. Ruin. cons. 151. num. 3. lib. 1.

Neque etiam necessaria erat hoc casu oblatio, aut protestatio ex parte Mascaini, Alexand. cons. 92. num. 12. lib. 1. Ruin. d. cons. 151. n. 4. Mohed. d. dec. 15. nu. 1. Afflict. decis. 116. nu. 2. Mandos. in prax. sign. grat. vers. quæ to destinato, &c.

2 Non obstat, quod caducitas † incurratur ob non solutionem, etiam lite pendente, nam etsi Franciscus Oliua fuerit constitutus procurator ad caducitatem acceptandam, non tamen habuit legitimum mandatum ad exigendum canonem.

ORTEMBERGII.

Bononiensis, Executionis instrumenti, Mercurij, 26. Iunij 1602.

ARGVMENTVM.

An sit danda restitutio in integrum ad impediendam executionem Cameralis obligationis.

SVMMARIA.

1 *Restitutione in integrum pendente aduersus instrumētum vel sententiam, impeditur illius executio.*

2 *Hæreditatis in aditione sine beneficio legis & inuētarij datur restitutio in integrum, & sufficit semiplena probatio, maxime in fauorabili.*

3 *Decretum Iudicis necessarium est in hæreditatis aditione.*

4 *Restitutio in integrum minori non datur læsione.*

5 *Exequutio obligationis Cameralis nō est retardanda, quando exceptio altiorem indaginem requirit.*

6 *Minorennes vbi fecerint aliquid seruatis solennitatibus, ex statuto Bononiensi non habent beneficium restitutionis in integrum.*

7 *Remedium restitutionis in integrum est extraordinarium nullitatis, non autē ordinarium, & vnū aliud excludit.*

DECISIO DCCCVII.

DVbitatum fuit, an sit dāda restitutio in integrum ad impediēdam executionem Cameralis obligationis in casu, & ad effectum de quo agitur.

Pro affirmatiua dicebatur, quod pendente restitu-1 tione † in integrum aduersus instrumentum, vel sentētiam impediatur illius executio, glo. in l. vnica, in verb. deberi. C. de in integ. rest. Benint. decis. 85. n. 14. ver. & etiā pari modo. Odd. de rest. in integ. q. 42. art. 6. nu. 23.

Idque procedere siue commissio restitutionis fuerit signata simpliciter, siue cum clausula *prout de iure*. Put. de restit. in integ. decis. 6. Lancel. de attent. c. 15. 2. 126. vers. notabiliter limita.

Quod maxime locum habere debet, cum restitutio petatur à minoribus, Doct. in c. suscita. de rest. in integ. Mohed. decis. 177. alias 2. de in integr. rest. Veral. decis. 330. nu. 3. par. 1. Ant. August. de in integ. restit. nu. 3.

Et cum cesset suspicio calumniæ, ac in continenti detur fumus dictæ læsionis, Cassad. decis. 1. de in integr. restit. Benint. d. decis. 85. num. 14. vers. sequuta est aliquando Rota Romana. Læsio autem deducebatur, ex aditione hæreditatis, & prosequutionis rationis Bancariæ, quond. Luchini ad suum commodum suaserit minoribus aditionem sine beneficio legis, & inuenta-2 rij, quo casu datur restitutio, & sufficit semiplena probatio, maxime † in fauorabilibus. Aymon cons. 191. nu. 12. & seq. Bal. in l. 1. nu. 1. ne fil. pro patre.

Quia ad prosequutionem Bancariam, Luchinus pariter illam, nec non constitutionem institutionis cum facultatibus enormibus, & damnosis suasisse, imò institores Scappiorum in istos confluere, accipere pecunias mutuatas à Luchinis sub grauissimo fœnore, & omnes actus istos confluere in ipsum instrumentum concordiæ, tanquam accessorium, & deponentes de huiusmodi actibus, & celebratum, præsupposito debito ex illis profluente.

Vnde data restitutione minoribus aduersus vnum vel plures ex istis actibus, vel etiam omnes simul causa finalis instrumenti obligationis Cameralis quo ad debitum creditorem habere ex contractibus præcedentibus tanquam nullis, & damnosis reduceretur ad eam causam, c. indebitum. & consequenter cessabit executio propter defectum causæ finalis, Galles. ad 4. par. oblig. Cauer. q. 1. num. 1. vers. & quia causa. & num. 12. in fi. & fuit dictum in Romana executionis 2. Aprilis 1593. coram bon. mem. Orano.

Atque hoc posito, non obstat, positum fuisse executionem, quia ea nihilominus impediretur probata in continenti læsione, Contard. in l. vnic. limit. 5. nu. 59. C. de moment. possess.

Oppugnabatur etiam aditio hæreditaria ex capite nullitatis, quia fuit facta sine tutore, vel curatore, quo 3 casu in aditione hæreditatis erat † necessarium decretū iudicis, Sim. de Præt. tit. 6. nu. 55. vers. tertius casus.

Ex eodē capite quoque impugnatur cōstitutio, quia cum inter Scappos duo essent pupilli, vt ex instrumēto constitutionis & institutionis patet, nullo modo pro eis interue-

interuenit tutor, prout interuenire debebat ex forma statutorum ciuitatis Bononiensis, vt in summario.n.6.

Verum Domini dicebant, quod quatenus obligatio Cameralis pro se contra illam non opponi, vel doceri de aliqua læsione, vel alia exceptione euidenti, propter quam de iure danda sit restitutio ad impediendum, vel retardandam illius executionem.

Quare tota difficultas restringebatur, an respectu actuum, qui præcesserunt obligationem Cameralem competat restitutio & executionis retardatio.

Sed nec istis videlicet intur in consideratione habendi, cum non iustificetur in facto læsio istorum actuum, sine qua † etiam minoribus non datur restitutio. l. nam postea. §. minor. ff. de iureiur. l. nō omnia l. quod si minori. §. 1. ff. de min. l. de minorib. C. de rest. in integ. prout nō ostenditur, Lucchinos fuisse suasores illorum actuum.

At quando exceptio altiorem † indaginem requirit, non est retardanda exequutio obligationis Cameralis, Bar. in l. 4. §. cū condēnatum. n. 3. de re iud. Bal. in l. vni. C. de in integr. rest. post vers. 3. Couar. de exeq. instr. q. 21. versic. aut exceptio est reuocabilis. Galles. de oblig. in forma Cam. 4. par. q. 1. nu. 17. Mohed. dec. 245. Io. Paul. dec. 65. Ant. Aug. de iureiur. §. de oblig. Cam. n. 4. & fuit resolutum in Romana executionis obligationis, 2. Apr. 1597. tāto magis cum ista concordia fuerit impleta pro maiori parte, quando enim restitutio non est amplius integra, non impeditur executio instrumenti, tex. in d. l. quod si minor. §. non semper. vet. Scæuola. ff. de min. Beru. consil. 109. nu. 1. ver. 3. disputatio. vol. 3. Lanc. de attent. c. 15. nu. 132. Ca. ph. conf. 336. nu. 30. Hic a. vigore transactionis tres quartæ partes summæ præmissæ fuerunt numeratæ, cum & occasione illius prius fuit petita executio, quæ non debet retardari per restitutionem in integrū, Put. dec. 283. lib. 2. Ben. d. dec. 85. nu. 13. Cæs. de Graff. dec. 1. nu. 14. de rest. in integ. Bened. de Bar. de Quatantigia. par. 3. c. 21. Lanc. de attent. c. 165. nu. 53.

Accedit statutum Bononiense, quod vbi fecerint aliquid seruatis solennitatibus, non habeant beneficium restitutionis in integrum, ratione minoris ætatis, secundū doctrinā Bar. in l. si cū l. nis. Aret. in l. more. sub n. 4. vers. nisi statutum disponeret, lo validet contractū. ff. de acq. hær.

Quin etiam licet isti actus essent damnosi, & propterea illorum respectu fortassis Scappis competeret restitutio in integrum, tamen isti actus non influunt necessario, neque aliquid commune habent cum contractu transactionis, quia stant ista simul, quòd aditio hæreditatis sine beneficio legis & inuentarij constitutio Institoris, & alij actus sint læsiui, & nihilominus contractus initi cum Lucchinis, & alijs fuerūt vniuersales, istis minoribus, vt ex ijs commodum reportauerint.

Quod attinet ad caput nullitatis, illud versatur extra dubium, cum remedium † restitutionis in integrum sit extraordinarium nulli taris, non autem ordinarium, & vnum aliud excludit. l. in causæ. la 2. de minor. l. si curatorē. C. de rest. in integ. & ex his inclinabant Domini, non esse locum restitutioni, ad impediendam executionem restitutionis Cameralis.

PAMPHILII.

Romana, Deuolutionis Vineæ, Merc. 19. Dec. 1597.

ARGVMENTVM.

In materia deuolutionis ob non solutionem, æquitatem, omisso iuris rigore, sequi debemus.

SVMMARIA.

1. *Canon augendus est, stante mora alicuius, qui per biennium continuum cessauit in solutione.*
2. *Caducitate non obstante, debent dari etiam Canones antea decursi.*

DECISIO DCCCVIII.

Domini amplectentes æquitatē, quam omisso iuris rigore in hac materia deuolutionis ob non solutionē sequi soliti sunt, dixerunt, in casu de quo agitur, augendum esse Canonem stante mora Dominorum de Gottefredis, qui per biennium continuum cessarunt in solutione à qua mora non videtur excusari ex eo, quòd tēpore vindemiarum anno 1595. interpellauerint Canonicos ad recipiendum responsiones debitas, qui ad vineam non accesserunt, quia postea interpellati, ac citati à Canonicis ad soluendas responsiones in pecunia iuxta consuetudinē Vrbis, illa non soluerunt, sed passi sunt contra eos relaxari mandatum executiuum, cuius vigore post terminum ab ipsis susceptum ad soluēdum fuit facta executio, quæ etiam adhibita per Canonicos omni diligentia ob inhibitiones Rotales, & diuersa impedimenta ab ipsis præstita nūquam potuit sortiri effectū adeo, quod licuit Canonicis postea declarare caducitatem, & vigore pacti in instrumento, etiā propria auctoritate capere possessionem, quæ fuit effectuata, cū postea obtinuerit licentiam de faciendo, seu diuisoriam, ac mandatum de manutenendo, citatis ipsis Dominis de Gottefredis à quibus licet post hecomnia, fuerint petiti Canones decursi ante adeptam possessionē, non tamen ex hoc censetur, remissa caducitas, cum ea non obstante † debeant dari etiā Canones antea decursi, vt per Clar. in §. emphyteusis. q. 10. qui alios citat.

EIVSDEM.

Eadem, Lun. 20. Decembr. 1599.

ARGVMENTVM.

In solutione Canonis quando ex mera negligentia & contumacia cessatū fuit, nemo excusatur ratione paupertatis.

SVMMARIA.

1. *Obligatio resoluitur resoluto iure emphyteutico per caducitatem incursam ob non solutionem Canonis, etiam in præiudicium creditorum.*
2. *Restitutio in integrum non datur nisi occasione læsionis, & præiudicij illati creditoribus.*

DECISIO DCCCIX.

Domini steterunt in resolutis sub die 26. Martii non obstantibus in contrarium deductis. Quod enim dicitur, Dominos Gottifredos excusandos esse ratione paupertatis, non placuit Dominis, quia ex deductis in decisione constat, ex mera negligentia, & contumacia fuisse cessatum in solutione, non autem ex impossibilitate, vel paupertate, quæ nec etiam aderat tempore solutionis saltim sufficiens ad hunc effectum considerata qualitate Canonis satis modica, quæ poterat solui ex fructib. ipsius Vineæ ascendentibus ad longe maiorem summam, Bald. & Salyc. in Auth. præterea. nu. 4. & ibi Felyn. num. 24. C. vnde vit & vxor. Iasl. l. si constante sub num. 14. ff. sol. matrim.

Quæ deducuntur ex expensa creditorum Io. Baptistæ non applicantur, quia nullum possunt prætendere interesse super hac vinea, quæ ex pacto non potuit hypothecari sine consensu Canonicorum, & ideo non comprehenditur sub generali obligatione facta per Gottifredos ad eorum fauorem, vt fuit resolutum in causa Romana domorum 3. Iunij 1577. corā Lancellotto, & in alia Romana Vineæ 26. Iunij 1589. coram D. Seraphino, per doctrinam Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. cum alijs in dictis decisionibus alleg.

Et quatenus aliqua obligatio adfuisset, fuit resoluta resoluto iure † emphyteutico per caducitatem incursam ob nō solutionem Canonis, etiam in præiudicium creditorum, l. ex vectigali. ff. de pignor. trad. Bal. in l. 2. nu. 17. Cagnol. qui testatur de communi. sub num. 20. C. de rescind. vend. & facit text. in cap. 1. §. rursus. & ibi Bald. num. 2. quibus mod. feud. amit. plures alleg. Moder. de priuat. ob non solut. ampliat. 34.

Et ita cessant, quæ dicuntur de prætensa restitutione in integrum, iuxta cons. Alexan. 45. num. 4. lib. 5. quæ non † datur nisi occasione læsionis, & præiudicij illati creditoribus, quod ex prædictis non adest.

Alijs quæ sub die 26. Martij fuerunt deducta, & nunc

nunc denuo inculcantur, fuit sufficienter responsum in decisione, cum qua Domini transierunt.

MELLINI.

Romana, fructuum, Dotis, Ven. 1. Decemb. 1594.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis cui debeantur.

SVMMARIA.

1 *Venditor quando in mora esse dicatur.*

2 *Venditor ex quo distulit facere interpellationem, quæ debebat præcedere, & remouere impedimentum, fuit causa non adimplementi, & quod casalia non possint redimi & consignari.*

DECISIO DCCCX.

Domini concluserunt, prius fuisse in mora venditorem. Principale fundamentum decisionis fuit, quod ista casalia fuerunt prius † vendita D. Liuio Masseo cum pacto redimendi præcedente interpellatione per quatuor menses antea, & solutio quam debebat facere Horatius Ruspulus emptor Cal. Septembris, debebat seruire pro ista redemptione, quam ipse venditor se obligauit facere in continenti cum isto pretio, & casalia consignare Horatio: redemptio autem, & consignatio non potuit fieri à venditore Cal. Septembris, quia non intimauerat Masseis, quod volebat redimere iuxta formam instrumenti, prout postea intimauit die 12. eiusdem: Ideo Horatius propter solutionem non factam Cal. Septembris non fuit constitutus in mora, quia ex isto pretio casalia debebant redimi in continenti à Masseis, & ei consignari, & si venditor Horatius soluisset, non poterat redimere à Masseis propter intimationem non factam, neque ei consignare, Aymon cons. 83. nu. 50. Tanto magis, quia hoc impedimentum prouenit ex facto, & culpa venditoris, quia ex quo distulit facere † interpellationem, quæ debebat præcedere, & remouere impedimentum, fuit causa non adimplementi, & quod casalia non potuerint redemi, & cõsignari. Ideo ipse prius fuit in mora, Bald. in l. 1. nu. 23. C. de vsurp. & fruct. leg. cum alleg.

Non obstat, quod per solutionem non factam in tẽpore præstito, Horatius fuit constitutus in mora, l. magnam, C. de contrah. & commit. stip. quia idem tempus est etiam præstitutum ipsi creditori, qui incontinenti facta solutione debebat redimere, & consignare, ideo cum fuerit negligens in interpellando Masseos, & curando, quod Calalia Calend. Septembr. possint redimi, & consignari, lapsus tẽporis non constituit Horatium in mora, Ruin. cons. 155. num. 14. lib. 5.

Non obstat, quod Hieronymus non potest excusari à mora, quia poterant Massei etiam sine interpellatione, si Horatius soluisset, consignare Casalia, quia constat ex declaratione facta à Procuratore venditoris, quod Massei noluerunt retrouendere antequam essent elapsi quatuor menses, & hoc etiam declarauit effectum subsequutos, quia non solum fuit facta intimatio, quæ non erat necessaria, si Massei sponte voluissent retrouendere ante elapsos quatuor menses, sed etiam post quatuor menses fuit necessaria noua citatio.

Non obstat fides, quod ista est exceptio de iure tertij, quia vltra responsiones, quæ dantur per informantes pro Horatio quæ placuerunt Dominis, fuit dictũ, quòd cum dicta exceptio sit exclusiua iuris venditoris, & constat Masseos noluisse retrouendere, potest opponi ab Horatio emptore. Pur. dec. 3. de except: Caputaq. decis. 154. nu. 3. Ant. Aug. in epit. tit. de except. §. 3. Nat. cons. 253. nu. 11.

PENIAE.

Bononiensis, Bonorum emphyteoticorum. Lun. 24. Ianuar. 1600.

ARGVMENTVM.

Transportatio actorum in dubio integre facta præsumitur.

SVMMARIA.

1 *Actorum transportatio in dubio integre facta præsumitur, nisi de contrario doceatur.*

2 *Actorum transportatio non est necessaria nisi in causis appellationum.*

DECISIO DCCCXI.

Vtraque parte informante Rota censuit, constare 1 de integra transportatione actorum, quæ † in dubio integre facta præsumitur, nisi de contrario doceatur, Crau. cons. 35. nu. 54 & ita sæpe Rota iudicauit, & signãter in vna Perusina Cappellæ, die 7. Iun. 1596. coram Domino meo Litta.

In hac causa informãtes pro DD. de Campegijs ad superiorẽ præsumptionem euertẽdam opponebant de non integra transportatione actorum, ex eo quòd corã Gabriele Bononiensi in iudicio spolij intentato per Cãpegios cõtra Ludouisios, fuerat, pro parte Ludouisiorum alias lata quædam sententia ad fauorem Episcopi Campegij cum quadam declaratione facta per eundẽ Episcopum, quod volebat bona, de quibus agebatur pro se retinere, & tamen acta, in quibus fuerat illa sententia fundata, nec in illo, nec in hoc iudicio nunc apparebant producta, quod tamen ex dispositione Conc. Triden. sess. 24. c. 20. §. propterea. de reformat. necessarium videbatur.

Cæterum huic oppositioni respondebatur in prædicta Concilij dispositione, non esse necessariam transportationem nisi in causis † appellationum, ita vt necessario transportati debeant acta tantum facta coram Iudice à quo ad Iudicem ad quem fuit appellatum, vt illis visis pronunciare possit approbandam, vel reprobandã sententiam latam à Iudice, à quo, ita enim sæpe declarauit congregatio dictæ S. Card. sacri Concil. interpretum, & tenuit Rota in causa Conchensi limitum. die 17. Iun. 1596. coram Domino meo Pamphilio.

Præterea cum Iudicium, quo nunc partes coram me contendebant, esse diuersum ab illo agitato 1541. super quo fuerant latæ sententiæ Rotales, quas Domini Ludouisij non impugnabant, cũ essent iustæ, ex eo quod Ecclesia declarauerat, voluisse bona penes se retinere, & consequenter non esse agendum de illis actis, ideo illa acta non erant transportanda, vel producenda per Ludouisios.

Neque obstat, quod in hoc Iudicio Ludouisij produxerint dictas sententias, quasi propterea compellerentur etiã illa acta transportare; quia respondebatur, id Ludouisijs fieri ad probandam inuestituram factã Campegijs non habuisse effectum, produxerantq; dictas sententias non vt illas impugnarent, sed vt illis tribuant pro se facientibus vterentur.

Vnde cum iste actus tenderet ad alium finem, quã vt ad improbandum, vel reuocandum dictas sententias propterea non tenebantur Ludouisij transportare, vel producere acta, in quibus fuerant fundata.

LVDOVISII.

Albanensis, Successionis, Lun. 20. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

Transportatio actorum non est necessaria, quando lis est diuersa.

SVMMARIA.

1 *Acta diuersa causæ, & iudicij non transportanda sunt, nec de iure, nec ex dispositione sacri Concil. Trid.*

2 *Acta illius causæ, quæ est ventilãda, transportare sufficit.*

DECISIO DCCCXII.

Domina Artemisia petit hodie portionẽ hæreditatis paternæ ex persona Do. Victoriæ, eius sororis, nec non hæreditatẽ Virginiæ Acciæ, quæ lis est diuersa ab illa antiqua, quæ agebatur, super fideicõmisso Hononij inter Ludouicũ & Christophorũ eius fratrem, propterea non est necessaria transportatio actorum illius 1 Iudicij, quia sæpius fuit resolutum acta diuersæ causæ, & Iudicij non esse transportãda, nec de iure, nec ex dispositione

spositione Sac. Conc. Trid. vt in Oscensi indulti coram bon. mem. Orano 17. Nou. 1598. in Cæsenaten. de Cacciaquanis 15. Ian. 1599. coram Reu. Patre Domino Litta & de hoc anno in causa Valentina Baroniæ coram Reuer. Patre Domino Ortembergo.

Non obstat, quod acta illius Iudicij multum conferant ad hanc causam, quia non ideo sequitur, quod sit de actis illius causæ, vt fuit dictũ in causa Romana depositi 5. Iulij 1600. coram Domino Cuccino. Et licet causæ omnes sint mihi commissę, quia nihilominus remanent diuersę, & potest vnaquæque de per se tracta-
2 ri, sufficit transportare acta † illius causæ, quæ est ventilanda, vt fuit dictum in dicta Valentina Baroniæ.

B V B A L I.

Placentina, Decimarum, Ven. 31. Ianuarij, 1586.

A R G V M E N T V M.

An præsumenda sit confirmatio Apostolicæ concessionis Decimarum per Archipresbyterum.

S V M M A R I A.

1 *Confirmatio Apostolica, vt præsumatur, requiritur spacium 30. annorum.*

2 *Obseruantia præsumpta non potest inducere aliam præsumptionem confirmationis Apostolicæ.*

D E C I S I O DCCCXIII.

PRoposui dubium in hac causa, an esset præsumẽda confirmatio Apostolicæ cõcessionis decimarum factæ de anno 1579. per Archipresbyterũ Torani Dominorum de Anguisola, & fuit resolutum pro negatiua.

Ratio Dominorum, &c.

Placebat etiam Dominis aliud fundamentum deductum pro parte Archipresbyteri, quod cum non probetur vera obseruantia dictæ concessionis nisi ab anno 1564. de quo tempore fuit mota lis, & sic per 22. annos,
1 nec est præsumenda confirmatio † Apostolica, requiritur saltem spacium 30. annorum, c. potuerit. vbi Imol. col. 4. vers. & nota. de empt. & vend. Dec. cons. 441. nu. 33. & pluries Rota tenuit. Et quamuis resolutum fuit, probari obseruantiã præsumptiue, vsque ad annũ 1541.
2 hæc tamen præsumpta obseruantia † non potest inducere aliam præsumptionem confirmationis Apostolicæ, quia duplex daretur pręsumptio, ad trad. per Ruin. cons. 19. nu. 4. & cons. 15. n. 15. & seq. lib 4. Gab. de præsumpt. conclus. 1. nu. 72. & ante hoc fuit etiam dictum in causa Eluensi Mysteriorum 16. Decembr. 1585.

P L A T T I.

Romana, Pecuniaria, 19. Februar. 1590.

A R G V M E N T V M.

Fideiussor idoneus quis dicatur.

S V M M A R I A.

1 *Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum, tenetur reficere parti damna, & interesse. Contra nu. 3.*

2 *Fideiussor idoneus est qui communiter habetur pro idoneo.*

4 *Acta faciunt rem notoriam.*

D E C I S I O DCCCXIV.

1 LIcet regulariter Notarius recipiens † fideiussorem minus idoneum teneatur reficere parti dãna, & interesse, l. 1. §. sciẽdum. ff. de magist. conuen. Par. de Put. in tract. de Syndic. c. 3. in prin. Boer. decis. 314. sub nu. 5. & passim, & in omnibus causis seruandum dicit decis. Lucan. 33. sub nu. 2. excusso tamen prius ipso fideiussore, vt voluit Salyc. in l. 1. C. de mag. conuen. attamen in causa vertẽte inter Reuer. Patrem Dominum Leonem Arotium ex vna, & Dom. Ant. Guidottum Notarium ex altera, censuerunt Domini ipsum Guidottum esse absoluendum, licet pręsupponebant recepisse fideiussorem qui soluendo nõ fuerit, & hoc quia ipse fideiussor tempore receptionis habebatur communiter pro ido-
2 neo, † & testes deponunt quod possidebat bona immobilia longe maioris valoris, quã esset summa, pro qua fideiussit, quæ bona, quãuis essent subiecta fideicommisso paterno, nihilominus idoneus censendus erat, vt voluit Ias. in l. sciendũ. §. si fundus. ff. qui satisd. cog. quem tradit Mars. in rub. de fideius. n. 26. & tradit Ang. in alleg. §. si fundus. post princ. ver. dico etiã quod rogatus. ideo non est imputandum Notario, si illum recepit in fideiussorem quẽ intellexit possidere bona immobilia, & pro idoneo haberi. Quod ex eo ẽt confirmatur, quia pars in fideiussorẽ huiusmodi videtur consensisse, quia citata ad videndum expediri mandatũ de restituendis pignoribus attẽta cautione, de qua in actis, non contra-
3 dixit. Certum est autem, quòd Notarius non † tenetur, quando fideiussor fuit receptus parte etiam tacite cõsentiente, vt docet dec. Luc. 33. nu. 15. Hic autẽ videtur consensisse, ex quo citatus non cõtradixit, sed per quatuor menses acquieuerit, nec poterat ignorare personã fideiussoris, licet in citatione eius nomẽ non fuisset expressum, quia expressio nominis sufficienter fuit facta
4 per relationem ad acta, quę faciunt, † rem notoriã, Dec. cons. 91. n. 9 Soc. sen. cons. 28. col. 7. ver. prin. lib. 1. Aret. cons. 42. nu. 5. Par. cons. 111. nu. 7. lib 4. Neu. cons. 7. n. 3.

Mouebantur etiam Domini ad ita dicendum ex eo, quod non constabat de excussione contra dictum fideiussorem, legitime facta, quæ erat facienda, vt dictum est ex Salyc. in l. 1. C. de magistratib. conuen.

G Y P S I I.

Anconitana, Assecurationis Iudicij, Ven. 27. Ianuar. 1595.

A R G V M E N T V M.

Assecurationis materia pertractatur.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio de releuando aliquem indemnem quando non est satis clara, opus est alia interpretatione.*

D E C I S I O DCCCXV.

PAntaleo Vestatchius promiserat releuare indemnẽ Zanobium Filicaccium, quia in foro Mercatorum ciuitatis Florentiæ pro eo fideiusserat, quod ipse staret Iuri, & iudicatum solueret cum Dominis de Donis super certis differentijs inter ipsos vertentibus, verum quia Pantaleo sequestrari postea fecerat in Ciuitate Anconæ nonnullas pecunias Dominorum de Donis, qui reuocationem sequestri non potuerunt obtinere, nisi assecurato iudicio, quapropter cognoscentes, quod Pantaleo, quærebat, mediante huiusmodi sequestro rescindere sententiam iudicum Mercatorum contra ipsum latam, agere cœperunt in ciuitate Florentiæ aduersus Filicaccium, ad effectum, vt cogeret Pantaleonem relinquere dictum iudicium. Ideo causa in Rota introducta dubium dedi, an Pantaleo teneatur Zanobium releuare à molestijs ipsi per Donos illatis, & teneri Domini voluerunt. Quoniam obligatio Pantaleo-
1 nis de releuando eum † indemnem, est satis clara, & apta comprehendere casum de quo agitur, ita vt opus non sit alia interpretatione, l. ille. §. cum verbis. de leg. 3. quoniam promisit Zanobium indemnem conseruare ab omni damno, molestijs, expensis, litibus & interesse obueniendis occasione præfatæ fideiussionis. Vnde stãtibus prædictis molestijs cogi de iure potest de suscipiendo in se iudicium contra suum fideiussorem motum, l. si mandato meo. in §. si Lucio. ff. mand. l. Prætor. in princ. & ibi Bat. de dot. prælég. Hippol. de Marsil. in rub. de fideius. nu. 257. Ruin. cons. 189. n. 2. & seq. lib. 1.

Non obstat, quod Pantaleo prætendit iudicium Anconæ motum esse ex alia causa, & diuersum ab illo Florentiæ agitatum, & consequenter, quod ipse non teneatur liberare Zanobiũ ab iniustis molestijs & de facto præstitis, quia etiam si hoc esset verum, quod ex aduerso negatur, nihilominus Pantaleo dictum iudicium in se suscipere debet & Dominis ostendere, quod iudicium Anconæ cœptum, nihil commune habet cum iudicio Florentiæ diffinito, quia Zanobio sufficit intimasse litem, nec ad eum pertinet discutere, an iuste, vel iniuste

lis mota fuerit, vt sentit glos. à Doct. communiter approbata per illum text. in l. si quis, vel pecunias. in fine. C. depos. Soc. cons. 70. ante num. 1. lib. 3. nam obligatio præfati Pantaleonis procedit vtroque casu l. exceptione. vbi Bart. num. 3. & 5. ff de fideiuss. dommodo adsit culpa Zanobij, c. peruenit. c. constitutiones. vbi Doct. de fideiuss. Paris. cons. 104. nu. 12. lib. 3.

Nec ad rem facit, quod Zanobius debuisset hanc exceptionem allegaro, quia quicquid sit, non propterea Vistarchius liberatur à sua obligatione, & cessat omnis difficultas, quoniam in ijs, quæ pro Zanobio deducuntur, constare videtur, pecunias, quas à Domino prætendit, esse comprehensas, & deductas coram prætenso Iudicio Mercatorum.

ORANI.

Romana, Pecuniaria, seu Mercedis. Lun. 15. Februar. 1599.

ARGVMENTVM.

De iure ad salarium non conuentum quis non obligatur.

SVMMARIA.

1 *Intellectus eius quod dicitur, regulariter sufficere docere de mandato procuræ etiam post sententiam.*

2 *Instrumentum procuræ necesse est quod sit de actis.*

3 *Salarium non conuentum non debetur.*

DECISIO DCCCXV.

QVod dicitor regulariter sufficere docere de mandato † procuræ, etiam post sentẽtiam, vt est Rot. decis. 19. in antiq. de procur. Gem. c. is qui. eod. tit. lib. 6. Fel. in c. sciscitatus. col. pen. de rescr. Aym. cons. 108. nu. 1. procedit, quotiescunque non fuit appositum de illius defectu, quemadmodum post alios declarat Vant. de null. tit. de nullit. ex def. mandati. no. 177. alias si protestatum fuerit, & in quolibet actu Iudiciali facta protestationis repetitio, cum appellationis interpositione ab vlteriori processu, nisi fiat eius productio, non euitatur nullitas, Mohed. decis. 44. alias 2. de iudic. fuit dictum coram Illustriss. Domino Cardinali Platto die 20. Iunij, 1586. etiam, quod † instrumentum procuræ esset in actis Notarij, quia necessarium est quod sit de actis, vt fuit decisum coram Reuer. Patre Domino meo Pamphilio in vna Romana Census, die 4. Decembr. 1595. & idem determinatum prius fuerat corã me in vna Cornerana Grani, licet decisio mutilata circumferatur, nã in ea ostendebatur mandatum rogatum in actis Notarij causæ, & procurator comparendo allegabat de suo procurationis mandato apud acta causæ legitimis constare documentis quę verba verificabantur ex fide procuræ in actis Notarij, quæ cum per errorem registrata non fuisset, potuit postea processui tanquam de actis existenti. Quapropter Domini in hac causa tenebãt, nõ esse de validitate sententiæ A. C. ambigendum, posteaquam protestatio per Dominũ Spinolam facta de non audiendo Oliuum, nisi docto de ipsios mandato, non docebatur repetita, neque ab vlteriori processu appellatio interposita. Quin potius nulli actus particulares cum eo facti, propter quod visus erat approbasse eius personam. Iustitia verò sententiæ ex hoc fuit patens, quod creditum Domini Alexandri iustificabatur ex partitis ad eius instantiam productis, iunctis alijs Domini Spinolæ debitoris, cum eis in quantitate conuenientibus, nec aliud dicendum suasit Dominus Spinola, prætendebat pecunias receptas nomine Domini Alexandri compensandas esse in salario, quod occasione fructuum, officiorum, & locorum montium pro se extractorum solitum est deberi, quia de iure † ad salariũ non conuentum quis non obligatur. l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. l. salarium. C. mandat. Feder. de Senis. consi. 218. Pute. decis. 43. lib. 2. & ad hoc, vt illi deberetur, non conuentum, duo oportuit concurrere, nempe quod probaret in simili negotiorum gestione se solitum esse locare operas suas, & Dominum Alexãdrum conducere. Pute. decis. 44. libro 2. & decisio. 5. libro 3. Chassan. decis. 120. vel quod consuetudo regionis habeat, quod similia ministeria præstantes salaria recipiant, Rebuff. tit. de famulor. salar. glos. 3. Corn. consil. 116. num. 2. in fi. & seq. lib. 4.

Neque enim fides mercatorum fuit alicuius considerationis, attestantium istas prouisiones etiam non conuentas deberi, quia de communi interesse negotiantum agitur, & decisio facta coram Sãct. tunc Rotę Auditore in vna Romana releuationis indemnitatis, quæ est 679. par. 3. loquitur in casu, quod promissio mercedis præcesserit, quod nõ accidit hoc casu, in quo Dominus Spinola reddendo rationem receptorum agnoscit bonam fidem, non adnotando, aut reseruãdo in ea prætensum occasione ministerij prædicti creditum.

SERAPHINI.

Amerina, Pecuniaria, Lun. 11. Ian. 1577.

ARGVMENTVM.

An per quietantias censeatur remissa summa certa quantitatis.

SVMMARIA.

1 *Regula iuris est, quod generalis renunciatio præiudicat renuncianti, dummodo potuerit in genere cogitare.*

Limitatur num. 2. & 3.

4 *Verba, tam vigore dicti instrumenti, quam aliter quomodocunque, & qualitercũque vsque in præsentem diem, &c. sunt generalissima, & omnia etiam vltra expressa comprehendunt, nec possunt recipere restrictionem, cum non sint posita, ad coarctandum, sed ad ampliandum.*

5 *Disponere quilibet potest de re sua ad arbitrium.*

6 *Legatum ex eo quod factum est in piam causam, potius est appositum ratione hypothecæ.*

7 *Legatum incipit à summa, non à corpore.*

DECISIO DCCCXVI.

PRoposuit dubium, An per quietantias, de quibus in puncto, censeretur remissa summa 250. scutor. mõtium, cum fructibus quondam Domini Anchisi de Casacchis, & fuit per Dominos vnanimiter conclusum, remissam censeri. Regula enim iuris est † quod generalis renunciatio præiudicat renuncianti, dummodo potuerit in genere cogitare. Ang. in l. si certi. C. de test. mil. Bar. & Doct. communiter in l. sub prætextu. C. de transact. cum alijs, quos alleg. Gabr. de reg. ior. concl. 4. n. 8.

Et licet ista regula limitetur, vt non procedat in trãsactione, in qua verba generalia restringuntur, vel ad rem vel ad causam expressam, l. si de certa, & ibi Doct. communiter. C. de transact. Gabr. ibid. n. 21. tamen sublimitatur, nisi † ratio recti sermonis nõ patiatur restrictionem, Bar. in d. l. si de certa. & ibi Ang. Castr. & Ias. cũ alijs cumulatis per eondem Gabr. nu. 22. Igitur applicando ad casum propositũ, fuit dictum, hoc casu negari non posse D. Syllam potuisse in genere de istis pecunijs cogitare, cum de illis per Anchisem habitis notitiam haberet, vt ex septimo præsupposito colligitur.

Nec salua ratione recti sermonis fieri possa restrictionem respectu vltimæ quietantiæ ad contenta in primo instrumento, & expressa in eius præfatione, propter illa verba, *tam vigore dicti instrumenti, quam alias quomodocunque, & qualitercũque vsque in præsentem diem, &c.* quæ verba † cum sint generalissima, & omnia etiã vltra expressa comprehendant, non possunt recipere restrictionem, cum non sint posita ad coarctandum, sed ad ampliandum, Bal. cons. 184. lib. 4. Ias. cons. 92. in fin. lib. 1. optime facit Alex. in contrarium allegatus. cons. 11. nu. 14. vers. secundo non obstat. lib. 2. & Nat. ex aduerso quoque allegatus, consil. 546. nu. 2. vbi ponderat clausulã ab alijs quibuscunque & alia quacunque causa, & fatetur n. 53. in casu suo adfuisse dictas clausulas.

Neque hic militat æquitas, quam considerat Bald. cons. 434. lib. 1. & refert Aym. cons. 220. cum vnicuique liberum sit, † de re sua ad arbitrium disponere.

Nec

Nec obstat, quod dicta loca montium essent pauperum, nam cum relictum esset pauperibus in genere, nō habet locum hoc casu regula, l. à Titio. de iure, propter incertitudinem. propterea dici non potest, effecta pauperum illa loca, quia legata fuit certa summa, & non certum corpus, vt in tactio præsupposito.

Quod verò postea testator dicit se habere scut. 250. in monte fidei non stat restrictiue, sed demonstratiue, 6 tum ex eo, quod † legatum est factum in piam causam, & ideo potius illud est appositum, ratione hypothecæ. Tiraq. post Brun. in tract. piæ causæ. priuil. 63. circa med. tum etiam, quia legatum incipit à summa, 7 non † à corpore, & ideo in simili, an fundus dicatur venditus ad mensuram, vel non, an fiat mentio corporis, vel mentio mensuræ, vt tradit Corn. cons. 59. nu. 4.

L I T T Æ.

Metensis, Monasterij, Lun. 16. Februar. 1598.

A R G V M E N T V M.

Testibus examinatis cum interrogatorijs, & etiam examinatis sine interrogatorijs, de consensu tamen partis aduersæ procuratoris, fides adhibenda est.

S V M M A R I A.

1 *Testibus examinatis de rigore iuris extra locum deputatum, nulla fides adhibenda est.*

2 *Testibus quando sunt examinati cum interrogatorijs semper solet fides adhiberi.*

D E C I S I O DCCCXVIII.

Domini renuerunt, adhibendam esse fidem testib. examinatis in hac causa cum interrogatorijs & etiam examinatis sine interrogatorijs, de consensu tamen procuratoris partis aduersæ, ea moti ratione, quia licet de rigore iuris talibus examinatis extra locum 1 deputatum † nulla sit fides adhibenda c. statutum §. in nullo. de rescript. in 6. Rot. dec. 30. de rescript. in Nou. non tamen intrat conclusio hoc in casu, stante commissione, cum clausula, Arbitrio Rotæ, per quam censetur relaxatus rigor iuris, de quo supra, & data facultas seruandi æquitatem, Cresc. dec. 287. alias 4. de test. Vn-2 de cum de æquitate, quando testes sunt † examinati cū interrogatorijs, semper eis soleat adhiberi fides, siue nullitas examinis sit ex defectu iurisdictionis, dummodo non totalis, vt hic, stante examine extra locum Put. dec. 301. li. 3. siue ex defectu citationis, vt per Didac. in epit. de restit. num. 18. Ideo non mirum, si Rota censuit testibus supradictis, extra locū deputatum receptis, adhibendam esse fidem, quo ad examinatos cū interrogatorijs, intrant supradictæ decisiones, & prout stante finali commissione, fuit tentum in vna Legionensi, Canonicatus, die 15. Martij 1588. coram Reuer. Patre Domino Seraphino, & in vna Spoletana, S. Crucis, die 6. Februar. 1576. coram Balnchetto, quo ad verò examinatos sine interrogatorijs, stāte cōsensu procuratoris partis aduersæ, idem videtur dicendum, per regulam, quod volenti non fiat iniuria.

L A N C E L L O T T I.

Braccarensis, Monasterij de Iunchas, Lun. 15. Iun. 1598.

A R G V M E N T V M.

Scripturis non potest aliquid opponi, cum fuerint producta originalia.

S V M M A R I A.

1 *Originalia cum sunt producta, scripturis non potest aliquid opponi.*

2 *Originalia restituenda sunt partibus dimissa in actis copia collationata.*

D E C I S I O DCCCXIX.

Fvit resolutum, iura, de quibus agitur, esse in forma probante, cum hodie non tractetur de productis coram Auriense, nec de extractis de mandato iudicis laici, sed solum de illis, quæ fuerunt producta, coram ordinario Braccarensi, quibus non potest aliquid op-1 poni, † cum fuerint producta originalia, & sic non obstat defectus citationis, ad videndum iura collationari, & auscultari, non expressis certa die, & hora, quia hoc habet locum in productione iurium exemplatorum, ante illorum productionem, vt loquuntur decisiones allegatæ, secus verò in productione iurium, quę fuerunt exemplata à Notario actuario post productio-2 nem ad effectum, vt originalia restituantur † partibus, dimissa in actis copia collationata, vt tradunt Doctores, in cap. cum in iura. de offic. deleg. & ibid. Host. nume. 7. Abb. num. 6. & alij communiter, & sic fuit sufficiens citatio ad videndum restitui originalia, dimissa copia collationata, cui cum non fuerit aliud à parte oppositum, nisi quod volebat videre originalia, signū est, quod illa viderit, & acquieuerit.

Non obstat, quod non fuerit citatus procurator fiscalis Domini Archiepiscopi, quia ab eo tempore Archiepiscopus non erat in causa, & cum postea pro suo interesse cōparuerit, dicta iura probant contra ipsum, absque alia citatione, Cresc. dec. 1. de fid. instru.

Ex quibus, & ex alijs ab Informantibus pro monasterio adductis, quæ Dominis placuerunt, ita fuit conclusum, stantibus maxime adminiculis, obseruantia, & quod in prima instantia non fuerit aliquid oppositum, iuxta decis. Put. 119. lib. 2.

G Y P S I I.

Bellaianensis, Discussionis, seu mercedis. 21. Octobr. 1585.

A R G V M E N T V M.

Executioni rei iudicatæ locus est, quando de iustitia sententia mediocriter docetur.

S V M M A R I A.

1 *Testi vnico de facto proprio deponenti creditur.*

2 *Testis singularitas ex præsumptionibus, & adminiculis suppletur.*

D E C I S I O DCCCXX.

Domini resoluerunt, locum esse executioni rei iudicatæ, de qua agitur, maxime cum de iustitia sententię Rotalis non mediocriter doceatur, siquidem Episcopus Cerospitensis pro hæredibus Manilij examinatis, clare deponit, se nomine Cardinalis Bellaij Marco Manilio Scuta centum quolibet anno, pro eius salario promisisse, vt prædicto Card. à Secretis inseruiret, quam promissionem Dominum Cardinalem postea approbasse affirmat.

1 Nec refragatur, quod sit vnicus, quoniam † vni de facto proprio deponenti creditur, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 47. Rim. cons. 178. nume. 6. Iaso Gabr. de restit. concl. 1. n. 18. presertim stante qualitate dicti testis. Paris. cons. 57. num. 50. cum seq. lib. 1. Grat. cons. 30. nu. 4. & 5. lib. 2.

Sed omnis difficultas prorsus cessat, concurrentibus tot præsumptionibus & adminiculis, ab Informanti-2 bus adductis, quia ex eis † singularitas optime suppletur, Crauet. cons. 35. nu. 36. circa med. & 63. nu. 37. Veral. decis. 271. p. 2.

Satis etiam partitæ libri rationis Cardinalis Dominos mouebat, quandoquidem in illis Manilium debitorem & creditorem esse respectiue apparebat, & licet causam crediti non exprimant, attamen multum verisimili redditur, ex causa dumtaxat dictæ mercedis, huiusmodi annotationam fuisse factam, quæ omnia bene coadiuuant alij testes, qui de auditu à pluribus deponunt.

Verum, quia dicti heredes contra ceteros creditores ad restitutionem vigore motus proprij fel. record. Pij Quinti agebant, idcirco Domini dixerunt, videndum esse, an intra biennium à die obitus Cardinalis, super dict. mercede inchoata fuerit, nam elapso biennio, stā-

te

te motu proprio Pauli III. ius quæsitum prædictis creditoribus esset, cui per motum proprium Pij V. satis derogatum non videtur.

Decisio Caputaq. 10. lib. 1. in manuscript.

EXemplum alicuius instrumenti exemplati etiam per viam compulsorialium debet habere omnia, quę in exemplato continentur, vt puta mensem, diem, annum, indictionem, subscriptionem Notarij, & alia, de quibus in dicto exemplato, alias non diceretur, esse in forma probante, prout tenuerunt Domini in Toletana, coram Reuerend. Patre Domino Puteo, 10. April. 1551.

GYPSII.

Romana, Pecuniaria, Ven. 21. Iun. 1596.

ARGVMENTVM.

An N. & eius hæredes teneantur N. restituere integram summam per ipsum solutam certis creditoribus occasione societatum officij, in quibus vterque erat fideiussor & vti principalis obligatus.

SVMMARIA.

1. *Fideiussor stante iurium cessione in locum creditoris succedit, & efficitur principalis creditor eius, contra quem cessio facta fuit.*
2. *Onus si quis in se suscepit extinguendi societates, & ad id se obligauit in forma Cameræ cum iuramento, potest pro suo interesse agere contra Notarium, & eius hæredes.*

DECISIO DCCCXXI.

ALiquibus in facto præsuppositis, dubitaui, An Dominus Angelus & eius hæredes tenerentur restituere Dn. Hieronymo Paniano, integram summam per ipsum solutam, certis creditoribus, occasione societatum officij, in quibus vterque erat fideiussor, & vti principalis obligatus, & teneri Domini concluserunt, quoniam sicut principales creditores potuissent in solidum conuenire D. Angelum, §. si plures. Inst. de fideiuss. gloss. fin. in l. si vir vxori, ad Vell. Bart. in l. reos de duobus re. Nat. conf. 161. nu. 5. pari ratione dicendum est, licere Hieronymo eundem conuenire pro di-1 cta summa, cum stante iurium † cessione in locum creditoris successerit, & effectus fuerit principalis creditor eius, contra quem cessio facta fuit, Bald. in leg. emptor. C. de hæred. vel actione ven. Socin. iun. cons. 27. nu. 7. volum. 5.

Nec refragatur, quod cessio non possit suffragari pro eius rata, gloss. Bart. & alij in l. Modestin. de solut. quia Dominus Angelus satisfactus fuit à principali debitore, mediante quadam assignatione acceptationis, & exactione subsecuta, vt in 2. præsupposito propterea ipse remansit principalis debitor, respectu totius Summæ. Tiraquell. de retract. lignag. §. 31. gloss. 1. nu. 8. Aym. consil. 91. num. 2. Maxime, quia Dominus Angelus 2 suscepit in se † onus extinguendi prædictas societates, & ad id se obligauit in forma Cameræ, cum iuramento, quo fit, vt stante stipulatione Notarij pro omnibus interesse habentibus, &c. possit D. Hieronymus pro suo interesse, agere contra ipsum, & eius hæredes. His accedat, quod Cibo principalis debitor ad fauorē fideiussorum obligauit omnia bona sua, & sic censetur obligasse hoc ius, quod habebat contra D. Angelum qui exigit, vel exigere debebat totam summam, Ideo potest Dominus Hieronymus ab eodem solutionem recuperare, pet præallegat.

LANCELLOTTI.

Tiburtina, Castri, S. Angeli, 12. Ianuar. 1598.

ARGVMENTVM.

An ad effectum recognitionis instrumenti, deducendum sit tempus litis.

SVMMARIA.

1. *Lis sicut impedit præscriptionem, ita etiam antiquitatem.*
2. *Tempus litis motæ non est detrahendum, vbi agitur de recognitione instrumenti, in quo non consistit principale fundamentum causæ, sed incidenter in progressu litis producitur.*

DECISIO DCCCXXII.

IN causa Tiburtina Castri S. Angeli proposito dubio alias à Rota reseruato, An ad effectum recognitionis instrumenti in casu, de quo agebatur, deducēdum esset tempus motæ litis. Domini pro maiori parte censuerunt, esse deducendum, iuxta opinionem, quā Rota tenere solet, vt semper detrahatur tempus litis, quādo quæritur, an instrumentum sit de antiquo, vt fuit dictum in causa Tudertina, bonorum, 23. Maij, 1599. coram Reuer. Patre Domino Decano, & coram Reuerend. & Illustr. Dn. Cardinali Lancellotto, in vna Vrbeuetana, fideicommissi, 31. Ian. ann. 1575. sicut enim lis 1 † impedit præscriptionem, Achill. decis. 5. de præscrip. ita etiam antiquitatem: sed quia in hac materia repe-riuntur aliquæ decisiones, quæ videbantur inter se cōtrariæ; Domini fuerunt huius sententiæ, & amplexi sunt distinctionem, quod aut agitur de recognitione instrumenti, in quo consistit principale fundamentū, & vis totius causæ, & tunc dixerunt, detrahendum esse tempus litis, & ita dicebant procedere decisiones Putei, in causa Britonorien si, 440. & 419. lib. 2. & decis. 358. in causa Parmensi, Vallium, eodem libr. 2. Anton. August. decis. 131. lib. 3. alias 1305. p. 3. lib. 3. inter imp.

Et ratio est, quia debet imputare actioni, qui tempore motæ litis non curauit recognitionem instrumenti, in quo fundat suam intentionem, alias aperiretur via fraudibus, cum quis posset consulto productionē instrumēti differre, vt beneficio temporis ab illius recognitione excusetur.

Aut verò agitur de recognitione instrumenti, in quo non consistit principale fundamentum causæ, sed incidenter, in progressu litis producitur. Et hoc casu non 2 † esse detrahendum tempus litis motæ, atque ita intelligebant decisionem Put. 359. lib. 2. & in his terminis dicebant procedere decisionem coram Reuerend. Patre D. meo Decano, in causa Parmensi, status, die 25. Iunij 1590.

Verum, quia Informantes pro excellentissimo Domino Virginio plurimum insistebant in eo, quod lis, quæ hodie pendet, sit diuersa ab ea, quæ de anno 1558. mota fuit, & super qua anno sequenti fuerat pronunciatum, ideo potuerunt, si voluerint audiri, cum nulla super hoc fuerit capta resolutio, sicut etiam poterit particulariter videri, an huiusmodi instrumentum fuerit de nouo repertum, vel alias adfuerit causa sufficiens, quæ excuset à dilatione huius productionis, & recognitionis.

COCCINI.

Romana, seu Florentina, Pecuniaria. Ven. 6. Apr. 1601.

ARGVMENTVM.

De euictione bonorum, & ad damna, & interesse, quando quis teneatur.

SVMMARIA.

1. *Denunciatio vbi interuenerit, tenetur quis de euictione, & ad damna, & interesse.*
2. *Denunciatio non est necessaria, cum constat de iustitia euincentis.*
3. *De euictione cum quis hæreditario nomine tenetur, constatque de fideiussione, & solutione fideiussorio nomine, tenetur pariter N. hæreditario nomine releuare indemnem.*

DECISIO DCCCXXIII.

CVm pluries requisitus Dominus Antonius Franciscus, an vellet iura sua deducere in disputatione

ne præsentis dubij, id facere negligeret, vt consulerem alteri parti, proposui dubium, quod Domini pro Informante resolnerunt. Pro cuius intelligentia sciendum est, quod Dominus Alexander Soderinus, pater D. Antonij Francisci, vendiderat Raphaeli de Medicis, quędam bona, cum promissione Dn. Ioan. Victorij patris, Domini Petri Thomæ, de ipsum releuãdo indemnem, quibus bonis postea euictis, egit Dom. Raphael, tam contra Dominum Antonium Franciscum, mortuo iam patre, quàm contra Dominum Ioan. Victorium, tunc viuentem: qui promiserunt deponere pretium dictorum bonorum, sed cum id non adimpleretur, Dominus Raphael obtinuit omnes fructus bonorum dicto Domino Ioan. Victorij sequestrati, & tandem sententiam confirmatoriam dict. sequestri, qua ratione coactus Domino Ioan. Victorius soluit Dn. Raphaeli pretium prædictum.

Tandem, super his orta controuersia, inter Dominũ Ioan. Victorium, & Antonium Franciscum, venerunt vigore laudi ad concordiam, quod Dominus Antonius Franciscus daret pro dict. pretio soluto quædam bona Domino Ioan. Victorio, cum conditione, quod in euẽtum euictionis posset Dominus Ioan. Victorius redire ad primæua sua iura, quod quidem fuit adimpletum, sed postmodum hæc bona euicta fuerunt, Domino Io. Victorio, præuia insinuatione facta Dn. Antonio Francisco de molestijs sibi illatis.

Ex quibus Domini in sententiam venerunt, quod Dominus Antonius Franciscus, teneatur de euictione, & ad damna & interesse, l. euicta re. l. venditor. ff. de euict. cum alijs per Couar. var. resolut. c. 17. in prin. ma-
1 xime, quia interuenerat † denunciatio, iuxta l. 1. C. de per. & com. rei vend. l. emptor. C. de euict. c. vltim. de empt. & vend. late Couar. var. resolut. c. supra citat. nu. 2. vers. deducitur tamen.

Nec obstat, quod denunciatio fuerit facta per publica bannimenta, quia cum Dn. Antonius Franciscus esset bannitus, & non reperibilis, poterat fortasse illi fieri hoc modo, vt de citatione dicit Bar. in l. 4. §. prætor ait. vbi Alex. nu. 23. ff. de damn. infect. Caputaq. decis. 117. in fin. part. 1.

Sed tollitur omnis scrupulus, cum constet de iusti-
2 tia euincentis, quo casu non † videbatur necessaria denunciatio, Fulg. Alber. Bal. & Ang. in l. si cum quæstio. C. de euict. cum alijs alleg. per Couar. loco præcitat. n. 6. vers. 6. quamuis.

Vnde cum Dominus Antonins Franciscus hæreditario nomine teneatur de euictione, & reseruasset sibi Dominus Ioan. Victorius facultatem redeundi ad primæua iura, constetque de fideiussione & solutione, fideiussorio nomine, tenetur pariter Dominus Anto-
3 nius Franciscus hæreditario nomine releuare indemnem Dominum Ioan. Victorium, l. qui debitorem. l. fideiussor. ff. de fideiuss. l. vnic. C. vt act. ab hæred. & in hæred.

Nec obstat, si diceretur, quod actiones non fuerint cessæ à creditore Domino Ioan. Victorio, quia nihilominus indemnis debet releuari, Abb. in c. peruenit. nu. 2. de fideiuss.

PAMPHILII.

Romana, Anterioritatis Hypothecę. Ven. 28. Nou. 1597.

ARGVMENTVM.

In exactione crediti quis sit præferendus.

SVMMARIA.

1 *Schedula Bancharia habet vim solutionis.*
2 *Qui prior in tempore, potior in iure.*
3 *Principali liberato, semper creditori remanet salua actio contra eum, qui habuit pecunias.*

DECISIO DCCCXXIV.

FVit resolutum, Equitem Terlam præferendum esse Thomæ Lapacino, in exactione crediti, de quo agitur, quia vti creditor Lamberti, & vigore cessionis ab eo habitæ obtinuit adiudicari sibi pecunias suo debitori debitas à Lælio, qui in ciuitate Lucana illas deposuit, penes mercatorem, à quo fuerunt transmissę ad mercatorem Vrbis, ad effectum, vt soluerentur Terlæ, prout solutę censentur tam ex schedula Banchariç, quę
1 habet vim † solutionis. Pute. 165. lib. 1. quàm etiam, ex creatione partitæ, in libro mercatoris ad creditum Terlæ, adeo quod ab eo vendicari non possint.

Præsertim à D. Lapacino, qui est creditor Domini Lamberti, de anno 1588. & sic longe post Terlam, eiusque creditum virtute instrumenti census creari de an-
2 no 1583. est anterius ex regula, quod prior † in tempore, est potior in iure, præfertur non solum in exactione huius crediti, sed etiam in alijs bonis Lamberti. l. potior, & l. creditor. ff. qui pot. in pign. hab. & regula, qui prior. de reg. iur. in 6.

Neque obstare, quod ab hoc censu Terla de anno 1592. liberauit Dominum Iuniperam, quæ super suo casali censum imposuerat, quasi ex hac liberatione censeatur etiam liberatus Lambertus fideiussor. l. & hæredi, in fin. cum ib. not. ff. de pact. quia liberatio fuit facta cum clausula *sine præiudicio iurium, quo ad alios obligatos, & non alias, aliter, nec alio modo*, quæ facit, vt nihil censeatur actum respectu Lamberti fideiussoris, l. testamento. §. 1. de man. test. Put. dec. 197. nu. 23. lib. 1. & decis. 23. lib. 2. & quo ad ipsum censeantur reperita pignora, & obligationes, cum priuilegio prioritatis, & potioritatis, Bart. in l. 3. per illum text. ff. qui pot. in pignore hab. Negusan. de pignor. p. 5. memb. 5. num. 13. maxime stante alia clausula, *citra innouationem*, per quam reseruatur anterior hypotheca. Goza. cons. 38. nu. 2. Gabr. concl. 1. de nou. nu. 56.

Nec placuit Dominis, quod dicebatur, hanc protestationem esse contrariam facto, vnde oritur liberatio Lamberti, nam nulla adest contrarietas, cũ ex eo, quod habuit pecunias census, & illius bonam fidem recognouit, erga Dominum Iuniperam, tanquam fideiussor, in rem suam non censeatur liberatus, liberato principali, gloss. fin. in dict. l. hæredes. §. in his. & ib. Castr. num. 1. & Alexand. in princip. respectu enim oneris soluendi fructus, & restituendi pecunias, per ipsum acceptas, reputatur principalis, gloss. in authen. de fideiuss. in prin. l. sed Iulianus. & ibi Castr. ff. ad Maced. Aym. cons. 77. num. 3. & cons. 91. num. 2. Tiraquell. de retract. lign. §. 31. gloss. 1. num. 8. Gabriel conclus. 1. de fideiuss. num. 1. Gabr. cons. 63. lib. 2. num. 11. & 13. vbi quod liberato
3 principali † semper creditori remaneat salua actio contra eum, qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem, quod etiam videtur fuisse ex mente Rotæ, in causa Romana, repetitionis indebiti, coram Domino Robusterio, & ista recognitio, licet facta inter Lambertum & Iuniperam, suffragatur Terlæ, qui in ipso instrumẽto liberationis Iuniperæ narrat recognitionem, quę sufficit ad effectum, vt ex liberatione Iuniperæ, quæ in cẽsu nudum tantum nomen habet, non censeatur noluisse liberare Lambertum, qui fideiusserat in causam propriam, & reputabatur principalis, ex eo, quod pecunia ad ipsum peruenerat, ex supradictis.

Non obstat, quod dicitur, pecunias census vere cessisse ab initio, in vtilitatem Iuniperæ, quę emit domum ex pecunijs redactis ex censu, quia hoc accidit ex contractu Lamberti, qui erat debitor Iuniperę, & recognoscendo bonam fidem census censetur pretium recepisse, & per occultationem vnius actus, qui operatur eundem effectum, quem operaretur, si esset expressus breui manu pecunias acceptas tradidisse Iuniperæ, in extinctionem sui debiti, gloss. in leg. si ita scriptum. ff. de statulib. & not. omnes in l. singularia. ff. si cert. petat.

Non obstat, quod dicitur inductam fuisse nouationem, per instrumentum factum de anno 1592. in quo Lambertus constituit Terlam procuratorem in rem propriam,

propriam, ad vendendum quasdam terras Terracinæ & sibi satisfieri cum dicto pretio, quia illud nō habuit effectum, ex quo Terlæ non fuerunt venditæ, & cum sit factum pro tuitione, & cautela ipsius Terlæ nō inducit narrationem, præsertim stantibus clausulis citra annotationem, & sine præiudicio prioritatis, & nō omnino aliquid innouandi, sed ius auri addendi, & cautelam cautelis, & non alias, aliter, nec alio modo, &c. quę præseruant antiquiores hypothecas, Gozad. d. consil. 38. nu. 2. Gabr. concl. 1. de nou. nu. 56.

Et hoc modo respondetur ad aliud instrumentum, seu calculum factum inter Lambertum, & Terlam, de anno 1593. quia similiter habet clausulas præseruatiuas, excludentes nouationem, quæ hodie non fit, nisi expresse agatur l. fin. C. de nouat.

P E N I Æ.

Tyburtina, Castri Arsularum, Ven. 26. Iun. 1598.

A R G V M E N T V M.

Valor fructuum Castri, de quo tempore probari debeat.

S V M M A R I A.

1 *Valor fructuum castri debet saltem probari de tempore contractus.*

2 *Valor probandus est præcise de tempore venditionis ad effectum rescissionis.*

3 *Læsione in probanda inspiciendum est tempus contractus.*

4 *Beneficij in valore non solet inspici valor vnius anni tantum, sed ante, & post.*

D E C I S I O DCCCXXV.

CVm anno 1574. Dominus Fabricius de Maximis emisset à bon. memor. Flaminio Zambeccario castrum Ascularum, pro scut. 17000. & Domin. Lepidus Zambeccarius Domin. Flaminij hæres, ageret contra Fabricium ad rescindendam venditionem, quam prętendebat fuisse læsiuam, tanquam factam minus iusto pretio, & propterea aliquot testes examinasset, ad probandum valorem frumenti, & aliorum fructuum dicti castri, quos prætendebat melius probari, quia deponebāt de longiori tempore, quam testes Fabricij. Ideo vtraque parte informante, dubitaui, de quo tempore esset considerandus valor fructuum dicti castri, ad probandum illius valorem.

Informantes pro Domino Fabricio nitebantur persuadere, quod cum ageretur de rescissione contractus, 1 ex capite læsionis, valor fructuum † castri debeat saltem probari de tempore contractus, & sic de anno 1574. Bart. in l. 2. nu. 16. C. de rescind. vend. vbi Castr. in fi. & Cagn. nu. 218. Paris. cons. 128. nu. 35. lib. 1. Aldob. cons. 60. nu. 24. Grat. cons. 12. nu. 35. lib. 1.

Rota tamen in ęstimandis fructibus ad effectum, de quo agebatur, censuit habendam esse rationem nō præcise valoris currentis temporis tempore cōtractus, sed aliquot annorum præcedentium, & subsequentium. Et pro clariori notitia huius materiæ duo casus considerabantur, primus respectu probationis valoris rerū mobilium, & præsertim victualium, in quo ex doctrina Bartoli communiter recepta, in l. vnica. num. 31. C. de eo, quod interest quem sequitur ibi Rebuff. n. 503. 2 dicebatur, valorem esse probandum † præcise de tempore venditionis ad effectū rescissionis, quia in his, quæ facile inter paucos dies, vt docet experientia, pretia variantur, non tamen est necesse, quod testes referant se in indiuiduo ad diem contractus.

Alter casus fuit, respectu probationis rerum immobilium, & in isto casu, quamuis dici soleat, in probanda 3 læsione † inspiciendum esse tempus contractus, vt deducebant Informantes, pro Fabricio, Domini tamen dicebant, id non debere intelligi, de illo tempore præcise, quo celebratus fuit contractus, sed tempus etiam anterius, & posterius per aliquot annos esse considerādum, Bar. in d. l. pretia rerum. ad legem Falcid. num. 3. vbi Alex. num. 10. Idem Bart. in l. si seruus. in 2. nu. 7. ff. de condict. furt. & in l. 1. nu. 31. C. de eo, quod interest. Aret. in c. cum causa. nu. 1. de testib. Crem. in l. 2. n. 245. C. de rescind. vend. Afflict. dec. 316. nu. 6. & tenuit Rota in Romana, casalis Turricellæ, 10. Mar. 1578. coram Cantuccio. Et ratio est, quia si probatio pretij restringeretur ad tempus contractus, sequeretur pretium ex momento temporis constitui, cum contractus momento temporis celebretur, quod esset contra text. in d. l. pretia rerum.

Et quamuis Bart. in dict. l. pretia rerum. recte dixerit, tempus anterius, & posterius per multos annos es- 4 se considerandum, & in valore † non soleat inspici valor vnius anni tantum, sed ante, & post, per 5. annos, Achill. 24. de probat. Pute. dec. 373. num. 2. lib. 3. Sat. in reg. de val. quæst. vltim. quod tutissimum esse censuit Mandos. in reg. 22. de vnion. quæst. 5. nu. 2. Domini voluerunt modo ad istos 5. annos causam reducere, cum enim id fere sit arbitrariū, vt voluit Gregorius Lopez tit. 5. lib. 56. gloss. 5. & 6. satis esse censuerunt, habēdam esse rationem aliquot annorum præcedentium, & subsequentium, vt facta compensatione & comparatione anni fertilis cum sterili diiudicare possit, probabilis valor, & inde æstimetur iustum pretium.

P A M P H I L I I.

Cornetana, Pecuniaria, Merc. 4. Iul. 1601.

A R G V M E N T V M.

Arbitrio ad retardandum executionem non est locus, & quare.

S V M M A R I A.

1 *Restitutio in integrum de iure non impedit exequutionem iam cœptam.*

2 *Restitutio ad appellandum impedit etiam exequutionem cœptam.*

3 *Restitutus ad appellandum debet infra decem dies appellare.*

4 *Instrumentum continet probationem probatam.*

5 *Præsumptio ex computatione sui crediti non sufficit ad excludendam probationem.*

6 *Releuatio indemnitatis quando est facta fideiussori, habet plenum significatum, & præseruat fideiussorem indemnem ab omnibus molestijs.*

D E C I S I O DCCCXXVI.

DOmini dixerunt, non esse locum arbitrio ad retardandam exequutionem, quia arbitrium intelligitur, prout de iure, Bart. in extrauag. ad reprimēdum. in verb. videbitur. nu. 8. Paris. cons. 56. nu. 5. lib. 1. De iu- 1 re autem restitutio † in integrum non impedit exequutionem iam cœptam, Alex. cons. 213. n. 6. lib. 6. Rip. in l. 4. §. condemnatum. sub n. 30. ff. de re iud. Put. decis. 10. de rest. in integr. & decis. 385. lib. 2. & fuit resolutum in causa Carthaginensi, Decanatus, 18. Decemb. 1587. coram bon. mem. Bubalo, & antea coram Eodem, in causa Burgensi, Decimarum de Schalante, 28. Oct. 1586. & alias sæpius, In casu vero, de quo agitur, non solum ad petitam restitutionem fuerat decretum & relaxatū mandatum exequutiuum, quod sufficit, vt exequutio dicatur cœpta, vt per Put. dec. 285. & habetur in dictis decisionibus Carthaginensi, & Burgensi, sed etiam exequutio fuerat facta realiter in partibus, & realiter hic in Curia, in persona Fortunij.

2 Nec obstat, quod restitutio ad † appellandum impediat etiam exequutionem cœptam, ex alleg. per Oldr. de rest. in int. q. 42. art. 7. nu. 39. quia hoc tollitur ex facto, constat enim ex tenore commissionis, restitutionem non fuisse concessam ad appellandum, sed simpliciter aduersus sententiam, & rem iudicatam; Vltra quod hæc limitatio non procedit, quando restitutus ad appellandum, vel omnino non appellat, vel saltem non appellat infra 10. dies, post obtentam restitutionē, prout Domini de Lælijs non appellarunt. Lancellot. de attēt. pend. rest. in integ. ad appell. n. 30. Old. d. ar. 7. nu. 43.

3 nu. 43. & notissimum est, restitutum ad † appellandum, debere infra decem dies appellare. Rot. decis. 62. nu. 2. de appel. in Nou. Vestr. in sua prax. lib. 8. c. 3. n. 18. Lancel. de atten. lit. pend. lim. 50. nu. 169.

Nec etiam obstat, quod versemur in restitutione minoris, cui competit de iure communi, & impedit executionem, quia fuit responsum, hoc non procedere, quando executio est cœpta, vt per Alexan. d. cons. 223. num. 6. & fuit dictum in supra alleg. decis. Burgensi.

Vltra quod constat de iustitia sententiæ Rotalis, ex decisione facta, coram bon. mem. Orano, & cum hodie contra eam nihil de nouo deducatur, quod vrgeat, huiusmodi restitutio videtur calumniose petita, ad impediendam vlteriorem executionem sententiæ, quo casu executio per restitutionem non impeditur, Abb. & Imol. in c. suscitata. de rest. in integ. Cassad. dec. 1. eo. tit. Affl. dec. 356. nu. 6.

De iustitia sententiæ, & bono iure Domini Viperesci non esse amplius dubitandum, ostendit enim se creditorem Terbini anteriorem, & potiorem Dominorũ de Lęlijs, tam in scut. 200. solutis pro Terbino, occasione societatis initæ de anno 1579. cuius bonam fidem recognouerat ipse Terbinus, qui etiam promiserat Viperescum indemnem releuare, quam etiã in alijs scut. 377. in circa, pro expensis factis in recollectione frumenti, vt in decisione dicitur.

De solutione enim scutorum 200. constat ex publico instrumento extinctionis societatis, quod continet 4 probationem † probatam, Bald. in l. interest. in vlt. not. de sol. & facit rem manifestã Bar. in l. 1. nu. 8. & ibi. Ias. nu. 10. de nou. oper. nunc. & ista extinctio præsumitur facta de proprijs pecunijs ipsius Viperesci soluentis, l. si defunctus. C. de arbitr. & tut. l. 2. vbi not. C. pro soc. Bart. in l. si patruus, sub nu. 4. C. com. vtriusq. iud. Io. de Anan. cons. 65. sub num. 2. in 2. cas. & cum sit fideiussor Terbini ad quem societatis commodum pertinuit. Barto. in l. 3. § fin. nu. 15. & Ronchegal. nu. 164. ff. de duob. re. dicitur facta ad extinguendam suam obligationem, non autem Terbini principalis, Bart. in l. Modestinus. num. 3. & seq. in vers. secundus casus. Castr. sub nu. 3. ver. si vero vnus. & ibi. etiam alij de sol.

Neque obstat, quod in instrumento recognitionis bonæ fidei, & releuationis indemnitatis, Terbinus promiserit consignare in manibus Viperesci rubra 50. Grani in proxima recollecta, vt venderentur, & illorum pretio societas extingueretur, quia non constat de hac consignatione, quæ cum sit facti, non præsumitur, & probanda est à Dominis de Lælijs, qui illam allegant, l. 2. & l. quingenta. ff. de probat. l. actor. C. eod. tit. cum vulgar.

Non obstat, quod Viperescus in emptione.... facta à Terbino de anno 1586. de pretio non computauerit ista scut. 200. quia ex hoc non probatur solutio. l. si cũ dos. vbi Bart. & alij. ff. rerum amot. Bart. in l. si quidem. nu. 3. & ibid. Bald. etiam nu. 3. & alij. C. de trans. maxime, quod potuit illa non computasse, ex quo iniuit cum Terbino societatem, pro qua inseruire debebat huiusmodi pretium, & satis fuit Viperesco sibi pręcaueri, ex quo Granum colligendum peruenire debebat ad manus suas, & poterat ex eo sibi satisfieri, vltra 5 quod ista præsumptio † ex non computatione sui crediti non sufficit ad excludendam probationem, resultantem ex publico instrumento. Paris. consil. 137. nume. 19. lib. 4. cum deductis in causa Reatina depositi, sub die 25. Maij, proxime præteriti, coram Domino meo Penia.

Nõ obstat, quod Viperescus soluerit dicta scut. 200. pro extinctione Societatis, absque solita iurium cessione, quia ea opus non erat, si ante promissionem releua6 tionis indemnitatis, quæ cum † sit facta fideiussori habet plenum significatum. Bald. in l. si pro ea. nu. 13. C. mand. & præseruat fideiussorem indemnem ab omnibus molestijs, Bart. in l pater. num. 1. ff. de dot. præleg. Ruin. cons. 187. num. 2. lib. 1. Paris. consil. 109. num. 37. cum seq. lib. 1. & cum ista obligatio procedat in tempore crediti Dominorum de Lælijs, intrat regula, l. potior. in princ. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. habeantur cum vulg.

Quo ad aliud creditum pro expensis factis in recollectione frumenti similiter constat de bono iure Viperesci, qui in frumento suis expensis, & pecunia recollecto, & specialiter sibi pro eis hypothecato, potior omnibus creditoribus Terbini, etiam anterioribus, & eis est præferendus, iuxta text. in l. interdum. vbi Bar. & alij. ff. qui pot. in pign. l. licet. C. eod. Rip. 10 l. si ventri. §. Diuus. num. 2. ff. de priuil. cred. Negus. de pigno. p. 5. memb. 2. nu. 15.

Quod granum, de quo agitur, reconditum in puteis, à Domino Viperesco conductis, fuerit cum eius pecunia recollectum, constat ex partitis eius libri subscriptis à Terbino, qui subscribẽtibus eis dicitur approbasse, l. sicut, §. non videtur. & ibi. Bart. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. late Ias. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 12. ff. de verb. obligat. Fel. cons. 2. num. 19. Quod autem subscriptio sit ipsius Terbini, constat ex testibus.... nempe, tertio, quarto, & vigesimo, qui recognoscunt manum Terbini, dicentis se habere notam manum illius, quem viderunt pluries scribere, quod sufficit, cum versamur in partitis libri, in quibus non solent adhiberi testes, vt sæpius in Rota decisum fuit, & istæ partitæ probant etiam contra Dominos de Lælijs, causam ab eo habentibus, Ancha. consil. 44. nu. 6. vers. 30. Aym. de antiq. temp. p. 1. §. ampliatur. nu. 21. præsertim, cum earum veritas coadiuuetur ex pacto expresso de subministrãdo per Viperescum omnes pecunias ad hunc effectum necessarias, l. fin. C. de alimen. pupil. præstan. Bart. & alij in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Abb. cons. 54. sub num. 2. lib. 1. cum vulg. & ex testibus, qui licet non deponant de certa quantitate pecuniarum, data per Viperescum, deponunt tamẽ de quantitate, & in causam Grani, & vnus eorum asserit se fuisse multoties pręsentem, quando Terbinus se subscribebat in libro, & ex solidatione facta cum tutoribus filiorum Terbini, quos ratione sui officij dicendum est fuisse informatos de veritate istarum solutionum, quo fit, vt tot adminiculis concurrentibus istæ partitę reddantur valde verisimiles, & eis standum sit, ad not. per Bald. in leg. 1. num. 11. vers. illud verum. C. de eden. Dec. cons. 596. nu. 9.

Non obstat, quod Granum fuerit seminatum etiam cum proprijs bobus ipsius Terbini, quia hæc difficultas tollitur ex facto cum in diuisione frumenti recollecti, vltra portionem ex instrumento debitam Terbino fuerit ei assignata alia quinta pars pro proprijs bobus suis, & hodie agitur de grano, quod remansit in puteis conductis à Viperesco vltra quintam partem assignatam Terbino, ratione suorum boum, quam ipse habuerat.

Non obstat, assignatio in causa discussionis facta à Commissario Cornet. Dominis de Lælijs, quia ab hac assignatione reclamauit Viperescus, & stante eius credito priore, & potiore constat granum non potuisse Lęlijs assignari, & omnia in contrarium gesta reuocanda, & ita fuit conclusum.

PENIÆ.

Bononiensis, Census, Lun. 20. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Census impositionem quando emptor rescindere possit, & compellere venditorem ad restituendum pretium.

SVMMARIA.

1 *Bona super quibus census impositus est cum fideicommisso, & quæ perpetuæ prohibitioni alienationis sunt subiecta, contractus non valet.*

Bona

2 *Bona cum non possunt dari libera, locus est restitutioni pretij, seu sortis principalis.*

DECISIO DCCCXXVII.

IMposuerat Dominus Comes Alexander de Pepulis, anno 1596. annuum cẽsuum Scut. 960. monetæ Florentinæ, super quibusdam bonis suis immobilibus existentibus in territorio Bononiensi, in contradijs Duratij S. Martini, eumque sic impositum vendiderat Saluio Scarlatto, nobili Florẽtino, pro pretio Scut. 12000. similium, asserens prædicta bona de sui natura fructifera, nulli hypothecę, vel fideicommisso purificato, vel purificando subiecta, sed libera, franca & allodialia fuisse, promiseratque & se obligauerat ad legitimã dicti census & prædictorum bonorum defensionem, & de euictione secundum formam prouisionum Bononiensium anno 1466. editarum, nec non in ampliori forma Cameræ Apostolicæ.

Pro Comite Alexandro venditore in eodem cõtractu fideiusserunt Elephantutius, Comes Iulius de Pepulis, procurator Dominorum Comitum Vgonis, & Ricchardi de Pepulis, seipsos principaliter & in solidum, & vti expromissores pro dict. euictione & legitima defensione, perpetuo duratura, etiam in casu nullitatis, inualiditatis, vel rescissionis prædicti contractus, ex quauis causa etiam incertitudinis in ampliori forma Cameræ obligantes.

Cum verò anno 1598. Saluius Scarlattus intellexisset bona prædicta, super quibus census fuerat impositus, arctissimo fideicommisso quondam Comitis Romei de Pepulis, patris Comitum Alexandri & Iulij fuisse subiecta, cum expressa prohibitione alienationis omnium bonorum, ac etiam cum prohibitione detractionis legitimæ ac Trebellianicæ, contra eosdem Comites, Alexandrum, & Iulianum, coram A. C. super restitutione sortis principalis dicti cẽsus, iudicium intentauit, ex eo, quod res promissa non fuerat libera, & contractus attenta testatoris prohibitione fuerat inualidus.

Postquam autem A.C. mandatum exequutiuũ pro dicta sorte principali deponenda, decreuisset, causa introducta in Rota dubitaui, an esset locus restitutioni scutorum 2000. ita vt Comes Alexander & eius fideiussores tenerentur ad illorum restitutionem. Et Rota restitutioni fuisse locum, & fideiussores teneri censuit.

1 Cum enim bona, super † quibus census fuerat impositus essent fideicommisso perpetuę prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad restituendum pretiũ, Dec. cons. 102. num. 2. & in fin. verb. vers. ex quibus conclud. & num. 11. Alex. cons. 68. num. 10. vers. etiam quando. lib. 6. & tenuit Rota in vna Romana, census de Cuppis, die 17. Maij 1577. coram Dn. Seraphino Oliuario, & alia Spoletana, terrarum, die 11. Decemb. 1599. coram Domino Mellino, & iterũ in eadem, die 6. Mart. 1580.

2 coram eodem, & sæpe alias, dum enim † bona non possent dari libera, perinde est, ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu sortis principalis, l. si in venditione. ff. de euict. l. si perempti. C. eod. similiter Scarlattus compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis, & rescissionis contractus Dec. cons. 30. num. 4. vers. sed in quæstione. Ruin. cons. 79. num. 42. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. nu. 20.

Quod sine difficultate dicendum videbatur in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligarunt, qui propterea tenebãtur promissa adimplere, Crau. cons. 272. num. 2. & 3. & licet regulariter ante sequutam euictionem agi non possit, ea tamen regula limitatur, multis modis, vt patet in dicta decisione, in causa Romana, de Cuppis, in quibus vnus est, vt contra fideiussores promittentes rem tradi liberam, ante euictionem agi possit, gl. in l. qui rem. in verb. non potest. C. de euict. Osasch. dec. 24. num. 4 Dec. cons. 102. in fin. Supradictis accedat, quia fideiussorum obligatio erat etiam secundum formam prouisionum Bononiensium, quibus cauetur, vt bona debeant tradi libera, Alex. cons. 63. num. 11. lib. 5. Dec. cons. 401. num. 8.

SERAPHINI.

Romana, Non adimplementi, Lun.... Nouemb. 1597.

ARGVMENTVM.

Hodie non agitur de non adimplemento ad effectum resolutionis contractus, sed saltem ad effectum, vt dominus sit securus.

SVMMARIA.

1 *Diues quando quis est, sufficit cautio cum hypotheca bonorum omnium.*

2 *Emptor ad liberationem domus agere potest, dummodo emptoris intersit.*

DECISIO DCCCXXVIII.

FVit resolutum, D. Alberino agenti non obstare exceptionem non adimplementi. Nam cum hodie agatur de non adimplemento, ad effectum resolutionis contractus, sed solum ad effectum, vt Dominus sit securus, vt non possit molestari occasione censuum, & obligationum, quibus dixit, domũ venditam esse oneratam, sufficit ad dictum effectum, implementum per æquipollens, vt fuit resolutum in causa Romana, palatij 7. Maij 1590. coram Bubalo, & in Agiesimana, Bonorum, 1595. coram Mellino. De adimplemento verò constat ex pluribus: primò, quia pretium domus remansit pro parte, penes Reu. Patrem Dominum Iustinum, sub contractu census, vt per Pedem. dec. 114. nu. 14. Negos. de pign. memb. 5. par. princ. n. 24. & 28. secũ-

1 dò, quia Dominus Cæsar erat diues, vnde † sufficit cautio ipsius cum hypotheca bonorum omnium, Bal. in l. quocunque. C. de fund. per tot. l. 2. & in l. ex his prædijs in fin. C. de euict. tertiò, quia dominus Cæsar respectu istorum censuum suscepit litem in se, & talis susceptio habetur pro fideiussione, Afflict. dec. 171. Nec ob-

2 stat, quod emptor † potest agere ad liberationẽ domus, & ad faciendum cõsentire omnem personam iuxta gl. in l. qui rem. & ib. Bald. n. 10. C. de euict. quod possit interim retinere pretium, Bald. in l. ex prædijs. n. 1. in fin. C. eod. quia totum subiectum ibi per Bald. tollitur, sub nu. 4. vbi considerat hoc procedere, dummodo emptoris intersit. Vnde cum ex supra deductis appareat, hic nullum versari damnum, neque interesse emptoris, cessat obiectio.

Nec obstat, quod Dominus Cæsar asserit, bona esse libera, quæ tamen reperiuntur alijs obligata, ideo obstare exceptionẽ precarij, l. si quis maior. C. de transact. quia hoc procedit, quando promissio est odiosa, & alteri præiudicialis, Cass. dec. 2. n. 7. de iureiur. Caputaq. dec. 283. nu. 1. p. 1. & in vna Romana, contrauentionis, coram bon. mem. Robusterio 22. Octobr. 1582. & ita cessat decisio in causa Romana, census coram me.

Nec obstat statutum, cum idem contineat, quod ius commune, vt abunde sit cautum indemnitati Domini Emptoris, neque vlla immineat euictio, & ita conclusum fuit.

PENIAE.

Anagnina, Molendini, Lun. 28. Iun. 1599.

ARGVMENTVM.

Molendinum si quis locauerit pro pensione, & suis sumptibus omnia instrumenta necessaria, & dicto Molendino seruientia subministrare promiserit, exceptis duobus lapidibus molaribus, & Canali, si flumen innundatione aquarum, alueum per quem ad molendinum locatum decurrebat, aqua mutasse dicatur, quid iuris sit.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Damnum cum non prouenit ex culpa locatoris, sed conductoris, non locatori, sed conductori imputandum est.*

2 *Molendini pars integralis appellatione instrumentorum non comprehenditur.*

DECISIO DCCCXXIX.

Die 1. April. 1595. Paulus Columbus locauit Augustino Varegio molendinum Flogiaterı, ciuitatis Anagninæ, ad octo annos, cum promissione manutenendi illud in forma, de euictione: vicissim Augustinus promisit soluere pro pensione rubia quinque menstrua, & suis sumptibus omnia instrumenta quæ necessario requirantur, & dict. molendino seruientia subministrare, exceptis duobus lapidibus molatibus, & canali, & vlterius inseruire diligenter hominibus de Arutio, alias liceret eidem Paulo aliud molendinum in eo ponere.

Eodem anno, & mense Augostinus Varesius, idem molendinum Dominico Geruasio, cum eisdem pactis & Capitulis sublocauit, sed cum Arutini ad molendinum non attenderent sicut antea accedere dedisset se diligenter curaturum, vt Arutini accederent, quod tamen effectū non fuit, ac insuper Dominus Paulus molendinum reædificasset, in præiudicium primi locati, prætenderetur, & denique flumen inundatione aquarum, alueum, per quam ad molendinum decurrebat, mutasse diceretur, ac sæpe inundatione iterata, multis mensibus ab opere molendini quieuisset, vt propterea Dominicus molendinum dimittere fuerit coactus, ex quo Paulus interpellatus, nec illud reficere, nec aquam ad solitum cursum reducere curauerit, causa per Paulum coram A. C. introducta, vigore obligationis Cameralis, cōtra verò Dominicus, cum per testes & alias scripturas prædicta impedimenta coram A. C. deduxisset, A. C. per definitiuam sententiam declarauit, locationem prædictam rescindendam, Dominicum absoluendum, & Paulum in expensas condemnandum, reseruato tamen iura agendi super damno & interesse.

In gradu appellationis dato dubio, an sententia A. C. esset confirmanda, vel infirmanda, & vtroque parte informante proposītum, Rota cōfirmandam censuit, nam impedimenta quibus motus index locationem rescindendam pronunciauerat, non videbantur, nisi melius probarentur, releuantia.

Primò nam quantum ad primum de Arutinis, respondetur, prō eorum respectu, in instrumento locationis, nihil à Paulo fuisse promissum.

Secundò, dicebatur Arutinos non fuisse obligatos ad accedendum ad prædictum molendinum magis, quam ad aliud, & consequenter, si ad aliud molendinum accessérant, non videbatur Paulo locatori imputandum, quod maxime videbatur dicendum in hac facti specie, cum ex testibus à locatore examinatis affirmaretur, ideo Arutinos non accessisse, quia à molendinatio male tractarentur.

1 Vnde cum damnum † non prouenerit à culpa Pauli locatoris, sed Dominici conductoris, non Paulo, sed tantum Dominico erat imputandum, l. si rem, quam. vbi gl. in verb. omissa fuerit. ff. de euict. Soc. cons. 70. num. 2. lib. 3.

Ad secundum impedimentum deductum ex alio molendino reædificato per Paulum respondebatur, primo non fuisse præiudiciale molendino locato, ex quo erat in alio loco, longe remoto, secundo respondebatur, nedum tempore locationis, sed longe antea prædictum molendinum, tertio dicebatur, pro parte Dominici, non fuisse probatum quod per talem reædificationem ipse passus fuerit aliquod damnum.

Ad tertium impedimentum deductum ex inundatione fluminis alueum mutantis, respondebatur, quod si decursus aquarum facile potuit ad solitum alueum reduci, tunc conductoris impensis id faciendum fuerat, vigore pactorum, in instrumento contentorum. Conductor enim expresse promiserat suis sumptibus, instrumenta necessaria, & seruientia molendino subministraturum, secus autem videbatur dicendum, si flumen ita prorsus mutauit alueum, vt vel impossibilis esset reductio cursus aquarum, ad solitum locum, vel ita difficilis, vt sine notabili impensa reduci nō potuisset, tunc enim deficiente vno substantiali, locatio caruisset. Nam quamuis conductor promisisset, suis sumptibus subministrare omnia instrumenta, molendino necessaria id intelligendum erat de alijs instru-

2 mentis, non de flumine, quod in hac facti specie † censebatur pars integralis molendini, quod non poterat comprehendi appellatione instrumentorum, neque ad hunc casum mutationis alnei, vel rei peremptæ applicari. Natt. cons. 449. nu. 16. lib. 2.

Et quanquam ex prædictis conclusum fuerit, sententiam A. C. reuocandam, non propterea fuit exclusus Dominicus à petitione remissionis affictus, vel aliorum damnorum, & interesse, vel à recessu locationis, casu, quo ei locus esset de iure, de quo erat particulariter videndum,

EIVSDEM.

Eadem, 10. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

An sit locus remissioni affictus, cum notabile damnum non est probatum.

SVMMARIA.

1 *Remissioni affictus non est locus, quando conductor non probat notabile damnum.*

2 *Ex quantitate percepta in alijs annis damnum in præcedentibus acceptum resarcıri potest.*

3 *Impensa in reparatione ad conductorem, non ad locatorem spectat.*

4 *Locationis recessui locus non est, quando de legitima recedendi causa non constat.*

DECISIO DCCCXXX.

SVper dubio reseruato in decisione, in hac causa facta, die 28. Iun. 1599. an esset locus remissioni affictus, pro eodem Paulo Rota respondit contra Dominicum Geruasium, nam primo respectu remissionis affictus, ex duobus potissimum capitibus affirmatum fuit, ei non fuisse locum.

Primò quia pro parte Geruasij non fuit probatum notabile damnum, quod acceperat in molendino sibi locato, neque propter non accessum Arutinorum, ad molendinum, quos accedere debuisse non promiserat, Columbus, in locatione, neque propter aliud molendinum à Paulo reædificatum, quod iam ante locationem Dominico factam in alio loco, longe remoto constructum apparebat, neq; propter inundationem fluminis alueum mutantis, ex quo Dominicus non probauerat, neque per inundationem fluminis ad pristinum statum, aut impossibiliter, aut difficulter fieri potuisset, vt latius deductum fuerat in prædicta decisione, in hac causa facta, quæ Dominis placuit. No-

1 tum est autem, non esse locum † remissioni affictus, quando conductor non probat notabile damnum. Innoc. in c. propter sterilitatem. nu. 2. in pr. de locat. Couar. pract. quæst. c. 30. num. 1. vers. non enim quodcunque. Rol. cons. 86. nu. 3. vers. sed in terminis, li. 3. Ruin. cons. 81. num. 1. vers. ad hoc ergo. Alex. consil. 3. num. 3. vers. tamen non. lib. 1. late Boss. tract. de remiss. merced. num. 3. & mult. seqq.

Secundò quia licet aliqua iusta causa ad obtinendam remissionem affictus apparuisset probata, adhuc non releuaret, cum ad hunc effectum, probanda esset

2 quantitas percepta in alijs annis ex qua damnum † in præcedentibus acceptum potuisset resarciri si enim in alijs annis conductor, & fructus ex re conducta

perceperit, vt præcedens damnum resarciri potuerit, tunc præcedentem læsionem, aut damnum acceptum, non est locus remissioni, iuxta opinionem, quam in hac materia Rota solita est sequi, & tenuit in multis causis, & signanter in causa Romana, affictus casalis, die 8. Febr. 1593. coram Gypsio, & rursus in causa affictus, locus Fogliani, coram Domino meo Litta, de... & in causa Interamnensi, affictus, die 10. Decem. 1599. coram Eodem, & in causa Romana, remissionis, affictus, die 19. Iun. coram Corduba.

Respectu damnorum, & interesse responsum fuit, nihil potuisse Dominicum prætendere tum quia de certa quantitate damni, vel interesse ipsius non constabat, tum quia non apparebat, probatum id damnum, culpa vel facto Pauli locatoris aduenisse, l. si fundus. vel Loam etsi colonus. ff. locat. Aret. cons. 111. num. 4. in princ. Paris. cons. 38. nu. 17. vers. & deducitur. lib. 1. Ias. cons. 109. nu. 1. vers. quod si conductor. maxime, cum Paulus locator solutum promiserit in contractu locationis subministrare Dominico conductori duos lapides molares, & manutenere canale ligneum, reliqua verò instrumenta molendini Dominicus suis sumptibus compatare, & conseruare teneatur, & sicut alij côductores fecerant eandem reparationem reficere, vt testes pro Paulo examinati testificabantur, ex quibus etiam cum probaretur, quod in dicta reparatione modica expensa erat necessaria, consequebatur, vt illa
3 † ad conductorem, non ad locatorem spectaret. Rol. cons. 28. num. 25. in pr. lib. 1. Natt. consil. 449. num. 12. versic. secus si sit parua. lib. 2.

4 Respectu tertij, an esset locus † recessui locationis, negatiue responsum fuit, ei non fuisse locum, postquā non constabat de legitima causa recedendi Imol. in d. c. propter sterilitatem. num. 30. & 31. vers. non autem conductor. Boss. tit. de remiss. nu 48. qui plures alleg.

SERAPHINI.

Mediolanensis, de Cusanis, Lun. 29. Maij 1600.

ARGVMENTVM.

Remissoria non datur ad impediendam immissionem.

SVMMARIA.

1 *Remissoria ad impediendam immissionem non datur.*
2 *Articulo vno releuante dato, cæteri admittuntur.*
3 *Exceptio falsitatis non impedit immissionem.*
4 *Testamenti perfectio, & substantia tota pendet ab hæredis institutione.*

DECISIO DCCCXXXI.

1 DOmini fuerunt concordes, remissoriam non esse dandam, primò, quia non datur † ad impediendam immissionem ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Paul. decis. 149. Secundò, quia vere omnes articuli sunt irreleuantes, excepto septimo, & vltimo, l. probat. C. de prob. Caputaq. decis. 66. p. 3.

2 Non obstat, quod dato vno articulo releuante, ceteri † admittātur, quia licet dictus articulus septimus, & vltimus releuent, tamen ex alijs non sunt admittendi, vt mox dicetur. Tertiò etiam vehementi præsumptione calumniæ, quæ elicitur, tum ex eo, quod articulus septimus & vltimus tradont ad probandum contra id, quod iam probatum extitit, nempe subscriptionem Cardinalis non fuisse veram, vt expresse etiā dicitur in informatione facti, quod tamen non potest probari, nisi per testes de iudicio suo deponētes, quod non est admittendum, cum vltra testes de varitate habeamus attestationem Illustriss. Cardinalis Platti, per
3 quam tollitur omnis † suspicio, & exceptio falsitatis non impedit immissionem. l. 2. C. eod. tit. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 726. tum etiam, quia articuli inuicem repugnant, nam continent, hanc non esse scripturam Cardinalis, & tamen in vltimo habetur subscriptionem illam fuisse factam à Cardinale, non sub illa die, sed per duos, aut tres dies, ante obitum Cardinalis, quæ res ostendit, vel negationem manus esse calumniosam, vel si admittitur, scriptam esse eiusdem manu, diuerso tamen tempore, non est releuans pro-
4 batio, cum † perfectio testamenti, & eius substantia tota pendeat ab hæredis institutione.

Nec obstat quod causa commissa sit tam in possessorio, quàm in petitorio, appellatione remota, quia hodie non agitur de negotio petitorio, quod remanet intactum, sed tantum de immissione, quæ sub hoc prætextu retardari non debet, & ita conclusum.

MELLINI.

Romana, pecuniaria, Merc. 20. Octob. 1593.

ARGVMENTVM.

An Titius sit obligatus Mario vigore suæ obligationis, & contra eum possit exequi mandatum relaxatum.

SVMMARIA.

1 *Res inter alios acta, tertio non nocet.*
2 *Obligatio simulata dici non potest, in qua causa simulandi non adest.*

DECISIO DCCCXXXII.

FRanciscus Belgius accepit ad societatē, super eius officio scut. 200. monetæ, à Saluatore della Porta, cui societati accesserunt Tarquinia Rosmarina, quæ recognouit bonam fidem, erga officialem, & Iulius Cesar de Grandis, qui recognouit bonam fidem erga Tarquiniam, & tam eam, quàm officialem promisit releuare indemnes, Saluator de dicta societate egit contra Belgium, & contra eum fuit relaxatum mandatum, Belgius pro releuatione indemnitatis egit contra Tarquiniam, postea ipsa defuncta contra eius hæredes, & obtinuit mandatum executiuum, sed quia hæredes prætendebant obligationem Tarquiniæ esse nullam, quia ipsa non receperat pecunias, & non fuerunt adhibitæ solennitates statutariæ, ceperunt agere criminaliter contra Martialem, qui stipulatus fuerat, contractum societatis, & fideiussionis Tarquiniæ, & in isto iudicio Saluator examinatus deposuit, pecunias non fuisse solutas Tarquiniæ, sed Iulio Cæsari, & A.C. declarauit mandatum executiuum relaxatum contra Tarquiniæ hæredes, ad instantiam Belgij, fuisse nullum, ex capite simulationis contractus, & alijs causis, propter istam confessionem Saluatoris, & sententiam A. C. opponebat Belgius non posse exequi mandatum relaxatum, quia contractus societatis fuit simulatus, cum ipse non exceperit neque Tarquinia, quæ erga eum bonam fidem recognouit, à Iulio Cesare, sine eius mandato non potuit solui. Iden proposui dubium, An Belgius sit obligatus Saluatori, vigore suæ obligationis, & contra eum possit exequi mandatum relaxatum & Domini resoluerunt, Belgium teneri, & mandatum contra eum relaxatum esse exequendum. Fundamentum decisionis fuit, quod in societatibus officiorum, licet officialis confiteatur accepisse pecunias, quæ vero ipsi non soluuntur, sed recognoscenti bonam fidem non tamen ideo confessio dicitur simulata, ad annullandam obligationem, quia ob præsumptum mandatum officialis quod soluantur ei, qui recognouit bonam fidem, solutio dicitur facta officiali, licet cautius fiet, si accipiatur ordo officialis, de soluendo ei, qui recognouit bonam fidem.

Tanto magis, quia in isto casu concurrunt duæ recognitiones bonæ fidei, altera Tarquiniæ, erga officialem, ex eo, quod per manus Martialis habuit pecunias ab officiali, quod ostendit primam solutionem fuisse factam officiali, alia verò eodem contextu Iulij Cæsaris, erga Tarquiniam, ex eo, quod habuit pecunias, ab ea, licet pecuniæ non fuerint numeratæ, sufficit, quod sint præsentes, & breui manu censentur solutæ Tarquiniæ, & per eam Iulio Cæsari, apud quē debebat remanere propter eius vltimam recognitionem

nem bonæ fidei, vnde cum Saluator soluerit officiali, ex sua obligatione tenetur etiam, quod pecuniæ ad ipsum non peruenerint, quia licet in ipsos obligatos Iulius Cæsar sit principalis, ad quem pecuniæ peruenerunt, tamen respectu creditoris omnes dicuntur principales, Paul. in l. Iulianus. nu. 3. ff. ad Maced. & fuit resolutum in causa Romana, repetitionis indebiti, 9. Mart. 1575. coram D. Episcopo Oriolensi.

Non obstat, quod obligatio Tarquiniæ fuit declarata simolata, quia vltra, quod illa sententia † est res inter alios acta, ideo non nocet Saluatori, ex ea non infertur præiudicium obligationi officialis, quæ non potest dici simulata, quia nulla † aderat in ea causa simulandi, Bart. cons. 65. Petr. Nic. Rot. decis. 1. dederat. in nou. quæ causa, secundum aliquos ex Dominis in Tarquinia aderat quia cum vigore statuti non posset obligari sine solennitatibus, & nec etiam de iure communi, fideiubere, fuit simulatum, quod ipsa recognosceret bonam fidem, & reciperet pecunias, vt teneret obligatio. Rom. cons. 394. no. 4. & in hac recognitione consistit simulatio, quia vere ipsa pecunias non recipiebat, cum eodem instanti deberent pecuniæ peruenire ad manos Iulij Cæsaris. l. qui sic soluit. ff. de solut.

Non obstat, quod Saluator potest excludi per exceptionem cedendarum, cum non possit cedere Belgio actiones validas contra Tarquiniam, per simulationem detectam facto, & confessione. Saluatoris, quia ista simulatio detegitur ex lectura instrumentali recognitionis bonæ fidei, eodem contextu factæ, per Iulium Cæsarem erga Tarquiniam, quæ ostendit pecunias vere non spectasse ad ipsam quæ in continenti illas soluit, Iulio Cæsari. Vnde cum Saluator non potuit se obligare, non potest repelli exceptione cedendarum. Negus. de pign. 2. memb. 5. part. num. 36. vers. fallit modo.

Non obstat, quod istæ recognitiones fuerunt factæ inscio, & absente Belgio, quia cum sciret in istam obligationem esse accessuros Iulium Cæsarem, & Tarquiniam, de quibus mentio fit in apocha societatis, per eum subscripta, debet, sibi imputare, si curauit habere releuationem indemnitatis Tarquiniæ, cum solennitatibus requisitis, & non fuit solicitus, ad quem pecuniæ deberent peruenire, de quo nec debebat esse solicitus Saluator, cui per obligationem Belgij erat sufficienter prouisum, etiam quod obligatio Tarquiniæ sustineretur.

MELLINI.

Romana, Redhibitoriæ librorum, Merc. 2. Iun. 1599.

ARGVMENTVM.

Quod redhibitoria vtilis habeat locum etiam in libris.

SVMMARIA.

1 *Redhibitoria competit etiam in libris, si propter vitium latens expediat eos non habere, vt multum impediatur eorum vsus.*
2 *Vitium quando non apparet, generalis protestatio non releuat, sed necessaria est expressio in specie.*
3 *Protestatio generalis venditori non suffragatur.*
4 *Redhibitoria non datur emptori scienti vitium.*
5 *Redhibitoria cessat, quando vitium superuenit.*
6 *Tempus sex mensium præstitutum redhibitoriæ currit à die scientiæ.*
7 *Redhibitio locum non habet, quando vitium est modicum.*

DECISIO DCCCXXXIII.

Placuit Dominis votũ Reu. Patris Domini mei Decani, alias datum in hac causa, tunc pendente corã Reu. patre Domino Ala, & ideo concorditer resoluerunt, quod sit locus redhibitoriæ vtili, quia habet locũ etiam in libris, in quibus licet, non concurrat qualitas morbosi, vel vitiosi, propter quã datur emptori redhibitoria directa, tamen si propter vitium latens expediat eos non habere, vt multum impediatur eorum vsus competit † redhibitoria, gl. in l. 1. ff. de ædil. ed. Az. in summ. C. de æd. act. nu. 6. Odofr. Alber. & Bald. n. 5. in l. vlt. C. eod. tit. Aret. in §. vlt. nu. 2. Inst. de suspect. tut. & ista opinio est communis, vt per Ant. Gom. var. resol. lib. 2. tit. de empt. & vend. nu. 48. & ideo cum iste liber fuerit emptus pro pretio satis notabili, videlicet duorum millium, centum, & quinque Scut. ad effectum, vt typis excuderetur, pro vsu Ecclesiæ & ex depositione peritorum, & testium & ex decreto sacræ Congregationis rituum, constet, esse ita refertum erroribus, & varietatibus, vt imprimi non possit, & sic non possit, ob ea vitia, seruire ad vsum destinatum, bene intrat supradicta opinio, communis, quod sit locus vtili redhibitoriæ.

Non obstat, quod liber fuit venditus talis, qualis est, quia vitium non erat tale, vt ab emptoribus posset facile agnosci, cum pro eo detegendo necessarium fuerit adhibere peritos, qui præcedente diligenti discussione, resoluerunt, librum continere errores, & varietates, & quãdo vitium † non apparet generalis protestatio, non releuat, sed necessaria est expressio in specie, Bald. nu. 4. & Salyc. nu. 2. in l. 1. C. de ædil. ed. Et licet hoc procedat solum in venditore sciente vitium, & non ignorante, in quo sufficit generalis protestatio, vt per Bald. in dict. leg. 1. num. 4. & Veron. in l. 1. §. causa. ff. eod. tamen ignorantia nõ probatur, & scientia qualitatis rei præsumitur in venditore, vt bene deducunt informantes, præsertim cum etiam concurrant coniecturæ scientiæ, propterea dicebant Domini, quod illa generalis protestatio debet intelligi vltra expressa, & sic quod venditur liber talis, qualis est compositus, vel correctus, & reformatus à Ioan. Petro Aloysio, de ordine S. mem. Gregorij XIII. Quod est falsum, quantum ad...quod non fuit ab eo compositum, nec correctum vt periti testantur, & ideo generalis † protestatio, venditori non suffragatur. Et licet fuerit appositum, verbum, *vt dicitur*, tamen fuit appositum ad effectum, vt venditor se non restringeret solum ad compositionem factam à Ioan. Petro Aloysio, vt etiam si ab eo non esset compositus, sufficeret, quod esset correctus, & reformatus, & non ad effectum restringendum, vt liber talis, qualis est, intelligatur venditus, etiam quod non sit compositus, neque correctus, & reformatus, quia hoc repugnat intentioni contrahentium, quæ fuit vt liber imprimeretur, quod etiam colligitur ex quantitate pretij, ex qua declarantur verba dubia contractus venditionis.

Non obstat, quod graduale de tempore est correctum, quia venditio est facta vnico pretio, & emptores non emissent graduale sine sanctuario, cum vnus sine alio sit opus imperfectum, & non adferens tantam vtilitatem emptoribus, quantum attulisset simul cum alio. Ideo datur redhibitoria in totum, l. cum eisdem. & l. ædiles, eius initij. 2. §. vlt. ff. de æd. ed. Bald. & alij, in l. si prædium. de ædil. act.

Non obstat, quod redhibitoria † non datur emptori scienti vitium l. 1. §. si illigatur. ff. de æd. ed. quia ista scientia non probatur, & est multum inuerisimilis, cũ fuerit emptus liber, vti compositus, vel correctus pro tanta summa, ad effectum vt imprimeretur.

Non obstat alia limitatio, quod redhibitoria † cessat, quando vitium superuenit, quia est vera in iure sed non applicatur, cum liber tempore venditionis esset in eodem statu.

Non obstat, quod tempus † sex mensium, præstitutum redhibitoriæ expirauit, quia currit à die scientiæ, l. cum sex. ff. de æd. ed. gl. in l. cũ proponas. in vers. sex mensium. C. de ædil. act. & ista scientia non probatur, vt dictum est, nec præsumitur.

Non obstat, quod redhibitoria † non habet locum, quando vitium est modicum, quia vitium est magnũ, cum ille liber non sit talis vt imprimi possit.

Spoletana, Bonorum, Lun. 15. Mart. 1599.

ARGVMENTVM.

Venditio bonorum liberorum sustinetur. Et quare.

SVMMARIA.

1 *Promissio facta in contractu venditionis, quod bona sunt libera, non subiecta alicui fideicommisso, intelligitur limitate respectu validitatis contractus venditionis pro securitate emptoris.*

2 *Fideicommissum si adsit, non impedit validitatem alienationis.*

3 *Prohibitio alienationis cum non est facta contemplatione alicuius certæ personæ, vel est nulla, vel saltem censetur facta in odium alienationis facere coheredis vel venientium ab intestato.*

DECISIO DCCCXXXIV.

FVit resolutum, venditionem sustineri, principale fundamentum Dominorum fuit quia promissio 1 facta † in contractu venditionis, quod bona sunt libera, non subiecta alicui fideicommisso, intelligitur limitate respectu validitatis contractus venditionis pro securitate emptoris, vt fuit resolutum in causa Romana, bonorum, de Lilio, 7. Febr. 1582. coram Reu. Patre Domino Seraphino.

2 Et ideo si adsit fideicommissum, † non impedit validitatem alienationis, sed alienatio est valida, & partes non possunt ab ea recedere.

3 Vnde cum in casu isto prohibitio † alienationis non sit facta contemplatione alicuius certæ personæ, vel est nulla iuxta vnam opinionē, vt per Angel. in consil. 154. Ias. in l. filiusfam. §. Diui. de leg. 1. nu. 68. vel saltē censebitur facta in odium alienantis, fauore cohæredis, vel venientium ab intestato, vt per Rip. in d. §. Diui. num. 25.

Et cum tempore alienationis Nicolaus decesserit ab intestato, relicto solo Aurelio filio masculo, hærede, expirauit illa prohibitio in persona Domini Aurelij, venditoris, qui in venditione obligauit se de euictione, & repellitur, ex reg. l. venditionum. de euictione, & consequenter venditio est valida, emptor est tutus.

Nec placuit Dominis quod ista alienatio sit nulla, propter pactum resolutiuum, positum in donatione, in euentum alienationis, quia resoluta donatione bona donata remanserunt libera in hæreditate Nicolai, iam defuncti, ante alienationem, & sic spectabant ad Aurelium, eius vnicum filium, & hæredem, qui se restrinxit ad titulum donationis in venditione.

Ideo alienatio non fuit valida, nec vi donationis sustinetur, vt facta ab hærede Nicolai.

Præterea, pactum resolutiuum habet locum, si is, in cuius fauorem est appositum, eo vti velit, l. 2. ff. de leg. commiss. & cum hodie nullus adsit præter Aurelium, qui non declarauit eo vti cessat pactum resolutiuum, tanto magis, quia alienando, & sustinendo litem super alienationis validitate, satis declarauit nolle vti pacto. l. cum delentur. §. vltim. & l. sequent. ff. de leg. cōmiss.

Non obstat substitutio facta Aurelio, si sine filijs decesserit, bona in istum casum debebant redire ad Nicolaum, & eius hæredes successores, & cum Nicolaus decesserit, bona sunt effecta libera in personam Aurelij eius filij, & hæredis, cum filij Aurelij sint solum positi in conditione, & consequenter non dicantur vocati, gloss. in l. Lucius. ff. de hæred. institut. quem Rota sequitur, & non est locus statuto Vrbis, cum bona sint posita in territorio Spoletano, vt fuit resolutum in vna Terracinensi, Bonorum, 1580. coram Illustriss. Blanchetto.

LITTÆ.

Cordubensis, Præstimoniorum, Merc. 7. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Regula de annali nō suffragatur seminario de ea excipiēti.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali facta est in odium impetrantis.*

2 *Instrumentum publicum rem manifestam facit.*

3 *Homo mortuus, aut nondum conceptus non potest insistere possessioni, aut detentationi alicuius rei.*

4 *Seminarium ex introductione puerorū in esse deducitur.*

5 *Vnio non potest fieri futuro collegio.*

6 *Episcopus facere potest vnionē aliquorum beneficiorum.*

DECISIO DCCCXXXV.

FVit tentum, D. Michaeli non obstare regulam de annali, quia licet ista regula tueatur in istam possessionem, & habentem, vt dicitur, asininam detentionem, sitque facta mere in odium 1 † impetrantis, Cassad. decis. 14. nu. 6. & seq. sup. reg. nō tamen potest hoc in casu suffragari, seminatio de ea excipienti, cōtra Michaelem, siquidem, quia de tempore gratiæ Ioann. in cuius locum Michael est subrogatus, adhuc non erat in rerum natura seminarium ipsum, à quo possent præstimonia de quibus agitur, possideri, aut aliquo modo detineri. ad text. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. in l. Fulcinius. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. in l. seruum mihi. §. 1. ff. de act. empt. cum mille simil.

Et quod de tempore gratiæ Ioan. non esset in rerum natura seminarium, ex eo iustificatur, quod gratia illius est de anno 1590. & Collegiales ipsi non prius fuerant introducti, & admissi, quam de mense Dec. 1591. vt constat publico instrumento, in Summar. Mi-2 chaelis. num. 2. quod rem † manifestam facit, c. cum olim. de verb. sign. l. fin. vbi gl. 2. C. de reb. cred. cū alijs per Ias. cons. 124. num. 2. lib. 1.

Non obstat, quod ante gratiam D. Ioann. occasione prædicti seminarij fuerat empta quædam domus, fuerunt creati deputati, & facta vnio præstimoniorum, de quibus agitur, & etiam aliorum, ad modum dicti seminarij, & quod fructus dictorum præstimoniorum fuerunt percepti à Dominis Deputatis, nomine ipsius seminarij, quia ex prædictis, & alijs hic deductis per Informantes pro D. Episcopo & seminario non potest inferri ad aliquam possessionem, aut detentationē ipsius seminarij, quod postea erectum fuit, & cuius nomine hodie excipitur, de dicta regula, cum mortuus 3 † homo aut nondum conceptus, seu creatus, non possit insistere possessioni, aut detentationi alicuius rei, vt omnibus notum est, & bene declarat Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. nu. 27. vers. declarator secundo.

Nec ex prædictis dici potest seminarium ex nunc 4 fuisse erectum cum duntaxat † ex introductione puerorum in esse deducatur, sicut collegium ex personis, & non ex loco, aut rebus pro dicto Collegio destinatis, constituitur. l. Neratius. ff. de verb. sign. gl. in cap. 1. in verb. dico. de elect.

5 Non obstat, quod vnio † possit fieri futuro Collegio, quia in contrarium est veritas, vt patet ex decisione, alias facta illa Simiensi, præstimoniorum, 17. Apr. 1594. coram nunc Illustriss. Blanchetto, cuius copia data fuit.

Nec verum est, quod præfata videantur promissa Episcopo, quasi in necessarium antecedens ipsius seminarij, quod attenta dispositione Concilij Tridentini erigere potest, quia Concilium Trident. cap. 17. sess. 23. disponit seminarium erigi, & primo loco existente in seminario, mandat ex fructibus Cathedralis, & beneficiorum, quæ sunt in diœcesi subministrari alimenta, & alia necessaria, deinde, & sic vltimo loco, pro præ-6 fatis permittit, quod Episcopus † facere possit futuro seminario.

Et quia alias omnibus in contrarium adductis sigillatim, & optime respondetur per Informantes pro Michaele, quæ non transcribo, breuitatis gratia, ideo vt supra conclusum fuit.

BLANCHETTI.

Sienensis, præstimoniorum, 20. Febr. 1594.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Prouisio ab Episcopo in fauorem alicuius an sustineatur, cum contra ipsum militet lapsus temporis.

SVMMARIA.

1 *Vnio facta seminario nondum creato licet sit nulla, videtur tamen excusari a negligentia.*
2 *Ecclesia nondum ædificata donari non potest.*
3 *Vnio non potest fieri Collegio nondum existenti.*
4 *Ecclesia ne remaneat indotata, debet ante constructionem dotari.*

Intellige vt ibi.

DECISIO DCCCXXXVI.

Resolutum fuit, prouisionem à Reuer. Domino Episcopo in fauorem Andreæ non sustineri, cum cotra ipsam militet lapsus temporis ab anno 1583. quo vocauit beneficium, vsque ad annum 1586. quo fuit facta Collatio c. 2. vb. gl. & omnes. de cõces. præb. Card. in clem. de beneficio. in 1. not. Reb. tit. de deuol. nu. 27.

1 Non obstat vnio facta seminario, † nondum creato, quæ licet sit nulla, videtur tamen excusare à negligentia, Abb. in c. cum nostris. nu. 22. de conc. præb. stante præcipue probabili ignorantia, decis. 241. nu. 2. Mil. in verb. electio. vers. eligendi. cum alijs alleg. pro parte Andreæ, quia hæc regula non applicatur proposito casui, cum sit in iure indubitatum, quod Ecclesiæ nondũ 2 ædificatæ † donari non possit c. Abbate vbi Gem. & Franc. de re iud. lib. 6. Abb. in c. ad audientiam. il 2. nu. 3 5. de Eccl. ædif. nec etiam fieri voio † Collegio nondum existenti, cum beneficium, quod vnitur, non requirat locum, cui adhereat, & cuius debeat effici pars, & prædium, Anch. in clem. si vna. in 3. oppos. de reb. Eccl. non alien. Ioan. Crot. cons. 291. nu. 24. lib. 3.

4 Non obstat c. nemo. de consecr. & alia deducta pro parte Andreæ quia ne Ecclesia † remaneat indotata, debet ante constructionem dotari, hoc est, talis præcedere obligatio, vt certum sit, Ecclesiam non remansuram indotatam, ex quibus sequitur, quod istud ius non erat dubium, ita vt vix peritissimus possit ex capite excusari, præcipue vt Concil. Trident. sess. 23. c. 18. prius mandet, vt ex fructibus Ecclesiæ Cathedralis, & beneficiorum, quę sunt in diœcesi, subministrentur alimenta, vt & omnia alia necessaria existenti in seminario, postea beneficiorum fiat vnio, quod debebat Reuer. Episcopus.

Nec refragatur §. & quia. in d. c. non enim iniungitur, vt prius domus ædificetur, postea Collegium instituatur, hoc enim fuisset in longum vtilissimum negotium protrahere, sed Concilium vult, postquam Collegium fuerit ædificatum, institutum, & erectum in domo, seu conductitia, seu alio modo obtenta, quia non potest ab initio esse præparata ad vsum Collegij, fiat pro instruenda fabrica, & subministrandis alimentis, & alijs necessarijs contributiu ex fructibus beneficiorum, & subsequenter vniantur beneficia, vt dictũ est, si aliquod dubium super præmissis adesse poterat, debebat vel peritorum, vel sacræ congregationis celerius adhibere consilium, quod cum non fecerit, non potest excusari, l. iuris ignorantia. C. qui ad Put. decis. 113. lib. 2. idque multo magis, cum præceptum Congregationis non mandauerit executioni, beneficium enim quod debebat erecto seminario de nouo vniri, nedum vniuit, sed nepoti contulit.

Ex quibus, & alijs deductis fuit resolutum, collationem, de qua in dubio, non esse inualidam.

MANTICÆ.

Sernensis, Affictus, Venet. 27. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Fructus cum ex specie debentur, tanquam percepti ex prædijs locatis, eis consumptis debitorum facto, æstimatio præstanda est.

SVMMARIA.

1 *Fructibus consumptis, qui percepti sunt ex prædijs locatis, debitorũ facto, æstimatio illorum præstanda est. & 8.*
2 *Fructus consumpti intelliguntur, qui non præsumuntur amplius extare, cum triennium transactum fuerit.*
3 *Electio est debitoris in alternatiua.*
4 *Verba sententiæ debent intelligi secundum intellectum iuris, sicut animus iudicantis esse debet.*
5 *Dubitatio omnis tollitur ex verbis sententiæ.*
6 *Tenetur quis ad interesse post moram contractam, saltem per litis contestationem.*
7 *Fructus alij eiusdem generis, & qualitatis solui possunt. Et quare ibid.*

DECISIO DCCCXXXVII.

Placuit Dominis Vgnigerios teneri ad soluendam communem æstimationem fructuum. Nam cum fructus, de quib. agitur, in specie debeantur, tanquam 1 percepti ex prædijs locatis, eis consumptis † æstimatio præstanda est, Bart. in l. ex diuerso. §. 1. nu. 9. vers. dictis. ff. de rei vend. & in l. diuortio. §. ob donationes. nu. 4. & ib. Ias. in fin. ff. sol. matr. idemq; Bart. scribitur in l. cum, qui. in pr. nu. 1. his de quib. vt indign. Abb. in c. grauis. nu. 22. de rest. spol. Soc. sen. cons. 82. num. 26. & seq. lib. 4. & Dec. cons. 464. nu. 1. vers. & dictum Iuliani.

Et cum triennium transactum fuerit, vtiq; fructus 2 consumpti † intelliguntur, qui non præsumuntur amplius extare, gl. quam Bart. ibi commendat, in l. si adu. vsuc. & sequitur Bart. in loc. proxime citatis. Alex. cons. 37. nu. 3. lib. 4. & communem hanc opinionem profitetur Corn. cons. 104. nu. 26. & seq. lib. 2. quam etiam sequitur Curt. sen. cons. 71. nu. 9.

Non obstat, quod Vgnigerij per sententiam alternatiuam fuerint cõdemnati ad restitutionem fructuũ, 3 vel illorum pretium, & in alternatiua † electio sit debitoris, l. plerumque in fin. ff. de iur. dot. quia verba sen4 tentiæ debent † intelligi secundum intellectum iuris, sicut animus iudicantis esse debet. Dec. cons. 43. nu. 5. Soc. iun. cons. 68. nu. 17. & 19. lib. 1. Crau. cons. 188. n. 7. Quare debent intelligi condemnati ad restitutionem fructuum, siquidem extent, & si non extent, ad eorum pretium, quemadmodum iuris ratio ex cõmuni Doctorum sententia persuadet.

5 Accedit etiam, quod ex † verbis sententiæ tollitur omnis dubitatio, quia Vgnigerij expresse sunt condẽnati ad restitutionem omnium fructuum, vel illorum pretium, vnà cum omnibus damnis & interesse, per Reu. Dominum Archiepiscopum passis.

6 Neq; dubium est, quin ipsi post moram † contractã saltem per litis contestationem, ad omne interesse teneantur, l. nemo rem suã. §. si post morã. & l. stipulationes nõ diuidũtur. vers. Celsus. de verb. oblig. & l. vinũ, & ib. not. oẽs, maxime Ias. n. 7. & 13. ff. si cert. per. Alex. in l. pretia rerũ. in fin. ad legẽ Falc. & cõs. 56. nu. 7. li. 1.

7 Neq; etiam obstat, quod cum fructus † consistant in pondere, numero, & mensura, & recipiant functionem in genere suo, alij fructus eiusdẽ generis, & qualitatis solui possint. l. 1. §. 1. & §. cum quid. ff. si cert. per. quia huic respondent in specie Bart. in d. l. ex diuerso. §. 1. nu. 9. ff. de rei vend. & Abb. in d. c. grauis. de restit. spol. & alij supra citati, quod locum obtinet, quando fructus debeantur in genere, vt loquitur d. l. 2. §. 1. & d. §. cum quid. in proposito autem fructus debentur in specie, tanquam percepti ex prædijs locatis, & ideo illis consumptis æstimatio præstanda est, præsertim cũ mora interuenerit, & Vgnigerij fuerint condemnati etiam ad damna, & interesse, vt dictum est.

Atq; ex his conclusum fuit, eos proculdubio teneri, saltem ad communem æstimationem fructuum illius temporis, quo fructus consumpti sunt, vt explicat Bal. in l. 2. nu. 15. d. fruct. & lit. expens.

LANCELLOTTI.

Oscensis, Archidiaconatus, Ven. 16. Maij 1603.

ARGVMENTVM.

Insordescentia quomodo excludatur.

SVMMARIA.

1. *Insurduisse vt quis dicatur, requiritur vt perseuerauerit in excommunicatione animo pertinaci ac indurato, & in contemptum clauium.*
2. *Contemptus in hoc datur, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernat potestatem iudicis aut legis.*
3. *Contemptus cessat ex sola absolutionis petitione, & instantia ab eo facta de ea consequenda.*
4. *Paria sunt, quem pænitere, vel habere signa contritionis.*

DECISIO DCCCXXXVIII.

DOmini ex ijs, quæ nouiter deducta fuerunt, pro parte Lezani censuerunt, gratiam Ioannis, quo ad insordescentiam narratam, non esse iustificatam, admissa enim notitia excommunicationis in facto, constabat fuisse nomine ipsius Lezani porrectam Sanctissimo Domino Nostro, supplicationem absolutionis, à censuris, eamque signatam, sed retentam in officio cõponendarum, ac deinde postquam Ioan. obtinuerat suam prouisionem, fuisse ad eius instantiam laceratam de anno 1599. Rursus, apparebat, prædictum Lezanũ petijsse à Nuncio Hispaniarum absolutionem, eamque obtinuisse per certum tempus, cum reincidentia, hæc namque probata erant tam ex dictis testium, quàm ex responsione eiusdem Ioannis ad positiones.

Et ex his duo resultabant, ex quibus narrata insordescentia excludebatur, alterum, quod Lezanus non poterat dici perseuerasse in excommunicatione, animo pertinaci, ac indurato, & in contẽptum clauium, 1 prout requiritur † ad effectum, vt insorduerit, vt fuerat in alia decisione admissum, c. cum bonæ de æta. & qual. capitu. cum contumacia, cum ibi not. de hæret. in 6. Card. in c. excommunicamus. §. qui autem. in fin. de hæt. Sign. cons. 3, n. 10. vers. præterea. Soc. in c. perpetuæ. nu. 3. & 14. & in c. sacris. n. 491. de sent. excom. & est de mente Concil. c. 3. in fi. sess. 25. & trad. Decian. cons. 14. nu. 9. & seq. lib. 3. Vnde cũ Lezanus obtinuerit à Nuncio absolutionẽ, licet ad tempus, & fecerit diligentias pro ea, à Sanctiss. Domino Nostro obtinenda, non potest ei imputari, quod perseuerauerit in excõ- 2 municatione, cum contemptu clauium, nam † contemptus tunc datur, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernit potestatem iudicis, aut legis, quod si ex alia causa motus, etiam iniusta, nõ obtemperat, non dicitur contemnere, gl. in c. Metropolitanũ. 2. q. 7. Cald. cons. 4. de sent. excom. & cons. 11. de verb. sign. Fel. in c. 2. nu. 11. vers. & qui facit, ex aliqua causa, de maior. & obed. Couar. in c. alma mater. in 1. p. relect. §. 7. n. 6. vbi id probat authoritate S. Th. & aliorum, Decian. d. cons. 14. qui alios allegat. Et quamuis supplicatio absolutionis obtentę à Sanctissimo non fuerit ab officio componendarum recuperata, tamen omisso, quod allegaretur paupertas Lezani, de qua etiam deponunt testes, per quam non poterat soluere compositionem, quatenus fuisset necessaria, vel condemnationem stante, quod Ioannes fatetur in dicta supplicatione, fuisse appositam clausulam patrio iudicio, ex qua impotentia veniret ab huiusmodi culpa excusandus, iuxta consil. Oldr. 277. Sign. d. cons. 33. nuñ. 11. & sentit Card. in d. c. excommunicamus. §. qui autem. in 3 fin. nihilominus ex sola petitione † absolutionis & instantia ab eo facta de ea consequenda, cessat ipsius contemptus, ac pertinacia, Ioan. Andr. in c. cum contumacia, in vers. pertinacia, de hæret. lib. 6. & ibi etiam Fran. nu. 2. in fi. ver. ideo si infra annum. Gem. n. 11. ille enim dicitur excommunicationem contemnere, qui longo tempore ab ea non petit absolutionem, vt post Host. in c. grauem de pen. tradunt ibi. Anchar. nu. 1. Abb. nu. 3. in fi. Card. nu. 1. Butr. nu. 5.

Alterum quod ex facto supra firmato ad fauorem Lezani resultabat est, quod cum obtinuerit à Nuntio absolutionem, non aderat insordescentia per trienniũ, quod per dictam absolutionem fuit interruptum, ad hunc namque effectum tempora non coniunguntur, sed triennium debet esse continuum, vt fuit resolutũ in S. Congregatione Concilij in vna Bononiensi, insordescentiæ, quam decisionem Rota postea sequuta fuit, in causa Segobricensi insordescentiæ. 5. Iun. 1598. corã Reuer. Patre Domino meo Alexandrino, & facit Ioan. Andr. in d. c. cum contumacia. in vers. per annum de hæret. tit. 6. & ibi. Franc. nu. 2. Gemin. nu. 10. Nauar. consil. 7. nu. 3. de hæret.

Non obstat, quod isti actus petitionis absolutionis facti à Lezano, fuerint simulati, & facti ad effectum, ne à Capitularibus, & alijs vti excommunicatus euitaretur, & pro consequendis distributionibus quotidianis, non autem pro futuræ animæ suæ, & ex contritione cordis, cum lapso tempore absolutionis nihilominus se diuinis immiscuerit, & plures alios recursus illicitos habuerit, imò palam protestatus fuerit, quod non erat excommunicatus, nec non, quod recursus erant liciti damnando opinionem illorum, qui contrarium existimabant, quia licet ex his constet de reincidentia, & resultet maius peccatum, non tamen probatur necessario, quod petitio absolutionis fuerit simulata, id enim pendet ex eius corde, cuius solus Deus est perscrutator, ac ideo ad effectum, de quo agitur, sufficiunt illi actus exteriores, vnà cum facto petitionis absolutionis, ab habente potestatẽ illam concedendi, & signa contritionis, ita vt non sit admittenda sola præ- 4 sumptio in contrarium, nam paria † sunt, quem pænitere, vel habere signa contritionis, vt not. Gemin. in c. superno. n. 10. de hær. li. 6. & ex petitione absolutionis cessat proteruia & contumacia, nec non contemptus, sine quibus non datur insordescentia, ex supradictis.

Ex quibus fuit decisum pro Lezano, omisso alio fundamento desumpto ex absolutione obtenta à confessario, in vim Bullæ cruciatæ, quod Dominis nõ placuit.

LANCELLOTTI.

Valentina, seu Romanæ, Mercedis, die...
Iun. 1602.

ARGVMENTVM.

Salarium procuratori in causa constituto promissum pro laboribus, quos in ea causa sustinebitur, debetur.

SVMMARIA.

1. *Salarium procuratori promissum debetur, quia ita fuit conuentum.*
2. *Procurator vt pro toto tempore salarium promissum consequatur, sufficit quod adueniente occasione sit paratus, suas operas præstare.*
3. *Salarium commensurandum est pro modo laborum.*
4. *Mater, & tutrix procuratorem constituere potest.*
5. *Litterarum missiuarum de recognitione cum agitur, non solent adhiberi testes, & sufficiunt testes habentes notam manum, etiam quod non viderint scribere.*
6. *Recognitio non potest fieri in vim compulsorialium, coram iudice compulsore.*

DECISIO DCCCXXXIX.

CVm Domina Comitissa Eleonora, quæ de eo tempore 27. Octobr. 1586. promisit Doctori Io. Bapt. Viues. quem prius cõstituerat procuratorem, in quadam causa graui, salarium annuum librarum 100. Regni Valentiæ, pro laboribus, quos in dicta causa idem procurator sustinebit, Domini dixerunt huiusmodi sa- 1 larium † deberi, quia ita fuit conuentum, l. salarium. ff. mandati. l. 1. C. eod. tit. Surd. cons. 306. num. 9. vol. 3. vt fuit dictũ in causa Toletana, mercedis, 18. Dec. coram Domino meo Iusto.

Neque obstare, quod nihil fuerit actũ in causa per procuratorem, quia satis est, quod per ipsum non steterit,

2 tetis, & sufficit, quod † adueniente occasione esset paratus suas operas præstare ad effectum, vt pro toto tépore salarium consequatur, l.sed addes. §. cum quidã. l.qui operas.ff.locat.gl.magn.in l.si vno.§.cum quidã. vers. cum autem. ff.eod.tit. Natt, alios referens consil.
3 452.num.2.volum.2. Vnde, quod dicitur † salarium esse commensurandũ pro modo laborum, maxime, quia hic videtur assignatum pro laboribus, non applicatur in hoc casu, in quo ita fuit conuentum, sed hic cessat omnis difficultas, quia salarium non fuit promissum intuitu, & contemplatione laborum, ita vt cessantibus laboribus non debeatur in totum, vel in partẽ, sed fuit simpliciter, & libere constitutum, & id, quod dicitur in literis de laboribus, non stat taxatiue, sed demonstratiue, quod scilicet, si non poterit in plus remunerari labores dedit libras centum. Hoc enim clare colligitur, tum quia Comitissa, & Comes erant rei in causa, & sic satis eis erat vincere ex eo, quod actor non verificabat suam intentionem, tum etiam ex literis ipsius Comitissæ, & Ioan.Baptist. de la Valle, qui fuit mediator constitutionis istius salarij, & cum quo, iuxta ordinem ipsius Comitissæ, de negotijs, & meritis causæ tractandũ erat, ex quibus apparet, quod Comitissa nolebat, quod in causa procederetur, sed quod potius protelaretur, quantum erat possibile, ita vt solum attendere deberet procurator manus aduersarij, prout expresse scribebant, & solum, quando aduersarios ad certamen exibat, ei obuiam iret, in reliquis verò, quãtum fieri posset, differret. Imò Ioan.Baptistam del Valle monuit D. Viues, vt peteret salarium, & scriberet Comitissæ, etiã si nihil scriberet, quam monere, quod nihil fit, quod ostendit eorum intentionem, quod causa differretur, & in ea nihil fieret, & quod plus est, cum Viues scripsisset Comitissæ, quod conueniens erat, vlterius progredi in causa, ipsa respondit, quod non, quodque pro parte ipsius nihil innouaretur, sed solum casu, quo aduersarius aliquid moueret, ipse non esset negligens, & postquam aduersarius nihil dicit, non erat cur aliquid fieret pro parte ipsius.

Neque contrarium dicit Ioan. del Valle, in literis, sub die 2. August.ann.1585. nam dicit solum, quod Viues poterat vlterius progredi, quantum erit necesse, quod intelligendum est iuxta alias literas, quatenus molestaretur ab actore, & in eadem epistola hoc idem declarauit, dum dicit, sibi persuadere non posse, quod hæc causa vlterius progrediatur, & deinde subdit, quod procedatur in causa, expectando aduersarium.

Quod autem mandatum non fuerit datum à Comite, neque ab eo salarium assignatum, sed à Comitissa, absque decreto iudicis, nil releuat, cum id factum fue-
4 rit à Comitissa, quæ tanquam mater, & † tutrix poterat procuratorem constituere, Put.dec.318.lib.1.& huiusmodi expensas, quas ex necessitate, agere tenetur, petere potest, vt per Gasp.Bart.de dec.tut.in His.in pr. c.4.nu.59, maxime attenta qualitate personæ, & grauitate causæ, in qua agebatur de illegitimitate, & de auferendo ei statum, ita vt esset necessarium, nedum vtile, ac ideo non esset inconueniens, constitutio salarij procuratoris in Curia, qui paratus esset, si opus fuisset, suscipere causæ defensionem.

Quod Comitissa fuerit remota à tutela, vltra quod de hoc non constat, nihil ad Dn. Viues, cui nunquam fuit intimata ista remotio, & qui nunquam fuit reuocatus.

Nec obstat, quod Comitissa in suis literis, sub die 2. August.1598. dicat, se admirari de huiusmodi promissione, quia non potuit ideo præiudicare conuentioni initæ cum D. Viues, qui istis literis acceptis, non acquieuit, sed mouit hanc litem, contra Comitem & Comitissam, pro consequutione mercedis sibi promissæ.

Non obstat, quod literæ non fuerunt sufficienter recognitæ, quia cum agatur de recognitione literarum
5 missiuarum, in quibus non † solent adhiberi testes, sufficiunt testes habentes notam manum, etiam quod non viderint scribere. Ruin.cons.70. nu.4.vol.4. & fuit dictum in causa Barchinonẽsi, matrimonij, 30.Ian. 1568. coram bon.mem. Otiolensi, & alias sæpe: maxime in casu nostro, concurrentibus adminiculis, tam ex transmissione mandati, quàm ex literis Ioan. del Valle, quã denique, quia Comitissa non negauit suam manum, quod certe fecisset, si literas ipsas non scripsisset.

Hęc autem recognitio, quicquid ex aduerso dicatur, potuit fieri in vim compulsorialium, coram iudice cõ-
6 pulsorum, qui habet facultatem † faciendi recognoscere iura compulsata, & sic pro illorum recognitione recipiendo testes, & ita passim seruatur, & notissimum est, alias opus esset post factam compulsationem accipere remissoriam pro recognitione iurium.

Non obstat, quod Comes & Comitissa nõ fuerint citati, quia satis est, quod fuerint citati in initio causæ, & procuratorem constituerint, quo citato fuerunt decretæ literæ compulsoriales, in forma, & in compulsatione iurium, præcessit diligentia de Comite reperiendo, & nunquam accessit ad domũ vtriusque, & satis est, quod iura fuerint compulsata, citato Ludouico Citena, procuratore Comitis, & Comitissę, prout ordinarium fuit, Nuncio executori, qui accesserat ad citandum Comitẽ, & Comitissam, nam dictum ei fuit, quod citaret D. Ludouicum Comitis, & Comitissæ procuratorẽ, qui semper in iudicio compulsationis comparuit, & Comitissa respondit ad interrogationes datas super iurium recognitione, iuxta decretum à iudice compulsore factum, in præsentia Dn. Ludouici, quod ostendit scientiam & ratificationem à Dn. Ludouico factam.

Defectus citationis ad videndum iurare testes, tollitur ex monitione per Iudicem facta ad videndum iurare testes, & D. Ludouico personaliter intimata.

G Y P S I I.

Mediolanensis, melioramentorum, 5. Iunij, 1593.

A R G V M E N T V M.

Sequestra propter nouam conuentionem cessare debent.

S V M M A R I A.

1 *Sequestra cessant propter nouam conuentionem.*
2 *Cautio est medicina sequestri.*

D E C I S I O DCCCXL.

CVm ad instantiam Reuer. D. Archiepiscopi Mediolanensis, appostra fuissent quædam sequestra, super bonis Ioan.Petri de Nigris, & instaretur pro eorundem reuocatione Domini, informante Io.Petro tantum, in contraria Dn. Archiepiscopi esse reuocandam censuerunt, tum quia inter procuratorem Archiepiscopi, & Ioan.Petrum fuit facta, noua conuentio, cuius vi-
1 gore Io.Petrus soluit libras 5000. propterea cessare † debent sequestra. Abb.in c.2.num.10.de dolo & contum. cum alijs citat, tum etiam, quia Ioan. Petr. est paratus dare cautionem in partibus, de stando iuri, & iudicatũ
2 soluendo, Cautio † enim est medicina sequestri, l.si fideiussor.§.fin. vbi not.ff.qui satisd.cog. Abb.in c.de dolo & contum. num.14 Felyn.post alios, in c. examinata sub num.10.ver.dicit Ioan.Andr.de iud. Put.decis. 51. de rescript.in Nouis.

S E R A P H I N I.

Romana, Dohanæ Salis, Lunæ 8. Iunij 1592.

A R G V M E N T V M.

Socij an inuicem teneantur rationem reddere de gestis.

S V M M A R I A.

1 *Societatis alicuius, quando tertius aliquis est creditor, debet conuenire illum qui administrauit, ex quo cum illis tractauit, & non cum alijs.*
2 *Ministros qui deputauit nomine proprio, illa deputatio non sustinetur alio modo.*

Clau-

3 *Clausula omni meliori modo, non operatur ultra modum expressum.*

DECISIO DCCCXLI.

CVm in hoc negotio Dohanæ Salis essent socij Domini Costa, Rotella, Buccelenus, & alij, & ab ipsis fuisset deputatus administrator Rotella, deinde absente Bucceleno fuisset deputatus à Rotella, & approbatus administrator, cum participatione à reliquis Ioan. Molinella, prout in instrumento deputationis quæsitum fuit, An Dominus Costa & Rotellę & alij socij tenerentur reddere rationem de gestis hoc tempore Domino Faustino, & post sæpius iteratam dubij propositionem, fuit per Dominos conclusum, teneri, ex dispositione text. in l. de illo, vbi glos. pro socio. Bald. in l. qui admittitur. end. tit. Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratr. p. 10. princ. num. 1. Ruin. cons. 166. num. 19. lib. 3. Neque obstant notata in l. actiones. §. si communis. pro soc. Socin. cons. 24. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 46. num. 2. quæ volunt, quod prius discutiatur ille, qui administrauit, quia loquuntur in diuersis terminis, nempe, 2 quando tertius † aliquis est creditor alicuius societatis: tunc enim debet cōueniri illum, qui administrauit, ex quo cum illo tractauit, & non cum alijs: sed in casu isto Buccelenus nunquam approbauit, neque intendit approbando personam Molinelli, ideo non tenetur illum conuenire, quod satis declaratur, ex dispositione dicta l. de illo, in qua habetur, non sufficere admittentem cedere actiones socijs, quod etiam tradit Ruin. cons. 66. num. 19. lib. 3.

Non obstat, quod Rotella haberet amplissimam facultatem deputandi, quia deputauit nomine proprio, 2 quo fit, vt † illa deputatio non sustineatur, alio modo, Anchar. cons. 357. col. 1. Rom. cons. 496. Pute. decis. 5. de 3 procurat. vnde quando est † certus modus expressus, clausula *omni meliori modo, &c.* nō operatur vltra modum expressum, Cassad. decis. 7. num. 7. de appellat. Sil. cons. 44. num. 33. quod procedit, vbi est sine copula, & Achil. decis. 1. de claus. Non obstat, quod præsumatur scientia, & ratificatio Bucceleni, quia hoc non procedit in materia præiudiciali, quando non adest procurator ad id specialiter constitutus, Caputaq. decis. 68. par. 3. in manuscript. Quod verò dicitur, Molinellam reddidisse rationem, indiget discussione, an sufficienter reddiderit.

COCCINI.

Romana, iuris congrui, Lun. 5. Iun. 1600.

ARGVMENTVM.

An quis possit cogere Collegium ad vendendam domum.

SVMMARIA.

1 *Nemo inuitus cogitur vendere.*

2 *Dominus in pari causa præfertur omnibus alijs, volenti idē facere.*

3 *Dispositio correctoria quando potest vnum, vel duos effectus contra ius operari, semper sic venit interpretanda, vt vnum tantum operetur, & mitius corrigat ius commune.*

DECISIO DCCCXLII.

IOan. Iacobus Ferrarius, asserens se velle ad ornatum Vrbis ædificare, petebat vigore iuris congrui domū sibi cōtiguam Collegij Germanici, & cum Collegium replicaret, quod pariter volebat ædificare ad ornatum Vrbis, secundum capacitatem sui soli, causa mihi commissa extra Rotam, dubitaui, An D. Ferrarius posset cogere Collegium ad vendendum dictam domum: Et Domini censuerunt, Collegium non posse cogi. Fundamentum resolutionis fuit decisio alias facta coram bon. mem. Oriolensi, in causa Romana, Iuris congrui, 9. & 15. Iunij 1579. In iure enim sunt duæ diuersæ, & principales dispositiones in fauorem Dominorum, vna est, quod † nemo inuitus cogitur vēdere, l. inuitum. & l. dudum. C. de contrah. empt. cum simil. altera est, 2 quod in pari causa, dominus præfertur omnibus alijs, volens idem facere, l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. matrim. l. ex facto. ff. de pec. Capic. decis. 99.

Hæc igitur Bulla, quæ principaliter hoc tantum exprimit, vt Dominus inuitus cogatur vendere, contra d. l. dudum. & d. l. inuitum. in hoc solum corrigit ius cōmune, in ceteris vero, quæ non exprimit, censetur se re- 3 ferre ad ius commune, & ab ipso † recipit passiuam interpretationem, quia quādo dispositio correctoria potest vnum, vel duos effectus contra ius operari, semper sic venit interpretanda, vt vnum tantum operetur, & mitius corrigat ius commune. cap. cum dilectus. & ibi Butr. & alij. de consuet.

Et ideo, cum Bulla corrigat ius commune, quando Dominus vult ædificare, Collegium non potest cogi ad vendendum.

Non obstat maior situs, & maior adiacentia Ferrarij, quia istæ qualitates habent locum, si essemus in casu constitutionis, sed ex quo sumus in terminis iuris communis, merito non officiunt.

Nec fuit habitum in consideratione, quod alias cōstitutio redderetur elusoria, cum Dominus semper opponere posset, se velle ædificare, quia terminus est præfigendus, quo elapso domus venit adiudicanda, iuxta formam constitutionis.

GYPSII.

Romana, Hæreditatis, de Iacobillis, Lun. 15. Ian. 1596.

ARGVMENTVM.

An standum sit partitis descriptis in bilancio & libris administrationis tutelæ.

SVMMARIA.

1 *Negatione pupilli stante tutor aliunde, quā ex ipso calculo & partitis librorum ostendet, eis contenta esse vera.*

2 *Tutor rationes pupilli à suis separatas habere, & distinctas, & claras exhibere debet.*

3 *Ratio administrationis tutelæ, quando non est sufficienter reddita, rursus reddi debet.*

DECISIO DCCCXLIII.

INter cetera, quæ controuertebantur in hac causa, erāt nonnullæ partitæ descriptæ in bilancio, & libris administrationis tutelæ, de qua agitur, propterea dubitaui, An Dominus Angelus teneretur stare dictis partitis: Et non teneri conclusum fuit, nisi melius iustifi- 1 centur: quoniam stante † negatione pupilli debet Dn. Iulius tutor aliunde, quam ex ipso calculo & partitis librorum ostendere, eis contenta esse vera. l. cum sernus. & ibi Paul. de Castr. num. 6. quem ceteri sequūtur, ff. de cond. & demon. maxime, quia ex ipsarum lectura non satis percipi potest, an partitæ ad hæreditatem Dn. Angeli pertineant, vel ne, quamobrem rationem reddere confuse, vel in genere non sufficit, debet enim tu- 2 tor † rationes pupilli à suis separatas habere, & distinctas, & claras exhibere, Socin. cons. 159. num. 7. & cons. 190. num. 1. lib. 2. Rol. cons. 49. num. 22. lib. 1.

Quod eo magis procedit hoc casu, quia inter ipsas partes conuentum fuerat, quod partitæ, de quibus in calculo, vel aliqua ipsius parte dubitari contigerit, possent reuideri, & iterum examinari ad effectum prædictum.

Quæ verò deducuntur pro parte Domini Iulij pro verificatione dictarum partitarum, non multum placuerunt Dominis, tum quia ex actis non iustificantur, tum etiam, quia egent particulari discussione.

Non obstat, quod fuerit semel reddita ratio, ad l. semel. de apoch. publ. lib. 10. & quod Dn. Angelus partitas huiusmodi approbauerit, quoniam stantibus alijs resolutionibus in hac causa factis, negari non potest, rationem prædictæ administrationis, non fuisse suffi- 3 cienter redditam, vnde fit, † vt rursus reddi debeat, ad not. in l. 1. C. de error. calculi. cum alijs congestis per Soc. d. cons. 159. num. 11. lib. 2.

GYPSII.

GYPSII.

Auximana, Tutelæ, 27. Ian. & 17. Febr. 1595.

ARGVMENTVM.

An per instrumentum locationis constet, pupillum ita enormiter esse læsum, vt non sit standum instrumento.

SVMMARIA.

1. *Præsumitur pro instrumento, cum sit probatio probata.*
2. *Mater non præsumitur fraudare voluisse filium, aut fraudanti consentire, & nu. 3.*
4. *Liber priuatus pro tertio contra tertium non probat, multum tamen facit stante morte scribentis.*

DECISIO DCCCXLIV.

Quærebatur, nonnullis in facto præsuppositis, an per instrumentum locationis bonorum, de quib. agitur, constaret, pupillum ita esse enormiter læsum, non esset standum prædicto instrumento. Et dict. die 27. Ianuar. ex his, quæ nouiter deducebantur, resolutū fuerat, vna tantum parte informante, non constare dictum instrumentum pupillo fuisse læsiuum. Et die 17. Febr. d. anni, ambabus partibus informantibus, Domini steterunt in virtuto loco decisis, siquidem multa videntur concurrere, ex quibus excluditur prorsus simulatio læsionis dicti contractus.

Nam præter id, quod pro instrumento præsumitur, 1 cum sit† probatio probata, Bal. in l. quoties. in fi. de iudic. huiusmodi locatio facta fuit cum consensu matris contutricis Bernardini, patrui, eiusdem pupilli, imò 2 non est præsumendum, matrem † voluisse fraudare filiū, aut fraudanti consentire, Bart. in l. transactionem, C. de transact. Soc. iun. consil. 61. nu. 38. lib. 1.

Secundo facit, quia locatio ad commodum tertij, non autem Beroaldi facta, propterea non præsumitur 3 illum † voluisse nepotem decipere. Aym. consil. 58. nume. 22. maxime, quia nullum affertur indicium simulationis huius contractus, ad vtilitatem prædicti tertij conductoris.

Tertio excluditur prorsus læsio dictæ locationis, quia ex libris conductoris constat clare de quantitate fructuum perceptorū, de tempore locationis. & licet 4 liber priuatus † pro tertio contra tertium non probet, Fel. in c. 2. num. 32. de fide instru. Doct. in l. admonendi. de iureiu. tamen multum facit, stante morte Scribētis, Aym. de antiq. temp. §. limitatur. p. 1. præsertim, quia concurrunt talia adminicula, nempe libri gabellarum grani, & vini, qui concordant cum prædicta summa, & dantur instrumenta venditionis grani, de prædicto tempore ad rationem scut. 2. pro qualibet salma, quo fit, vt satis remaneat exclusa prætensa læsio.

Non obstant testes super valore grani, ex aduerso examinati, quia aliqui ex eis fuerunt à Rota reiecti, alij non percutiunt tempus tutelæ & locationis, & illi qui percutiūt dictum tempus, loquuntur generaliter, propterea alias Rota dixit, liquidationem pro pupillo factam non esse sufficientem, & in omnem euentum magis videtur standum instrumentis, & scripturis pro Bernardino adductis, quam dictis testibus.

LANCELLOTTI.

Romana, Pecuniaria, Ven. 16. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

An constet de solutione vltra summam confessatam & vsque ad quantitatem per N. in suis libris in diuersis partibus adnotatam.

SVMMARIA.

1. *Liber priuatus regulariter licet pro scribente minime probet, tamen id non procedit, quando est sufficienter adminiculatus.*
2. *Partita alia præsumuntur vera, quando multa ex ijs fuerunt verificata.*
3. *Libros & computa si quis vidit, nec contradixit, fidem librorum approbasse videtur.*

DECISIO DCCCXLV.

Domini dixerunt, constare de solutione, vltra sūmam per Dom. Bennium confessatam, & vsque ad quantitatem per Dom. Zeccadorum, in suis libris in diuersis partibus adnotatam. Quamuis enim regula- 1 riter liber† priuatus pro scribente minime probet, tamen id non procedit, quando est sufficienter adminiculatus, l. instrumenta, cum ib. not. C. de prob. Dec. consil. 510. nu. 3. Aym. consil. 275. nu. 8. Surd. dec. 105. nu. 5. fuit resolutum in causa Romana, extinctionis census, 20. Maij 1588. coram Cantuccio, & in causa Romana, partitarum, de Alcoutiis, 24. Apr. 1597. coram Illustr. Card. Blanchetto, & alias sæpe.

Adminicula autem quamplurima concurrunt, illud autem potissimum est inter alios, quod partitæ omnes sunt manu ipsius Zeccadori scriptæ, & cum iuramento productæ: Item qualitas personæ est omnibus Dominis notissima, & testes probant eius legalitatem, in specie, circa administrationem pecuniarum aliorum, Guid. Pap. q. 441. Aym. consil... nu. 19. Rolan. consil. 92. nu. 6. lib. 3. Boer. dec. 103. num. 5. & fuit ponderatum in dicta causa Romana de Alcoutiis.

Secundum fuit adminiculum, quia multæ ex par- 2 titis fuerunt † verificatæ, vnde aliæ etiam præsumuntur veræ, iux. adnot. in l. admonendi. vbi Ias. nu. 108. ff. de iureiur. Castr. consil. 301. nu. 4. lib. 1. & alios citat Gabriel. de præs. concl. 5. & fuit dictum in decisionibus supra alleg. & in causa Bracarensi, pecuniaria. 26. Februa. 1596. coram bon. mem. Orano.

Aliud erat adminiculum, quia liber continet data & accepta, Ant. Ancs. q. 95. nu. 5. Guid. Pap. d. q. 44. Rolan. d. consil. 92. n. 6. vt fuit consideratum in d. causa Romana de Alcoutiis.

Concurrunt etiam plura alia, latissime per Informantes deducta, tam ex qualitate administrationis, quæ gratis à Dom. Zeccadoro facta fuit ratione amicitiæ, quàm ex mutuo decem ducatorum, quod factum non fuisset, si Bennius non fuisset creditor Zeccadori, quam ex eo, quod Bennius accipiebat pecunias, nulla relicta quietantia, sed cum sola ipsis Zeccadori in suis libris adnotatione, quos libros, & computa, cum vi- 3 derit Bennius, nunquam contradixit, ac ideo fidem† librorum approbasse videtur, quam etiam, quia Dom. Bennius in responsionibus nimis cautelose se gessit, cōfitendo solum eas partitas, quas non poterat negare, cū essent tertijs solutæ, quam ex maxima verisimilitudine, tam ex parte Bennij, qui pecunijs indigebat, pro suis necessitatibus, & expensis impressionis librorum, quàm ex parte Dom. Zeccadori, qui eius qualitatis & conditionis, vt in nullius cogitationem cadere possit, quod voluerit tot partitas, & in diuersis temporibus falsificare, quæ similitudo multum operatur, ad ostendendam fidem scripturæ, Dec. consil. 510. nume. 2. & 596. num. 9. Guid. Pap. dict. quæst. 541. Aym. consil. 73. num. 41. Rol. consil. 92. nume. 6. cum pluribus alijs per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 85. n. 2.

Vltimo fuit sublatus omnis scrupulus, si quis adesse poterat, ex quo Do. Zeccadorus confessus fuit, omnes pecunias, quas receperat à Bennio etiam eas, quæ fuerant sine quietantijs solutæ, & quas Bennius repetere minime poterat, & ideo si Zeccadorus, voluisset Bennium fraudare, potuisset negare receptionem earū partitarum, quæ aliunde, quam ex sua confessione probari non poterant, & ipse modus multo facilior fuisset, quam confitendi se soluisse, velle probare solutionem per librum, & ita resolutum nemine discrepante.

CORDVBÆ.

Ianuensis, Pecuniaria, Vener. 28. Maij 1599.

ARGVMENTVM.

Ad positiones quomodo respondeatur.

SVM-

SVMMARIA.

Responsio, Credo si instrumentum appareat, vel probetur, nihil determinat.

2 *Responsio, Credo, prout in instrumento est facta mentio in positione, determinat quid certum.*

DECISIO DCCCXLVI.

IN causa Ianuensi, pecuniaria, visis per Dominos responsionibus datis ad articulos, dixerũt illas approbandas, adiecta copula, & ad effectum, & cum declaratione, quod loquitur de instrumento retrouẽditionis, nam quantum ad responsionem ad secundam positionem, quod Ioan. Baptista fuerit procurator Seluagij, &c. cum responderit, credit, in mandatis procuræ, ad quæ se remittit, fuit ista sufficiens responsio. Quicquid 1 enim dicendum esset, de † responsione, *credo*, si instrumentum appareat, vel probetur, quia nihil determinet, Specul. de instrum. edit. §. nunc dicamus res. cum alijs ex aduerso alleg. tamen quoniam responsio *credo*, 2 prout † in instrumento Sidillis, est facta mentio in positione, tunc sustinetur, quia determinat quid certum, Spec. in tit. de test. §. generaliter. num. 5. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiur. propt. cal. danda. nu. fin. Myosing. cent. 6. obseru. 81. Guid. Pap. decis. 374. Fran. in c. 1. num. 13. de conf. in 6. Gail. qui alios refert, lib. 1. pract. obs. 82. nu. 24. Ioseph Ludo. decis. Perus. 8. nu. 11. 12. cum ergo in positione fiat mẽtio procuræ, dixerunt Domini sufficienter illi fuisse satisfactum.

Quantum ad responsionem ad tertium, eodem modo fuit sufficiens iudicata, quatenus est relatiua ad instrumentum venditionis censûs, de quo fit mentio in positione, sed quia obstabat, quod positio loquitur de instrumento retrouenditionis, & Io. Baptista respondit de illo venditionis: cum enim positiones loquantur de venditione Collegij, per instrumentum responsio, *credo*, prout in instrumento, non poterit intelligi, nisi de eo, in quo continetur retrouenditio, facta Collegio, vnde fuit dictum, quod hoc poterat magis specifice declarari.

Ad tertium, quartum, quintum & sextum, bene fuit responsum, quia saltem erat implicita mentio instrumenti retrouenditionis. Responsum ad septimam positionem, *non credit, vt ponit ad effectum, ad quem ponitur*, fuit sufficiens dummodo addatur in medio copula, & vt responsio simpliciter facta dicatur, & in alijs pluribus causis fuit dictum, quod & in alijs positionibus, in quibus eodem modo responsum est, Domini dixerunt, ita vt responsio cantet, non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cum quo additamento reliquæ omnes responsiones, in quibus ita fuit responsum, placuerunt.

Quantum ad 8. 9. 16. & 20. in quibus remittit se ad literas, computa, & quietantias, quatenus extent, quia non recordatur, hæc responsio non videbatur bona, cũ nihil determinet, & non constet de literis, ad quas se refert, Lud. d. decis. 8. num. 3. cum verò dictæ scripturæ sint penes Seluagium, potest certificari ex iuribus, quæ citat, ac inde releuari ab onere probandi.

Nec obstabat fundamentum ex aduerso factum, quod responsio ad nonã propositionem non videbatur bona ex eo, quia credit de quietantia, & negat transmisisse literas, nam Baptista credit de quietantia 1000. sed non confitetur de illa causa, tunc enim adesset contrarietas, atque ex his ita est resoluendum.

LITTÆ.

Romana, Pecuniaria, Lunæ 22. Iunij 1598.

ARGVMENTVM.

An quis possit pro scutis 500. mutuatis executiue conueniri in vim obligationis Cameralis.

SVMMARIA.

1 *Ad executiuam viam quando quis conuolare possit.*

2 *Lite ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti, non prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti executiue agere ad illius obseruantiam.*

DECISIO DCCCXLVII.

DVbitaui, An D. Euangelista potuerit pro scut. 500. mutuatis ex venditione, in vim obligationis Cameralis, in casu, & ad effectum de quo agitur cõueniri.

Et Domini tenuerunt, quod non, ex quo D. Franciscus Bencius mediante monitorio occasione schedulæ mutui eorum instrumenti solidationis habentis obligationem Cameralẽ in Curia Capitolij, pro dicta summa aduersus Dn. Euangelistam mouerat iudicium de 1 anno 1581. Inde & post, non potuit † conuolare ad viã executiuam, cum per talem electionem sibi præiudicauerit, ad Galles. de oblig. Camer. 3. p. q. 2. not. gl. in l. perinde, la 2. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Bal. in l. diffamari. 2. col. C. de ingen. & manum. Aret. in §. omnium. 13. col. Inst. de actio. Matant. de ord. iud. 6. par. num. 24. & ita alias fuit decisum in Romana, donationis, 4. Maij 1588. coram bon. mem. Alexand. Iunio, & in vna Romana pecuniaria, 9. Octobr. 1562. coram Caputaq. vt referunt Modern. de attent. in 2. par. c. 4. tit. de attent. lit. pend. declar. 1. limit. vlt. quia licet dixerit, articulum esse dubium, & Rota in alia Romana obseruationis Concordiæ, 23. Iunij, 1561. coram bon. mem. Orradino, tenuerit contrarium, tamen reuera dicta decisio non repugnat, cum tantum in ea dicatur, quod lite ordinaria 2 pendente super † contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur actor vigore eiusdem instrumenti executiue agere ad illius obseruantiam, ex quo agendo ad obseruantiam, contrauentioni intentatæ videtur renunciasse, & ita non loquitur in terminis quæstionis propositæ: Cetera autem, quæ pro Domino Concio adducebantur per Informantes pro Domino Euangelista, optime tolli censuerunt Domini. Lancellot. de attent. lite pendent. limitation. septuag. Gabr. de actio. consil. 4. num. 9.

BLANCHETTI.

Romana, Pecuniaria, 18. April. 1580.

ARGVMENTVM.

De credito pecuniæ cum constet, non est locus executioni contra N. pro parte soluta, quia is soluit de mandato iudicis.

SVMMARIA.

1 *Executioni contra A. pro parte soluta non est locus, cum de credito constat. Et cur.*

2 *Exceptio solutionis de mandato iudicis competit contra creditores.*

DECISIO DCCCXLVIII.

EGo proposui causam Romanam, pecuniariam, in qua Domini, cum præsupposito, quod constet de 1 credito Iuliæ, † cum de illo constare dixerunt, non esse locum executioni cõtra Asdrubalem, pro parte soluta Dn. Iuliæ, quia Asdrubal soluit de mandato Iudicis.

Non obstat, quod ante mãdatum fuerit reuocatum sequestrum, instante Domino Adriano, quia Iudex reposuit procuratorem Iuliæ, qui mihi dedit fidem sui mandati, de quo fuit rogatus Philippus Bacolarius, Notarius Cameræ Apostolicæ, alias reuocatio subsequitur solutionem.

Nec obstat cessio obtenta per D. Adrianum, quia ea-2 dem exceptio solutionis † de mandato iudicis competeret contra creditores, & ita per consequens competit contra cessionarium, Socin. iun. consil. 74. cum alijs alleg. per D. Bisc.

Eadem, coram Eodem, 1. Iul. 1590.

ARGVMENTVM.

Cũ quis soluit mãdato iudicis creditori putatiuo, excusatur.

SVMMARIA.

1 *Mandatum iudicis cum trãsiuit in iudicatum, habet præsumptionem pro se.*

Manda-

2 *Mandato iudicis cum quis soluit, etiamsi soluat putatiuo creditori, excusatur.*

DECISIO DCCCXLIX.

FVit resolutum, ad effectum, vt Asdrubal non possit molestari, à Dn. Adriano satis constituisse de credito Dominæ Iuliæ. Cum enim ipsa obtinuisset, vti principalis creditrix Iulij & Hieronymi, de Vecchis, mandatum die 13 Iulij 1572. & postmodum sequestrum super istis pecunijs de credito ipso, ipsis satis dicitur liquere ad istum effectum.

1 Primum enim mandatum, cum transiuerit † in iudicatum, habet præsumptionem pro se, l. res iudicata. de reg. iur. secundum, qui soluit mandato iudicis, etiamsi

2 soluat putatiuo † creditori, excusatur. Bald. in l. si aquã. nu. 16. seu 76. C. de sero. & aq. Affl. decis. 150. nu. 19. & abundãti. Et Domini dixerunt, constitisse ex instrumento, de quo in primo præsupposito, sufficit enim promissio Iulij, cuius Hieronymus extitit hæres. Nec obstat, quod relaxatum fuit mandatum, ratione donationis propter nuptias, quæ cum matrimonium fuisset contractum Senis, non debebatur, iuxta statutum Vrbis, quia, cum Hieronymus Romæ diu habitasset, ratione domicilij subiecit se statuto Vrbis, & in omnem euentum Domini dixerũt, hæc posse allegari contra Iuliam, actione pro repetitione pecuniarum acceptarum, non autem contra sequestrarium, ex supradictis.

Romana, Pecuniaria, Lun. 14. Nouemb. 1594.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ ex venditione scripturarum officij Notariatus Rotæ conflata literis consignandæ sunt.

SVMMARIA.

1 *Scriptura dotales dicuntur, cũ sũt empta ex pecunia dotali.*

2 *Vxor, tanquam domina scripturarum dotalium, præfertur omnibus alijs creditoribus.*

DECISIO DCCCL.

FVit resolutum, altera parte informante, Dominæ Pascuæ pecunias ex venditione scripturarum officij Notariatus Rotæ conflatas literis cõsignandas esse: Vt enim Felix quõdam eius maritus si viueret, & scripturas venderet, non posset cogi earum pretium inuestire,

1 ita nec Domina Pascua, eius vxor, quia cum illæ † fuerint emptæ ex pecunia dotali, dicuntur dotales. l. si ita constante. cum l. seq. & l. res quæ. ff. de iure dot. glos. & Doct. in l. si mulier. ff. eod. ideoque ipsa earum domi-

2 na, † præfertur omnibus alijs creditoribus, l. si cum dotem. in fi. ff. sol. matr. Campeg. in tract. de dot. par. 4. q. 8. Nihil autem refert, quod in earum emptione non fuerit expressum, emptionem factam ex pecunijs dotalibus, quia sufficit ratificatio, vel saltem declaratio sequuta in instrumento recognitionis, bonæ fidei, per Dominam Pascuam, erga quondam Felicem, super vera quantitate dotis, Campeg. d. q. 8. versic. puto tamen, præsertim cum hic non detur concursus aliorum creditorum, ita quod collegium Notariorum ex relaxatione libera dictarum pecuniarum metuere possit incursum alicuius periculi, cuius occasione petere possit sibi prouideri per inuestitionem pretij pro futura cautione.

ARRIGONII.

Romana, fideiussionis, Lun. 3. Iulij, 1593.

ARGVMENTVM.

Fideiussio vxoris pro marito incarcerato propter æs alienum, an sit valida.

SVMMARIA.

1 *Fideiussio vxoris pro marito ob æs alienum incarcerato valet propter iuramentum præstitum. Contra nu. 2.*

3 *Decretum seu authoritas superioris non tollit damnum, & læsionem.*

DECISIO DCCCLI.

OCtauius Recconius, qui propter æs alienum detinebatur in carceribus fuit excarceratus cum fideiussione Dorotheæ, suæ vxoris de illo repræsentando, sub pœna debita. Et quia postea Dorothea prætendebat dictam fideiussionem fuisse inualidam, creditores verò nitebantur ostendere illius validitatem propter iuramẽtum, & decretum superioris, & præsertim, quia fuit facta pro liberatione viri à carceribus, dedi dubium, super validitate prædictæ fideiussionis, & cum præsupposito, quod Dorothea remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, pro maiori parte fuit resolutum, esse inualidam, non obstante, quod fuerit fa-

1 cta cum † iuramento, iuxta Abb. in cons. 8. sub num. 6. in 2. par. Paris. in cons. 75. nu. 13. cum seqq. Ioan. Lopez. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. nu. 15. & 16. vers. intellige tamen, & nu. 18. quem etiam referunt, & sequuntur Modern. in tractat. de iureiuran. in prin. 75. nu. 12. Bero. cons. 48. præsertim num. 13. vol. 1. & secundum hanc opinionem post longas disputationes fuit postea iudicatum per Senatum Pedemontanum, prout refert Thes. decis. 223. sub num. 12. versic. Senatus post multas dispositiones.

Et licet multi Doctores videantur tenere contrariã

2 sententiam † etiam in casu quando non extant alia bona viri, super quibus mulieri sit consultum pro dote sua, nihilominus quamplures ipsorum non loquũtur, quando mulier remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, nam bene fieri potest, vxorem se viro obligasse, & fideiussisse, vel renunciasse hypothecæ, & non remanere tot bona viri, in quibus posset releuari indemnis circa illam quãtitatem, pro qua se obligauit, vel renunciauit, & tamen remanere indotatam. In casu verò, quãdo remanet indotata, tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, prout dicit Abb. in d. cons. 8. sub num. 6. Ioan. Lopez. in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. sub num. 18. versic. nam & reipublicæ interest, quo difficilius sustineri potest, & propter etiam enormissimam læsionem iuramentum non obstat, vt per Paris. d. cons. 75. nu. 18. & 19. vol. 3. Soc. iun. in cons. 47. nu. 7. cum seqq. qui loquitur de fideiussione, vol. 4. Cassad. in decis. vn. de empt. & vend.

Ex quibus quoque resoluitur, id quod deducebatur, de fideiussione, facta occasione excarcerationis viri, vltra quod omnes fere Doctores loquuntur quando vir detineretur in carcere, ex causa criminali, vel esset apud hostes, nihilominus etiam, quod idem esset dicendum, quãdo detineretur in carcere propter æs alienum in causa ciuili, prout nonnulli vidẽtur loqui, procederet in casu, in quo mulier non remaneret penitus indotata, & sine aliquibus bonis, secus verò quando remaneret indotata. iur. alleg.

Non obstat, decretum vitiositatis, quia decretum,

3 seu † authoritas superioris non tollit læsionem, & damnum, Ægid. decis. 503. Anchar. cons. 69. Paul. ante num. 4. versic. sed de iure communi.

ORANI.

Romana, Domus, Vener. 8 Iul. 1593.

ARGVMENTVM.

Venditio domus patrisfamilias facta per matrem, tanquam de re propria, an sustineri possit.

SVMMARIA.

1 *Venditio domus patris facta per matrem, tanquam de re propria, sustineri non potest. Et cur.*

2 *Gesta ex falsa causa non præiudicant.*

3 *Venditio bonorum stabilium pupilli, facta etiam cum decreto Iudicis, nisi sit facta ex causa necessaria, vel in vtilitatem pupilli, est nulla.*

4 *Alienatio rerum minorum est prohibita, nisi expressa, & cognita causa necessaria, aut euidentis vtilitatis.*

DECISIO DCCCLII.

CVm per instrumentum liqueat, domum per Baptistam de Pelegris, patrem Faustinæ à Marganis fuisse emptam, & toto tempore reliquo suæ vitæ testes pro

pro parte Faustinę de anno 1578. & sequenti examinati deponunt, per eundem fuisse possessam venditio domus facta per Bartholomæam, eius matrem tanquam 1 de re propria † non potest sustineri, l. mater. l. cum a matre. C. de rei vend. cum conc. de quibus ib. per Bal. nu. 1. etiam si venditio facta nomine Faustinæ, quia cum in instrumento dicatur, eam ad Bartholomæam pertinere, nomen Faustinæ videtur adiectum tantummodo ratione interesse, quod tanquam filia habere, aut prætendere potuit in bonis maternis. Neque curãdum est, quod venditio postmodum fuit à tutoribus, & cõsanguineis Faustinæ pupillæ ratificata, qui & quatenus opus esset, denuo illam vendiderunt, cum decreto iudicis. Nam aut ista intelliguntur gesta in executionem primi contractus, & vti respectante ad Bartholomæã 2 matrem quo casu, tanquam ex falsa † causa non præiudicat Faustinæ. l. cum viro. §. subuentum. vers. proinde. ff. de fid. lib. l. magis puto. §. si æs alienum, ff. de reb. cor. Alex. cons. 39. nu. 9. vol. 5. Paris. cons. 12. num. 63. vol. 2. Dec. cons. 351. nu. 6. Quod procedit, siue sit interpositũ decretum partim ex causa vera pro parte, & falsa pro alia, quia in totum vitiatur, ex quo est indiuiduum, l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Affl. dec. 218. nu. 4. Paris. cons. 89. nu. 6. vol. 1. Bart. & alij in l. si non fortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Ruin. cons. 160. nu. 27. vol. 2. siue etiam causa in decreto non fuerit expressa. l. Seia. de tut. & cur. dat. ab his l. 2. C. quan. prou. non est nec. Alex. cons. 207. nu. 7. vol. 7. quoniam sufficit, quod causa appareat ex narratis in instrumento, glos. & Doct. in l. 1. §. sed si patendi. ff. de condict. causa data. Bart. in l. cum quid. nu. 10. ff. si cert. pet. Gabr. cons. 62. nu. 71. lib. 2. Aut verò de re, tanquam spectante ad Faustinam, & ista venditio bonorum stabilium Faustinæ in pupillari 3 constitutæ facta etiam cum decreto iudicis, nisi sit † facta ex causa necessaria, vel in vtilitatem pupilli, fuit nulla, l. magis puto. §. na passim. ff. de reb. cor. Aret. in §. nunc admonendi. Instit. quib. alienare lic. vel non. Gozad. consil. 44. nu. 11. maxime, stante statuto Vrbis, cap. 21. lib. 5. prohibitiuo huiusmodi alienationem rerum 4 minorum, † nisi expressa & cognita causa necessaria, aut euidentis vtilitatis, in casu autem proposito nulla aderat causa necessaria, solutio enim scutorum 4. pro exequijs matris defunctæ non fuit causa necessaria alienationis domus, prout nec etiam solutio scut. 8. pro censibus decursis, onus autem soluendi quartam partẽ dotis Georgio pro Bartholomæa matre prædefuncta, non spectabat ad ipsum, minus adfuit aliqua vtilitas, quia præmissis aliter prouidere poterat, & dicere, quod domus empta pro scut. 40. vendita fuit 150. non probat vtilitatem, nisi probatur, quod tunc vere tanti non valeret. Nec obstat, quod Faustina fuit dotata, quia vltra, quod aliunde prouenit dos, vt bene deducitur in facto, maior vtilitas fuisset dare ipsum domum in dotem, & ita per Dominos decisum.

ROBVSTERII.

Romana, Iuris Congrui, Lun. 15. Iun. 1579.

ARGVMENTVM.

De iure congruo ædificandi.

SVMMARIA.

1 *Vendere rem suam nemo cogitur, sed quilibet iure propria moderator est, & arbiter.*
2 *Dominus in pari causa præferendus est omnibus alijs, idem facere volens.*
3 *Correctio iurium non inducitur, nisi expresse dicatur.*
4 *Obstacula vbi sunt plura, si remoueatur vnum, remanet aliud.*
5 *Dispositio quæ loquitur in casu simplici, non intrat, vbi ille aliquid additur.*
6 *Constitutio Papæ in non expressis refertur ad ius commune, & ab ipso recipit passiuam interpretationem.*
7 *Dispositioni cuilibet inest interpretatio necessaria, quæ prouenit à verisimilitudine, vel puncto rationis, aut ex rei natura, vel æquitate scripta.*
8 *Constitutio noua vbi potest vnum, vel duos effectus contra ius operari interpretatur vt minimum tantum operetur, & minus corrigat ius commune, quam sit possibile.*
9 *Constitutionis pars vna declarat alteram præcipue, vbi est eadem ratio.*
10 *Acceptatio iuris debet fieri cum sua qualitate.*
11 *Dominus in re propria, semper quod sibi placet, facere potest.*
12 *Aedificium solo cedit. & num. seq.*
14 *Dominium limitatum producit limitatum effectum.*
15 *De superficie cum agitur principaliter, & non de solo attendendum est dominium ædificij, & non soli.*
16 *Domini plures vbi sunt, attenditur dominium potentius, & quod magis cohæret.*
17 *Dominus quandocunque in re sua iure proprio ad arbitrium suum ædificare potest.*
18 *Ius domus magis antiquum qui habet præfertur.*
19 *Præoccupationis materia non habet locũ nisi quando sunt paria.*

DECISIO DCCCLIII.

Visis prius per Dominos ædificijs contiguis, & domibus vicinis, ac alijs videndis, dubitaui, stante Bulla Gregoriana, super iure Congruo, & planta domus, de qua agitur, & ædificiorum contiguorũ, in qua partes concordant: monitorio Dn. Marcelli contra Dn. Vergilium exequuto die 8. & 24. Ian. 1578. vbi domũ cũ suis membris solitam locari. & reproducto 13. Febr. eiusdem anni, & die 14. eiusdem, Dom. Virgilius negauerit monitorium, protestãs debere procedi seruatis seruandis & verificatis verificandis, & testium depositionibus, quæ Dominis legentur, examinatorũ 28. Febr. 1. & 3. Mar. & visione loci extra Rotam facta die 8. Mart. & citatione & instantia Dn. Marcelli, die 17. Mart. ad sententiam resoluta. .. petijt Et folio præsentato à Domino Virgilio die 9. Iun. cuius copia datur: An in domo controuersa Dominus Virgilius sit præferendus Domino Marcello, vel econtra, in casu de quo agitur.

Et 5. & 15. Iun. 1579. cum præsupposito, quod Dominus Virgilius velit ædificare æque sumptuosum ædificium, prout Dominus Marcellus, vel parũ minus secũdum capacitatem sui soli tam respectu domus inhabitatę, quàm locatę. Maior pars Dominorum tenuit, quod in domo controuersa sit Dominus Virgilius pręferendus Domino Marcello. Mouebat Dominos, quod de iure communi inter alia sunt inducta duo in fauorẽ 1 domini, alterum, quod non cogatur vendere † rem suã, sed sit in propria re moderator, & arbiter. l. dudum. C. de contrah. empt. l. in re mandata. C. mand. alterum di- 2 uersum & separatum ab isto, quod in pari causa † dominus est præferendus omnibus alijs, volens idem facere. l. si cum dotem. §. fi. sol. matrim. l. ex facto. de pec. cum alijs per Rom. cons. 22. num. 5. & seqq. Ias. in l. fin. num. 11. & 12. C. de iure emphyt. & in specie, quod dominus sit præferendus in re sua vendenda, est text. in fortioribus terminis, in d. l. fi. C. de iure emphyt. & not. gl. in verb. æquali. qual. ol. feud. pot. al. & ib. Aluar. in §. porro. vers. quæto cum gl. & idem not. Gul. de Cun. Rayn. & Alb. Bal. & Ang. in l. imperator. de pact. Aret. in l. si mihi & Titio. col. fin. de verb. oblig. Alex. consil. 21. num. 6. in fin. in 6. Cęphal. cons. ciuil. 45. num. 4. ver. & pro hoc alleg. Capic. decis. 99. in fi. Tiraq. de retractu lignag. §. 21. gl. vnic. nu. 3. & 4.

Cum igitur Dominus Virgilius, vti dominus domorum, habeat intentionem suam fundatam, quia habet hæc duo à iure communi indulta, longe inter se diuersa, & separata, & obtulerat separatum valle ædificare, ad ornatum Vrbis, iuxta exemplum ab eo exhibitum, Dominus Marcellus, qui nititur iure nouissimo constitutionis Gregorianæ, debet clare, & non per subauditionem

tionem intellectus probare, quod eadem constitutio corrigit in vtroque casu ius commune. Nam correctio 3 iurium non inducitur, † nisi expresse dicatur, l. vnica. C. de rei vxo. act. cap. cum ecclesia. de elect. & vbi sunt 4 plura obstacula, † si remoueantur vnum, remanet aliud. l. si pro fure in princ. de condit. furt. cum alijs per Bald. in l. cum lex. de hæred. instit. Aymon consil. 6. num. 55. 5 & dispositio, quæ loquitur in casu † simplici, non intrat, vbi illi aliquid additur, c. sequens. de action. l. hoc legatum. de leg. 3. cum alijs per Cum. Alex. Ias. & alios in l. Titio textores. de leg. 1. & in l. 2. de verb. oblig. Cep. cons. vlt. col. 8. in 2. dub. Corn. cons. 65. col. 5. num. 1. & cons. 19. col. 2. in 4. sed bene visis, & perspectis omnibus clausulis dictæ constitutionis, illa hoc tantum agit, vt dominus in certis casibus, propter ornatum vrbis cogatur inuitus vendere & in hoc solo intendit ius commune corrigere, & nullum verbum, quando Dominus vellet, & posset pariter ædificare ad ornatũ Vrbis prout satis rationabile, & æquum est, vt de hoc non cogitauerit princeps iustissimus & sanctissimus sed in non expressis voluerit suam constitutionem referri ad ius 6 commune, † & ab ipso recipere passiuam interpretationem l. sciendum & ibi not. qui satisdare cogan. l. 1. §. lex Falcidia. ad leg. Falc. cum alijs per Bar. & alios in l. 2. de leg. & Bal. cons. 19. in 5. Inest enim cuilibet dispo- 7 sitioni interpretatio † necessaria, quæ prouenit à verisimilitudine, vel puncto rationis, aut ex rei natura, vel æquitate scripta. Bal. cons. 343. examinanda sunt, in prin. & cons. 411. quidam Mediolanensis col. 1. circa med. in prin. ita vt non trahatur ad excessiua, vel vbi euidẽs esset iniquitas, aut à sapientibus reprehendi posset, vt late cumulat Aym. cons. 3. per tot. & vbi noua constitutio 8 potest vnum † vel duos effectus contra ius operari interpretatur, vt minimum tantum operetur, & minus corrigat ius commune, quam sit possibile, c. cum dilectus. vbi not. & Bur. & alij de consuet. l. cum gradatim. § etsi lege. de mun. & hon. cum alijs per Gozad. cõs. 29. nu. 5. & licet vtatur terminis vniuersalibus, nihilominus recipit declarationem passiuam, vt non comprehẽdat casus particulares, & minus quam fieri possit deroget iuri communi. gl. Sal. & alij in l. 1. col. 1. C. sine cens. vel reliq. & de communi Berer. in l. hac edictali. nu. 22. & 28. C. de sec. nupt. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. vn. nu. 4. & late Ant. Gabr. de leg. concl. 1. per tot.

Vnde cum huiusmodi constitutio, vel in hoc recipit passiuam interpretationem, à iure communi, vt intelligitur præseruatum ius Domini id facere nolentis, vel si posset inducere diuersos effectus contra ius, videlicet, quod Dominus inuitus cogatur vendere, & quod non præferatur, in re propria, operabitur tantum primum effectum, super quo expresse disponit, non autem secundum, de quo nihil agit, imo, ex quo in pluribus locis, & præcipue §. 3. & in §. 10. in primis præfert Dominum ædificare volentem. Ex hoc clare patet, quod in hac parte, noluit ius commune corrigere, sed 9 illi cohærere & ab illo interpretari, nam vna pars † declarat aliam, præcipue vbi est eadem ratio l. si filiabus. vbi Bartol. & alij de leg. 1. cum alijs per Dec. consil. 15. num. 2. cum seqq. & cons. 480. nu. 7. cum seq. Ant. Gab. de rest. concl. 10.

Non obstat, quod per locationem factam de domo contigua fuit quæsitum ius D. Marcello, ita quod non potuit D. Virgilius ab illo contractu recedere, & alium efferre, in præiudicium D. Marcelli, quoniam respondebant Domini, quod fuit ius quæsitum cum sua causa, & tradit. per Paul. de Castr. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 55. vers. & pro ista opinione, de const. & in c. nouit. num. 13. ver. 10 tertio ampliatur. de iudic. nam acceptatio debet † fieri cum sua qualitate, Ang. in l. apud Celsum. § si hac. ver. & iste text. de dol. exc. Soc. cons. 91. num. 6. lib. 4. Tiraq. de retrac. conuu. ad fi. tit. nu. 4. cum seqq. sed causa & 11 qualitas sua est, quod Dominus possit in re † propria semper quod sibi placet, facere, l. in re mand. C. mand. l. altius. C. de ser. & quod in hoc præferatur omnib. alijs. l. fin. C. de iure emph. ergo non potest hoc ius D. Marcellus acceptare, nisi cum prædicta causa, & qualitate.

* Nec placebat, quod dicitur, oblationem D. Vergilij fuisse factam ad dictam cumulationem, quoniam nec in dubio, neque in casu isto ex circũstantijs fa[illegible] id præsumere potest iudex, in cuius arbitrio totum hoc repositum est gl. in l. fluminum § fin. de dam. infecto. cum alijs per Modern. de arbit. iud. lib. [illegible] cons. 2. c. 256 ante fin. & ita fuit dictum in Barchinonẽsi, Troucræ, coram Dominis Seraphino, & Cantuccio.

Non obstat, quod Dominus Marcellus sit Dominus cellæ vinariæ, & vnius cubiculi, ac cuiusdã camini existentis in domo vicinori controuersa, & quod totum 12 residuum † deberet cedere solo l. oblig. ationum ferc. §. placet. de act. & oblig. quia vt dicebant Domini, ædifi- 13 cium † solet cedere solo de initio, vbi res est dubia, cuius erit ædificium, vel ne, sed non vbi adsunt coniecturæ, vel probationes in contrarium, aut alias res est clara, quod solum est vnius, & ędificium alterius, vt per Soc. reg. 1. lim. 4. & lim. vlt. prout in casu isto, in quo res est clara, quod demptis istis particulis, totum ædificium est Domini Virgilij potius intrant aliæ regulę quod li- 14 mitatum † dominium limitatum producit effectum, l. in agris. de acq. rer. dom. l. cancellauerat. de his quæ in 15 test. del. & cum agatur principaliter de superficie, † & non de solo, est attendendum dominium ædificij, & nõ soli l. si quis nec causam. si cert. petat. & vbi sunt plures 16 Domini, attenditur † dominium potentius, & quod magis cohæret, Sebast. & alij per Affl. dec. 228. Ioan. de Amic. cons. 1. nu. 3. cum seq. nec alius potest habere maiores, aut forniores adiacentias, vel cohærentias in domibus, de quibus agitur, quam ipsemet Dominus, qui fere in omnibus partibus est vicinus, Dominus & cohæres intus, extra, & iuxta partes, quæ pręcipue debent deseruire adornatum Vrbis.

Non obstat maior situs maior adiacentia, & maior necessitas Domini Marcelli, quoniam istæ qualitates considerantur pro constitutione in casu nostro, & sic vbicunque Dominus nollet, aut non posset ad ornatum Vrbis, ita vt vicinus ædificare, in quibus terminis non versamur, sed in terminis iuris communis, quoniam constitutio non cogitauit de isto casu, merito non sunt in aliqua consideratione, sed an Dominus velit, aut possit ita ornare, aut parum minus ædificare.

Vltimò non obstat, quod Dominus Marcellus præuenerit Dominum Virgilium in ædificando, mouendo, & alia faciendo, vt in puncto præsupponitur, quoniam respondebant Domini, quod cum Dominus pos- 17 sit quandocunque in re † sua, iure proprio ad arbitrium suum ædificare, dicta l. altius. & ibi. Bald. C. de seruit. cum alijs per Modern. de arbitrar. casu 156. in princip. & sic habebat ius & actionem vsque ab initio, licet forsan sibi deficeret exercitium, quo vsque declarasset, posset tamen quandocunque ante sententiam ita declarare, Alexand. conf. 78. in fine. lib. 1. Dec. in l. filia licet. num. 4. in fine. C. de collat. Corn. cons. 40. nu. 16. lib. 2. Soc. cons. 40. col. 2. num. 3. Alciat. in l. cum proponas. la 2. nu. 11. C. de pact. Put. lib. 3. dec. 316. Pręterea dicebant, quod cũ Dominus Virgilius habeat ius magis antiquũ, quia est dominus domus, & Dominus Marcellus non habet ius, nisi à die, quo per Bullam petit non est locus præoccupationi per litis contestatio- 18 nem, sed ille præfertur, qui ius petendi † magis antiquum habet. Bart. in l. si pluribus. sub nu. 1. vers. si verò non habuerunt originem eodem tempore, vbi ẽt Aret. col. 4. ver. vlt. adde. de leg. 1. nam quod primum habet esse, habet primum frui, vt inquit Bal. in l. si plures. nu. 3. C. de cond. insert. Rursus ius vtriusque prouenit ex diuersa causa. Ius enim Domini Virgilij prouenit ex

eo, quia est Dominus & vicinus, ius verò Marcelli ex eo, quia est vicinus tantum, Bar. in d. l. si pluribus. nu. 1. vet. si verò non petitur idem, quem omnes ibi sequun-19 tur, vt ibid. dicit Alex. num. 3. de leg. 1. Materia † enim præoccupationis non habet locum, nisi quando sunt paria, vt post Ign. in repet. d. l. dudum. nu. 87. ad fin. C. de contrah. empt. dicit Tiraq. de retract. lignag. §. 11. glos. 10. sub num. 2. & in proprijs terminis est de mente Aretin. in dicta l. si pluribus. col. 4. in fine. versic. sequere ergo opin. Bart. cum sequen. de leg. 1. Ergo non habent locum, quæ dicuntur de præoccupatione, ad alia etiã bene respondent Informantes pro D. Virgilio.

ALDOBRANDINI.

Bononiensis, Domus de Paleottis, Lun. 18. April. 1580.

ARGVMENTVM.

Cohabitatio coniugum quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Dictum testis interpretatur contra producentem.*
2 *Testis si deponat incerte, & dubitatur circa tempus, super eius depositione fundamentum fieri nequit.*

DECISIO DCCCLIV.

DOmini dixerunt, ex his, de quibus in dubio, non esse sufficienter coadiutam probationẽ cohabitationis Lauræ & Marci Antonij, post sententias & fideiussiones præstitas, de quibus in dubio.

Moti fuerũt, quia cum indubitatum sit, quod postmodum Laura & M. Antonius desierunt simul cohabitare, & dubium sit de interruptione huius interruptionis, initium videtur adscribendum huic tempori, in quo liquet de manifesta eorum voluntate nõ cohabitandi, ex quo ambo obtinuerunt declarari, nullum extare inter eos matrimonium, & præstitæ fuerunt fideiussiones, de non inuicem se offendendo. Si enim fideiussiones fuerint pręstitę ad effectum vt tuto mulier cohabitare posset, cum viro, non obtinuissent declarari, nullum inter eos extare matrimonium, vt quamuis hæc sententia fuerit conclusiua, stante probatione matrimonij, tanto magis constat de voluntate ipsorum, qui ita voluerunt ad effectum colludere.

Non obstat dictum vndecimi testis examinati, vt præsupponitur, pro parte Dominorum de Buculis, de anno 1549. & in fine dicti anni, quia contrarium apparet ex actis, fuit enim examinatus de anno 1548. & cũ dicat, quod intercesserunt anni 26. vel 27. & dictum te-1 stis † interpretetur contra producentem. Rot. 6. de testib. in antiq. Ruin. cons. 97. nu. 7. lib. 1. subducendo 27. annos percutit annum 1521. & cum dicat, *più ò manco*, liquet manifeste, quod nõ percutit tempus, imò etiam si esset examinatus de anno 1549. videbatur Dominis 2 tam incerte deponere † circa tempus, vt non possit super eo fieri fundamentum.

Sententię etiam hucusque latæ non coadiuuant hãc probationem, quia nullum habent fundamentum, nisi dictorum testium non concludentium. Et hæc dixerũt Domini, pręsupponendo, quod teneantur probare Domini de Buculis istam cohabitationẽ, si enim onus probandi non cohabitationem pertineret ad Dominos de Paleottis, tunc aliud forte dicendum esset, & propterea si Domini de Buculis volunt hoc disputare, poterunt particulariter super hoc audiri.

In eadem Lun. 27. Nouemb. 1581.

ARGVMENTVM.

Onus probandi non cohabitationem coniugum cui incumbat.

SVMMARIA.

1 *Onus probandi non cohabitationem coniugum, affirmanti incumbit.*
2 *Filius natus ex maritata præsumitur filius mariti.*
3 *Cohabitatio inter coniuges necessario præsumitur.*

DECISIO DCCCLV.

DOmini dixerunt, quod loquendo in abstracto, o-1 nus probandi † non cohabitationem incumbit 2 Paleottis, quia cum filius natus † ex maritata, præsumatur mariti, vt passim tradunt Doct. præsumitur necessa-3 rio cohabitatio, inter maritum † vxorem, maxime cum in hoc casu probetur, quod ante Marcus Antonius & Laura cohabitabant. An verò in hoc casu, stante, quod ex post facto est probata non cohabitatio, & stante sententia lata super non existentia matrimonij, quia licet fuerit collusiua, ostendit nihilominus expressam voluntatem amborum non cohabitandi, ne se tractandi vti vir, & vxor, & stante tractatu Galeanj erga Ludouicũ, & Ioannem Baptistam, quid secus dicendum sit, particulariter videbitur.

LANCELLOTTI.

Veliterna, Casalis, Vener. 11. Decemb. 1579.

ARGVMENTVM.

Possessionem Casalis qui probauit, in ea manutenendus est.

SVMMARIA.

1 *Mora non dicitur incursa, quando celeri satisfactione purgatur.*
2 *Mora dicitur satis purgata cum celeri satisfactione intra duos, vel tres dies.*
3 *Decretum Iudicis tunc operatur, quando fuit latum causa cognita.*
4 *Mandatum de associando non requirit causæ cognitionem.*

DECISIO DCCCLVI.

CVm præsupposito, quod Dominus Claudius probauerit possessionem Casalis de quo agitur, de tẽpore litis, & quod die 3. Sept. fecerit integrale depositum pensionis, & literæ Illustriss. Moroni sint in actis, Domini resoluerunt Claudium etiam manutenẽdum.

Non obstat quod Domini Canonici ceperint possessionem dicti Casalis die 1. Nou. vigore pacti appositi in instrumento locationis, de capiendo possessionem propria authoritate in euẽtum, quod Claudius fuerit morosus in solutione pensionis, quia non dicit incursa mo-1 ra, † quando celeri satisfactione, purgatur, iuxta cap. potuit. de locat. cum alijs deductis, sed stantibus literis Domini Illustrissimi Cardinalis, Claudius non poterat molestari per totum mensem Augusti, vnde cum die 1. Nouembr. dicti Canonici ceperint possessionem, & 2. die Claudius illos citauerit, ad recipiendum pensionem, & die 3. fecerit depositum, dicitur intra hos duos, 2 vel † tres dies satis purgata mora cum celeri satisfactione. Præterea possessio capta per Canonicos fuit instrumentalis, ex quo nõ fuerint eiecti laboratores Claudij, quos tenebat in d. casali, iuxta consil. Gozad. 96. num. 10. & 11. & per Pute. de. . . de causa possess. Non obstat decretum iudicis de associando, propter quod non videtur fuisse necessaria eiectio dictorum colonorum, 3 quia iudicis decretum tunc † operatur, quando fuit latum causa cognita. l. iuste possidet. de acquiren. possessione, vt in pluribus causis tenuit Rota, & præsertim in causa, Romana, Domus, ad imaginem pontis, co-4 ram me, sed mandatum de associando † non requirit causæ cognitionem, iuxta doctrinam Salyc. in l. 3. C. de pign. q. 13. Ias. in d. l. 2. nu. 113. C. de iure emphyt. Alex. cons. 151. nu. 4. vol. 10. Negus. de pignor. p. 4. nu. 35. vers. decimatertia conclusio.

ORANI.

Pisana, Domus, Lun. 19. Iunij 1589.

ARGVMENTVM.

Stante pacto transactioni apposito, quod deficiente fratre F. in solutione, liceat Monasterio C. P. propria authoritate possessionem domus accipere, an possessio in vim pacti non aliter obtenta sententia declaratoria, sit valida.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Possessio in vim pacti capta non aliter obtenta sententia declaratoria, est valida.*

2 *Actum si non est ad possessionem ex contractu sed vigore clausulæ constituti, & clausulæ, quod possit capi possessio propria auctoritate, non est locus appellationi.*

3 *Appellatio interposita non potest impedire illius executionem.*

4 *Appellatio denegatur, quando caducitas incidenter, non autem principaliter est deducta.*

DECISIO DCCCLVII.

FVit tentum quod stante pacto transactioni apposito, quod deficiente fratre Francisco in solutione liceret monasterio Chartusién. Pisarum, propria authoritate possessionem domus recipere, possessio in † vim pacti capta non aliter obtenta sententia declaratoria fuit valida. Cassad. decis. 7. nu. 1. de locat. Clar. in verb. emphyt. q. 41. & 25. cum relatis per Afflict. in pract. sua § 7. lim. 48. num. 3. neque referre quod iudicem adiuerit, quia cum possit propria authoritate hoc facere, potuit etiam ex vrbanitate petere à iudice licentiam ingrediendi, & satis est, quod huiusmodi petitione præfectuauerit ius monasterij, Alex. cons. 131. nu. 3. lib. 4. Afflict. decis. 326. dec. 460. nu. 5. Ias. in l. 2. nu. 113. C. de iure emphyt. Modern. de atten. par. 2. cap. 4. ampl. 1. num. 2. & 4. Minus etiam obstare, quod possessio capta fuerit pendente termino ad appellandum, nam cum ad possessionem non fuerit actum, † ex contractu, sed vigore clausulæ *constituti*, & clausulæ *quod possit capi possessio propria authoritate*, non erat locus appellationi, Contard. in l. vn. lim. 24. nu. 7. C. si de mom. poss. & in consequenti pendentia termini, vel appellatio interposita † non poterat impedire illius executionem, Barb. cons. 10. nu. 2. lib. 1. Guido Pap. cons. 219. nu. 7. Rol. à Valle cons. 77. nu. 20. libro 2. tanto autem magis quod licet fuerit actum ad caducitatem, illa tamen fuit incidenter, non autem principaliter deducta, quo casu † denegatur appellatio, iuxta trad. per Dec. cons. 28. Contard. d. l. vn. q. 15. C. si de mom. possess.

Romana, Indemnitatis, Lun. 4. Apr. 1583.

ARGVMENTVM.

Materia indemnitatis explicatur.

SVMMARIA.

1 *Exceptio peremptoria debet opponi ante sententiam.*

2 *Exceptio peremptoria non admittitur, quando redarguit sententiam de iniquitate.*

3 *Exceptio compensationis opponi potest etiam in executione sententiæ.*

4 *Compensatio habet vim solutionis post sententiam, non ante sententiam.*

DECISIO DCCCLVIII.

AGebat coram A. C. D. Ioan. Baptista de Altouitis, contra Dominum Alphonsum Soderinum, pro releuatione & liberatione à quadam fideiussione per eum facta Dominis Serbellonibus emptoribus cuiusdam census impositi per quondam Dominum Paolum Antonium, super palatio quod vocatur Musoleũ, pro cuius fideiussionis releuatione Dominus Alphonsus in amplissima forma Cameræ se obligauerat, sed quia in eodem instrumento fuerant cessi per Dominũ Paulum Antonium & Dominum Ioan. Baptistæ nonnulla bona Orbetelli existentia, nec non notabiles pecuniarũ summæ existentes in tot montibus in Regno Franciæ, in monte vulgariter dicto, *il gran partito*, ad effectum dicta bona vendendi, & pecunias exigendi, & de dictis sibi, & creditoribus d. Pauli Antonij satisfaciendi, quibus ipse pro eo fideiusserat, & dedit eis bonum, & legale computum reddendi, D. Alphonsus excipiebat de solutione, de qua constare dicebat, ex eodem instrumento quo nitebatur actio Altouitis, & petebat, vt exhiberet calculum, & redderet computum. Replicabat Altouitus, hanc exceptioné solutionis opponi non posse, ex eo, quod in causa discussionis hæreditatis Pauli Antonij in Rota agitata lata fuerat sententia contra Alphonsum, in qua octauo loco graduationis fuerant descripti Domini Serbelloni, pro præfato censu, nec non ipse Altouitus, vti fideiussor, & cessionarius, eaque transitum fecerat in iudicatum. Ideo fuit dubitatum in Rota, de consensu partium An Dominus Alphonsus posset opponere de solutione præfatæ, & fuit vnanimi Dominorum sententia resolutum, hanc exceptionem opponi posse, etiam contra obligationem iuratam in forma Cameræ. Cassador. de mut. pet. decis. 1. nu. 2. & de rescript. 10. num. 6. Et hoc prorsus caret difficultate, sed dubium est, quando præcedit sententia, quæ transiuit in iudicatum, & in hac re sunt variæ opiniones super quã re consulendus est Spec. tit. de exec. sent. § postremo. nu. 7. ver. vel dic. Cyn. in l. 1. num. 4. C. de cond. indeb. Castr. in l. 1. num. 5. vers. ex prædictis. & ib. Sal. in 10. opp. de iure & facti ign. Cum enim hæc exceptio sit peremptoria, † debet opponi ante sententiã, l. peremptorias. C. sent. resc. nõ poss. Bar. in d. l. 1. nu. 16. Bald. nu. 5. & maxime, quia redarguit † sententiam de iniquitate, quo casu talis exceptio nõ admittitur, vt ibi tradunt omnes. & Alexand. consil. 125. num. 7. lib. 1. & ideo Speculator & Cyn. supra allegati tradunt varias distinctiones, licet Beto. indistincte voluerit, opponi posse, etiam post rem iudicatam, in cons. 189. num. 12. lib. 5. sed nihil allegat, neque ad rem facit, quod exceptio compensationis † opponi possit etiam in executione sententiæ, l. 2. C. de compens. Felyn. late in c. suborta. num. 2. de re iud. & quia tunc compensatio † habet vim solutionis, post sententiam, qui est casus de quo agitur. & ideo neque redarguitur sententia iniquitatis, neque vere dici potest exceptio, sed potius solutio iudicati, vt ex summa Bald. & Salyc. tradit ibid. Felyn. tamen iste rigor vix obtineret in Rota, detectæ enim iniustitia sententiæ per reum, qui docet de solutione, suprema tribunalia nunquam tales sententias exequuntur, vt tradit Guid. Pap. decis. 215. num. 8. & decis. 168. quem sequuta est Rota coram me, in vna Auximana, dotis, 14. Mart. 1575. sed tota ista materia visa est DD. extra propositum casum, cũ hic nulla adsit super hoc controuersia, neque sententia, neque res iudicata, nonquam enim super hac prætensione inter partes actum fuit, & sententia illa graduationis non parit exceptionem in hac causa, cum tendat ad diuersum finem, & in illo iudicio conueniebatur Alphonsus, vti hæres Pauli Antonij, hic verò cum eo agitur, vti principaliter obligato, ex sua promissione, ex quo arguitur, diuersum esse effectum illius sententiæ, ita vt non possit præiudicare in hoc iudicio, in quo non deducitur idem ius contra Alphonsum. Alexand. post Imola in l. sæpe num. 6. de re iudic. Bald. in l. 2. in princip. C. de fide instrum. Paris. cons. 28. num. 18. lib. 1. Gozad. consil. 103. num. 12. Pute. decis. 375. libro 1. quod & ex eo liquet, quod in illo iudicio nunquam fuit productum instrumentum, cuius vigore nunc agitur, ea verò, quæ contra solutionem deducuntur, sunt extra dubium, non enim agitur nunc, an de solutione constet, sed an de ea possit Alphonsus opponere. Quare conclusum pro affirmatiua.

ROBVSTERII.

Romana, cessionis, 10. Iunij 1575.

ARGVMENTVM.

An Titius cum cessione possit agere contra hæredes Meuij principaliter, & in solidum cum Titio obligatos, & pro qua rata.

SVMMARIVM.

1 *Creditor principalis sicut potest contra quemlibet confideiussorũ agere in solidum, ita stãte cessione facta ab ipso creditore in fauorem Meuij, potest & ipse in solidum agere.*

DECISIO DCCCLIX.

IN causa Romana, cessionis inter Fabricium de Fabijs, ex vna, & filios ac hæredes quõdam Camilli de Astallis, ex altera, dubitaui, stantibus nõnullis præsuppositis in facto, An Dominus Lęlius cum dicta cessione potuerit agere contra hæredes dicti quondam Camilli, principaliter & in solidum, cum Domino Lælio obligatos, & pro qoa rata. Quo ad primam partem puncti, fuit conclusum, Lælium potuisse agere in solidum contra hæredes Camilli, ex quo Camillus & Lælius, licet inter se essent confideiussores, vt alias tenuit, tamen respectu principalis creditoris erant in solidum obligati, 1 vnde sicut principalis creditor potuisset † contra quẽlibet ipsorum agere in solidum, ita stante cessione facta ab ipso creditore in fauorem Lælij, potuit & ipse in solidum agere, Dec. cons. 99. post Bart. in l. Modestinus. ff. de solut. cuius opinionem Domini dixerunt veram esse, quicquid dicat ib. Imol.

Hoc autem intelligi debet, nisi coram A. C. fuisset legitime oppositum de protestatione Pauli officialis, qui voluit teneri ad releuationem fideiussorum, etiam si iura essent cessa, nisi pro duabus partibus, & executio facta in solidom, fuisset nulla, si verò non fuisset oppositum, tunc executio potuit fieri pro tribus partibus, licet hodie debeatur vna pars ex tribus, quia hodie hæredes Camilli opponunt. Ex actis colligitur resolutio ad secundam partem puncti.

ORANI.

Anconitana, Assecurationis, Ven. 19 Decemb. 1597.

ARGVMENTVM.

Damna, & interesse passa occasione fideiussionis facta de stando iuri, & iudicatum soluendo, quomodo sufficienter iustificentur.

SVMMARIA.

1 *Materia difficilis probationis remittitur arbitrio iudicis, & ad eam probandam sufficiunt leuiores probationes, etiam per coniecturas, & per testes de credulitate. & n. 2.*
3 *Iuramentum in supplementum paris deferri debet, data singularitate testium. vel aliqua coniectura.*

DECISIO DCCCLX.

OBtinuit Pantaleon Vestrarchius disputari, An dãna & interesse passa Anconæ, & Florẽtiæ per Dominum Zanobiã occasione fideiussionis factæ eius nomine de stando iuri, cum Dominis Dinis, & iudicatum soluendo, essent sufficienter iustificata. Nam, quod ad eorum restitutionem teneretur alias fuerat iudicatũ, & Dominis visum fuit, affirmatiue resoluendum, quia cum simus in materia difficilis probationis, vt tradit Natta consil. 10. num. 3. lib. 3. tota demittitur arbitrio 1 iudicis, & ad eam probandam sufficiunt † leuiores probationes, etiam per coniecturas, Bald. in l. 2. num. 22. ff. de fruct. & lit. expens. Corn. cons. 301. in fin. lib. 2. 2 Achil. decis. 5. tit. de fructib. & per testes † de credulitate. Angel. in l. 2. C. de nauicular. lib. 12. Alex. in l. pretia rerum. num. 9. ff. ad leg. Falcid. ita quod data singu-3 laritate testium, vel aliqua † coniectura, debeat parti deferri iuramentum, in supplementum, Bald. in l. si fundum, in fin. C. de rei vend. Natta cons. 536. num. 5. quo fit, vt cum hic de duplici expensarum genere per Dn. Zanobium factatum agatur, quorum vnum respicit expensas factas in actibus Florentinis iudiciarijs, & opera eorum, qui defensioni causæ præpositi fuerunt, nulla dubitatio adsit, quin pro earum iustificatione habenda sit ratio qualitatis causę, & verisimilitudinis concurrentis desũpta ex diario eiusdem Zanobij, qui illas annotauit, præsertim iunctis quietantijs eorum, quibus de honorario fuit satisfactum, vt alias fuit dictum, coram Reu. Patre Domino meo Litta, in vna Bononiensi, euictionis. Alterum verò continens expensas factas in ciuitate Anconæ cum fuerit per Notarium liquidatum, quibus in omnem euentum, si deferatur iuramentum, in supplementum parti, nihil vlterius desiderandum sit prout seruari in hoc tribunali, etiam in materia difficilis probationis, tenuit Rota apud Pute. decis. 29. lib. 1.

ORANI.

Interamnensis, de Paradisis, Ven. 21. Nouemb. 1586.

ARGVMENTVM.

Legitimatio spuriorum facta in instrumento publico, & priuilegijs collegij alicuius, est valida.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio spurij valet, etiamsi in illius impetratione nõ sit expressum, ipsum natum esse ex coniugato.*
2 *Legitimans intelligere debet qualitatem spurietatis.*
3 *Verba vniuersalia in instrumento legitimationis posita, omnes defectus vltra expressum comprehendunt.*

DECISIO DCCCLXI.

COnclusum fuit pro validitate legitimationis Iudithæ, quæ fundata est in instrumento publico, & priuilegijs Collegij Archiuistatum legitimantis, Soc. iun. cons. 93. nu. 15. in fi. vol. 3. Gozad. cons. 48. num. 11. Rol. à Valle cons. 96. nu. 16. lib. 3. de cuius amplissimis facultatibus legitimandi spurios, etiam ex quacunque illicita coniunctione natos, non potest dubitari.

Non obstant, quod in illius impetratione non sit ex-1 pressum, ipsam natam † fuisse ex coniugato, quia licet non fuerit expositum, minus etiam fuit expressum, quod esset ex soluto genita, & satis est, quod legitimãs 2 intellexerit † qualitatem spurietatis, vt ex instrumento apparet, in quo legitur matura deliberatione ad huiusmodi legitimationem processisse. Ruin. cons. 104. n. 7. lib. 3. Rol. cons. 12. nu. 43. lib. 4. Quod eo magis sustinebant Domini, ex quo legitimans non se restrinxit ad vnum effectum, ex plurib. expressum, sed de omni defectu in genere cogitauit, Castr. cons. 30. nu. 1. lib. 1. Fel. in c. postulasti. vol. 2. versic. declara prædicta primo, de præscript. Ruin. cons. 73. num. 10. lib. 3. Bero. cons. 171. nu. 18. vol. 2. quod enim legitimans omnem defectum in genere complexus sit, ac super omnibus legitimare voluerit, manifeste colligitur, tom ex verbis d. instrumenti, ib. prædictumque defectum, necnõ omnem in-3 habilitatem, & genituræ maculam tollere, quæ verba tanquam vniuersalia omnes defectus, vltra expressos comprehendunt. Ruin. d. cons. 73. nu. 12. 13. & 18. lib. 3. Rol. à Val. cons. 12. nu. 48. lib. 4. tũ etiam ex alijs ibi, plenatis redintegramus, & omnẽ genituræ maculam penitus & omnino abolemus, ad trad. per Gozad. cons. 6. n. 45. & 62. cons. 85. nu. 16. Paris. cons. 15. num. 65. lib. 2. Ac denique ex clausula, non obstantibus quibuscunque ex qua constat de mente volentis legitimare, non obstante, quocunque defectu spurietatis, adeo, quod non possit de subreptione opponi, Bal. in l. eam quam. nu. 36. C. de fideicom. Alex. cons. 60. in fin. lib. 2. Paris. cons. 15. nu. 67. cum seq. cum alijs hic per Informantes adductis.

Quibus accedit, quod Collegium propter expressionem illius qualitatis non exhibuisset se difficiliorem, ad illam concedendam, cum ita passim concedat, vt ex eius attestatione apparet. Nam in eo casu taciturnitas subreptionem non inducit. Præpos. in c. oblatæ. col. fin. de appel. Fel. in c. postulasti. de rescript. Bell. decis. 598. Curt. iun. cons. 32. nu. 11. vol. 1. Paris. cons. 15. nu. 57. lib. 2. Rol. cons. 96. nu. 40. lib. 3. & ita decisum.

Obseruatio Signaturæ.

ARGVMENTVM.

Priuilegium l. vnicæ. C. quando Imp. inter pupil. an habeat locum in Hospitalibus.

SVMMARIA.

1 *Hospitalia habẽt priuilegiũ l. vn. C. quan. Imp. inter pup.*
2 *Hospitale nihil aliud est, quam ipsæ personæ miserabiles.*
3 *Bonũ vt tanto est melius, quanto est communicabilius: ita & malum ex communicatione fit multo deterius:*

Rectores

4 *Rectores Hospitalium tutoribus æquiparantur.*
5 *Priuilegia Hospitalibus concessa, dicuntur cōcessa fauore, & intuitu ipsorum pauperum, & fauore ipsorum sustentationis.*
6 *Hospitalia constructa sunt miserabilium personarum gratia, & tot priuilegijs diuersis temporibus ab Imperatoribus decorata.*
7 *Hospitalium de patrimonio quoties agitur, de proprio ipsarum miserabilium personarum patrimonio agitur.*
8 *Appellatione pauperum veniunt Hospitalia.*
9 *Collegia sortiuntur idem forum, quod persona sub illis comprehensa.*
10 *Personæ miserabiles quænam dicantur, arbitrio Iudicis relinquitur.*

DECISIO DCCCLXII.

FVit dubitatum in Signatura, nunquid hospitalia gaudeant priuilegio l. vnic. C. quan. Imp. int. pup. & vid. & ex tempore affirmatiue respondi, & nunc super hoc adhibito aliquanto studio intrepido affirmo, 1 hospitalia non secus, ac † communitates ciuitatum, castrorum, vel villarum, quibus passim ex stylo signaturæ, vt hoc vtantur priuilegio, conceditur, possint & ipsa hoc idem priuilegium allegare, & eo muniri, nam si censuit signatura ob id communitates dici comprehensas sub d. l. vnic. constitutione, quia in illis sunt pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ, licet etiam in illis adsint personæ, quæ non sunt miserabiles, cur non idē, & multo magis credere debet, respectu hospitalium, in quibus non solum adsunt prædictæ miserabiles personæ, sed imò ex ijs solis, & non ex alijs hospitalia ipsa consistunt, vt experientia docet, & facit tex. in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. vltra quod maius commodum sentiunt, vt singulæ miserabiles personæ ex redditibus ipsius hospitalis, vt quia omnes in eorum sustentatione integre debent expendi eleemosynæ, quia contigit de religiosis domibus, quam faciant singuli de vniuersitate ex patrimonio ipsius vniuersitatis.

Præterea considero, quod si Imperator in d. l. vn. circa fi. electionem priuilegiare intendit personas ibi enumeratas, nempe pupillos, viduas, diuturno morbo laborātes, & debiles, cœpit dicere, debemus priuilegiare, & noluisse hospitalia, nullas alias personas, quam miserabiles cōtinentia, tum quia reuera, nihil aliud hospi- 2 tale † quam ipsæ personæ miserabiles, vt in simili de vniuersitate scholarium dicit, scilicet in Auth. habita. nu. 39. ver. & pro hoc etiam facit, de foro comp. & in l. sicut. ff. quod cuiusque vniu. nom. tum etiā, quia dictæ personæ simul coadunatæ miserabiliores efficiuntur, participāte vnaquaque earum de proximi miseria, vti plura membra sub vno capite, & sicut bonū, teste Phi- 3 losopho, tanto est † melius, quanto est communicabile, ita & malum, ex communicatione fit multo deterius.

Nec quicquam facit, quod hospitalia suos habeant Rectores & Gubernatores, qui illa defendere possunt ita, vt ob id videatur cessare causa priuilegij, nam & communitates suos habent Syndicos, & officiales, & pupilli tutores, & nihilominus non administratorum vel tutorum habetur ratio, quominus gaudeant priuilegio d. l. vnica. propterea nec hospitalibus ad hunc effectum obesse debet, quod suos habeant Rectores 4 & quia ipsi † tutoribus æquiparantur. l. Orphanotrophos. C. de episcop. & cleric. Iapon. de Castr. de hospit. num. 1.

5 Imò omnia priuilegia concessa † hospitalibus, dicuntur concessa fauore & intuitu ipsorum pauperum, & eorum sustentationis, vt not. Bal. in l. omnis. in prin. C. de episc. & cler. ita vt non ipsorum administratorū, nec ipsiusmet Collegij ratio vlla fuerit habita, nisi quatenus in ipsarum miserabilium personarum commodum hæc redundaret, quorum gratia & ipsa hospita- 6 lia fuerunt † constructa, & tot priuilegijs diuersis temporibus ab Imperatoribus donata, vt in d. l. vnica. quæ quidem priuilegia non sunt coangustanda, sed amplianda, maxime, in signatura Papæ, ne dicatur summus Pontifex, quasi misericordiæ lumen claudere, se minus benignum velle probare dictis miserabilibus personis, miserātibus eorum gubernatoribus, ad eum, vt subleuentur, venientibus, quam fuerint Imperatores, dum eis tot priuilegia, gratias, & prærogatiuas cōcesserunt, & causæ hospitalium, vt causa miserabilium personarum & causa hospitalium eadem prærogatiua gaudeant, iuxta terminos, dicta l. vnic. C. quan. Imper. int. pupill.

Et certe dici debet, si vere amemus, quod quoties 7 agitur de patrimonio † hospitalium, quod vere agatur de proprio ipsarum miserabilium personarum patrimonio, non secus dicitur agi de patrimonio pupilli, licet per tutorem administretur, & per eum causa agitetur; Ex ipso enim hospitalium patrimonio solum ipsæ miserabiles personæ aluntur, & sustentantur, cessante in administratoribus, & in quibus suis alijs omni lucri spe, ... & principis indignatione. l. si quis ad declarandum, in fi. C. de episc. & cler. hinc cautum fuit, vt Rectores iuxta facultates hospitalium tot pauperes alere debeant, vt illæ integre in pauperum alimonia & sustentatione erogentur. dicta clem. quia contigit. de relig. domib.

Facit quoque, vt propius accedam, pro hac opinione, quod videmus, quod vbi agitur de pauperum fauore, qui non nisi miserabiles esse possunt. c. pauperes, 1. q. 3. l. necquicquam. §. aduersus. ff. de off. procons. eo- 8 rum † appellatione veniunt hospitalia, sic enim statuit Imperator, in d. l. si quis ad declinandam. §. vbi autem. C. de episcop. & cler.

9 Similiter facit, quod Collegia † idem forum, quod personas sub illis comprehensas sortiri videmus, hinc est, quod si collegia sint clericorum, Episcopus erit iudex, si laicorum, laicus erit quoque iudex, Doct. omnes in Auth. habita, maxime Bart. C. ne fil. pro patr. & late Soc. in c. 1. nu. 13. extra de foro comp. Franc. in rubr. de appel. nu. 36. vnde ex qualitate personarum forum cōsiderandum, sicut miserabiles personæ electionem habent principem, vel ordinarium adeundi, sicut vnum, vel alterum quod hospitalia miserabilibus personis referta, eligere possint, videtur omnino dicendum.

Tandem pro complemento facit, nam si arbitrio iu- 10 dicis relinquitur, † quænam dicantur miserabiles personæ, Leg. in d. l. vnica. C. quan. Imp. inter pupil. & vid. Canon. in c. significantib. de off. deleg. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 66. quis non arbitrabitur, inter miserabiles personas communicari hospitalia, cum in ijs nihil, quod non sit miserabile, inspiciatur, ita vt totius mundi miseriæ receptacula optime dici possent, quam tamen conclusionem pro nunc restringo ad illa hospitalia, quę per Rectores ad nutum amouibiles gubernantur, non autem ad illa, quæ in titulum beneficij, clem. 2. de præb. clem. quia contingit. de relig. dom. vel in Commendam, cum solita clausula, *quod Commendatarij suos faciant fructus*, conferantur, vel Ecclesiæ alicui vnita reperiantur, Felin. in c. de quarta. num. 4. de præscript. quæ potius nomine, quam re ipsa hospitalia ob corruptelam, nō solum nostrorum, sed etiam priorum temporum appellari possunt, Rebuff. in sua praxi. de commend. num. 17. cum li. 99. in ... alia erit facienda in fallendo consideratio circa fori præiudicium, & de ipso forsan censeri dici debet, quod de ecclesijs statutum reperitur, gl. in c. 2. de decim. sed de hoc alias maturius spectabitur, si opus fuerit.

Cæsaraugustana, Præeminentiarū. Lun. 19. Dec. 1558.

ARGVMENTVM.

Collegium, præcedens aliud collegium in processionibus, & in actibus publicis, præsertim si fiat multiplicatis vicibus, in possessione sua manutenendum est: eoque

magis, intercedente mandato. Aliud est in actis factis a priuato in priuatum.

SVMMARIVM.

1 *In possessione sua quis manutenendus est, nisi sint actus meræ facultatis, aut facti à priuato in priuatum.*

DECISIO DCCCLXIII.

Resolutum pro mandato de manutenendo in fauorem Capituli del Pilar, quoniã si non sunt † actus meræ facultatis, prout in actis factis à priuato in priuatum, & ita procedunt allegata in contrarium, secus hic, vbi vnum Collegium præcedit aliud in processionibus, & in actibus publicis, etiam multiplicatis vicibus, & ita fuit tentum in causa Regiensi, Præpositurę, coram Reuer. Patre Dn. Guiroga, non obstante consil. Ruin. 135. in 4.

Astensis, Sedis, Ven. 2. Decembr. 1588.

ARGVMENTVM.

Executio sententiarum ad fauorem Præpositi Ecclesiæ latarum restringi debet ad sedem, de qua agitur.

SVMMARIA.

1 *Sententiarum ex verbis nihil infertur, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur.*

2 *Executio sententiæ ad fauorem Præpositi sit cum suis iuribus, & pertinentijs.*

3 *Præeminentia & prærogatiua sunt synonyma.*

DECISIO DCCCLXIV.

Dedi dubium, in causa Astensi, Sedis, An executio sententiarum, ad fauorem Præpositi Ecclesiæ Astensis latarum, sit restricta, vel restringi debeat ad sedem, de qua agitur, vel potius huiusmodi executio ex iuris interpretatione fieri debeat, etiam in præeminentijs sedis, & in quibus. Et die Ven. 2. Decemb. circa primam partem Domini dixerunt, pro nũc executionem esse restringendam ad solam Sedem, quia Præpositus in suo libello petit se ad possessionem, & stallum, & sedem, & locum redintegrari, & restitui, protestãs, quod non intendit cumulare petitorium cum possessorio, & sententiæ restituunt ipsum ad possessionem sedis, de qua cõtenditur, iuxta ipsius requisita, citra tamen derogationem iurium ipsarum partium super prærogatiua dignitatis. Vnde executio restringenda est, ad actum sedendi tantum, Innoc. in c. in literis. num. 8. versic. vnde si talis spolietur. & in c. ex parte. num. 4. versic. & quod deberet, de restit. spol. Felyn. in c. auditis. num. 15. vers. consuetudo faciendi installationem. de præscript.

Maxime, cum in concursu Archidiacono Dn. Præpositus circa præeminentias & prærogatiuas, quas prętendit vigore dictæ Sedis habeat ius commune contra se, neq; probet illas exercuisse ante spoliationem, vti annexas Sedi. Quinimo etiam ante spolium Archidiaconus erat in quasi possessione illarum, Innoc. d. nu. 8. Fel. vbi supra nu. 19. Put. decis. 520. lib. 2. Abb. in c. 1. nu. 3. ver. dicit enim. & nu. 5. ib. quia de possessione de relig. dom. Rom. consi. 368. nu. 15. ver. & etiam illud. cũ multis relatis per Aym. de antiq. temp. in 4. par. §. 1. incipit, 1 transeo nunc. nu. 88. Et ex verbis sententiarum † non possumus aliquid inferre, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur. Bar. in l. Iulianus. de cond. indebit. Dec. consil. 522. incipit visis consilijs. in princ. Aym. vbi supra nu. 64. & 65.

Nec obstat, quod in executorialibus sit illa executio cum suis iuribus & pertinẽtijs, quia intelligitur de necessarijs & accessorijs ad actum sedendi, Aym. & relatis per eum, vbi supra nu. 66. vers. & tamen extenditur. & nu. 67. vers. octauo limitatur, vel debet intelligi de liquidis, non autem de liquidando, vt in hoc casu, Dec. & relati per eum vbi supra 113. vers. secundo quia nec differentia, quæ sit inter præeminentias, & prærogatiuas iure probatur, sunt potius synonyma.

Circa secundam partem, an executio sit facienda in præeminentijs, non fuit resolutum, sed Domini ordinarunt, vt prædictis sic stantibus, videatur de incensatione & osculo pacis, & super istis duabus præeminentijs partes particulariter informent.

Eadem, Lun. 27. Februar. 1589.

ARGVMENTVM.

An Præpositus Archidiacono præferendus sit in præeminentijs incensationum, & osculo pacis.

SVMMARIA.

1 *Archidiaconus primam dignitatem in Ecclesia post Pontificalem habet.*

2 *Dignitas consuetudine etiam acquiri potest.*

3 *Argui non potest ex possessione Sedis in choro, ad possessionem aliarum præeminentiarum, veluti annexarum sedi principaliori.*

4 *Possessio percipiendi decimas in territorio extenditur ad decimas fructuum alterius speciei nouiter in ijs locis sata dummodo alter non sit in possessione.*

5 *Præscriptio & possessio Præpositi quo ad sedem, nõ est extendenda ad præeminentias incẽsationis & osculi pacis.*

6 *Materia odiosa non extenditur, nisi ad possessa.*

7 *Incensatio & osculum pacis non datur gradatim, sed prout dignitas personarum, vel obseruantia introduxit.*

8 *Sedes Præpositi post Pontificalem est dignior.*

9 *Præpositus cum habeat iurisdictionem conuocandi Capitulum, præsumẽdus est in ceteris etiam habere maiorem præeminentiam.*

10 *In claris non est opus coniecturis.*

DECISIO DCCCLXV.

Dominus Præpositus Ecclesiæ Astensis obtinuerat redintegrari sedem, de qua agitur, fuit postea dubitatum, An extensio esset facienda in præeminentijs incẽsationum & osculi pacis, ita vt ipse in ijs Archidiacono præferri debeat, & non faciendam esse, Domini resoluerunt, quia inspecta iuris communis dispositione, huiusmodi præeminentiæ prius debentur Archi-1 diacono, qui primam † dignitatem in Ecclesia post Põtificalem habere dicitur, Rot. decis. 4. nu. 3. de elect. & 9. de præb. in Nou. Prætensio autem Præpositi funda-2 tur in consuetudine, cum † dignitas cõsuetudine etiam acquiri possit, Innoc. in c. de multa. circa fin. de præben. & bene in d. decis. 4. nu. 2. quo fit, vt tantum præscriptũ censeatur, quantum possessum, cap. sine possessione. de reg. iur. in 6. vbi Doct. Put. decis. 107. lib. 1.

3 Nec dicatur, quod ex possessione † Sedis in choro possit argui ad possessionem aliarum præeminentiarũ, veluti annexarum dictæ Sedi principaliori, per ea, quę not. Bald. in l. eos. C. de vsur. & facit text. in l. si aliena. §. 1. de vsuc. Felin. c. auditis. nu. 20. vers. quarta declaratio. de præscript. quia id procedit in connexis, & inseparabilibus, & in ijs, sine quibus principale aliquid operari non potest, Fel. vbi supra nu. 17. post princ. sed in principaliori loco sedere est dignitas, siue honor, arg. tex. in l. fi. C. de off. diu. iud. & facit illud Dn. Matthæi, videlicet, amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, vnde dici non potest, dictam Sedem prorsus absque aliquo effectu remanere.

Secundo respondetur præter id, quod Bal. loquitur, in iurisdictionalibus, cuius sibi dictũ locum vendicare alio possidẽte videmus infimali, quod possessio per-4 cipiendi † decimas in territorio extenditur ad decimas fructuum alterius speciei nouiter in ijs locis satæ, dũmodo alter non sit in possessione, & fuit dictum in Hispalensi decimarum. 10. Apr. 1567. coram Reuer. Patre D. Seraphino. Idcirco cum ex testibus præsertim 8. & 10. de anno 1579. pro Archidiacono examinatis, appareat, ipsum semper habuisse præeminentiam primæ dignitatis, dari solitam, propterea nullo modo præscri-5 ptio † & possessio Præpositi, quo ad sedem est extendẽda, ad prædictas præeminentias incensationis, & osculi pacis prædictæ, maxime, quia versamur in materia odiosa,

6 odiosa, † quæ non extenditur, nisi ad possessa, Fel. vbi supr.num.12.

Nec ad rem pertinet, quod dicti testes sint nulliter examinati, quoniam decisio etiam sine illis sustinetur, tum quia ita commune assistit Archidiacono, tum etiam, quia Præpositus nihil probat.

Non obstat indecentia, quæ consideratur, si primo præeminentiæ debeantur Archidiacono, in tertio loco sedenti, secundum prætensionem Præpositi, quia visus potest tollere illam, vt videmus in Cappella Sanctiss.

7 D. Nostri, quod incensatio, & osculum † pacis non dantur gradatim, sed pro vt dignitas personarum, vel obseruantia introduxit.

Non obstat, quod Archidiaconus fateatur, Sedem

8 Præpositi, † post Pontificalem esse digniorem, quia contra hanc confessionem multa deducuntur, ex quibus turbida redditur talis confessio, ideo in petitorio super illa agendum erit.

Non obstat, quod Præpositus habeat iurisdictioné

9 conuocandi † Capitulum, quocirca præsumendus est in ceteris etiam habere maiorem præeminentiam, per Aret.consil.13.num.... versic. vel saltem. quia hoc tangit petitorium, & quicquid sit alio possidente, dicta præsumptio non intrat, per supradicta. Quod enim sentit Aret. forsan procedit, quando in contrarium nihil apparet, sed hic vltra prædicta deducuntur nonnullæ promissiones, in quibus.... pro tempore facti sunt.... non esse primam dignitatem, post Pontifica-

10 lem. Ideo succedit regula vulgaris, quod in † claris non est opus coniecturis.

G Y P S I I.

Astensis, Sedis, Mercur.26.Febr.1597.

A R G V M E N T V M.

Prærogatiuæ debentur Præposito, tanquam digniori ceteris.

S V M M A R I A.

1 *Sedes Præpositi est dignior ceteris. Consequens igitur est, vt eidem primo loco debeantur prærogatiuæ, videlicet, osculum pacis, incensatio, & aliæ similes.*

2 *Prærogatiuarum in materia statur consuetudini.*

3 *In honoribus deferendis statur consuetudini.*

DECISIO DCCCLXVI.

QVæsitum fuit, An præeminentiæ, de quibus agitur, pertineant ad Sedem inscriptam Sedi Præpositi, ad effectum, vt debeantur Præposito, in ea existenti, & deberi, vna tantum parte informante, conclusum fuit, quoniam stante alia resolutione in hac causa facta, sub die 9.Iun.ann.1593. quod dict. Sedes sit di-

1 gnior ceteris, consequens est, vt eidem † primo loco debeantur istæ prærogatiuæ, videlicet, osculum pacis, incensatio, & aliæ similes.

Maxime, quia testes, quorum Summarium datur,..

2 & 4.super 5.dicunt, quod existenti in Sede † deferun-

3 tur prima honores, & in hac materia † statur consuetudini, Turrecr. in c.prælectis. §. si sunt. dist.25. cum alijs per me in d.decisione citatis.

Et prædicta coadiuuantur, ex dispositione iuris communis, cum dicta sedes sit prima post Pontificalem, à latere dextro ipsius Episcopi, & ipsi primo loco debeantur dicti honores, iuxta text.in l.decernimus. & ib.Bald.in 3.not. C.de sacros.eccl. Scribent.in rubr. de maior.& obed. & fuit decisum, coram Domino Penta, in Calagurritana, præeminentiarum, 31.Ian. præteriti, non videtur dubitandum, quod eidem tanquam digniori competant dictæ præeminentiæ, siquidem ex huiusmodi ordine distinguuntur prærogatiuæ. Rot. decis.17.de concess.præb.in nou.

Nec dicatur, sententias ad fauorem Præpositi latas, non loqui de istis præeminentijs, quia contrarium est verius, & vti accessoriæ ipsi debentur, per supra deducta, & facit Alex.cons.29.nu.6.lib.5.

Et quod dictæ sententiæ sint intelligendæ, de istis præeminentijs, suadetur ex eo, quod mandant Præpositum restitui ad possessionem Sedis, iuxta petitionem in eius libro contentam, in quo huiusmodi præeminentiæ notantur.

G Y P S I I.

Astensis, Sedis, Merc.9.Iun.1593.

A R G V M E N T V M.

Sedes Præpositi an sit dignior & præeminentior ceteris, & an primum locum, & stallum in choro obtineat.

S V M M A R I A.

1 *Prærogatiuarum in materia plurimum defertur consuetudini.*

2 *Canonici antiquiores sunt digniores.*

3 *Concordia non datur inter principalem, & testem.*

DECISIO DCCCLXVII.

ERat lis inter Archidiaconum, & Præpositum Ecclesiæ Astensis, super quibusdam præeminentijs, ac prærogatiuis, propterea contigit dubitari, An constaret, sedem inscriptam sedes Præpositi, esse digniorē, & præeminentiorem, & primum locum, & stallum in choro dictæ ecclesiæ Astensis obtinere. Domini dict. die affirmatiuam amplexi sunt. Resolutionis ratio fuit, quia præter id, quod in hac materia plurimum

1 defertur † consuetudini, Bald.in cap.cum olim.de consuet. & de Archidiacono tenet gloss. in cap. adhæc. de excess.præl. Cardin.qui alios citat cons.62.in pr. Natt. consi.177.& fuit dictum, in vna Ottolensi, iuris sedendi, de anno præterito 1.Dec. coram Reu. Patre Domino Blanchetto, & testes de ea ad fauorem Præpositi deponunt, quia dicunt, hanc sedem semper fuisse tentam & reputatam pro digniori, & principaliori, & alia etiā pro parte Præpositi afferuntur, ex quibus res satis clara redditur. Nam constat, dictam sedem ante mutationem chori fuisse primam à manu dextra, in ingressu, & post illius mutationé esse primam à latere dextro Sedis Episcopi, ideo dignior reputatur, quia ceteris præfertur, l.1.& 2.de alb.scrib.tenuit Rot. apud Illustr.Card. Lancellot. in vna Vardunensi, Decanatus, 4.Iun.1579.& deductum fuit in dicta Ottolensi.

Secundo ponderatum fuit, quod licet Sedes Archidiaconi sit proximior Altari, tamen celebrantes soliti sunt sedere in hac Sede Præpositi, ex quo datur intelligi, hoc fieri ratione maioris dignitatis, cū alias propter maiorem commoditatem deberent sedere in sede Archidiaconi.

Tertiò, ex ordine sedendi in choro, siquidem post

2 hanc Sedem successiue sedent † Canonici antiquiores & sic digniores, ad gl.in c.cum in tua.de consu.in 6. Tiraq. de retract.primog.q.60.nu.7.

Et tollunt omnem difficultatem Confessiones d. Archidiaconi, in schedula appellationis, & in plurib. alijs scripturis ab Informantibus citatis, vt in summ. nu.5.7.8.9.& 10.ex quibus clare constat, hanc esse primam & principaliorem Sedem in choro, & quod veritas ita se habeat, suadetur ex facto dict. Archidiacon. qui spoliauit Præpositum dicta Sede, quā vti digniorem ad se pertinere dicebat.

Nec Archidiacono suffragari potest, huiusmodi cōfessiones fuisse reuocatas, quia cum sint plures geminatæ, & à parte acceptatæ, reuocari non potuerunt, maxime, quia de errore non apparet, sed potius de earum veritate, cum semper hac prætensione Archidiaconi de anno 1508. fuerit pronunciatum, & assignata dicta Sedes Archidiacono, vti dignior.

Non obstat, quod Sedes Archidiaconi sit proximior Sedi, in qua Episcopus Pontificalibus indutus permanet, quia Sedes est disiuncta à choro, & inter hanc Sedem Episcopi, & illam Archidiaconi adsunt columnæ Ecclesiæ, sedilia laicorum, & alia intermedia, ex quib. dignoscitur, quod Sedes Archidiaconi non est posita

ibi

ibi ratione maioris dignitatis & præeminentiæ. Et hoc etiam patet, quia est in fine vnius chori ipsius chori, & si diceremus, illam esse primam, sequeretur absurdum quod vltimi Canonici sedendo, præcederent antiquiores, & etiam ipsos dignitatis.

Non obstant testes pro Archidiacono examinati, quia licet conentur probare, quod Archidiaconus assistebat Episcopo, in choro à manu dextra, & quod ante præpositum percipiebat candelas, palmam, pacem, & alias prærogatiuas, tamen nihil faciunt ad hoc propositum, tum quia loquuntur de moderno Archiepiscopo, qui Præpositum spoliauit, tum etiam, quia cum deponant contra confessiones Archidiaconi, non est illis credendum, Alex. cons. 99. nu. 24. lib. 5. Soc. consil. 44. nu. 4. lib. 4. Aym. cons. 171. nu. 10. cum inter principalem, & testem non detur † concordia, Bart. in l. 2. nu. 8. & ib. Ias. num. 11. si cert. pet. Fel. post Innoc. in c. cum contingat. nu. 6. de offic. deleg.

3

Præterea de prædictis præeminentijs hodie nō quæritur, & possunt hæc simul stare, quod illæ debeantur Archidiacono, tanquam maiori dignitati, & tamen respectu loci & Sedis in choro, de qua agitur, Præpositus præfertur Archidiacono, quod fieri potest ex aliqua causa, vt per Host. in c. in decorem. de ær. & qual. cū alijs citat. & dixerunt Domini in dicta causa Ortolensi, Iuris sedendi. Alij testes non concludunt, & loquuntur de iudicio suo, & auditu.

Cetera, quæ pro Archidiacono afferuntur, ad ostendendum, quod eius dignitas est prima, & principalior in ecclesia, & in terminis iuris communis non sunt attendenda, quia sunt extra dubium.

M E L L I N I.

Placentina, Castri, Merc. 4. Iul. 1601.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo possessione Castri cur non detur.

S V M M A R I A.

1 *Verbalis reproductio citationis sufficit ad effectum validitatis processus, cum realis reproductio postea sequuta retrotrahatur ad diem termini.*

2 *Exceptio periurij repellit agentem à limine iudicij.*

3 *Clausula constituti operatur, vt constituenti non detur mandatum de manutenendo contra illum, cuius nomine constituerit se possidere.*

4 *Constituti validitas, vel inualiditas pendet à validitate vel inualiditate contractus, qui est in controuersiam deductus.*

D E C I S I O DCCCLXVIII.

FVit per Dominos resolutum, Comiti non esse dandum mandatum de manutenendo, in possessione Castri, quia licet sufficiat verbalis reproductio † citationis ad effectum validitatis processus per contradictas, cum realis reproductio postea secuta retrotrahatur ad diem termini, vt fuit resolutum in causa Burgensi, quindemiorum, 5. Mart. 1599. coram bon. mem. Orano, & ideo testes sunt valide examinati, qui bene probant possessionem istius castri ad fauorem Comitis, tamen ei obstat exceptio periurij, quæ repellit agentem à limine † iudicij, l. si quis maior. C. de trans. Fel. in c. dilecti. nu. 2. de except. & absolutio Vicarij, quæ datur, non est sufficiens, quia cum in instrumento cōtineatur triplex iuramentum, de obseruando instrumentum, de non petendo absolutionem, & de ea obtenta non vtendo, non sufficit simplex absolutio, sed est necessaria in specie ab omnibus iuramentis, Bald. in l. 2. num. 9. ff. de iureiur. Rom. q. 326. Fel. in c. constitutos. nu. 14. de rescr. & fuit resolutum in causis, Romana donationis, de Cincijs. 20. Nou. 1585. corā Reu. Patre Domino Seraphino, Clusina Pensionis, 20. Iun. 1590. coram Illustr. Card. Plato, & Veliterna, affictus. 30. Iun. 1599. coram Domino Corduba, & ideo, nisi ostendatur alia absolutio magis specifica, ista ei non suffragatur. Obstat etiam alia exceptio defectus transportationis actorum, quia vltima commissio habet clausulam, quod si, & postquā Michaelem in primis, & ante omnia purgata fuerint attentata, procedatur perinde, ac si prima, & secunda Commissio essent signatæ, cum clausula, *sine retardatione solutionis census, arbitrio Rotæ*, & cum ista vltima commissio sit attendenda, in primis necessarium est firmare, an adsint, vel non adsint attentata, & an procedendum sit retardata solutione, & ad istum effectum etiam, quod nō versemur in causa appellationis, est necessaria transportatio actorum, ex natura ipsius negotij, cum ista non possint firmari, nisi visis actis. Aliud fundamentum, quod Comiti non possit dari mandatum de manutenendo propter clausulam constituti, † quæ operatur hunc effectum, vt constituenti non detur mandatum de manutenendo, contra illum, cuius nomine constituerit se possidere non placuisse Dominis, quia cum validitas, vel inualiditas constituti † pendeat à validitate, vel inualiditate contractus, qui iam est in controuersiam deductus, interim donec fuerit terminata lis, super inualiditate contractus, virtus constituti est suspensa, Dec. q. 400. sub nu... 9. vers. 4. respond. & fuit resolutum in causa Romana, de Zambeccatijs, 10. Mart. 1589. coram Dn. Episcopo Perusino, & ideo si aliud nō obstaret, Comiti esset dandum mandatum de manutenendo, cum probat suam possessionem etiam post contractum.

3

4

Quo ad alia iura, Domini dixerunt, non probare prætensam ratificationem, quia est quædam assertio ipsiusmet Francisci, & quia etiam iam Didacus contradixerat, & contestatus fuerat litem, super nullitate resignationis, & pendente hac lite fuit coactus defalcare illam ratam.

A R R I G O N I I.

Bononiensis, Restitutionis dotis, 14. Martij 1594.

A R G V M E N T V M.

Vxor potest agere ad restitutionem dotis, ex quo maritus cessauit in solutione alimentorum per annum.

S V M M A R I A.

1 *Pactum, dotem restituendam esse, in casu cessationis in solutione alimentorum per annum, est validum, & in euentum non solutionis resoluit contractum.*

2 *Purgatio moræ cessat in contractu, qui resoluitur propter pactum expressum.*

D E C I S I O DCCCLXIX.

FVit resolutum, Dominam Lisiam posse agere ad restitutionem dotis, de quo Dn. Constantinus cessauerit in solutione alimentorum per annum, & in casu talis cessationis extat pactum expressum, dotem restituendam esse, quod pactum est † validū, & in euentum non solutionis resoluit contractum. l. si quis hac lege. ff. de rei vendicat. l. commissione. C. de pactis, inter emptor. & vendit.

1

Nec propter exactionem nonnullorum terminorū pro alimentis Dominus Lisia sibi præiudicauit, quia expresse fuit cōuentum, quod si cessaretur per annum in solutione, quod posset peti dos, & quod interim donec fuerit integraliter restituta, solui debeat illa annua prouisio pro alimentis, quo casu, quando reperitur apposita huiusmodi conuentio quod possit peti vtrumque per receptionem non censetur renunciatum vt in simili faciunt tradita per Bart. & Paul. de Castr. & alios in l. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. cum alijs per Bero. in consil. 200. num. 13. & 14. cum seqq. lib. 1. & eo minus dicendum est, Dominam Lisiam noluisse renunciare, quia expresse vtrumque simul petijt, nempe dotem suam, & annuam prouisionem pro alimentis.

Nec sumus in casu, in quo sit locus purgationi mo-

tæ, quia sumus in † contractu, qui resoluitur propter pactum expressum, in quo cessat talis purgatio. Put. in decis. 11. de transact. decis. 66. lib. 3. Ant. August. tit. de transact. num. 18

ARRIGONII.

Vrgellensis, Beneficij, 16. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Attentata reuocanda sunt cum possessio est capta appellatione pendente.

SVMMARIA.

1 *Subrogatus eadem censetur persona cum eo, in cuius locum est subrogatus.*
2 *Attentata vltima in primis & ante omnia purganda sunt.*
3 *De attentatis vsque ad sententiam semper opponi potest.*
4 *Constat de non iure alicuius, ex quo non sit legitimæ ætatis.*
5 *Dici non potest, constare de non iure alicuius, quousque ille potest de suo bono iure docere.*

DECISIO DCCCLX.

FVit resolutum, constare de attentatis, cum possessio fuerit capta appellatione pendente, & consequenter reuocanda esse, & sententiam vltimo latam, confirmandam.

De appellatione non potest dubitari, quia vltra ea, quæ fuerunt deducta coram Dom. Orano. de illa hodie constat per instrumentum productum, quod est in forma probante, & constat etiam de mandato sufficienti illius, qui appellauit, de quo potest obijcere quandocunque. Rot. in dec. 19. de proc. in antiq. Cresc. io decis. 18. nu. 102.

Non obstat, non posse dici constare de attentatis, respectu possessionis captæ per Dominum Iacobū, quia licet etiam illius possessio possit dici attentata, prout nonnulli ex Dominis dicebant, ex quo non satis fuit fecisse mentionem de lite in genere, sed erat etiam exprimendus illius status, tamen hanc difficultatem fuit dictum cessare, quia possessio Pauli, ad quam fuit subrogatus ipse Iacobus, erat attentata, & vitiosa, & sic sicut dicebatur vitiosa penes suū auctorem, & ita quoque penes ipsum, cum subrogatus † censeatur eadem persona cum eo in cuius locum est subrogatus Chisam. in decis. 184.

Neque obstat, possessionem quoque Domini Laurentij fuisse attentatam, quia an hoc sit verum, est alterius inspectionis, nec etiam transit sine difficultate, cum Paulus, & Iacobus non essent in illa lite, tamen Domini dixerunt, ista vltima † attentata, inprimis & ante omnia esse purganda, c. fin. de cogn. Rot. in decis. 27. in fin. de appell. in nou.

Nec potest dici, Laurentium iudicio attentatorum renunciasse, quia per illam comparitionem non fuit resolutum, sed tantum dictum, quod super vtroque poterat procedi, imò † semper tam ante, quàm postea fuit protestatum, & oppositum de attentatis, & iudex etiam secundæ instantiæ illa reuocauit in sua sententia, & nullum dubium est, vsque ad sententiam semper posse opponi de attentatis. Rot. in decis. 4. vt lit. pendent. in nouis. Couarr. pract. quæst. capit. 23. prop. fin.

Prout nec etiam potest dici constare de non iure Laurentij, ex quo non esset † legitimæ ætatis, & quod habeat plura beneficia incompatibilia, cum isto, de quo agitur quia dato, quod hoc esset probatum, non per hoc sequitur, posse dici constare de non iure, quia potest in alio iudicio doceri de contrario, vel exhiberi dispensationes, & ideo non est retardanda purgatio attentatorum, prout etiam fuit dictum in causa Romana Casalis, 24. Nou. 1581. coram Sanctiss. nam dicere solemus, non potest dici constare † de non iure alicuius, quo vsque ille potest de suo bono iure docere, Aegid. in decis. 103.

Neque obstat, non constare, Laurentium vnquam fuisse in possessione, quia satis de illa constat ex lectura prouisionis Pauli, vbi hoc fatetur, & idem probatur ex articulis, datis coram Canonico Bioner. Iudice delegato, & præsertim ex articulo 8. & ex instrumento adeptæ possessionis, de quo in processu de partibus, coram Vincent. fol. 51.

ARRIGONII.

Romana, dotis, 23. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Locationes non probant verum annum affictum.

SVMMARIA.

1 *Res tanti valet, quantum ex illa spacio 20. annorum percipi potuit.*
2 *Locationes concludenter non probant veros annuos fructus.*

DECISIO DCCCLXXI.

FVit resolutum, non constare, vineam & domos datas in solutum, esse minoris valoris scut. 3000. nec probari ex quibusdam apochis, vel arendamētis, quia licet soleat dici, rem † tanti valere, quantum ex illa spacio 20. annorum percipi potest, & possit etiam responderi, illam probationem non excludere indifferenter in omnibus bonis, & locis, & esse periculosam, vt late post Cagn. in l. 2. sub num. 233. C. de resc. vend. tamen fuit dictum, dato quod concludat, non per hoc illas locationes, seu arendamenta, in casu, de quo agitur, probari verum annuum affictum, nec veros illius annuos fructus qui ex illis bonis percipi potuissent, sed probare tantum affictum contentum. Cassad. dec. 20. ante num. 2. super reg. Sar. reg. de valor. q. 11. & ita in vna Neapolitana, census coram Lauretano, 4. Dec. in qua prætendebatur, ex locationibus probari, quanti reditus ex certis bonis, spacio 20. annorum, percipi potuissent, fuit dictum, locationes non † probare concludenter veros annuos fructus. Nā fieri potest quod quis locet pro minori pretio ratione amicitiæ, vel parentelæ, vel miserationis causa, vel quia nesciat gerere negotia sua, & vt probatio nō concludit, satis est, quod aliquid fuerit possibile, Paul. Castr. in l. pen. §. docendum. num. 4. ff. ne quis cum eo. Decian. cons. 57. nu. 9. vers. præterea.

ARRIGONII.

Seguntina, Dimidiæ annatæ, 17. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Indultum Papæ non est restrictum ad beneficia spectantia ad collationem Episcopi, sed comprehendit etiam illa, quorum prouisio spectat ad Capitulum, vel quascunque alias personas.

SVMMARIA.

1 *Verba prouisionis & dispositionis sunt generalia, & comprehendunt tam collationem, quàm præsentationem, & institutionem.*
2 *Obseruantia subsequuta dicitur optima interpres priuilegij præcedentis.*

DECISIO DCCCLXXII.

FVit resolutum, indultum non esse restrictum ad beneficia spectantia ad collationem Episcopi, sed comprehendere etiam illa, quorum collatio, siue institutio, vel prouisio spectat ad Capitulū, vel quascunque alias personas, quicquid sit de indulto Iulij II. & hoc colligi, de indulto Leonis, quod venit ad illud ampliandum, & extendendum, & habet verba prægnantissima, & indefinita, & non limitata ad aliquam personam, vt in illis verbis beneficiorum, quorumlibet primi anni, à die prouisionis, vel alterius dispositionis pro tempore faciendæ, & nulli dubium est, omnia dici beneficia siue ad Episcopum, siue ad alios spe-

ctet

ctet collatio, vel institutio, nec etiam sunt restricta ad collationem, cum illa verba † prouisionis & dispositionis sint generalia, & comprehendant tam collationem, quam præsentationem, & institutionem, glo. in clem. fin. verb. prouisionis. de elect. & omnem etiam difficultatem tollit obseruantia subsecuta, quæ dicitur † optima interpres priuilegij præcedentis, Aret. consil. 11. colum. 3. vers. sed limita. Corn. consil. 195. num. 10. volum. 2.

ARRIGONII.

Placentina, Canonicatus, 17. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo dari non potest ei, cuius possessio vitiosa est.

SVMMARIA.

1 *Possessio cuius vitiosa est, illi mandatum de manutenendo dari nequit.*
2 *Possessio capta vigore subrogationis est vitiosa.*
3 *Sequestrum manet firmum, ex quo possessio non est bona.*

DECISIO DCCCLXXIII.

DOmini dixerunt, Petro non posse dari mandatū de manutenendo cum illius possessio † sit vitiosa, l. 1. in pr. ff. vti possid. §. hodie tamen. Inst. de interd. Nam possessio capta vigora cuiusdam mandati iudicis confidentiarum, fuit capta lite pendente in Rota, quæ dicitur vitiosa, & non solum non est manutenibilis, sed est reuocanda. Rot. decis. 3. vt lit. pend. in nou. & decis. 3. eod. tit. in antiq. Cassad. decis. vlt. nu. 4. & 5. de caus. poss. & propr. nec fuit apprehensa Capitulariter Cassad. in decis. 8. eod. tit. de caus. poss. & propr. Paleott. decis. 133. & erat etiam plena non expulso possessore, d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss.

Alia possessio capta vigore subrogationis † gratiosæ, etiam ipsa fuit vitiosa, & non attendenda, & ideo per Reu. patrem Dominum meum Oranum fuit sequestrata, Vltra quod nec etiam Informantes pro Petro super ea faciunt aliquod fundamentum.

Circa secundam partem dubij de mandato de immittendo, nihil fuit resolutum, sed dictum, ex quo possessio Petri nō est † bona, remaneat firmum sequestrum, & postea videbitur, an prædictum mandatum erit dandum.

GYPSII.

Barensis, Beneficij. 14. Dec. 1598.

ARGVMENTVM.

Manutenendus est is, cuius anterior possessio probatur per instrumentum publicum.

SVMMARIA.

1 *Possessio acquisita dici non potest, possessore non expulso.*
2 *Possessio tradita vt sustineatur, opus est vt fiat vocato possessore.*
3 *Clausula, vocato possessore, operatur quod iudex ad executionem tantum procedere possit seruato ordine iudiciario.*

DECISIO DCCCLXXIV.

COnclusum fuit pro Informante, Hieronymum esse manutenendum, quia eius anterior possessio probatur per instrumentum publicum, sub die 1. Iul. 1593. possessio verò Leonelli, qui beneficium certo modo impetrauit, fuit de anno 1594. & instrumentalis, quæ alio possidente non est manutenibilis, siquidē non expulso † possessore dici non potest acquisiuisse possessionem, l. si colonus. vbi Alex. & alij. de acquir. poss. Dec. cons. 103. num. 1. vers. sed tamen his non obstantibus, Aff. decis. 325. Caputaq. decis. 333. p. 2.

Maxime, quia tradita fuit possessio Leonardo, non vocato Hieronymo possessore, † prout opus erat. c. licet Episcopus. de præb. & dign. lib. 6. & in literis impetrationis Leonelli aderat, vt dicitur, clausula vocato possessore, quæ operatur, † quod iudex ad executionem tantum procedere possit, seruato ordine iudiciario, Rot. decis. 30. de rescript. in nou. fuit dictum coram Reuer. Patre Dom. meo Corduba, in vna Leodiensi, census, 15. Ian. 1597.

GYPSII.

Beneuentana, donationis, seu territorij, 3. Ian. 1585.

ARGVMENTVM.

Donatio inter viuos facta filio legitimo, & naturali valet.

SVMMARIA.

1 *Quilibet de re sua disponere potest.*
2 *Disponere de territorio dotali vxori licet, dūmodo vsusfructus illius nulli debeatur.*
3 *Mater filio donare potest donatione inter viuos.*

DECISIO DCCCLXXV.

CIrcumscriptis exceptionibus, quæ aduersus instrumentum donationis forsan adduci possent, quia vna pars tantū informabat, placuit Dominis, regulam firmare in hac materia, donationem inter viuos ab Illustriss. Domina Feliciana, Domino Alphonso Daciolas, eius filio legitimo, & naturali factam, cōtemplatione matrimonij contrahendi, per dict. iura valere, siquidem de re sua † quilibet disponere potest, l. in re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de cōtrahend. empt. cum vulg. iniquum est enim, ingenuis hominibus rerum suarum liberam non esse alienationem, vt inquit text. in l. 2. in fin. ff. si quis à par. manum. fuer. Dec. cons. 426. num. 2. & facit text. in l. verbis legis 12. tabul. de verb. sign. quin imò, si territorium donatum dotale fuisset soluto matrimonio, dummodo † vsusfructus illius nulli deberetur, prædicta Domina Feliciana etiam patre inuito de eo libere disponere valuisset, Bald. in l. quod. colum. 3. vers. non obstat, ib. & ideo mulier Cod. de bon. quæ liber. Paris. cons. 157. num. 17. volum. 4.

Et quod mater † possit filio donare, satis probatur in iuribus per Informantes allegatis, præsertim in l. fin. Cod. de donat. quæ sub mod. & in l. velles. tit. seq. & bene in Auth. vt lic. matr. & au. in pr. cum ib. not.

Eadem, coram Eodem, 11. Octob. 1585.

ARGVMENTVM.

Donatio, quamuis insinuata non fuerit, valida est.

SVMMARIA.

1 *Donatio, cui donator cum iuramento expresse renunciauit, insinuatione non indiget.*
2 *Iuramentum insinuationis defectum in donatione supplet.*
3 *Matri licet donare filio territorium dotale, dummodo ad eius liberam dispositionem territorium donatum spectat.*
4 *Præsumitur pro insinuatione, eam factam esse.*

DECISIO DCCCLXXVI.

PLura fuerunt in medium adducta, propter quæ Rota censuit, donationem, de qua agitur, quamuis insinuata non fuerit, sustineri posse, præsertim quia Domina Feliciana cum iuramento expresse illi renunciauit, quo fit, † vt donatio insinuatione indigere non videatur, Tiraq. in præfat. l. si vnquam. num. 143. de reuoc. donat. Clar. qui de communi attestatur in §. donatio. quæst. 10. versic. retenta igitur. Chisan. decis. 50. incipit donatio. sæpiusque sic decisum fuisse meminit Verall. decis. 286. p. 1. in impr.

Eoque magis, hoc decisum venit, cum donatio matrimonij contemplatione facta extiterit, Dec. cons. 31. num. 169. cum duob. seqq. lib. 1.

Tollitur insuper huiusmodi obiectum, ex eo, quod iuramentum † insinuationis defectum supplet secundum Scribent. quos Gabr. congerit de don. conclus. 1. num. 66. hancque magis communem opinionem esse

voluerunt

voluerunt Abb.conf.41.nu.20. Rol.39.nu.38.in princ. & nouissime Aquil. inter commun. opin. in verb. donatio inter viuos.colum. 2.versic.tamen prima sententia. & opin. 212. num.5. cum alijs ab informantibus cumulatis.

Nec dicatur, prædictam magis communem opinionem in alterius præiudicium locum non habere, vt scripsit Soc.iun.conf.69.num.49.vol.1.quam referunt Gabr.d.concl.num.68.vt dicunt nouiss. in supra citatis locis, quoniam hoc forsan procederet, si donatio Illustriss. Domino Alphonso primogenito facta principaliter,& non secundario in detrimentum aliorum filiorum cederet, in quibus terminis Soc.consuluit, vt clare dignoscitur ex cap.2. de pact. in 6. ab ipso alleg. vbi glo. fin. quam vti singularem notandam dicunt ibi Gem.nu.21.& Franc. nu.14.ista declarat, & nonnulla exempla ponit, sed in hac facti specie præsupponitur, sicut de mense Iun. præter. resolutum fuit, matri li-
3 cuisse † filio donare dummodo ad eius liberam dispositionem territorium donatum spectaret.

Et in omnem euentum, cum ante motam litem,40.
4 ferè anni lapsi sint, hæsitari nequit, pro † ipsa insinuatione præsumendum esse, Put.decis.136.lib.2.cũ sim.

Quæ verò de constitutione Regni & donationis simulatione objiciuntur, placuit Dominis, ea pro nunc circumscribi.

Eadem, coram Eodem, 26.Febr.1586.

ARGVMENTVM.

Consuetudo si extat in loco in scriptis redacta, quod mulieres filios habentes possint de dotibus suis, & alijs sibi obuenientibus ab agnatis vel cognatis iure successionis vel titulo lucratiuo de decem partibus in sua vltima voluntate vnam tantum relinquere, an tali consuetudini locus sit, ad effectum vt donatio per mulierem facta sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo ciuitatis vnius ad alias ciuitates se extendere nequit.*

2 *Consuetudo aut statutum excludens personas non extenditur ad bona extra territorium.*

DECISIO DCCCLXXVII.

Extat consuetudo in ciuitate Neapolitana, in scriptis redacta, quod mulieres filias habentes, possint de dotibus suis,& alijs sibi obuenientibus ab agnatis, vel cognatis iure successionis vel titulo lucratiuo de decem partibus tantum relinquere, quamobrem fuit dubitatum, an d.consuetudini locus esset,ad effectum, vt donatio per Dominam Felicianam facta sustineatur.

Domini dicta die, vna parte tantum informante,cũ præsupposito, quod bona donata sint in territorio Beneuentano, resoluerunt, consuetudinem prædictam locum non habere, quia ex dispositionibus Regis Caroli,vt in illarum procemio,in cap.per quod authoris nomine legitur, factis clare patet eam duntaxat in dicta Ciuitate Neapolitana, eiusque districtu vim,& ro-
1 bur habere, idcirco † ad alias ciuitates se extendere nequit.Paris.consil.12.num.8.lib.3. quæ Regis dispositio eo magis est attendenda, cum sit conformis Iuri communi, vt per Aym.conf.30.per tot. & facitur traditis per Gozad. conf.419. Roland.consil.80. num.27.
2 num.4.cum alijs adductis,siquidem † consuetudo aut statutum excludens personas, non extenditur ad bona,extra territorium, Put.decis.10.de constitut.m fin. Alb. consil.23. dicentes nullum habere difficultatem. Gabr.de stat.concl.9.

Eadem, coram Eodem, 2.Maij 1586.

ARGVMENTVM.

Consuetudo loci alicuius excludens personas,non se extendit ad bona extra territorium eiusdem loci situata.

SVMMARIA.

1 *Verba illa in instrumento posita, salua semper potestate testandi, & relinquendi secundum consuetudinem loci,ius disponendi ad limites consuetudinis reseruant. Ratio.1.*

3 *Aduersatiua solum aduersatur casui, quem determinat in eisdem.*

DECISIO DCCCLXXVIII.

CVm diebus præteritis in hac causa Rota responderet,consuetudinem de qua agitur, ad bona extra territorium Neapolitanum situata, non se extendere, dubitari postea contigit, An stante instrumento dotis, ac testamento Dominæ Felicianæ dicta consuetudo in hac facti specie, locum sibi vendicare posset. Et Domini, præsupposita dicta decisione & circumscripta consuetudine,quæ nuncupatur *alla noua manera*, partẽ negatiuam, sine difficultate secuti fuit, quo-
1 niam illa verba dicti instrumenti,salua semper † potestate testandi, relinquendi Felicianæ, secundum dictã consuetudinem,&c.ius disponendi à...limites consuetudinis præseruant, Crau.conf.144.num.15. siquidem
2 reseruatio ius † nouum non tribuit, sed solum reseruat illud, quod prius competebat. Angel. in l.omnes. C.de præsc.30.vel 40.annor. Ruin.consil.99. nu.10.li.1. Put.decis.197.in pr.

Eoque magis,hoc suaderi posse videbatur,quia esto millies, quod dicta verba restrictionem inducant tamen huiusinodi restrictio de dispensatione per viam testamenti, & vltimæ voluntatis, intelligenda esset, quo fit, vt per donationem inter viuos, de prædictis bonis absque dubio licite disponeret, secundum Cranett. consil.307. num.5. & in terminis bene deducit Alexand.consil.54. num.5.lib.7. vbi ponderat verbum relinquendi, late Rim.iun.consil.42.num.104.vol.1.

Non obstat aduersatiua, quæ ex eo deprehenditur, quod Dominæ Felicianæ facultas data fuit disponendi de dote materna tam inter viuos, quàm in vltima voluntate,quasi quod ex hoc dignoscatur,fuisse de mente concedentis, non posse de certis bonis, nec inter viuos disponere,cum aduersatiua in iure & in facto præcedentibus aduersetur.Bart.in l.Iulius.§.qui habebat. ad Treb. cum sim. quia aduersatiua solum aduersatur
3 casui, quem † determinat in eisdem, gloss. in l.si marit. C. de adult. Corne.consil.186.num.5. circa med. lib.3. Decian. consil.561. num.3. sed in præcedenti casu,restricta erat dispositio ad vltimam voluntatem, vt dixi,ergo non debet ad actus inter viuos se extendere. Cetera quæ objiciuntur, non tangunt præsentem difficultatem.

Eadem coram Eodem,18.Iun.1586.& 16.Ian.1587.

ARGVMENTVM.

Donatio facta iuxta consuetudinem loci an nulla dici possit.

SVMMARIA.

1 *Verbum disponere vltimæ voluntati propriè adhibetur.*

2 *Statutum vel consuetudo,qua cauetur, mulieri cum liberis non licere de dotibus disponere, non extenditur ad donationem inter viuos.*

3 *De medio idem iudicatur,quod de duobus extremis.*

4 *Pacta in capitulis matrimonialibus non solent apponi, quod mulier non possit post mortem viri de dote inter viuos disponere.*

DECISIO DCCCLXXIX.

COnsuetudine nobilium Capuanæ & Nidi Ciuitatis Neapolitanæ quæ vulgo nominatur *alla noua manera*, cauetur, mulieri cum liberis non licere de dotibus disponere, nisi de decem partibus, sine liberis verò,de medietate tantum, quamobrem, cum in Capitulis monasterij monialibus Dominæ Felicianæ, de huiusmodi consuetudine mentio facta fuisset,occurrit dubium, An donatio, de qua agitur, dictæ consuetudinis

dinis

dinis vigore nulla dici posset, & non esse, minusque dici posse nullam Domini bis resoluerunt. Ratio Dominorum fuit, quia verbum disponere, quo ipsa consuetudo vtitur, proprie, ad dispositionem per viam vltimæ voluntatis, non autem ad donationem inter viuos factam restringi debeat, vt per Alex. ad hoc propositum cons. 16. num. 4. & seq. 5. siquidem verbum † disponere vltimę voluntati proprie adaptatur. §. vlt. circa med. Instit. quib. ex caus. manum. non lic. §. disponat. in Auth. de nupt. Afflict. loquens in simili consuetudine. decis. 370. nu. 12. Ruyn. cõs. 214. nu. 14. lib. 1. & 121. num. 4. lib. 2. vbi deducitur gl. in rubric. sol. matr. quam communiter sequuntur Doctores, vt post eum testantur Rim. iun. consil. 112. & 140. vol. 2. & alij ab Informantibus allegati, & quod statutũ, vel talis consuetudo ad donationem † inter viuos non extendatur, demonstrant etiam Plot. consil. 168. nu. 37. int. cons. vltim. volunt. lib. 2. & Modern. in consuet. Alex. in verb. legare. quæst. 6. num. 14. cum plur. seqq. vbi hanc magis communem opinionem esse affirmant.

Hoc etiam ex proxime à præcedentibus, & immediate subsequentibus Capitulis, prædictæ consuetudinis, suaderi posse, Dominis videbatur, quoniam tractant ea quæ ad vltimam voluntatem pertinent: vnde datur intelligi, illud quoque Capitulum de eadem materia loqui. Nam de medio † idem iudicatur, quod de duobus extremis, l. Titia Seio. §. Seia liberis. de leg. 2. Bald. in l. vnic §. pro secund. nu. 8. vers. in contrarium C. de cad. toll. Soc. consil. 73. num. 22. lib. 1. cum suis concord.

Præterea, consuetudo duntaxat loquitur, quando mulier superuiuente marito cum filijs, vel sine, & non quando post eius obitum de suis bonis disponit, quo casu ad iuris communis determinationem recurrendum est, ad l. commodissime. de lib. & posth.

Hinc tollitur etiam illa obiectio, quod in Capitulis matrimonialibus partes dictæ consuetudini se submiserunt, quoniam casus ille conuenit, vltra quod huiusmodi submissio fuit particularis, respectu loci, & dotis restitutione, non autem quo ad modum relinquendi, idque satis dignoscitur, quia vt in instrumento dotali legitur, parentes conuenerunt Dominam Felicianam secundum vsum, & consuetudinem Ciuitatis Neapolis in scriptis redactam, testari posse quæ quidẽ generalis consuetudo longe distat ab illa *della manera*, quæ tunc temporis in scriptis non reperiebatur.

Nec refragantur illa verba, *& con gli altri patti soliti appartenenti al detto nono vso*, siquidem non apparet, quod in capitulis matrimonialibus tunc † solita essent apponi pacta quod mulier non possit post mortem viri de dote sua inter viuos disponere.

Non obstat quod Domina Feliciana donauerit in præambula hora mortis, quasi quod in fraudem facta censeatur, quia obiectum ex alijs resolutionibus in hac causa factis tollitur.

Eadem, coram Eodem, 6. Mart. 1587.

ARGVMENTVM.

Territorium allodiale potius, quam feudale esse præsumitur, nisi contrarium euidenter probetur.

SVMMARIA.

1 *Res qualibet præsumitur allodialis, & libera, nisi contrarium euidenter probetur.*
2 *Confessio cedentis non præiudicat cessionario.*

DECISIO DCCCLXXX.

PRoposui dubium, An territorium, de quo agitur, esset feudale, vel potius allodiale, & liberum, ita vt Domina Feliciana potuerit, vel ne illud inter viuos filio eius primogenito donare. Domini dicta die sine difficultate resoluerunt, non esse feudale, sed liberum, propterea licuisse Dominæ Felicianæ inter viuos de ea disponere, & sic dicto filio donare, moti præcipue, ex illa generali regula, quod quælibet † res præsumitur allodialis, & libera, nisi contrarium euidenter probetur, Alciat. consil. 4. Tomo 1. lib. 4. num. 24. Roland. consil. 46. num. 59. lib. 3. cum alijs adductis per Gabr. de feud. conclus. 5. & fuit etiam resolutum, in vna Astensi, feudi, coram Reuer. patre Domino Bubalo, præsertim, cum dictum territorium in dotem præd. Domina Feliciana, à Saluatore, eius patre vti liberum nacta fuerit, ipsaque similiter tanquam liberum filio donauerit.

Non obstat, quod aliquando Domina Feliciana asseruerit, dictum territorium esse feudale, quia vltra alias responsiones ab Informantibus pro Domino Roderico, & fratribus de Auoles, visum fuit Dominis eã Domino Antonio non suffragari, tum quia Domina Feliciana filia & hęres Domine Saluatoris habuit iustam causam ignorantiæ, tum etiam, quia aliquæ ex dictis assertionibus post donationem factæ fuerunt, quo fit, vt quemadmodum cedentis † confessio non præiudicat cessionario, iuxta notat. in l. facta. §. habere. ad Trebell. Cephal. cons. 21. num. 1. Paris. cons. 18. num. 8. cum plur. sequentibus. ita etiam talis assertio post dict. donationem, filio donatario, vel eius hæredibus nocere non debet.

GYPSII.

Bracarensis, Ecclesiæ de Iunchas, 5. Iul. 1599.

ARGVMENTVM.

Sententiæ Rotales in causis Ecclesiasticis latæ confirmandæ sunt.

SVMMARIA.

1 *Verbum spectare potest verificari in solo possessorio.*
2 *Prouisio, & collatio sunt de fructibus spectantibus ad possessionem.*
3 *Verba aliquando impropriantur vt sententia sustineatur.*
4 *Possessio Ecclesiæ non potest interuerti per Abbatem, nisi per actus positiuos eiusdem.*
5 *Fructus debent restitui Ecclesiæ, si non adest persona, quæ illos de iure capere possit.*
6 *Prouisiones Apostolicæ factæ de Ecclesia, non mutant statum.*

DECISIO DCCCLXXXI.

STantibus resolutionibus, & alijs hinc inde deductis, dubitaui, An sententiæ Rotales in hac causa latæ essent confirmandæ, vel infirmandæ. Et dubium bis propositum fuit, Domini esse confirmandas censuerunt, quoniam ex resolutionibus quæ præsupponuntur, apparet, Ecclesiam de Iunchas, de qua agitur, non solum esse regularem, & filialem monasterij de Ossera, sed etiam Abbatem & monasterium esse in quasi possessione eam conferendi, vt talem, ideò collationem & prouisionem dictæ Ecclesiæ spectare ad Abbatem eiusdem monasterij. Vnde necessario sequitur, nullum ius competere Emanueli, clerico sæculari, cum vt dictum est, sit regularis ordinis Cisterciensis, ad c. cum de beneficio. de præb. in 6. & habetur in Concil. Trident. de reform. sess. 14. c. 10.

Non obstat, quod in sententia dictum fuerit, collationem & prouisionem dicti monasterij, & sic videatur capere proprietatem, de qua tunc non agebatur quoniam verbum, spectare, † potest etiam verificari in solo possessorio. Ias. post alios, quos citat in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 134. & 185. de acquir. poss. Pedem. decis. 4. num. 2. ita etiam exponitur verbum pertinere, Felyn. in rubric. de rescript. nu. 7. Rot. decis. 49. num. 2. de rescript. antiq. præsertim quia prouisio & collatio sunt de fructibus spectantibus † ad possessorem, vt fuit resolutum in hac causa, & prius in Romana benefic. S. Petri, coram me.

Quod

Quod eo maxime dici debet, vt sententia sustineatur, quo casu verba aliquando † impropriantur. Decian. consil. 388. col. 2. Aym. consil. 186. num. 5. Quinimo, si attendatur conclusio dictæ sententiæ, fatendum est, fuisse locum in solo possessorio, cum concludat Abbatem & monasterium manutenendum in quasi possessione conferendi dictam Ecclesiam.

Non potuisset Abbas, etiam fatendo se spoliatum, nocere suo monasterio possidenti, Ecclesiam, Rot. decis. 1. de testit. spol. in Nou. cum alijs adductis in Salamansina, Vicariæ, coram Illustr. Blanchetto, cuius copia datur, præter id, quod dicta confessio nõ est clara, propter verba, quæ subsequuntur, ibi, & ideo manutenerii in quasi possessione in qua existit.

His accedat, quod possessio Ecclesiæ non potuit interuerti † per Abbatem, nisi per actus posit. dos eiusdem Capuaq. dec. 182. par. 3.

Minusque impugnari possunt sententiæ ex eo, quod condemnat Emanuelem ad restitutionem omnium fructuum, quoniam si non adest persona, quæ illos de iure capere possit, debent relinqui Ecclesiæ. Vital. in Clemen. vnic. de seq. poss. & fruct. nu. 35. Franc. in cap. fin. nu. 7. de rescript. in 6.

Postremo non obstat allegata præscriptio, tum quia non probatur, † cum prouisiones Apost. factæ de hac Ecclesia, non mutent statum, Achill. decis. 13. de iure patron. Fuit dictum in vna Placentina, Præpositurae, coram Illustris. Matica, 14. Maij 1591. & alias sæpius, semper enim possessio ciuilis remãsit penes Ecclesiam, quæ sufficit ad hunc effectum. Prouisio Archiepiscopi de dicta Ecclesia, non nocet, quia illa dedit causam huiusmodi litis.

Calagurritana, Beneficij, de Ariola, 17. Iun. 1594.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio sufficiens quando adesse dicatur, ad effectum procedendi super integro beneficio, vacato per obitum alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Lis super secundo beneficio quando dependet à lite super primo beneficio mota, tunc iurisdictio est sufficiens ad effectum procedendi super beneficio vacato per obitum alicuius.*

DECISIO DCCCLXXXII.

Resolutum fuit, adesse iurisdictionem sufficientẽ, ad effectum procedendi super integro beneficio, vacato per obitum per Ioan. Perez. tum quia lis † super secundo beneficio mota, vt dictum fuit in alia decisione, huius causæ, cuius copia datur, tum etiam, quia in prima & secunda commissione adsunt clausulæ, *in causa, & causis, quam, & quas, rebusq; alijs*, quæ sunt apte comprehendere omnes causas, etiam futuras, secundum addent. ad Rot. decis. 23. n. 3. de rescr. in Nou.

Et tollit omnem difficultatem, commissio, quæ hodie ostenditur impetrata super secundo beneficio, de quo agitur, in qua narratur, beneficium vacasse per obitum Ioan. Perez, de mense Octobr.

PENIAE.

Romana Pretij Castri Fiani, Lun. 4. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Manutenendi sunt ij, qui sunt in possessione exigendi annuã præstationem licet prætendantur iniusti possessores.

SVMMARIA.

1 *Possessor etiam iniustus manutenendus est.*

2 *Possessionis sua commodo priuari nemo debet.*

DECISIO DCCCLXXXIII.

Vtraque parte informante Rota censuit inhibitionem fuisse moderandam, ita vt nõ impediret Antimum, & fratres de Vrsinis in extractione sui crediti.

Cum enim non dubitaretur, quin Antimus, & fratres de Vrsinis essent in possessione exigendi annuam pensionem scut. 1200. mandati, nunc veniebant manutenendi, licet prætenderentur † iniusti possessores l. si quis ad se fundum. §. quod si. C. ad leg. Iul. de vi publ. c. in literis de rest. spol. & fuit decisum in causa Romana, Palatij, coram me die 16. Dec. 1588. nisi enim manutenerentur, per viam indirectam priuarentur commodo suæ † possessionis, quod fieri non debet, c. conquerenti. de rest. spol.

Et hoc præsertim casu, in quo aderat prima commissio, cum clausula, *non retardata solutione annuæ præstationis, & absque legitima executionis.*

Non obstat secunda commissio, Dominorum Bertholdi, & Cosmi de Vrsinis, filiorum Comitis Alexandri, cuius vigore ego inhibueram, quoniam respondebatur, clausulam contentam in prima commissione cēsert repetitam in omnibus alijs commissionibus, deinde obtentis, c. ceterum, cum ib. not. de rescr. Cæs. de Grass. dec. 8. nu. 6. & 7. de rescr. & fuit decisum in causa Romana, societatis, 3. Iun. 1577. coram Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, & in causa Hispalensi, & Cauriensi, permutationis, die 10. Mart. 1596. coram Dom. Seraphino.

Rursus non obstabat prætensio eorundem Do. Bertholdi, & Cosmi, quo producto testamento bon. memo. Io. Antonij Vrsini, de Grauina, aui materni Comitis Alexandri, eorum patris, & Domini Castri Fiani, tanquam tertij, dicebant vigore fideicommissi, ab eo introducti, potuisse impedire illam annuam præstationem ratione sui interesse, quam habebant super pretio Castri Fiani, quia responsum fuit, primo, donec super eo foret diffinitiue pronunciatum ad fauorem ipsorũ, non poterant impedire possessionem exigendi prædictam annuam præstationem, in qua erant Domini Antimos & fratres de Vrsinis.

Secundo respondebatur, Dominis Bertholdo & fratribus opponentibus de fideicommisso, obstare specialem derogationem Sanctissimi Domini Nostri, Clementis VIII. amplissimis clausulis roboratam, quod non possit dari de subreptione, & obreptione, de defectu intentionis, & cum clausula *sublata, & decreto irritante*, Vestald. decis. 154. par. 3. Coer. dec. 18. & 101. & 157. ex qua etiam derogatione apparebat pretium Castri Fiani debuisse inseruire pro satisfactione creditorum status ecclesiastici, ad quod ex gratia Sanctissimi fuerat deputatum, tales autem erant Domin. Antimus & fratres.

Et ex his fuit conclusum inhibitionem vigore secundæ commissionis emanatam, fuisse reuocandam, ne illa remanente contingeret incipere ab executione, contra eundem Dominum Antimum, & fratres.

LANCELLOTTI.

Pampilonensis, de Cariqueque, Merc. 4. Dec. 1602.

ARGVMENTVM.

Ad prosequendum vnam causam satis est, quod acta illius quis exhibeat, absque eo quod producat alia alterius, quam non intendit.

SVMMARIA.

1 *Nemo tenetur ad transportationem aliorum actorum, nisi quo non sunt acta illius causa.*

2 *Acta causa integra esse præsumuntur.*

3 *Procuratoria confessio domino nocere non debet, imò quãdocunque reuocari potest.*

DECISIO DCCCLXXXIV.

Dixerunt Domini non obstare defectum transportationis actorum, quia pro parte Martini de Croba fuerunt producta omnia acta facta coram Ordinario Pampilonensi, postquã fuit ab incolis præsentatus in hac causa, & hæc sunt acta facta facientia ad causam, quã ipse hodie prosequi intendit, super validitate

S f præsen-

præsentationis, ita vt ad aliorum transportationem minime teneatur, ex quo adsunt acta istius causæ, & plu-
1 ries fuit resolutum, quando quis vult † vnam causam prosequi, satis sit, quod acta illius exhibeat, absque eo, quod producat alia alterius, quam prosequi non intendit.

Neque obstat, quod dicitur huiusmodi acta non es-
2 se integra, quia † præsumuntur integra, & dicenti non esse integra, incumbit onus probandi, vt in causa Synogalliensi, Syluæ, coram Cotta, & alias sæpe dictum fuit in Rota.

Nec etiam obstat, quod deficiant acta litis antiquæ agitatæ, primo coram ordinario, & deinde in Rota, inter Dominicum de Muru & Martinum Aldaua, quia Martinus de Orobia non tenetur, neque vult dictam litem prosequi, nec venit ad causam, ex iure Martini Aldauæ, neque vti eius subrogatus, sed in vim suæ præsentationis, ac inde præsens iudicium nihil habet commune cum illa lite antiqua, quod sic prætendatur, acta litis antiquæ facere ad hanc causam, onus illa probandi spectat ad eum, qui illis vti vult, non autem Martinus tenetur illa transportare, ita vt ob eorum transportationem non possit procedi in causa. Quatenus verò Martinus commisit causam appellationis, hæc
3 commissio impetrata à procuratore suo, cuius † confessio Domino nocere non debet, imò potest reuocari quandocunque, & non docto de errore, iuxta stylum Rotæ, Put. dec. 17. in fin. lib. 3. cum sim. ac ideo est impetrata noua commissio, super validitate præsentationis, vltra. quod potest dici, quod quatenus Martinus commisit causam appellationis, à sententia Ordinarij potest verificari in sententia lata post mortem Martini de Aldaua, & post suam præsentationem, per quam declaratum fuit, non esse locum nouæ præsentationi, factæ per incolas, ad fauorem ipsius, quæ sententia cum omnibus actibus præcedentibus fuit exhibita, vt dictum est.

Quod autem dicitur, fuisse ab incolis datum mandatum ad præsentandum Martinum in Curia, ad hoc, vt accipiendo causam antiquam in statu, & terminis, in quibus illam reliquit Martinus de Aldaua, eā prosequatur, non obstat, quia Martinus non vtitur hac facultate, sed præsentatus fuit vigore alterius & ex duabus vijs sibi datis, potuit bene vnam eligere, ac intentare iudicium, vigore mandati, in quo non continetur huiusmodi litis prosequutio.

IVSTI.

Romana, Spolij medietatis domus. 19. Ian. 1601.

ARGVMENTVM.

Spolium quando satis purgatum esse dicatur.

SVMMARIA.

1 *Spolium dici non potest purgatum, donec sint restituti fructus percepti.*

2 *Oblatio compensationis in spolio non admittitur.*

DECISIO DCCCLXXXV.

PRo Illustr. D. Catharina Vrsina fuit lata sententia ab A.C. in spolio medietatis domus, contra D. Carolum Gabrielum, cum condemnatione fructuum, à die motæ litis, & expensarum, & cum causa penderet coram me, in Rota, in gradu appellationis, eadem Domina Catharina produxit instrumentum emptionis dictæ medietatis domus, bon. mem. Ioan. Pauli Vrsini, patris, à Petro & Hersilio de Fabijs coniugibus, quo viso D. Carolus cessit spolio, & obtulit fructus perceptos à die motæ litis pro rata, importare, vel compensare, cum creditis, quæ habet erga authores Ioann. Pauli, pro quibus de nouo intētauit remedium Saluiani interdicti, quibus prætendebat satisfactum esse spolio, contrarium dicente Catharina, vnde disputatum in hoc casu, An spolium esset purgatum, & amplexi sunt Domini negatiuam opinionem, siquidem dici non potest
1 purgatum † spolium, donec sint restituti fructus percepti, c. conquerente. vbi Dd. de restit. spol. Rot. coram Cæs. de Grass. in causa Tamorensi, spolij, del thoro, 18. Iun. 1574. inter impress. eiusdem 3. de restit. spol.

Præsertim, quia eosdem fructus obtulit D. Carolus compensare cum suo credito: vnde cessat omnis disputatio, an à fructibus sit excusandus propter bonam fidem, quam mediante cessione recognouit, & instrumentum nouiter productum non potest concludere, sententiam in spolio fuisse iniustam.

2 Non obstat oblatio compensationis, quia † in spolio non admittitur. Bald. per illum text. in l. fin. in 4. not. C. de compens. gloss. in c. fin. in verb. petentem. de ord. cogn. Verall. decis. 171. par. 3. Put. decis. 123. lib. 1. vbi loquitur in compensatione alterius causæ, & priuilegiatæ, & fuit firmatum coram Illustriss. D. Cardinali, Arigonio, in causa Mediolanensi, 9. Ian. 1594.

Nec fuit, quod Dominus Carolus non apponat cōpensationē causæ in petitorio, sed in Saluiano, & decis. Cæs. de Grass. in causa supradict. 20. Maij 1574. inter impress. Rot. decis. 344. p. 1. quoniam id non priuatur in dicto discursu, sed proponitur, & in decisione primo allegata, post illum discursum, firmata, tentum sunt spolium non esse purgatum, maxime, quia creditum Domini Caroli non est etiam probatum, & tamen in dicta decisione Put. decis. 123. lib. 1. denegatur in spolio compensatio fructuum debitorum ex re iudicata.

Quo ad expensas litis, idem conclusum fuit, nam ex non productione instrumenti, Dominus Carolus non fuit læsus, cum etiam ante productionem instrumenti, habuerit sententiam contra se; quo casu non potest se excusare ab expensis. Dec. consil. 241. & in causa Curia fit condemnatio expensarum, etiam pro tempore præcedente productionem instrumenti, vt fuit resolutum in causa Placentina, expensarum, 18. Dec. 1594. coram Domino Decano.

Neque Bartol. Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. nec alij Doctor. allegati, loquuntur, quando actor etiam ante productionem instrumenti obtinuerat sententiam fauorabilem, ex quibus omnia sunt sublata, & ita decisum.

IVSTI.

Romana, Cambiorum, 28. Febr. 1600.

ARGVMENTVM.

Cambia quando debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Cambia debentur, si adest promissio releuationis, mora, & protestatio.*

DECISIO DCCCLXXXVI.

DOmini dixerunt, cambia deberi Hieronymo Spinulæ, à Domino Comite Mutio Tutauilla, cum præsupposito, quod multa cambia verè existant, quo-
1 niam adest † promissio releuationis, mora, & protestatio. Vnde tāto magis facit decisio Mohedan. 1. de vsur. quam sæpe secuta est Rota, & nouissime coram Reuerend. patre Domino Litta in Romana, pecuniaria 13. Decembris, anni proximi præteriti, & ita conclusum, vna parte tantum informante.

LANCELLOTTI.

Salernitana, Monasterij, Ven. 19. Iunij 1598.

ARGVMENTVM.

Consensus per procuratorem præstandi sunt in beneficiorum resignationibus.

SVMMARIA.

1 *Consensus per procuratorem præstitus, vt non dicatur legitimus, quæ requirantur.*

2 *Resignatio valet, si Papa, aut Datarius aliqua debet ex supplicatione, tanquam non solita concedi.*

3 *Retentio nihil operatur, si nullum ius competat prius.*

DE-

DECISIO DCCCLXXXVII.

DVo opponebantur pro parte Illustriss. Domini Marci Antonij de Capua, ad effectum, vt consensus per ipsius procuratorem præstitum, non diceretur legitimus, primo, quod fuerit reuocatus, 1 † prout fieri poterat ante extensionem. Cresc. decis. 78. alias 1. de conc. præb. Paleott. decis. 105. cum sim. secundo, quod non fuerint seruatæ formæ, & conditiones mandati. Vnde consensus fuit male præstitus, & resignatio nulla. Rot. dec. 4. de rer. perm. in antiq. Cresc. decis. 1. de locat. cum alijs alleg.

Quibus non obstantibus, Domini contrarium censuerunt, nam quantum ad primum, constat de extensione ante reuocationem, quæ fuit facta die 14. Aug. vel 17. mensis Iul. & tamen extensio consensus est sub die 3. Iunij. Non obstat, quod supplicatio fuerit missa ad registrum die 21. August. ex quo inferebatur, quod cum in extensione consensus fuerit scriptum, illũ fuisse extensum, iuxta formã supplicationis missæ die 21. Augost. necessario dicendũ esset, fuisse extensum post missam, & sic post reuocationem, stantibus maxime constitutionibus Clementis VII. de consensibus præstandis, in beneficiorum resignationibus, nã quod fuit responsum, quod secundum stylum, de quo testantur practici Cancellariæ, in multis expeditionibus, & in specie in resignationibus, in quib. datur reseruatio fructuum, consensus extenduntur ante missam supplicationẽ ad registrũ, & ideo vel nõ fit mentio de missa, vel si de ea fit mentio, relinquitur tẽpus datæ missionis in albo, ad effectũ, vt possit deinde in illo albo annotari.

Et quo ad constitutiones Clementis, placuit aliquibus ex Dominis distinctio facta per Dominum de Tignate, quod illę requirantur in annotatione consensus, & in hoc casu clarissime apparet, extensionem consensus præcessisse reuocationem, quia hæc fuit subscripta ab Andrea Notario, illa verò a Georgio, & tamen Andreas successit Georgio in officio.

Quo ad secundum, quod non fuerit seruata forma mandati, fuit dictum, fuisse satisfactum, ex quo in supplicatione fuerunt apposita, quæ in mandato continebantur, 2 nam si † Papa, aut Datarius aliqua debet ex supplicatione, tanquam non solita, concedi, valet resignatio, iuxta decision. Caputaq. 89. p. 3. alia verò aut non erant necessaria, aut impossibilia.

Et cessat difficultas, stante gratia, cui prius sub data alterius supplicationis expedita, in qua fuerunt con- 3 cessa omnia in mandato contenta, præter † retentionem tituli, & denominationis, quæ concedi non poterat, cum ipse Dominus Marcus Antonius ista prius nõ haberet, & tamen retentio fit ad conseruandũ id, quod quis prius habebat, non autem ad aliquid de nouo acquirendum, Aym. consil. 29. num. 8. quod si nullum ius competeret prius, retentio nihil operatur, Oldrad. cons. 24. Aym. cons. 127. & cons. 144. num. 15.

PENIAE.

Romana, Bonorum, de Ceulis. Ven. 14. Iunij 1600.

ARGVMENTVM.

Vsuræ pupillares vt alicui debeantur ex pecunijs redactis ex bonis quibusdam venditis, aut debeatur aliquod lucrum vel interesse, quid requiratur.

SVMMARIA.

1 *Duo probari debent, vt quis de administratis, & gestis teneatur; quod gesserit, & quod contemplatione alterius gesserit.*

2 *Lucri cessantis interesse aliquod propter moram incursam peti potest, si probetur.*

3 *Interesse ratione damni emergentis si prætendatur, probari debet.*

4 *Debitor minoris curare debet, vt matri detur alius tutor: quod cum non facit, est in culpa, & propterea tenetur ad vsuras, & interesse.*

DECISIO DCCCLXXXVIII.

DIe 24. Maij, anni præteriti, 1599. fuerat in hac causa decisum, non deberi Dominæ Claritiæ vsuras pupillares, ex pecunijs redactis ex 75. lucis mõtis Recuperationum, sed nunc fuit decisum, quod videretur, an debeatur aliquod genus lucri, vel interesse, super quo articulo proposito dubio, in hac causa, Domini censuerunt, non deberi aliquod interesse.

Primò, quia non erat probatum pro parte Claritiæ Hieronymum auum fuisse administratorem bonorũ eiusdem Claritiæ, cum nullum negotium ipsius contemplatione gessisse probaretur, cum ad effectum, vt 1 quis † de administratis, & gestis, teneatur, duo probari debeant, quod gesserit, & quod contemplatione alterius gesserit. Bart. in l. si pupillo. §. item quæritur. nu. 4. vers. habes ergo. ff. de neg. gest. Capic. decis. 180. nu. 4. in casu autem proposito, neutrum apparebat probatũ.

Secundò, quia nec bon. mem. D. Hieronymus, nec Dominus Tiberius, illius hæres, videbantur constituti mora restituendi pecunias post litem motam, ad effectum, vt propter moram incursam prætendi posset 2 † aliquod interesse lucri cessantis, quia pro parte Dominæ Claritiæ non probatur, quod si pecuniæ fuissent sibi solutæ, cum illis fuissent tantum lucrata, & quod sunc in promptu esset occasio pecunias multiplicandi, quod præcedente protestatione pro parte creditoris interposita ad notitiam debitoris deferendum erat. Paul. de Castr. in l. vtique. §. nũc. de officio. nu. 5. in pr. ff. de eo, quod cert. loc. Afft. decis. 20. num. 2. Cagn. in l. 1. nu. 37. de sent. quę pro eo, quod inter. Chis. decis. 75.

3 Similiter non poterat prætendi interesse, † ratione damni emergentis, cum nõ esset probatum, Dominam Claritiam passam aliquod damnum, ob pecunias sibi non solutas.

Tertiò, quia saltem respectu D. Tiberij negari non poterat, quin habuerit iustam causam credendi, se non fuisse debitorem, cum Hieronymus pater disposuerit, de istis pecunijs, tanquam de proprijs, & Rota etiam multum dubitauerit, Curt. Iuo. consil. 139. num. 18. lib. 3.

Respectu Hieronymi aliqui ex Dominis videbantur sentire, maiorem fuisse difficultatem, quia cum 4 fuisset minoris debitor, † debebat curare, quod Claritiæ daretur alius tutor, quod cum non fecerit fuit in culpa, & propterea tenebatur ad vsuras, & interesse, nõ quia tutor, sed quia negligens in procurando, quod constitueretur legitima persona, cui fieret solutio, iuxta decision. Vinc. de Franc. 16. nu. 7. & 8. alleg. Fulg. & alias.

Respondebatur tamen, quod cum Hieronymus disposuerit de istis pecunijs, tanquam de suis, & crediderit esse suas, licet reuera non essent, saltem propter istam opinionem videbatur excusandus, præsertim, cum istæ pecuniæ in libris rationis bancarię essent scriptæ ab Antonio Francisco, Claritis patre, ad creditum Hieronymi.

Magis etiam vrgebat cõtra eundem Hieronymum, quia cum ipse, more mercatorum pecunias suas semper in lucris collocauerit, ita etiam potuit collocare, imò verisimile est, collocasse pecunias Dominæ Claritiæ, & consequenter tenebatur ad vsuras & interesse, glo. in l. qui aliena. in verb. purgatis. versic. item quod. ff. de neg. gest.

Sed respondebatur, non fuisse probatum aliquod lucrum cum pecunijs Dominæ Claritiæ, nec improbandum Hieronymum, qui maiorem diligentiam, adhibuit in collocandis suis pecunijs, quam pupilli. Paul. de monte Pico cons. 65. num. 29. & seq.

BLANCHETTI.

Anconitana, Fideicommissi, Mercurij, 5. Decemb. 1584.

ARGVMENTVM.

Supplementum congruæ dotis debetur filiabus de iure communi in bonis patris prouenientibus ex fideicommisso.

SVMMARIA.

1 *Obligatio dotalis, & defectus aliorum bonorum quando copulatiue concurrunt, locus est dispositioni auth. res quæ. C. communia de legatis.*
2 *Mater, quæ non tenetur filiam dotare, non potest ipsa alienare bona subiecta restitutioni.*
3 *Onus dotandi proneptes spectat ad proauum.*
4 *Legitima filio alia non datur post ipsius consumptionem.*
5 *Omnibus qui communiter prosunt, præponenda sunt his, quæ aliquibus parum sunt vtilia.*
6 *Dispositio de restitutione dotis, habet locum, & in constitutione.*
7 *Dispositio bonorum fideicommisso grauatorum facta inter fratres, non præiudicat filiabus feminis.*
8 *Retentio datur facilius, quam actio.*

DECISIO DCCCLXXXIX.

DOmini dixerũt, quod Felici & Riccabellæ debeatur, sopplementom congruæ dotis de iure commuoi in bonis Francisci prouenieotibus ex fideicommisso Andreę. Vbi enim copulatiue † concurrunt obligatio dotalis, & defectus aliorum bonorum, est locus dispositioni, auth. res quæ. C. commun. de leg. & ibi Bart. nu. 3. & ideo mater, quę non tenetur filiam dotare, non potest † ipsa alienare bona subiecta restitutioni. Cũ igitur ad proauum † spectaret onus dotandi proneptes, possunt ipsæ vti retentione, quia hæc bona trãsierunt cum hoc onere ex præsumpta voluntate disponentis, soper qua est fundata dispositio d. auth. vt ibi per Paul. de Castr. num. 10. Fulgos. num. 2. & Ias. num. 25 Dec. consil. 519. num. 3.

Non obstat, quod pater ipsarum consumpserit bona libera, & suam legitimam, & sicur filio non † datur alia legitima post ipsius consumptionem: ita nec hoc casu debeatur dos: quia culpa filij sibi nocere debet, non alteri, Paul. de Cast. cons. 15. col. 2. vers. his nõ obstaotibus. & cons. 80. nu. 1. & seq. & cons. 219. num. 2. lib. 1. & idem in d. anth. nu. 11. Cuius opinionẽ sequuntur Ias. in l. eo proxime alleg. in 14. limitatione. Ruin. in l. Marcellus. §. res quæ. n. 3. in fi. Dec. cõs. 366. in fi. & seq. nu. 6. Goz. cons. 97. nu. 10. Rol. cons. 85. nu. 4. lib. 1.

Non obstat cons. Alciat. 96. & 164. lib... quia quãuis ipse io altero ex eis respondet, Anthenticam res quæ, procedere in filijs, & descendeotibus, natis viuente testatore, tamen eius opinio fuit reiecta in illa Romana dotis de Buccapadulis coram Reu. Patre D. meo Decano, quatenus considerat absurdum, omnibus bene respondet Cur. Iun. cons. 95 præponenda enim sunt, quæ communiter † omnibus prosunt his, quæ aliquibus parũ sunt vtilia, vt inquit Imperator in supra dicta auth.

Non obstat, quod plures ex præfatis Doctorib. loquuntur in restitutione dotis, quia eadem dispositio † habet locum & in constitutione, vt per Bart. ibi. nu. 2. & Imol. in l. cum auus. in fine. ff. de cond. & demonstr. cum alijs quos referunt cumulatissime recentiores de ioterpret. vlt. volunt. fol. 77. nu. 16.

Non obstat, qood hæc procedunt in portione patris, non autem aliorum, quia bona fideicommisso grauata fuerunt diuisa inter fratres, quia cum hoc † onus sit reale, Dec. d. coos. 376. diuisio non præiudicat filiabus femiois.

Præterea ex abundanti fuit dictum, quod hoc casu ipsæ filiæ feminæ habeot concomitantem voluntatem patrui, qui eas instituit hæredes, & ipsæ possunt vti retentione, donec congroe doteotur, licet forsan actio eis aliquo prætextu posset denegari, cũ facilius detur retentio, † quam actio, l. per retentionem. C. de vsur. c. ioteleximos. de iudic. iunct. c. cum inter. de except. Castr. consil. 19. nu. 10.

SACRATI.

Litterensis, Archipresbyteratus, Merc. 7. Febr. 1601.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo alicui datur, stante illius possessione ante motam litem.

SVMMARIA.

1 *Possessio probatur ex instrumento captæ possessionis.*
2 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione est manutenibilis.*
3 *Iudex, cum rite, & recte non processit, non potest alicui in sua possessione præiudicare.*

DECISIO DCCCXC.

ANello Informanti dandum mandatũ de manutenendo fuit resolutum, stante illius possessione ante motam litem. §. retinendæ. Inst. de inter. cũ simil.

Possessio autem probatur † ex instrumento captæ possessionis. Abb. in c. cum nobis. num. 5. de præscript. Crau. de antiq. temp. p. 1. nu. 315. & fuit dictũ in causa Ceruiensi. Bonorum 20. Nou. 1578. coram Brauo.

Quæ possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, est manutenibilis. Cassad. decis. 20. de præb. Put. decis. 360. num. 8. lib. 1. Verall. decis. 334. oum. 6. lib. 2.

Non obstat, qood Frãciscus Comparatus fuerit per iudicem executorem immissus in possessionem, nam cum iudex † rite, & recte nno processerit, oon potuit Anello io sua possessione præiudicare, c. conquerenti. & ibi not. Doctor. de restitut. spol. Bene Boer. dec. 258. & in istis terminis fuit resolutum in causa Penensi, & Adrianensi Beneficiorum 4. Iulij 1584. coram Cantuccio.

Quod autem rite & recte noo processerit, probatur ex eo, quia non processit iudicialiter citando Anellum, quod erat necessarium, stante clausula vocatis vocandis, quæ facit executorem mixtũ, ita vt teneatur procedere iudicialiter, Card. consil. 65. num. 1. Felyn. c. de cetero. num. 10. de sent. & re iud. & propterea citare possessorem, cap. licet Episcopus. vbi gloss. in verbo vocato. de præben. & dignit. in 6. Card. & Felyn. in locis supra citatis.

MELLINI.

Mediolanensis, Pecuniaria, 1. Merc. Iul. 1592.

ARGVMENTVM.

Contractus qui continet prouisionem solutionis damnorum in futurum propter dilationem temporis, sustineri non potest.

SVMMARIA.

1 *Dilatio temporis non recipit certam æstimationem.*
2 *Pactum de stando assertioni creditoris cum iuramento valere, quomodo intelligendum sit.*

DECISIO DCCCXCI.

FVit resolutum, contractum anni 1586. non posse sustineri, ob eam potissimum rationem, quia continet prouisionem solutionis damnorum in futurum propter dilationem temporis, cui dilationi, vt in instrumento legitur, alias D. Andreas absque ista promissione non consensisset, & dilatio temporis † non requirit certam æstimationem. Io. And. & Card. in c. salubriter. de vsur. cum alijs per Rol. à Val. cons. 50. nu. 25.

Tanto magis, quia est taxatum interesse certum pro tempore futuro, quod est illicitum, Bal. in l. rogati. §. si sibi. ff. si cert. pet. Dec. cons. 119. nu. 3. & coos. 183. nu. 3. & fuit dictum pluties in Romana societatis coram Illostr. Card. Lancellotto, & coram Cotta in vna Mediolanensi Cambiorum coram S.D.N. & alias sæpissime.

Nec obstat, quod valet istud pactum † de stando assertioni creditoris, cum iuramento, quia Bart. & alij quos refert, & sequitur Cagnol. in l. vnica. nu. 114. C. de sent. quæ pro eo quod int. &c. citati per informãtes pro D. Andrea loquũtur, in simplici pacto nõ cõtinẽto

certum

certum interesse,& putant valere,quia intelligitur arbitrium boni viri, & iuxta dispositionem iuris, adeo quod stante isto pacto non statur declarationi damnũ passi,nisi constet vere de damno illato, Natt. conf.4 50. nu.1.2.& fuit resolutum 19.mensis præteriti coram me in vna Romana, Cambiorum de Gradis. In casu autem isto excluditur arbitrium boni viri, & non est necessaria probatio damni, quia pactum est clarũ,quod præcedente iuramento damnum possit liquidari ab Andrea, ad rationem quinque pro centenario. Ideo est illeñũ.

MELLINI.

Eadem,Mercur. 9.Decembris 1592.

ARGVMENTVM.

Pactum quo ad damnum & interesse potest taxari præcedente iuramento.

SVMMARIA.

1 *Contractus non est illicitus, cum interesse est limitatum ad rationem 5.pro centenario.*
2 *Mercatori solito negotiari conceditur non solum interesse damni emergentis, sed etiam lucri cessantis.*
3 *Interesse lucri cessantis non potest deduci in pactum, nisi mora præcesserit. Quod nõ procedit, quando non est taxatum interesse certum.*

DECISIO DCCCXCII.

Domini in ista secunda propositione dubij recesserunt à decisione facta, moti fuerunt ex eo,quod pactum quo ad damnũ, & interesse possit taxari præcedente iuramento Domini Andreæ vsque ad summã librarum quinque pro singulo centenario, & anno, & non vitta non est illicitum, cum non contineat taxationem certam, & vniformem, & concurrat commodum debitoris,qui ad præstationem huius summæ nõ est obligatus,nisi vere interesse probetur, Natt.consil. 450.nu.2.& fuit resolutum coram me in vna Romana Cambiorum de Gradis 19.Iun. huius anni. Et si interesse excederet istam summam non est obligatus præstare maiorem quantitatem vltra istã summam, Auth. post iusiurandum.C.de iudicijs.

Præterea considerabant Domini, quod interesse est limitatum ad rationem 5.pro centenario, ideo contra-
1 ctus non est illicitus; cum † interesse sit proportionabile,& non excessiuum, Neuiz. conf.75.nu.5. Cou.resol.lib.3.c.4.num.4. & fuit resolutum in vna Placentina Castri S.Angeli 19. Matt. eiusdem anni coram bon. mem.Cæsare de Graffis.

Tanto magis, quia Andreas est mercator, & solitus
2 negotiari, & mercatori solito negotiari † conceditur non solum interesse damni emergentis,sed etiam lucri cessantis, l.si conuenit.ff.rem ratam haberi. l.3. §.vlt. ff.de eo, quod certo loc. Dec.conf.441.num.13. & 14. Marc.de pact.conf.49.

Nec videbatur Dominis obstare, quod pendẽte dilatione non posset deduci in pactum interesse lucri ces-
3 santis, nisi mora præcesserit, quia hoc † non procedit, quando non est taxatum interesse certum. Cou.sub d. nu.5. In hac autem specie pactum non continet taxationem certam,& est adiectum ad fauorẽ debitoris,no sit obligatus vltra istam summã, ideo nõ est illicitum.

Præterea etiam si proponeretur, contractum esse illicitum, si pactum intelligeretur de interesse lucri cessantis,fuit dictum,istam promissionem solutionis dãnorum,& interesse,vt contractus valeat,esse intelligẽdam de interesse damni emergentis, & non lucri cessantis.l.quoties.ff.de reb.dub.l.in ambiguo.ff.de legib.

LANCELLOTTI.

Romana, Relaxationis à molestijs, Ven. 12.Ianuarij 1601.

ARGVMENTVM.

Iudex quando non est certus de sua iurisdictione, non potest exequi mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Executioni mandati relaxati non est locus, quando est nullum relaxamentum vigore apochæ, non extensa obligatione Camerali.*

DECISIO DCCCXCIII.

Domini omissa pro nunc iustitia mandati A. C. re-
1 laxati dixerunt, non esse locum illius † executioni,quia fuit nulliter relaxatũ vigore apochæ nõ extensa obligatione Camerali, ita vt Iudex non esset certus de sua iurisdictione. Gall.tit.de process.ipsi.num.3.& 4. & fuit dictum in causa Lauretana pecuniaria die 5. April.1589.coram bon. mem.Gypsio, & in causa Romana de Pincllis,20.Feb.1598.coram bon.mem.Orano,& alias sæpe.

Nec obstat, quod alias forma Cameræ fuerit extensa inter easdem partes in alio officio A.C.quia saltẽ huiusmodi ratẽ sio erat reproducenda in officio Notarij causæ, nam Notarij A. C. habent acta separata neque vnus se intromittit in negotijs alterius,ideo opus erat, quod extensio produceretur in officio illius, qui erat actuarius causæ, ex late deductis in causa Romana, Census 4.Dec.1595. coram Reu. Patre D.Pamphilio.

Neque obstat,quod vigore statuti Vrbis c.83.lib.1. Apochæ priuatæ habeant executionem paratam, nam quicquid dicendum sit,an huiusmodi statutum sit ordinarium seu decisorium, eo non fuit vsus Dominus Matthio qui non egit vigore statuti, sed vigore obligationis Cameralis.

IVSTI.

Neapolitana,nullitatis professionis. 21.Iunij 1599.

ARGVMENTVM.

Sententia confirmanda est, quando de eius iustitia constat.

SVMMARIA.

1 *Sententia contra reum proferenda est, quando actor intentionem suam probauit.*
2 *Sentẽtiæ iniustæ reuocandæ sunt,iustæ verò confirmandæ.*

DECISIO DCCCXCIV.

Disputato dubio, an sententia Rotalis vltimo loco lata esset confirmanda, vel reuocanda,cõclusum fuit, confirmandam esse, quia constat de eius iustitia, & Moniales actrices probarunt earum intentionem,
1 & sic † contra reum proferenda est sententia. l.negan-
2 tes.C.de actio.& oblig. Nam sententiæ iniustæ † reuocantur,iustæ verò confirmantur. l. 1.ff de appellat.

Et quoniã pro parte Horatij petebatur remissoria, Domini denegarunt,tanquam calumniose petitam, vt in eadem causa dictum fuit coram R. P. D. meo Lancellotto,26.Martij,præteriti. Vellet namq; postquam de bono iure Euphrosinæ, & Annæ & post dictata testificata examinare testes super eo, quod ex diametro contradicit legitimis probationibus iam factis literis patris ipsarũ monialium,ac alijs publicis instrumentis.

IVSTI.

Leodiensis,Pecuniaria, 14.Iunij 1599.

ARGVMENTVM.

Argumenti huius tenor idem est cum præcedente.

SVMMARIA.

1 *Sententia Rotales iustæ confirmanda sunt.*
2 *Instrumenta faciunt rem certam, & manifestam.*

DECISIO DCCCXCV.

1 Dixerunt Domini sententias esse iustas, ideo † confirmandas, Constat enim de debito Ioannis tum ex instrumento emptionis officij Notariatus Rotæ, tum ex alto instrumento solidationis computorum, in quo Ioãnes confessus fuit,se remanere debitorem, in-
2 totum 300. quæ instrumenta faciunt † rem certam, & manifestam, Bald.in l.interest. C. de solut.& in l.Imperatot.nu.10.ff.de statu hom.Gramm.decis.45.nu.9. cum allegat. per Aym. consil.31. in fin. & consil.56.in fine, & ita fuit decisum vna parte informante.

S A C R A T I.

Pisana, Caducitatis, Lun. 25. Iunij 1601.

A R G V M E N T V M.

A caducitatis pœna in cessando per triennium à solutione canonis, quo pacto quis excusandus veniat.

S V M M A R I A.

1. *Defectus solutionis causatus ab errore, non autem à malitia minus soluentis, excusat à caducitate.*
2. *Error non solum facti, sed etiam iuris excusat à caducitate.*
3. *Summa in modica quando cessatum est, potius præsumitur error, quam malitia.*
4. *Caducitas remittitur ex receptione canonis pro tempore futuro.*
5. *Protestatio contraria facto reijcitur.*

D E C I S I O DCCCXCVI.

LIcet sub die 19. Ianuarij 1601. fuerit in hac causa dictum, Equitem Leonardum per triennium cessasse à solutione canonis, non tamen exinde fuit resolutum illum cecidisse ab emphyteusi, sed reseruatũ, vt particulariter videatur. Vnde proposito per me dubio, sub hac die Lun. 2. Iu. 1601. An D. Eques veniret excusandus à caducitate, & quatenus non, an illa fuerit remissa, Domini in vtroque capite affirmatiue responderunt. Et quo ad primum, moti fuerunt eo fundamen- 1 to, quod defectus solutionis causatus † ab errore, non autem à malitia minus soluentis excusat à caducitate, Bald. in l. 3. nu. 5. versic. vnde ex. C. de hæred. act. Ias. in l. 2. nu. 55. in fin. C. de iure emphyt. Verall. dec. 180. 2 nu. 4. p. 1. & nedum error facti, † sed etiam iuris excusat, Bald. cons. 518. nu. 3. vol. 5. cum alijs per Ceph. cons. 407. nu. 52. vol. 3. iustus autem error deducebatur ex pluribus. Primus, quia cessatum fuit in modica sum- 3 ma cuius modicitatia † effectus est, vt potius præsumatur error, quam malitia, Bald. in l. quamuis. ff. de condit. & dem. Ias. in l. in executione. §. item si ita. nu. 5. versic. ad idem moueor. ff. de verb. oblig. quibus non contradicit Decis. Caput. 182. p. 1. quia aliud est quærere, an cessatio in modica summa præsuppositis terminis habilibus, nempe malitia non soluentis, possit reperire viam caducitati, in quibus terminis loquitur decis. allegata. Aliud est quærere, an ex modicitate summæ non solutæ potius præsumatur error, quam malitia, qui est casus, de quo agitur.

Secundò loco deducebatur ex eo, quod si triennium capiatur à die destinatæ solutionis, depositum factum per Equitem de anno 1590. erit in tempore, & licet de iure verius sit, quod tempus incipiat à die inuestituræ, per ea, quæ tradit Alex. in l. diuortio. §. ob donationes. nu. 10. ff. sol. matrim. Grat. cons. 79. num. 7. vol. 1. potuit tamen cõtrarium existimare Dominus Eques, tanquam armorum magis, quam legum peritus, ad not. in l. 1. C. de iur. & fact. ign. & in l. fin. C. de iur. delib. & ibi bene gl. verb. arma. vers. ab illa excipe milites.

Quo verò ad secundum caput dixerunt, remissam 4 caducitatem ex receptione Canonis † pro tempore futuro, ex late relatis per Clar. §. emphyt. quæst. 10. Nec 5 refragatur protestatio, quia tanquam † contraria facto reijcitur. cap. cum M. de constit. fuit in specie dictum coram Mantica Illustriss. in causa Romana deuolutionis Domus 2. Dec. 1592.

Non obstat, quod Camerarius recipiendo nõ potuit præiudicare Capitulo, quia Capitulum distribuendo inter Canonicos pensiones receptas ratum habuit factũ Camerarij, ad l. Paulus. vbi Dd. rem rat. hab. Dec. in istis terminis consil. 229. num. 3. Vnde proinde est ac si à principio mandasset, vt reciperetur reg. rathabitio de reg. iur. in 6.

A R G V M E N T V M.

Ad maiorem iustificationem iuris, quod competit perillustri ac Reuerendissimo Capitulo Lunensi Sarzanensiæ, in conferendis Canonicatibus, & Præbendis Cathedralis Ecclesiæ, sequentes Decisiones ab Almæ Vrbis Sacra Rota, summo studio, summoque labore impetrauit: & ipsas ad perpetuam rei memoriam, ac successorum vtilitatem promulgandas curauit Franciscus Cattenas eiusdem Ecclesiæ Canonicus.

S E R A P H I N I.

Lunensis, Sarzanensis, Canonicatus, Veneris, 13. Octobris 1589.

A R G V M E N T V M.

Capitulo, Lunensi Sarzanensi competit ius conferendi Canonicatus & Præbendas Cathedralis Ecclesiæ.

S V M M A R I A.

1. *Citationis Canonici executio fieri debet in domo solitæ habitationis, cum dimissione copiæ, & ad valuas Ecclesiæ Cathedralis.*
2. *Sententia est nulla ob non admissionem probationum.*
3. *De Turno, qui dat, debet vtrumque probare, nempe & quod adsit Turnus ex conuentione, vel consuetudine, & quod illa vice collator sit in Turno.*

D E C I S I O DCCCXCVII.

FVit dubitatum, An sententia A. C. lata ad fauorem D. Francisci Cattanei sit confirmanda.

Resolutio dubij pendet à duobus, nempe à validitate sententiæ, & à iustificatione gratiæ. Quantum ad validitatem, opponebatur pro parte Domini Christophori aduersarij, ex pluribus capitibus dictam sententiam esse nullam. Primò, quia contra Christophorum personaliter non apprehensum fuerunt latæ censuræ, contra dispositionem c. sacro. de sent. excom. Verum cum pars per procuratorem comparuerit, fuit sanatus defectus, & potuit procedi etiam ad cẽsuras, Rota 11. de dol. & contum. in nou. Præterea fuerunt latæ in iuris subsidium, si intra decem dies non pareret. Cumq; à paritione fuerit admissa appellatio, censuræ expirauerunt. Et quod tollit difficultatem, citatio fuit exe- 1 cuta † in domo solitæ habitationis, cũ dimissione copiæ & ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, iuxta clem. causam. de elect. quod potuit fieri, stante quod non pateret tutus accessus, vt testatur Notarius in dicta executione, quod comprobatur sufficienter ex contumacia partis, & molestijs, & impedimentis illatis, ne extraheretur concordia inter Episcopum, & Capitulum. Vnde Christophorus potuit haberi pro vero contumace. c. certum. 11. q. 3. secundo oppositum fuit, sententiam es- 2 se nullam, ob † non admissionem probationum, quia cum fuisset tentus terminus ad sententiam, eadem die præsumitur sententiam præcessisse. Ale. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. Tertiò opponitur de defectu obseruationis terminorum substantialium, sed cum fuerint reiterati, & reuocatæ dilationes, vel pro reuocatis habitæ ex stylo Curiæ, sustinetur sententia, Cass. dec. 9. num. 2. de appell.

Quantum ad iustitiam, quæ pendet à iustificatione gratiæ, Domini habuerunt gratiam pro iustificata. Nã vacatio de mense Augusti; probatur ex confessione Christophori in sua prouisione, & etiã adest vnus testis de publica voce, & fama. Aegid. decis. 595. Caput. 187. lib. 1. in manuscript. & ex hac probatione resultat probatio reseruationis, stante regula Cancellariæ. Neque excluditur hæc probatio ex eo, quod dicitur, Episcopum gaudere alternatiua, quia cum Canonicatus sit Ecclesia Cathedrali, in qua ex iuris cõmunis dispositione collatio est communis inter Episcopũ & Capitulum, gl. in c. cum Ecclesia Vulterana. in verbo postulauit. de electio. Rot. dec. 4. de cõcess. præb. in nou. Cass. dec. 22. de præb. Alternatiua non potest habere locum, cũ in ventre contineat hanc exceptionem. Non obstat, quod hoc procedat in simultanea, vt vocant, collatione non autem vbi Turnus est diuisus, vt fuit resolutũ

cutam

coram bon. mem. Domino Oriolensi in vna Salamantina alternatiuæ, & per Doctores in c. in illis. §. fin. de præben. in 6. Rocch. in tract. de Iure pat. in verbo ius. q. 6. nu. 11. Quia † qui dat de Turno, debet vtrumque probare, nempe & quod adsit Turnus ex cōuentione, vel consuetudine, & quod illa vice collator sit in Turno; quoniam licet primum sit in confesso, quoniam hęc pars fecit omnem diligentiam pro compulsanda concordia; tamen non probatur, quod Episcopus sit in Turno; Imò ex prouisionibus pro parte Cataneí productis, apparet consumptum fuisse Turnum. Nequo potest etiam inuari quasi possessione Episcopi conferendi sine interuentu Capituli. ad c. consultationibus de iure patron. quia exhibentur aliæ collationes Capituli, quæ reddunt hanc probationem æquiuocam, maxime cum pro existentia concordiæ concurrant fides visitationis, & aliarum personarū, & testes, quibus Rota fidem adhibet stante impedimento præstito executioni literarum compulsorialium, iuxta decisionem in causa Ianuen. viridarij facta coram me, & in alia Carthaginensi portionis. Qualitates Francisci, & valor optime probantur ex dictis testium, ad dec. Aeg. 113. ex his cōclusum pro cōfirmatione sentētiæ A. Camera.

O R A N I.

Lunensis, Sarzanensis, Canonicatus. die Lun. 29. Mart. 1599.

A R G V M E N T V M.

Collationis exercitium si inter Episcopum, & Capitulum sit diuisum, ita quod vna collatione gaudeat Episcopus, bina demum successione Capitulum, quid iuris sit.

S V M M A R I A.

1 *Collatio cum est nulla, non consumit Turnum.*

2 *Papa per regulam non vult auferre cuiquam ius conferendi, licet illius exercitium impediat.*

D E C I S I O DCCCXCVIII.

FVit dubitatum, an collatio Canonicatus, & præbendæ de quibus agitur, pertineret ad Episcopum, vel potius Papam. Dubitandi occasionem dedit allegata concordia Episcopi cum Capitulo olim ab Innocentio Octauo confirmata, in vim cuius inter vtrumque diuisum fuit collationis exercitium, ita quod vna collatione gaudeat Episcopus, bina demum successiua Capitulum. Et Domini resoluerunt collationem nō pertinuisse ad Episcopum, nam cū de mense Oct. an. 1590. occurrisset vacatio canonicatus, & præbendæ illos Episcopus Aurelio de Federicis conferendo consumpserit suum Turnum; Et propterea vacatio, de qua agitur Turno Capituli veniebat imputanda; sed quia illa mense Aug. an. 1591. superuenit, qui iuxta regulam reseruationum octo mensium est Papæ, idcirco reseruatio præbuit impedimentum Capitulo explendi, quo ad dictā vacationem suum Turnum. Quod etiam dicendum est respectu vacationum ann. 1591. & 1539. in quibus Capitulum stante dicta reseruatione non deuenit ad actum collationis, nec ideo potuit suum Turnum consumpsisse, quo fit, vt redintegrandum sit in sequentibus collationibus, neque enim quando notorie constat de non iure alicuius propter reseruationē consumitur eius Turnus, vt est Rot. dec. 11. de cōcess. præb. in antiq. Achill. dec. 5. nu 4. cod. tit. Put. dec. 174. lib. 3. & trad. collat. in c. quęrimoniā. nu. 3. de iure pat. Rebuff. super concord. tit. de manda. apost. §. 1. gl. super quinquaginta. Nec dicatur per dictam regulam auferri ius conferendi in octo mensibus, nedum Episcopis, sed etiam alijs inferioribus collatoribus, & consequenter per reseruationem Papam auocare ad se Ius conferendi, quod prius dictis ordinarijs competebat, vt per Hen. de Falco. in tract. de reseruat. q. 1. nu. 1. ita quod cesset ratio decisionis 11. de præbeo. in antiq. & Papæ collatio imputetur illi in cuius Turno vocatio contigit, & sic Turnum Capituli, quia per collationem Papæ nunquam consumitur Turnus Episcopi, vel Capituli, neque; potest dari ratio diuersitatis, siue Papa occupet octo mēses, siue occupet vnum, vel alteram vacationem, cum plus, & minus nō faciat differre speciem, vt fuit decisum coram bon. mem. de Bubalo in vna Salamantin. Archidiaconatus 2. Maij 1586. vbi non obstante regula Episcopus cōtulerat, sed prouisus agnoscendo bonam fidem concordauerat cum Apostolico, siquidem cum collatio † fuisset nulla, non consumpsit Turnum. Put. dec. 58. de præb. & 3. de empt. & vend. Rom cons. 329. post princ. Ferett. cons. 16. nu. 16. lib. 1. Nec per regulam Papa voluit auferre † Ius cuiquam conferendi, licet illius exercitium impediuerit. Non obstat Anæ, cons. 43. quia ex distinctione casuum tollitur difficultas, nam si quando inter duos vices conferendi sunt diuisæ, Papa generaliter reseruat, vel mandat ambobus, vt conferant, si præoccupetur vnus eorum per Apostolicum, Turnus eius compensatur in sequenti vacatione, ita quod à suo Turno non excluditur, qui est casus noster, iuxta dec. 11. de præb. in antiq. Quod si verò Iure cōferendi existente diuiso Papa dirigit mandatū, & reseruationem contra vnum eorum expresse, ille amittit suum Turnū, quia Papa voluit eū priuare pro ea vice potestate conferendi, & in his terminis loquitur Anan. cons. 43. Regula autem reseruatoria est generalis, nec dirigitur contra Capitulum solum, ita quod appareat, Papam potius voluisse præiudicare Capitolo quam Episcopo, vnde sicut Episcopus preoccupatus à Papa nō impeditur explere suū Turnū in sequēti vacatione, ita nec Capitulū, vt bene declarat Reb. in cond. Rub. de mand. Apost. §. 1. gl. verba quinquaginta. vers. Quod si duob. cō ferentibus alternatiim.

L A N C E L L O T T I.

Acheruntensis, Fructuum. Ven. 28. April. 1600.

A R G V M E N T V M.

Reseruatio fructuum siue pensionis, & obligatio facta de illam soluendo, cum loquuntur de Ducatis auri de Camera, solutio facienda est in tot Ducatis de Camera nouis, vel in summa æquiualente.

S V M M A R I A.

1 *Species certa monetæ vbi est promissa, quæ extet tempore quo fieri debet: vel illa species est soluenda, vel eius æstimatio.*

2 *Quilibet potest ius suum donare, vel remittere.*

D E C I S I O DCCCXCIX.

CVm reseruatio fructuū seu pensionis, de qua agitur, & obligatio facta de illam soluendo, nec non decretum Rotæ loquantur de Ducatis auri de Camera, Domini censuerunt, solutionem faciendam esse in tot Ducatis de Camera nouis, qui licet repetiantur, quia tamen non sunt in vsu frequenti, dixerunt, posse satisfacere soluendo æstimationē, & hæc æstimatio ita consideranda erit, vt dicitur tanta moneta inferiore, iuxta quā possit emi similis Ducatus, qui vt notum est, hodie nō emitur cum vno ducato, & vno Iulio, qui nō fit octo Teccatum. Principale fundamētum resolutionis fuit, quia vbi species † certæ monetæ est promissa, quæ extet tempore, quo fieri debet solutio, vel illa species est soluenda, vel eius æstimatio; quo fit, vt cū Ducati de Camera non sint in aliqua alteratione, vel in bonitate intrinseca immutati, vel in illis facienda est solutio, vel in summa æquiualenti, vt in terminis Ducatorum ex intētione fere omnium modernorum & antiquorum tradit Soc. Iuu. cons. 101. in prin. vol. 3. Bart. & alij in l. Paulus. ff. de solutio. Aret. cons. 11. Collegiū Lauariense. inter cōmunes opiniones Triuij. opin. 516. oum. 46. & fuit resolutum in causa Natnensi legitimę 17. Aprilis, 1581. coram Reuer. patre D. meo Seraphino in causa Roman. Pecuniaria S. Celsi. 23. Ian. 1589. coram Reuer. Patre D. meo Pena, & sæpe in alijs causis, & Teccatum 10. Iunij 1597. quæ decisio facit pro

Sf 4 hac

hac parte. dum fuit firmata supradicta conclusio, & quamuis in ea fuerit tentum, debitores censuum, & depositorum ante bannimenta, constitutorum teneri ad faciendam restitutionem in scutis inferioribus, qui non essent octo Teccarum: id tamen ideo factum fuit, quia census fuerat constituti, & deposita facta per aliquot annos ante bannimenta. Vnde cum de eo tempore etiam scuta inferioris ponderis essent in communi commercio, & creditores non probarent, se voluisse in scutis octo Teccarum non poterant debitores cogi ad soluendum in scutis octo Teccarum, quia hoc pacto fuissent coacti ad plus soluendum, quod secus est in hoc casu, in quo obligatio non est de scutis, sed de Ducatis de Camera, qui remanent in sua bonitate, & cui obligationi debitor non satisfacit, nisi soluat in eisdemmet Ducatis, vel in summa eis æquiualente, per supradicta, & ideo quæ deducuntur quo ad valorem scutorum, non faciunt ad rem.

Non obstat, quod ante bannimenta scuta inferiora essent in communi cursu, ita vt de illis censeantur partes sensisse in reseruatione ante eadem bannimenta facta, quia procederet, si reseruatio fuisset facta in scutis, tunc enim intelliguntur partes sensisse de scutis in cōmuni cursu existentibus, secus verò dicendum est, quando reseruatio est facta in Ducatis de Camera, qui in aliquo non reperiuntur immutati.

Non obstat, quod aliqui recipiant pensiones in scutis auri ordinarijs, & vno Iulio, quia quilibet potest iuri suo † donare, & remittere, & talis census non 2 probatur in iudicio receptus, vltra quod non constat de contrario vsu, cum census debiti Cameræ Apostolicæ in Ducatis de Camera, ita soluantur, & multi recipiendo pensiones in scutis ordinarijs fuerint protestati.

P E N I AE.

Romana, Pecuniaria, Lunæ 23. Ian. 1589.

A R G V M E N T V M.

De monetarum materia hic agitur.

S V M M A R I A.

1 *Moneta valor quando extrinsecus variatur, non debet attendi tempus contractus, sed tempus solutionis.*

2 *Pecunia antiqua deficiente, solutio fieri debet in moneta, quæ est in vsu, secundum tamen valorem antiquæ monetæ.*

D E C I S I O DCCCC.

ANno 1524. inter Capitulum & Canonicos Sanct. Celsi de Vrbe, & R. D. Bartholomæum Ferratatinum Canonicum S. Petri tanquam administratorē Cappellæ Iuliæ in Ecclesia S. Petri sitæ occasione cuiusdam litis in Rota pendentis fuit facta transactio super quibusdam domibus, quam canonici S. Celsi ad se pertinere dicebant, cuius transactionis virtute vtrinque liti cessum est, & constitutum, vt in posterum perpetuis futuris temporibus canonicis S. Celsi legitimo dictæ Cappellæ Iuliæ procuratori pro tempore existenti singulis annis de semestre, in semestre ducatos centum auri, in auro de Camera soluere tenerentur.

Eos multis annis Canonici S. Celsi iuxta formam præfatæ transactionis soluisse dicuntur, ex apochis autem, & quietantijs apparebat, quod saltem ab anno 1556. vsque annum 1586. Canonici S. Celsi prædictos centum ducatos solum soluerunt ad rationem 11. Iul. pro tempore currentium pro singulo ducato auri in auro de Camera. Sed cum successu temporis secundū valorem extrinsecum ducatus esset auctus, quamuis auri pondus, aut bonitas non appareret omnino mutata, creuit etiam eius valor, qui nunc etiam currit ad Iulios XIII. pro singulo ducato propterea prædicti Canonici S. Petri, tanquam administratores Cappellæ Iuliæ, tam de præterito, quàm de futuro solutionem præfatorum centum ducatorum auri in auro de Camera non ad rationem 11. Iul. sed ad rationem XIII. Iul. exigere volebant, hanc controuersiam ambæ partes suffragio Rotæ dirimendam statuerunt, eam mihi extra Rotam commiserunt, quam proposui die 2. Decemb. 1588. & quoniam Domini fuerunt varij, non fuit capta resolutio.

Itaque die 23. Ianuarij 1589. iterum proposita post diligētem discussionem Domini duo tempora distinguenda prudenter putauerunt, primum præteritum quod respicit terminos, siue pensiones præteritas, & sic censuerunt ne Canonici S. Petri amplius à canonicis S. Celsi exigant quam hactenus receperunt, vt scilicet contenti sint solutione facta ad rationem XI. Iul. pro quolibet ducato auri in auro de camera, præsertim cum non videatur eos posse iuuari prætextu erroris sui Procuratoris qui præfatas pensiones exigebat & recipiebat à canonicis S. Celsi ad rationem XI. Iuliorum pro quolibet ducato. Nam cum singulis annis ipsi sibi potius præiudicium intulerunt, & si qua ignorantia considerari poterat, illa non videbatur probabilis sed supina, quæ † non excusat errantem, l. latæ 1 culpæ. ff. de verborum signific. l. quod Nerua. ff. de posit. l. plurium. eo. l. nec supina. ff. de iur. & fact. ignor. tenor propterea apocharum seu quietantiarum satis prætensum istum errorem tollere videbatur, cum fieret habita ratione valoris aureorum antiquorum, de quibus in ipsa transactione fuerat actum.

Quatenus ad secundum tempus spectat, quod futuras solutiones respicit, Domini voluerunt solutionem fieri, vel aureis ducatis de camera, vel in eorum vero valore, secundum tempora currentia; Nam secundum communem Doctorum sententiam, quando certa monetæ species est soluenda, vel eius valor, seu æstimatio tempore solutionis faciendæ, Bart. & Dd. in l. Paulus. ff. de solut. Aret. cons. 11. num. 3. Cagnol. in l. 2. de pactis inter emptorem, & venditorem, Petrus Beninten. decis. 39. incipien. dubitabatur in quad. causa. Aym. consil. 47. incipien. Magistratus. num. 6. vers. quinto dico.

Ratio autem est, nam quando variatur extrinsecus 2 † monetæ valor, sine dubio non debet attendi tempus contractus, sed tempus solutionis, ita Aret. dict. consil. 11. num. 3. vbi hanc testatur communem opinionem, in casu proposito ducatus aureus de camera non apparebat variatus in bonitate extrinseca, cum is, qui nunc videtur in curia & eiusdem ponderis, & bonitatis auri facta experientia esse videretur, ac ille qui quinquaginta aut sexaginta annis ante erat immutatus, ac in duobus fere baiochis diminutus, vt constat ex constitutione quadam Pauli IV. incipiente *ex omnibus* edita anni 1558. Vnde cum hodie cum XI. Iulijs currentibus non possit emi vnus aureus de Camera ex illis, qui currebant tempore contractus, vel de illis, qui illorum loco suffecti sunt, debitor nunc soluens 11. Iulios pro illis, qui soluebantur antiquo tempore, quando Iulij erant meliores, cum minus soluat non satisfaceret obligationi. Nam cum illis 11. antiquis Iulijs nostratibus seu currentibus emi non potest.

Nam Canonici S. Celsi potuerunt se præscriptione tueri, cum non potuerunt probare continuatas solutiones ad rationem 11. Iuliot. pro quolibet ducato, nisi ab anno 1557. vsque ad annum 1586. & sic pro 30. tantum annos, qui non sufficiunt ad inducendam legitimam præscriptionem contra Ecclesiam, cum 40. anni exigantur. c. de quarta, & c. illud autem. de præscriptionibus.

Illa verò solutio ad rationem 10. Iuliorum pro ducato facta per Canonicos S. Celsi, de anno 1529. vnica est, nec demonstratur continuatio. Ideo non est sufficiens ad inducendam præscriptionem aut præscriptionis initium, d. cap. illud. §. verum. de præscrip.

Ad text. in cap. olim causam. & in c. fin. de censibus, quibus sanciri videtur, vt deficiente antiqua pecunia, 2 solutio † fiat in moneta, quæ est in vsu, tamen secundum valorem antiquæ monetæ.

Respondetur primum, reperiri quidem Romæ ducatos aureos de Camera antiquos, qui licet non sint in vsu frequenti; non referre, cum Canonici Sancti Celsi tot singulis annis reperiri possint quot ad paruam summam centum ducat. persoluendam sufficerent. Rursus dicebatur, quod quamuis in indiuiduo, non reperiantur illi ipsi aurei de Camera, qui currebant tempore contractus de anno 1524. reperiutur tamen apud Mercatores ducati alij de Camera, antiquis illis prorsus similes, de quibus solutio commode fieri possit. Vnde non intrat dispositio illorum textuum in casu proposito, & ita etiam procedit illa opinio, quæ asserit, solutionem esse faciendam iuxta valorem monetæ, quæ reperitur amplius. Anton. Burgos. in c. cum dilecti. num. 3. de empt. & vendit.

Ad decis. Putei 143. incipient. communis conclusio est, respondebatur eam nutare, & incertam videri, ac suffragij potius priuati, quam decisionis Rotæ speciem præ se ferre.

Multa alia fuerunt vtrinque allegata, quæ facile ex præfatis, vel conciliantur, vel subuertuntur. Et ideo consulto fuerunt hic omissa, præsertim cum Domini ad declarandum propositam difficultatem in his, quæ dicta sunt, præcipuum fecerint fundamentum.

PAMPHILII.

Forolimensis, Census, Lun. 27. Maij, 1591.

ARGVMENTVM.

Deciditur super augmento monetæ.

SVMMARIVM.

1 *Partita nouiter exhibita regulariter pro tertio cōtra tertium nihil probant.*

DECISIO DCCCCI.

NOn est recedendum à decisionibus iam factis ex partitis banchi illorum de Segr. nouiter exhibi- 1 tis, quæ regulariter pro tertio contra tertium † nihil probant. vt per Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. Fel. in c. 2. sub nu. 23. de fide instrum. Palçot. decis. 191. maxime quia neque quo ad personas, neque quo ad tempus concordant cum instrumento census, imò cum ex eis appareat schedulam ibi descriptam excessisse summā scut. 1000. & fuisse acceptatam, contrariantur testibus, qui dicunt schedulam fuisse datam de mille scutis tantum & illam fuisse recusatam, vt per Informantes.

PAMPHILII.

Romana, Pensionis. 4. Iulij, 1601.

ARGVMENTVM.

Pensio, quæ imposita est super beneficio Iuris patronatus laicorum, valet, & quare.

SVMMARIA.

1 *Consensus patroni nō requiritur in reseruatione pensionis.*

2 *Papa difficulter beneficia Iuris patronatus laicorum grauare solet.*

DECISIO DCCCCII.

DIxerunt Domini, pēsionem de qua agitur, non esse nullam, ex eo quod sit imposita super beneficio Iuris patronatus laicorum, quia præter id, quod existentia huius Iuris patronatus controuertitur, fuit di- 1 ctum in reseruatione pensionis † non requiri cūsensum Patroni. Gig. de pens. q. 23. nu. 1. Rebuf. in 3. par. sign. in verbo, nec non iuris patr. num. 28. & fuit decis. Cassad. 3. de iure patron.

Et licet necessaria sit notitia iuris patronatus in Papa 2 qui difficilius † solet huiusmodi beneficia grauare, Gig. d. tract. q. 24. nu. 4. de hac tamen notitia sufficienter cōstat ex derogatione Iuris patronatus, quæ ostendit enixam intentionem reseruandi pensionem, etiam quod beneficium esset iuris patronatus, cui quatenus adesset si laicorum ex fundatione, vel dotatione pro medietate, alias in totum derogauit cum clausula latissi. ne extendendi, quod ad hunc effectum sufficit, vt fuit resolutum in vna Lucana pensionis 4. Nouemb. 1579. corā bon. mem. Rubeo. Præsertim stante alia clausula, quod maior, & verior specificatio fieri possit, quæ multum operatur, Caputaq. decis. 296. nu. 8. par. 2. & quod euitando subreptionem sufficit, quod Papa in genere potuerit cogitare beneficium esse iuris patronatus laicorum, Cassad. decis. 1. de priuil. cum vulgatib.

Narniensis, Legitimæ, 17. April. 1581.

ARGVMENTVM.

Monetæ quando certa species promissa est, quæ extat tempore quo fieri debet solutio, illa species soluenda est, vel eius æstimatio de tempore fiendæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Communis est Doctorum sententia, quod vbi species certæ monetæ est promissa, quæ extat tempore quo fieri debet solutio, illa species soluenda est, vel eius æstimatio de tēpore fiendæ solutionis.*

DECISIO DCCCCIII.

DOminus Alexander Massarius repetebat à Domino Syluio dotis maternæ portionem, quæ cū fuisset soluta tempore contracti matrimonij in tot ducatis auri de Camera, qui tunc temporis præsupponuntur valuisse decem Iulios: orta fuit inter duos fratres controuersia, prætendente Syluio, se teneri ad solutionem decem Iuliorum tantum pro ducato, non autem ad rationem valoris hodierni. Ideo dato super hac re dubio fuit per Dominos conclusum, Syluium teneri ad solutionem ducatorum iuxta æstimationem, & valorem hodiernum. Nam communis est Doctorum sententia, 1 quod vbi species † certæ monetæ est promissa, quæ extat tempore quo fieri debet solutio, illa species soluenda est, vel eius æstimatio de tempore fiendæ solutionis, Bar. & Doct. in l. Paulus. de solut. Brun. de monet. in 5. par. §. 2. Bissig. in l. cum quid. nu. 24. si cer. pet. Alcia. ibi nu. 78. & cons. 155. vbi inquit omnes in l. cum quid. ita sentire. Cagnol. in l. 2. nu. 215. C. de pact. inter empt. & vend. eandem esse communem testatur Aret. cons. 11. nu. 3. Gabr. de solut. conclus. 2. in princ. Soc. iun. consil. 44. num. 5. lib. 4. Neque obstat Natta cons. 454. num. 3. quia ipse decipitur æquiuocando de moneta, quæ est in obligatione ad eam, quæ est in facultate soluendi; & male sentit, & contra communem Doctorum sententiam. Non obstat Afflic. decis. 194. quia ibi diuersus est casus à nostro, non enim erat in obligatione ducatus Venetus, qui est certa species, sed florenus: & tamē traditio dotis facta fuerat in ducatis, & florenus erat in obligatione, & hæc sufficiant ad decisionem præsentis dubij, omittendo alias quæstiones, quas late tractant Doctores, & in quibus opus est longa distinctione propter diuersitatem casuum, & Doctorum cōtrouersias.

LITTÆ.

Placentina, Parochialis, de Malpartida, Mercur. 16. Ianuarij.

ARGVMENTVM.

Falsitas in supplicatione gratiæ cessæ concludenter probari debet, nec semiplena probatio sufficit.

SVMMARIA.

1 *Non entis nulla sunt qualitates, & partes.*

2 *Falsitas in supplicatione gratiæ si commissa esse dicatur, plene & concludenter probanda est.*

3 *Interpretatio in dubio falsitatis ea fieri debet, per quam delictum excluditur, & odiosa interpretatio.*

DECISIO DCCCCIV.

COntra Petrum Oliuam informantem fuit capta resolutio, se gratiam illius non iustificare, signanter in eo, quòd Bartholomæus Perales falsitatem commisetit

miserit in supplicatione gratiæ sibi cõcessæ de hac Parochiali. Nam cum supplicatio originalis dictæ gratiæ nõ exhibeatur, non potest cũ veritate dici apparere de falsitate commissa circa illam per regulam, quod non entis † nullæ sunt qualitates, & partes maxime, quia hoc in casu est plene, & concludenter † probanda ipsa falsitas, nec semiplena probatio sufficit, stante quod super ea præcipue fundatur gratia Petri, vt alias in simili fuit tentum in vna Marsicana beneficij, 10. Iunij, 1577. coram nunc Sanctissimo Domino nostro quæ est Diuers. 268. parte 1. & in Casalensi Præpositurae 21. Aprilis 1597. coram bon. mem. Gypsio. Nec refert, quod ex diligentijs factis ad instantiam Domini Petri in libris Registri supplicationum de mandato Rotæ constet, nõ repertam aliquam supplicationem signatam pro Bartholomæo cum data, quæ cõueniat datæ literarum expeditarum ad fauorem illius.

Siquidem, quia ex hoc non potest per necesse inferri ad falsitatem narratam, cum possit esse quod expeditores literarum errauerint in appositione datæ, & non quòd Bartholomeus ipse aliquam falsitatem commisit circa datam supplicationis originalis, super qua literæ expeditæ fuerunt, ad text. in l. non hoc. C. vnde cogn. maxime quia in dubio fieri debet † interpretatio, per quam delictum excluditur, & simul odiosa impetratio, qualis est ista Petri, ad tex. in l. merito. ff. pro socio. iuncta reg. odia. de reg. iur. lib. 6.

P E N I Æ.

Pampilonensis, Abbatiæ, Lun. 31. Ian. 1600.

A R G V M E N T V M.

Processus integer esse debet, & legitime extractus.

S. V M M A R I V M.

1 *Processus præsumuntur integri.*

DECISIO DCCCCV.

VTraque parte informante Rota cẽsuit, processum fuisse integrum, & legitima extractum, nam pro integritate concurrebat primo præsumptio, quia processus præsumuntur † integri, vt fuit decisum in causa Veneta illegitimatis die 2. Maij, 1597. coram me, & sæpe alias. Idem suadebat attestatio Notarij, qui extraxerat vigore compulsorialium, & asserebat processum integrum. Ver. decis. 339, lib. 1. in manuscript. & decis. 245. in fine. par. 2. Non probabant defectum processus oppositionis coram Iudice compulsore factæ à parte, quia de contentis in oppositionibus non apparebat nisi eiusdem partis assertione, cui tantum non creditur, l. omnibus. C. de test. Crau. cons. 41. nu. 2.

Non obstabant, quod deficerent portiones super osculari visione, & actus delegationis Vicarij generalis in persona officialis, quia non probabatur huiusmodi petitiones fuisse factas, & actus delegationis Vicarij generalis habetur in prot. fol. 707.

Rursus non obstat, quòd iudex decreuerit Io. dandũ transumptum huiusmodi actuum proprijs ipsius expensis, quia ex hoc decreto non inferebatur, istos actus fuisse in hac causa factos. Præterea non arguebat defectum responsio producentis Martini dicentis, nihil deficere de substantialibus & pertinentibus ad causam, quasi hinc colligeretur quædam deficere non substantialia: nam præterquam quod ille est communis vsus loquendi, illa responsio negatiua non continet affirmationem in ordine respondentis. Pedem. decis. 178. nu. 6. & 9. Eũdem verò processum fuisse legitime extractum constabat, quia fuerat habitus à Notario actuario, propterea in exactione non erant necessariæ aliæ solennitates, Veral. decis. 170. par. 1.

Romana, Tutelæ de Ceulis. Lun. 14. Martij, 1583.

A R G V M E N T V M.

Administratio tutelæ quomodo probetur.

S V M M A R I A.

1 *Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur.*

2 *Pupillare negotium quomodo quem gessisse probetur.*

DECISIO DCCCCVI.

FVit alias ordinatum, quod pro faciliori istius causæ expeditione videretur, an Dominus Hieronymus Ceulus, vel potius Domina Faustina mater filio, quondam Lucæ de Masso tutelam de qua agitur, administrauerit, & dubio proposito, Domini dixerunt satis constare, vtrũque dictæ tutelæ, & administratione se ingessisse. Et quod primo ad Dominum Hieronymum attinet, moti fuerũt, quemadmodum post tutelam susceptam ipse, ac Ioan. Baptista & Andreas de Masso Contutores mãdatum generale Io. Bernardo etiam de Masso dederunt ad exigendum omnes pecunias, & res dictorum filiorum, quod procul dubio facere potuerunt, l. si procuratorem. §. 1. ff. mand. Sal. in l. neque patres. nu. 1. C. eod. cum alijs adductis per Alex. cons. 162. lib. 5. & cõs. 128. lib. 6. quam quidem procurator summam ducatorum 2761. à Rauaschetijs postmodum exegerit.

Nec refert, quod Io. Bernardus quo ad bona Neapoli existentia esset etiam tutor testamentarius dictorũ pupillorum, quia præter id, quod non constat, dictum creditum fuisse de bonis Neapolis: Respondetur, nullibi apparere onus huiusmodi tutelæ ab ipso acceptatum fuisse, nec sciuisse se tutorem datum, & ignorantia præsumitur † nisi sciẽtia probetur. l. quidam. § ex quo. vbi Bart. not. ff. admin. tut. & propterea tutorio nomine exigere non potuit, l. fin. C. arbitr. tut. faciunt not. in l. tut. qui repertorium. eod. titu. & quod vti procurator, & non tanquam tutor dictas pecunias exegerit, manifeste dignoscitur ex lectura eiusdem partitæ Rauaschetij, in qua Io. Bernardus tantum nominatur, vti procurator dictorum tutorum, & si res redderetur nonnulla dubia, præsumendus esset procuratorio nomine egisse. l. post mortem. §. tutor. vbi Bartol. ff. quando ex facto tut. Corn. consil. . . num. 3. libro 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. Couar. in cap. requisisti. num. 40. de testam.

Præterea, & secundo quod Dominus Hieronymus negotium pupillare gesserit, probari dicebatur ex † eo, quod ipse ac Dominus Ioan. Baptista quandam schedulam bancariam siue literas Cambij pecuniarum soluẽdarum ipsis filijs, & hæredib. de Masso vti tutores subscripserũt, quo fit, vt tale negotium vti pupillare fuisse ab ipsis tutoribus gestum inficiari non possit, & ad effectum de quo agitur, & bene sufficere videtur, per l. ita autem, §. gessisse. vbi Bart. ff. de admin. tut.

Non videtur etiam excitandum Dominam Faustinam tutelam prædictam gessisse, cum vti tutrix relicta à quondam Luca eius marito factores ad lites, ad exigendum deputauerit. Quamobrem censendum videtur, alia quoque negocia tutorio nomine gessisse, faciũt superius dicta de procuratore, quibus addo Bar. quem alij sequuntur in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, nu. 8. ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 14. nu. 6. lib. 1. Paris. cons. 117. nu. 1. lib. 1. & ex dictis testium in Curia Capitolij examinatorum, satis dilucide perspicitur, nonnulla alia negotia ad ipsos pupillo, spectantia gessisse, & sic dictæ tutelæ se immiscuisse, & licet dicti testes sint inter diuersas personas & in alio iudicio examinati, nihilominus cum Domina Faustina hoc iudicium mouerit vti hæres suorum filiorum, aduersus quos alias prædicti testes producti, & examinati fuerunt, ab re non videtur dicere illos hoc pacto minime euitari posse, quatenus autem de ipsorum testium fide dubitetur, poterit particulariter videri.

Ad alia, quæ hinc inde deducunt, bene respondetur per Informantes.

A L D O B R A N D I N I.

Romana, Bonorum de Ceulis, Lun. 3. Decembr. 1584.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Alimenta & sumptus litis debentur filio, vel nepoti agenti ad bona patris vel aui, etiam in prima instantia.

SVMMARIA.

1 *Regula est, quod filio vel nepoti agenti ad bona patris, vel aui, etiã in prima instantia debeantur alimenta, & n. 4*
2 *Intentionem de iure communi, qui fundatam habet super petitione alimentorum, eam probare debet.*
3 *Maritus non tenetur vxorem alere, ex quo dotem non habuit, si verum est, quod indotatam eam non accepit.*
4 *Expensa litis quando sint subministranda.*

DECISIO DCCCCVII.

CVm duobus præsuppositis concluserunt Domini quo ad primam partem dubij, danda esse alimenta & sumptus litis Illustriss. Dn. Clarici; præsupposita fuerunt, quod producitur motus proprius derogatorius statuti Vrbis, & decreti Populi cõfirmati à Sanct. mem. Pio V. circa reformationem dotium. Item instrumentum dotis, ex quo asserunt Informates, pro ea apparere præfatam Dn. Claricem dedisse in dotem Illustriss. Domino Petro Francisco omnes suas prætensiones: Ijs enim præsuppositis concluserunt, vt dixi debeti alimenta, & sumptus litis. Regula enim est, quod filio † vel nepoti agenti ad bona patris, vel aui etiam in prima instantia debẽtur alimenta, l. si instituta, de inoff. test. Bisig. dec. 2. de iud. Affl. dec. 1 t. n. 2. Pere. dec. 1. li. 1. Coor. pract. q. 8. c. num. 6. isti enim regulariter præsumptionem boni iuris pro se habent, vt dicunt supradicti Doctores.

Ad offuscandam igitur hanc præsumptionem plura deducit Dn. Tiberius, primo statutum taxans dotes; hoc tollitur, vt dixi, ex motu proprio derogatorio dicti statuti.

Secundo deducit iudicium auitum, cuius arbitrio videntur statuta vrbis remittere quantitatem dotium, sed hoc etiam visum fuit Dominis nõ obstare, imò potius facere pro Clarice, quia omisso, an statutum locũ habeat in casu isto, vel ne, auus sensit, de dote ascendente ad scut. 10. & octo millia, vel viginti millia in circa, ex quo de anno 1573. donauit Clarici loca 50. Montis sacri fœderis, iubens fructus certis temporibus reinuestiri, vt in donatione producta, quæ loca ex præfata reinuestitione præsupponuntur aucta ad istam quantitatem: Iudicium igitur aui fuit, quòd Clarix hanc haberet dotem, & quamuis voluerit illam debere oubẽri de cõsensu D. Tiberij, alioquin haberet solum scuta quinque millia, ex hoc tamen non offuscatur præsumptio, si cut in l. si instituta, nõ offuscatur exheredatione paterna, quia interim disputandum est de validitate exhæredationis, quamuis enim ibi lata esset sententia, tamen conueniunt Domini deberi etiam in prima instantia, vt supra dixi: ita igitur in hoc casu, quæstio est, an auus comprehenderit huiusmodi casum quando videlicet consensus fuit requisitus, & Dominus Tiberius tenuit illum præstare, & quia Clarix voluit renunciare bonis paternis, potest etiam habere difficultatem, an teneat tale præceptum, l. cum tale. §. si recipiunt. de condit. & demonst. Aym. conf. 1. Et quamuis simus in contractu & conditione voluntaria, poterit habere difficultatem secundũ Doctores, An ea quæ dicta fuerunt in illa Romana donationis, de Massis coram me procedant in eo, qui tenetur dotare, vt hic, in quo non versamur in actu mere voluntario pendente à mera liberalitate. Interim itaque donec ista discutiuntur, nõ potest dici elisa præsumptio illa boni iuris quam habet neptis in bonis aui, vnde interim est alimentanda, maxime, quod dum is, 2 qui † fundatam de iure communi habet intentionem super petitione alimentorum petit alimenta, & super hoc litigatur, debet præstari. Affl. decis. 11.

Non obstat, quod aliunde habet alimẽta, ex quo habet 3 maritum, qui eam tenetur alere, quia ad † id non tenetur maritus ex quo dotem nõ habuit, si verum est quod indotatam eam non accepit, l. factum. C. ad Velleian. Alex. in l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo. nu. 8. ff. sol. matrim. Rom. conf. 317. col. 11. Alex. consil. 31. nu. 10. lib. 6. Berer. decis. 22. nu. 1. Cresc. decis. 233.

Non obstat, oblatio quinque mille, quia non continet totum id, quod auus reliquit; sed solum id, quod donauit in euentum contrauentionis, in quam Clarix prætendit non incidisse.

Nõ obstat, quod habeat bona materna, quia de hoc non constat, neque ad quam sommam illa ascendant.

4 Quo ad expensas litis, dixerunt ex eisdem † rationibus illas esse subministrandas, Guido Papæ decis. 565. Aym. conf. 164. cum alijs allegatis.

Circa quantitatem arbitrati Domini fuerunt, debero dictum Tiberium fructus omnes, nedum 50. locorum Montium donatorum de anno 1573. sed omnium locorum conflatorum, ex successiua reinuestitione fructuum, quæ omnia loca debebant inseruire pro dote præfatæ Dominç Claricis, si cum consensu Domini Tiberij nupsisset: reseruarunt tamen Domini sibi facultatem in processu causæ & arbitrium huiusmodi alimenta augendi, vel diminuendi.

EIVSDEM.

Eadem, Ven. 14. Decembr. 1574.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius decisionis idem est cum priori.

SVMMARIA.

1 *Vxor, quando dedit in dotem nomen debitoris, maritus tenetur eam alere, & sumptibus suis nomen debitoris exigere.*
2 *Maritus tenetur suis sumptibus exigere nomen debitoris in dotem datum, quia tacite videtur ita actum inter partes.*

DECISIO DCCCCVIII.

QVia post resolutionẽ factam tertia Decẽb. 1584. in causa Romana de Ceulis, p parte Illustr. D. Claricis iuxta ordinationem Dominorum meorum fuit productum instrumẽtum subarrhationis, & dotis, quo constare prætendebat Dominus Tiberius, recedendum esse à resolutione iam facta, tam respectu alimentorũ, quam sumptuum litis: propterea supradicto die addito instrumento proposui iterum causam, & Domini eorum non obstante persisterunt in eadem opinione, nempè quod & alimenta, & sumptus litis debentur Dominæ Clarici. Fundamenta fuerunt eadem, quia scillicet filij, & nepotes, vel nepotes agentes, vel ad successionem, vel ad congruam dotem in bonis illius, qui de iure dotare tenetur, prout agit Dominç Clarix neptis Domini Hieronymi, fundatam habent de iure communi intentionem ex his, quæ deducta tunc fuerut.

Non obstat, quod quando vxor, vt in hoc casu dedit 1 in dotem † nomen debitoris, maritus tenetur eam alere, & sumptibus suis nomeo debitoris exigere. Bal. in l. 2. nu. 1. C. de act. & oblig. & ibi Sal. Specul. in tit. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. nu. 25. Bertran. conf. 135. lib. 7. tum quia vltra, quod hi Doctores non loquuntur in alimentis, nec dicunt maritum, qui nomen debitoris in dotem accipit, teneri alere vxorem debitore non exacto, & quærunt an impensæ factæ dotem minuant, velini contrarium vbi nomen debitoris non est datum æstimatum, tenet Bar. in l. 1. §. necessario. nu. 7. ff. de impens. in reb. dotal. fact. cum quo videtur transire Sal. in d. l. nominibus. nu. 2. C. de act. & oblig. Corn. l. 1. nu. 3. C. de bon. mat. Crot. in l. frater à fratre, nu. 129. referentes ambo Benedictum de Plumbino, attestantem de communi. Et quamuis controuertant Doctores, quænam verior sit & receptior opinio, an gl. in l. 1. ff. de Imper. in reb. dot. fac. quam sequitur Bald. vbi supra, vel Bar. in d. l. vt liquet ex traditis à Pincl. in l. 1. in 2. par. nũ. 70. l. de bon. mat. in hac tamen difficultate visa est vera,

vera,& amplectenda distinctio Bal. in l. 1. nu. 13. in fin. C. de bon. mat. asserentis, opinionem glossæ procedere in modica impensa, quando sc. maritus nullos fructus percepit, aut non tales, qui superabundent pro faciendis sumptibus magnis, vt per eundem Bald. in l. per diuersas. nu. 10. C. mand. in l. 3. nu. 2. in fi. C. de falsa causa. ad leg. quem sequitur Ias. in l. diuortio. §. impendia. nu. 4. in fi. ff. sol. matr. & in l. area. sub nu. 3. ff. de condit. indeb. Alex. in add. ad Bar. in l. 1. §. necessario. ff. de impẽs. in reb. dot. fac. quam distinctionem postremo sequitur Pinel. in d. l. 1. in 2. par. num. 7.

Item,& secundo, quia secundum aliquos ex Dominis, licet maritus teneretur accepto nomine debitoris in dotem suis sumptibus agere,& vxorem alere, hoc procederet nisi sibi præcauisset, ideo enim secundum opi-
2 nionem glossæ tenetur maritus suis sumptibus exigere nomen debitoris in dotem datum, quia tacite videtur ita actum inter partes, vt per Sal. in d. l. 1. prope finem. C. de actio. & oblig. quam rationem etiam refert Corn. in d. l. 1. sub nu. 3. C. de bon. mat. ibid. nu. 10. quæ præsumptio hic cessat, cum non sit verisimile, partes cũ damno ipsorum voluisse hoc modo releuare Dominũ Tiberium omnia bona possidentem,& cum litigare intendebant ab hoc onere,& ideo sibi præcauisse videtur Illustriss. Dominus maritus, ex quo obtinuit sibi cedi ab vxore omnes actiones,& omnia iura cõpetentia pro exactione huiusmodi dotis, inter quæ iura est ius petẽdi alimenta & sumptus litis, ea pendente, quamuis officio iudicis extraordinarij peterentur, vel deberẽtur, nam ex hoc cedi potest, Tiraq. de retractu cõuen. §. 26. la 3. num. 4. addebat etiam vnus ex Dominis, quod in omnem euentum teneretur Dominus Tiberius ad fructus dotis à die moræ, Alex. cons. 51. col. 3. num. 5. Cor. cons. 164. num. 5. lib. 3.

Non obstat, quod sit offuscata præsumptio boni iuri Claricis ob auitum iudicium, quia imò Clarix allegat iudicium auitum pro se, vt fuit in resolutione dictum, ex quo auus voluit illam habere dotem multiplicatã ex successiua coemptione aliorum locorum Montium, vel censuum. Et quamuis replicat ipsa, prius defecisse in obseruantia d. donationis Dominum Tiberium in eo, quod ex fructibus locorum montium nõ emit alia loca montium, vel Census in persona Dominæ Claricis respondet etiam quod quæstio, quę inter eos vertitur, est super hoc, an ipsa adimpleuerit, vel ne, ex quo requiruit consensum Domini Tiberij, qui illum tenuit prę-stare,& vt fuit dictum in prima decisione,& in casu §. pen. l. si instituta. de inoff. test. aderat exhęredatio,& nihilominus præstantur alimenta,& quamuis ibi adesset sententia hoc fuit ex contingentia facti, vt dixit Ægid. decis. 88. in fi. qui dat duas solutiones,& inter eas ista, quod sententia non erat necessaria, vt concludunt Doctores ex quo alimenta dantur in prima instantia, ne filius fame pereat,& ne ob paupertatem ius suum indiscussum relinquere cogatur. Bisig. decis. 11. de iudic. Afflict. decis. 11. Rebuff. de sent. Put. not. 1. gl. 11. num. 5. Duen. reg. 365. in 4. ampliat.

Aliqui etiam ex Dominis dicebant, has omnes difficultates respicere exceptionẽ Dominũ Tiberij, ex quo ipse non docet se adimpleuisse ex parte sua, vnde non potest niti dicta donatione, etiam si vult se fundare super testamento, in eo non potuit Hieronymus adijcere conditionem, vt teneretur Clarici nubere de consensu sui hæredis, l. cum tali. §. rescriptum. de cond. & dem.

Quo ad quantitatem, nihil statuere Domini voluerunt, sed iusserunt me de hoc agere, die Mercur. in vltima Rota, egi postea 17. eiusdem de quantitate, quam Domini certam noluerunt statuere, sed per modum temperamenti, sine præiudicio iurium vtriusque partis concluserunt Dn. Tiberium debere ad computum alimentorum,& sumptum litis, pro nunc soluere scuta 300, reseruato arbitrio Dominorum, in disputatione causæ certiorem faciendi determinationem.

EIVSDEM.

Eadem, Vener. 29 Martij 1585.

ARGVMENTVM.

Decisionis huius tenor correspondet proxime præcedenti.

SVMMARIA.

1 *Terminus cum præfixus est à donante,& infra terminum donans non elegerint, deuoluitur electio ad creditorem.*
2 *Mora consideratur respectu voluntatis donantis.*
3 *Debitore non eligente, electio transfertur ad mulierem.*

DECISIO DCCCCIX.

FVit per maiorem partem Dominorum conclusum, rationem ineundam esse ad rationem locorũ montium vacabilium, non autem non vacabilium, cũ enim Dominus Hieronymus donauerit Illustrissim. Domini Clarici nepti loca quinquaginta montium sacri fęderis pro eius dote, cum pacto, quod fructus vsque ad tempus contracti matrimonij, possint & debeant inuestiri pro eadem Clarice,& in eiusdem persona per ipsum Dominum Hieronymum,& eius hæredem, natu maiorem, in vrbe pro tempore commorantem, in locis dicti, seu aliorum montium non vacabilium, hic in Vrbe infra sex menses proximos, quo ad decursos,& quo ad decurrẽdos à die, quo fructus maturati & exacti erũt,& prout in dies exigentur infra sex menses, reseruata tamen in ijs Domino Hieronymo,& successiue Domino suo hæredi natu maiori in Vrbe commoranti administratione & libera facultate, fructus prædictos decursos,& decurrendos exigendi. Ex his constat, donantem præfixisse terminum sex mensium successiuis temporibus, pro ista successiua emptione facienda.

Quamuis igitur esset in electione præfati hæredis emere loca vacabilia & non vacabilia, cum alternatiue locutus fuerit donans, reg. in alternatiuis. de reg. iuris, in 6. cum tamen præfixus fuerit terminis à donante,&
1 infra terminum donans non elegerit, † deuoluitur electio ad creditorem. l. statuliberum, §. fin. de legat. 2. vbi Bartol. & Bal. & ceteri omnes, quod locum sibi vendicat, etiamsi statuatur terminus solutionis, quia in necessariam antecedentiam præfigitur electioni. Cum ibi. num. 3. Ratio autem moræ est, quam assignat ibi Cum. nu. 2. & Flor. nu. 6. natura scilicet termini & dilationis, quæ quidem pendet, respicit fauorem illius, cui ius assignatur postea ad fauorem aduersarij.

Et ex hoc respondebant ad id, quod aliquis ex Dominis faciebant difficultatem, quod videmur versari in electione data à lege,& quando data esset ab homine, in electione data per verba futuri temporis indicatiui, quo casu locus est variatione vsque ad tempus litis contestatæ, l. si quis stipulatus sit. l. cum qui certarũ, tradit. ib. à Doct. de verb. oblig. dicebat enim procedere posse huiusmodi difficultatẽ, vbi simpliciter,& absque præfixione termini, data esset electio, sed vbi præfixus est terminus, vt in hoc casu, cessare illam, quandoquidẽ electio transfertur ad creditum, vt enim dicunt Bar. in l. cum qui certarum. nu. 4. de verb. oblig. & ibi. Paul. de Castr. sub nu. 1. vel electio transfertur ad creditorẽ, vel censetur electum id, quod magis nocet debitori,& vtilius est creditori, arg. l. scimus. §. penul. C. de iure delib.

Non obstat, quod non acceptante Clarice, hæres nõ possit dici in mora, qua cessante, cessat etiam obiectum,
2 quia consideratur mora † respectu voluntatis donantis,& respectu termini ab ipso prefixi, nõ respectu Claricis, ad quem effectum nullum factum Claricis requirebatur, cum conditionalis sit, non solum, quia donatũ fuit pro dote, sed quia expresse Hieronymus auus donauit, si & quatenus viro nubat de consensu Domini Hieronymi, vel Dn. Tiberij, post eius obitum, vnde pẽdente conditione nihil poterat Clarix, cum nulla esset orta obligatio, l. cedere diem. de verb. signif. & nihilominus donans, quod infra illud tẽpus fieret inuestitio,

quo

quo tempore nulla mora, respectu Claricis considerari potest, cum illa cessit, vbi non datur petitio. l.nulla intelligitur. ff. de reg. iur. petitio autem dari non poterat, ante secutum matrimonium, & sic non purificata conditione, quia antea non cessetat dies. d.l.cedere diem. & tamen certi sumus, voluisse donãtem, quod illi fructus interim inuestirẽtur. Et hinc est, quod donans ipsemet ante vllam acceptationem Claricis emit ex fructibus alia bona successiuis temporibus, dum vixit enim prudens donator voluit, quod ex ista successiua emptione conflaretur summa, quæ esset alicuius consideratiõnis, qua mediante facile Clarix alliceretur ad renunciandũ his, quæ prætenderet in bonis aui, & patris, tam ex persona sua, quam patris.

Nec obstat, quod cũ substituerit filios suos, in euentum obitus Claricis sine filijs, videatur sensisse de locis montis non vacabilis, quia illa substitutio intelligitur euentualiter, statuta, vel aliqua pars esset versa in bonis non vacabilibus, & hanc fuisse mentem donantis, vt possent emi loca vacabilia, apparet, tum quia dicit; quod emi debeant loca dicti, seu alterius montis, loca autem dicti montis erant vacabilia, præter quam, vt præsupponunt partes, quo ad triennium, cum itaquo sciret donans, post triennium loca huius montis vacare, & nihilominus dederit facultatem hæredi, consequenter emendi loca vacabilia, quæ mens colligitur etiam ex obseruantia ipsiusmet donantis, lapso enim triennio emit loca eiusdem montis. Et licet in aliquibus locis dictæ donationis loquatur de montibus non vacabilibus, in multis alijs dicit simpliciter, tam dicta quam alterius montis loca, vt ex lectura dictæ donationis apparet, quę omnia dixerunt, tanto magis procedere fauore dotis, cuius fauore † debitore non eligente transfertur electio ad mulierem, glos. in l. vnic. §. exactio. in ver. repetẽdis. C. de rei vxor. act. & ibi Cyn. n. 39.

ORANI.

Eadem 19. Iunij 1585.

Argumentum & summaria patent ex decisione.

DECISIO DCCCCX.

ORdinarunt Domini, quod Tiberius 600. scut. Illustr. Dn. Clarici Cereli de Nobilibus, pro alimẽtis temporis decursi persoluat, quodque pro futuris liberum sibi sit, aut 16000. scut. inuestiendo deponere, aut ijs apud se retentis, de fructibus, ad rationem septẽ cum dimidio pro quolibet centenario inchoãdo à Cal. August. proximi, eidem D. Clarici respondere, saluis vtriusque partis prætensionibus, & ijsdem alimentis arbitrio Rotæ augendis, vel minuendis.

EIVSDEM.

Eadem, Vener. 25. Octobr. 1585.

ARGVMENTVM.

Argumentum huius decisionis correspondet proxime præcedenti.

SVMMARIA.

1 *Electio alternatiua cum hæredi concessa est, in eundem translata censetur.*
2 *Natura temporis limitati est, vt eũ pendet, fauorem tius, cui conceditur, respiciat, post vero ipsius lapsum beneficio aduersarij cedat.*
3 *Tempus ignoranti non currit.*
4 *Hæres natu maior præsupponit existentiam aliorum hæredum.*
5 *Legatum sub conditione valet, si vsufructuario proprietas superueniat.*
6 *Error non præsumitur, nisi probetur.*
7 *Probatio erroris, qui deducitur ex probatione rei aliter se habentis, procedit, quando agitur de errore facti alieni, & quando qui petit, tractat de damno euitando, & aduersarius de lucro captando: secus est, quando agitur de errore in facto proprio.*

DECISIO DCCCCXI.

DOmini vnanimiter resoluerunt, rationem ineundam esse ad rationem locorum montium vacabilium, siquidem donatio 50. locorum montis S. fœderis ad fauorem Illustr. Dom. Claricis, facta, expressum pactum continet, quod illorum fructus vsque ad tempus contracti, & consummati per eam matrimonij, per donantem, vel eius hæredem natu maiorem in Vrbe pro tempore commorantem, in tot locis dictorum, seu aliorum montium, non vacabilium, infra sex menses donationem sequentes inuestiri debẽt. Quare cum 1 alternatiuæ electio † hæredi cessa, vel emendi loca mõtium non vacabilium, vel loca dicti montis S. fœderis limitata fuerit ad sex menses, illis transactis, in Dominã Claricem translata censeatur, l. ita vt liberum. §. Stichũ. & ib. scrib. de leg. 2. idque non propter moram, sed pro-2 pter tempus limitatum, cuius † natura est, vt dum pẽdet, fauorem eius, cui conceditur, respiciat, post verò ipsius lapsum, beneficio aduersarij cedat Bald. in d. §. Stichum. vers. nam ratio. Flor. num. 6. Cum. nu. 3.

Quod equidem nedum, in legatis tantum procedit, sed etiam in qualibet alia dispositione. vt siue electio alicui intra certum tempus à iure statutum, vel etiam ab homine concedatur, si intra illud non sequatur, trãseat in alium. Zenzelin. in extrauag. suscepti regiminis, in vlt. not. de præb. in 6. Fab. in l. cum quidam. in fin. C. de verb. sign. Doct. in l. eum qui certarum. §. 1. de verb. oblig. Tiraq. de retractu lignag. §. 24. gl. vn. nu. 9. & 10.

Nec aduersatur præmissis. quod electio huiusmodi non fuit data Tiberio, sed hęredi natu maiori, de cuius scientia cum nõ constat, minus etiam potest ex temporis limitati lapsu quicquam inferri, cum illud ignoran-3 ti † non currat Cassad. decis. 3. num. 10. de rescript. quia fuit dictum, quod ideo donator electionem suo hæredi, natu maiori, & in vrbe commoranti dedit, quia plures habebat filios, eosque tempore donationis, iam institutos, quo fit, vt si tempore donationis, de immutanda voluntate etiam nominando vno solo hęrede cogitasset, prout postea hæredem vniuersalem Dn. Tiberium instituendo fecit, vtique electionem non dedisset hæredi natu maiori, sed simpliciter hæredi, hæres enim 4 natu † maior præsupponit existentiam aliorum hæredum. Habuit igitur donator respectum solummodo ad qualitatem hæredis, quę sola fuit necessaria, pro administratione & inuestitione 50. locorum montis S. fœderis, & eorum fructuum, nam cum reliqui filij donatoris hæredes fuerint in re certa, & sic legatarij, l. quoties, & ibi. not. Doct. C. de hæred. inst. non poterant administrare dicta 50. loca, & eorum fructus inuestire, prout in instrumento donationis.

Minus obstat, quod dicitur, electionem non cadere inter loca montium vacabilium, & non vacabilium, propterea, quod donator videtur semper de locis montium non vacabilium intellexisse, id quod arguit, quod super dictis 50. locis, & eorum fructibus inuestitis, & inuestiendis, decedente Domina Clarice, sine liberis, fideicommissum fuit impositum, quod alioquin fuisset inualidum, & dicto, seu aliorum montium non vacabilium, quę est repetitiua similium, tum denique qualitas montis S. fœderis, tempore donationis, cum non esset vacabilis, ex quo videtur, ex opinione donatoris potius attendendum statum S. fœderis, accidentalem, tunc existẽtem, quam naturalem, vt per Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 37. ver. quarta conclusio, ff. de liber. & posthum. quia placuit responsio Dn. Parentij, quod quemadmodum vsufructuarius relinquit vsumfructũm, & sic ius morte sua periturum, valet lega-5 tum † sub conditione, si vsufructuario proprietas superueniat, iuxta tex. in l. quod in rerũ, §. 1. & ibi Ias. nu. 7. de leg. 1. Ita in proposito valet fideicommissum factũ de 50. locis montis S. fœderis, & de eorum fructibus inuestitis in alijs locis dicti montis, quamuis enim dicta

loca

loca per mortem Dominæ Claricis, essent vacatura, nihilominus fideicommissum, quod tempore donationis erat inutile, efficitur validũ, facta inuestitione dictorum locorum, in alijs locis mõtis non vacabilis, vel in annuis censibus, vel in bonis stabilibus, atque ita fideicommissum factum fuit euentualiter, quatenus dicta loca montis fęderis vacabilis inuestirẽtur, vt supra.

Nec subsistit, quod dicebatur, donatorẽ putasse mõtem fęderis non esse vacabilem, quia hæc opinio fuisset 6 erronea, & error † non præsumitur, nisi probetur, l. si post diuisionem. C. de iure & facti ignor. Dec. in l. si librarius, num. 3. ff. de regul. iuris. cum similib. probatio 7 autem erroris, qui † deducitur ex probatione rei aliter se habentis, ad glos. & Doctores in l. non is fatetur, ff. de confess. Paris. cons. 131. nu. 29. lib. 1. procedit quando agitur de errore facti alieni, & quando qui petit, tractat de damno vitando, & aduersarius de lucro captando, secus quando agitur de errore in facto proprio, Ægid. decis. 604. in prin. Castr. in l. 1. num. 7. ver. sed contra. & ibi Corn. nu. 3. C. de falsa caus. ad leg. Bertran. cons. 209. nu. 4. lib. 4. Caputaq. concl. 1 n. n. 29. hic autem sumus in facto proprio donatoris, qui emerat omnia bona mõtis S. fęderis, vsque ad summam scut. 200000. vel saltem pro emptoribus illorum fideiusserat, & priuilegia montis fęderis videat, cum in donatione respectu insinuationis faciendæ ad illa se referat. l. non est ferendus, de transact. Ex quibus & alijs per Scribent. pro Domina Clarice deductis, conclusum fuit, rationem ineundam ad ratinnem locorum montis facti fęderis.

EIVSDEM.

Eadem, Ven. 29. Nou. 1585.

ARGVMENTVM.

Fructus fructuum, & eorum fructus an veniant etiam restituendi.

SVMMARIVM.

3 *Fructus fructuum, & eorum fructus præsumuntur ex verisimili mente donatoris, venire in restitutionem.*

DECISIO DCCCCXII.

PLacuit Dominis fructus locorum 50. montis S. fœderis oportuisse inuestiri à die emptionis eorum, qui fuit 8. Mart. 1572. non autem à Calen. Nouembr. 1573. & valebant Scribentes pro Domino Tiberio, cum enim donatio facta fuerit 24. eiusdem Nou. 1573. & ea disponatur, quod fructus decursi intra sex menses proxime futuros inuestiantur, absurdum plane est, dicere donatorem intellexisse de fructibus, quos tam breuis temporibus curriculi, dierũ scil. 24. vsura produxit, & prorsus repugnat genuinæ menti intellectus, qui subijcitur de fructibus sex mensium intra quos debet fieri inuestitio, quia hi non possunt fructus decursi nominari, sed decurrendi.

3 Quod † attinet ad fructus fructuum, & eorum fructus, an veniant etiam in restitutione, affirmatiue resolutum fuit, ex verisimili mente testatoris, cuius hæc detegitur solicitudo, vt fructibus fructuum, & sic multiplicatione vsurarum indies dos Illustriss. puellæ Dominæ Claricia incrementum acciperet.

Ex verbis autem donatoris dictum fuit, constare ad quod tempus excurrat huiusmodi fructuum lucrum, videlicet ad tempus contracti per Dominam Claricem matrimonij, ita tamen, quod vel iuxta statutum Vrbis competat sibi vsurarum dotis ad hodiernum diem repetitio vel alimentorum exactio consideratione tamen habita alimentorum, ergo etiam sibi ex decreto Rotæ per Dominum Tiberium soluti.

Quantum ad decem loca ante donationem per Do. Hieronymum sub nomine Dominæ Claricis empta, dictum fuit, non posse colligi ex fructibus quinquaginta locorum, montis fuisse comparata. Quo verò ad 14. loces per eundem Dominum Hieronymum post donationem sub eiusdem Dominæ Claricis nomine emptos, cum quærerem, an ex locorum 50. fructibus acquisita censerentur, deprehendi non liquere.

EIVSDEM.

Eadem, Merc. 11. Dec. 1585.

ARGVMENTVM.

An depositum factum per viam schedulæ mercatoris sustineatur, vt depositum, ad effectum, vt decernendis alimentis fructuum illius debeat fieri detractio.

SVMMARIA.

1 *Depositum aut continet conditionem intrinsecam, & hoc valet, suosque operatur effectus: aut vero cõtinet conditionem extrinsecam, & hoc nullũ est, & inefficax, nu. 2.*

3 *Verbum fructus vtique intelligi debet de fructibus decursis ante legatum, non autem decurrendis post legatum.*

DECISIO DCCCCXIII.

PLures in hac causæ propositione Informantes pro Domino Tiberio aggressi sunt quæstiones, quarum prima fuit, An depositum factum per viam schedulæ mercatoris sustineatur, vt depositum ad effectum, vt in decernendis Illustriss. Dominæ Claricis alimentis, fructuum illius debeat fieri detractio. Pro cuius resolutione firmata fuit conclusio sequens; quod aut deposi-1 tum, continet conditionem intrinsecam, † & hoc valet, suosque operatur effectus. Bald. in l. acceptam, nume. 14. Aut verò continet conditionem extrinsecam, & 2 hoc nullum est † & inefficax, Alex. cons. 78. nu. 92. & lib. 5. Curt. sen. cons. 93. nu. 8. Ias. cons. 9. nume. 15. lib. 1. Prat. consil. 93. num. 75. lib. 1. Neuiz. cons. 35. num. 14. Negus. vbi supra n. 11. & 12. Cum ergo in schedula depositi pro parte D. Tiberij facti habeatur, quod illud soluatur Dominæ Clarici, facta quietantia, iuxta formam instrumenti, Domini tenuerũt quod depositum contineret conditionem extrinsecam, qui habet relationem ad formam instrumenti donationis, vbi donator declarauit se donare pro omni eo, quod Domina Clarix ratione dotis sibi in testamento relictæ, legitimæ & portionis sibi competentis in bonis auitis & paternis petere & consequi posset, & propterea Domino Tiberio non suffragari. Non obstat, quod in schedula depositi non petatur generalis quietantia, quia veritas est, quod petitur generalis, cum relatio fiat ad formã instrumenti donationis. Secunda difficultas fuit, an Illustriss. Dominæ Clarici agenti vigore legati, debeantur fructus 50. locorum montis S. fęderis decursi ante legatũ, & per Dominos ex verbis legati affirmatiue fuit conclusum, nam quando testator legauit creditum 50. locorum montis S. fęderis, & fructuum, & augmen-3 tum dicti montis, verbum fructus, † vtique intelligi debet de fructibus decursis ante legatum, non autem decurrendis post legatum, non autem de decurrendis post legatum, Nam Domina Clarix post mortem testatoris consecuto legato, poterat de illo disponere, illudque inuestire in bonis stabilibus alijs, ita poterunt cessare fructus dictorum 50. locorum montis. Pręterea cũ in legato habeatur relatio ad instrumentum donationis in omnibus, relatio ista nedum ad modum, formã & conditionem, sed etiam ad quantitatem fieri debet, l. penul. C. de instit. & substit. Aymon. cons. 45. num. 4. Quod eo magis est dicendum, stantibus legati verbis, ibi nisi dumtaxat ea, quæ in d. instrumento continẽtur. In illo autem instrumento cõtinetur quantitas. Nec intrant tradita in l. si creditori. de leg. 1. de credito in diẽ pure legato, quia in casu nostro legatum respectu quantitatis est relatiuum ad instrumentum donationis. Tertia fuit quæstio, an legatum intelligatur de fructibus fructuum non inuestitorum viuente Domino Hieronymo, circa quam Dominis placuit particulariter dubitari.

EIVSDEM.

Eadem Vener. 20. Decemb. 1585.

AR-

ARGVMENTVM.

Legatum, in quod omnia contenta in donatione censentur transfusa, intelligitur de fructibus fructuum non inuestitorum.

SVMMARIA.

1 *Legatum habens relationem in omnibus ad donationem.*
2 *In legato comprehenduntur omnia in donatione expressa.*
3 *Mora sine interesse non debetur.*

DECISIO DCCCCXIV.

FVit pro maiori parte per Dominos conclusum, legatum intelligi de fructibus fructuum non inuestitorum in vita Domini Hieronymi, cum omnia contenta in donatione censeantur transfusa in legatum, tũ 1 quia legatum habet † relationem in omnibus ad donationem, vt patet ex illis verbis, ad quod in omnibus relatio habeatur, tum etiam, quia in legato compre- 2 henduntur † omnia in donatione expressa, prout demonstrant illa verba, nisi duntaxat ea, quæ in dicto testamento continentur. Quare legatum non tãtummodo valet reiectionis conditionis de nubendo cum consensu Dn. Tiberij, sed etiam in omnibus expressis in donatione, quo fit, vt Domina Claria possit agere vel actione prima ex donatione, vel actione ex testamento, vt bene per Paul. de Castr. in l. verbis legati. nu. 1. & 2. vers. item nota. quem sequitur Hercul. col. 2. post prin. vers. & pondera hunc text. ad leg. Falcid. idem Castr. in l. debitor. in prin. circa fin. ver. quicquid sit. de leg. 2. vbi inquit, creditorem, & legatariũ habere duas actiones, primam ex contractu, alteram ex testamento, ita vt si in vna succumbat, ab altera non repellatur, Ang. Aret. in §. sed si vxori. nu. 2. vers. sin autem. Instit. de leg. sequitur Bellon. cons. 23. num. 8.

Cum ergo quattuor donatio contineat, videlicet creditum, quinquaginta locorum mõtis S. fæderis, fructus dictorum 50. locorum, fructus fructuum, ac denique quod fructus, & fructus fructuum debeantur ad rationem dicti montis S. fæderis, ex quo Dominus Hieronymus dictos fructus intra terminum sex mensium, vel in tot locis dicti montis S. fæderis, vel aliorũ montium non vacabilium inuestire obligatus, alterum eligere neglexit, sequitur quod electione trãslata in Dominam Claricem, per text. l. statuliberum. §. Stichum. de leg. 2. remansit eidem Dominæ Clarici debitor in fructibus, & fructibus fructuum, ad rationem dicti montis S. fæderis. Non obstat, quod in donatione non legitur, quod debeantur fructus fructuum, & quod illi debuerint inuestiri, quia imò in donatione hac continente diem reseruatur Domino Hieronymo, & successiue eius hæredi natu maiori facultas vendendi capitalia dicti montis & aliorum montium emẽdorum, cum fructibus, oneribus, &c. Nam illa verba, & aliorũ montium emendorum, cum fructibus, oneribus, &c. intelliguntur de fructibus oneribus, &c. montium emẽdorũ, ex fructibus, nec enim possunt aliter intelligi montes emendi, nisi ex fructibus, cũ superius dicatur, quod fructus decursi & decurrendi deberent inuestiri in tot locis dicti, seu aliorum montium, ergo montes erant emendi ex fructibus, & nihilominus in donatione dicitur cum fructibus, honoribus, oneribus, &c. vnde fit, quod donator loquitur de fructibus fructuũ, ex quibus emendi erant montes.

Non obstat, quod Dominus Hieronymus non possit teneri ad interesse, non facta inuestitionis fructuum, eo viuẽte, cum actio non oriatur ex legato, nisi post mortem testatoris, atque ita testator non possit esse in mo- 3 ra, sine qua † non debetur interesse, l. vinum. vbi Doct. ff. si cer. pet. Nam stante legatum statim post donationem Dominus Hieronymus erat obligatus dictos fructus inuestire, fuit constitutus in mora, & consequenter tenebatur ad interesse, quod postea fuit translatum in legatum. Neque vrget l. fideicommissa. §. si rẽ suam. de leg. 3. vbi legatum nominis debitoris dicitur eo ipso extingui, quo illud à testatore extinguitur, quia testator non solum legauit fructus sibi debitos, sed etiam inuestitionem ipsorum, postquam essent exacti, & sic exactio debiti in hoc casu nõ potest operari extinctionem legati. Nec applicetur consil. Aym. 161. nu. 6. cum seq. quia ibi Claudia legarat Margaritæ centum, dum matrimonio collocabitur, postea matrimonium contraxit, cuius contemplatione Claudia donauit Margaritæ, alia centum soluenda per annuas solutiones per heredem suum. Vnde cum dubitaretur, an vtraque summa deberetur, respondit Aym. vltima tantum deberi, quia legatum non potest deberi, cum fuerit conditionale, & conditio euenerit viuente testatrice, prout deducit Aym. num. 5. ver. respondeo. At in casu nostro non fuit purificata conditio, viuente Domino Hieronymo, sed post eius obitum.

Non obstat, quod Dominus Tiberius hæres Domini Hieronymi nõ possit soluere fructus fructuum absque vitio vsurarum, quia fructus à Domina Clarice non petuntur, tanquam vsuræ, sed tanquam augmentum dotis. Nec iuuat id quod dicitur de requisitis Paul. de Castro in l. 3. §. fi. num. 3. ff. de eo, quod certo loco. quia Dn. Clarici non debebatur illud interesse, nisi põst contractum matrimonium, & propterea neque illius exactioni, neque liquidationi antea fuit locus, tametsi per se satis dicatur liquidum eum interesse Dominæ Claricis sit, vt fructus fructuum inuestirentur, in tot locis montis S. fæderis, cuius fructus in tantum sunt certi, vt nulla liquidatione indigeãt. Minus releuat, quod fructus fructuum ex donatione tum demum debeantur, quatenus essent inuestiti, alias secus, nisi vt interesse propter moram, quod interesse in donatione est reprobatum, quia in donatione sunt expromissa damna, & interesse, & ita conclusum.

F I N I S.

Ad mandatum Serenissimi Domini Veneti reuidit, & correxit M. Matthias Colditz Alemanus, finem annuente opere Diuina faciens 3. Non. Ianuarij Anno Saluatoris natis M. DC. XVIII.

VENETIIS, M DC XVIII.

APVD ANDREAM BABA.